C. IV.



5.

<36619390070012

<36619390070012

Bayer. Staatsbibliothek

4°
Ph.g. 1163-3



Mentzel sc. Lips.

VITRIARII INSTITUTIONUM JURIS PUBLICI NOVIS NOTIS

à

JOHANNE FRIDERICO PFEFFINGERO,
Argentoratenſi,
Equeſtris Academiæ Luneburg. Inſpectore & Prof. Publ.

ILLUSTRATARUM

TOMUS III.

LIBRI TERTII TITULOS PRIORES,

EXHIBENS.

Cum Privilegiis Sacr. Cæſar. Majeſt. Regis Polon. & Elector. Saxoniæ.

GOTHÆ,
Sumptibus JACOBI MEVII.

a.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

GEORGIO

MAGNO,

BRITANNIÆ MAGNÆ, FRANCIÆ, ET HYBERNIÆ,

REGI;

BRUNSUICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM DUCI;

SACRI ROMANI IMPERII

ARCHITHESAURARIO

ET

ELECTORI;

PIO, FELICI, TRIUMPHATORI PERPETUO, SEMPER AUGUSTO,

FELICITATEM PERENNEM!

DOMINE!



BRitannorum felicitati, REX SANCTISSIME! honorificè litantes meritò aſpernantur fabulas, quibus *Galfredus* (a) vetuſtiſſimi conterraneorum Hiſtoriographi, *Gildæ*, (b) tradita:

Quaſi

(a) Monumetenſis Archidiaconus, poſteaque Præſul Aſaphenſis, Sec: XII. Scriptor, in *Hiſtoria Britanniæ Regum*, apud *Comelinum*, de *Scriptorib. Angl.* p. 1.

(b) Cogn: *Sapientis*, Bannochorenſis Cœnobii Abbatis, ſub Imperatore *Juſtiniano* clari, in Epiſtola de *Excidio & conqueſtu Britanniæ*, apud *Comelinum* l. c. p. 116.

Quasi Britones nec in Bello fortes, nec in Pace fideles essent; refutaturus, Clarissimæ Gentis origines fœdè conspersit. Fictiones sunt, quicquid de Britannorum (quos ex *Bruto, Ascanii* Regis Nepote, *Silvii* filio, nomen ducere perhibet,) (c) ante *Julii Cæsaris* Imperium, gestis, ut & de *Bruti* Successoribus, ad *Claudii* Imperatoris tempora, indeque ad *Vortigernum* Regem usque, blaterat, (d) excogitata similiter pleraque de *Arturo*, quod, ad libitum, de *Anglis, Pictis, Scotisque*, triumphaverit: *Daciam Norvagiamque* Legibus suis subjecerit: *Gallias, Flollone*, Reipublicæ Romanorum Procuratore, occiso, manu forti occupaverit: (e) *Augusselum* Albaniæ, *Vrianum* Muresensium, *Cadvallum* Venedotorum, seu Walliæ Borealis; *Saterem* Demetorum, seu Walliæ Meridionalis; *Cadorem* Cornubiæ, *Guillamurium* Hiberniæ, *Malvasium* Islandiæ, *Doldavium* Gotlandiæ, *Gunvasium* Orcadum Insularum, *Lotum* Norvagiæ, *Aschillium* Daciæ, *Holdinum* Rutenorum, Reges, Principesque alios bene multos, Edicto Magistrali ad Curiam evoca2 cave-

(c) l. c. Lib. I. C. 3. p. 2; affeclis *Henrico Huntindonensi*, Lib. I. *Historiarum*, apud *Savile*, de *Scriptorib. Rer. Angl.* p. 300; & *Pontico Virunnio* Tarvisino, qui an: 1490. floruit, Lib. 1. *Historiæ Britann:* apud *Comelinum* l. c. p. 93 & 94.

(d) l. c. Lib. I. usque ad VI. Cap. IX, p. 42.

(e) l. c. Lib. IX, Cap: I. & seqq. ad Lib: XI. usque, p. 68.

caverit; (f) imò, Romanos ipſos, re vera, à *Julii Cæſaris* ætate, hanc Inſulam ex parte occupantes, (g) ſub *Lucio Tiberio*, à Regibus, *Epiſtrophio* Græcorum, *Muſtenſare* Africanorum, *Alifantina* Hiſpaniæ, *Hirtacio* Parthorum, *Bocco* Medorum, Libyæ *Sertorio*, *Teucro* Phrygiæ, Itureorum *Serſete*, Ægypti *Pandraſò*, Babyloniæ *Micipſa*, Bithyniæ *Polytete*, *Evandro* Syriæ, Boeotiæ *Æthione*, Cretæque *Hippolyto*, permultisque Regulis aliis, adjutos, uno prælio debellaverit: (h) tandemque, terdenis poteſtati ſuæ Regnis aſſertis, An. 542, in bello cum *Modredo*, rebelli nepote, letaliter vulneratus, humanæ carnis ſarcinam depoſuerit; (i) cujusmodi nugas plures dudum Viri docti ſalsè rejecerunt. (k) Cautius longè procedunt, REX GLORIOSISSIME! qui Genti TUÆ glorioſum arbitrantur beatiſſimam habitaſſe Oceani Occidentalis Inſulam, totius Europae Inſularum Principem, per millia paſſuum octingenta in Boream, ducentaque millia in latitu-

(f) l.c. Cap: XII & XIII, p. 69.

(g) Vid: *Beda* (juxta *VVilhelmum Malmesburienſem*, de *Geſtis Anglorum Regum*, Lib: I, c. 3, apud *Savile* l.c. p. 21, An: 734. defunctus) Lib. I *Hiſtor: Eccleſ: Anglor:* C. 2, apud *Comelinum* l. c. p. 150; *Guilielmus Neubrigenſis*, Procem: *Hiſtor: Rer: Anglic:* quæ in An: 1197. explicit: apud *Comelinum* l. c, p. 354, *VVilhelmus Malmesbur:* l. c. lib: I. c. I. p. 7. *Henr: Huntindon:* l. c. lib: I. p. 301. *Ethelwerdus*, lib: I *Chronicorum*, apud *Savile* l.c. p. 832.

(h) l. c. Lib: IX, Cap: XV, p. 71, & Lib: X, tot: p. 73 ad 81.

(i) l. c. Lib: XI, Cap: I & 2, p. 82. &c.

(k) *Paulus Oroſius*, Lib: I *Hiſtor: Beda* l. c. Lib: I, Cap. 2, p. 150; *VVilhelmus Malmesbur:* l. c. Lib: I, Cap: I. p. 9.

titudinem, extenſam, (l) *Albion* dictam Veteribus, Populo validiſſimo & opulentiſſimo repletam: innumeris ferè Civitatibus, Oppidis, Caſtellis, munitam: quicquid mortalium uſui congruit, indeficiente fertilitate miniſtrantem: Campos latè panſos, collesque præpollenti culturæ aptos, in quibus frugum diverſitates, ubertate glebæ, ſtatis temporibus proveniunt, habentem: nemoribus, univerſis ferarum generibus refertis, pratisque, ſub aëriis montibus, amœno ſitu virentibus, in quibus fontes limpidiſſimi, per nitidos rivos, leni murmure manantes, in ripis accubantibus pignus ſoporis irritant, abundantem: lacubus vaſtis, & fluminibus piſcoſis, irriguam: tribus præſertim amnibus, *Tamiſi*, *Sabrina* & *Humbro*, queis transmarina, è toto Terrarum Orbe, commercia ad ſe trahit, totque celeberrimis emporiis, nobilitatam: incredibili Reipublicae commodo, halecum & oſtrearum myriadibus praedivitem: variis inſuper Conchyliorum generibus, quibus incluſae ſæpius margaritae, & rubicundi, & purpurei, & hyacinthini, & praſini, & candidi coloris, luxuriantem: cochleas itidem, quarum beneficio cocci-

 nei

(l) *Beda* l. c. Lib: I. Cap: I. p. 149; *Galfredus* l. c. Lib: I. C. 2. p. 1. Ponticus *Virunnius* l. c. Lib: I. p. 93.

nei coloris tinctura conficitur, cujus rubor pulcherrimus nullo unquam ſolis ardore, nulla valet pluviarum injuria palleſcere, dum quo vetuſtior, eo & venuſtior eſſe ſolet, copioſiſſimè producentem: Omnis præterea generis metalli, in primis argenti, ſtanni, plumbi, ferrique feracem: Sed & lapide gagate abundanter præditam: de ſalinarum fontibus, balneis calidis, cuilibet ætati & ſexui, per diſtincta loca, pro modo accommodis, cæteriſque divitiis pluribus, præclaram eam reddentibus fortunatamque, ne loquar. (m) Glorioſum, Britannos, Saxonum adhuc ante adventum, proinde ſub ipſiſmet Romanorum Imperatoribus idololatris, Chriſtianorum dogmata imbibere jam cœpiſſe. Nolo quidem theſin de *Lucio* Rege, quod, *Marco Antonino Vero*, Ejusque Fratre, *Aurelio Commodo*, Seculo à Salvatore nato Secundo, Rempublicam Romanam adminiſtrantibus, ab *Eleutherii*, Pontificis Romani, literis deſuper efflagitati, miſſis *Fagano* & *Duvano*, baptiſmatis ſacro fonte fuerit ablutus, (n) tenaciter

(m) *Beda* l. c. *Henricus Huntindon*: l. c. Lib. I, p. 297; *Galfredus* l. c. *Ponticus Virunnius* l. c. p. 93.

(n) *Beda* l. c. lib: I, C. 4. p. 151. & in *Epitome*, ibid: p. 278, ad An: 167; *Anaſtaſius* Biblioth: de *Vitis Pontificum*, in vita *Eleutherii* p. m. 6. *Galfredus* l. c. Lib: 4. C. 19, p. 30; *Ethelwerdus* l. c. p. 832; *Baronius*, *Annal: Eccleſ:* T. 2. An: 183, §. 4. p. 240.

citer defendere; id tamen verissimum, doctrinam de Generis humani Redemptore, ista ætate Britannis omnino fuisse cognitam, vel coævo Scriptore *Tertulliano*, (o) in Libro *adversus Judæos*, (p) teste, cujus haec verba: *Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diversæ Nationes, ET BRITANNORUM INACCESSA ROMANIS LOCA, CHRISTO VERO SUBDITA, & Sarmatarum.... IN QUIBUS OMNIBUS LOCIS CHRISTI NOMEN, QUI JAM VENIT, REGNAT &c.* Gloriosum, quod, urgentiora propter Reipublicae negotia, Romanis, sub *Honorio, Constantio* & *Valentiniano III.* Augustis, Britanniam spontè relinquentibus, occasione hac Populus sui iterum Juris effectus, rerum summam *Vortigerno* Regi demandaverit, à quo, ad novi Regni tuitionem, Cymbrica ex Chersoneso, Anglo-Saxones, crebras adversus Pictorum Scotorumque, (molem vulgatissimam octoginta millium passuum, qua à Civitate *Newcastle*, ad Mare Hybernicum usque, *Hadrianus* Imperator, incoando, & *Alexander Severus* perficiendo, Britanniam, qua Romanis parentem, immensis sumptibus, à *Northumbria* nondum domita separasse

(o) Floruit sub *Severo*, & *Antonino Caracalla* Impp: circa An: 230, adeoque Apostolorum temporibus satis vicinus.

(p) Tit: de *Nativitate Christi*, p. m. 122, Edit: Basil: 1521.

ſe leguntur, (q) tranſcendentium,) infeſtationes, in auxilium vocatos, An: 449, *Hengiſto* & *Horſa* Ducibus, primum ad littus Britannicum appuliſſe, Faſti commemorant; (r) Glorioſum, quod, ingreſſo Patrum ſepulchra *Vortigerno*, (ex quo recens fœdere juncti advenae Germani, fertilitate Inſulae, & unà incolarum inertia exploratis, pedetentim terrarum Dominos ſe conſtituere moliebantur:) (s) diviſo inter uno plures Regimine, idolorum cultus, perturbata motibus inteſtinis Republica, iterum inſtauratus, auctoritate Principum, denuò proſcriptus innoteſcat, Regibus, nominatim *Edelberto*, Cantuariorum Quinto, circa Annum 596; Dorovernenſium Archi Epiſcopo, *Auguſtino*, Doctore; (t) *Cynigilſò*, Saxonum Occidentalium Sexto, *Byrini* Praeſulis inſtinctu; (u) *Geberto*, ſeu *Sigebyrtho*, Saxonum Orien-

(q) *Beda*, in Epitome, ad An: 189, p. 278. *Galfredus* l. c. Lib: VI, C. 7, p. 42; *VVilhelmus Malmesbur:* l. c. L. I. C. I. p. 7. *Henricus Huntindon:* l. c. L. I. p. 304, in vita *Severi Pertinacis*, & p. 308, in vita *Honorii*. *Ethelwerdus* l. c. *Camdenus*, in *Britannia*, Tit: de *Muro Pictico*, p. m. 532.

(r) *Beda*, *Hiſt: Ecclef:* L. I. C. XV, p. 157; & L. V. p. 180, & in *Epitome*, p. 278, ad An: 449; *Galfredus* l. c. L. VI. C. IX & X, p. 42; *VVilhelmus Malmesb:* L. I. C. I. p. 7. &c. *Henricus Huntindon:* l. c. p. 309; *Ethelwerdus* l. c. p. 833.

(s) *Gail: Neubrig:* L. 2. *Rer: Angl:* C, XIII, ap: *Comelinum*, p. 391; *VVilh: Malmesb:* l. c. p. 9. Henr: *Huntindon:* l. c. L. 2. p. 309. &c. *Ethelwerdus* l. c.

(t) *Beda*, *Hiſt: Eccl:* L. 1. C. 32. p. 171, & L. 2, C. 3. p. 178. & C. 5, p. 179; *Henric: Huntind:* L. 2. p. 319, & L. 3. p. 326; *VVilh: Malmesbur:* l. c. p, 10; *Rogerus de Hoveden*, P. I, *Annal:* ap: *Savile*, p. 401; *Ethelwerdus* l. c. L. 2. C. 1 & 2, p. 835 & 836; *Ingulphus*, Abbas *Croylandenſis*, in Hiſtoria Cœnobii ſui, apud *Savile* l. c. p. 850. *Matth: Pariſienſ: Hiſt: Rer: Angl:* in vita *Henrici III*, ad An: 1244. p. m. 421.

(u) *Beda* l. c. L. 3. c. 7, p. 198; *Henr: Huntindon:* l. c. *VVilh: Malmesbur:* l. c. L. 1. C. 2, p. 13; *Ethelwerdus* l. c. L. 2. C. 6. ad An: 635, p. 836.

Orientalium Tertio, An: 603, *Melliti* Præſulis opera, (w) *Edvino*, Northumbriæ Regum Quarto, laudati *Edelberti* Genero, An: 627, (x) *Carpualdo*, Anglorum Orientalium Quarto, ipſo *Edvino* ſuaſore, (y) *Peada*, ſeu *Peda*, Merciorum, ſive Anglorum Mediterraneorum, Quinto, An: 655; (z) *Adelvvoldo*, Saxonum Meridionalium; (aa) piiſſimo zelo, ad ſalutaris lavacri ſacramentum reverſis. Glorioſum, profligatis varia ſorte Regulis, univerſam penè Inſulam, ineunte ſeculo nono, *Ecberti*, Anglo-Saxonum Occidentalium Regis, Imperium agnoviſſe, introducto poſthac, à Victoribus, *Angliæ* nomine. (bb) Glorioſum, extinctis *Haraldo*, An: 1040, &, biennio poſt, *Canuto*, Regibus, *Canuti Magni*, cui *Edmundus* Britanniæ Provinciis Orientalibus cedere cogebatur, (cc) Filiis,

b ab

(w) *Beda*, in *Epitome*, ad An: 603, p. 278; *Henricus Huntindon*: l. c. *VVilhelm*: *Malmesbur*: l. c. L. 1. C. 6, p. 34; *Ethelwerdus* l. c. L. 2. C. V. ad An: 604, p. 836.

(x) *Beda* l. c. p. 278, ad An: 627; & *Hiſt*: *Eccleſ*: L. 2. C. IX, p. 182 & 183, & C. XIV, p. 189; & C. XX, p. 193. *Henr*: *Huntindon*: l. c. *VVilhelm*: *Malmesbur*: l. c. L. 1. C. 3. p. 18; *Rogerus de Hoveden* l. c. in Prologo, p. 401.

(y) *Beda*, *Hiſt*: *Eccleſ*: L. 2. C. XV, p. 189; *Henr*: *Huntindon*: l. c. p. 320, (cui tamen *Erwaldus* vocatur) *VVilhelm*: *Malmesb*: l. c. L. I. C. V, p. 34, *Eorpwaldum* Eum appellans.

(z) *Beda* l. c. L. 3. C. 21, p. 209, & in *Epitome*, ad An: 655, p. 278; *Henric*: *Huntindon*: l. c. p. 320; *Ethelwerdus* l. c. L. 2. C. VII, ad An: 655, p. 836.

(aa) *Henricus Huntindon*: l. c.

(bb) *VVilhelmus Malmesbur*: l. c. in Prologo, p. 7 & 11, & Lib: 2. Cap: 1, p. 36; in & *Hiſtoria Novella*, Lib: 1. p. 175, ibid: *Henricus Huntindonenſis*, l. c. Lib: 4, p. 344 & 345; *Rogerus de Hoveden*, l. c. Part: 1, p. 407, 411, & 414; *Ethelwerdus* l. c. Lib: 3, Cap: 2, p. 840 & 841.

(cc) *Ingulphus Croylandenſis* l. c. p. 892; *Henricus Huntindonenſ*: l. c. Lib: VI, p. 363; *Rogerus de Hoveden* l. c. Part: I, p. 435.

ab *Eduardo* Confeſſore, *Edmundi* Germano, liberatam à Danorum jugo, (quo, per tot annos, Britannia vexata, quin etiam, ab *Edmundi* tranſitu, tota noſcitur oppreſſa,) Patriam; (dd) de *Wallia* ne quid commemorem, proſtrato à ſubditis *Griffino* Rege, An: 1065, laudati Regis ſceptro ſubjecta, utut *Griffini* Fratribus, *Blethgento* & *Ruthio*, ſervandæ poſthac fidelitatis lege, pendendique Anglis tributi annui, clementer reſtituta. (ee) Pari cenſu in æternam Britanniæ gloriam vergit, quod adverſus novas Danorum irruptiones, tutam præſtans Rempublicam, *Guilielmus Conqueſtor* Scotiæ Regem, *Malcolmum*, ſeu *Milcolumbum*, An: 1069, ad ſolvendum Sibi homagium, apud *Abennithi*, coëgerit; (ff) decennio poſt novum *Walliæ* frænum injiciens, (gg) cujus Filius, *Henricus I*, An: 1119, magnificè triumphando, *Ludovicum*, Galliæ Regem, belli titulo ſuperavit; (hh) ex altera parte, Scotorum *Alexandro* in Hominem recepto; (ii) cujus ex fratre, *Davide*, pronepos, *Milco-*

(dd) *VVilhelmus Malmesbur*: l. c. L. 2, C. XI, p. 73; C. XII, p. 76; C. XIII. p. 79, & L. 3, p. 106. *Ingulphus* l. c. p. 895 & 911, *Henricus Huntindon*: L. V, p. 532, & L. VI. p. 365; *Rogerus de Hoveden* l. c. p. 439.

(ee) *Ingulphus* l. c. p. 899:

(ff) *Ingulphus* l. c. p. 908, & 911; *Henricus Huntindon*: l. c. p. 369 & 371.

(gg) *Henricus Huntindon*: l. c. p. 370 & 371.

(hh) *Henric*: *Huntindon*: l. c. L. VII, p. 380 &c. & L. VIII, p. 386.

(ii) *Rogerus de Hoveden* l. c. Part: 2, in vita *Henrici* 2, p. 491.

Milcolumbus IV, memorati Regis *Henrici*, ex filia *Mathilde*, nepoti, *Henrico II*, Plantagenetæ, cogn: *Court-mantel*, An: 1157, idem ſacramentum dixit. (kk) *Henricum* hunc, extirpatis ſylvis, nemoribusque ſucciſſis, eodem tempore ad libitum ſubjugaſſe *Walliam*, more antiquo mandatis Regiis reluctantem, Faſtis inſcriptum; (ll) non minus, quod An: 1171, ſub ſignis validiſſimi Comitis de *Pembrock*, *Hybernia* ab Eo in Provinciam fuerit redacta, univerſo Clero, & Regulis, *Lymmericenſi*, *Chorenſi*, reliquisque, Britanniæ Monarchas in futurum, ut legitimos Dominos perpetuò ſe culturos, ſolenni ſubjectionis formula promittentibus, (mm) Solo *Conactæ* Rege, *Roderico*, anno demum 1175. Hominem ligium ſe confitente, (nn) (quæ victoria *Henrico*, & Succeſſoribus, aſſumendi *Dominorum Irlandiæ* Tituli anſam præbuit;) annoque inſuper 1174, *Wilhelmum* Scotum, inaudita crudelitate Northumbriam inviſentem, *Robertus de Stuteville*, Eboracenſium Vice-Comes, Regnique Magnates alii, apud *Arnevicum* Caſtellum, quod militari cinxerat corona, campeſtri victum prælio, compedibusque ſub equi ventre ligatum, commoranti apud *Northampto*-

(kk) *Rogerus de Hoveden* l. c. *VVilhelm: Neubrig*: l. c. L. 2. C. 32, p. 408 ad 413.
(ll) *Matthæus Pariſienſ*: in vita *Henrici* 2, ad An: 1157, p. 68.
(mm) *Rogerus de Hoveden* l. c. ad An: 1171, p. 527; *Matth*: *Pariſ*: l. c. p. 87.
(nn) *Rogerus de Hoveden* l. c. ad An: 1175, p. 546. & 547.

ptoniam Regi præfato adduxerint, (oo) mediante licet Transactione *Falesiana*, 6 Id: Dec: 1175, *Eboraci* corroborata, prævio jurejurando: *Scotorum Reges abhinc semper Angliæ Regum fore Vasallos: nulli ex Anglia fugitivo præstandum ab Albanis asylum: inde potius profugos quoslibet custodibus tradendos, Principique pristino restituendos &c.* in libertatem iterum vindicatum; (pp) silentio ut involvam, *Henricum* nostrum, (solvente naturæ debitum *Balduino IV*, Hierosolymorum Rege, An: 1185; ipsiusque, è sorore *Sibylla*, & *Guilielmo*, Montisferratensi Marchione, cogn: *Longa spada*, nepote, *Balduino V*, sex annorum puero, successore, an: 1186 necato, huicque surrogato *Guidone*, *Lusignani* dynasta, posteriori *Sibyllæ* marito, 1187 in captivitatem ab Infidelibus abducto,) coërcendis *Saladini*, Ægyptiorum Sultani, expugnata *Damasco*, per Terram Sanctam Ovationibus & triumphis, (qq) *Hierosolymorum* Regni à Clero Populoque oblatos sponte fasces, magnanimitate verè heroica, recusasse. (rr) Perennis recordatio, exacto à *Wilhelmo*, Scotorum Rege, homa-

(oo) *Rogerus de Hoveden* l. c. ad An: 1174, p. 537 ad 539; *Matth*: *Paris*: l. c. ad an: 1174, p. 90.

(pp) *Roger*: *de Hoveden* l. c. An: 1175, p. 545. *Matth*: *Paris*: an: eod: p. 91.

(qq) *Wilhelmus Tyrius*, *Hist*: *Hierosol*: L. XXI, in vita *Balduini IV*, p. m. 1000; *Jacob*: *de Vitriaco*, *Hist*: *Hierosol*: L. 2. C. 93 & seqq: p. 1117 &c. & C. 98, p. 1121. *Marinus Sanutus*, dictus *Torsellus*, in Lib: *Secretorum Fidelium Crucis*, *super recuperatione Terræ Sanctæ*, L. 3. Part. IX, Cap. 4 & seqq: p. m. 190.

(rr) *Rogerus de Hoveden* l. c. An: 1185, p. 628; *Matth*: *Paris*: An: eod: p. 98 &c.

homagio, (ss) elatoque *Henrici* Patris ſunere, *Richardum*, Britanniæ Regem, *Ptolomaida*, (*Accaron* aliis, ut & *Acon* & *Acra* (tt) nuncupata) *Aſcalona*, *Daro*, *Gaza*, multisque promisſionis Terræ locis aliis, utut ærarii ſui jactura, proprioque ſimul & ſubditorum ſanguine, ancipiti armorum fortunæ objecto, An: 1191 à Chriſtiani nominis hoſtibus purgatis, præter Gallorum phalanges, Templariis, & Hoſpitalariis, & *Guidone*, quondam Rege, annitentibus, non ſolum *Campaniæ* Comiti *Henrico*, (qui cum *Conradi*, Montisferratenſium Marchionis, *Guilielmi*, Fratris, ſicaria manu *Tyri* jugulati, vidua *Iſabella*, ſupra dictæ *Sibyllæ* Sorore, thorum conſcenderat,) *Hieroſolymorum* Regnum, quamvis nunquam coronato, imò Regios honores deſpicienti, procuraſſe; (uu) ſed &, liberalitate plusquam Regia, *Guidonem* Ex-Regem *Cypro* Inſula donaſſe, *Iſakio* Imperatori armis erepta; (ww) *Saladino*, duobus & ſexaginta

 Tur-

(ss) *Rogerus de Hoveden* l. c. in vita *Richardi*, p. 662. *Matth: Pariſ:* An: 1188, p. 109.

(tt) *Albertus Aquenſis*, *Hiſt: Hieroſol:* L. IX, in vita *Balduini* Regis, C. 30, p. 336; *Fulcherius Carnotenſis*, de *Geſtis Francorum*, in Ejusdem Regis vita, C. 22, An: 1100, p. 404. Incertus Auctor *Geſtorum Dei per Francos*, P. 1. C. 51, p. 590; & P. 2, ad An: 1104, p. 606.

(uu) *Rogerus de Hoveden* l. c. An: 1186, p. 634; An: 1191, p. 691 &c. An: 1192. p. 716, & An: 1197, p. 772. *Jacobus de Vitriaco* l. c. C. 93, p. 1117, & C. 99, p. 1123; *Matth: Pariſ:* An: 1191, p. 116; *Marinus Sanutus Torſellus*, l. c. C. VI, p. 199.

(ww) *Guilielmus Neubrig:* l. c. L. 4, C. 19, p. 458; & C. 27, p. 468. *Jacobus de Vitriaco* l. c. C. 99, p. 1122. *Marinus Sanutus Torſellus* l. c. C. VII, p. 200.

Turcarum millibus Civitatem *Joppe* circumclaudente, An: 1192, exigua manu in fugam conjecto. (xx) Plenum gloria, *Hybernos*, viginti amplius Provinciæ Regulis, *Johanni*, cogn: *Sine Terra*, *à Richardi* Fratris obitu, Britannica tenenti ſceptra, congregatoque, apud *Pembrocum* in Wallia, copioſo Exercitu, innovatæ rebellionis edita Inſularium ſpecimina, An: 1210, repreſſum eunti, fidelitatis & ſubjectionis debita pollicentibus, Leges & Conſuetudines Anglorum amplexos, conſtitutis hinc inde Vice-Comitibus, & Magiſtratibus aliis, qui Regni Populum, juxta Britannorum placita, deinceps regerent; (yy) Dignum memoratu, *Johannis*, filiorum *Henrici III*, Regis natu majoris, fortitudine, Gallorum copias, quibus *Philippus 2* Rex, Duce Filio *Ludovico VIII*, vili ſumto prætextu, Angliam inundaverat, reportata an: 1217, apud *Lincolniam*, celebri victoria, Regni finibus ejectas, nec unquam eo redituras ſe juramento ſtipulantes; (zz) cujus Triumphatoris Fratrem, *Richardum*, Cornubiæ Ducem, haud poſtremi Procerum Germaniæ, *Wilhelmo* Hollando in bello cum Friſiis occumbente, vel Imperiali diademate, An: 1257, decorandum exiſtimarunt. (aaa) Notatu dignis-

(xx) *Matth: Pariſ:* An: 1192, p. 119; *Jacobus de Vitriaco* l. c. p. 1122.

(yy) *Matth: Pariſ:* ad An: 1210. in vita *Johannis*, p. 160.

(zz) *Matth: Pariſ:* in vita *Henrici III*, ad An: 1217, p. 204.

(aaa) *Matth: Pariſ:* ad An: 1257, p. 632; *Marinus Sanutus Torſellus* l. c. L. 3. P. XII. C. 13, p. 225. Conf: præc: L. I. T. 2. §. 10. lit: d. ad An: 1257, p. 159.

gniſſimum, *Henrici III*, prædicti gnatum, *Eduardum I*, Scotos, an: 1272, denuò recti devios, memorabili pugna, deletis eorum ſexaginta millibus, in viam reduxiſſe; annoque 1282, fuſo *Leolino*, ſeu *Lyonello*, rebelli *Walliæ* Principe, Regno ſuo Principatum hunc adunaviſſe; à quo tempore titulus ille Filiis Britanniæ Regum natu maximis ceſſit. (bbb) Laudibus non minus decantandum, oborto, à receſſu ex hac vita *Caroli Pulchri*, An: 1328, absque prole maſcula, fato functi Galliarum Regis, inter *Eduardum III*, Angliæ Regem, Ipſius, ex *Iſabella* ſorore, nepotem, & *Philippum Valeſium*, Ejusdem Patruelem, ſucceſſionis in Galliam intuitu, Civili bello, apud *Creſſiacum*, Pontivenſis Comitatus Oppidum, in Piccardis, An: 1346, 26 Aug: cæſa, (præter *Johannem*, Bohemiæ Regem, cujus filia, *Bona*, *Caroli Pulchri* filio, *Johanni* Bono, nupſerat,) triginta minimum Gallorum millia, (ccc) alia-

que

(bbb) *Raphaël Volaterran:* L. 3. Commentar: p. 56. *Camdenus*, in *Britannia*, p. m. 456. *Morery*, voc: *Galles*, p. m. 10. *Thomas Smith*, de *Republ. Anglorum*, Lib: I. Cap: 17, p. m. 34.

(ccc) *Albertus Argentinenſ:* in Chron: ad An: 1346, apud *Urſtiſium*, T. 2. p. 138; *Henricus Rehdorf:* Annal: an: eod: apud *Freherum*, T. I. *Rer: German:* p. 436. *Nicol: Burgundus*, in *vita Ludovici Bavari*, L. 3. ad An: 1339, p. 159, & An: 1346, p. 176. *Joh: Froſſardus*, L. I. *Hiſtoriar:* apud *Comelinum* l. c. p. 503 ad 505. *Paulus Æmilius*, L. IX. *Hiſt: Gall:* in vita *Philippi VI*, p. m. 476 &c. *Æneas Sylvius*, *Hiſt: Bohem:* C. 32, p. 138 & 139. *Dubravius*, *Hiſt: Bohem:* L. XXI. p. 176 &c. *Papirius Maſſonius*, Annal: Lib: 4. *Mutius*, Lib: XXIV, *Chronic:* p. 263. *Michaël Ritius*, de *Regib. Franc:* L. 3. apud *Freherum*, T. 2. de *Scriptorib. Franc:* p. 543. *Paulus Stransky*, de *Republica Bojema*, C. 8. §. 41. apud *Goldaſtum*, T. 2. *Bohemiæ*, Edit: *Schminkii*, f. 550 &c. *Nauclerus*, *Chronograph:* Vol: 2, Generat: 45, ad An: 1337, p. 1000, & An: 1346, p. 1006. *Chytræus*, L. VI. *Saxon:* p. 184. *De Serres*, *Inventaire General de l' Hiſtoire de France*, in vita *Philippes de Valois*, ad An: 1346, p. 131. *Camdenus*, in *Britannia*, p. m. 176. *Zeilerus*, Topogr: *Galliæ*, T. 2. de *Piccardia*, voc: *Creſſy*. p. 21.

que quindecim millia, in prælio, quo, trophæa erigente *Philippa*, *Eduardi* Angli *Caletum* obſidione prementis, Conjuge, *Guilielmi*, Hannoniæ Comitis, filia viragine, Scotorum Rex, *David*, in *Philippi* gratiam, Angliæ Provinciis multiplicatas cohortes obducens, captivitatem ſubiit, non, niſi per novem, & quod excurrit, annos, exantlatis cuſtodiæ moleſtiis, liber inde dimiſſus, jurejurando interveniente: *Nunquam hoſtili animo Britanniam ſe repetiturum: ſuos, excurſiones eo facere meditantes, pro viribus cohibiturum, acturumque apud Populum, ut Scotia, ratione Feudi, quod vocant, & inaugurationis, Angliæ deinceps diceretur ſubjecta: Populoque renitente, perpetuam ſe nihilominus firmamque cum Britannis ſervaturum concordiam, & adhuc, decennii ſpatio, quinquaginta Regi aureorum millia depenſurum.* (ddd) Perquam etiam memorabile, *Eduardi* filium, ejusdem cognominis, *Walliæ* Principem, qui, nuper in Aquitaniam navigans, vicinos *Burdigalenſi* agros, *Pictavenſem*, *Turonenſem* & *Bituricenſem*, immiſericorditer depopulabatur, occurrentes ſibi numero longè ſuperiores hoſtium turmas, haud procul à Pictavia, intrepido animo, idem circa tempus, ſic excepiſſe, ut, multis eorum millibus interfectis, vel ipſum *Johan-*

nem

(ddd) *Froſſardus* l. c. p. 506. *Henricus Rebdorf:* l. c.

nem Regem, ab anno 1350, quo *Philippus* Pater animam efflavit, Galliæ Regni Monarcham, Ejusque filium, *Philippum*, *Burdigalam* duceret captivos, vere proximo in Angliam miſſos, (eee) ubi detinebantur, donec, in *Carnatenſi* agro, *Bretiniacenſi* conventione inita, 8 Maji, An: 1360, tota hæc controverſia finiretur, cujus ferè ſumma: *Reges Angliæ in poſterum Aquitaniam totam, cum Pictavenſi Comitatu, Rupellis, Santonia, Vaſconia, agriſque Engoliſmenſi, Lemovicenſi, Petrocorienſi, Aginenſi, Cadurcenſi, Vaſatenſi, & Bigorrenſi; ſimiliter, Comitatum Pontivenſem, cum Civitatibus Monaſteriolo, Bononia & Caleto &c. jure ſupremi dominii, ſeu independente, habituros: ſolvendam inſuper à Gallis victori trium millionum talerorum ſummam: Anglos vice verſa Juri ſuo in Galliam, Normanniam præſertim, Britanniam, & Andegavenſem atque Turonenſem Tractus, perpetuò renunciaturos, Regique & Filio captivis reddituros libertatem: in fidem conventionis Aureliorum Duce, & Borbonio Andegavenſi, multiſque Comitibus & Ba-*

(eee) *Jovius*, *Chron: Reg: Angl:* ad An: 1328, p. 64; Ann: 1338, 1346 & 1347, p. 65; & in *Deſcriptione Britanniæ*, p. 8. *Polydorus Vergilius*, *Hiſtor: Angl:* L. IX. p. 162. *Thomas VValſingham*, *Hiſt: Angl:* in vita *Eduardi III.* p. 143 & 146. *Froſſardus* l. c. p. 506. *Paulus Æmilius* l. c. in vita *Johannis I*, p. m. 484. &c. *Henricus Rebdorf:* l. c. ad An: 1356, p. 449. prælium tamen juxta *Aurelianum* commiſſum tradens. *Lazius*, de *Migratione Gentium*, L. IX, p. m. 654. *De Serres* l. c. in vita *Johannis I*, ad An: 1356, p. 139 &c. *Etienne Pasquier*, ès *Recherches de la France*, L. 2. C. XVI, p. 178. *Chytræus*, l. c. *Johannes Boterus*, de *Regno Angliæ*, p. m. 185. *Beyerlinck*, T. 4. voc: *Inſignia*; Tit: *Signa*, *Arma*, *Impreſſa*; §. *Regum*, *Principum &c.* p. 323. *Höping*, de *Jure Inſignium*, C. VI. Part: 3. Paragr: 3. §. 495, p. 308 &c. *Spener*: *Op*: *Herald*: Part. ſpec. L. 1. C. 3. §. 5 & ſeqq: p. 10 &c. *Puffendorf* Einleitung, C. 4. §. 11, p. 219, & C. V. §. 10, p. 358.

ronibus aliis, dandis obsidibus. (fff) Perennis memoriæ decoramentum, compulso ad deditionem *Harflurio* Castro in Normannis, in certamine cum *Henrico*, Britannorum Rege, cecidisse, An: 1415, 25 Oct: apud *Asincurtium*, in Piccardis, decem Gallorum millia, (ggg) annoque 1420, Eundem, excluso *Carolo* Delphino, *Trecis* in Campania, declaratum Galliæ Regem futurum, cujus etiam filius, *Henricus VI*, novem mensium infans, *Carolo VI* Rege, avo materno, an: 1422, 22 Oct: vivis erepto, (*Henrico* Patre, ultimo Aug: ejusdem Anni prius decedente) confestim declaratus Galliæ Monarcha, consuetaque Parisiis ceremonia An: 1432 inauguratus, publicis privatisque literis, ut & forensi sigillo, atque moneta, quam cudit novam, ANGLIÆ FRANCIÆQUE REGEM se appellavit, Insignibus simul Galliæ usus, speciosè jactando: non armis aliena se occupasse, sed, injecta saltem quodammodo manu, Franciæ Regnum, optimo Sibi jure competens, asseruisse, tum, quod è Majoribus suis, *Eduardus III, Philippi Pulchri,*

(fff) *Froffardus* l. c. p. 508. *Paulus Æmilius* l. c. p. 492. *Chytræus* l. c. *De Serres* l. c. ad An: 1360, p. 148. Dn. *Puffendorf* l. c. C. 4. §. 11, p. 221, & C. V. §. 10, p. 359. *Europ: Heroldt* l. c. p. 10 & 166 &c.

(ggg) *Paulus Æmilius* l. c. Lib: X, in vita *Caroli V*, p. 547. *Nauclerus* l. c. Vol: 2, Generat: 48, ad An: 1415, p. 1050. *Raphaël Volaterranus* l. c. L. 3. *Commentariorum Urbanorum*, p. 56. *Chytræus* l. c. *De Serres* l. c. in vita *Caroli VI*, ad An: 1415, p. m. 192 & 193. *Puffendorf* l. c. C. 4. §. 14. p. 227. & C. 5, §. 12, p. 368.

Pulchri, ex *Isabella* filia, nepos, quum virili prole carens *Isabellæ* Germanus, *Carolus Pulcher*, diem obiisset supremum, *Philippo Valesio* neutiquam esset postponendus: tum maximè, quod Ipsius Patre, *Henrico, Caroli VI* Regis filiam, *Catharinam*, ducente, tringinta annorum pace Anglos inter & Gallos icta, fœderis & nuptiarum conditionibus adjectum: *Si Conjugi superesset Henricus, ad Eum Franciæ Regnum spectaturum: sin minus, procreandos ex eodem matrimonio liberos defuncto Carolo successuros.* (hhh) Æternæ laudis monumentum, *Surriæ* Comitem, *Thomam Hovvardum*, Ducem dehinc *Nortfolciæ*, (cui *Henricus VIII*, Gallico bello, *Teruannæ* præsertim, Morinorum in Gallia Belgica Oppidi, districtus obsidione, tuendos Regni fines crediderat,) *Jacobi IV*, Scotorum Regis, in *Ludovici XII* Regis Galliarum adjumentum, Angliæ Provincias infestans, præsente *Catharina* Regina, in *Floddonensi* Campo, An:1513, copias exitiosa clade castigasse, pereuntibus, cum ipso Rege, duodecim, & quod supra, hostium millibus. (iii) Adoreis celebrandum, expuncta in Spiritualibus

(hhh) *Paulus Æmilius* l. c. in vita *Caroli VII*, p. 556. *Nauclerus* l. c. ad An: 1422, p. 1051. *Volaterranus* l. c. *Chytræus* l. c. & p. 185. *Ritius* l. c. Lib: 3. p. 544. *De Serres* l. c. p. 204 ad 207; & ad An: 1432, p. 236.

(iii) *Franciscus Guicciardinus*, P. 2 *Historiar: sui temporis*, L. XII, p. 14 &c. *De Larrey*, *Hist: d'Angleterre*, T. I. in vita *Henrici VIII*, ad An: 1513, p. 103 & seqq: *Puffendorf* l. c. Cap: 4, §. 19, p. 247 &c. *Im Hoff*, *Hist: Geneal: Regum Pariumque Magnæ Britanniæ*, P. 2, Cap: 4, p. 72.

libus Romani Pontificis auctoritate, totius ferè Anglicani cleri ſuffragio unanimi, laudatum Regem *Henricum*, paulo ante, Libri de *Septem Sacramentis*, quem adverſus *Lutherum* ediderat, occaſione, *Leonis X*, munificentia, DEFENSORIS FIDEI encomio honeſtatum, ut in Secularibus, ita & in Eccleſiaſticis & Spiritualibus, pro ſummo Capite Eccleſiarum Britanniæ fuiſſe recognitum; (kkk) quod, præviis Parlamenti decretis Ann: 1533 & 1534: *De non amplius agnoſcenda Tiberini Præſulis ſuprema poteſtate, ſeu dominatu potius, in Spiritualibus, multoque minus mittendo poſthac Romam tributo, ab Inæ Regis ætate jam pendi ſolito*, An: 1535, ſolenni Edicto publicatum, ſtatutâ in renitentis capitis poenâ, *Johanne Fiſchero*, Roffenſium Epiſcopo, & *Thoma Moro*, Regni Cancellario, Viris aliàs ingenio, virtute, probitate & doctrina Eminentiſſimis, Regni hiſce Legibus ſuffragari detrectantibus, vel propterea 22 Junii, & 6. Julii, ejusdem Anni, gladio mulctatis; (lll) Commendabile, in pri-

(kkk) *De Larrey* l. c. ad Ann: 1531 & 1532, p. 293 & 294. *Leonis X* Bullam, ſub dato Romæ, an: 1521, 5 Id: Octob: in favorem *Henrici VIII* promulgatam, exhibet *Cherubinus*, T. 1. *Magni Bullarii Romani*, in vita Ipſius, §. 45, p. m. 623 &c. ut &, idiomate Gallico, Dn: de *Larrey* l. c. ad An: 1521, p. 144 &c.

(lll) *Chytræus* l. c. L. XIV, ad An: 1535, p. 418. *Thuanus*, L. 1. *Hiſtor*: ad An: 1534, p. 19 & 20. *De Larrey* l. c. An: 1532, p. 298. An: 1533, p. 299. An: 1534, p. 300 &c. & An: 1535, p. 309. *Puffendorf*, l. c. C. 4. p. 252, ad An: 1535.

primis ſtatim *Eliſabethæ*, *Henrici* noſtri, ex *Anna Bolena*, Filiæ, (quæ Virgo annos nata quinque ſupra viginti, pietate, venuſtate, prudentia & eruditione ſpectabilis, *Mariæ* Sorori, è *Catharina* Hiſpana progenita, mortuo Fratre *Eduardo VI*, An: 1553, capeſſenti ſceptra, Romanæque ſimul Eccleſiæ dogmata, modis omnibus in integrum reſtitutum eunti, An: 1558 denatæ, ſucceſſerat,) Comitiis, Procerum ac Nobilitatis prævalente potentia, cautum: *Acta quælibet & Decreta Mariæ, Religionem concernentia, abolenda: Eduardi contrà Fratris Edicta & Sanctiones pro fide puriori, in ſempiternam Reipublicæ utilitatem, inſtauranda; recepto cæterum à Patre & Fratre titulo, per Britanniam, Eccleſiæ Caput Eam vocandam.* (mmmm) Glorioſum denique, (ut filium tot commemorandorum facinorum aliorum abrumpam,) ſub *Jacobo VI*, Scotorum Rege, Qui, poſt pauculas, ab *Eliſabethæ*, An: 1603, 24 Mart: ſeptuageſimo ætatis, (ad quam nemo Angliæ Regum unquam pertigit,) ad æternæ beatitudinis gaudia evocatione, horas, ſcripto

 ex

(mmmm) Auctor Tr: de *Rebus in Gallia, ſub Henrico 2, Franciſco 2 & Carolo IX, ob Religionem geſtis*, in Vita *Franciſci* 2, ad An: 1560, p. m. 35. Auctor *Epitomes Rerum, ſub Ferdinando I Imp: hinc inde geſtarum*, apud *Schardium*, T. 3. *Script: Rer: German:* p. 134, ad An: 1559. *Camdenus, Hiſt: Eliſabethæ*, P. 1. ad An: 1558, p. 1 &c. & An: 1559, p. 21 ad 27. *Thuanus*, L. XXII, ad An: 1559, p. m. 616. *De Larrey* l. c. ad An: 1553, p. 760 &c. 778, 780; & ad An: 1558, p. 927; & Tom: 2, in vita *Eliſabethæ*, ad An: 1558, p. 1. & ſeqq:

ex Consilii sententia Diplomate, successionem Ei, qua Proximo Agnato, (*Henrici* nempe *Octavi*, ex Sorore *Margaretha*, *Jacobo IV*, Scotorum Regi, centum ante annos, in matrimonium collocata, Abnepote,) tam Legum vigore, quam jure sanguinis, deberi, faustissimis Senatus Populique, studia sua & vota invicem æmulantium, acclamationibus, ANGLIÆ, SCOTIÆ, FRANCIÆ ET HYBERNIÆ REX proclamatus, *Angliam Scotiamque* uni Principi parere cœpisse, coadunata, in hunc usque diem, fortunatissimè Regna. (nnn)

Quid autem, REX INVICTISSIME! felicitates hæ omnes, tot insperati eventus malorumque periodis interstinctæ, considerata gloria, qua Majestas TUA Sacratissima subjectos SIBI Populos & Nationes ad summum faustitatis mundanæ apicem gloriosissimè evexit? TU solus, REX! instar Gloriosissimorum Antecessorum TUORUM omnium; TU solus, quod Illi fuere universi; in TE conspirant virtutes omnium; in TE resplendent Heroica facta omnium; TIBI UNI vindicandæ laudes omnium. Ubi rerum summa *VORTIGERNO* Principi demandabatur, *ado-*

(nnn) *Camdenus, Hist: Elisabethæ*, P. 4. p. m. 855. *Robertus Johnston, Rer: Britann:* Lib: XI, ad An: 1603, p. 359. *De Larrey* l. c. T. 2, in vita *Jacobi I*, ad An: 1603, p. 638 &c. *Puffendorf* l. c. Cap: 4, §. 23, p. 270.

adorantes Illum per plateas psallebant, dicentes: dignus est Vortigernus Imperio: dignus est Sceptro Britanniæ: dignus est Imperio, & honore: dignus etiam omni dignitate, qui nos ditare non cessat. (ooo) Ast, quantò, REGUM MAXIME! TU major *Vortigerno*, tantò & majori laude digniorem TE veneratur Orbis. Sub *EDWINO*, Christianorum *Northumbriæ* Regum Primo, *Imperii istius incrementa ad eos limites perducta recensentur, ut Justitia & Pax libenter in mutuos amplexus concurrerent osculorum, gratiam grata vicissitudine libantes.* (ppp) Sed quid magis felicissimi Regiminis TUI mirandas artes extollit, quam propensio erga Justitiam, servandæque Pacis Religio? QUI, æquum rectumque à corruptelis seriò vindicans, veram Populorum TUORUM salutem vel maxime ex justo bonoque metiris, firmo principio: nec unicuique suum tribui, nec, convulso Justitiæ munimento, Reipublicæ fundamenta servari posse, ubi Juris calumniæ tolerantur, aut personarum auctoritas laudabilia Majorum instituta, probatasve Patriæ Leges, elidit, nec litigantes præsidium suum à bonitate causæ & innocentia petere tenentur. *ECBERTUM*

(ooo) Sunt Verba *Galfredi* l. c. Lib: VI, Cap: VII, p. 42.
(ppp) Ita *Wilhelmus Malmesburiensis* l. c. Lib: I. Cap: 3, p. 18.

TUM, Occidentalium Saxonum Regem, Qui universam penè Britanniæ Monarchiam adeptus, *Clementia & mansuetudine subjectorum amorem redemisse,* testes adsunt domestici; (qqq) Quis jam, REX CLEMENTISSIME! TE clementior? quis majori TUA mansuetudine subditorum animos unquam sibi devinxit? quis TE veritatem *Nepotis* Dicti in *Dione*, Cap: IX: *miserandam vitam, qui se metui, quam amari, malunt*, majori unquam habuit precio? Tyrannorum cautela est, non Regum, formidine & terrore inniti, ut securi persistant: armis, nec benevolentia, tueri cives; apud TE contrà validior longè *Senecæ* doctrina: (rrr) *Parcendum est, etiam improbandis Civibus, non aliter quam membris languentibus, & si quando misso sanguine opus est, sustinendum est, ne ultra, quam necesse sit, incidas &c.* paucisque interjectis: *Magni animi est proprium: placidum esse tranquillumve, & injurias atque offensiones supernè despicere &c.* Sanctius Augustorum *Theodosii, Arcadii* & *Thodosii*, Rescriptum ad *Rufinum:* (sss) *Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto, nomina Nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum Nostrorum fuerit: eum poenæ nolumus subjugari, neque durum aliquid, nec aspe-*

(qqq) *VVilhelmus Malmesbur*: l. c. Lib: 2, Cap: I. p. 36.
(rrr) Lib: I. de *Clementia*, Cap: V, p. m. 191.
(sss) L. un: C. *Si quis Imperatori maledixerit* (L. IX. T. VII.) Conf: *Marinus Sanutus Torsellus*, l. c. L. 3, Part: XV. C. 23, T. 2. *Gestorum Dei per Francos*, p. 278.

asperum, volumus sustinere: quoniam, si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab injuria, remittendum &c. De *ATHELSTANO, Eduardi* Regis Filio, an: 924, Britanniæ habenas capessente, referunt Annales: *Quod nihil ignobile habens, omnes Antecessores devotione mentis, omnesque eorum adoreas triumphorum suorum splendore obscuraverit; nemoque legalius, vel literatius, Rempublicam administraverit &c.* (ttt) *Quique à fortissimis lacessiri, sed bello nunquam potuerit vinci &c.* (uuu) Exacte, REX NOBILISSIME, PIISSIME, ac TRIUMPHATOR PERPETUE! in TE quadrant hæc omnia. Loquantur de Regiæ TUÆ mentis rectitudine argumenta, quæ vigiliæ, quas, ut Pater Patriæ, bono publico infatigabilis consecras, quotidiè subministrant. Loquantur de devotione TUA, tot in sanctæ fidei, cujus TU preciosus & zelotes audis DEFENSOR, tutelam sancitæ Leges. Loquantur de triumphis TUIS jubila, quibus Populi, quorum Jura, Leges, Privilegia, consuetudines, possessiones, bona reliqua, hostium adversus violationes & injurias, magnanimiter toties præstitisti secura, laureis condecoratum, ex castris TE reducem hacte-

d nus

(ttt) *VVilhelmus Malmeshur:* l. c. L. 2. C. VI. p. 48.
(uuu) *Henricus Huntindon:* l. c. L. V, p. 354.

nus exceperunt. Invictus TIBI semper animus, ubique magnus, communi tamen aliorum metu, in periculis maximus. Sensere hoc Barbari, sensere hostes TUI alii; quæ facinora, ad posteritatis memoriam, eo splendidiora sunt, quo pinguius exinde securitatis publicæ commodum, nec *Germaniæ*, nec *Britanniæ* duntaxat, sed toti Christianorum Orbi, accrevit. *EADGERUS*, ex Fratre *Eadmundo*, *Athelstani* Nepos, Regni solium An: 959 exornans, *Honor & deliciæ Anglorum salutabatur*; (www) *cætera Pacificus, Magnificus, Salomon secundus, cujus tempore nunquam Exercitus advenarum in Angliam venit, cujus dominio Reges & Principes Angliæ subjecti fuere, Cujusque potentiæ Scoti etiam colla dederunt &c.* (xxx) Justiori multum titulo, REX HONORIFICENTISSIME! *Honor & deliciæ Subditorum* TUORUM apellaris. Regnum profectò TUUM, de quo nonnemo (yyy) affirmavit aliquando: *Nullam in toto Orbe vexatam magis Provinciam armis fuisse, quam Britanniam, usque ad novissima tempora &c.* Consiliorum maturitate, Ministrorumque fidelitate, & prudentia ferè inimitabili, in eum reposuisti statum, ut Purpuratorum

Canuti,

(www) *VVilhelmus Malmesbur*: l. c. Cap: VIII, p. 55.
(xxx) *Henricus Huntindon*: l. c. p. 356.
(yyy) *Ponticus Virunnius*, Cit: *Histor: Britann*: L. VII, in fine, p. m. 112.

Canuti, Daniæ Regis, reſponſio, quam rogati Domino dabant, cum *Philippus 2,* Galliarum Rex, ſororem Ipſius in matrimonium petens, dotis loco, vetus Danorum jus in Angliam in ſe transferri, Eorumque Claſſe & Exercitu, ad expugnandam hanc Inſulam, in annum juvari poſtularet, dicentes: *Anglorum Gens magna & valida, opibusque famoſa, propriæ vel ſaluti, vel libertati, contra omnem vim externam tuendæ, ſufficere creditur &c.* (zzz) fuco procul, hic applicari valeat. TU ſanè, hoſtium terror! Gentili & avita fortitudine, quæ, ex antiquiſſima Guelforum virtute, in TE ſtillavit, quaque, in tam alto & ſublimi Gloriæ faſtigio, ad ſtuporem coruſcas, quotquot hucusque adverſarios expertus es, intrepidè excepiſti, fregiſti, & arte, TIBI ſoli cognita, ſine ſtrepitu armorum, ſineque belli calamitatibus, incendiis puta, deſolationibus agrorum, & ſanguinis effuſione, reportandi victorias, agendique triumphos redegiſti in ordinem, omnes temporum caſus, omnesque rerum converſiones, mira conſtantia, ſuperans. *EDVARDI,* An: 1042, ad Imperium vocati, memor *Wilhelmus Malmesburienſis,*

 inquit:

(zzz) *VVilhelmus Neubrig:* l. c. L. 4, C. 24. p. 464.

inquit: (aaaa) *Eo regnante, nullus tumultus domesticus, qui non citò comprimeretur: nullum bellum forinsecus: omnia domi forisque quieta: omnia tranquilla: quod eo magis stupendum, quia ita mansuetè ageret, ut nec viles homunculos verbo lædere nosset &c.* Sed & hi Boni Principis characteres Majestatis TUÆ Regiminis arcana produnt, uno ore Subditis TUIS, etiam inimicis, fatentibus: nunquam florentiorem, nunquam tranquilliorem Angliæ Monarchiam fuisse visam, quam TUIS sub auspiciis, utpote CUI principia probantur *Haraldi*, Antecessoris TUI, de quo Fasti: (bbbb) *Mox ut Regni gubernacula susceperat, Leges iniquas destruere, æquas cœpit condere, Ecclesiarum ac Monasteriorum Patronus fieri; Episcopos, Abbates, Monachos, Clericos, colere simul ac venerari; pium, humilem, affabilemque se bonis omnibus exhibere; malefactores exosos habere; namque ducibus, Satrapis, Vice-Comitibus, & suis in commune præcepit Ministris, fures, raptores, Regni disturbatores, comprehendere, &, pro Patriæ defensione, Ipsemet terra marique desudare &c.* meritò hinc & cum *Wilhelmo Conquestore* comparandus venis, quippe Qui, docente alio, (cccc) *omnibus Anglorum Regibus potentior fuit, omnibus Prædecessoribus laude dignior, Sapiens, locuples, Gloriosus, humilis Deo servientibus, durus*

Sibi

(aaaa) Lib: 2. Cap: XIII, p. 79.
(bbbb) apud *Rogerum de Hoveden*, l. c. P. I. p. 447.
(cccc) *Henricus Huntindon:* Lib: VI *Histor:* p. 370; Conf: *VVilhelmus Malmesbur:* l. c. L. 3. p. 105.

Sibi resistentibus &c. Ejusque Filio, *Henrico I,* An: 1100 uncto Rege, Cujus memoriam hisce celebrant Historiæ, (dddd) *Omnium Regum, quos nostra, & etiam Patrum nostrorum tenet memoria, Maximus &c.* & (eeee) Qui *pravas Consuetudines, quæ inoleverant, abrogavit, Pacis & æquitatis Jura firmavit &c.* Quid addam de candore TUO, REX SPLENDIDISSIME! Cui nihil unquam fuit antiquius, quam IN RECTO DECUS quærere: servare fidem: stare promissis: fallere neminem? quid de solicitudinibus ad summum promovendi elegantiores scientias & artes, quarum usus tum ad insigne ornamentum Reipublicæ, tum ad necessariam ejusdem tutelam & defensionem, excellenter faciunt? quid de singularibus TUIS Virtutibus reliquis? Neminem itaque Prædecessorum TUORUM, REX INCOMPARABILIS! cum Majestate TUA Sacratissima Religione sinceriorem, meritis præstantiorem, virtutibus clariorem, encomiis celebriorem, acclamationibus digniorem, ne quidem parem, Annales sistant, palam est, nec hodiernæ Britannorum felicitati quicquam anteferendum. O fe-

 licem

(dddd) *VVilhelmus Malmesbur:* in *Historia Novella*, L. I. p. 175.

(eeee) *Rogerus de Hoveden* l. c. in vita *Henrici I*, p. 468. Conf: *VVilhelmus Neubrig:* l. c. L. I Cap: 3. p. 359.

licem ergò Populum, cujus Rectoris consilia eo inclinant omnia, ut, Religione & Justitia sartis tectis, sine conscientiarum tyrannide, utpote qua nihil crudelius, nihil inhumanius: tranquilloque per omnia Statu publico, Cives quietè possideant, quæ justis modis acquisiverunt! ô felicem Populum, cujus Principis adscripta Cœlo virtus, rerumque fortiter gestarum series, generali Gentium concentu, Seculo, cui supernè datus, admirationi, & posteris miraculo est! Felix Civitas, quam Dominus ad vota duntaxat Bonorum, malorumque confusionem, moderatur. Felix Civitas, ad cujus Principis famæ decora non nisi immortalitatis monumentum accedere potest. Felix Respublica, cujus Princeps, *Alexandri Severi* exemplo, (ffff) *neminem in Palatinis esse patitur, nisi necessarium, nec multum Insignibus, aut ad apparatum Regium, auri deputat, Imperium in Virtute, non in splendore esse,* prudentissimè judicans. Felix Respublica, sub cujus Principis clypeo, artes bonæ vel inveniuntur, vel inventæ consummantur: honesta studia efflorescunt: Ingenia vegeta excoluntur: Officinæ licitæ fervent:

(ffff) Vid: *Ælius Lampridius*, in Ejus vita, apud *Sylburgium*, T. 2. *Historiæ Augustæ*, p. m. 210.

vent: Emporia commerciis inſervientia frequentantur: Opificum boni odoris quæſtus vigeſcit: publica tandem gaudia, ad maleferiatorum quoque invidiam, excreſcunt. Felix Regnum, quod Princeps benevolentiâ munit, ſubditos obſequii pariter religioſiſſimi vinculo conſtringente, ac pietatis & charitatis, queis publica inebriati lætitia invicem certant, ſtimulos eis admovente. Felix Regnum, cujus incolæ tanta ingeniorum ſolertia, tanta in agendis induſtria, tantaque in indagandis ſagacitate, quantâ TUI, aliis præſtant. Felix ultimò, quidni feliciſſimum Regnum? quod tripudiando Principi ſuo, de Celſiſſimi Generis fœcunditate gratulatur, non tam ad immortalis Gloriæ Ipſius relinquendas imagines, ſplendoremve felicitatis domeſticæ relevandum; quam in publicæ tranquillitatis, rerumque & temporum fauſtitatis perpetuæ firmamentum, & unà in univerſorum pignus ſalutis, propagati. Hæc indoles TUA, PRINCEPS OPTIME! in exemplum poſteris narranda! Hæc emolumenta, quæ ex TE in Britannos TUOS, aſt ſimul & in omnes, quotquot dulcis Imperii

TUI

TUI prærogativis vitam fortunasque acceptas referunt, reliquos Cives TUOS fideles, redundant. Quorum, omnium contemplatione, ut Britannia, & florentiſſimus conjunctim *BRUNSVICENSIS ET LUNEBURGENSIS ELECTORATUS*, Terræque aliæ, quibus in Germania potiris, infinitas omnipotenti Deo gratias debent, quod *TANTUM PRINCIPEM* nobis dederit, *PIUM, JUSTUM, ÆQUUM, POTENTEM, PACIFICUM, MUNIFICUM, CLEMENTEM, MAGNIFICUM, FELICEM*, Qui, pro Civium SUORUM rebus fortunisque, nullum laboris genus ſubterfugit, eosque tueri, ditare, amare, bonorumque omnium affluentia cumulare, non ceſſat; muneris quoque noſtrûm communis eſt, ut in tanti Protectoris, tantique Patris Patriæ clientelam & obſequium viciſſim lætabundi & hilares ruamus: Regiæ Majeſtati TUÆ devotionis noſtræ thura ſubmiſiſſimi accendamus: fidelitatis noſtræ olibanum deditiſſimi effundamus: hoſtias ſinceri amoris noſtri, cordiumque TIBI ſoli devinctorum, ad nutum etiam paratiſſimi immolemus:

nec

nec contenti ducamus vitam, beneve nobiscum arbitremur actum, TE nisi salvo, sospite, vigente, florente, per omnia felice. Religiosissimi hujus zeli, pro mea parte, ut libamentum dem, profero, REX SAPIENTISSIME! ad aram TUAM, commentationum mearum in Vitriarii Jus Publicum Romano-Germanicum, Tomum præsentem, quem ad Sacratissimos Majestatis TUÆ pedes humillimè depono, vel propterea TIBI sacrandum, quod prærogativas, Jura, Privilegia & honores, tam Invictissimi Imperatoris, Sacratissimique Romanorum Regis, quam Potentissimorum Celsissimorumque Vicariorum, Electorum, Principum, reliquorumque Vastissimi Corporis Sacri Romani Imperii, titulis clarissimis effulgentium Statuum, complectitur. Horum, ut *Apollo*, Musarum Præses, temporis nostri *Salomo*, ævi nostri *Cato*, ætatis nostræ *Justinianus*, Censor cum sis optimus, simul verò & æquissimus, & Judex lenissimus, confido, TE quoque gratiosissima lenitate TUA connata, & Clementiæ TUÆ nunquam satis admiranda virtute, commotum, imi juxta & gratissimi pectoris mei documentum

e hoc

hoc qualecunque, & pignus, utut nullis conditum meritis, propitio dignaturum aſpectu, atque parili gratia ſuſcepturum, qua Dii levidenſarum muneribus, ex voto ſibi devotis, placari ſolent. Gratiam hanc ſi obtinuero, impleta eſt ſcriptionis menſura, nec reſtat, quam ut, cum tot myriadibus ſalutem ſuam ex TE pendentem agnoſcentium, Numen precer Benigniſſimum, velit TE, (Europæ Statorem, Sociorum Propugnatorem, hoſtium terrorem, Gentium amorem, Civium delicias, Seculi Oraculum, cujus nomine auguſtius non vidit Orbis, cujusque, *Jovis* inſtar, Deorum Patris, amicitiam & *Iſter*, & *Rhenus*, & *Albis*, & *Viſurgis*, & *Egdora*, & *Sequana*, & *Iberus*, & *Tajus*, & *Tiberis*, & *Viſtula*, & *Boryſthenes*, & *Belgæ*, & *Alpes*, *Boreas* & *Oriens*, veneranter colunt, vel expetunt,) *Auguſto* feliciorem, *Trajano* meliorem, *Neſtore* annoſiorem reddere. Velit continuò ſaluberrima TUA conſilia, vigilias & arma; ſic beare, ut in Bello ſemper formidabilis, & in Pace fulgentiſſimus appareas. Velit Auguſtiſſimam Progeniem TUAM, qua poſtero tempori tam egregiè proſpexiſti, (Sereniſſimum præſertim Walliæ Principem, GEORGIUM

GIUM AUGUSTUM, virtutum TUARUM felicissimum Hæredem, decorumque ac Gloriæ æmulum Gloriosissimum, in spem tot Populorum, Reipublicæ natum, Dominum meum longè Clementissimum: Serenissimamque Ipsius Conjugem, WILHELMINAM CHARLOTTAM, Venustate gratiosissima, & auctoritate, & humanitate, & affabilitate, & Comitate, & clementia, nemini secundam Principem, multumque ultra Sexus Sui laudes surgentem, modo omni admirabilem: & Serenissimos ex Eis editos Nepotes, singularia maximè Domus Regiæ ornamenta, FRIDERICUM LUDOVICUM, Glocestriæ Ducem, & WILHELMUM AUGUSTUM, Ejus Fratrem, confirmata publicæ prosperitati missa cœlitus fulcra;) seros in annos, salvam florentemque conservare. Velit denique averruncare omnia clementissimè, quæ TUÆ immortali Gloriæ, Potentissimæque Brunsuicensis & Luneburgensis Domus firmamini, contrariantur. Vale, REGUM AUGUSTISSIME! Vale, PRINCIPUM JUBAR! Vale, PATRIÆ PATRUM PRECIOSISSIME! Vale PRINCEPS! sub Quo *LOTHARIORUM*

 apud

apud nos reviviſcit Potentia: *OTTONUM* Majeſtas: *HENRICORUM* Magnanimitas: *WILHELMORUM* Felicitas: *GEORGIORUM* Fortitudo, cæterorumque Progenitorum TUORUM Sapientia, dexteritas, candor, integritas, conſtantia, & ſimul rerum temporumque tranquillitas. Vive, PRINCIPUM OPTIME! divina ſub protectione, ætatem omnem: vive, quam diutiſſimè, Felix: creſce, in TUA purpura, ad votum: vigeſce, in communis boni plenitudinem, numeroſas per Olympiades: reple porrò meritis, victoriis atque triumphis, Orbem, & retine ſub alarum TUARUM umbra, REX CLEMENTISSIME! perpetuum,

MAJESTATIS TUÆ SACRATISSIMÆ

Luneburgi
An: 1725, Cal: Oct:

Servorum humillimum, Subjectiſſimum & devotiſſimum,

PFEFFINGERUM.

LECTORI
Salutem plurimam.

COmmentariorum meorum in b. m. Viri Clarissimi, DN. PHILIPPI REINHARDI VITRIARII, JCti & Antecessoris Celeberrimæ Belgarum Academiæ Lugdunensis longè Meritissimi, Institutiones Juris Publici Romano-Germanici, Tomum Tertium (qui & Invictissimi Imperatoris, Sacratissimique Romanorum Regis, ac Potentissimorum & Celsissimorum Sacri Romani Imperii Vicariorum, Electorum,

Principum, reliquorumque Statuum Illuſtriſſimorum, nec non ex parte Splendidiſſimæ, per Franconiam, Sueviam, & Rheni oras, Immediatæ Nobilitatis, Jura, Prærogativas, Privilegia, conſuetudines, honores &c: complectitur,) produco.

Methodum neceſſaria deſcribendi eandem retinui, qua in prioribus uſus ſum, id eſt: Cuncta ab origine derivantur.

Scriptores, qui de ſubſtratis materiis benè meriti, præmittuntur.

Abſque receptarum Legum, Tranſactionum, Conventionum, Pactorum, aliorumque documentorum publicorum cautelis & fulcimento, aſtructum nihil.

Ubi tamen hæc deficiunt, Auctores coævi, bonæque notæ Recentiores, in ſubſidium adhibentur.

Ignoſcas, ſi non nunquam, in explanandis Titulis, nominibus, loquendique formulis, juſto prolixior appaream, cùm in eorum partim favorem id factum ſit, qui in excolenda re diplomatica ſudare amant, quibus procul dubio acceptum, variantes in Compendio lectiones oſtendere; partim, ut ſuccinctè nimis tacta pro modo clariora redderentur.

Æquis Cenſoribus non ſpero nauſeæ moleſtiam

ſtiam citurum, quod ſubindè ex diplomatibus, aliisque teſtimoniis, in fidem dictorum adhibitis, ipſiſſima verba retinuerim, Lectorem dundaxat, cui ejusmodi probationes vel ignorantur, vel qui tædio eas evolvendi ſuperſedere cupit, mediisve comparandi libros rariores deſtituitur, ratione hac ſublevaturus.

Controverſiarum Illuſtrium, tum ipſosmet Imperantes invicem, tum Eos cum parentibus committentium, memor, non tutius ire credidi, quam purè argumenta recenſendo, quibus litigantes bonitatem cauſæ tueri ſatagunt, ſalvis ubique Auguſtiſſimi Imperatoris, Eminentiſſimorumque Statuum, Juribus Majeſtaticis, atque eminentiis.

Tuo judicio ſi tam varii generis, tantique ponderis materiarum momenta non ſatis enucleaſſe videar, gratiarum quoque cum actione paratiſſimus tibi aſſurgam, quam primum, maturius crepans judicium, ſobriè, & absque livore, meliora protuleris. Scias interim, de Summorum Principum Juribus ſemper ita philoſophandum, ut non obliviſcamur, grande nefas eſſe, pœnis coërcendum, auctoritate privata, Judicis, vel Arbitri, partes uſurpare conari, ubi non niſi religiosè juſſa excipere fas eſt.

Calumniandi nequitiam, & furioſum ac

mor-


mordax altercandi ſtudium, tanquam Honeſti Viri characteribus, Chriſtianorum ne dicam regulis, Prudentumque principio: *Nihil in mundo ex omni parte perfectum;* è diametro oppoſita, horreo, non minus ac omnibus contradicendi pruritum cordati omnes deteſtantur.

Nihil putare rectum, cujus quis non ipſemet ſit auctor, ſtultitiæ planè ſignum eſt, & commiſeratione digniſſimum. Rectius multò *Seneca,* Epiſt. 76, p. m. 523: *Tamdiu diſcendum eſt, quàm diu neſcias, &, ſi proverbio credimus, quàm diu vivas;* aſt, ô quantum, quod neſcimus?

Mentem meam ſolicitè verbis exprimere ſtudui, quæ ad hoc videbantur aptiora. Tu ſi ſtylo plano ventoſam garrulitatem anteponere, aut tumida & futili loquacitate delectari mavis, per me licet, te etiam ad cacozeliam usque inſanire.

Perinde cæterum mihi eſt, num Commentariorum, num Collectaneorum, num alio nomine, librum meum appellaveris. Utere labore meo, prout vacat. Tibi ſoli non ſcripſi. Omnibus placere nec cupio, nec poſſum. Si quædam inde tibi probantur, operæ meæ ſatis precii acceſſiſſe putabo. Reliqua fortè aliis placent; Vale, & ſtudiis meis fave.

AUCTOR.



J. G. Mentzel. sc.

LIBER III.

TIT. I.

DE REBUS IMPERII INCORPORALIBUS.

RES Imperii incorporales ſunt omnes res, quæ in Jure conſiſtunt. §. 1. Inſtit. de Rebus Corpor. & Incorp.

(1.) Jura Imperii ſunt: vel Majeſtatica, & Independentia; vel Non-Majeſtatica, & dependentia.

(2.) Majeſtatica, vel competunt ſoli Imperatori; *(a)* vel Ipſi communia ſunt cum aliis.

Ea, quæ Ipſi communia ſunt cum aliis, vel communicantur tantum quibusdam *(b)* Statibus Imperii, vel communicantur omnibus. *(c)*

NOTÆ.

(a) SOLI IMPERATORI &c. dicta vulgo *Reſervata*. De quibus ſeq. Tit. 2.

(b) QUIBUSDAM &c. v. g. Electoribus, de quibus ſeq. Tit. 4.

(c) OMNIBUS &c. vid. ſeq. Tit. 3.

(3.) Non-Majeſtatica & dependentia, vel propria ſunt uni; vel communia ſunt quibusdam; vel communia ſunt omnibus Statibus Imperii; vel aliis Civibus Imperii competunt.

(4.) Propria uni, ſunt uniuscujusque Privilegia.

(5.) Propria pluribus, ſunt Jura, competentia Vicariis Imperii, *(a)* Electoribus, &c *(b)*

(6.) Communia omnibus, ſunt Jura Superioritatis Territorialis, *(c)*

(7.) Jura aliis Civibus Imperii competentia, ſunt Jura Nobilium Immediatorum, *(d)* & aliorum Subditorum; vel Immediatorum, qui non ſunt *(e)* Status Imperii, vel Mediatorum.

NOTÆ.

(a) VICARIIS IMPERII &c. Vid. seq. Tit. VII.
(b) ELECTORIBUS; vid seq. Tit. VIII. & seqq.
(c) TERRITORIALIS &c. Vid. seq. Tit. XVI. & seqq.
(d) IMMEDIATORUM &c. Vid. seq. Tit. XV, §. 11 & 12, & Tit. XXI. §. 1. &c.
(e) QUI NON SUNT &c. V. g. Immediatorum Pagorum; de quibus seq. Tit. XXI. §. 8.

TIT. II.
DE JURIBUS SOLI IMPERATORI COMPETENTIBUS, SEU RESERVATIS IMPERATORIS.

JUra Majestatica soli Imperatori competentia, sunt Reservata (a) Imperatoris, *Kayserliche* Reservaten *und Hoheiten*.

NOTA.

(a) RESERVATA &c. Æternæ lites de Reservatis his. *Sixtinus*, de *Regalibus*, passim; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, lib. I. Class. V. Cap. VI. §. *121*. & seqq. p. *614*. ad *626*. & *Stamlerus*, tot. Tract. de *Reservatis Imperatoris*, præ aliis, in iis recensendis luxuriantur. Per-Illustris L. B. de *Lyncker* in Comment. de *Capitulatione Cæsarea*, §. IX. p. *68*. &c. ut & in Dissert. de *Plenitudine Summæ Potestatis*, An. *1691*. Resp. Dn. *Carolo Christiano Strauß*, Jenæ habita, perquam etiam adversatur *Hippolyto à Lapide*, (Quo nomine intelligendum esse putant, *Bogislaum Philippum Chemnitium*; vid. Dn. *Struvius*, *Biblioth. Juris selecta*, Cap. XI. §. *32*. p. *412*. Alii vero *Paulum Chemnitium*, Ducis Pomeraniæ Cancellarium; alii *Jacobum de Steinberg*, Regi Sueciæ à Consiliis; Vid. Dn. *Mencken*, de *Historicis*, Cap. *37*. pag. *113*. adhuc alii, *Dranseum de Roseneck*, Reginæ Sueciæ Consiliarium.) Tract. *de Ratione Status Imperii Romano-Germanici*, An. *1640*. & *1647*. Freystadii edito, ex altera parte, peculiari studio Jura Principum efferenti. *Jacobi Lampadii* Principium, part. *3*. de *Republ. Romano-Germanica*, Cap. XIII. §. *5*. pag. *94*. & Cap. XVI. §. *1*. pag. *111*. *Quod omnia imperandi Jura in Imperio Cæsaris sint propria, in quorum communionem Ordines, per Capitulationes, Recessus, aliasve Constitutiones Imperii, non expresse concesserint*; (in eandem fere sententiam eunte *Paurmeistero*, lib. *2*. de *Jurisdictione Imper. Romani*, Cap. *4*. §. *7*. *16*. *20*.) probat *Kulpisius* ad *Monzambano*, Part. *2*. Cap. V. §. *27*. pag. *180*. Illustris Dn. *Thomasius* contra, ad eundem *Monzambani* locum, Cap. V. §. *27*. lit. u. pag. *300* & *301*. illud imbecilli fundamento niti docet, eo quod *Regulæ* ex plurimis sint faciendæ; *Exceptiones* contra ex paucioribus; perperam ejusmodi axioma adhibiturum, addens, qui, centum ex Juribus, nonaginta sex cum aliis communicans, ad deducenda quatuor reliqua, eo uteretur. Id minimum pro certo habeo, jejune omnia *Reservatis* hodie annumerari, quæ pristini Cæsares, sub titulo *Regalium*, sibi quondam vindicarunt, quorum nonnulla, in conventionis charta An. *1110*. inter *Henricum V*. Imperatorem, & *Paschalem 2*. P. R. initæ, præced. Lib. I. Tit. V. in vita *Henrici V*. Imp. pag. *5*1. recensentur, verb: *Papa præcipiet Episcopis ---- ne ---- invadant Regalia, id est: Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias ---- Militiam & Castra &c.* De quibus insuper inspiciendum *Friderici I*. Imp. Diploma, An. *1159*. *15*. Kal. Mart. apud *Marengam*, *Astensibus* Civibus concessum, apud *Ughellum*, in *Italia Sacra*, Tom. *4*. p. m. *524*. & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. *60*. pag. *54*. ubi: *Quia vero superius mentionem de Regalibus fecimus, ne quis de eis dubitet, nominatim ea exprimimus; hac itaque Regalia esse dicuntur: Moneta; Viæ publicæ; Aquatica; Flumina publica; Molendina; Furni; Forestica; Mensuræ; Banchatica* (i.e. tributum, ex Banchis, seu stallis Macellariorum, proveniens; vid. Du *Fresne*, voc. *Banchaticum*, pag. m. *452*.) *Portus*; *Argentaria*;

Peda-

Pedagia; Piscationis reditus; Sessoria vini & frumenti, & eorum quæ venduntur; Placita; Batalia; Rubi; restitutiones in integrum; & alia omnia quæ ad Regalia Jura pertinent &c. nec non 2. F. 56. *Quæ sint Regalia?* ibi: *Regaliæ:* (sunt) *Armandiæ; Viæ publicæ; Flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia; Portus; Ripatica; Vectigalia, quæ vulgo dicuntur Telonia; Moneta; Multarum pœnarumque Compendia; Bona vacantia, & quæ, ut ab indignis, Legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur; & Bona contrahentium incestas nuptias; condemnatorum & proscriptorum, secundum quod in Novis Constitutionibus cavetur; Angariarum; Parangariarum, & Plaustrorum & Navium, præstationes; & extraordinaria collatio ad felicissimam Regalis Numinis expeditionem; Potestas constituendorum Magistratuum, ad Justitiam expediendam; Argentariæ; & Palatia in Civitatibus consuetis; Piscationum reditus & Salinarum; & Bona committentium crimen Majestatis; & dimidium Thesauri in loco Cæsaris inventi, non data opera, vel loco Religioso; si data opera, totum ad Eum pertineat &c.* Quam Constitutionem *Vultejus* de *Feudis,* lib. 1. Cap. V. §. 7. p. 70. &c. *Dionysius Gothofredus,* in Notis ad 2. F. 56. Interpretes Juris Feudalis reliqui, *Textor,* quoque *Jur. Publ.* Tit. X. pag. 275. &c. *Mylerus* ad *Rumelinum* in A. B. Part. 3. Differt. 3. §. 23. & seqq. p. m. 779. &c. & alii, fuse interpretantur. Eodem respicit *Güntherus* Poëta, in *Ligurino,* lib. VIII. apud *Reuberum,* p. m. 408. de *Friderico I.* Imp. canens:

Postea, sollicite Regni de Jure vetusto,
Quæstio mota fuit: quod, desuetudine longa,
Priscus inumbrabat neglecti temporis error.
Ac primum Ligures, super hoc à Rege rogati:
Vectigal: Portus: Cudendæ Jura Monetæ:
Cumque Molendinis: Telonia: Flumina: Pontes:
Id quoque quod Fodrum vulgari nomine dicunt:
Et Capitolitium certo sub tempore Censum.
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia Fisco.
Hæc, & si qua pari fuerant obnoxia Juri.
Prælati, Proceres, missique potentibus Urbes,
Libera Romano liquerunt omnia Regno &c.

Pariter ac *Radevici* testimonium, lib. 2. de *Gestis ejusdem Cæsaris,* Cap. V. apud *Urstisium,* ad Ann. 1158. pag. 509. præced. Lib. I. Tit. 2. §. 10. lit. d. pag. 132 & 133. jam extans; In Rescripto *Henrici VI.* Romanorum Regis, sub dato *Nonnensteine,* An. 1189. 12. Kal. April. ad Episcopatus Mindensem, Paderbornensem & Osnabrugensem, *Argentifodinam,* in Episcopatu *Mindensi* repertam concernente, habetur: *Cum omnis Argentifodina ad Jura pertineat Imperii, & inter Regalia nostra sit computata &c.* & rursus in diplomate, adhuc eodem die, *Dethmaro,* Mindensium Præsuli, desuper concesso: *Cum igitur Argentifodina, quæ est in Episcopatu Mindensi constituta, ad Jura pertineat Imperii, & inter Regalia nostra sit computata &c.* Vid. seq. Tit. XVIII. §. 28. lit. a. De reliquis, suo loco proferendis, ne dicam. Hæcque ratio forte, cur *Ferdinandi III.* Imp. Legati ad Westphalicæ Pacis Tractatus, An. 1645. *Reservata Imperatoris* non sint ausi nominetenus recensere, utut Legati Principum Protestantium, imo Galli quoque, desuper Eos compellaverint. Vid. *Lundorpius* Tom. V. *Actor. Publ.* lib. 2. Cap. 113. §. 17. pag. 1045. verb: *Cæsaris Reservata zu specificiren.* Judicium de his ferre, non est Privatorum. Legi interim merentur: *Nicol. Mylerus ab Ehrenbach.* tot. Tract. de *Principibus & Statibus Imperii.* Ill. *Obrechtus,* ad *Instrum. Pacis Westphal.* Art. VIII. pag. 174. *Burgoldensis,* ad dictum *Instrumentum Pacis,* Part. 3. Discurs. 1. & seqq. Ill. *Thomasius,* Diss. de *Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum,* Resp. Dn. *Petro Henrico Muckio,* Ann. 1696. Halæ habita, §. 1 & 22. Dn. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 1. Cap. 4. §. 5. pag. 282. &c. Dn. *Ockel,* de *Præscriptione Immemoriali,* Cap. V. §. 10. p. 240. &c. & de *Regali Postarum Jure,* Discurs. ad Object. VII. §. 1. & seqq. p. 69. &c. Dn. *Titius,* lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 3. §. 21. &c. p. 531. &c. Alii.

1. Alias dicuntur Relicta; alias Regalia Majora, *(a)* sed perperam. Non enim proprie sunt Relicta; quia Imperator communicat Majestatem cum Statibus; non vero Status Majestatem Ipsi vel adimunt, vel etiam Ipsi communicant. Nec sunt proprie Regalia: Quia Regalia sunt Jura dependentia; Reservata vero Jura Independentia. Vid. 2. F. 56.

NOTA.

(a) REGALIA MAJORA &c. *Gothofredus,* in Not. ad 2. F. 56. *Quæ sint Regaliæ?* lit. f. ait: *Horum* (Regalium) *quædam Majora, quædam Minora sunt. Majora sunt hæc: Legem condere: Magistratus creare: Nobilitati & Famæ restituere: Legitimare spurios: Monetam cudere: Ætatis veniam*

veniam concedere: Jure Regni incolendi donare Extraneum: Tabelliones creare: Superindicta imponere: Pœnæ capitalis, & Jurisjurandi, gratiam facere ut possis agere: Minora vero sunt hæc: Multarum & pœnarum compendia; Tributa, & similia &c. Conf. *Vultejus* l. c. Dn. *Thomasius* l. c. §. 8. Qui ex instituto de *Regalibus* scripserunt, habentur seq. Tit. 2. §. 52. lit. a.

2. Reservata non describunt *(a)* totam Imperatoris potestatem. Quia, præter ea, habet plurima Jura Majestatis communia cum Statibus.

NOTA.

(a) NON DESCRIBUNT &c. Ita *Bœclerus*, lib. 4. *Notit. Imper.* Cap. I. §. 6. p. 79.

3. Nec potestas Imperatoris plane & recte describitur Capitulationibus Cæsareis. *(a)* Quia plura sunt Jura, Ipsi vel soli, vel conjunctim cum aliis, *(b)* competentia; de quibus in Capitulationibus non agitur. Hæc propositio igitur vera non est: *Quæcunque Jura Imperator in Capitulationibus non communicavit Statibus, ista Jura sibi reservavit.* Vid. Lampadius, Part. 3. Cap. XVI. p. 261.

NOTÆ

(a) CÆSAREIS &c. Conf. *Bœclerus* l. c. §. 7. p. 79. Lampadianæ huic doctrinæ itidem se opponens.

(b) CUM ALIIS &c. scil. Imperii Statibus; & quidem, vel cum omnibus, de quibus seq. Tit. III. vel cum Electoribus tantum, de quibus seq. Tit. IV.

4. Reservata Imperatoris, sunt Jura Majestatis, quæ soli & uni Imperatori competunt in toto Imperio. *(a)*

NOTA.

(a) IMPERIO &c. Et quidem ita, ut nec Leges Imperii, nec Consuetudines, nec Statuum Privilegia, nec diversarum Religionum in Imperio receptarum indoles, reclament. Vid. Dn. *Ockel*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. V. §. 10. p. 240. Dn. *Jacob. Frider. Ludovici* diss. de *Judice, in caussis Principum Protestantium matrimonialibus*, Resp. Dn. *Dieterico de Grote*, An. 1702. 30 Mart. Halæ ventilata, §. 27. p. 25.

5. Alii eam definiunt: *Reservata Imperioris sunt. Jura quædam, Summo Imperio adjuncta, ex eoque immediate, profluentia, vigore quorum, vel facit, vel præcipit, vel permittit, vel etiam exigit aliquid, quod ad Reipublicæ necessitatem, aut ejusdem utilitatem, spectat.* Quæ definitio partim obscura est, partim imperfecta, imo omnino falsa. Reservata enim Imperatoris non sunt *Adjuncta Majestatis*, sed ipsa Majestas.

6. Reservatorum divisionem, qua dicuntur alia esse Ordinaria, alia Extraordinaria; Illa, quæ, secundum normam Legum Fundamentalium, exercet Imperator; Hæc, quæ, casu necessitatis, exercet; quæque Legibus Fundamentalibus, ut loquuntur, soluta sunt, non agnoscimus, eamque Capitulationibus, & aliis Legibus Imperii Fundamentalibus, contrariam putamus; hæ enim potestatem Imperatoris extraordinariam, in casu necessitatis, Legibusque solutam, nullam agnoscunt; sed Imperator omnia, quæ facit, Legibus conformiter facere debet. Vid. Capitul. Leopoldi *(a)* Art. XVII. & XXXIX.

NOTA.

(a) LEOPOLDI &c. Add. Capitul. *Josephi*, Art. XVI. XVII. XXXVIII. & *Caroli* VI. Art. I. II. III. IV. V. VI. VIII. IX. X. XI. & seqq.

7. Recte autem dividuntur in Ecclesiastica, & Politica.

8. Ad Ecclesiastica *(a)* refertur: Jus Primariarum Precum, *(b)* Quod est: Potestas, cujus vi, Imperator benemeritis, vel aliis personis idoneis, super Beneficio Ecclesiastico *(c)* primum vacaturo, *(d)* prospicit, *(e)* Vid. Thulemar. p. 319; Schweder, p. 304. 714. Carpzov. ad Legem Regiam, p. 322. §. 17.

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) AD ECCLESIASTICA &c. Pertinet huc doctrina: *de Juribus Principum Secularium circa Sacra*; quam tot Viri Celeberrimi, quorum nomina pariter & labores *Goldastus*, Tomis tribus de *Monarchia*, & *Schardius*, Tract. de *Jurisdictione Imperiali*, æternæ memoriæ consecrarunt, laudanda nunquam satis opera, exponunt. Quibus addi merentur: *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*; *Hugo Grotius*, Lib. posthum. *de Imperio Summarum Potestatum circa Sacra*, cum Scholiis *Blondelli*, Parisiis, *1648.* & Hagæ Comitum *1661.* impress. *Guilielmus Apollonius*, Tr. de *Jure Majestatis circa Sacra*; Ann. *1624.* *Henricus Henninges de Summa Imperatoris Potestate circa Sacra.* Ann. *1676.* *Boeclerus*, *Dissert. Polit. XII. de Jure Majestatis circa Sacra*; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. *2.* Cap. *82 & 83.* pag. *717.* &c. *Johannes Otto Tabor*, de *Regimine Imperantium Ecclesiastico*, Argentor. *4.* *1656.* *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. *2.* Sect. I. *2 & 3.* pag. *32.* &c. Ill. *Schützius*, *Prælect.* ad *Jus Publ.* lib. *2.* Tit. *2.* Posit. *19.* p. *383.* ad *385.* Ill. Dn. de *Seckendorff*, *im Teutschen Fürsten-Staat*, Part. *2.* Cap. XI. ad XV. p. *260.* &c. Dn. *Schilterus*, de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ*, passim, & *Institut. Juris Publici*, Lib. I. Tit. XV. p. *169.* &c. Dn. *Conringius*, de *Republica Imperii Germanici*, Diss. VII. de *Constitutione Episcoporum Germaniæ*; Id. Diss. *de Conciliis, & circa ea Summæ Potestatis auctoritate*, Ann. *1650.* *18.* Maji, *à Joachimo Johanne Madero*, Helmstadii habita. Idem, Tr. de *Pace perpetua, inter Imperii Germanici Ordines, Religione dissidentes, servanda*; An. *1657.* & *1677.* impresso, passim. Ill. Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publici*, Part. *2.* Cap. *33.* pag. *883.* &c. Ill. *Rhetius*, Diss. de *Jure Statuum Imperii circa Sacra.* Ill. *Bœhmerus*, Introduct. *in Jus Publicum universale*, Part. spec. lib. *2.* Cap. V. pag. *452.* &c. Dn. *Cortrejus*, Tom. I. *Corporis Juris Publici* Part. VI. ad Cap. I. *Concordatorum Friderici III. Imp. & Nicolai V.* P. *2.* §. *21.* & *22.* pag. *32.* &c. Dn. *Henricus Beust*, Diss. Inaug. *de Juribus Majestatis circa Religionem in genere, & in specie, de Episcopalibus & Patronatus*; Præside Dn. *Joh. Thoma Cludio*, An. *1693.* Helmstad. Dn. *Fridericus Augustus Lüedeken*, Diss. de *Potestate Principis circa Religionem*, Respondente Dn. *Loth Sigismundo de Minckwitz*, Equite Lusato, Witteberg. *1694.* Dn. *Matthias Daniel Laurens*, Diss. Inaug. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, Præside Ill. Dn. *Stryckio*, *26.* Junii, An. eod. Halæ, annoque *1697.* recusa; Dn. *Enno Rudolphus Brenneysen*, Diss. Inaug. de *Jure Principis circa Adiaphora*, Præsid. Ill. *Thomasio*, *13.* Sept. *1695.* Halæ. Iidem Dnn. *Thomasius* & *Brenneysen*, Tract. *Vom Recht Evangelischer Fürsten in Theologischen Streitigkeiten*, Hal. *1696.* Dn. *Henricus Ernestus Kestnerus*, Diss. de *Jure Principis circa Sacra*; Respondente Dn. *Joh. Maximiliano von Damm*, Nob. Francof. Rintelii, Ann. *1700.* Dn. *Conradus Ludovicus Wagner*, Diss. Inaug. de *Jure Sabbathi*, Præside Dn. *Joh. Samuele Stryckio*, Hal. *1702.* Dn. *Fridericus Saltzmannus*, Diss. de *Fatis Juris circa Sacra*, Præside Dn. *Feltzio*, Argentorat. *18.* Sept. *1710.* Auctor Tract. de *Statuum Imperii Romano-Germanici Jure reformandi*; fol. *1710.* cum approbatione *Juridicæ Facultatis Giessensis.* Interpretes Juris Publici nostri omnes.

Fundamenta hujus Juris præcipua sunt:

Ordinatio Divina: Notum profecto, Divini cultus & disciplinæ simul Ecclesiasticæ directionem, non *Aaroni* & Clericis, sed *Mosi*, à Deo fuisse demandatam; vel *Exodi* & *Levitici* Libris testibus. Auctoritate potestatis hujus, instruxit *Moses* Populum Israëlis de Fide, & Lege Dei: ritus Ecclesiasticos introduxit: Sacerdotibus, Presbyteris & Levitis, præcepta dedit: De causis Ecclesiasticis cognovit: ipsum fratrem *Aaronem*, Summum licet Pontificem, totumque Populum, aurei vituli latria se polluentes, graviter reprehendit, *Exod. 32.* §. *19.* &c. Sic *Josua*, eidem Populo præscripsit Leges. *Jos. 1.* v. *17.* &c. *David*, *Josaphat*, *Ezechias*, *Josias*, *Joas*, aliique Reges pii, Gentilium idola, eorumque delubra, destruxerunt, blasphemias represserunt; puramque Religionem restaurarunt, *1. Reg.* XXII. v. *43.* *2. Regg.* XVIII. v. *3.* XXII *2. 3.* *2. Paral.* XIX. XX. XXIV. XXXIX XXX XXXI. XXXIV. *Salomo* similiter cuncta in Ecclesia disposuit; *2. Paral.* VIII. v. *12.* ad *16.* Vid. *Stephanus Wintonensis*, in Oratione, de *Vera obedientia*, apud *Goldastum*, Tom. I. *Monarchiæ*, pag. *724.* §. *55* & *6e.* Auctor Operis eximii, de *Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestatis*, Part. *4.* §. *45.* apud *Goldastum* l. c. Tom. *3.* pag. *35.* *Carolus Molinæus*, de *Monarchia Regum Franciæ*, §. *183.* ibid. pag. *62* & *63.* *Johannes Bedæus*, de *Jure Regum*, Cap. *3.* ibid. pag. *811.* *Guilielmus Barclajus*, de *Potestate Papæ*, Cap. *5.* ibid. pag. *648.* *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. *4.* §. *27.* p. *47.*

(2.) *Universalis potestas Legislatoria, qua Princeps in Republica pollet*; vigore cujus, non solum in negotiis Civilibus & Politicis, sed & in Ecclesiasticis, mandat, præcipit, jubet, punit. Recte *Aristoteles*, lib. VI. *Politicor.* Cap. ult. *Necessaria*

cura sunt: circa rem divinam; circa rem bellicam &c. & Lib. VII. Cap. 8. ὧν, ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη, πρῶτον ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια. Eorum, sine quibus Civitas esse non potest, primum est: Cura circa divinum. *Pietate* namque *adversus Deos sublata, fides etiam & Societas humani Generis, & una excellentissima Virtus, Justitia, tollitur;* ita *Cicero* lib. 3. de *Natura Deorum*, §. 3. *Numam*, Religionibus divinoque jure, Populum sibi devinxisse; *Tacitus* Auctor est, Lib. 3. *Annal.* Cap. 26. §. 5. Hinc *Legem Regiam* appellavit *Chrysippus*, Divinarum humanarumque rerum tabulam; ipsique Romani *Jurisprudentiam*, divinarum humanarumque rerum notitiam vocarunt. *Instit.* de J. & J. §. 1. Cum sane idolatra, hæreticus, novorumque dogmatum seminator, non minus ac fur & latro, Rempublicam turbent, solusque Princeps à Deo potestatem coactivam acceperit, (*Sap.* VI. §. 4. *Rom.* XIII, 1. &c. 1. *Petri* 2. v. 13. &c.) Princeps quoque solus utrique Leges præscribere poterit, quibus conservanda salus publica: Spectat huc tranquillitatis publicæ turbatorum ejectio, sive Laici isti sint, sive Clerici; Novorum dogmatum, Reipublicæ Damnosorum, proscriptio; Diversarum Religionum Principiis imbutorum, reliqua tamen bonorum pacificorumque Civium, tolerantia; Injuriarum, quibus dissentientes, proh dolor! plerumque à teneris se invicem afficere assuescunt, prohibitio; Religionis ad Verbi divini normam aptatæ defensio & tutela; hæresium suppresio; totius Oeconomiæ Ecclesiasticæ ordinatio. Conf. Auctor, de *Libertate Ecclesiastica*, apud *Goldastum*, de *Monarchia*, Tom. I. pag. 688. cit. Auctor *Operis eximii*, de *differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestatis*, apud eundem l. c. Tom. 3. pag. 30. *Bedæus* l. c. *Schardius*, Epist. dedicatoria, ad *Maximilianum II.* Imp. Operi, de *Jurisdictione Imperiali &c.* præfixa; *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2. Cap. XX. §. 44. pag. m. 344. &c. *Arnisæus*, de *Jure Majestatis*, Cap. 3. *Graswinckel*, de *Jure Majestatis*, Cap. 6. *Conringius*, de *Legibus*, §. 6. *Bœclerus*, Diss. Polit. 4. de *Juribus Majestatis*, p. m. 343. *Gastelius* l. c. §. 25. pag. 47. Egregie, hanc in rem, *Constantinus Magnus*, in Rescripto, ad absentes Episcopos, de *Nicæni* Concilii Decreto, circa Paschatos Festi celebrationem, apud *Socratem*, Lib. I. *Histor. Eccles.* Cap. IX. pag. 32. (Edit. Vales.) & *Theodoretum*, lib. I *Histor. Eccles.* Cap. X. pag. m. 22. *Cum ex florenti & prospero Reipublicæ statu, quanta sit divinæ Virtutis erga Nos benignitas, compertum haberem: istud omnium maxime Mihi propositum putavi: ut in Sanctissima Catholicæ Ecclesiæ multitudine; una Fides, Sincera charitas, & consentiens erga Deum Omnipotentem Religionis cultus, servaretur &c.* Conf. *Nicephorus Callistus*, lib. 8. *Histor. Eccles.* Cap. XXV. p. 394. Pariter ac *Constantius*, in Epistola, qua *Eudoxium*, Constantinopolitanum Præsulem, ob *Aëtii* hæresin, expelli jusserat, apud *Sozomenum*, lib. 4. *Histor. Eccles.* Cap. XIV. p. m. (Edit. Vales.) 556. *Revocate quæso in memoriam primos illos Sermones, tunc, cum de Fide inquireremus; quibus demonstratum est: Servatorem Nostrum esse Filium Dei, & similem Patri secundum substantiam &c.* nec non *Theodosius II.* Imp. in Epistola ad *Cyrillum*, apud *Baronium*, Tom. V. *Annal.* ad An. 430. p. m. 548. *Cum Deus Optimus Maximus Imperii habenas Nobis tradiderit ---- promovendæ Pietati, propter Reipublicæ salutem, incumbimus, ut, in omnibus fere subditorum nostrorum commodo intenti, unum hoc perpetuo urgeamus, contendamusque sedulo, ut pie Religioseque privatim vivant omnes, &, ut Pios decet, in Republica versentur universi &c.* Conf. *Goldastus*, T. 3. *Constit. Imper.* pag. 594. Et in Epistola ad Synodum *Ephesiam* Ann. 431. apud *Baronium* l. c. ad h. a. pag. 566. & *Goldastum* l. c. *Cum magnam omnium, quæ è Republica sunt, curam habeamus, tum vero maximam illorum, quæ ad Pietatem, Religionemque conservandam, pertinere arbitramur &c.* Non minus *Marcianus*, in Sacra, *contra Hæreticos*, Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 510. *Custodiendæ præterea Orthodoxæ Fidei cura tanto à Serenitate Mea adhiberi impensior debet, quanto res humanas Divinæ præcedunt &c.* Et *Justinianus*, Novel. 137. *Si Civiles Leges, quarum potestatem Nobis Deus pro sua in Homines benignitate, credidit, firmas ab omnibus custodiri, ad obedientium securitatem, studemus; quanto plus studii adhibere debemus, circa Sacrorum Canonum & Divinarum Legum custodiam, quæ super salute animarum nostrarum definitæ sunt &c.* Idem, Novel. 3. in Epilogo: *Non minor Nobis cura est horum, quæ Sanctissimis Ecclesiis prosunt, quam ipsius animæ &c.* & in Oratione ad *Mennam*, adversus *Origenem*, apud *Baronium*, Tom. VII. ad An. 538. §. 33. p. m. 300. *Nobis semper studio fuit, atque etiam nunc est, rectam & irreprehensibilem Christianorum Fidem, statumque Sanctissimum Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, perturbationum expertem, usque quaque custodiri. Hæc Nobis prima & antiquissima cura est, per quam & Nobis in præsenti Seculo Imperium à Deo traditum esse, & conservari, credimus, & Reipublicæ Nostræ inimicos subdi; & in Seculo futuro misericordiam, in conspectu Bonitatis Ejus, Nos adepturos speramus &c.* & *Carolus Magnus*, in Præfatione Capitularis: *De non adorandis Imaginibus*, apud *Goldastum*, T. I. *Constit. Imper.* pag. 23. *Cujus* (Ecclesiæ) *quoniam in sinu, Regni gubernacula, Domino tribuente, suscepimus, necesse est, ut in ejus defensione, &, ob ejus exaltationem, Christo auxiliante, toto annisu certemus, ut ab Eo boni servi & fidelis nomine censeri valeamus &c.*

Conf.

Conf. *Jacobi Leschasserii*, Advocati Regii in Suprema Curia Parisiensi, Tract. *de Libertate antiqua & Canonica Ecclesiæ Gallicanæ*, apud *Goldastum*, Tom. 3. *Monarch*. pag. 281. §. 30. Sic *Ludovicus Pius*, apud *Ansegisum*, verba referente *Claudio Gousteo*, de *Potestate Regia in Ecclesia*, apud *Goldastum* l. c. T. I. pag. 659. *Quoniam complacuit Divinæ Providentiæ Nostram Mediocritatem ad hoc constituere, ut Sanctæ Suæ Ecclesiæ, & Regni hujus curam gereremus, ad hoc certare, & Nos, & Filios ac Socios Nostros, diebus vitæ Nostræ optamus, ut tria specialiter Capitula, & à Vobis*, (Episcopos alloquitur) *& à Nobis, Deo opem ferente, in hujus Regni administratione, conserventur, i. e. ut Defensio, exaltatio & honor Sanctæ Dei Ecclesiæ, & Servorum illius, congruus maneat; & pax & justitia in omni generalitate Populi Nostri, conservetur ---- Sed quamquam summa hujus ministerii in Nostra persona consistere videatur, tamen & Divina auctoritate, & humana ordinatione, ita per partes Divisum esse cognoscitur, ut unusquisque vestrum, in suo loco & ordine, partem Nostri ministerii habere cognoscatur. Unde apparet, quod Ego omnium Vestrum Admonitor esse debeo, & omnes Vos Nostri adjutores esse debetis. Nec enim ignoramus, quid unicuique Vestrum, pro sibi commissa portione, conveniat, & ideo prætermittere non possumus, quin unumquemque, juxta suum Ordinem, admoneamus &c.* & *Arnolphus*, in Constitutione: *De Excommunicatis*, in Concilio Triburiensi sancita, apud *Goldastum*, T. 3. *Constitut. Imper.* pag. 206. *Nos, quibus Regni cura, & solicitudo Ecclesiarum Christi, commissa est, aliter Regnum & Imperium Jure Ecclesiastico regere & gubernare non possumus, nisi hos, qui Ecclesiam Christi --- conturbant, Zelo Fidei persequamur &c.* & *Henricus V.* in Constitutione: *De illicitis nuptiis*, apud eundem, l. c. pag. 319. *Quoniam Nobis, Divinæ Pietatis Providentia, Imperialis officii curam commissam credimus, Nos quoque erga ea, quæ ad Christianas Religiones pertinent, & ad cultum Justitiæ, jugiter sollicitare debemus &c.* & *Fridericus Barbarossa*, in Epist. ad *Rolandum* & Cardinales, An. 1159. apud *Radevicum*, lib. 2. de Gestis hujus Imperatoris, c. 55 Edit. Urstis. p. m. 540. *Quoniam, Divina præordinante Clementia, Romani Imperii gubernacula suscepimus, oportet, ut, in omnibus Viis Nostris, Ipsius Legem custodiamus, cujus munere, cujus Voluntate, dignitatis Nostræ apicem adepti sumus. In hoc itaque Sacratissimo proposito constituti, cum omnibus Ecclesiis, in Imperio Nostro constitutis, debeamus patrocinari, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura & defensio, à Divina Providentia, creditur Nobis esse commissa specialius &c.* Audi *Sigismundum*, in Epistola ad *Gregorium XII.* P. R. apud Dn. *von der Hardt*, Tom. VI. *Historiæ Concilii Constantiensis*, part. I. pag. 6. *Maximo desiderio jam dudum tenebamur, ut diem messis videre possemus, unicam Christi sponsam, Ecclesiam Catholicam, debite reformatam. Postea vero, cum ad Imperialia Gubernacula fuissemus assumpti, id quod erat Nobis in desiderio, transivit in præceptum: Cum teneamur Ecclesiam, per Imperiale Officium, tueri, cujus etiam Canones Sanctorum Patrum Nos appellant Advocatum & Defensorem &c.* Quibus verbis quoque utitur, in Epistola ad *Carolum*, Franciæ Regem, qua, An. 1413. ad Concilium *Constantiense* Eum invitavit, apud *Goldastum*, T. I. *Constit. Imperial.* pag. 387. Conf. Ejusdem *Aurea Bulla*, de An. 1432. apud *Goldastum* l. c. Tom 3. pag. 426. ut & Avisamenta ad *Eugenium IV.* de An. 1433. ibid. pag. 427. & Edictum de *Salvo Conductu*, An. 1435. l. c. pag. 453. seq. §. 11. lit. a. v. 5. Jungatur Rescriptum *Maximiliani I.* Imp. ad *Gelnhusanos*, de Ann 1511. seq. v. 43. nec non Oratio *Edgari*, R. Angl. ad Clerum, apud cit. Auctorem Operis Eximii, de *Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ potestatis*, pag. m. 42. *Sed & meæ solicitudinis est, Ecclesiarum Ministris, Gregibus Monachorum, Choris Virginum, necessaria procurare, ac paci eorum & quieti consulere. De quorum omnium moribus ad Nos spectat examen, si vixerint continenter? si honeste se habeant ad eos, qui foris sunt? si Divinis Officiis solliciti? si ad docendum Populum assidui? si victu Sobrii? si moderati habitu? si in Judiciis sint discreti? &c.*

(3) *Tertio: Tituli, Ipsis convenientes*; cum v. g. audiant:

Pastores; *Esaiæ* 44. v. 28. ubi Deus ad *Coreschum* Regem: *Pastor meus est &c.* & *Jerem.* 49. v. 19. *Quis Ille Pastor, qui consistet coram Me?* ubi *Pastoris* vocabulo omnes *Regem* intelligunt; Sic Dominus *Davidi*, 2. *Sam.* V. v. 2. *Tu pasces Populum meum Israëlem &c.* & *Psalmi* 78. §. 70 & seqq. *Elegit Davidem, Servum suum, & accepit Eum de caulis gregis: à lactantibus adduxit Eum, ad pascendum Jacobum, Populum suum, & Israëlem, hæreditatem suam: qui pavit eos in integritate cordis sui, & in rectitudine manuum suarum duxit eos &c.* Conf. Auctor Operis Eximii, modo laudati, p. 35.

Patres nutritii Ecclesiæ Dei, *Esa.* 49. §. 23. Vid. *Joh. Bedæus* de *Jure Regum*, Cap. 4. apud *Goldastum* T. III *Monarch.* pag. 812. *Schardius*, Epistola dedicatoria ad *Maximilianum II.* Imp. Operi de *Jurisdictione Imperiali* præfixa, f. 5.

Vicarii Dei, Ejusque Ministri, quibus potestas data puniendi malos; *Sap.* 6. §. 5. *Rom.* 13. §. 1. ad 4. Sic *Anastasius*, P. R. in Epistola contra *Acacium*, Tom. I. Conciliorum *Petri Crabbe*, f. 539. & apud

Baronium, Tom. VI. Annal. ad An. *497*. p. *527*. ad *Anastasium* Imp. *Pectus Clementiæ Vestræ Secretarium est publicæ felicitatis; & per instantiam Vestram, quam, velut Vicarium, Deus præsidere jussit in Terris, Evangelicis Apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur &c.* Conf. *Nicolaus Cusanus*, de *Concordantia Catholica* lib. 3. Cap. *5*. apud *Schardium* l. c. pag. *362*. & *Rogeri Widringtoni*, Angli, *Apologia*, *pro Jure Principum*, contra *Bellarminum*, §. *467*. apud *Goldastum* l. c. pag. *761*. & seq v. *98*. Spectat huc etiam Epistola *Eleutherii* Papæ, ad *Lucium*, Angliæ Regem, apud sæpe fatum Auctorem Operis Eximii, de *Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestatis*, pag. m. *40*. verb: *Suscepisti enim, Miseratione Divina, in Regno Britanniæ, Legem & Fidem Christi, habetis penes Vos in Regno utramque paginam, ex illis, Dei gratia, per Concilium Regni Vestri, sume Legem; & per illam, Dei patientia, Vestrum Rege Britanniæ Regnum. Vicarius vero Dei estis in illo Regno, juxta Psalmistam: Domini est Terra &c.* Conf. Præfatio præcedentis Libri I. §. *5*.

Advocati & Defensores Ecclesiæ. Vid seq. §. *11*. lit. a.

Protectores Conciliorum, Vid. R. J. *August. 1548*. §. *6*. *Damit dann &c.* & R. J. *August. 1551*. §. *6*. *Wir sind auch &c.* Conf. seq. §. *11*. lit. a. v. *5*.

(4) Quarto: Unanimis Ecclesiæ Consensus. Ecce, quid de hac thesi *Ecclesiæ Patres!*

Hieronymus, in Comment. in Cap. XXII. *Jeremiæ*, perspicue satis tradit: *Officii Regii esse, curare: Ut Præcepta Dei ubique observentur.* Vid. *Gratian.* Caus. XXIII. Q. *5*. c. *Regum officium*, *23*. & *Carolus Molinæus*, de *Monarchia*, §. *189*. apud *Goldastum*, T. *3*. *Monarch.* pag. *63*.

B. Augustinus, lib. *3*. contra *Cresconium*, Cap. *51*. Tom. VII. Operum, pag. m. *272*. ait: *Reges, cum in errore sunt, pro ipso errore Leges, contra veritatem, ferunt; cum in veritate sunt, similiter, contra errorem, pro ipsa veritate, decernunt. Rex Nabuchodonosor perversus Legem sævam dedit, ut simulacrum adoraretur; Idem correctus veram, ne Deus verus blasphemaretur. In hoc enim Reges, sicut Eis divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum Reges sunt, si in suo Regno bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam Societatem, verum etiam, quæ ad Divinam Religionem &c.* Idem, de *Correctione Donatistarum, ad Bonifacium*, c. *13*. Tom. *2*. Operum, pag. *210*. &c. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis Terram! servite Domino in timore, & exultate Ei cum tremore! Quomodo ergo Reges Domino serviunt in timore, nisi ea, quæ contra jussa Domini fiunt, Religiosa severitate prohibendo, atque plectendo? aliter enim servit, quia Homo est; aliter, quia etiam & Rex est; Quia Homo est, Ei servit, vivendo fideliter: Quia vero etiam Rex est, servit, Leges, justa præcipientes, & contraria prohibentes, convenienti vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, lucos & templa Idolorum, & illa excelsa, quæ contra præcepta Dei fuerant exstructa, destruendo. Sicut servivit Josias, talia & Ipse faciendo. Sicut servivit Rex Ninivitarum, universam Civitatem ad placandum Dominum compellendo. Sicut servivit Darius, Idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos ejus leonibus ingerendo. Sicut servivit Nabuchodonosor, de quo jam diximus, omnes in Regno suo positos, à blasphemando Deo, lege terribili prohibendo. In hoc ergo serviunt Domino Reges, in quantum sunt Reges, cum ea faciunt, ad serviendum illi, quæ non possunt facere nisi Reges &c.* Conf. *Venericus Vercellensis*, de *Unitate Ecclesiæ conservanda*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, pag. m. *13*. Auctor Operis Eximii, de *Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ potestatis*, apud *Goldastum* T. *3*. *Monarchiæ*, pag. *38*. *Stephanus Wintonensis*, de *Vera Obedientia*, apud eundem, l. c. Tom. I. pag. *716* Est & alius locus *Augustini*, Lib. I. *contra Parmeniani Epistolam*, Cap. *7*. Tom. VII. Operum, p. *19* & *20*. multum huc faciens, quem propterea *Johannes Bekinsau*, de *Absoluto Regis Imperio*, apud *Goldastum* l. c. Tom. I. pag. *742*. exscripsit. Add. Ejusdem Epistola *48*. ad *Vincentium*, unde sua hausit *Emundus Richerius*, Academiæ Parisiensis Doctor, Lib. de *Ecclesiastica & Politica Potestate*, §. *12*. apud eundem, l. c. Tom. *3*. pag. *803*. Conf. seq. v. *97*. voc. *Augustinus*.

B. Leo, P. R. Epist. *7*. ad *Theodosium* Imp. de An. *449* Tom. I. Conciliorum *Petri Crabbe*, f. m. *346*. b. & apud *Baronium* Tom. VI. Annal. ad An. *449*. pag. m. *71*. *Quantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in fide Vestræ Clementiæ præparavit, his etiam literis, quas ad me misistis, ostenditur; ut Vobis non solum Regium, sed etiam Sacerdotalem animum esse gaudeamus. Siquidem, præter Imperiales & publicas curas, piissimam solicitudinem Christianæ Religionis habetis, ne scil. in Populo Dei aut Schismata, aut hæreses, aut ulla scandala, convalescant: quia tunc est optimus Regni Vestri status, quando sempiternæ & incommutabili Trinitati unius Deitatis Confessione servitur &c.* & rursus Epist. IX. ad eundem: *Pro integritate Fidei Catholicæ, Christianissimum Principem convenit esse solicitum, & hoc, indefessis precibus, Divinam Misericordiam posco, ut cordi Vestro, id quod est veritatis, inspiret &c.* Vid. Tom I. Concil. pag. *347*. *b*. & *Baronius* l. c. pag. *78*. Add. Ejusdem Epistolæ XII & XVI. ad Eundem; nec non XL. XLI. XLII. XLVII. XLVIII. LV. &c. ad *Marcianum* Imp. ut & LXXIII. ad *Leonem* Imp. ubi: *Debes incunctanter*

ter advertere. Regiam potestatem Tibi non solum ad Mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium, collatam &c. Vid. T. I. *Concil. p. 371.*

Gregorius Magnus, P. R. Lib. IX. Epist. LX, ad *Aldibertum*, Anglorum Regem: *Gloriose Fili! eam, quam accepisti divinitus, gratiam, solicita mente custodi; Christianam Fidem in Populis Tibi subditis extendere festina; Zelum rectitudinis Tuæ in eorum conversione multiplica; Idolorum cultus insequere: Fanorum ædificia everte: Subditorum mentes, in magna vitæ munditia, exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monstrando, ædifica: ut Illum retributorem invenias in Cœlo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in Terra &c.* vid. *Baronius*, Tom. VIII, ad An. 601, p. m. 166, §. XIX. Eandem Epistolam fuisse ad *Childebertum*, Francorum Regem, missam, docet *Nicolaus Cusanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 3, c. XI, apud *Schardium* de *Jurisdict. Imper.* p. m. 366; adjiciens: *Ecce! Officium Regis est, Fidem Catholicam dilatare in subjectis &c.* Idem, ad extirpandam hæresin Simoniacam & Neophytorum, ita compellat Francorum Reges: *Paterno Vos salutantes affectu, petimus, Præcellentissimi Filii! ut detestabile hoc malum Simoniacæ hæresis, ac Neophytorum, de Regni Vestri finibus studeatis prohiberi, & nulla apud Vos excusatio, nulla contra animam Vestram suggestio locum inveniat; quia facientis procul dubio culpam habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare &c.* Vid. *Venericus Vercellensis*, de *Unitate Ecclesiæ conservanda*, apud *Schardium* l. c. pag. 10. Ipsas literas Viri Sancti, ad *Theodoricum*, *Theodobertum*, *Clotharium*, & *Brunichildim*, Reges Reginamque Francorum, huc spectantes, reperis cit. Epistolarum Ejus libro IX, Epist. 53, 54, 55, 56, 57, 64 &c. Eundem *Mauricii* Cæsaris Constitutionem, qua Milites à professione Monachatus, ministeriisque Ecclesiasticis arcentur, ad Italos Siculosque observandam misisse, notat *Carolus Molinæus*, *de Monarchia*, §. 170, apud *Goldastum* T. 3. *Monarch.* pag. 61. Conf. seq. v. 97, voc. *Gregorius Magnus.*

B. *Isidorus* Hispalensis, Sec. VI & VII. clarus, Lib. 3. sententiarum, de *Summo bono*, c. 53, verbis sequent. v. 97. voc. *Isidorus*, occurrentibus.

Bernhardus, in Epistola ad *Lotharium* Imp. de *Recuperandis Imperii Juribus*, apud *Goldastum* T. 2. *Monarch.* p. 66; *Non est meum hortari ad pugnam; est tamen (securus dico) Advocati Ecclesiæ, arcere ab Ecclesiæ infestatione Schismaticorum rabiem &c.* Conf. Ejusdem Epistola ad *Conradum* Regem, de *Concordia Imperii & Sacerdotii*, apud eundem pag. 68: *Utrumque Cæsaris interesse constat; & propriam tueri Coronam, & Ecclesiam defensare; alterum Regi, alterum convenit Ecclesiæ Advocato &c.*

(5) Ecce, quid *Pontifices Romani!*

Bonifacius I, in Epistola ad *Honorium* Imp. de An. 419, apud *Venericum Vercellensem*, de *Unitate Ecclesiæ conservanda* l. c. pag. 9; & *Baronium*, Tom. V. Annal. ad An. 419. p. 440: *Ecclesia*, ait, *Devotionem Tuam Christianissime Imperator! meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus, Deus noster, vestri fidus Victor & Gubernator Imperii, uni desponsatam sibi & intactam Virginem servat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus inlidi, & quietam faciem tempestatis insolitæ rumore turbari &c.*

De Leone, (cujus verba modo retuli,) ne dicam, audiamus *Gelasium I*, ad *Rufinun* & *Aprilem*, Episcopos, scribentem: *Quis autem Leges Principum, aut Patrum regulas, aut admonitiones modernas, dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum?* vid. *Gratianus*, Dist. X, c. XI, *Quis autem;* & Dist. 54, c. XI, *Quis aut &c.* & *Caroli, Molinæi, Monarchia*, l. c. §. 171, p. 61.

Anastasius II. in Epistola ad *Anastasium* Imp. de Ann. 497. Vid. seq. v. 98. voc. *Anastasii II.*

Johannes II. in Epistola ad *Justinianum* Imp. L. 8. C. de *Summa Trinitate*, & apud *Baronium*, Tom. VII. *Annal.* ad Ann. 534. pag. 213. *Liquet igitur, Imperator Gloriosissime! --- Vos Apostolicis eruditionibus studere; cum de Religione Catholica Fidei ea sapitis, ea scripsistis, ea protulistis, ea Populis fidelibus publicastis, quæ, sicut diximus, & Sedis Apostolicæ doctrina, & Sanctorum Patrum veneranda decrevit auctoritas, & Nos confirmamus in omnibus &c.*

Agapetus, in literis ad Eundem, apud *Baronium* l. c. ad Ann. 535. pag. 236. *Gratulamur, Venerabilis Imperator! quod tanto Catholicæ Fidei ardore succenderis, ut, omnibus piissimæ Vitæ Vestræ temporibus, piam solicitudinem, circa conservandam augendamque Ecclesiarum concordiam, clementer exhibeas, & unam fidem, suaque per omnia firmitate consimilem, omnibus Populis Christianis cupias prædicari &c.*

Vigilius, Tom. I. Epist. 4. ad *Aurelianum* Arelatensem, inter alia scribit: *Sit Fraternitas Vestra in hac quoque parte solicita, & Glorioso Filio nostro, Childeberto Regi* (Francorum) ---- *supplicare non desinas, quatenus in tanta rerum necessitate, circa Ecclesiam Dei, solicitudinem Christiana devotione persolvat ---- Dignum enim est, & Catholico Regi conveniens, ut Fidem & Ecclesiam, in qua Deus Illum*

Illum voluit baptizari, omni debeat Virtute defendere &c.

Quid *Gregorius Magnus* de his ſentiat, *modo monitum.*

Agathonis teſtimonium ſeq. v. 98. producam.

Leoni II. in Epiſtola ad *Conſtantinum Pogonatum* Imp. Tom. I. Conciliorum *Petri Crabbe*, p. m. 83. hæc debemus: *Honor Regis judicium diligit: quia, dum divina rebus humanis præponitis, & orthodoxam Fidem curis ſecularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud, quam judicium rectum Dei cultui mancipatis, & ſacrificium puriſſimum, atque holocauſtum, divinæ ſuavitatis odore flagrans, in ara Veſtri pectoris, Ejus inviſibili Majeſtati mactatis* & infra, f. 85. *Exulta nunc ſecura, Sancta Mater Eccleſia! de libertate tua ſæpius impugnata, ſed non derelicta. Suſcitavit Rex tuus Invictiſſimus Chriſtianiſſimum Principem, Propugnatorem tuum, Benefactorem tuum, atque opulentiſſimum largitorem, cujus ſtudio Orthodoxa Fides, recollecto ſplendore, toto orbe irradiat; fideles omnes gratiam referentes exultant; infideles mœror atque dejectio comprimit, atque confundit; Eccleſiæ Chriſti de cunctis oppreſſionibus liberatæ reſpirant; Donis Imperialibus confoventur; Principali præſidio muniuntur &c.*

Gregorium II. ejuſdem fuiſſe ſententiæ, documento eſt Ejus Epiſtola ſecunda de *Sacris Imaginibus*, ad *Leonem Iſaurum* Imp. Tom. 3. Concilior. p. 1, P. I, pag. 468, & apud *Baronium* Tom. IX, ad An. 726, p. m. 83. ubi: *Scripſiſti: Imperator ſum & Sacerdos. Enimvero, qui ante Te fuerunt Imperatores, hoc opere ac ſermone demonſtrarunt, qui condiderunt & curam geſſerunt Eccleſiarum, una cum Pontificibus, cupiditate zeloque incenſi, rectæque Fidei veritatem perveſtigantes, Conſtantinus Magnus, Theodoſius Magnus, Valentinianus Magnus, & Conſtantinus, Juſtiniani Pater, qui Sextæ Synodo interfuit. Imperatores iſti religioſe imperarunt, & cum Pontificibus, uno conſilio ac ſententia, Synodos congregantes, atque veritatem dogmatum perquirentes, Sanctas Eccleſias conſtituerunt, & ornarunt. Hi ſunt Sacerdotes & Imperatores, qui id opere demonſtrarunt &c.* & pag. 86: *Hortamur Te, ut ſis Pontifex & Imperator, prout ante ſcripſiſti &c.* Conf. Auctor, de *Libertate Eccleſiaſtica*, apud *Goldaſtum*, T. I. *Monarchiæ, p. 686.*

Leo IV. ita ad *Lotharium* & *Ludovicum* Auguſtos, apud *Gratianum*, Diſt. X. c. IX. de *Capitulis*, & *Carolum Molinæum* l. c. §. 123. & 124. *Monarchiæ*, pag. 55. *De Capitulis, vel Præceptis Imperialibus Veſtris, Veſtrorumque* (Ivo, part. 4. c. 176. & Baronius, Tom. X. ad Ann. 847. §. 20. pag. 47. legunt: *Noſtrorumque*) *Pontificum Prædeceſſorum, irrefragabiliter cuſtodiendis, & conſervandis, quantum valuimus, & valemus, Chriſto propitio, & nunc & in ævum, Nos conſervaturos modis omnibus profitemur; & ſi fortaſſe quilibet, aliter Vobis dixerit, vel dicturus fuerit, ſciatis, eum pro certo mendacem &c.*

Bonifacius IX. confirmaſſe legitur ſolenni Conſtitutione de Ann. 1393. apud *Goldaſtum*, T. I. *Conſtitutionum Imperialium*, pag. 376. *Friderici II.* & *Caroli IV.* Imperatorum Leges, in favorem Eccleſiaſticæ Libertatis latas;

Johannem XXIII. idem feciſſe Ann. 1413. docet Ejuſdem Conſtitutio apud *Goldaſtum* l. c. pag. 388.

Decretalem *Martini V.* in Conſtantienſi Synodo Ann. 1417. ſuper easdem emiſſam, ſiſtit idem, l. c. T. 2. p. 104.

(6) Integras *Synodos* eandem foviſſe ſententiam, teſtantur Acta quinque Conciliorum Oecumenicorum priorum ad nauſeam. Quibus laudibus *Turonica* Synodus, hanc ob cauſam, *Carolum Magnum*, Ann. 813. cumulaverit notat *Claudius Gouſtæus*, de *Poteſtate Regia in Eccleſia*, apud *Goldaſtum*, T. I. *Monarchiæ*, pag. 665. ibi: *Quantum Piiſſimi Imperatoris noſtri excellens animus Divinæ Sapientiæ fulgore ſit irradiatus, ad gubernandum præſentium rerum ſtatum, Ipſius Imperii, ſibi à Deo dati, liquido teſtantur negotia; quæ quanta ſint induſtria adminiſtrata, prudentia ordinata, facile vel ex eo præcipue perſpici poteſt, quod hic toto animo invigilat, inveſtigando, quæ ad pietatem, & veram Religionem, pertinent. His igitur intentus pios ac Religioſos Dei ſacerdotes, Eccleſiæ gubernacula, in Regno, ſibi Divina largitate collato, tenentes, ſaluberimis exhortationibus admonuit: Ut ſibi commiſſos verbis & exemplis regerent; qui Turonis congregati, pro parvitate noſtra, quæ, ſecundum Canonicam Regulam, emendatione indigent, diſtincte per Capitula adnotavimus, Sereniſſimo Imperatori oſtendenda &c.* In fine Capitis 51. Actorum ejuſdem Synodi, habetur: *Hæc nos in Conventu noſtro ita ventilavimus: ſed quomodo deinceps piiſſimo Principi noſtro de his agendum placebit, nos, fideles Ejus Famuli, libenti animo, ad nutum & voluntatem Ejus parati ſumus &c.* Vid. *Centur. Magdeburg.* Cent. IX. Cap. IX. p. m. 387. unde ſua *Lehmannus Chron. Spirenſ.* lib. 2. Cap. 41. pag. 170. Laudanda pariter Declaratio Synodi *Ticinenſis* Patrum, Ann. 877. *Carolo Calvo* Imp. facta; apud *Pithœum*, de *Scriptoribus Rer. Franc.* pag. 506. & *Goldaſtum*, T. 2. *Conſtit. Imper.* p. 30. *Nos unanimiter Vos Protectorem, Dominum, ac Defenſorem omnium*

omnium nostrum elegimus, cui & gaudenter, toto cordis affectu, subdi gaudemus; & omnia, quæ ad profectum totius sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium salutem, decernitis & sancietis, totis viribus, annuente Christo, concordi mente, & prompta voluntate, observare promittimus &c. Patres *Ravennatensis* Concilii de Ann. 906. sub anathematis plane pœna, observari voluerunt Ecclesiasticas *Caroli Magni*, Ejusque Posteritatis, Leges, verb. Cap. I. *Si quis sanctorum Patrum Regulas contempserit, & Gloriosissimorum Imperatorum, Caroli videlicet Magni Imp. & Ludovici atque Lotharii nec non & Filii Ejus, Ludovici, quæ de Ecclesiasticis decimis, in Eorum Capitularibus, statuta atque sancita sunt, non observaverit; & qui dat, & qui recipit, auctoritate S. Sedis Apostolicæ, & sanctione Synodi, excommunicationi subjaceat &c.* vid. *Goldastus* T. 3. l. c. pag. 297. *Constantiense* Concilium approbasse Constitutiones *Friderici II. & Caroli IV.* Imperatorum, pro *Ecclesiastica Libertate*, editas, notavit idem, l. c. T. 2, p. 97; Idem fecisse Concilium *Basiliense*, patet ex eodem, l. c. Tom. 3, p. 433; conf. Tom. 2. Conciliorum *Petri Crabbe, pag. 747.*

(7) Junge testimonia aliorum quoque Virorum magni nominis, veluti: *Socratis*, in fine Proœmii Libri V. *Historiæ Ecclesiasticæ*, Edit. Valesf. p. m. 259: *Ex quo Illi* (Imperatores) *Christiani esse cœperunt, ex Illis pependerunt res Ecclesiasticæ: & maxima quæque Concilia Eorum arbitrio tum facta sunt antea, tum hodieque fiunt*, & *Mennæ*, Byzantini Patriarchæ, qui, in depositionis sententia, An. 536, contra *Anthimum* prolata, apud *Baronium*, T. VII. Annal. ad h. a. pag. 275: *Eutychetis opinionem habet - - - - divisiones excogitabat adversus omnes, ut ita dicatur, Ecclesias, ut periclitando unionem Sanctissimarum Ecclesiarum, tantis Piissimi Imperatoris nostri laboribus reformatam, in multas divisiones scinderet &c.* paucisque interjectis, p. 277: *Putamus, Charissimi! Vestram Pietatem non ignorare voluntatem & Zelum Pii Imperatoris Nostri, quem habet ad Orthodoxam Fidem nostram: & nihil eorum, quæ in Sanctissima Ecclesia moventur, convenit fieri, præter opinionem & jussum Ipsius. Rogamus itaque Vestram Charitatem in præsentiarum acquiescere, ut nos tempus accipiamus, adducere ad pias suas aures ea quæ à vobis exclamata fuerunt &c.* Conf. *Luitperti* Moguntini Epistola ad *Ludovicum Germanicum*, apud *Flacium*, in *Catalogo Testium veritatis*, p. m. 143: *Prudentiam Vestram, veritatis & Justitiæ amatricem, exhortor, ut, secundum datam Vobis divinitus sapientiam, cum scientibus Legem Dei, & justitiam Ejus diligentibus, tractare studeatis, quomodo, remotis dissensionum scandalis, quæ Zizaniorum sator, subdola machinatione, spargere nititur, Pax Ecclesiis, & unitas optata reddatur &c.* ut & *Hincmari* Rhemensis Epistola ad *Ludovicum III Regem, Balbi* filium, pro libera electione Episcopi Bellovacensis Ecclesiæ, Tom. 2. ipsius Operum, p. m. 189: *Debetis igitur incunctanter advertere, sicut Sanctus Papa Leo, ad Leonem Augustum, scripsit* (Epist. 81) *Regiam potestatem vobis, non ad solum Mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium, esse collatam, ut, ausus nefarios comprimendo, &, quæ bene sunt statuta, defendatis, & veram pacem his, quæ sunt turbata, restituatis &c.* & alia, ad *Carolum Calvum*, pro viduata Sylvanectensi Ecclesia, apud Flacium, l. c. p. 238: *Dignetur mihi Dominatio Vestra literis suis significare: Quem vultis de Co-Episcopis Vestris, ut ei, ex more, literas Canonicas dirigam, & Visitatoris officio fungens in eadem Ecclesia Electionem Canonicam faciat &c.* Et alia, ad *Hadebertum* Sylvanectensem l. c. pag. 240: *Hodone Episcopo Ecclesiæ Beluacensis defuncto, hortor ac moneo Dilectionem tuam, Frater Charissime! ut, ejusdem Ecclesiæ officio Visitatoris, consensu Domini nostri, Ludovici Regis, nostræ Humilitatis Metropolitana delegatione, suscepto, ad eandem Ecclesiam quantocyus studeas properare &c.* Quæ, in alia, ad *Hedenulphum* Laudunensem, l. c. p. 242, repetit; unde simul patet: sine consensu Regum, ne quidem Visitatores Ecclesiarum fuisse constitutos. Ecce, quid *Thomas*, in numerum Sanctorum relatus, Libro I. de *Regimine Principum*, Cap. 12? *Hoc officium Rex se suscepisse cognoscat, ut sit in Regno, sicut in corpore anima, & sicut Deus in mundo. Quæ si diligenter recogitet, in altero, in se Justitiæ Zelus accenditur, dum considerat, ad hoc se positum, ut, loco Dei, judicium exerceat in Regno: ex altero vero mansuetudinis & Clementiæ lenitatem acquirit, dum reputat singulos, qui suo subsunt Regimini, sicut propria membra &c.* Conf. Opus Eximium, de *differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestatis*, apud *Goldastum*, T. 3. *Monarchiæ*, p. 38, immediate, ex *Quadruvio Ecclesiæ*, subjiciens: *Ipsis Principibus à Christo Ecclesia Dei commissa est, ut eam tueantur & defendant; & sive augeatur Pax & disciplina Ecclesiæ, sive solvatur, Ille ab Eis rationem exiget, qui ipsorum potestati suam Ecclesiam credidit. Cognoscant ergo Principes seculi, Deo se debere rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt &c.* Cardinalis Florentinus, *Franciscus de Zabarellis*, Tr. de *Schismate sui temporis* (ineunte Sec. XV.) ad Quæstionem IV. *Quis habeat convocare Concilium, si Collegium Cardinalium invicem sit divisum?* apud

Schardium, de Jurisdictione Imperiali, p. m. 237; ait: *Congregatio Concilii de sui natura fit, ut ibi agatur de iis, quæ spectant ad fidem Catholicam, ut, si qui Christiani ex Catholicis errarent in Fide, per Concilium corrigantur, & in eodem Concilio statuatur: quid tenendum sit? ---- sed, cum agitur de Fide, Imperator potest interesse Concilio, non ad potentiam ostendendam, sed ad Fidem confirmandam; ut Dist. 96, C. Nos ad Fidem. Et interest suo Jure, non ex gratia Concilii, per id, quod ibi dicitur in litera, in eo, quod Imperator dicitur: Interesse volumus. Nec mirum, quia in tantum est Imperatoris fidem defendere, quod, si Papa est de hæresi suspectus, potest ab eo exigere, ut indicet: quid sentiat de Fide? 25, Q. I, c. Satagendum &c.* Add. *Marsilius Menandrinus*, Patavinus, in *Defensore Pacis*, ad Imperatorem *Ludovicum Bavarum*, part. 2, cap. 17, apud *Goldastum* T. 2. Monarchiæ, p. 250: *Sunt ergo Legislatoris, aut, Ejus authoritate, principantis, sententia seu judicio, approbandæ vel reprobandæ personæ, ad Ecclesiasticos Ordines promovendæ; Instituendæ quoque, vel removendæ à cura seu Præsidatu majori vel minori, & ab exercitio ejus prohibendæ, aut etiam, si ex malitia desisterent ab officii exercitio, exercere cogendæ, ne, sui perversitate, possit aliquis incidere periculum mortis æternæ, ut defectu baptismatis, vel alterius Sacramenti &c.* Hujus insuper loci sunt Ejusdem *Conclusiones*, quæ Partem 3. *Defensoris Pacis* constituunt, nominatim, Conclus. XXI, pag. 310. *Ad Ecclesiasticos Ordines promovendos, ipsorumque sufficientiam, judicare judicio coactivo, ad solum Legislatorem spectare, ac, sine Ipsius authoritate, quenquam promovere ad hoc, cuiquam Sacerdoti, vel Episcopo, non licere &c.* Conclus. XXII, pag. 311. *Numerum Ecclesiarum sive Templorum, ac in ipsis ministrare debentium Sacerdotum, Diaconorum, & reliquorum Officialium, ad solum Principantem, secundum Legem Fidelium, pertinet mensurare &c.* Conclus. XXIII, l. c. *Ecclesiastica Officia separabilia solius Fidelis Legislatoris autoritate debere conferri, & similiter auferri posse: sicut quoque Beneficia, &, propter pias causas, reliqua instituta &c.* Conclus. XXV, l. c. *Docendi, aut operandi publice secundum artem, aut disciplinam aliquam, neminem Episcopum, communiter aut divisim, in quantum hujusmodi licentiam concedere posse, sed hac ad Legislatorem saltem Fidelem, aut Ejus authoritate Principantem, tantummodo pertinere &c.* Conclus. XXX, l. c. *Hæreticos, omnesque delinquentes & arcendos pœna vel supplicio temporali, judicare judicio coactivo, pœnasque personales infligere, ac reales exigere, ipsasque applicare, ad solius Principantis autoritatem pertinet, secundum Legislatoris humani determinationem &c.* Conclus. XXXIII. l. c. *Generale Concilium, aut partiale Sacerdotum & Episcoporum, ac reliquorum Fidelium, per coactivam potestatem congregare, ad Fidelem Legislatorem, aut, Ejus autoritate, principantem, in communitatibus Fidelium tantummodo pertinere, nec in aliter congregato determinata vim aut robur habere, ad observationem quoque neminem obligare temporali aut spirituali pœna vel culpa &c.* Conclus. XXXIV: *Jejunia, & aliquorum ciborum prohibitiones, solius Generalis Concilii Fidelium, seu Fidelis Legislatoris autoritate, fieri debere &c.* Conclus. XXXVII, pag. 312: *A Judicio coactivo, Episcopo vel Sacerdoti concesso, semper ad Legislatorem contendentem liceat appellare &c.* Conclus. XL, l. c. *Legislatorem Fidelem, aut Ejus autoritate principantem, in subjecta sibi Provincia, compellere posse, tam Episcopos, quam reliquos Evangelicos Ministros --- ad Divina officia celebranda, & Sacramenta Ecclesiastica ministranda &c.* Conclus. XLI: *Episcopum Romanum, & alium quemlibet Ecclesiasticum, seu spiritualem Ministrum, secundum Legem divinam, per solum Fidelem Legislatorem, aut Ejus autoritate principantem, vel Fidelium Generale Concilium, ad Officium Ecclesiasticum separabile promoveri debere, ab eodem quoque suspendi ac privari, exigente delicto &c.* Et *Nicolaus Cusanus*, itidem R. E. Cardinalis, Lib. 3. de *Concordantia Catholica*, Cap. 13, apud *Schardium*, l. c. p. 366, & 367: *Ex superioribus habetur: Imperatores Sanctos Congregationes Synodales Universalium Conciliorum totius Ecclesiæ semper fecisse --- Dum enim instant universalia pericula Fidei, aut aliqua Christi Ecclesiam universam turbantia, tunc vigilare debet Ipse Imperator, & Fidei & Pacis custos &c.* Huc spectat integra Oratio *Stephani Wintonensis*, de *Vera Obedientia*, apud *Goldastum* l. c. T. I, pag. 719. ut & Universitatum *Parisiensis*, *Oxoniensis*, *Pragensis* & *Romanæ*, ad *Urbanum* P. R. & *Wenceslaum* Imp. Epistola, de *Auctoritate Imperatoris Schismatis Paparum tollendi*, de An. 1380, apud eundem, l. c. pag. 229; sexcenta testimonia alia silentio ut prætercam.

Vigore itaque hujus Juris, poterant Summi Magistratus Civiles,

(8.) (I.) *Constituere Episcopos*, sive, *Legitime electos confirmare*, & *per annulum & Baculum investire.* Exercuisse *Imperatores* Jus hoc, à Christianorum Reipublicæ initiis, in Seculum VIII. usque, præced. Lib. 1, Tit. XV, §. 19, lit. b. pag. 1327 ad 1341, exemplis illustravi; confirmatum illud postea fuisse, (inclusa *Romana Sede ordinanda*,) publico in Consistorio, *Carolo M.* Regi, Ann. 774. addita speciali clausula: *Quod à*

nemine

nemine Episcopus Consecraretur, nisi à Rege investitus, ibid: Tit. 2, §. 8. lit. a, pag. 49 & 50, & Tit. XV, §. 21, lit. a, pag 1350, monitum. Eum quoque, una cum Successoribus, tam in Romano Imperio, quam Regno Germaniæ, ad *Henricum Aucupem* usque, potestatis hujus varia edidisse specimina, productis cit. Tit. XV, §. 21, lit. a, p. 1355. &c. & lit. b, pag. 1356 ad 1366, documentis probari potest. *Ottoni Magno*, idem jus, in Synodo Romana, Ann. 964, assertum, æque ac Ejus successoribus, dicta præced. Lib. 1. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62, & Tit. XV, §. 22, lit. c, pag. 1367, nec non testimonia, inde ad *Conradi Salici* ætatem usque, in medium prolata, cit. Tit. XV, §. 22, lit. c, pag. 1367 ad 1379. evincunt. Præsules, interque eos *Romani*, ab *Henrico III.* constituti, occurrunt, cit. Lib. 1. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 1046, p. 103, & Tit. V, in Ejus vita, ad Ann. 1046, 1047, 1048 & 1052, pag. 526 & 527. De *Henrico IV.* idem notavi, cit. Tit. V, in Ejus vita, ad Ann. 1058, 1059, 1061 &c. pag. 533 & 534, & Tit. XV, §. 22, lit. e, p. 1383; ut & de *Henrico V*, eod. Tit. XV, §. 22, lit. f, pag. 1389 ad 1391; quamvis perniciosa postmodum Transactione, Ann. 1122, cum *Calixto II*, P. R. de *Investitura Ecclesiastica*, inita, Princeps sic magnum successoribus præjudicium obduxerit; quas tristes tabulas præc. Lib. 1, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65, exhibui; fatendum tamen simul, iis non obstantibus, *Lotharium II, Conradum III, Fridericum Barbarossam*, Imperatoresque alios, Antecessorum vestigia mascule, prementes, nihil sibi, circa hoc jus, derogatum existimasse, idque factis ostendisse, vid. cit. Lib. 1. Tit. XV, §. 22, lit. g, pag. 1391 &c. Quid detrimenti Concordata *Friderici III* cum *Nicolao V*, P. R. de Ann. 1448. Regali huic in Germania intulerint, ex ibidem dictis §. 23, lit. a, pag. 1397, patet.

(9) REGES FRANCIÆ, *Merovæorum* stirpis, pari auctoritate, in Regno suo præfecisse Ecclesiis Antistites, ex *Gregorio Turonensi*, lib. 3. *Histor.* c. 2 & 17, Lib. 4, Cap. 18 & 26; Lib. 5, Cap. 5. Lib. 6, Cap. 7, 9, 38 & 39; Lib. VII, Cap. 17; Lib. VIII, Cap. 22 & 39; Lib. IX, Cap. 24 & 32; Lib. X, Cap. 12; *Aimoino*, lib. 2, Cap. 36; Lib. 3, Cap. 55; *Adelmo*, aliisque Rerum Francicarum Compilatoribus, à *Pithœo, Frehero, Labbeo &c.* editis præced. Lib. 1, Tit. XV, §. 20, lit. a, pag. 1342, ad 1350, probavi. Ecce, quid Ipse DAGOBERTUS, in literis ad Episcopos & Proceres Regni, referente Auctore vitæ *S. Desiderii*, Caturcensis Episcopi, apud *Labbeum*, T. 1. *Bibliotheca MS.* Cap. 7, pag. 703? *Quamvis Nobis inferamus dispendium; tales debemus procurare Pastores, qui, secundum Deum, & Apostolica dicta, Plebes sibi à nobis commissas debeant regere, unde Nobis merces amplior possit accrescere &c.* De CAROLO, Ann. 921, *Richarium* Leodiensem constituente, vid. *Sigebertus Gemblac.* ad h. a. pag. 577. *Herifredum*, ab Eodem, *Autissiodorensi* (Auxerre) Ecclesiæ fuisse prælatum, ex Historia *Episcoporum Autissiodorensium*, in vita *Herefredi*, apud *Labbeum*, T. 1. *Biblioth. MS.* pag. 436, Cap. 41, liquet; de *Geranno*, Ejus successore, vid. l. c. Cap. 42, pag. 439. A LUDOVICO *Ultramarino*, nactum *Eblonem* Episcopatum *Lemovicensem*, testatur *Ademar*, Monachus *S. Eparchii*, in Chronico, apud *Labbeum* l. c. Tom. 2, pag. 166; & Auctor *Fragmenti Historiæ Aquitannicæ*, apud *Pithœum*, pag. 522, RUDOLFUM contulisse Episcopatum *Verodunensem* in *Hugonem*; auctor est *Frodoardus*, ad An. 923, apud *Pithœum* pag. 119, ut & pulso *Bovone Catalaunensem* in *Milonem*, Ann. 931; vid. Idem l. c. ad hunc annum, p. 135. HUGONIS CAPETI gratia rexisse *Arnulphum* Ecclesiam *Rhemensem*, ex *Sigeberto Gemblacensi* ad Ann. 990, pag. 589, & *Baronio*, Tom. X, an. eod. pag. 851, lit. C. discimus; ab Eodem laudatam suscepisse Ecclesiam *Gerbertum*, ab *Ottone* Imp. ad *Ravennatensem* postea promotum, notat, *Ademarus* l. c. pag. 169, conf. *Aimoinus*, lib. V, de *Gestis Francorum*, Cap. 45, apud Freherum, p. m. 512: Eundem dedisse *Aniciensi* Ecclesiæ Pastorem *Guidonem*, ostendit, Diploma Fundationis Ecclesiæ *S. Petri* Monasteriensis in Urbe *Aniciensi* de Ann. 993, apud *Labbeum* l. c. pag. 749. Filius Ejus, ROBERTUS, Rex, assensum præbuit, ut *Guido* Præsul *Autissiodorensis* consecraretur; vid. cit. *Historia Episcoporum Autissiodorensium*, Cap. 48, pag. 447 &c. audiens vero deinceps non legitime Eum electum, commendatum sibi *Johannem* comprobavit; vid. l. c. Quo mortuo, surrogatum in ipsius locum; Ejusdem favore, *Hugonem*, ibid: Cap. 49, pag. 449, legimus.

(10.) De HUGONE, ITALIÆ Rege, inquit *Sigebertus*, ad Ann. 928, pag. 578. *Raherius, Lobiensis Monachus --- in Italiam, ad Hugonem Regem, profectus, Veronæ Episcopus ab Hugone constituitur &c.* Conf. *Baronius*, Tom. X, Annal. an. eod. pag. 690; Eundem Ecclesiis, *Veronensi, Tridentinæ & Mantuanæ*, præfecisse *Manassem Melatensem*, testimonio nititur *Luitprandi*, lib. 4, c. 3, apud *Reuberum* p. m. 128; Conf.

Baronius l. c. ad Ann. 936. pag. 699; nothum suum, *Bosonem*, *Placentiæ* Episcopum nominavit; vid. *Luitprandus*, lib. 4, Cap. 6, pag. 131; *natum genuit, nomine Bosonem, quem in Placentina, post Widonis obitum, Episcopum ordinavit, Ecclesia.*

(11.) ANGLIÆ REGIBUS, obtulisse. ETHELREDUM, (*Edredum*,) S. *Dunstano* Episcopatum *Wentanum*, seu *Wintoniensem*, frustra licet; An. 946, memoriæ prodidit *Osbertus*, Cantuariensis Monachus, in vita *Dunstani* Cantuariensis, Cap. 17, apud *Surium*, 19 Maji, p. m. 235 & 236; Ab EDGARO, consecutum *Oswaldum* An. 962, Episcopatum *Wigorniensem*, & postea *Eboracensem*, docet Auctor vitæ *Oswaldi*, Cap. 3 & 7. apud *Surium*, d. 15 Octobr. pag. 229 & 230; GUILIELMUS I, dictus *Conquestor*, *die Pentecostes* (An. 1070.) *apud Windeshoram, Venerando Bajocensi Canonico, Thomæ, Eboracensis Ecclesiæ Archi-Episcopatum, & Valcelino, Capellano suo, Wintoniensis Ecclesiæ Præsulatum dedit &c.* Sunt verba *Rogeri de Hoveden*, in vita *Wilhelmi* hujus, ad An. 1070, apud *Savile*, de *Scriptorib. Rerum Anglic.* pag. 453, quæ *Baronius* Tom. XI, an: eod. pag. 386, repetit; Conf. *Wilhelmus Malmesburiensis*, lib. 3, de *Gestis Pontificum Anglorum*, apud *Savile*, l. c. pag. 273; Ejusdem favore, evasit *Ranulphus*, Præsul *Dunelmensis*, vid. *Malmesburiensis* l. c. pag. 277 & 278, ut & *Rogerius*, Episcopus *Herefordensis*, eoque paucis diebus post defuncto; *Rainaldus*, Reginæ Cancellarius; vid. *Malmesbur.* l. c. lib. 4, p. 286, & 287; Eodem conferente, suscepit *Remigius*, Fiscanensis Monachus, Episcopatum *Dorcestriensem*, vid. l. c. pag. 290; de aliis ne dicam; in genere de Eo verba faciens *Ingulphus*, Croylandiæ Abbas, in *Historia Angl.* apud *Savile*, p. m. 901. ait: *Episcopatus & Abbatias totius Terræ, suis Normannis Rex distribuit &c.* Episcopatum *Wigornensem* nactus est *Wilstanus*, à Rege *Wilhelmo Jun.* Vid. *Malmesburiensis* cit. Lib. 4, pag. 282; Pariter ac *Anselmus Cantuariensem*; vid. *Sigebertus Gemblac.* ad Ann. 1097, pag. 609. HENRICO I. acceptum tulere *Wigornensem* Præsulatum *Thiulfus* & *Symon*; vid. l. c. nec non *Richardus*, *Herefordensem* l. c. pag. 287; *Robertus* & *Rogerus*, Licefeldensem l. c. pag. 289; alios plures recenset *Henricus Huntindonensis*, lib. 7. *Histor.* apud *Savile*, l. c. pag. 382. ad Ann. 1122. *Ad Pascha vero apud Wincester dedit* (Rex) *Episcopatum Lincolniæ Alexandro, Venerabili Viro ---- dedit etiam Rex Episcopatum Bathæ, Godfrido, Cancellario Reginæ &c.* & l. c. ad Ann. 1124. *Rex fuit in Normannia, & ibi dedit Episcopatum Wigorniæ, Simoni, Clerico Reginæ; Sifrido quoque, Abbati Glastenusbiri, dedit Episcopatum Cicestriæ &c.* Dono HENRICI II, Præsul factus *Robertus*, *Nannetensis*, Ann. 1171, teste *Roberto de Monte* ad h. a. pag. 650, aliique, quorum *Rogerus de Hoveden*, in ipsius vita l. c. pag. 537, hisce meminit: *Eodem Anno (1173.) Henricus Rex Angliæ Pater, contra prohibitionem Henrici Regis, Filii sui, ---- dedit Richardo, Priori de Dowere, Archi-Episcopatum Cantuariensem; & Reginaldo, filio Jocelini, Salisberiensis Episcopi, Episcopatum Batoniensem; & Richardo de Juecestre, Pictavensi Archidiacono, Episcopatum Wintoniensem; & Roberto Foliot, Episcopatum Herefordensem; & Gaufrido Ridel, Cantuariensi Archidiacono, Episcopatum Eliensem; & Johanni de Greneford, Episcopatum Cicestrensem.* Quem locum etiam *Baronius* T. XIII Annal. ad An. 1173. pag. 649, annotavit. HENRICO *Juniori* Præsulatum *Wigornensem* debet *Alfredus*; vid. *Malmesburiensis* l. c. p. 282.

(12.) DANIÆ REGES, idem munus exercuisse, documento est SUENO, apud *Adamum Bremensem* de *Situ Regni Daniæ &c.* p. m. 142, ubi: *In eadem Regione Sconiæ --- Rex Suein Parochiam Sconiensem in duos Episcopatus segregavit, unum, i. e. Lundensem, Henrico tribuens, alterum, i. e. Balbojensem, Eginoni &c.* Ut & lib. 2. *Hist. Eccles.* in fine Cap. 30. Edit. Vellejanæ: *Suen duo Regna possedit; Ipse igitur mox destructo ritu Idololatriæ, Christianitatem in Norwegia per Edictum suscipi jussit. Tunc etiam Gothebaldum quendam, ab Anglia venientem, Episcopum in Scania posuit Doctorem, qui aliquando in Suedia sæpe dicitur evangelizasse &c.* De CANUTO, inquit idem *Adamus* cit. lib. 2. *Hist. Eccles.* Cap. 38, Edit. Maderi, p. m. 68: *Victor Knut ab Anglia rediens in ditione sua per annos multos Regnum Daniæ possedit & Angliæ. Quo etiam tempore multos in Daniam ab Anglia adduxit Episcopos, de quibus Bernardum posuit in Sconiam; Gerbrandum in Selandiam; Reinberum in Finne &c.*

(13.) De HUNGARIÆ REGE, STEPHANO, legitur in Ipsius Historia, apud *Surium*, d. 24. Sept. p. m. 266, Cap. 2: *Rex Stephanus, ut robustissimus Josue, impietatem Gentis* (Hungariæ) *profligavit, crudelesque ac barbaros Ethnicorum mores edomuit, ac plurimorum pectora ad suscipienda*

Sancta Fidei semina praeparavit. Videns autem Pius Rex Regnum suum pacis tranquillitatem adeptum, servum Dei Gerardum ab eremo revocavit, Pontificalique Infula decoratum, ad praedicandum Populo suo destinavit &c. Conf. de hoc Regno, *Oldrad.* Conf. I; *Carpzovius*, de *L. R. German.* Cap. XI, Sect. XV, §. 23, p. 322.

(14.) Vera proinde sunt, quae *Waltramus Numburgensis*, *Lupoldus* de *Babenberg*, aliique, quorum verba praeced. Lib. I, Tit. XV, §. 19, lit. b, pag. 1327, & lit. d, pag. 1341 & 1342, occurrunt, de thesi hac judicarunt, quam amplius, quoad HISPANIAM, illustrat Canon VI, Concilii *Toletani XII*, apud *Gratianum*, Dist. LXIII, C. *Cum longe &c.* ibi: *Placuit omnibus Pontificibus Hispaniae atque Galliciae, ut, salvo privilegio uniuscujusque Provinciae, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunque Regalis Potestas elegerit, & jam dicti Toletani Episcopi judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet Provinciis, & in praecedentium Sedibus praeficere Praesules, & decedentibus Episcopis eligere successores &c.* Hocque jure *Hispaniarum* Reges adhuc hodie uti illibato, in tantum, ut nemo Episcopali dignitate insigniatur, nisi à Rege nominatus, auctor est *Covarruvias*, in c. *Quamvis*, pag. 3, §. 10, n. 5, de R. J. in 6; add. *Carpzovius*, de *Lege Regia German.* Cap. XI, Sect. XV, §. 23, pag. 322, & *Schützii Colleg. Jur. Publ.* Exercit. VII, §. VI, lit. e, p. 463; Qui Vir Illustris non male addit l. c. in *Gallia* quoque *nominationem* personarum idonearum ad Ecclesias Pastoribus orbatas promovendarum, in hodiernum usque diem, ad Reges spectare; quo omnino facit *Concordatorum* inter *Franciscum I.* Regem, & *Leonem X.* P. R. de Ann. 1517. Caput De *Electione*, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Cod. Diplomatici Juris Gentium*, p. m. 165, §. 4, sic se habens: *Statuimus & ordinamus ---- ut de caetero Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis in Regno dicto,* (Galliae) *Delphinatu & Comitatu Viennensi ac Valentinensi, & pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris, & successorum nostrorum, Romanorum Pontificum, canonice intrantium, sponte factam, vacantibus, illarum Capitula & Canonici ad Electionem, seu Postulationem, inibi futuri Praelati, procedere non possint; sed illarum occurrente hujusmodi vacatione, Rex Franciae, pro tempore existens, unum gravem Magistrum, seu Licentiatum in Theologia, aut in utroque, seu altero Jurium Doctorem, aut Licentiatum, in Universitate famosa, & cum rigore Examinis, & in vigesimo septimo suae aetatis anno ad minus constitutum, & alias idoneum, infra sex menses, à die vacationis Ecclesiarum earundem computando, Nobis, & Successoribus nostris, Romanis Pontificibus &c. seu sedi praedictae, nominare, & de persona, per Regem hujusmodi nominata, per nos, & successores nostros, seu sedem praedictam, provideri; &, si contigerit, praefatum Regem personam taliter non qualificatam ad dictas Ecclesias, sic vacantes, nominare, per Nos & successores, seu sedem hujusmodi, de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minime provideri debeat; sed teneatur idem Rex, infra tres alios menses, à die recusationis personae nominatae non qualificatae, solicitatori, nominationem non qualificatam prosequenti, consistorialiter factae, intimandae, computandos, alium supra dicto modo qualificatum nominare; alioquin, ut dispendiosae Ecclesiarum hujusmodi vacationi celeriter consulatur, Ecclesiae tunc sic vacanti, per nos, & successores nostros, seu sedem hujusmodi, de persona, ut praefertur, qualificata, nec non per obitum apud sedem praedictam vacantibus, semper, etiam nulla dicti Regis praecedente Nominatione, libere provideri possit &c.* Quamvis, ob innexas clausulas, Libertati Gallicanae Ecclesiae, *Pragmatica Sanctione Ludovici Sancti* de Ann. 1268, (cujus praeced. lib. 1. Tit. XV, §. 23, lit. a, pag. 1397 &c. facta mentio,) aliaque Ann. 1438, à *Carolo VII*, (ceu l. c. pag. 1399, monitum,) edita, fundatae, contrarias, innumerae Gallorum, artes Romanae Curiae, juribus Regum quibusvis inhianti, detestantium, auditae desuper sint querelae, emissique adversus Aulae Proceres Libelli famosi, ut & interpositae Appellationes ad futurum Universale Concilium. Vid. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baron.* ad Ann. 1516, §. XI ad XVI, pag. 321 & 322; Conf. Epistola *Antonii de Vargas*, Ministri Caesarei, in Concilio Tridentino, Ann. 1551, 12 Octobr. Atrebatensium Praesuli scripta, Interprete Dn. *Le Vassor*, Part. 2. *des Memoires de Vargas*, pag. 130 &c In caeteris Regnis omnibus electionem, praesentationem, nominationem, vel saltem confirmationem Praelatorum, itidem Regum esse beneficium, auctoritatibus probat Ill. *Schützius* l. c. §. VII, lit. c, pag. 468. De Regno SICILIAE & NEAPOLITANO, evolve *Matth. de Afflictis*, in *Constit. Regn.* in praelud. quaest. 18.

(15.) (II.) *Convocare Concilia*;

Testes hujus asserti, ex Imperatoribus, sunt:

CONSTANTINUS MAGNUS,

De quo Auctor Ipsius vitae, Lib. 1 Cap. 44, Edit. Vales. pag. 430: *Ecclesiae Dei praecipue curam gerens, cum, per diversas Provincias, quidam inter se dissentirent, Ipse, velut communis omnium Episcopus, à Deo constitutus, Ministrorum Dei Concilia congregavit. Nec dedignatus adesse, & considere in medio illorum Conventu, cognitionis particeps fuit, ea, quae ad pacem Dei pertinent, cunctis procurans &c.* Conf. *Theodoretus*, lib. 1. c. 10, p. m. 22; *Socrates*, lib. 1,

lib. 1. c. 9, Edit. Valef. p. 30; *Nicephorus Callistus*, lib. 8, c. 25, p. m. 393. Convocavit autem

Romanum, Ann. 313, ad dirimendam litem *Cæcilianum* Carthaginensem inter, & Donatistas Africanos, literis Ejus testibus ad *Miltiadem*, P. R. & *Marcum*, apud *Eusebium*, lib. X, *Hist. Eccles.* Cap. 5, pag. 391, & *Nicephorum*, lib. 7, c. 43, p. 342; Conf. *Valesius* Libr. de *Schismate Donatistarum*, ipsius notis in *Eusebii* Historiam annexo, Cap. V, p. m. 294, & *Launojus*, part. 6, Epist. 1, ad *Henricum Ludovicum Hubertum* Mommorium; contendit quidem *Baronius* T. 3. Annal. ad Ann. 313, pag. 105, datas ad solum *Miltiadem* literas istas; ast frustra.

Arelatense I, Ann. 314, eandem ob causam teste Ejus Epistola ad *Chrestum*, Siracusanorum Antistitem, apud *Eusebium* l. c. p. 392, ibi: *Quoniam igitur plurimos, ex diversis, ac prope infinitis locis, Episcopos in Urbem Arelatensem, intra Calendas Augusti, jussimus convenire, Tibi quoque scribendum esse censuimus &c.* Conf. *Nicephorus* l. c. & *Baronius* l. c. ad An. 314, §. 41 & 42, p. m. 127.

Nicænum I. Oecumenicum, *An.* 325; ad supprimendam hæresin *Arianam*; vid. Ejus Epistola ad Alexandrinos, apud *Socratem*, lib. I, Cap. IX, p. m. 30: *Unum igitur omnes Deum & nomine adoramus, & esse credimus; porro ut id fieret, Deo suggerente, convocavi in Urbem Nicæam quam plurimos Episcopos; quibuscum Ego, Unus ex vestro numero, qui Me vestrum conservum esse magnopere gaudeo, veritatis examen suscepi &c.* Conf. Ejusdem Oratio, in Synodo habita, apud *Sozomenum*, lib. I. c. 17, p. m. 429; Auctor Vitæ Ejus, lib. 3, cap. 6, p. m. 486, & c. 17, p. m. 492; Patres congregati, in literis ad Alexandrinos, Ægyptios, Lybios &c. apud *Theodoretum* lib. I. c. 9. p. m. 20; *Cassiodorum* lib. 2. *Histor. Tripart.* cap. 12, pag. m. 33; *Nicephorum*, lib. 8, c. 24, pag. 391; *Nilum Thessalonicensem*, lib. 2. de *Primatu Papæ*, circa finem, & *Baronium* l. c. ad An. 325, §. 117, pag. 311. *Epiphanius*, Hæresi 68, lib. 2, T. 2, Edit. Basil. an. 1560, p. m. 322; *Socrates* l. c. cap. 8, p. 18 & 19; *Sozomenus* l. c. cap. XIX, p. 433; *Theodoretus* l. c. cap. 7, p. m. 15. *Ruffinus*, lib. 1. c. 1. *Justinianus* Imp. in Constit. de *Fide Catholica*, de An. 553, apud *Goldastum* Tom. 3, *Constit. Imper.* pag. 626; *Cassiodorus* l. c. lib. I. cap. ult. p. m. 26; Auctor Orationis *de iis, quæ in Synodo Niceana gesta sunt*, apud *Surium*, de *Actis Sanctorum*, d. 10. Jul. p. m. 162; *Nicephorus*, lib. 8, c. 14, p. m. 377; Recentiores ut silentio prætereaın.

Tyriense An. 334, in causa Arianorum, contra *Athanasium*; prius *Cæsareæ Palæstinæ* congregandum. Vid. *Theodoretus*, lib. I, c. 28, p. m. 44; Epistola *Constantini* ad Synodum Cæsariensem, apud Auctorem Ipsius vitæ, lib 4, cap. 42. p. m. 546; *Theodoretum* l. c. cap. 29, pag. 44 & 45; & *Baronium* Tom. 3, ad An. 334, p. m. 422, §. 8 &c. Idem Auctor Ejus vitæ, l. c. cap. 41, p. 546; *Socrates* lib. I, cap. 28, p. m. 65; *Nicephorus*, lib. 8, cap. 49, pag. m. 439.

Hierosolymitanum, An. 335, ad dedicandum ibi Templum; vid. Auctor Ejus vitæ, lib. 4, c. 43, p. 548, & cap. 47, p. 550; *Sozomenus*, lib. 2, c. 26, p. m. 483; *Socrates*, lib. I, cap. 33, p. m. 68; *Nicephorus*, lib. 8, c. 49, p. 439.

CONSTANTIUS, & CONSTANS.

(16) *Antiochenum*, An. 341, in causa Ariana; Vid. *Theodoretus*, lib. 2, c. 31. p. m. 87; *Socrates* lib. 2. c. 8, pag. 84; *Sozomenus* lib. 3. c. 5, pag. 501; *Athanasius*, de Synodis *Arimini* & *Seleuciæ* celebratis, Tom. I. operum, p. m. 894; *Cassiodorus*, lib. 4. *Hist. Tripart.* cap. 9, p. 49; *Nicephorus*, lib. 9, c. 5, p. 457; *Baronius*, l. c. ad An. 341, p. 513; *Valesius*, in *Socratem*, lib. 2, c. 19, p. 23.

Sardicense, An. 347, in eadem causa; de quo *Athanasius*, sub initium *Apologiæ secundæ*, Tom. I. Operum, pag. 720: *Fuere autem in eo consessu* (Romæ) *plures quam quinquaginta Episcopi; tertio iterum, in magno Sardicensi Concilio, ad Edictum Religiosissimorum Principum, Constantii & Constantis, in quo judicio ita ceciderunt adversarii, ut, habiti pro calumniatoribus, depositionem, exauctorationemque Ordinis sui, retulerint; nostram vero innocentiam plures quam trecenti Episcopi suis calculis comprobarint, qui, ex multis Provinciis Ægypti, Libyæ, Pentapoleos, Palæstinæ, Isauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Mysiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Thessaliæ, Achajæ, Cretæ, Dalmatiæ, Sisciæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Tusciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, Siciliæ, Aphricæ universæ, Sardiniæ, Hispaniarum, Galliarum, Britannicarum, eo se ad Concilium contulerant &c.* & pag. 754: *Quod cum rescitum esset ab Religiosissimis Imperatoribus, Constantio & Constante, jussi sunt Episcopi Orientis & Occidentis, Sardim convenire &c.* Idem, in Epistola ad *Solitariam vitam agentes*, l. c. pag. 818; Ipsi Patres convocati, in Epistola Synodali ad Ægyptios & Africanos, apud *Athanasium*, l. c. in *Apologia 2*, p. m. 760 & 761; (Conf. Tom. I. *Concilior.* f. m. 200; *Theodoretus*, lib. 2, c. 8; *Cassiodorus*, lib. 4, *Hist. Tripart.* cap. 24, p. 54.) *Hosius* Cordubensis, in Epist. ad *Constantium* apud *Athanasium*, in Epist. ad *solitariam vitam agentes* l. c. pag. 838; *Socra-*

Socrates, lib. 2, cap. 20, p. m. 101, *Sozomenus*, lib. 3. c. XI, pag. 511; *Theodoretus* l. c. cap. 5, pag. 52; *Cassiodorus* l. c. cap. 21, p. 52; *Nicephorus*, lib. IX, cap. XII, p. 469.

Sirmiense, An. 351 (nec 357, ut contra *Baronium*, *Valesius*, in *Socratem*, lib. 2, cap. 29, pag. 28 & 29, & cap. 30, pag. 29, defendit) adversus *Photinum*, Ecclesiæ istius Præsulem, vid. *Socrates*, lib. 2, Cap. 29, p. m. 121. *Tunc temporis etiam Photinus, Ecclesiæ illius Antistes, dogma à se excogitatum* (scil. Salvatorem nostrum nudum esse hominem, ex Josepho & Maria natum; nec Spiritum S. propriam esse personam, sed extensionem extensionis; unicamque divinitatis esse personam, tria licet dentur nomina &c.) *multo, quam antea, manifestius, prædicabat: ex quo, cum tumultus esset obortus, Imperator Synodum Episcoporum, in Urbe Sirmio, fieri jussit &c.* Conf. *Sozomenus* lib. 4. Cap. 6. pag. 542. *Cassiodorus*, lib. 5, *Hist. Tripart.* Cap. 6, pag. 64; *Nicephorus*, lib. 9. Cap. 31, pag. 507.

Mediolanense An. 355, impellentibus licet Arianis; vid. *Socrates*, lib. 2, c. 36, pag. 130; *Sozomenus*, lib. 4. c. 8, pag. 545; *Theodoretus*, lib. 2, cap. 15, pag. 65; *Cassiodorus*, l. c. Cap. 15, pag. 68; *Nicephorus*, Lib. 9, cap. 33, p. 514.

Ariminense, Ann. 359, in eorundem favorem. Vid. *Athanasius, de Synodis Arimini & Seleuciæ celebratis*, T. I. Operum p. 869: *Fortasse & ad vos quoque pervenit rumor ejus Synodi, quæ nunc omnibus in ore est, eo quod ab Imperatore, Præfectisque, literæ frequenter in omnem partem sunt missæ, eos, qui illuc ituri essent, convocantes &c.* Idem, in Epist. ad *Africanos* l. c. pag. 934; *Severus Sulpitius*, lib. 2, *Historiæ Sacræ*, pag. 539, in *Monumentis Patrum Orthodoxographis*, p. m. 497; *Socrates*, lib. 2, Cap. 37, pag. 131; Ipsi Patres congregati, in Epist. ad *Constantium* Imp. apud *Socratem* l. c. pag. 136; *Hilarium* inter Fragmenta Libri de *Synodis*; *Athanasium* l. c. pag. 877; *Sozomenum*, lib. 4, c. 18, pag. 565; *Theodoretum* lib. 2, Cap. 19, pag. 71; *Cassiodorum*, lib. 5. *Hist. Tripart.* Cap. 12, pag. 72. *Nicephorum*, lib. 9, Cap. 40, pag. 524 & *Baronium* Tom. 3, ad An. 359, §. 15, pag. 732, quamvis diverso stylo. *Sozomenus* lib. 3. c. 19, pag. 531; & lib. 4. c. 16, pag. 562; *Theodoretus* l. c. Cap. 18, p. 70; *Gelasius*, P. R. apud *Gratianum*, Dist. XV, c. 3. *Cassiodorus* l. c. Cap. 16, pag. 69; *Nicephorus* l. c. Cap. 38, p. 523.

Seleuciense, in Isauris, eodem tempore. Vid. *Socrates*, lib. 2, Cap. 39, p. m. 146: *Dicam de altera Synodo, quam, æmulam Ariminensis Concilii, in Orientis partibus, fieri Imperator Edicto suo præceperat &c.* & *Acacius*, Episcopus Cæsariensis, qui ad Arianos defecit, in Lib. de *Fide*, apud *Socratem* l. c. Cap. 40, pag. 148 & 149, & *Nicephorum*, lib. 9, Cap. 43, pag. 531; & *Baronium* T. 3, ad An. 359, pag. 743, §. 60. *Sozomenus*, lib. 4. c. 22, pag. 573; *Epiphanius*, in Hæresi *Semi-Arianorum* 73, pag. m. 390; *Theodoretus*, lib. 2, c. 27, p. m. 80; *Cassiodorus*, lib. 5. *Hist. Tripart.* c. 34, p. 77, *Socratis* verba repetens; *Nicephorus*, lib 9, Cap. 43, p. 531.

VALENTINIANUS.

(17.) *Lampsacenum*, An. 365, rogantibus Semi-Arianis; Vid. *Sozomenus*, lib. VI, c. 7, p. 646; *Socrates* lib. 4, c. 2, pag. m. 211; *Cassiodorus*, lib. 7. *Hist. Tripart.* cap. 12, pag. 115; *Paulus Diaconus* lib. XII. ad *Historiam Romanam Eutropii*, pag. m. 156; *Nicephorus* lib. XI, c. 3. p. m. 623.

THEODOSIUS MAGNUS, GRATIANUS, & VALENTINIANUS.

(18.) *Constantinopolitanum Oecumenicum*, Ann. 381, ad corroborandam *Nicani* de Ann. 325, doctrinam de Christo; simulque profligandam hæresin *Macedonii*, Episcopi Constantinopolitani, dicentis: *Filium Patri non esse* ὁμοούσιον, (Consubstantialem) *sed* ὁμοιούσιον (similis substantiæ) insuperque: *Spiritum Sanctum non esse dicendum unam Trinitatis personam &c.* Vid. Patres congregati, in Epistola ad *Theodosium*, apud *Baronium* Tom. IV, ad An. 381, pag. 432: *Agentes autem Deo debitas gratias, necessaria quoque ea, quæ acta sunt in Sancto Concilio, ad Tuam referimus Pietatem: nempe, quod, ex quo tempore, ex mandato Tuæ Pietatis, Constantinopoli convenimus, primum quidem mutuam inter Nos concordiam renovavimus ---- rogamus igitur tuam Clementiam, ut, per literas Tuæ Pietatis, ratum esse jubeas, confirmesque Concilii Decretum: & sicuti literis, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam summam eorum, quæ decreta sunt, conclusionem, sententia atque sigillo Tuo corrobores &c.* *Socrates* lib. V, cap. 8, pag. 264; *Sozomenus*, lib. 7, cap. 7, pag. 711; *Theodoretus*, lib. 5, cap. 6, pag. 147; *Justinianus* Imp. Constit. de *Fide Catholica* de An. 553, apud *Goldastum* T. 3. *Constit. Imper.* p. 626; *Cassiodorus*, lib. 9. *Hist. Tripart.* cap. 12, p. 144; *Nicephorus*, lib. XII, cap 10, p. 716.

Aquilejense, An. eod. à *Gratiano* maxime expetitum. Patres congregati, in Epistola ad *Gratianum, Valentinianum & Theodosium*, Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, p. m. 330, & apud *Baronium* l. c. pag. 450: *Imperatoribus Clementissimis & Christianis*

stianis Beatissimisque Principibus, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, Sanctum Concilium, quod convenit Aquilejæ, --- Gratias agimus Vobis, Clementissimi Principes, quod & fidei Vestræ studium probavistis, qui, ad removendas altercationes, congregare studuistis Sacerdotale Concilium, & Episcopis dignatione vestra honorificentiam reservastis, ut nemo deesset volens, nemo cogeretur invitus. Itaque juxta mansuetudinis Vestræ statuta, convenimus, sine invidia multitudinis &c. Conf. *Ambrosius*, in Actis ejus: *Nos, in Occidentis partibus constituti, convenimus in Aquilejensium Civitatem, juxta Imperatoris præceptum &c.* & *Baronius* l. c. ad An. 381, p. 447.

Constantinopolitanum, An. 383; Vid. *Socrates* lib. 5, cap. 10, p. m. 267: *Neque enim passus est* (Theodosius) *Urbes diutius tumultuariis motibus agitari, sed, pro virili parte, huic malo occurrens, brevi elapso tempore, Omnium Sectarum Concilium iterum cogi jussit, ratus, ex mutuo Episcoporum inter se colloquio, futurum, ut una apud omnes eademque sententia obtineret &c.* Add. *Sozomenus*, lib. 7, cap. 12, pag. 718; *Gregorius Nazianzenus*, Epist. 71, ad *Posthumianum*, Præfectum Prætoris; *Nicephorus*, lib. 12, c. 15, p. 723; *Baronius* l. c. ad An. 383, p. 487.

ARCADIUS, & HONORIUS,

(19.) *Thessalonicense*, An. 405, in causa B. *Chrysostomi*, rogante *Honorio*; Vid. *Theodorus*, apud *Palladium*, (referente *Baronio* l. c. Tom. V, ad An. 405, pag. 227,) memor congregatorum, in eadem causa, Romæ Episcoporum: *Congregati Italiæ Episcopi Imperatorem orant, ut scriberet Arcadio, Fratri suo, ut juberet Thessalonicæ Concilium fieri, quo facilius possent unà utraque partes Orientis, Occidentisque, concurrere; addentes: perfectam Synodum non numeri quantitate, sed qualitate, certam & irrefragabilem laturam fore sententiam. His inflammatus Imperator* (Honorius) *Episcopo quidem Romano* (Innocentio) *scribit, ut mittat Episcopos quinque, Presbyteros duos Romanæ Ecclesiæ, Diaconum unum, qui Ipsius ad Fratrem Arcadium Epistolas ferrent &c.* Ipsum *Innocentium*, hunc in finem, compellasse *Honorium*, testatur idem *Theodorus*, apud *Baronium* l. c. ad An. 404, p. 211, lit. E; ibi: *Innocentius Papa, indignatione summa permotus, scripsit ad Honorium Imperatorem; cum motus Ille, literis Innocentii, præcepit Synodum Occidentalium Episcoporum cogi &c.*

Ravennatense, An. 419, ad tollendum schisma, inter *Bonifacium* & *Eulalium*, ab obitu *Zosimi*, de Pontificatu Romano contendentes, exortum. Vid. Rescriptum *Honorii*, ad *Symmachum*, Urbis Præfectum, apud *Baronium*, Tom. V, ad An. 419. p. m. 433; quo ambos Ravennam vocari jubet: *Ob quam rem Illustris & Præcelsa Magnitudo Tua, suspensis omnibus, quæ superius sunt decreta, nullique interim præjudicio comparato, auctoritate præsentis oraculi, ut utrumque, hoc est, Bonifacium & Eulalium, Religiosissimos Viros, instantia digna conveniret, ut, intra diem sextum Iduum Februarii, Ravennatum Civitatem præsentiam suam maturare non differant --- Nos quoque, ex diversis Provinciis, competentem numerum Sacerdotum, scriptis Nostræ Serenitatis, accimus, ut rem, deductam in dubium, absolvat, Nobis coram, disceptatio plurimorum &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 19, lit. b, ad An. 418, pag. 1330 &c.

THEODOSIUS Jun. & VALENTINIANUS III.

(20.) *Ephesinum Oecumenicum*, An. 431; adversus hæresin *Nestorii*, &c. Constantinopolitani Præsulis, *VERBUM non Naturam, sed Personam saltem humanam, assumpsisse, sicque duas esse Christi incarnati hypostases; nullam Idiomatum factam communicationem; nudum hominem passum, crucifixum, mortuum &c.* delirantis; vid. Epistola Patrum congregatorum ad *Cælestinum* P. R. apud *Cyrillum*, Tom. 4. Operum, Epistol. Synodal. 12, p. m. 294, & Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, in calce Actorum hujus Concilii: *Necessario scribimus, quod, secundum voluntatem Servatoris nostri omnium, & Sanctionem Pientissimorum ac Christi amantium Imperatorum, in Ephesorum Metropoli, ex multis & variis Provinciis, plus quam ducenti numero Episcopi, congregati fuimus, idque, ad diem Pentecostes, quam piæ Christi amantium Imperatorum Sanctiones, quibus convocati fuimus, terminum convocandi Sanctæ Synodo præfixerunt &c.* Conf. eorundem Epistolæ, ad *Nestorium* ap. *Baronium*, T. V, ad An. 431, p. m. 570; ad Clerum Constantinopolitanum, ibid. pag. 571; ad ipsos Imperatores, *Theodosium* & *Valentinianum*, ibid. pag. 582, & apud *Cyrillum* l. c. Epist. 7, pag. m. 287, & Epist. 9, pag. 289, & Epist. 10, pag. 291; Ad omnes Episcopos, vid. *Cyrillus*, l. c. Epist. 6, pag. 285. *Theodosius* Ipse, in literis ad *Cyrillum*, & Episcopos, *Ephesi* conventuros, apud *Baronium* l. c. ad An. 430, pag. m. 548, lit. E. *Cyrillus* Alexandrinus, & *Memnon* Ephesius, in Libello Synodo oblato, apud *Cyrillum* l. c. Epist. Synod. 5, pag. 284; *Socrates*, lib. 7, Cap. 34, p. m. 376; *Evagrius*, lib.

1. c. 3,

l. c. 3, p. m. 491; *Cassiodorus*, lib. XI, *Hist. Tripart.* cap. 5, p. 188; *Nicephorus*, lib. XIV, c. 34, pag 906; *Isidorus*, lib. 6, *Etymol.* cap. 6, apud *Gratianum*, Dist. XV, c. 1; *Constantinopolitani VII* de Ann. 754, apud *Goldastum* in *Imperialibus Decretis*, *de Cultu Imaginum*, p. m. 32; Synodus *Hedtseldensis*, in Anglia, apud *Bedam*, lib. 4, c. 17; *Freculphus Lexoviensis*, Tom. 2 Chronicor. lib. 5, cap. 27, p. m. 160; *Wilibaldus Aichstadensis*; in *vita S. Bonifacii* Moguntini, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 55; *Nilus Thessalonicensis*, lib. 2 de *Primatu Papæ*, apud *Goldastum* T. I. *Monarchiæ*, p. 38.

Ephesinum II, An. 449, ad examinandum dogma *Eutychis*, Archimandritæ Constantinopolitani, *Nestoriano* penitus contrarium: *Humanam Christi Naturam, per Incarnationem, à divina fuisse absorptam, & in divinam ita mutatam, ut unica saltem, divina scil. remanserit, quæ etiam crucifixa & sepulta fuerit, & resurrexerit.* Vid. Literæ Imperatornm ad *Dioscorum* Alexandrinum, Tom. I. *Concilior Petri Crabbe*, Act. 1 *Concilii Chalcedonensis*, fol. m. 403 & 404, nec non apud *Marsilium Patavinum*, in *Defensore Pacis*, part. 2, cap. 21, & *Baronium*, Tom. VI Annal. ad Ann. 449, p. 76. *Sancimus in unum Sanctissimos & Deo placitos convenire Viros, quibus, pro pietate Catholica, atque veræ fide, plurimus sermo est --- Igitur est Tua Sanctitas, sumptis secum decem Reverendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt Diœcesi, & aliis similiter decem Sanctis Episcopis, sermone & vita ordinatis, qui in doctrina & scientia recta & immaculatæ fidei, præ cunctis, apud cunctos eminent, proximis Kalendis Augustis, Ephesum, Metropolim Asiæ, convenire, absque ulla dilatione, festinet, --- Quatenus universis Sanctissimis & Beatissimis Episcopis, quos convenire, per sacras Nostras epistolas, sancimus, ad prædictam concurrentibus Civitatem, & subtilissime investigantibus, & quærentibus, omnis de medio error contrarius auferatur &c.* Conf. Eorundem literæ ad *Dioscorum*, *Barsumam*, *Elpidium*, aliosque, Tom. I. *Concil.* l. c. fol. 404, & apud *Baronium* l. c. pag. 77, 78, & 89; *Leo I*, P. R. in literis ad *Theodosium* Imp. quæ inter Ejus Epistolas, decimo septimo loco veniunt, ut & apud *Baronium* l. c. p. 79, lit. C, reperiuntur. Idem *Leo*, in Epistola ad ipsam Synodum, apud *Nicolaum Cusanum*, de *Concordia Catholica*, lib. 2, c. 4, p. 308. & *Baronium* l. c. pag. 87. lit. E; *Nicephorus* lib. 14, c. 47. p. 932.

(21.) VALENTINIANUS & MARCIANUS.

Nicænum II, Ann. 451; vid. Rescriptum eorum ad Metropolitanos, apud *Baronium*, Tom. VI, ad h. a. pag. 129 & 130: *Omnia ad veram fidem, & Christianam orthodoxam Religionem tendentia, præponenda aliis rebus existimavimus; Deo enim propitio existente, & Nostrum Imperium, & communes causas meliores fore confidimus. Quia igitur dubitationes quædam, circa orthodoxam fidem, motæ sunt, sicut indicant & literæ Sanctissimi Archi-Episcopi felicissimæ Romæ, Leonis, placuit Nobis propere Sanctum Concilium fieri in Nicæa, Bithyniæ Civitate --- Unde Tua Sanctitas, cum quantis approbaverit Reverendissimis Episcopis, sub suo sacerdotio constitutis --- ad memoratam Nicænam Civitatem, proximis Calendis Septembris, advenire festinet &c.* *Liberatus*, in *Breviario*, cap. 13; *Nicephorus*, Lib. XV, cap. 2, p. 959;

Chalcedonense, *Oecumenicum*, An. eod. adversus præfatam *Eutychis* hæresin; Vid. literæ laudatorum Principum, quibus Concilium Nicæa Chalcedonam transtulere, Tom I *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 399, & apud *Baronium* l. c. p. 134 & 135: *Imperatores Valentinianus & Marcianus, Victores, Semper Augusti, Sancto Concilio, quod Nicææ, per Dei voluntatem, Nostra Sanctione, collectum est. Dudum quidem, & per alias divinas nostras literas indicavimus Vestræ Religioni, quatenus in Chalcedonensium Civitatem veniretis, ut ea, quæ de sancta & orthodoxa fide, à sanctis Patribus nostris sunt definita, confirmaretis --- & nunc proprie Vestram Venerationem, per alias nostras Sacratissimas literas, adhortamur, quatenus, sine ulla dilatione, accedatis Chalcedonensium Civitatem &c.* Add. Oratio *Marciani* ad Synodum habita, Sess. VII, Tom. I. *Concilior.* l. c. pag. 402; & apud *Baronium* l. c. pag. 153, lit. D: *Ubi primum, divino judicio, ad Imperium sumus electi, inter tantas necessitates Reipublicæ, nulla nos magis causa constrinxit, quam ut orthodoxa & vera fides Christiana, quæ sancta atque pura est, indubitata omnium animis insideret ---- Qua de re Sanctam Synodum, hoc videlicet proposito fieri studuimus, & vobis laborem indixisse videmur &c.* & Acta Synodi, Tom. I. Concil. l. c. fol. 400: *In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Consulatu piissimi, & amatoris Christi, Imperatoris, Flavii Marciani, perpetuo Augusti, & qui fuerit nunciatus sub die octavo Id: Octobr. Indict. 4, in Chalcedonensi Civitate, Metropoli Provinciæ Bithyniæ, facta est Synodus, ex Decreto Piissimorum, & Fidelissimorum Imperatorum, Valentiniani & Marciani, congregatis in Ecclesia Sancta ac triumphatricis Martyris Euphemiæ, Gloriosissimis Judicibus &c.* Quæ, singulis sessionibus repetuntur, vid. l. c. pag. 451, 453, 470, 476, 480, 484, 485, 486, 487, 493, 495, 496, 504; Add.

(28.) CAROLUS MAGNUS, resp. ut Rex Franciæ, & Imperator.

Wormatiense, An. 770. Vid. Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum* p. m. 236; & *Baronius*, Tom. IX. ad h. a. §. 16, pag. 332.

Valentinianum, Ann. 771. Vid. Auctor Vitæ Ejus l. c. pag. 237. *Annal. Francici*, apud eundem, an. eod. pag. 8; *Regino* an. eod.

Wormatiense, An. 772: *Regino* h. a. Auctor Vitæ Ejus l. c. *Baronius* l. c. ad h. a. §. 20, pag. 343.

Romanum, An. 774; vid. *Gratianus*, Dist. 63, c. 22; *Sigebertus Gemblacensis* ad An. 773; *Vincentius Bellovacensis*, part. 3. *Speculi Historialis*, lib. 23, Cap. 168; *Albericus*, Monachus trium fontium, ad An. 775, p. m. 111; *Marsilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, Cap. 8, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imperial.* p. m. 232 &c. *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, ibid. pag. 292; Auctor *Historiæ Patriarcharum Bituricensium*, Cap. 56, in vita *S. Dacberti*, apud *Labbeum*, T. 2. *Bibliothecæ MS.* pag. 85.

Ratisbonense, An. 792, in quo hæresis *Felicis* Orgellitani, in Pyrenæis montibus, Præsulis, *Salvatorem Nostrum, secundum humanam naturam, non nisi Dei filium adoptivum esse*, impie tradentis, primum proscripta. Vid. Auctor Ejus Vitæ, apud *Pithœum* pag. 255 &c. *Celebravit Dominus Rex Carolus Natale & Pascha in Ragenesburg; ibi tenuit Synodum, ubi primo condemnata est hæresis Feliciana.* Conf. *Adelmi Annales*, h. a. p. m. 399 & 400; *Baronius* l. c. An. eod. §. 1, p. 458.

Francofurtense, An. 794, quo dicta hæresis *Feliciana* denuo damnata, pariter ac Synodus *Nicæna* An. 787, in favorem adorandarum Imaginum sanctorum celebrata. Vid. Rescriptum Principis ad *Elipandum* Toletanum, dicta hæresi maculatum, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. XI, pag. 465: *Ad impletionem vero hujus gaudii*, (hæreticorum conversionis) *fraterna cogente charitate, jussimus Sanctorum Patrum synodale, ex omnibus undique Nostræ Ditionis Ecclesiis, congregare Concilium &c.* Integrum Rescriptum exhibet idem l. c. §. XV, &c. p. 467 ad 471; Add. *Goldastus* T. I *Constit. Imper.* pag. 20, §. 6. In literis Synodalibus ad Hispaniarum Præsules, legitur: *Congregatis nobis in unum charitatis conventum, præcipiente & præsidente Piissimo & Gloriosissimo Domino nostro, Carolo Rege &c.* Et in Libello ad *Elipandum*, reliquosque Hispaniarum & Galliciæ Episcopos: *Clementissimi ac Tranquillissimi Gloriosique Caroli Regis, Domini Terræ, Imperii Ejus Decreto, per diversas Provincias Regni Ejus Ditioni subjectas, summa charitate præcurrente, multitudo Antistitum, sacris obtemperando præceptis, in uno Collegio aggregata convenit &c.* Et Cap. I. Actorum Synodi, à *Johanne Filio*, Meldorum Episcopo, editorum: *Convenientibus, Deo favente, Apostolica auctoritate, atque Piissimi Domini nostri, Caroli Regis, jussione, Anno XXVI Principatus sui, cunctis Francorum, seu Italiæ, & Aquitaniæ Episcopis ac Sacerdotibus, Synodali Concilio &c.* Vid. *Goldastus*, inter *Imperialia Decreta de Cultu Imaginum*, p. m. 62 & 73. Conf. Auctor *Vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. m. 256; *Adelmus*, ad An. 794, apud *Freherum*, p. m. 400 & 401. *Hincmarus*, in Libro contra *Hincmarum Laudunensem*, cap. 20; (apud *Baronium* l. c. §. 41, p. m. 478, *Matthiam Flacium*, Catal. Testium Veritatis, pag. 131; *Goldastum* l. c. pag. 82; *Zieglerum*, de *Episcopis*, c. 18, §. 38, pag. 694, & *Dreierum*, Diss. de *Cultu Imaginum*, circa initium;) *Regino*, ad An. 794; *Hermannus Contractus*, an. eod. pag. m. 300; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, cap. XI &c. Abolita simul in hac Synodo Decreta Nicænæ An. 787, circa adorandas Imagines, discimus ex *Hadriani* P. R. Capitulari Responsionum ad Capitulare *Caroli Magni*, de *Non adorandis Imaginibus*, apud *Goldastum* l. c. pag. 81: *Inter quæ edidit Nobis* (Carolus) *Capitulare, adversus Synodum, quæ, pro Sacrarum Imaginum erectione, in Nicæa acta est &c.* Eadem docet Epistola Parisiensis Synodi Patrum, ad *Ludovicum Pium* & *Lotharium* Imperatores, de An. 825, apud *Goldastum* l. c. pag. 627; ut & *Annales* Francorum *Pithœani* ad An. 794, p. m. 13; & *Fuldenses*, An. eod. Auctor vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 256; & *Adelmus* l. c. in primis *Strabo Fuldensis*, in Annal. ad eundem annum: *Synodus habita est in Franconofurt, in qua hæresis Feliciana, coram Episcopis Germaniarum, & Galliarum, Italorumque, præsente Magno Principe Carolo, & Missis Adriani Apostolici, Theophylacto & Stephano Episcopis, tertio damnata est, & rata stipulatione damnatio roborata. Pseudo-Synodus Græcorum, pro adorandis Imaginibus habita, ab Episcopis damnatur &c.* & *Hincmarus* l. c. *Septima autem apud Græcos vocata Universalis Pseudo-Synodus, de Imaginibus,* (Constantinopolitana An. 754) *quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant; neutra vero pars intellectu sano definiens, sine Auctoritate Apostolicæ Sedis, non longe ante nostra tempora, Nicææ est à quamplurimis Episcopis habita, & Romam missa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit; unde tempore*

Caro-

Caroli Magni Imperatoris, jussione Apostolicæ Sedis, Generalis Synodus in Francia, convocante præfato Imperatore, celebrata est, (Francofurti) *secundum scripturarum tramitem, Traditionemque Majorum, Ipsa Græcorum Pseudo-Synodus abdicata - - - - Sed tamen Hadrianus, & alii Pontifices, in sua opinione perseverarunt, &, mortuo Carolo, suarum pupparum cultum vehementius promoverunt, adeo ut Ludovicus, Caroli filius, libro longe acriori insectatus sit Imaginum cultum, quam Carolus &c.* Nihil aliud subjicit *Baronius* l. c. quam: nimis in consulte & temere hæc dicta.

Romanum An. 800. in causa *Leonis III*, P. R. qui de objectis sibi criminibus juramento se purgare cogebatur; vid. *Anastasius* in vita *Leonis III*, p. m. 183. Add. seq. v. 94.

Aquisgranense An. 809, de processione Spiritus Sancti à Patre & Filio. Vid. Auctor Vitæ Caroli, apud *Pithœum* p. m. 274: *Imperator, de Ardenna, Aquis reversus, mense Novembri, Concilium habuit de Spiritu Sancto, procedente à Patre & Filio &c.* Conf. *Annales Francici* apud eundem, ad h. a. p. 20; *Adelmus*, An. eod. pag. m. 411; *Hermannus Contractus* apud *Urstisium*, an. eod. p. 302. *Baronius* T. IX, an. eod. §. 53, p. 601.

Moguntinum An. 813, cujus Exordium Tom. 2. Conciliorum *Petri Crabbe*, fol. 113, tale: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Gloriosissimo & Christianissimo Imperatori, Carolo, Augusto, veræ Religionis Authori, ac defensori Sanctæ Dei Ecclesiæ, una cum prole sua, Ejusque fidelibus, vita & salus, honor & benedictio, cum victoria sine fine mansura. Almificæ Reverentiæ Vestræ patefacimus Nos, humillimi famuli ac missi, Vestri, Hildebaldus scil. Sacri Palatii Archi-Episcopus Ricolfus & Arno, Archi-Episcopi, seu Bernharius, una cum reliquis Co-Episcopis ac Abbatibus, & cætero Clero, quia venimus, secundum jussionem Vestram, in Civitatem Moguntiam &c.* Ejusdem, & aliorum quatuor Conciliorum, circa corrigendum statum Ecclesiarum, *Remis, Turonis, Cabillonis,* & *Arelati*, celebratorum, meminit Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum*, pag. 280, *Concilia quoque, jussu Domini Caroli Imperatoris, super statum Ecclesiarum corrigendum, per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt; quorum unum Mogontiaci; alterum Remis; tertium Turonis; quartum Cabillone; quintum Arelati; congregatum est. Constitutiones, quæ in singulis factæ sunt, coram Imperatore perlectæ sunt &c.* Idem docet Auctor *Annalium Francicorum*, apud eundem, ad An. 813, pag. 24; & *Adelmus*, an. eod. p. m. 414; *Annales Francici Fuldenses*, An. eod. pag. m. 12; *Regino* an. eod. pag. 40, *Sigebertus Gemblacensis*, an. eod. p. m. 560; *Hermannus Contractus*, An. eod. apud *Urstisium*, pag. m. 302; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo Veterum Principum Germaniæ* Cap. XI; *Conradus Urspergensis*, an. eod. p. m. 158. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. m. 158; *Albertus Stadensis* an. eod. pag. m. 86; *Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*; apud *Goldastum*, T. 1. *Monarchiæ*, pag. m. 666; *Joh. Bedæus de la Gormandiere*, de *Jure Regum*, Cap. V. apud eundem, Tom. 3. p. m. 814; *Baronius* T. IX. ad An. 813, §. 15, p. 639; § 16 & 17, p. 640; §. 21, p. 641; *Lehman. Chron. Spirens.* lib. 2. Cap. 41, pag. 170.

(29.) LUDOVICUS PIUS.

Aquisgranense, An. 817, teste præfatione Actorum, Tom. 3. *Conciliorum*; conf. *Baronius* T. IX, ad h. a. §. 6, pag. 707; Auctor Vitæ Ejus apud *Freherum*, an. eod. p. m. 457, ait: *Imperator generalem habuit Conventum Aquisgrani, in quo, quantum fervoris, circa Divinum Cultum, pectoris gestaret in arca, toto declaravit adnisu; congregatis enim Episcopis, Nobilissimoque Sanctæ Ecclesiæ Clero, fecit componi ordinarique Librum, Canonicæ vitæ normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur &c.* Ipse Imperator, in Rescripto, ad Archi-Episcopum Saltzburgensem, de *Reformatione abusuum Cleri*, de An. 817, apud *Goldastum* T. 1. *Constit. Imperial.* pag. 150: *Sacrum & memorabile Concilium, Divino nutu, nostroque studio, in Aquisgrani Palatio nuper aggregatum &c.* Ejusdemque *Reformatio Ecclesiastica*, apud eundem, T. 3, pag. 164: *Cum in nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Christianissimus ac Gloriosissimus Ludovicus - - - anno siquidem Imperii sui tertio, Aquisgrani Palatio, generalem sanctumque convocasset Conventum &c.* Conf. *Ademarus* Monachus *S. Eparchii*, in Chron. ad An. 816, apud *Labbeum*, T. 2 *Bibliothecæ MS.* p. 158; *Chronicon Sancti Maxentii*, vulgo *Malleacense*, an. eod. apud *Labbeum* l. c. pag. 195; *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. m. 133; *Conradus Urspergensis*, ad An. 819, pag. m. 139; *Vincentius Bellovacensis*, part. 3, *Speculi Historialis* lib. 24, c. 26, ad An. 820; *Claudius Goustæus* l. c. pag. 667, ad An. 816.

Attiniacense, An. 822, teste *Agobardo* Lugdunensi, qui ipse interfuit, apud *Baronium &c.* T. IX, ad h. a. §. V, p. 765 &c.

(30.) Idem, & LOTHARIUS,

Varias adhuc Synodos alias convocasse leguntur, An. 828; teste Imperiali Edicto, apud *Baronium*,

Tom.

Baronius l. c. ad Ann. 936. pag. 699; nothum suum, *Bosonem*, *Placentiæ* Episcopum nominavit; vid. *Luitprandus*, lib. 4, Cap. 6, pag. 131; *natum genuit, nomine Bosonem, quem in Placentina, post Widonis obitum, Episcopum ordinavit, Ecclesia.*

(11.) ANGLIÆ REGIBUS, obtulisse. ETHELREDUM, (*Edredum,*) S. *Dunstano* Episcopatum *Wentanum*, seu *Wintoniensem*, frustra licet; An. 946, memoriæ prodidit *Osbertus*, Cantuariensis Monachus, in vita *Dunstani* Cantuariensis, Cap. 17, apud *Surium*, 19 Maji, p. m. 235 & 236; Ab EDGARO, consecutum *Oswaldum* An. 962, Episcopatum *Wigorniensem*, & postea *Eboracensem*, docet Auctor vitæ *Oswaldi*, Cap. 3 & 7. apud *Surium*, d. 15 Octobr. pag. 229 & 230; GUILIELMUS I, dictus *Conquestor*, *die Pentecostes* (An. 1070.) *apud Windeshoram, Venerando Bajocensi Canonico, Thomæ, Eboracensis Ecclesiæ Archi-Episcopatum, & Valcelino, Capellano suo, Wintoniensis Ecclesiæ Præsulatum dedit &c.* Sunt verba *Rogeri de Hoveden*, in vita *Wilhelmi* hujus, ad An. 1070, apud *Savile*, de *Scriptorib. Rerum Anglic.* pag. 453, quæ *Baronius* Tom. XI, an: eod. pag. 386, repetit; Conf. *Wilhelmus Malmesburiensis*, lib. 3, de *Gestis Pontificum Anglorum*, apud *Savile*, l. c. pag. 273; Ejusdem favore, evasit *Ranulphus*, Præsul *Dunelmensis*, vid. *Malmesburiensis* l. c. pag. 277 & 278, ut & *Rogerius*, Episcopus *Herefordensis*, eoque paucis diebus post defuncto; *Rainaldus*, Reginæ Cancellarius; vid. *Malmesbur.* l. c. lib. 4, p. 286, & 287; Eodem conferente, suscepit *Remigius*, Fiscanensis Monachus, Episcopatum *Dorcestriensem*, vid. l. c. pag. 290; de aliis ne dicam; in genere de Eo verba faciens *Ingulphus*, Croylandiæ Abbas, in *Historia Angl.* apud *Savile*, p. m. 901. ait: *Episcopatus & Abbatias totius Terræ, suis Normannis Rex distribuit &c.* Episcopatum *Wigornensem* nactus est *Wilstanus*, à Rege *Wilhelmo Jun.* Vid. *Malmesburiensis* cit. Lib. 4, pag. 282; Pariter ac *Anselmus Cantuariensem*; vid. *Sigebertus Gemblac.* ad Ann. 1097, pag. 609. HENRICO I. acceptum tulere *Wigornensem* Præsulatum *Thiulfus* & *Symon*; vid. l. c. nec non *Richardus*, *Herefordensem* l. c. pag. 287; *Robertus* & *Rogerus*, Licefeldensem l. c. pag. 289; alios plures recenset *Henricus Huntindonensis*, lib. 7. *Histor.* apud *Savile*, l. c. pag. 382. ad Ann. 1122. *Ad Pascha vero apud Wincester dedit* (Rex) *Episcopatum Lincolniæ Alexandro, Venerabili Viro ---- dedit etiam Rex Episcopatum Bathæ, Godfrido, Cancellario Reginæ &c.* & l. c. ad Ann. 1124. *Rex fuit in Normannia, & ibi dedit Episcopatum Wigorniæ, Simoni, Clerico Reginæ; Sifrido quoque, Abbati Glastenusbiri, dedit Episcopatum Cicestriæ &c.* Dono HENRICI II, Præsul factus *Robertus*, *Nannetensis*, Ann. 1171, teste *Roberto de Monte* ad h. a. pag. 650, aliique, quorum *Rogerus de Hoveden*, in ipsius vita l. c. pag. 537, hisce meminit: *Eodem Anno (1173.) Henricus Rex Angliæ Pater, contra prohibitionem Henrici Regis, Filii sui, ---- dedit Richardo, Priori de Dowere, Archi-Episcopatum Cantuariensem; & Reginaldo, filio Jocelini, Salisberiensis Episcopi, Episcopatum Batoniensem; & Richardo de Juecestre, Pictavensi Archidiacono, Episcopatum Wintoniensem; & Roberto Foliot, Episcopatum Herefordensem; & Gaufrido Ridel, Cantuariensi Archidiacono, Episcopatum Eliensem; & Johanni de Greneford, Episcopatum Cicestrensem.* Quem locum etiam *Baronius* T. XIII Annal. ad An. 1173. pag. 649, annotavit. HENRICO *Juniori* Præsulatum *Wigornensem* debet *Alfredus*; vid. *Malmesburiensis* l. c. p. 282.

(12.) DANIÆ REGES, idem munus exercuisse, documento est SUENO, apud *Adamum Bremensem* de *Situ Regni Daniæ &c.* p. m. 142, ubi: *In eadem Regione Sconiæ --- Rex Suein Parochiam Sconiensem in duos Episcopatus segregavit, unum, i. e. Lundensem, Henrico tribuens, alterum, i. e. Balbojensem, Eginoni &c.* Ut & lib. 2. *Hist. Eccles.* in fine Cap. 30. Edit. Vellejanæ: *Suen duo Regna possedit; Ipse igitur mox destructo ritu Idololatriæ, Christianitatem in Norwegia per Edictum suscipi jussit. Tunc etiam Gothebaldum quendam, ab Anglia venientem, Episcopum in Scania posuit Doctorem, qui aliquando in Suedia sæpe dicitur evangelizasse &c.* De CANUTO, inquit idem *Adamus* cit. lib. 2. *Hist. Eccles.* Cap. 38, Edit. Maderi, p. m. 68: *Victor Knut ab Anglia rediens in ditione sua per annos multos Regnum Daniæ possedit & Angliæ. Quo etiam tempore multos in Daniam ab Anglia adduxit Episcopos, de quibus Bernardum posuit in Sconiam; Gerbrandum in Selandiam; Reinherum in Finne &c.*

(13.) De HUNGARIÆ REGE, STEPHANO, legitur in Ipsius Historia, apud *Surium*, d. 24. Sept. p. m. 266, Cap. 2: *Rex Stephanus, ut robustissimus Josue, impietatem Gentis (*Hungariæ*) profligavit, crudelesque ac barbaros Ethnicorum mores edomuit, ac plurimorum pectora ad suscipienda*

Sancta

Sanctæ Fidei semina præparavit. Videns autem Pius Rex Regnum suum pacis tranquillitatem adeptum, servum Dei Gerardum ab eremo revocavit, Pontificalique Infula decoratum, ad prædicandum Populo suo destinavit &c. Conf. de hoc Regno, *Oldrad.* Conf. I; *Carpzovius*, de *L. R. German.* Cap. XI, Sect. XV, §. 23, p. 322.

(14.) Vera proinde sunt, quæ *Waltramus Numburgensis*, *Lupoldus* de *Babenberg*, aliique, quorum verba præced. Lib. I, Tit. XV, §. 19, lit. b, pag. 1327, & lit. d, pag. 1341 & 1342, occurrunt, de thesi hac judicarunt, quam amplius, quoad HISPANIAM, illustrat Canon VI, Concilii *Toletani XII*, apud *Gratianum*, Dist. LXIII, C. *Cum longe &c.* ibi: *Placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ atque Galliciæ, ut, salvo privilegio uniuscujusque Provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunque Regalis Potestas elegerit, & jam dicti Toletani Episcopi judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet Provinciis, & in præcedentium Sedibus præficere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores &c.* Hocque jure *Hispaniarum* Reges adhuc hodie uti illibato, in tantum, ut nemo Episcopali dignitate insigniatur, nisi à Rege nominatus, auctor est *Covarruvias*, in c. *Quamvis*, pag. 3, §. 10, n. 5, de R. J. in 6; add. *Carpzovius*, de *Lege Regia German.* Cap. XI, Sect. XV, §. 23, pag. 322, & *Schützii Colleg. Jur. Publ.* Exercit. VII, θ. VI, lit. e, p. 463; Qui Vir Illustris non male addit l. c. in *Gallia* quoque *nominationem* personarum idonearum ad Ecclesias Pastoribus orbatas promovendarum, in hodiernum usque diem, ad Reges spectare; quo omnino facit *Concordatorum* inter *Franciscum I.* Regem, & *Leonem X*, P. R. de Ann. 1517. Caput De *Electione*, apud Ill. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Cod. Diplomatici Juris Gentium*, p. m. 165, §. 4, sic se habens: *Statuimus & ordinamus ---- ut de cætero Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis in Regno dicto,* (Galliæ) *Delphinatu & Comitatu Viennensi ac Valentinensi, & pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris, & successorum nostrorum, Romanorum Pontificum, canonice intrantium, sponte factam, vacantibus, illarum Capitula & Canonici ad Electionem, seu Postulationem, inibi futuri Prælati, procedere non possint; sed illarum occurrente hujusmodi vacatione, Rex Franciæ, pro tempore existens, unum gravem Magistrum, seu Licentiatum in Theologia, aut in utroque, seu altero Jurium Doctorem, aut Licentiatum, in Universitate famosa, & cum rigore Examinis, & in vigesimo septimo suæ ætatis anno ad minus constitutum, & alias idoneum, infra sex menses, à die vacationis Ecclesiarum earundem computando, Nobis, & Successoribus nostris, Romanis Pontificibus &c. seu sedi prædictæ, nominare, & de persona, per Regem hujusmodi nominata, per nos, & successores nostros, seu sedem prædictam, provideri; &, si contigerit, præfatum Regem personam taliter non qualificatam ad dictas Ecclesias, sic vacantes, nominare, per Nos & successores, seu sedem hujusmodi, de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minime provideri debeat; sed teneatur idem Rex, infra tres alios menses, à die recusationis personæ nominatæ non qualificatæ, solicitatori, nominationem non qualificatam prosequenti, consistorialiter factæ, intimandæ, computandos, alium supra dicto modo qualificatum nominare; alioquin, ut dispendiosæ Ecclesiarum hujusmodi vacationi celeriter consulatur, Ecclesiæ tunc sic vacanti, per nos, & successores nostros, seu sedem hujusmodi, de persona, ut præfertur, qualificata, nec non per obitum apud sedem prædictam vacantibus, semper, etiam nulla dicti Regis præcedente Nominatione, libere provideri possit &c.* Quamvis, ob innexas clausulas, Libertati Gallicanæ Ecclesiæ, *Pragmatica Sanctione Ludovici Sancti* de Ann. 1268, (cujus præced. lib. 1. Tit. XV, §. 23, lit. a, pag. 1397 &c. facta mentio,) aliaque Ann. 1438, à *Carolo VII*, (ceu l. c. pag. 1399, monitum,) edita, fundatæ, contrarias, innumeræ Gallorum, artes Romanæ Curiæ, juribus Regum quibusvis inhianti, detestantium, auditæ desuper sint querelæ, emissique adversus Aulæ Proceres Libelli famosi, ut & interpositæ Appellationes ad futurum Universale Concilium. Vid. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baron.* ad Ann. 1516, §. XI ad XVI, pag. 321 & 322; Conf. Epistola *Antonii de Vargas*, Ministri Cæsarei, in Concilio Tridentino, Ann. 1551, 12 Octobr. Atrebatensium Præsuli scripta, Interprete Dn. *Le Vassor*, Part. 2. *des Memoires de Vargas*, pag. 130 &c. In cæteris Regnis omnibus electionem, præsentationem, nominationem, vel saltem confirmationem Prælatorum, itidem Regum esse beneficium, auctoritatibus probat Ill. *Schützius* l. c. θ. VII, lit. c, pag. 468. De Regno SICILIÆ & NEAPOLITANO, evolve *Matth. de Afflictis*, in *Constit. Regn.* in prælud. quæst. 18.

(15.) (II.) *Convocare Concilia*;

Testes hujus asserti, ex Imperatoribus, sunt:

CONSTANTINUS MAGNUS,

De quo Auctor Ipsius vitæ, Lib. 1 Cap. 44, Edit. Valesf. pag. 430: *Ecclesiæ Dei præcipue curam gerens, cum, per diversas Provincias, quidam inter se dissentirent, Ipse, velut communis omnium Episcopus, à Deo constitutus, Ministrorum Dei Concilia congregavit. Nec dedignatus adesse, & considere in medio illorum Conventu, cognitionis particeps fuit, ea, quæ ad pacem Dei pertinent, cunctis procurans &c.* Conf. *Theodoretus*, lib. 1. c. 10, p. m. 22; *Socrates*, lib. 1,

lib. I. c. 9, Edit. Valeſ. p. 30; *Nicephorus Calliſtus*, lib. 8, c. 25, p. m. 393. Convocavit autem

Romanum, Ann. 313, ad dirimendam litem *Cæcilianum* Carthaginenſem inter, & Donatiſtas Africanos, literis Ejus teſtibus ad *Miltiadem*, P. R. & *Marcum*, apud *Euſebium*, lib. X, *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 5, pag. 391, & *Nicephorum*, lib. 7, c. 43, p. 342; Conf. *Valeſius* Libr. de *Schiſmate Donatiſtarum*, ipſius notis in *Euſebii* Hiſtoriam annexo, Cap. V, p. m. 294, & *Launojus*, part. 6, Epiſt. 1, ad *Henricum Ludovicum Hubertum* Mommorium; contendit quidem *Baronius* T. 3. Annal. ad Ann. 313, pag. 105, datas ad ſolum *Miltiadem* literas iſtas; aſt fruſtra.

Arelatenſe I, Ann. 314, eandem ob cauſam teſte Ejus Epiſtola ad *Chreſtum*, Siracuſanorum Antiſtitem, apud *Euſebium* l. c. p. 392, ibi: *Quoniam igitur plurimos, ex diverſis, ac prope infinitis locis, Epiſcopos in Urbem Arelatenſem, intra Calendas Auguſti, juſſimus convenire, Tibi quoque ſcribendum eſſe cenſuimus &c.* Conf. *Nicephorus* l. c. & *Baronius* l. c. ad An. 314, §. 41 & 42, p. m. 127.

Nicænum I. Oecumenicum, *An.* 325; ad ſupprimendam hæreſin *Arianam*; vid. Ejus Epiſtola ad Alexandrinos, apud *Socratem*, lib. I, Cap. IX, p. m. 30: *Unum igitur omnes Deum & nomine adoramus, & eſſe credimus; porro ut id fieret, Deo ſuggerente, convocavi in Urbem Nicæam quam plurimos Epiſcopos; quibuſcum Ego, Unus ex veſtro numero, qui Me veſtrum conſervum eſſe magnopere gaudeo, veritatis examen ſuſcepi &c.* Conf. Ejuſdem Oratio, in Synodo habita, apud *Sozomenum*, lib. I. c. 17, p. m. 429; Auctor Vitæ Ejus, lib. 3, cap. 6, p. m. 486, & c. 17, p. m. 492; Patres congregati, in literis ad Alexandrinos, Ægyptios, Lybios &c. apud *Theodoretum* lib. I. c. 9. p. m. 20; *Caſſiodorum* lib. 2. *Hiſtor. Tripart.* cap. 12, pag. m. 33; *Nicephorum*, lib. 8, c. 24, pag. 391; *Nilum Theſſalonicenſem*, lib. 2. de *Primatu Papæ*, circa finem, & *Baronium* l. c. ad An. 325, §. 117, pag. 311. *Epiphanius*, Hæreſi 68, lib. 2, T. 2, Edit. Baſil. an. 1560, p. m. 322; *Socrates* l. c. cap. 8, p. 18 & 19; *Sozomenus* l. c. cap. XIX, p. 433; *Theodoretus* l. c. cap. 7, p. m. 15. *Ruffinus*, lib. 1. c. 1. *Juſtinianus* Imp. in Conſtit. de *Fide Catholica*, de An. 553, apud *Goldaſtum* Tom. 3, *Conſtit. Imper.* pag. 626; *Caſſiodorus* l. c. lib. I. cap. ult. p. m. 26; Auctor Orationis *de iis, quæ in Synodo Nicæna geſta ſunt*, apud *Surium*, de *Actis Sanctorum*, d. 10. Jul. p. m. 162; *Nicephorus*, lib. 8, c. 14, p. m. 377; Recentiores ut ſilentio prætercam.

Tyrienſe An. 334, in cauſa Arianorum, contra *Athanaſium*; prius *Cæſareæ Palæſtinæ* congregandum. Vid. *Theodoretus*, lib. I, c. 28, p. m. 44; Epiſtola *Conſtantini* ad Synodum Cæſarienſem, apud Auctorem Ipſius vitæ, lib 4, cap. 42. p. m. 546; *Theodoretum* l. c. cap. 29, pag. 44 & 45; & *Baronium* Tom. 3, ad An. 334, p. m. 422, §. 8 &c. Idem Auctor Ejus vitæ, l. c. cap. 41, p. 546; *Socrates* lib. I, cap. 28, p. m. 65; *Nicephorus*, lib. 8, cap. 49, pag. m. 439.

Hieroſolymitanum, An. 335, ad dedicandum ibi Templum; vid. Auctor Ejus vitæ, lib. 4, c. 43, p. 548, & cap. 47, p. 550; *Sozomenus*, lib. 2, c. 26, p. m. 483; *Socrates*, lib. I, cap. 33, p. m. 68; *Nicephorus*, lib. 8, c. 49, p. 439.

CONSTANTIUS, & CONSTANS.

(16) *Antiochenum*, An. 341, in cauſa Ariana; Vid. *Theodoretus*, lib. 2, c. 31. p. m. 87; *Socrates* lib. 2. c. 8, pag. 84; *Sozomenus* lib. 3. c. 5, pag. 501; *Athanaſius*, de Synodis *Arimini* & *Seleuciæ* celebratis, Tom. I. operum, p. m. 894; *Caſſiodorus*, lib. 4. *Hiſt. Tripart.* cap. 9, p. 49; *Nicephorus*, lib. 9, c. 5, p. 457; *Baronius*, l. c. ad An. 341, p. 513; *Valeſius*, in *Socratem*, lib. 2, c. 19, p. 23.

Sardicenſe, An. 347, in eadem cauſa; de quo *Athanaſius*, ſub initium *Apologiæ ſecundæ*, Tom. I. Operum, pag. 720: *Fuere autem in eo conſeſſu* (Romæ) *plures quam quinquaginta Epiſcopi; tertio iterum, in magno Sardicenſi Concilio, ad Edictum Religioſiſſimorum Principum, Conſtantii & Conſtantis, in quo judicio ita ceciderunt adverſarii, ut, habiti pro calumniatoribus, depoſitionem, exauctorationemque Ordinis ſui, retulerint; noſtram vero innocentiam plures quam trecenti Epiſcopi ſuis calculis comprobarint, qui, ex multis Provinciis Ægypti, Libyæ, Pentapoleos, Palæſtinæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Theſſaliæ, Achajæ, Cretæ, Dalmatiæ, Siſciæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Tuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, Siciliæ, Aphricæ univerſæ, Sardiniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Britannicarum, eo ſe ad Concilium contulerant &c.* & pag. 754: *Quod cum reſcitum eſſet ab Religioſiſſimis Imperatoribus, Conſtantio & Conſtante, juſſi ſunt Epiſcopi Orientis & Occidentis, Sardim convenire &c.* Idem, in Epiſtola ad *Solitariam vitam agentes*, l. c. pag. 818; Ipſi Patres convocati, in Epiſtola Synodali ad Ægyptios & Africanos, apud *Athanaſium*, l. c. in *Apologia 2*, p. m. 760 & 761; (Conf. Tom. I. *Concilior.* f. m. 200; *Theodoretus*, lib. 2, c. 8; *Caſſiodorus*, lib. 4, *Hiſt. Tripart.* cap. 24, p. 54.) *Hoſius* Cordubenſis, in Epiſt. ad *Conſtantium* apud *Athanaſium*, in Epiſt. ad *ſolitariam vitam agentes* l. c. pag. 838;

Socrates, lib. 2, cap. 20, p. m. 101, *Sozomenus*, lib. 3. c. XI, pag. 511; *Theodoretus* l. c. cap. 5, pag. 52; *Cassiodorus* l. c. cap. 21, p. 52; *Nicephorus*, lib. IX, cap. XII, p. 469.

Sirmiense, An. 351 (nec 357, ut contra *Baronium*, *Valesius*, in *Socratem*, lib. 2, cap. 29, pag. 28 & 29, & cap. 30, pag. 29, defendit) adversus *Photinum*, Ecclesiæ istius Præsulem, vid. *Socrates*, lib. 2, Cap. 29, p. m. 121. *Tunc temporis etiam Photinus, Ecclesiæ illius Antistes, dogma à se excogitatum* (scil. Salvatorem nostrum nudum esse hominem, ex Josepho & Maria natum; nec Spiritum S. propriam esse personam, sed extensionem extensionis; unicamque divinitatis esse personam, tria licet dentur nomina &c.) *multo, quam antea, manifestius, prædicabat; ex quo, cum tumultus esset obortus, Imperator Synodum Episcoporum, in Urbe Sirmio, fieri jussit &c.* Conf. *Sozomenus* lib. 4. Cap. 6. pag. 542. *Cassiodorus*, lib. 5, *Hist. Tripart.* Cap. 6, pag. 64; *Nicephorus*, lib. 9, Cap. 31, pag. 507.

Mediolanense An. 355, impellentibus licet Arianis; vid. *Socrates*, lib. 2, c. 36, pag. 130; *Sozomenus*, lib. 4, c. 8, pag. 545; *Theodoretus*, lib. 2, cap. 15, pag. 65; *Cassiodorus*, l. c. Cap. 15, pag. 68; *Nicephorus*, lib. 9, cap. 33, p. 514.

Ariminense, Ann. 359, in eorundem favorem. Vid. *Athanasius*, *de Synodis Arimini & Seleuciæ celebratis*, T. I. Operum p. 869: *Fortasse & ad vos quoque pervenit rumor ejus Synodi, quæ nunc omnibus in ore est, eo quod ab Imperatore, Præfectisque, literæ frequenter in omnem partem sunt missæ, eos, qui illuc ituri essent, convocantes &c.* Idem, in Epist. ad *Africanos* l. c. pag. 934; *Severus Sulpitius*, lib. 2. *Historia Sacra*, pag. 539, in *Monumentis Patrum Orthodoxographis*, p. m. 497; *Socrates*, lib. 2, Cap. 37, pag. 131; Ipsi Patres congregati, in Epist. ad *Constantium* Imp. apud *Socratem* l. c. pag. 136; *Hilarium* inter Fragmenta Libri de *Synodis*; *Athanasium* l. c. pag. 877; *Sozomenum*, lib. 4, c. 18, pag. 565; *Theodoretum* lib. 2, Cap. 19, pag. 71; *Cassiodorum*, lib. 5. *Hist. Tripart.* Cap. 12, pag. 72. *Nicephorum*, lib. 9, Cap. 40, pag. 524 & *Baronium* Tom. 3, ad An. 359, §. 15, pag. 732, quamvis diverso stylo. *Sozomenus* lib. 3. c. 19, pag. 531; & lib. 4. c. 16, pag. 562; *Theodoretus* l. c. Cap. 18, p. 70; *Gelasius*, P. R. apud *Gratianum*, Dist. XV, c. 3. *Cassiodorus* l. c. Cap. 16, pag. 69; *Nicephorus* l. c. Cap. 38, p. 523.

Seleuciense, in Isauris, eodem tempore. Vid. *Socrates*, lib. 2, Cap. 39, p. m. 146: *Dicam de altera Synodo, quam, æmulam Ariminensis Concilii, in Orientis partibus, fieri Imperator Edicto suo præceperat &c.* & *Acacius*, Episcopus Cæsariensis, qui ad Arianos defecit, in Lib. de *Fide*, apud *Socratem* l. c. Cap. 40, pag. 148 & 149, & *Nicephorum*, lib. 9, Cap. 43, pag. 531; & *Baronium* T. 3, ad An. 359, pag. 743, §. 60. *Sozomenus*, lib. 4. c. 22, pag. 573; *Epiphanius*, in Hæresi *Semi-Arianorum* 73, pag. m. 390; *Theodoretus*, lib. 2, c. 27, p. m. 80; *Cassiodorus*, lib. 5. *Hist. Tripart.* c. 34, p. 77, *Socratis* verba repetens; *Nicephorus*, lib 9, Cap. 43, p. 531.

VALENTINIANUS.

(17.) *Lampsacenum*, An. 365, rogantibus Semi-Arianis; Vid. *Sozomenus*, lib. VI, c. 7, p. 646; *Socrates* lib. 4, c. 2, pag. m. 211; *Cassiodorus*, lib. 7. *Hist. Tripart.* cap. 12, pag. 115; *Paulus Diaconus* lib. XII. ad *Historiam Romanam Eutropii*, pag. m. 156; *Nicephorus* lib. XI, c. 3. p. m. 623.

THEODOSIUS MAGNUS, GRATIANUS, & VALENTINIANUS.

(18.) *Constantinopolitanum Oecumenicum*, Ann. 381, ad corroborandam *Nicæni* de Ann. 325, doctrinam de Christo; simulque profligandam hæresin *Macedonii*, Episcopi Constantinopolitani, dicentis: *Filium Patri non esse* ὁμοούσιον, (Consubstantialem) *sed* ὁμοιούσιον (similis substantiæ) insuperque: *Spiritum Sanctum non esse dicendum unam Trinitatis personam &c.* Vid. Patres congregati, in Epistola ad *Theodosium*, apud *Baronium* Tom. IV, ad An. 381, pag. 432: *Agentes autem Deo debitas gratias, necessaria quoque ea, quæ acta sunt in Sancto Concilio, ad Tuam referimus Pietatem: nempe, quod, ex quo tempore, ex mandato Tuæ Pietatis, Constantinopoli convenimus, primum quidem mutuam inter Nos concordiam renovavimus ---- rogamus igitur tuam Clementiam, ut, per literas Tuæ Pietatis, ratum esse jubeas, confirmesque Concilii Decretum: & sicuti literis, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam summam eorum, quæ decreta sunt, conclusionem, sententia atque sigillo Tuo corrobores &c.* *Socrates* lib. V, cap. 8, pag. 264; *Sozomenus*, lib. 7, cap. 7, pag. 711; *Theodoretus*, lib. 5, cap. 6, pag. 147; *Justinianus* Imp. Constit. de *Fide Catholica* de An. 553, apud *Goldastum* T. 3. *Constit. Imper.* p. 626; *Cassiodorus*, lib. 9, *Hist. Tripart.* cap. 12, p. 144; *Nicephorus*, lib. XII, cap 10, p. 716.

Aquilejense, An. eod. à *Gratiano* maxime expetitum. Patres congregati, in Epistola ad *Gratianum*, *Valentinianum & Theodosium*, Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, p. m. 330, & apud *Baronium* l. c. pag. 450: *Imperatoribus Clementissimis & Christianis*

stianis Beatissimisque Principibus, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, Sanctum Concilium, quod convenit Aquilejæ, --- Gratias agimus Vobis, Clementissimi Principes, quod & fidei Vestræ studium probavistis, qui, ad removendas altercationes, congregare studuistis Sacerdotale Concilium, & Episcopis dignatione vestra honorificentiam reservastis, ut nemo deesset volens, nemo cogeretur invitus. Itaque juxta mansuetudinis Vestræ statuta, convenimus, sine invidia multitudinis &c. Conf. *Ambrosius*, in Actis ejus: *Nos, in Occidentis partibus constituti, convenimus in Aquilejensium Civitatem, juxta Imperatoris præceptum &c.* & *Baronius* l. c. ad An. 381, p. 447.

Constantinopolitanum, An. 383; Vid. *Socrates* lib. 5, cap. 10, p. m. 267: *Neque enim passus est* (Theodosius) *Urbes diutius tumultuariis motibus agitari, sed, pro virili parte, huic malo occurrens, brevi elapso tempore, Omnium Sectarum Concilium iterum cogi jussit, ratus, ex mutuo Episcoporum inter se colloquio, futurum, ut una apud omnes eademque sententia obtineret &c.* Add. *Sozomenus*, lib. 7, cap. 12, pag. 718; *Gregorius Nazianzenus*, Epist. 71, ad *Posthumianum*, Præfectum Prætoris; *Nicephorus*, lib. 12, c. 15, p. 723; *Baronius* l. c. ad An. 383, p. 487.

ARCADIUS, & HONORIUS,

(19.) *Thessalonicense*, An. 405, in causa B. *Chrysostomi*, rogante *Honorio*; Vid. *Theodorus*, apud *Palladium*, (referente *Baronio* l. c. Tom. V, ad An. 405, pag. 227,) memor congregatorum, in eadem causa, Romæ Episcoporum: *Congregati Italiæ Episcopi Imperatorem orant, ut scriberet Arcadio, Fratri suo, ut juberet Thessalonicæ Concilium fieri, quo facilius possent unà utraque partes Orientis, Occidentisque, concurrere; addentes: perfectam Synodum non numeri quantitate, sed qualitate, certam & irrefragabilem laturam fore sententiam. His inflammatus Imperator* (Honorius) *Episcopo quidem Romano* (Innocentio) *scribit, ut mittat Episcopos quinque, Presbyteros duos Romanæ Ecclesiæ, Diaconum unum, qui Ipsius ad Fratrem Arcadium Epistolas ferrent &c.* Ipsum *Innocentium*, hunc in finem, compellasse *Honorium*, testatur idem *Theodorus*, apud *Baronium* l. c. ad An. 404, p. 211, lit. E; ibi: *Innocentius Papa, indignatione summa permotus, scripsit ad Honorium Imperatorem; cum motus Ille, literis Innocentii, præcepit Synodum Occidentalium Episcoporum cogi &c.*

Ravennatense, An. 419, ad tollendum schisma, inter *Bonifacium* & *Eulalium*, ab obitu *Zosimi*, de Pontificatu Romano contendentes, exortum. Vid. Rescriptum *Honorii*, ad *Symmachum*, Urbis Præfectum, apud *Baronium*, Tom. V, ad An. 419. p. m. 433; quo ambos Ravennam vocari jubet: *Ob quam rem Illustris & Præcelsa Magnitudo Tua, suspensis omnibus, quæ superius sunt decreta, nullique interim præjudicio comparato, auctoritate præsentis oraculi, ut utrumque, hoc est, Bonifacium & Eulalium, Religiosissimos Viros, instantia digna conveniret, ut, intra diem sextum Iduum Februarii, Ravennatum Civitatem præsentiam suam maturare non differant --- Nos quoque, ex diversis Provinciis, competentem numerum Sacerdotum, scriptis Nostræ Serenitatis, accimus, ut rem, deductam in dubium, absolvat, Nobis coram, disceptatio plurimorum &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 19, lit. b, ad An. 418, pag. 1330 &c.

THEODOSIUS Jun. & VALENTINIANUS III.

(20.) *Ephesinum Oecumenicum*, An. 431; adversus hæresin *Nestorii*, &c. Constantinopolitani Præsulis, *VERBUM non Naturam, sed Personam saltem humanam, assumpsisse, sicque duas esse Christi incarnati hypostases; nullam Idiomatum factam communicationem; nudum hominem passum, crucifixum, mortuum &c.* delirantis; vid. Epistola Patrum congregatorum ad *Cælestinum* P. R. apud *Cyrillum*, Tom. 4. Operum, Epistol. Synodal. 12, p. m. 294, & Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, in calce Actorum hujus Concilii: *Necessario scribimus, quod, secundum voluntatem Servatoris nostri omnium, & Sanctionem Pientissimorum ac Christi amantium Imperatorum, in Ephesorum Metropoli, ex multis & variis Provinciis, plus quam ducenti numero Episcopi, congregati fuimus, idque, ad diem Pentecostes, quam piæ Christi amantium Imperatorum Sanctiones, quibus convocati fuimus, terminum convocandi Sanctæ Synodo præfixerunt &c.* Conf. eorundem Epistolæ, ad *Nestorium* ap. *Baronium*, T. V, ad An. 431, p. m. 570; ad Clerum Constantinopolitanum, ibid. pag. 571; ad ipsos Imperatores, *Theodosium* & *Valentinianum*, ibid. pag. 582, & apud *Cyrillum* l. c. Epist. 7, pag. m. 287, & Epist. 9, pag. 289, & Epist. 10, pag. 291; Ad omnes Episcopos, vid. *Cyrillus*, l. c. Epist. 6, pag. 285. *Theodosius* Ipse, in literis ad *Cyrillum*, & Episcopos, *Ephesi* conventuros, apud *Baronium* l. c. ad An. 430, pag. m. 548, lit. E. *Cyrillus* Alexandrinus, & *Memnon* Ephesius, in Libello Synodo oblato, apud *Cyrillum* l. c. Epist. Synod. 5, pag. 284; *Socrates*, lib. 7, Cap. 34, p. m. 376; *Evagrius*, lib.

l. c. 3, p. m. 491; *Cassiodorus*, lib. XI, *Hist. Tripart.* cap. 5, p. 188; *Nicephorus*, lib. XIV, c. 34, pag 906; *Isidorus*, lib. 6, *Etymol.* cap. 6, apud *Gratianum*, Dist. XV, c. 1; *Constantinopolitani VII* de Ann. 754, apud *Goldastum* in *Imperialibus Decretis*, *de Cultu Imaginum*, p. m. 32; Synodus *Hedtfeldensis*, in Anglia, apud *Bedam*, lib. 4, c. 17; *Freculphus Lexoviensis*, Tom. 2 Chronicor. lib. 5, cap. 27, p. m. 160; *Wilibaldus Aichstadensis*, in *vita S. Bonifacii* Moguntini, apud *Surium*, 5 Junii, p. m. 55; *Nilus Thessalonicensis*, lib. 2 de *Primatu Papæ*, apud *Goldastum* T. I. *Monarchiæ*, p. 38.

Ephesinum II, An. 449, ad examinandum dogma *Eutychis*, Archimandritæ Constantinopolitani, *Nestoriano* penitus contrarium: *Humanam Christi Naturam, per Incarnationem, à divina fuisse absorptam, & in divinam ita mutatam, ut unica saltem, divina scil. remanserit, quæ etiam crucifixa & sepulta fuerit, & resurrexerit.* Vid. Literæ Imperatorum ad *Dioscorum* Alexandrinum, Tom. I. *Concilior Petri Crabbe*, Act. 1 *Concilii Chalcedonensis*, fol. m. 403 & 404, nec non apud *Marsilium Patavinum*, in *Defensore Pacis*, part. 2, cap. 21, & *Baronium*, Tom. VI Annal. ad Ann. 449, p. 76. *Sancimus in unum Sanctissimos & Deo placitos convenire Viros, quibus, pro pietate Catholica, atque vera fide, plurimus sermo est --- Igitur est Tua Sanctitas, sumptis secum decem Reverendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt Diœcesi, & aliis similiter decem Sanctis Episcopis, sermone & vita ordinatis, qui in doctrina & scientia recta & immaculatæ fidei, præ cunctis, apud cunctos eminent, proximis Kalendis Augustis, Ephesum, Metropolim Asiæ, convenire, absque ulla dilatione, festinet, --- Quatenus universis Sanctissimis & Beatissimis Episcopis, quos convenire, per sacras Nostras epistolas, sancimus, ad prædictam concurrentibus Civitatem, & subtilissime investigantibus, & quærentibus, omnis de medio error contrarius auferatur &c.* Conf. Eorundem literæ ad *Dioscorum*, *Barsumam*, *Elpidium*, aliosque, Tom. 1. *Concil.* l. c. fol. 404, & apud *Baronium* l. c. pag. 77, 78, & 89; *Leo I*, P. R. in literis ad *Theodosium* Imp. quæ inter Ejus Epistolas, decimo septimo loco veniunt, ut & apud *Baronium* l. c. p. 79, lit. C, reperiuntur. Idem *Leo*, in Epistola ad ipsam Synodum, apud *Nicolaum Cusanum*, de *Concordia Catholica*, lib. 2, c. 4, p. 308. & *Baronium* l. c. pag. 87, lit. E; *Nicephorus* lib. 14, c. 47. p. 932.

(21.) VALENTINIANUS & MARCIANUS.

Nicænum II, Ann. 451; vid. Rescriptum eorum ad Metropolitanos, apud *Baronium*, Tom. VI, ad h. a. pag. 129 & 130: *Omnia ad veram fidem, & Christianam orthodoxam Religionem tendentia, præponenda aliis rebus existimavimus; Deo enim propitio existente, & Nostrum Imperium, & communes causas meliores fore confidimus. Quia igitur dubitationes quædam, circa orthodoxam fidem, motæ sunt, sicut indicant & literæ Sanctissimi Archi-Episcopi felicissimæ Romæ, Leonis, placuit Nobis propere Sanctum Concilium fieri in Nicæa, Bithyniæ Civitate ---- Unde Tua Sanctitas, cum quantis approbaverit Reverendissimis Episcopis, sub suo sacerdotio constitutis ---- ad memoratam Nicænam Civitatem, proximis Calendis Septembris, advenire festinet &c.* *Liberatus*, in *Breviario*, cap. 13; *Nicephorus*, Lib. XV, cap. 2, p. 959;

Chalcedonense, Oecumenicum, An. eod. adversus præfatam *Eutychis* hæresin; Vid. literæ laudatorum Principum, quibus Concilium Nicæa Chalcedonam transtulere, Tom I *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 399, & apud *Baronium* l. c. p. 134 & 135: *Imperatores Valentinianus & Marcianus, Victores, Semper Augusti, Sancto Concilio, quod Nicææ, per Dei voluntatem, Nostra Sanctione, collectum est. Dudum quidem, & per alias divinas nostras literas indicavimus Vestræ Religioni, quatenus in Chalcedonensium Civitatem veniretis, ut ea, quæ de sancta & orthodoxa fide, à sanctis Patribus nostris sunt definita, confirmaretis ---- & nunc proprie Vestram Venerationem, per alias nostras Sacratissimas literas, adhortamur, quatenus, sine ulla dilatione, accedatis Chalcedonensium Civitatem &c.* Add. Oratio *Marciani* ad Synodum habita, Sess. VII, Tom. I. *Concilior.* l. c. pag. 402; & apud *Baronium* l. c. pag. 153, lit. D: *Ubi primum, divino judicio, ad Imperium sumus electi, inter tantas necessitates Reipublicæ, nulla nos magis causa constrinxit, quam ut orthodoxa & vera fides Christiana, quæ sancta atque pura est, indubitata omnium animis insideret ---- Qua de re Sanctam Synodum, hoc videlicet proposito, fieri studuimus, & vobis laborem indixisse videmur &c.* & Acta Synodi, Tom. I. Concil. l. c. fol. 400: *In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Consulatu piissimi, & amatoris Christi, Imperatoris, Flavii Marciani, perpetuo Augusti, & qui fuerit nunciatus sub die octavo Id: Octobr. Indict. 4. in Chalcedonensi Civitate, Metropoli Provinciæ Bithyniæ, facta est Synodus, ex Decreto Piissimorum, & Fidelissimorum Imperatorum, Valentiniani & Marciani, congregatis in Ecclesia Sancta ac triumphatricis Martyris Euphemiæ, Gloriosissimis Judicibus &c.* Quæ, singulis sessionibus repetuntur, vid. l. c. pag. 451, 453, 470, 476, 480, 484, 485, 486, 487, 493, 495, 496, 504; Add.

Marciani ſanctio, pro *confirmanda Synodo*, An 452 edita; Lib. 4. C. de *Summa Trinitate*, & apud *Baronium* l. c. ad An. 452, pag. 165, lit. E. *Justinianus*, in Conſtitutione de *Fide Catholica*, Ann. 553, apud *Goldaſtum* T. 3 *Conſtit. Imper.* pag. 626, §. 4; *Paulus Diaconus*, lib. XV, *Rer. Romanar.* p. m. 190; Catalogus membranaceus Pontificum Romanorum, Seculi VI, in Bibliotheca *Chriſtinæ*, Reginæ Sueciæ, repertus & ab *Henſchenio* & *Papebrochio*, prodromo menſis Aprilis Actorum Sanctorum inſerto, in vita *Leonis*, fol. 33; *Nicephorus* lib. XV, cap. 2, p. m. 959; *Nilus Theſſalonicenſis*, lib. 2 de *Primatu Papæ*, ubi ſubſcriptio Synodalis Epiſtolæ ad *Leonem* P. R. verb. *Sancta & magna atque Oecumenica Synodus, quæ, Dei gratia, & Decreto Pientiſſimorum & Chriſtianiſſimorum noſtrorum Regum, congregata eſt apud Chalcedonem, Metropolim Bithyniæ Provinciæ &c.*

(22.) ANASTASIUS.

Heracleanum, Ann. 514; ad componendas lites circa fidem, in Scythia ortas; vid. Reſcriptum Ejus ad *Hormiſdam* P. R. apud *Baronium* Tom. VI, ad h. a. pag. 647, & *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imper.* pag. 619: *Quia igitur dubitationes quædam, de orthodoxa Religione, in Scythiæ partibus videntur eſſe commotæ, id ſpecialiter Clementiæ noſtræ placuit, ut Venerabilis Synodus in Heracleotana Civitate Provinciæ Europæ, celebretur --- quapropter Sanctitas Tua ---- ad præfatam Heracleotanam Civitatem, intra diem Kalendarum Juliarum, venire dignetur &c.* Conf. *Paulus Diaconus*, lib. XV *Rer. Romanar.* p.m. 192.

(23.) JUSTINIANUS.

Conſtantinopolitanum, Oecumenicum, An. 553; quo antecedentia quatuor Oecumenica, ſcil. *Nicænum*, An. 325; *Conſtantinopolitanum* An. 381; *Epheſinum*, An. 431, & *Chalcedonenſe* An. 451, confirmata ſunt. Vid. Act. 2, Tom. 2. *Conciliorum Petri Crabbe*, f. m. 40: *His proximis diebus, præcedente pio juſſu Chriſto amantiſſimi, ac à Deo cuſtoditi, Imperatoris noſtri, convenit præſens nunc ſancta Synodus &c.* & Act. 3, l. c. fol. 41, & Act. 4, fol. 43: *Cum jam tertio convenerit Sancta noſtra Synodus, juxta pium juſſum Chriſto amantiſſimi & Sereniſſimi Imperatoris &c.* Add. Libellus, quem *Theodorus* Silentiarius, à Cæſare miſſus, in Synodo Patribus legendum obtulit, cujus exordium eſt: *Semper ſtudium fuit orthodoxis & Piis Imperatoribus &c.* Apud *Baronium*, Tom. VII, ad An. 553, pag. 422 & 423; & *Goldaſtum* Tom. 3. *Conſtit. Imper.* p. 626. Ex *Leontio Scholaſtico*, Scriptore Coævo, docet *Baronius* l. c. pag. 421, ad preces ipſius *Vigilii* P. R. convocatum hoc Concilium. *Evagrius* lib. 4. *Hiſtor. Eccleſ.* c. 37, p. m. 596; *Victor Tununenſis*, in Chronico, Edit. Scaligeri, p. m. 10; *Nicephorus*, lib. 17, c. 27, p. m. 1088.

CONSTANTIUS POGONATUS.

(24.) *Conſtantinopolitanum*, An. 680, quod *Sextum Oecumenicum* vocant, (adverſus *Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum* & *Petrum*, Conſtantinopolitanos Præſules, *Honorium*, Romanum; *Macarium*, Antiochenum, eorumque aſſeclas, unam duntaxat voluntatem & operationem Salvatori noſtro adſcribentes;) de quo Ipſe Cæſar, in literis ad Pontificem Romanum, queis Eum ad Concilium vocavit, Tom. 2 *Conciliorum Petri Crabbe*, fol. 3. *Deo noſtro commiſimus, Ipſo pro Nobis potiora providente, &, dum Ejus benignitas juſſerit correctionem hujus rei fieri, tunc Nobis condonare opportunitatem temporis, ad Generalem collectionem faciendam utrarumque Sedium &c.* & in Reſcripto ad Conſtantinopolitanum, l. c. fol. 4: *Neceſſarium judicavimus, præſenti Noſtra pia Sacra, ad Veſtram Paternam Beatitudinem, uti, per quam, adhortantes Eam, ſancimus congregare Veſtram Paternam Beatitudinem omnes, qui ad Ejus Sanctisſimam Sedem pertinent, Sanctisſimos Metropolitas & Epiſcopos, in hanc à Deo conſervandam Noſtram Regiam Urbem --- innoteſcere quoque ſuper hoc & Macario, Venerabili Archi-Epiſcopo Antiochenæ Magnæ Civitatis, quatenus & Ipſe, de propria Synodo, Deo amabiles Metropolitanos & Epiſcopos præparatos, faciat, pro hoc ipſo, huc congregari &c.* Et in Conſtitutione, An. 681 edita, l. c. fol. 79, & apud *Goldaſtum* T. 3. *Conſtit. Imper.* pag. 643, §. 2: *Unde & hoc Sacratisſimum & Univerſale convocantes Sextum Concilium ---- in medium deducere falſorum dogmatum h. e. novitatum, propoſitiones decrevimus &c.* In ipſa Actione I, cit. Tom. 2 *Concil.* fol. 4, b, legitur: *Conveniente quoque Sancta & Univerſali Synodo, quæ, ſecundum Imperialem Sanctionem, congregata eſt, in hac à Deo conſervanda Regia Urbe &c.* Quæ Act. 2, fol. 6, Act. 3, fol. 7, IV, fol. 8; V, fol. 22; VI, fol. 22; VII, fol. 23; VIII, fol. 24; IX, fol. 32; X, fol. 33; XI, fol. 45; XII, fol. 56; XIII, fol. 60, XIV, fol. 65; XV, fol. 69; XVI, fol. 70; XVII, fol. 72; XVIII, fol. 79, (in fine cujus Actionis, fol. 80, additur: *Sanctum & Univerſale Magnum Concilium, quod, per Gratiam Dei, & piam Sanctionem Conſtantini, Piisſimi & Fidelisſimi Magni Imperatoris, congregatum eſt, in hac à Deo conſervanda Regia Conſtan-*

stantini Urbe, Nova Roma &c.) repetuntur. Conf. literæ *Agathonis* P. R. ad *Constantinum, Heraclium,* & *Tiberium* Imperatores, Act. IV in Synodo lectæ, T. 2. Concilior. fol. 8 & 9; verbis seq. v. 60 occurrentibus. *Liber Pontificalis,* in vita *Leonis II,* p. m. 79 & 80; *Beda,* Lib. de *Temporibus,* Cap. 65, apud *Gratianum,* Dist. XVI, c. 9, *Sexta Synodus &c. Freculphus Lexoviensis,* Tom. 2. *Chron.* lib. 5, cap. 27, pag. 160; *Regino,* Lib. 1, pag. m. 15; *Lambertus Aschaffenburg.* p. m. 151; *Marianus Scotus,* ad An. 676 &c.

PHILIPPICUS.

(25.) *Constantinopolitanum,* An. 712; teste *Baronio,* Tom. VIII, ad h. a. pag. m. 741, §. 4: *Opinari licet, numerosissimam ab Imperatore, fuisse Synodum comparatam, qua, ad evertendam Synodum Oecumenicam* (Sextam) *opus esse conspiceret, ut numero saltem polleret Episcoporum &c.*

CONSTANTINUS COPRONYMUS, & LEO.

(26.) *Constantinopolitanum,* An. 754, Græcis *Septimum Oecumenicum,* adversus Sanctorum Imagines; cujus initia Actorum sic se habent: *Sancta magna & Universalis Synodus, quæ, juxta Gratiam Dei, & per Pium devotorum nostrorum Imperatorum, Constantini & Leonis, Decretum, in hac divinorum studiosa & Regia Civitate, congregata est &c.* Vid. *Centur. Magdeburg.* VIII, cap. 9, f. m. 551 &c. In vita *S. Tarasii* Constantinopolitani, apud *Surium* sub 25 Febr. pag. 192, legitur: *Jussu ergo Imperatorum, omnes Pontifices, ex unaquaque Regione & Civitate, proficiscuntur in Civitatem Regiam &c.* Conf. *Vincentius Bellovacensis,* part. 3. *Speculi Historialis,* lib. 23, c. 158: *Anno Imperii sui XIV, Constantinus Synodum Episcoporum 330 Constantinopoli congregat, in qua, Edicto promulgato de Imaginibus Dei, & Sanctorum Ejus, deponendis, Ecclesiam Dei nimis scandalizat &c.* Idem habet *Sigebertus Gemblacensis,* ad An. 755, & *Albericus, Monachus trium fontium,* ad An. 754. Add. *Zonaras* Tom. 3. *Annal.* p. m. 139, b. *Theophanes, Baronius* T. IX, ad An. 754, §. 17, p. 238.

(27.) CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS, & IRENE

Constantinopolitanum, Ann. 785 (non 758, ceu apud Goldastum, Tom. 3 *Constit. Imper.* pag. 651, habetur) ad restituendas Sanctorum Imagines. Vid. Rescriptum Cæsareum ad *Hadrianum* P. R. apud *Goldastum* l. c. §. 2: *Unde nunc constanter, cum mundo corde, & vero cultu, quæ ad Deum pertinent, una cum omnibus subditis nostris, & his Sacerdotibus doctissimis, locuti sumus, & cum consilio decrevimus: ut fieret Universale Concilium; & rogamus Vestram Paternam Beatitudinem --- ut det se Ipsum, nec tarditatem faciat, & ascendat hic, in stabilitatem & firmitatem antiquæ Traditionis super Venerabilibus Imaginibus &c.* Conf. *Baronius* Tom. IX, ad h. a. §. 3, pag. 394, qui etiam l. c. ad Ann. 786, §. 1, pag. 413, *Theophanis*, Scriptoris coævi, verba recitat: *Anno VI Imperii sui, mittentes Imperatores* (Constantinus, cum Matre Irene) *convocaverunt omnes, qui sub eorum erant potestate, Antistites &c.*

Nicenum, Ann. 787, in gratiam colendarum adorandarumque Imaginum sanctorum & sanctarum, celebratum, *Theophane* teste, apud *Baronium,* l. c. ad h. a. §. 1, pag. 417: *Mense Majo hujus decimæ Indictionis, mittens Irene Augusta, convocavit omnes Episcopos, qui convenirent in Nicensium Civitatem, ad celebrandum illic Concilium &c.* Ipse Imperator in Epistola ad Synodum: *Hæc est enim, à multis seculis, Synodica lex, per universam Ecclesiam, quæ, à seculis per secula, durabit, Evangelice instituta, cujus hortatu, & veluti jussu, eos Sanctos Viros Sacerdotes congregavimus &c.* Conf. Initium Actorum ejus, Tom. 3 Concilior. *Petri Crabbe: Conveniente Sancta & Oecumenica, h. e. Universali Synodo, quæ, per gratiam Divinam, piumque illorum Imperatorum, sancte orbem Terrarum gubernantium, decretum, congregata est, in clarissima Nicensium Metropoli &c.* & Synodi Decretum Sess. VII, apud *Centuriatores Magdeburgicos*, Centur. VIII, Cap. IX, pag. m. 610: *Sancta magna & universalis Synodus, quæ gratia Dei, & juxta pium Christi amantium Imperatorum nostrorum, Constantini & Irene, Illius Matris, Decretum, secundo in splendida Nicææ Metropoli, quæ est in Bithynia, in sacra Dei Ecclesia Sophia, congregata, Traditionem Catholicæ Ecclesiæ secuta, hæc definivit subjecta &c.* Add. *Joh. Bedæi de la Gormandiere*, Advocati Parisiensis, Tract. de *Jure Regum*, Cap. V, apud *Goldastum* T. 3 *Monarchiæ*, pag. 814. de Gestis in Synodo, inquit *Zonaras* T. 3, Annal. in vita *Irene,* & *Constantini* p. m. 141: *Decretum* (in hac Synodo) *Venerabiles Imagines, & adorandas, & colendas esse;* (τὰς σεπτὰς εἰκόνας καὶ προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθ) & *Cedrenus:* τὰς εἰκόνας, σὺν τῷ σταυρῷ διορίσαντες προσκυνεῖσθ: Imagines cum Cruce adorandas definiverunt &c. Conf. ad seq. Ann. 794. Unde patet Decretum Act. VII, quod *Baronius,* Tom. IX, ad An. 794, §. 30, pag. 476, subministrat, interpolatum esse.

(28.) CAROLUS MAGNUS, resp. ut Rex Franciæ, & Imperator.

Wormatiense, An. 770. Vid. Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum* p. m. 236; & *Baronius*, Tom. IX. ad h. a. §. 16, pag. 332.

Valentinianum, Ann. 771. Vid. Auctor Vitæ Ejus l. c. pag. 237, *Annal. Francici*, apud eundem, an. eod. pag. 8; *Regino* an. eod.

Wormatiense, An. 772: *Regino* h. a. Auctor Vitæ Ejus l. c. *Baronius* l. c. ad h. a. §. 20, pag. 343.

Romanum, An. 774; vid. *Gratianus*, Dist. 63, c. 22; *Sigebertus Gemblacensis* ad An. 773; *Vincentius Bellovacensis*, part. 3. *Speculi Historialis*, lib. 23, Cap. 168; *Albericus*, Monachus trium fontium, ad An. 775, p. m. 111; *Marsilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, Cap. 8, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imperial.* p. m. 232 &c. *Radulphus de Columna*, de *Translatione Imperii*, ibid. pag. 292; Auctor *Historia Patriarcharum Bituricensium*, Cap. 56, in vita *S. Dacberti*, apud *Labbeum*, T. 2. *Bibliotheca MS.* pag. 85.

Ratisbonense, An. 792, in quo hæresis *Felicis* Orgellitani, in Pyrenæis montibus, Præsulis, *Salvatorem Nostrum, secundum humanam naturam, non nisi Dei filium adoptivum esse*, impie tradentis, primum proscripta. Vid. Auctor Ejus Vitæ, apud *Pithœum* pag. 255 &c. *Celebravit Dominus Rex Carolus Natale & Pascha in Ragenesburg; ibi tenuit Synodum, ubi primo condemnata est hæresis Feliciana.* Conf. *Adelmi Annales*, h. a. p. m. 399 & 400; *Baronius* l. c. An. eod. §. 1, p. 458.

Francofurtense, An. 794, quo dicta hæresis *Feliciana* denuo damnata, pariter ac Synodus *Nicæna* An. 787, in favorem adorandarum Imaginum sanctorum celebrata. Vid. Rescriptum Principis ad *Elipandum* Toletanum, dicta hæresi maculatum, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. XI, pag. 465: *Ad impletionem vero hujus gaudii*, (hæreticorum conversionis) *fraterna cogente charitate, jussimus Sanctorum Patrum synodale, ex omnibus undique Nostræ Ditionis Ecclesiis, congregare Concilium &c.* Integrum Rescriptum exhibet idem l. c. §. XV, &c. p. 467 ad 471; Add. *Goldastus* T. I *Constit. Imper.* pag. 20, §. 6. In literis Synodalibus ad Hispaniarum Præsules, legitur: *Congregatis nobis in unum charitatis conventum, præcipiente & præsidente Piissimo & Gloriosissimo Domino nostro, Carolo Rege &c.* Et in Libello ad *Elipandum*, reliquosque Hispaniarum & Galliciæ Episcopos: *Clementissimi ac Tranquillissimi Gloriosique Caroli Regis, Domini Terræ, Imperii Ejus Decreto, per diversas Provincias Regni Ejus Ditioni subjectas, summa charitate præcurrente, multitudo Antistitum, sacris obtemperando præceptis, in uno Collegio aggregata convenit &c.* Et Cap. I. Actorum Synodi, à *Johanne Filio*, Meldorum Episcopo, editorum: *Convenientibus, Deo favente, Apostolica auctoritate, atque Piissimi Domini nostri, Caroli Regis, jussione, Anno XXVI Principatus sui, cunctis Francorum, seu Italiæ, & Aquitaniæ Episcopis ac Sacerdotibus, Synodali Concilio &c.* Vid. *Goldastus*, inter *Imperialia Decreta de Cultu Imaginum*, p. m. 62 & 73. Conf. Auctor *Vitæ Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. m. 256; *Adelmus*, ad An. 794, apud *Freherum*, p. m. 400 & 401. *Hincmarus*, in Libro contra *Hincmarum Laudunensem*, cap. 20; (apud *Baronium* l. c. §. 41, p. m. 478, *Matthiam Flacium*, Catal. Testium Veritatis, pag. 131; *Goldastum* l. c. pag. 82; *Zieglerum*, de *Episcopis*, c. 18, §. 38, pag. 694, & *Dreierum*, Diss. de *Cultu Imaginum*, circa initium;) *Regino*, ad An. 794; *Hermannus Contractus*, an. eod. pag. m. 300; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, cap. XI &c. Abolita simul in hac Synodo Decreta Nicænæ An. 787, circa adorandas Imagines, discimus ex *Hadriani* P. R. Capitulari Responsionum ad Capitulare *Caroli Magni*, de *Non adorandis Imaginibus*, apud *Goldastum* l. c. pag. 81: *Inter quæ edidit Nobis* (Carolus) *Capitulare, adversus Synodum, quæ, pro Sacrarum Imaginum erectione, in Nicæa acta est &c.* Eadem docet Epistola Parisiensis Synodi Patrum, ad *Ludovicum Pium* & *Lotharium* Imperatores, de An. 825, apud *Goldastum* l. c. pag. 627; ut & *Annales* Francorum *Pithœani* ad An. 794, p. m. 13: & *Fuldenses*, An. eod. Auctor vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, pag. 256; & *Adelmus* l. c. in primis *Strabo Fuldensis*, in Annal. ad eundem annum: *Synodus habita est in Franconofurt, in qua hæresis Feliciana, coram Episcopis Germaniarum, & Galliarum, Italorumque, præsente Magno Principe Carolo, & Missis Adriani Apostolici, Theophylacto & Stephano Episcopis, tertio damnata est, & rata stipulatione damnatio roborata. Pseudo-Synodus Græcorum, pro adorandis Imaginibus habita, ab Episcopis damnatur &c.* & *Hincmarus* l. c. *Septima autem apud Græcos vocata Universalis Pseudo-Synodus, de Imaginibus*, (Constantinopolitana An. 754) *quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant; neutra vero pars intellectu sano definiens, sine Auctoritate Apostolicæ Sedis, non longe ante nostra tempora, Nicææ est à quamplurimis Episcopis habita, & Romam missa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit; unde tempore*

Caro-

Caroli Magni Imperatoris, jussione Apostolicæ Sedis, Generalis Synodus in Francia, convocante præfato Imperatore, celebrata est, (Francofurti) *secundum scripturarum tramitem, Traditionemque Majorum, ipsa Græcorum Pseudo-Synodus abdicata - - - Sed tamen Hadrianus, & alii Pontifices, in sua opinione perseverarunt, & , mortuo Carolo, suarum pupparum cultum vehementius promoverunt, adeo ut Ludovicus, Caroli filius, libro longe acriori insectatus sit Imaginum cultum, quam Carolus &c.* Nihil aliud subjicit *Baronius* l. c. quam; nimis inconsulte & temere hæc dicta.

Romanum An. 800. in causa *Leonis III*, P. R. qui de objectis sibi criminibus juramento se purgare cogebatur; vid. *Anastasius* in vita *Leonis III*, p. m. 183. Add. seq. v. 94.

Aquisgranense An. 809, de processione Spiritus Sancti à Patre & Filio. Vid. Auctor Vitæ Caroli, apud *Pithœum* p. m. 274: *Imperator, de Ardenna, Aquis reversus, mense Novembri, Concilium habuit de Spiritu Sancto, procedente à Patre & Filio &c.* Conf. *Annales Francici* apud eundem, ad h. a. p. 20; *Adelmus*, An. eod. pag. m. 411; *Hermannus Contractus* apud *Urstisium*, an. eod. p. 302. *Baronius* T. IX, an. eod. §. 53, p. 601.

Moguntinum An. 813, cujus Exordium Tom. 2. Conciliorum *Petri Crabbe*, fol. 113, tale: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Gloriosissimo & Christianissimo Imperatori, Carolo, Augusto, veræ Religionis Authori, ac defensori Sanctæ Dei Ecclesiæ, una cum prole sua, Ejusque fidelibus, vita & salus, honor & benedictio, cum victoria sine fine mansura. Almificæ Reverentiæ Vestræ patefacimus Nos, humillimi famuli ac missi, Vestri, Hildebaldus scil. Sacri Palatii Archi-Episcopus Ricolfus & Arno, Archi-Episcopi, seu Bernharius, una cum reliquis Co-Episcopis ac Abbatibus, & cætero Clero, quia venimus, secundum jussionem Vestram, in Civitatem Moguntiam &c.* Ejusdem, & aliorum quatuor Conciliorum, circa corrigendum statum Ecclesiarum, *Remis, Turonis, Cabillonis*, & *Arelati*, celebratorum, meminit Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum*, pag. 280. *Concilia quoque, jussu Domini Caroli Imperatoris, super statum Ecclesiarum corrigendum, per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt; quorum unum Mogontiaci; alterum Remis; tertium Turonis; quartum Cabillone; quintum Arelati; congregatum est. Constitutiones, quæ in singulis facta sunt, coram Imperatore perlectæ sunt &c.* Idem docet Auctor *Annalium Francicorum*, apud eundem, ad An. 813, pag. 24; & *Adelmus*, an. eod. p. m. 414; *Annales Francici Fuldenses*, An. eod. pag. m. 12; *Regino* an. eod. pag. 40, *Sigebertus Gemblacensis*, an. eod. p. m. 560; *Hermannus Contractus*, An. eod. apud *Urstisium*, pag. m. 302; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo Veterum Principum Germaniæ* Cap. XI; *Conradus Urspergensis*, an. eod. p. m. 138. *Albericus, Monachus trium fontium*, an. eod. p. m. 158; *Albertus Stadensis* an. eod. pag. m. 86; *Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*; apud *Goldastum*, T. 1. *Monarchiæ*, pag. m. 666; *Joh. Bedaus de la Gormandiere*, de *Jure Regum*, Cap. V. apud eundem, Tom. 3. p. m. 814; *Baronius* T. IX. ad An. 813, §. 15, p. 639; § 16 & 17, p. 640; §. 21, p. 641; *Lehman, Chron. Spirens.* lib. 2. Cap. 41, pag. 170.

(29.) LUDOVICUS PIUS.

Aquisgranense, An. 817, teste præfatione Actorum, Tom. 3. *Conciliorum*; conf. *Baronius* T. IX, ad h. a. §. 6, pag. 707; Auctor Vitæ Ejus apud *Freherum*, an. eod. p. m. 457, ait: *Imperator generalem habuit Conventum Aquisgrani, in quo, quantum fervoris, circa Divinum Cultum, pectoris gestaret in arca, toto declaravit adnisu; congregatis enim Episcopis, Nobilissimoque Sanctæ Ecclesiæ Clero, fecit componi ordinarique Librum, Canonicæ vitæ normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur &c.* Ipse Imperator, in Rescripto, ad Archi-Episcopum Saltzburgensem, de *Reformatione abusuum Cleri*, de An. 817, apud *Goldastum* T. 1. *Constit. Imperial.* pag. 150: *Sacrum & memorabile Concilium, Divino nutu, nostroque studio, in Aquisgrani Palatio nuper aggregatum &c.* Ejusdemque *Reformatio Ecclesiastica*, apud eundem, T. 3. pag. 164: *Cum in nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Christianissimus ac Gloriosissimus Ludovicus - - - anno siquidem Imperii sui tertio, Aquisgrani Palatio, generalem sanctumque convocasset Conventum &c.* Conf. *Ademarus* Monachus *S. Eparchii*, in Chron. ad An. 816, apud *Labbeum*, T. 2 *Bibliothecæ MS.* p. 158; *Chronicon Sancti Maxentii*, vulgo *Malleacense*, an. eod. apud *Labbeum* l. c. pag. 195; *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. m. 133; *Conradus Urspergensis*, ad An. 819, pag. m. 139; *Vincentius Bellovacensis*, part. 3. *Speculi Historialis* lib. 24. c. 26, ad An. 820; *Claudius Goustæus* l. c. pag. 667, ad An. 816.

Attiniacense, An. 822, teste *Agobardo* Lugdunensi, qui ipse interfuit, apud *Baronium &c.* T. IX, ad h. a. §. V, p. 765 &c.

(30.) Idem, & LOTHARIUS,

Varias adhuc Synodos alias convocasse leguntur, An. 828; teste Imperiali Edicto, apud *Baronium*, Tom.

Tom. IX, ad h. a. pag. m. 847 & 848, ubi §. 32: *Statuimus, atque decrevimus, cum consultu Sacerdotum, cæterorumque Fidelium nostrorum --- Conventus eorundem Episcoporum, in quatuor Imperii nostri locis, congruentissime fieri; Primo scil. in Moguntiacensi Urbe, ubi conveniant Metropolitani Autgarius, Authbaldus, Hetto, Bernvinus, cum suffraganeis suis. Secundo quoque, in Parisiorum Urbe, ubi futurus Antistes Senonicus, & Ebbo, Regnoardus, & Landranus, Metropolitani, cum suffraganeis suis, conveniant. Tertio vero apud Lugdunum, ubi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus, cum suffraganeis suis, similiter conveniant. Quarto etiam apud Tolosanam urbem, quo simul conveniant: Hotho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus, cum suffraganeis suis &c.* Parisiensem vero Synodum anno demum 829 fuisse habitam innuit ejus præfatio T. 3. Concil. ubi *Anno Incarnationis Domini 829, Imperantibus iisdem Præcellentissimis, ac Gloriosissimis, ac Deo dilectis Augustis, Ludovico videlicet, filioque Ejus Lothario, sub die 8. Id. Jun. Nos, indigni Episcopi, ex Diœcesi scil. Durocortum, nec non Diœcesi Senonica, & Turonica, atque Rothmagica, apud Parisiorum Urbem convenimus &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad an. 829, §. 20, pag. 855; *Goldastus* exhibet T. I. *Constit. Imper.* p. 154, Parisiensem Synodum, *de Cultu Imaginum*, sub an. 825.

(31.) THEODORA, Imperatrix Græcorum.

Constantinopolitanum, An. 842, pro restaurando cultu Imaginum; de quo *Theophanes*, Scriptor coævus, apud *Baronium*, Tom. IX *Annal.* ad h. a. §. 12, pag. 914: *Postquam defuncto Theophilo, Imperium, ad Ejus Uxorem Theodoram, & filium Eorum, Michaelem, admodum adolescentem, delatum est, in pietatis studium curamque maxime incubuit Fœmina, ---- re cum illis, qui erant in Magistratu & dignitate constituti, communicata, accersit cum ipsis eos, qui inter Monachos præstabant, & de Imaginum instauratione, quæstionem proponit ---- mandavitque, quo in loco Palatii præfinito Cœtus Ecclesiasticus universus cogeretur &c.*

(32.) LUDOVICUS II.

Ticinense, An. 855. vid. *Baronius*, T. X, ad h. a. §. 3. pag. 115 &c.

(33.) CAROLUS CALVUS, Imp.

Pontigonense, An. 876; de quo, *Aimoinus* Lib. V, cap. 32, ad h. a. apud *Freherum*, p. m. 490: *Imperator --- ad Monasterium S. Dionysii pervenit, ibique Pascha Domini celebravit; quo accersens Legatos Apostolici, Joannem Tuscanensem, & Joannem Aretinum, atque Ansegisum Senensem, illorum consilio, medio futuro mense Julio, Generalem Synodum, Auctoritate Apostolica, & Sanctione sua, apud Pontigonem indixit &c.* Conf. Acta Synodi, apud *Goldastum*, T. 3. *Constit. Imper.* pag. m. 291; *Odorannus*, in Annalib. apud *Baronium*, Tom. X, ad Ann. 876, §. 8, pag. m. 497; *Historia Patriarcharum Bituricensium*, in Vita *Frotarii* cap. 49, apud *Labbeum*, T. 2, Bibliothecæ MS. pag. 68.

Compendiense An. 877, vid. *Aimoinus*, l. c. cap. 35, pag. 496: *Carolus igitur Imperator Compendii, ubi, Quadragesimam peregerat, Pascha Domini celebravit --- Kalendis igitur Maji, Episcopos Remensis Provinciæ, sed & aliarum Provinciarum, Compendium convocavit &c.* Conf. *Baronius* l. c. ad h. a. §. 17, pag. 512.

(34.) BASILIUS Imp. Græcorum.

Constantinopolitanum An. 869, dictum Oecumenicum; de quo ita congregati Patres, Act. 6: *Persuasum est nobis, Sanctæ huic & Oecumenicæ Synodo, quam à Deo coronatus Imperator noster, de componenda & restituenda Ecclesia Constantinopolitana coëgit &c.* Conf. Præfatio Actorum, Tom. 3. Concilior: *Imperator, Generali Concilio coacto, quod Spiritui Sancto visum, pie executus est &c.* Ipse Cæsar, in Oratione ad Synodum, Act. 1: *Divina clementique Dei providentia gubernacula Ecclesiasticæ navis Nobis committente, omnem dedimus operam, ut, pro communibus Reipublicæ curis, etiam Ecclesiasticæ controversiæ componerentur, quarum causa censuimus aliorum quoque Patriarcharum Vicarios accersendos, qui ductu Dei adsunt &c.* Add. *Zonaras* Tom. 3. Annal. in vita *Basilii*, p. m. 151: *Basilius, die festo, magnam Ecclesiam ingressus, ut incruentæ victimæ particeps esset, à Photio Patriarcha est prohibitus, Eum homicidam appellante; ob quam repulsam iratus, indicto Concilio, Photium Ecclesia expulit &c.*

Constantinopolitanum An. 879, in quo *Photius* restitutus. Vid. Epistola *Johannis VIII*, ad laudatum Cæsarem: *Oramus præterea Imperium Vestrum, Christo dilectum, ut congregetis Episcopos & Presbyteros cujuscunque Ordinis, Ecclesiastici & Civilis, qui à Nobis dissentire videntur, ubicumque fuerint intra terminos Vestros, eosque ad Vos ducendos curetis, & moneatis, ut ipsi uniantur Ecclesiæ Dei, & Photio, Sanctissimo Patriarchæ, Fratri & Com-Ministro Nostro, Nobis unito &c.* Impertinenter addit *Baronius*, T. X, ad h. a. §. 34. pag. 542, in margine: ab impostore quodam, vocem *Mandamus*, mutatam fuisse in *Oramus*.

(35.) AR-

(35.) ARNOLPHUS.

Triburiense An. 895, teste Procemio Actorum, Tom. 2. Conciliorum p. m. 146: *Celebratum est, sub Imperatore Arnolpho, à viginti duobus Episcopis Germanorum, Triburiæ Concilium, Anno Incarnationis Domini 895 &c.* Ita quoque *Regino* & *Marianus Scotus*, ad h. a. Conf. *Adamus Bremensis*, lib. I, cap. 41, p. m. 34; *Albertus Stadensis*, ad An. 896; p. m. 96; *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*; Cap. XI, ad An. 894, pag. m. 225; *Claudius Goustaus*, de *potestate Regia in Ecclesia*, apud *Goldastum*, Tom. I. *Monarch.* pag. 669; *Baronius* Tom. X, ad An. 895, §. 1, p. 620.

(36.) HENRICUS AUCEPS.

Erfordense, An. 932; teste *Baronio*, T. X, ad h. a. §. 2, pag. 694. *Regino* vero, p. m. 75, Synodum Erfurtensem celebratam docet An. 936, paulo ante obitum laudati Principis.

(37.) OTTO MAGNUS.

Ingelheimense An. 948; vid. *Frodoardus*, in Chronico, ad h. a. pag. 169: *Domnus igitur Agapitus Papa Vicarium suum, Marinum Episcopum, mittit ad Othonem, propter evocandam & aggregandam Generalem Synodum &c.* Conf. Præfatio Synodi actorum, apud *Goldastum* T. 3. *Constit. Imper.* pag. 305, *Regino*, ad h. a. pag. 77; *Otto Frising.* lib. 6. *Chron.* c. 19, p. m. 127; *Gotfridus Viterbiens.* part. 17. *Chron.* p. m. 475.

Augustanum in Rhætis, An. 952; vid. Procemium Actorum, apud *Goldastum* l. c. pag. 307: *Cum Excellentissimus Piissimusque Otto Rex, superna attractus Clementia, non minus de negotio Spirituali, quam de Statu Christiani Imperii, tractaret, in primis Pontificum, aliorumque Primatum suorum, communi consilio fretus, anno Incarnationis 952, Indict. X, anno vero Regni Ejus XVI, sub die 7 Id. Aug. Placitum Conventumque Synodalem, Augustæ fieri decreverit &c.* Conf. *Hermannus Contractus*, ad An. 951, p. m. 314. *Otto Frising.* lib. 6 *Chronici* cap. 19, pag. 128; *Baronius* Tom. X, ad an. 952, §. 3. pag. 731.

Romanum An. 963, in quo depositus *Johannes XII* P. R. & *Leo VIII* electus; vid. *Luitprandus* lib. 6 *Histor.* Cap. 7, apud *Reuberum* p. m. 156: *Post triduum* (ex quo Romani juramentum fidelitatis Imperatori præstiterant) *rogantibus tam Romanis Episcopis, quam Plebe, magnus in S. Petri Ecclesia, fit conventus, sederuntque, cum Imperatore, Archi-Episcopi &c.* conf. *Regino* ad h. a. pag. 81: *Joannes Papa, promissiones Imperatori factas oblivioni tradens, ab Eo deficit, & Berengarii, seu Adalberti, partibus favens, Adalbertum Romam intromittit; quas dolositatis ejus fraudes Imperator audiens, relicta circa montem obsidione, Romam versus cum hoste pergit, cujus ipsi metuentes adventum, plurimum thesauri S. Petri rapientes, fugæ subsidia petunt - - - Imperator vero plurimorum Episcoporum collecta multitudine Synodum coadunavit, & consilio eorum, missa Legatione, canonica authoritate, profugum Apostolicum ad Sedem Pontificalem & Apostolicam revocavit; illo tamen hoc omnibus modis renuente, Plebs Romana Leonem Proto-Scriniarium, Virum Strenuum & Industrium, communi consensu, in locum Ejus elegit & ordinavit, cui Synodo interfuerunt omnes prope Romanæ & Italiæ Episcopi; Angelfredus etiam Aquilejensis Patriarcha - - - sed & de Nostratibus interfuerunt: Adaldagus & Heinrichus Archi-Episcopi;* (Hamburgensis & Trevirensis) *Landwardus* (Mindensis) & *Otgerus* (Spirensis) *Episcopi &c.* nec non *Frodoardus* ad Ann. 965, apud *Pithœum* p. m. 197; *Hroswita*, in carmine de *Ottone I*, apud *Meibomium* T. 1 *Rer. German.* pag. 726; *Arnulphus Aurelianensis*, Scriptor itidem Coævus, in descriptione Synodi Rhemensis Ann. 991, c. 28, apud *Flacium*, in *Catalogo testium veritatis* pag. 635; *Adamus Bremensis*, lib. 2, Cap. 5, pag. m. 45, *Helmoldus* lib. 1. *Chron. Slav.* Cap. 10, pag. m. 28; *Otto Frisingens.* lib. 6 *Chron.* Cap. 23, pag. m. 130; *Chronographus Saxo*, ad An. 963. p. m. 171. *Gotfridus Viterbiensis*, part. 17. Chron. pag. m. 477; *Albertus Stadensis*, ad Ann. 961, p. m. 109; *Albericus*, Monachus trium fontium, ad Ann. 964, pag. m. 5; *Waltramus Numburgensis* Tr. de *Investitura Episcoporum per Imperatores facienda*, circa finem, ap. *Schardium*, de *Jurisd. Imper.* pag. m. 74; *Joh. Scylizza Curopalates*, in vita *Constantini* Cæsaris; *Marsilius Patavinus*, de *Translatione Imperii*, Cap. 10, apud *Schardium* l. c. pag. 160; *Radulphus de Columna*, de eadem Translatione, ibid. pag. m. 166; *Johannes Gerson*, de *Modis uniendi & reformandi Ecclesiam in Concilio Universali*, Cap. 14, apud Dn. *von der Hardt*, Tom. 1 *Concilii Constant.* part. V, pag. 99. *Jacobus à Königshoven*, *Chron. Alsat.* c. 3, pag. m. 183; *Gregorius* de *Heimburg*, part. 2 *Admonitionis*, de *Usurpationibus Paparum*, sub initium, partis secundæ principalis, apud *Goldastum*, T. 1 *Monarchiæ*, pag. 561; Ipse *Baronius* T. X, ad an. 963, §. 12 pag. 758 &c. Add. plura præced. Lib. 1 Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62 & 63, & Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 9 & 10, pag. 316 &c. ubi dicti *Johannis* encomia, Ecclesiæ Capiti admodum convenientia.

Romanum, Ann. 965, in quo *Benedictus*, P. R. depositus, & *Leo VIII* restitutus. Vid. *Frodoardus* ad h.

ad h. a. apud *Pithœum*, pag. 197: *Imperator Otho Romam reversus, convocata magna Synodo, Johanne in sede sua restituto, Benedictum Episcopum, totius Synodi judicio, depositum, secum abduxit, & in Saxoniam direxit &c.* Quamvis, de restituto in sede *Johanne*, dicta minus rectè se habeant, *Leoni VIII* an. 963, in ipsius locum electo, vindicanda, quem dicti *Johannis XII* asseclæ, absente Imperatore, An. 964 Roma pepulerant, mortuo *Johanne*, An. 965, *Benedictum* quendam intrudentes, etiamsi jurejurando promisissent, *absque Cæsaris consensu, se nullum unquam Pontificem electuros*; quod perjurium postea Imperator acriter ultus est, *Leoni VIII* in integrum restituto, & *Benedicto* intruso in exilium misso *Hamburgum*, ubi etiam obiit. Legi hic meretur *Luitprandus* Ticinensis, lib. 6, *Histor.* Cap. 6, 7, 8, 9, 10 & 11, verbis præced. Lib. 1, Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 9 & 10, pag. 316 ad 318 occurrentibus; in primis huc spectant, quæ cit. Cap. XI, p. m. 159 & 160, habentur, facta mentione miseri *Johannis* obitus: *Quo* (Johanne) *mortuo, Romani omnes juramenti, quod Sancto Imperatori promiserant, immemores, Benedictum, Cardinalem Diaconum, Papam constituunt, insuper & juramento nunquam se eum dimissuros, sed eum, contra Imperatoris potentiam defensuros, promittunt. Quo audito, Imperator Urbem vallavit, neminem, qui non membris truncaretur, exire permisit; machinis & fame usque adeo afflixit, donec, Romanis nolentibus, Urbem reciperet, Leonem, Virum Venerabilem, debitæ Sedi restitueret, ac Benedictum, summæ sedis invasorem, Ejus præsentiæ præsentaret. Residentibus itaque Domino Leone, Summo & Universali Papa, in Ecclesia Lateranensi, nec non & Imperatore Sanctissimo Othone, & Episcopis, Romanis, Italicis, à Lotharingia, & Saxonia, Archi-Episcopis, Presbyteris, Diaconis, omnique Romanorum plebe, advenit Benedictus, Apostolicæ Sedis invasor, eorum, qui se elegerant, manibus adductus, Pontificalibus vestibus indutus. Quem Benedictus, Cardinalis Archidiaconus, tali est sermone aggressus: Qua tibi authoritate, quave Lege, o Invasor! hæc Pontificalia indumenta usurpasti, superstite, hoc præsente Domino nostro, Venerabili Papa Leone, quem tu nobiscum, accusato & reprobato Joanne, ad Apostolatus culmen elegisti? Num inficiari potes, præsenti Domino imperatori juramento promisisse: nunquam te, cum cæteris Romanis Papam electurum, aut ordinaturum, absque illius, filiique sui, Regis Othonis, consensu? Benedictus respondit: Si quid peccavi, miseremini mei. Tunc Imperator, effusis lacrymis, quam misericors esset, ostendens, rogavit Synodum: ne Benedicto prajudicium fieret. Si vellet, & posset, ad interroga responderet: quod si non posset, aut nollet, ac se culpabilem redderet, tamen, pro timore Dei, misericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad Domini Leonis Papæ pedes, Ipsiusque Imperatoris, idem Benedictus concite procidens, se peccasse, seque Sanctæ Romanæ Sedis Invasorem esse, acclamavit. Post hæc Pallium sibi abstulit, quod, simul cum Pontificali ferula, quam manu gestabat, Domino Papæ Leoni reddidit. Quam ferulam idem Papa fregit, & fractam Populo ostendit. Deinde Benedictum in terra sedere præcepit, cui casulam, quam Planetam vocant, cum stola pariter, abstulit. Post autem omnibus Episcopis dixit: Benedictum Sanctæ & Apostolicæ Sedis Romanæ Invasorem, omni Pontificatus & Presbyteratus honore privamus: ob eleemosynam vero Domino Imperatoris Othonis, cujus sumus opera in sedem debitam restituti, Diaconatus Eum ordinem habere permittimus, & non jam Romæ, sed in exilium destinamus &c.* Conf. *Arnulphus Aurelianensis*, in *descriptione Rhemensis Synodi* de An. 991, cap. 28, apud *Flacium, Catal. Testium Veritatis*, pag. 635; *Adamus Bremensis*, lib. 2. *Histor.* cap. 6, p. m 46; *Ditmarus Merseburg.* lib. 2, p. m. 22; *Hermannus Contractus*, ad An. 964, p. m. 315; *Reginonis Continuator*, an. eod. p. m. 82; *Lambertus Aschaffenburg.* An. 963, p. m. 156; *Sigebertus Gemblac.* an. eod. p. m. 584. *Chronographus Saxo* an. 964, p. m. 172; *Godefridus Viterbiens.* part. 17. Chron. p. m. 477 &c. *Otto Frisingens.* lib. VI, Chron. cap. 24, p. m. 130; *Albertus Stadensis*, ad An. 961, pag. m. 107 &c. *Albericus*, Monachus trium fontium, An. 965, p. m. 10 &c. Aliique plures, præced. Lib. I, Tit. 4, §. 3, lit. m. v. 10, pag. 318, hoc titulo nominati.

Ravennatense An. 967, vid. *Reginonis Continuator* h. a. pag. 83, *Imperator ---- per Spoletum, Ravennam adiit, ibique Pascha celebrans cum Domino Joanne Papa* (defuncti an. 965. *Leonis VIII* successore) *plurimos ibi ex Italia & Romania Episcopos coadunavit, &, habita Synodo, multa ad utilitatem Sanctæ Ecclesiæ adinvenit, & Apostolico Joanni Urbem & Terram Ravennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis Pontificibus ablata, reddidit, Eumque inde Romam, cum magna lætitia, remisit &c.* Conf. *Chronographus Saxo* an. eod. pag. 175, & ad An. 969, p. 177.

Ingel-

Ingelheimense, An. 972. Vid. *Hermannus Contractus* h. a. p. 315. & *Baronius* T. X, ad eundem annum, §. 2, p. 809.

(38.) HENRICUS SANCTUS.

Francofurtense, An. 1007; vid. *Ditmarus Merseburgicus*, lib. 6. *Chron.* p. m. 66: *Pacificatis tunc partibus his* (Belgicis) *Generale Concilium in Francfort à Rege ponitur, & hoc ab omnibus Cis-Alpinis Antistitibus visitatur &c.* Conf. *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, cap. XI, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.* pag. m. 225.

(39.) CONRADUS SALICUS.

Triburiense, Ann. 1035, vid. *Hermannus Contractus*, ad h. a. pag. 322: *Synodus Magna apud Triburiam ab imperatore collecta est &c.* Conf. *Sigebertus Gemblac.* ad An. 1030, pag. 594; *Lupoldus de Babenberg* l. c. ad an. 1036; *Baronius* Tom. XI, ad an. 1035, §. 1, pag. 120.

(40.) HENRICUS III.

Papiense & Sutrinum Ann. 1046; vid. *Hermannus Contractus* h. a. pag. 327: *Rex Henricus, qui jam valido Exercitu congregato in Italiam iter cœperat, nimis indoluit, sed tamen expeditionem non deseruit. Itaque coadunato Exercitu, Papiæ Synodum celebravit. Inde Placentiam veniens -- -- juxta Natalem Domini, non longe ab Urbe Roma, apud Sutriam, Synodo item acta, causa erroneorum Pontificum* (Benedicti IX, Sylvestri III & Gregorii VI antea dicti Gratiani;) *diligentius ventilata, Gratianum Papam convictum, Baculo Pastorali privavit &c.* Conf. *Marianus Scotus*, An. eod. pag. 451; *Otto Frisingens.* lib. 6 *Chron.* Cap. 32, pag. 135, *Chronographus Saxo* ad Ann. 1047, pag. 250; *Albertus Stadensis*, Ann. 1046, pag. 122; *Albericus*, Monachus trium fontium, An. eod. p. 78; *Baronius* l. c. ad h. a. §. 2 & 5, pag. 147, multique alii, præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1046, pag. 103 & 104, hoc titulo allegati, quorum auctoritate simul constat, *Suidgerum* Bambergensem, assumto *Clementis II* nomine, Pontificem tunc electum; add. præced. Lib. 1, Tit. V, in vita *Henrici III*, ad h. a. pag. 526.

Aliud, adversus Simoniacos, Ann. 1047; vid. *Glaber*, lib. 5, c. 5, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. 6, p. 149: *Dignoscens igitur idem Henricus, per Universam Galliam atque Germaniam, Simoniacæ philargyriæ grassari cupiditatem, coadunari fecit, ex omni Imperio suo, tam Archi Præsules, quam cæteros Pontifices &c.*

(41.) HENRICUS IV.

Wormatiense, An. 1076, in quo *Gregorius VII* Pontificatu indignus judicatus. Vid. præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 110.

Brixiense, An. 1080, adversus eundem; vid. ibid. ad h. a. p. 112.

Moguntinum An. 1085; Vid. *Dodechinus*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad h. a. pag. 457: *Synodus Moguntiæ apud S. Albanum, jussu Henrici, habetur, cui Ipse, cum Legatis Vigberti, qui & Clemens, interfuit &c.* Vid. testes alii, præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 113.

Romanum An. 1089; teste edicto apud *Goldastum* Tom. 3 *Constit. Imper.* §. 3, pag. 315: *Eos qui Sanctam Ecclesiam scindere non timuerunt, iterum vocamus ad Synodum, quam, Deo auctore, celebrare disposuimus, circa Calendas Novemb.*

(42.) FRIDERICUS BARBAROSSA.

Papiense An. 1159, in causa Schismatis, occasione *Alexandri III & Victoris II*, in locum defuncti *Hadriani* P. R. simul electorum, exorti seq. anno 1160, celebratum; Vid. præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 133; & Tit. 5, Vita *Friderici I* ad eundem annum, p. 582.

Laudense, An. 1161, in quo Electio *Victoris* confirmata. Vid. *Otto Morena*, in *Chronico Laudensi*, apud *Baronium* Tom. XI, ad h. a. §. 21, p. 464.

Vesontinum, An. 1163, consentiente *Ludovico VII*, R. Galliæ. Vid. Epistola Ejus apud *Goldastum*, T. I. *Constit. Imper.* p 279, §. 13.

(43.) SIGISMUNDUS.

Constantiense, An. 1414, teste *Nauclero*, Vol. 2. Chronographiæ, Generat. 48, pag. 1044: *Anno vero Domini 1414, Concilium Generale Constantiæ, quæ Suevorum Urbs est, ad schisma tollendum, quod supra triginta annos duraverat, Sigismundi Cæsaris jussu & industria, Johannis quoque XXIII autoritate, cœptum est celebrari &c.* Potiores minimum, in convocanda hac Synodo, partes fuisse Imperatoris, docet Edictum Ejus, sub dato *Viglud.* An. 1413. 30. Oct. in securitatem ad eam accessurorum, emissum, apud Dn. *von der Hardt*, Tom. VI, *Histor. Constant. Concilii* Part. I, pag. 5, verbis præced. Lib. I, Tit. V, in vita Ejus, ad An. 1414, pag. 690, occurrentibus; quæ, in literis ad *Gregorium XII*, P. R. l. c. pag. 6, repetit; Quo etiam spectant Ejusdem literæ ad Senatum *Erfurtensem*, de dato Costentz, 1417, *des nechsten Zinstags nach S. Dorothea Tag*, apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, *Fortsetzung*,

4 Abſatz, §. 57, pag. 459, verb. *Wie Wir auch, mit nit kleiner Koſt und Arbeit, das Heilig Concilium, (durch das, mit Gottes Hülff, wir hoffen, ein gantz und luter Einigkeit in die H. Kirchen, und ander Gut, redlich und nothdürfftig Wiederbrengung des Geiſtlichen Haupts, und ſeiner Glieder, gemacht werden ſollen,) gen Coſtentz bracht haben &c.* Ipſe Papa *Johannes* XXIII, in Convocationis Diplomate, Legatorum ſuorum memor, l. c. pag. 10, ait: *Tandem, de ipſius Regis,* (Sigiſmundi) *Conſilio & aſſenſu, Civitatem Conſtantienſem Provinciæ Moguntinenſis, pro loco Concilii hujuſmodi celebrandi, concorditer elegerunt &c.* Depoſitos fuiſſe in hoc Concilio tres Pontifices Schismaticos, *Johannem XXIII, Gregorium XII,* & *Benedictum XIII,* electo in ipſorum locum *Martino V,* conſtat ex Actis, præced. Lib. I, Tit. V, l. c. Seſſ. 12, pag. 691; Seſſ. XIV & XXXVII & XLI, pag. 692.

De *Baſilienſi,* An. 1431 convocato, idem dicendum; in quo *Eugenius IV.* Pontificatu exutus, *Felice V.* ei ſurrogato; Vid. ibid. ad h. a pag. 695 &c.

MAXIMILIANUM I. idem jus ad ſe pertinere, ſibi fuiſſe perſuaſum, diſcimus ex Ejus literis ad Senatum *Gelnhuſanum*, in puncto malæ fidei Romani Præſulis, *Julii II,* ſub dato *Weylheim in Bayern vor dem Gebürg, 20 Maji, Anno 1511,* apud Dn. *Lunigium,* Part Spec. des Reichs-Archivs, Contin. 4, im Erſten Theil, XVI Abſatz, § 52, pag. 811 & 812, verb: *So iſt auch offenbar, daß in dem Bäpſtlichen Gewalt und Regiment, ſo allen Chriſtgläubigen gut Exempel und Beyſpiel vortragen ſolt, mercklich Unordnung gehalten, und der überflüſſig Schatz, ſo täglichs an Gelt, der mehrer Theil aus Teutſcher Nation, an dem Bäpſtlichen Hoff kommet, mehr zu Triumph, und andern weltlichen Sachen, dann zu Gottes Dienſt, oder Widerſtand der Ungläubigen, gebraucht und verſchwendet würd, als ſich aus dem, daß die Türcken, und andere Anfechter des Creutz Chriſti, Unſers Schöpffers und Heylmachers, täglichs viel Chriſtlichs Land und Leut in ihren Gewalt bringen, dem zu Widerſtand, durch weiland Unſer Vorfahren am Reich, König und Kaiſer, mercklich Allmuſen, und darzu viel Land und Leut, die jährlichen (ohn alle Obrigkeit) ob fünffmahl Hundert tauſent Ducaten Gült ertragen; Den Bäpſten gegont, zugelaſſen und gegeben, und die ſie auch ſelbſt, betrüglicher Weiſe, an ſich gezogen und bracht; dadurch Wir, und Unſer Nachkommen, als Römiſch König und Kayſer, auf dieſen Tag, nicht eines Gulden Gelts in Italien haben, leider offenbarlich erſcheint und erfindet. Und ſo dann Uns, als Rœmiſchen Kœnig, und Erwœhlten Rœmiſchen Kayſer, Vogt und Beſchirmer der Chriſtlichen Kirchen, in ſolch unordentlich Weſen zu ſehen, und die Ehr und Lob Gottes, darauf dieſelb Chriſtlich Kirch gewidembſt iſt, auch Behaltung und Mehrung Unſers Heiligen Glaubens, und des Römiſchen Reichs, allezeit emſiglich zu betrachten, und zu fördern, geziemet und zuſtehet; und die mercklich Notturfft erfordert, in Geiſtlichen und Weltlichen Stand, löblich Ordnung und Weſen zu machen, und aufzurichten, haben Wir beſchloſſen, ein gemein Concilium und Verſammlung der gantzen Chriſtenheit, ohn das nichts fruchtbarliches gehandelt werden mag, zu beruffen und zu halten. Dieweil aber Bapſt Julius vielleicht, aus Sorgen, das mit Willen nit zu laſſen, ſonder, zu Verhinderung deſſelben guten Wercks, den Venedigern für und für anhangen würdet, ſo muß, aus Noth, das Schwert gegen Ihm, und denſelben Venedigern, gebraucht werden; Darzu die gemelte Unſer Bündsverwandten, mit aller Macht, geſchickt und willig ſeyn &c.* Et rurſus: *Gewiß iſt, daß der Bapſt, auch die Venediger, und Ihr Helffer, ihr Macht, damit ſie jetzt gantz geſchickt ſeyn, wider Uns, das H. Reich, und Unſer Bündsverwandten, das Concilium zu verhüten, und ihr übrig abgetrungen Land wiederumb zu erobern, auf dieſen Tag brauchen werden &c.* Nonnulliſque interjectis: *Wo Ihr euch aber deſſelben, mit andern ewern nechſt gelegenen Städten, vergleichen möchtet, Uns das berührt ewer Gelt, in ander Weg, abermals von Stund ins Feld zuſchicket, und hierinn, auf Niemands Andern, weygert, wartet, noch verziehet, und Uns alſo mit Rath und That helffen, ſolch obbeſtimpt Göttlich und löblich Vornehmen, das gemein Concilium aufzurichten, und die, ſo ſich darwieder ſetzen, und das zu verhindern unterſtehen wolten, zu ſtraffen, und zu Gehorſamb zu bringen; ſo ſeynd Wir zu Gott ungezweiffelter Hoffnung, mit derſelben Ewer, und ander Unſer gehorſamen Stände und Unterthanen, Hülff, auch mit Darſtreckung Unſers ſelbſt Leibs und Guts, ſo weit das noch gereichen mag, ſolch Sachen zu gutem End zu bringen; Damit die Heilig Chriſtlich Kirch, das Römiſche Reich, und Teutſche Nation, in gut, ſeelig und löblich Ordnung, Fried und Ruhe, ewiglich bracht werde &c.*

(44.) CAROLUS V.

Varias Synodus; de quibus *Marcus Antonius de* Dominis lib. VI, de *Republica Eccleſiaſtica*, Cap. V, §. 71, p. m. 78, ita: *Carolus* denique V. *quatuor magni nominis Synodos juſſit in Germania celebra-*

celebrari: Augustensem, Treverensem, Coloniensem & Moguntinam. Quarum prima habet Actorum suorum tale Exordium: *Reverendissimus in Christo Pater, & Illustrissimus Princeps & Dominus, Dn. Otho, S. R. E. Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis & Episcopus Augustanus, memor communis Ecclesiasticorum S. R. Imperii Statuum consensus, Invictissimo & Potentissimo Principi & Domino, Dn. Carolo V, Romanorum Imperatori Maximo, in proximis Comitiis Augustanis: De Reformandis Cleri & Populi moribus, deformitatibusque Ecclesiarum tollendis, præstiti; etsi calamitatum superiorum reliquiis sanandis apprime distractus, summo tamen studio atque labore adnisus est, ut & Cæsareæ Majestati, cui hanc Synodum congregandarum facultatem Germanorum Ecclesiæ, velut olim Constantino Imperatori totius fere Orbis, acceptam ferunt, satisfaceret, &, quod muneris sui esset, pro viribus adimpleret &c.* Subjicit his *Marcus Antonius: Confessio hac potentissima veritatis, in ore unius Cardinalis nostrorum ferme temporum, mihi videtur nobilissima; nimirum: Imperatoribus facultatem convocandorum Conciliorum, sicut olim Constantino, nunc etiam acceptam ferendam: & Eos, ex proprio munere, Concilia congregare &c.* Conf. *Gerhardi Titii, Ostensio summaria contra Pontificios*, Cap. 2, §. 21. p. m. 66 Hinc Imperii quoque Proceres, cum turbatum Ecclesiæ statum Concilio indigere cernerent, non Papam, sed laudatum Cæsarem adeundum esse, arbitrabantur, teste R. I August. an. 1525. §. *Wir haben auch -- s. Wir haben auch ---- Römische Käyserliche Majestät unterthänigst Fleiß, bitlich zu ersuchen, daß Ihro Käyserl. Majest. angesehen der Zerspaltung und Zwitracht Unsers Heil. Glaubens, damit dieser Zeit Teutsche Nation zum höchsten befleckt und beladen ist, gnädiglich verfügen woll, damit ein gemein, frey, Concilium --- ausgeschrieben werde &c.* Add. Protestantium, *Smalkaldiæ*, congregatorum, responsio, An. 1535, ad propositionem Legati Pontificis, apud *Hortlederum*, von *Ursachen* des Teutschen Kriegs, Tom. 2, lib I. Cap. 20, pag. 83 & 84; nec non eorundem, *Osnabrugæ* subsistentium, ad removenda Religionis gravamina, literæ ad Romano-Catholicos *Monasterium* missæ, Ann. 1646, apud *Landorpium* Tom. VI *Contin. Act. Publ.* lib. 3, cap. 30, pag. 39, in fine: *Es möchten die Evangelischen von Hertzen wünschen, daß die Röm. Käyserliche Majestät ein frey, unpartheyisch, National-Concilium, an einen bequemen Ort Teutscher Nation, ausschreiben, darbey die Requisita solches Concilii in Acht genommen, und von Käyserl. Maj. solches, nach dem Exempel Constantini Magni, und anderer Löblicher Christlicher Käyser, dirigirt werden. Wollten Seine Käyserl. Maj. andere Christliche Könige auch ersuchen, gelährte, Gottesfürchtige Leute darzu zuschicken, würde solches die lang-erwünschte Einigkeit im Glauben, durch Göttliche Hülffe trefflich befordern &c.*

(45.) Pari Jure convocarunt REGES GALLIÆ Concilia Domestica veluti:

ALARICUS, *Wisigothorum* Rex *Agathense*, in Narbonensi Gallio An. 506; Vid. Præfatio Ejus actorum, apud *Petrum Crabbe*, T. I *Concilior.* p. 326, *cum, in Dei nomine, ex permissu Regis, in Agathensem Civitatem Sancta Synodus convenisset &c.* Add. *Baronius* T. VI Annal. ad h. a. pag. 578. lit. C.

CLODOVEUS, *Aurelianense* An. 507, ut *Baronio* videtur l. c. ad h a. pag. 585, aut An. 512, juxta *Sigebertum Gemblacensem* ad h. a. pag. 511. Congregati Patres ita Regem, in literis Synodalibus, allocuti feruntur: *Omnes Sacerdotes, quos ad Concilium venire jussistis, quia tanta, ad Religionis Catholicæ cultum, gloriosæ Fidei cura Vos excitat, ut, Sacerdotalis mentis affectu, Sacerdotes, de rebus necessariis tractaturos, in unum colligi jusseritis, secundum Vestræ Voluntatis consultationem, & titulos, quos dedistis, ea, quæ nobis visa sunt, definitione respondimus &c.* Vid. Tom. I Concil. *Petri Crabbe*, pag. 565. Convenisse 33 Episcopos, ex *Vincentio Bellovacensi*, Part. II *Speculi Histor.* lib. 21, c. 23, discimus; Conf. *Claudius Goustaus*, Prætor Senensis, de *Potestate Regia in Ecclesia*, apud *Goldastum* T. I *Monarchiæ*, pag. 660; *Carolus Molinæus*, de *Origine, progressu & præstantia Monarchiæ Francorum*, §. 99, apud eundem, l. c. Tom. 3. p. 53; *Johannes Bedæus*, de *Jure Regum*, Cap. V, ibid. pag. 813; *Conringius* de *Conciliis*, §. XII; *Dreier*, Diss. XVII contra Pontificios, de *Convocatione Conciliorum* inscripta, p. m. 443.

CHILDEBERTUS, *Aurelianense II* An. 536; vid. *Baronius* Tom. VII *Annal.* ad h. a. pag. 286; In limine Actorum, inquiunt Patres: *Cum, ex præceptione Gloriosissimorum Regum, in Aurelianensem Urbem, de Observatione Legis Catholicæ tractaturi, Deo auxiliante, convenimus &c.* Vid. T. 2 *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 48; Ex subscriptionibus Constat, convocatam Synodum, *Nono Cal. Jul. anno XXII Domini Childeberti Regis &c.* Conf. *Claudius Goustaus*, l. c. pag. 661.

Aurelianense IV, An. 545, teste *Gregorio Turonensi*, in Vita *S. Galli*, c. 3, apud *Baronium* l. c. ad h. a. p. 355: *Apud Aurelianensem Urbem, incriminato ab iniquis Marco Episcopo, & in Exilium truso, magnus Episcoporum Conventus est congregatus, Childeberto Rege jubente &c.*

Aurelianense V, An. 552, juxta *Baronium* l. c. ad h. a. p. 414 &c. In præfatione Synodi legitur: *Dominus Childebertus, cum pro amore Sacræ Fidei, studio Religionis, in Aurelianensium Urbem congregasset in unum Dominos Sacerdotes, cupiens, ex ore Patrum, audire, quod sacrum est &c.* Vid. Tom. 2 Concil. *Petri Crabbe*, f. 75; & *Baronius* l. c. pag. 415; Conf. *Historia Patriarcharum Bituricensium*, in vita *Desiderati*, Cap. XXIII, apud *Labbeum* T. 2 *Bibliothecæ MS.* pag. 28; *Claudius Goustaus* l. c. p. 662.

THEODOBERTUS, *Arverniense*, An. 541; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 337; In præfatione Actorum hæc habentur: *Cum, in Dei nomine, congregante Sancto Spiritu, consentiente Domino Gloriosissimo Pioque Rege, Theodoberto, in Arvernam Urbem Sancta Synodus convenisset, ibique, flexis in Terragenibus, pro Rege, pro Ejus Regno & longævitate vitæ, & pro Populo, Dominum deprecaremur, ut, qui nobis congregationis tribuerat potestatem, Regno Ejus Dominus noster felicitatem tribueret &c.* Vid. Tom. 2. Concil. l. c. pag. 66; add. *Historia Patriarcharum Bituricensium*, in vita *Honorati II*, cap. XXI, apud *Labbeum* l. c. pag. 23, quamvis tempus, celebratæ Synodi in annum 539 referat; *Claudius Goustaus*, l. c. pag. 664.

CHARIBERTUS, *Turonicum II.* An. 570; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 569. Tom. 2. *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 70; *Historia Patriarcharum Bituricensium*, in Vita *Felicis*, cap. XXV, l. c. pag. 30. *Claudius Goustaus* l. c. p. 663.

GUNTRANNUS, *Lugdunense I*, An. 570; vid. *Baronius*, l. c. ad h. a. pag. 571 lit. C; conf. *Aimoinus*, lib. 3, de *Gestis Francorum*, cap. 28, pag. m. 313.

Parisiense II, An. 576; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 599, lit. D. Add. *Gregorius Turonensis*, lib. 4, *Histor.* cap. 42, apud *Freherum*, Tom. 2, *Scriptor. Francic.* pag. m. 88. & Tom. 2. *Concilior.* l. c. fol. 76. b.

Cabillionense, An. 582. vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 625. Conf. *Gregorius Turonensis* l. c. lib. 5, cap. 28, p. m. 109. *Fredegarius* Scholasticus, cap. 1. *Chronici*, apud *Freherum*, l. c. T. 1, p. 120.

Matisconense, An. eod. vid. *Baronius* l. c. pag. 626. Conf. *Historia Patriarcharum Bituricensium*, l. c. in vita *S. Remigii*, cap. 26, p. 29. *Claudius Goustaus* l. c.

Matisconense II, An 588. vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 691, lit. B. Conf. *Gregorius Turonensis* l. c. lib. 8, cap. 7, pag. 173, & c. 12, pag. 174, & c. 20, p. 178. & Tom. 2, *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 90. *Claudius Goustaus* l. c.

Valentinianum, An. 589. vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 696.

CHILBERICUS, *Parisiense III*, An. 580, in causa *Prætextati Rothomagensis*, vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 616. Conf. *Gregorius Turonensis* l. c. lib. 5, cap. XIX, p. m. 102; & *Aimoinus*, lib. 3, c. 26, p. m. 310.

CHILDEBERTUS II. *Brennacense*, An 583, in causa *Gregorii Turonensis*; vid. *Baronius*, l. c. ad h a. p. 630, lit. A. Ipse *Gregorius* l. c. lib. 5, cap. 49, pag. 120.

Virodunense; vid. *Gregorius Turonens.* l. c. lib. 10, c. 19, p. m. 233.

Pictavense, vid. Idem, l. c. cap. 16, p. 230. *Claudius Goustaus* l. c.

CLOTHARIUS II, *Matisconense III*, An. 617; vid. *Jonas*, in vita *Eustasii*, apud *Bedam*, unde sua *Baronius*, Tom. VIII Annal. ad h. a. p. 617 & 618.

Clippiacense, An. 631; vid. *Fredegarius*, Cap. 55 *Chronici*, p. m. 138; & *Aimoinus* lib. 4, Cap. 15, p. 363.

DAGOBERTUS Magnus, *Aurelianense*, An. 650; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 472 & 473. Conf. *Audœnus* Rothomagensis, in vita *S. Eligii* Noviomensis, cap. 35, apud *Surium*, d. 1 Dec. p. m. 9. verb. *Nec destitit* (S. Eligius) *Episcopos commonere & Optimates, quousque, jussu Principis, Sacerdotale Concilium apud Urbem Aurelianensem congregaretur &c.*

CLODOVEUS II, *Clypiacense*, An. 662; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 535, Conf. *Aimoinus* lib. 4, c. 41, p. 379.

Cabillonense, An. eod. Vid. *Baronius* l. c. pag. 536. Maxime huc facit Epistola Synodalis ad *Theodorum* Arelatensem T. 2 Conciliorum *Petri Crabbe*, f. 133: *Nec Vos credimus ignorasse, quod Gloriosus Dominus Clodoveus Rex, in supra scripta Urbe Cabillone, 8 Kal. Nov. Synodale præcepit esse Concilium &c.* Add. Cap. 1 Actorum, ibid. pag. 132; ut & cit. *Historia Patriarcharum Bituricensium*, in Vita *Vulfeodi*, Cap. 32, p. m. 54.

THEO-

THEODORICUS II, in Villam quandam, An. 685; vid: *Ursinus* in Vita S. *Leodegarii* Augustodunensis, Cap. 14, apud *Surium* d. 2 Octobr. p. m. 14. *Theodoricus Rex, & Ebroinus* (Major Domus) *Synodum multorum Episcoporum ad quandam Villam convocarunt &c.* Conf. *Sigebertus Gemblac.* ad An. 685, p. m. 538; & *Baronius* l. c. An. eod. §. 18, p. 647.

CAROLOMANNUS (non *Carolus Magnus*, ceu *Nicolaus Cusanus* de *Concordia Catholica*, lib. 3, Cap. 8, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 363, & quidem ad An. 752, legit) An. 742, loco non nominato; Vid. Acta Ejus, Tom. 2 *Conciliorum Petri Crabbe*, fol. CXI: *In Nomine Domini nostri Jesu Christi, Ego Carolomannus Dux & Princeps Francorum, Anno ab Incarnatione Domini 742, XI videlicet Cal. Martii, cum consilio servorum Dei, & Optimatum meorum, Episcopos, qui in Regno meo sunt, cum Presbyteris, ad Concilium & Synodum, pro timore Christi, congregavi &c.* In Rescripto Ejus desuper emisso, loco: *XI Cal. Martii*, legitur *XI Cal. Maji*; Vid. *Othlonus*, in Vita S. *Bonifacii*, lib. 1. Cap. 34, verbis præced. lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, p. 74, occurrentibus, ubi, simul testes alii, quibus *Lambertum Aschaffenburg*, An. 742, p. m. 152; *Nicolaum Cusanum* l. c. & *Claudium Goustaum* cit. Tr. de *Potestate Regia in Ecclesia*, l. c. pag. 664, jungas. Auctor. Tr. *de la Regale*, part. 1, Diss. 3, pag. 64 & 65, celebratum illud existimat *Liptinæ*: *Lehmannus* vero, lib. 2, *Chron. Spirens.* c. 41, p. 168; *Moguntiæ*.

PIPINUS, Frater *Carolomanni*, *Liptinense*, An. 741: cujus mentio fit apud *Gratianum*, Caus. XVI, Quæst. I, c. 59. *Quia juxta &c.* Ubi Episcopi *Rhemensis & Rothomagensis* Provinciarum, in Capitulari *Ludovico* Regi missa: *S. Eucherius, Aurelianensis Episcopus, qui in Monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum seculum raptus, & inter cætera, quæ, Domino sibi ostendente, conspexit, vidit Illum* (Carolum Martellum Pipini Patrem) *in inferno inferiori torqueri ---- Qui in se reversus S. Bonifacium, & Fuldradum, Abbatem Monasterii S. Dionysii, & summum Capellanum Regis Pipini, ad se vocavit, eisque, talia dicens, in signum dedit, ut ad sepulchra Illius irent, &, si corpus Ejus ibidem non reperissent, ea, quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum Monasterium, ubi corpus Ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque Ipsius aperientes, visus est subito exiisse Draco, & totum illud sepulchrum interius inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui usque ad Nostram ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis viva voce veraciter sunt testati, quæ audierunt, atque viderunt. Quod cognoscens Filius Ejus, Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit --- & quantumcunque de rebus Ecclesiasticis, quas Pater suus abstulerat, potuit, Ecclesiis reddere procuravit &c.* Conf. de Visione hac Author vitæ *S. Eucherii*, cap. VI, apud *Surium*, 20. Febr. p. m. 175; ut & Auctor vitæ *S. Rigoberti*, Rhemensis, cap. IX, apud *Surium*, 4. *Januar.* p. m. 62, *Baronius*, Tom. IX, ad An. 741, §. 17, pag. 155.

Gentiliacense, An. 767; vid. *Adelmus*, Annal. Franc. ad h. a. apud *Freherum*, p. m. 387: *Orta Quæstione de S. Trinitate, & de Sanctorum Imaginibus, in Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, i. e. Romanos & Græcos, Rex Pipinus, Conventu in Gentiliaco Villa congregato, Synodum de ipsa Quæstione habuit &c.* Conf. *Regino* an. eod. p. m. 25. *Vincentius Bellovacensis*, Part. 3, *Speculi Historialis*, Lib. 23, cap. 162. Auctor vero *Historiæ Patriarcharum Bituricensium*, cap. 38, in vita *Deodati*, apud *Labbeum* l. c. pag. 60, & *Baronius* l. c. ad An. 766, §. 21, pag. 304, Synodum hanc anno 766 celebratam existimant.

Vernense, teste Exordio Actorum, apud *Dreier*, Diss. de *Convocatione Conciliorum*, quæ inter disputationes Ejus contra Pontificios *decimum septimum* locum occupat, §. 3, part. 453: *Gloriosissimus atque Deo Religiosus Illustris Vir Pipinus, Rex Francorum, universos pene Galliarum Episcopos congregari fecit ad Concilium Vernis Palatium publicum, recuperare aliquantisper Instituta Canonica &c.*

CAROLUS MAGNUS, *Valentinianum*, An. 771; Vid. præced. v. 28.

CAROLUS CALVUS, *Bellovacense*, An. 845; vid. *Frodoardus*, lib. 3 de *Ecclesia Rhemensi*, apud *Baronium*, T. X, ad h. a. pag. 24, §. 16; Conf. *Claudius Goustaus* l. c. p. 668.

Meldense, An. eod. Vid. T. 3 Conciliorum *Petri Crabbe*; *Goustaus* l. c. *Baronius* l. c. §. 42, p. 31.

Parisiense, An. 846; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 38, §. 7.

Tullense, 859; Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 165, §. 19. Acta exhibet *Pithœus*, p. 491 &c.

Silvanectense, An. 863; teste Libello appellationis *Rhotaldi* Suessionensis ad Pontificem Romanum, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. 81, p. 256.

Silvanectense II, An. 874; vid. *Aimoinus*, lib. V, Cap. 29, ad h. a. pag. 486.

Pontigonense, An. 876; vid. præced. §. 33.

Compendiense, An. 877; ibid.

HUGO CAPETUS, *Rhemense*, An. 992. Vid. *Aimoinus*, lib. V, Cap. 45, pag. 512, *Baronius*, l. c. ad

l. c. ad h. a. §. 1, p. 858; *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. X, cap. IX, f. 460.

ROBERTUS, *Aurelianense*, An. 1017; vid. *Glaber*, lib. 3, c. 8, apud *Baronium*, Tom. XI, ad h. a. §. 2, p. 58, recensens, quomodo *Lisojus* quidam, Monasterii *S. Crucis Aureliorum*, Clericus, & *Heribertus*, *S. Petri* Ecclesiæ ibidem Scholarcha, universam Galliam, nefanda hæresi, dogma *de S.S. Trinitate*, figmentum esse, Cœlumque & Terram, absque auctore initii, semper extitisse &c. corrumpi curaverint, addendo: *Ut autem cognovit Rex*, *scil. Robertus*, *ut erat doctissimus ac Christianissimus*, *tristis ac mœrens nimium effectus est*, *quoniam & ruinam Patriæ revera*, *& animarum metuebat interitum. Idcirco quantocyus Aurelianos properans*, *convocatis plurimis Episcopis*, *& Abbatibus*, *ac Religiosis quibusque Laicis*, *acerrime cœpit perscrutari*: *Qui essent auctores hujus perversi dogmatis? vel*, *qui parti illorum jam decepti consentirent? &c.* In aliis quoque Civitatibus convocata tunc fuisse Concilia, docet: *Chronicon Malleacense*, apud *Labbeum*, T. 2 *Bibliothecæ MS.* pag. 207; *Eo tempore fuit Concilium factum Pictavis*, *de Fide Catholica*; *Rege Roberto concedente*, *ut per omnes Civitates fierent Concilia &c.*

HENRICUS I, An. 1035, contra *Brunonem* Andegavensem, Episcopum, & *Berengarium*, Ejus Archidiaconum, præsentiam corporis & sanguinis Christi in Sacra Cœna negantes. Vid. Epistola *Durandi* Leodiensis, *de Corpore & sanguine Domini*, Regi scripta, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. 2, pag. 120: *Quos* (Brunonem & Berengarium) *ad revincendum*, *& publice confutandum*, *eo Zelo*, *eoque fervore*, *quo erga S. Ecclesiam*, *divina inspiratione*, *plurimum semper ardetis*, *ajunt*, *Vos Concilium advocasse ---- ô pia voluntas*, *& vere Rege dignissima &c.* Ipse *Baronius* l. c. §. 1, ait: *Regia tuba milites convocat*, *cum videlicet totius Regni Episcopos ad Concilium vocatur &c.*

PHILIPPUS I, Ejus filius, *Trecense*, An. 1095; Vid. *Ivo*, Epist. 48: *Ex Præcepto Regis*, *Rhemensis & Senonensis & Turonensis Episcopi invitaverunt suffraganeos Episcopos*, *ut*, *post responsa vestra*, *apud Trecas*, *prima Dominica post Festivitatem omnium Sanctorum*, *conveniant &c.* Conf. *David Blondellus* in Diatriba, *de Usu Formulæ*, *in veterum monumentis*: *Regnante Christo*; Sect. 2, §. 18, pag. 264.

LUDOVICUS VI, *Stampense*, An. 1130. vid. *Bernhardus*, in vita *S. Bernhardi* Claravallensis, lib. 2, cap. 1, apud *Surium*, 20 Aug. p. m. 21', & *Baronium*, Tom. XII, ad h. a. §. 71, pag. 207: *Convocato igitur ad Stampas Concilio*, *Abbas Sanctus Claravallensis*, *Bernardus*, *specialiter ab Ipso Rege*, *& præcipuis quibusdam Pontificibus*, *accersitus &c.*

LUDOVICUS VII, *Bellovacense*, An. 1161. vid. *Robertus de Monte*, ad h. a. pag. 641: *Mense Julio*, *Henricus*, *Rex Anglorum*, *congregavit omnes Episcopos Normanniæ*, *& Abbates*, *& Barones*, *apud Novum Mercatum*; *& Ludovicus*, *Rex Francorum*, *adunavit suos Belluaci*, *& ibi tractatum est*, *de Receptione Papæ Alexandri* (*III*) *& Refutatione Victoris* (*II*) *& consenserunt Alexandro*, *reprobato Victore &c.* Conf. *Wilhelmus Neubrigiensis*, cujus verba *Baronius* l. c. ad h. a. §. XI, pag. 461, recitat.

HENRICUS IV, *Meduntense*, (Mantes) An. 1593, vid. Confirmatio Ejus Privilegiorum Regni ordinum, sub dato. *Au camp de St. Cloud*, 4 Aug. 1589, ubi, *Suivant la declaration patente*, *par Nous faite à Notre advenement à cette Couronne*, *Nous sommes tout prets*, *& ne desirons rien davantage*, *que d'être instruits*, *par un bon*, *legitime & libre Concile General*, *ou National*, *pour ensuivre & observer ce qui y sera conclu & arreté*, *qu' à ces fins Nous ferons convoquer & assembler*, *dans six Mois*, *ou plûtot*, *s'il est possible &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz*, *Cod. Diplom. Juris Gentium*, T. 2, in *Mantiss.* pag. 374, §. 54; Conf. *Proces Verbal*, *de ce qui s'est passé à St. Denys*, *à l' Instruction & absolution du Roy Henry IV*, *22 Juillet 1593*, apud eundem, l. c. pag. 375, §. 54, verb. *L'an Mille cinqcent quatre vingt treise*, *le jeudy*, *22 jour du mois de Juillet*, *suivant la convocation des Prelats & Docteurs Catholiques*, *indictée par le Roy en la Ville*, *de Mantes*, *au 25 du dit Mois*, *& depuis continuée en celle de St. Denys &c.*

LUDOVICUS XIV, *Parisiense*, An. 1682, 19 Mart. ad examinandas theses *Sorbonnæ*, de *Auctoritate Pontificis Romani*, An. 1662, solenniter ventilatas; priusquam in Vota irent, respondebant 3 Febr. ad Brevia Romani Pontificis de An. 1678 & 1679, de *Jure Regaliæ* (de quo multa *Limnæus*, Lib. 2 *Notitiæ Regni Franciæ*, cap. 7, lit. u, ad kk. pag. 475 ad 486) omnino Regi illud vindicantes; vid. *Diarium Europ.* Contin. 43, Append. pag. 20 ad 38; *Theatr. Europ.* Tom. XII, pag. 477; Pontifex licet non parum inde offensus appareret, vel Replica Ejus teste, sub dato 11 April in *Diario Europæo*, l. c. pag. 38 ad 44, nihilominus instituto supradictarum thesium examine, declararunt congregati Patres, 23 Mart. (1.) *Romano Pontifici nullam in Re-*

in Regum temporalia, neque directe neque indirecte, competere Jurisdictionem; proinde Eum nullatenus subditos, à præstito semel Regibus fidelitatis & subjectionis sacramento, absolvere posse. (2.) *Esse quidem Papam summum Ecclesiæ Caput Visibile, infra tamen Universale Concilium; juxta decreta Concilii Constantiensis Sess. 4 & 5; doctrina illa ad tempora schismatis non trahenda;* (3.) *Potestatem Ejus Canonibus Ecclesiæ limitandam, utpote nihil, in præjudicium eorum, Ecclesiæque Gallicanæ libertatis, statuere valentis;* (4.) *In casibus articulos fidei respicientibus, maximum omnino Pontificem habere pondus, infallibilem tamen, universali Ecclesia non consentiente, nequaquam esse.* Subscripserant Octo Archi-Episcopi, XXVI Episcopi, cum XXXVI aliis Prælatis & Doctoribus, quorum nomina, in *Diario Europæo* l. c. pag. 4 ad 9, ut & apud *Lundorpium*, Tom. XI *Contin. Act. Publ.* Cap. 98, pag. 409, exprimuntur; Conf. *Europ. Heroldt*, Edit. An. 1688, in Appendice, p. 1645 ad 1648; ubi simul Edictum Regium, adhuc eodem die, promulgatum, quo cautum, ut (1) doctrina hæc, per totum Galliæ Regnum, in omnibus Collegiis & seminariis, servaretur, (2) nemo ad Professionem Theologiæ Jurisque Canonici admitteretur, qui calculo suo eam non approbaret, (3) in Academiis, singulis annis, ea defenderetur &c. Conf. *Diar. Europ.* l. c. pag. 1, ad 4; *Lundorpius* l. c. Cap. 97, pag. 407 & 408; *Riencourt, Hist.* de *Louis XIV*, T. 2, p. 82 ad 87.

(46.) Ut & REGES HISPANIÆ; nominatim,

AMALARICUS, *Toletanum II*, An. 531; vid. *Baronius*, Tom. VII *Annal.* ad h. a. lit. B, pag. 172 & 173.

THEODOMIRUS, *Bracharense I*, An. 563; Præfatio quidem Actorum hujus Concilii, T. 2. Conciliorum *Petri Crabbe*, f. 110, ita se habet. *Anno tertio Ariamiri Regis, Kal. Maji, cum Galliciæ Provinciæ Episcopi ---- ex præcepto præfati Gloriosissimi Ariamiri Regis, in Metropolitana ejusdem Provinciæ Bracarensis Ecclesia, convenissent &c.* mendum autem hic subesse, locoque *Ariamiri* ponendum Patris ejus, *Theodomiri*, nomen, vel inde patet, quod *Bracharense II*, anno Principis hujus secundo convocatum noscatur; vid. *Baronius*, l. c. ad h. a. p. 519, lit. E. Conf. *Henricus de Hassia*, cap. V *Consilii Pacis*, apud Dn. *von der Hardt*, Tom. 2 *Concilii Constantiensis*, Part. 1, p. 8.

Lucense I, An. 569; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 565, lit. D.

Lucense II, An. 572; vid. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 577. Lit. D; ubi Regia Constitutio.

ARIAMIRUS, *Bracharense II*, An. 572. vid. T. 2. *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 112; *Henricus de Hassia* l. c. cap. IX. *Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*, apud *Goldastum* T. 1, *Monarchiæ*, p. 671; *Baronius* l. c. ad h. a. p. 577.

RECCAREDUS, *Toletanum III*, An. 589. vid. Oratio Regis ad Synodum, apud *Nicolaum Cusanum*, lib. 3. *Concordantiæ Catholicæ*, cap. 10, p. m. 364 & 365. Ipsa Acta habentur Tom. 2. Conciliorum *Petri Crabbe*, pag. 84 &c. Conf. *Gregorius Turonensis*, lib. IX *Histor.* c. 15, p. m. 198, *Claudius Goustæus* l. c. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 698.

SISENANDUS, *Toletanum IV*, An. 633, notante *Baronio*, Tom. VIII, ad h. a. pag. 368, §. 68. Præfatio Actorum, T. 2. Conciliorum *Petri Crabbe*, f. m. 101, hæc continet: *Anno tertio, Regnante Domino nostro, Gloriosissimo Principe, Sisenando, die Non. Decemb. dum, studio amoris Christi, ac diligentia Religiosissimi Sisenandi, Regis, Hispaniæ atque Galliciæ Sacerdotes, apud Toletanam Urbem, in nomine Domini, convenissemus &c.* & in fine, pag. 106: *Gloria autem & honor Omnipotenti Deo nostro, in cujus Nomine congregati sumus; post hæc, pax, & salus, & diuturnitas Piissimo & Amatori Christi Domino nostro, Sisenando Regi, cujus devotio nos, ad hoc decretum salutiferum, convocavit &c.* Conf. *Nicolaus Cusanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 3, c. 10, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 365, *Henricus de Langenstein*, dictus de *Hassia*, cap. V, l. c. pag. 8. *Claudius Goustæus*, l. c. pag. 670.

CHINTILLANUS, *Toletanum V*, An. 636; vid. Tom. 2. Concilior. l. c. pag. 108. *Claudius Goustæus* l. c. pag. 671; *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 380. §. 6.

Toletanum VI, An. 638; vid. T. 2. Concilior. l. c. & 110. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 382, §. 10.

CHINDASUINTHUS, *Toletanum VII*, An. 646. vid. Tom. 2. Concilior. l. c. f. 118. *Claudius Goustæus* l. c. pag. 671. *Baronius* l. c. ad h. a. fol. 428, §. 30.

RECCESIUNTHUS, *Toletanum VIII*, An. 653. vid. Tom. 2. Conciliorum, l. c. f. 122; *Claudius Goustæus* l. c. *Baronius* l. c. ad h. a. p. 489, §. 2.

Toletanum X, An. 656; vid. T. 2. Conciliorum l. c. f. 130; *Claudius Goustæus* l. c. *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 513, §. 41.

WAMBA, *Toletanum XI*, An. 675; vid. Cit. Tom. 2. *Concilior.* pag. 135; *Goustæus* l. c. pag. 671; *Baronius* l. c. ad h. a. §. 1. p. 570.

Braccarense III, An. eod: Vid. *Baronius* l. c. fol. 572, §. 6.

ERINGIUS, *Toletanum XII*, An. 681; vid. T. 2.

T. 2. *Conciliorum* l. c. fol. 87. & 91; *Henricus de Hassia* l. c. *Goustæus* l. c. pag. 672; *Baronius* l. c. ad h. a. pag. 623, §. 58.

ALFONSUS, *Legionense*, An. 1012; Vid. *Rodericus Toletanus* lib. 5, Cap. 19; *Baronius*, T. XI. ad h. a. §. 15., p. 43.

FERDINANDUS Magnus, *Coyacense*, An. 1050; Vid. *Baronius* l. c. ad h. a. §. 7, p. 180.

(47.) Nec non REGES ANGLIÆ, ut:

EDUARDUS, *Wintonense*, An. 975; Vid. *Osbertus*, in Vita *Dunstani* Cantuarienfis, Cap. 39, apud *Surium*, 19. Maji, p. m. 241, & *Baronium*, T. X. Annal. ad h. a. §. 12, p. 817.

WILHELMUS *Conqueſtor*, *Wintonense* An. 1070, vid. *Rogerus* de *Hoveden*, Annal. Angl. in vita hujus Regis, ad h. a. pag. 453; *Baronius*, Tom. XI, ad h. a. §. 8, p. 386.

HENRICUS I. *Londinense*, An. 1102; Vid. *Wilhelmus Malmesburienſis*, Lib. I. de *Geſtis Pontificum Anglorum*, p. m. 228.

Londinense An. 1108; vid. *Rogerius*, in Vita *Henrici I.* Regis, ad h. a. p. 471; *Baronius* Tom. XII, ad h. a. pag. 64, lit. a.

HENRICUS II, *Novo-Mercatumense*, An. 1161; Vid. *Robertus de Monte*, ad h. a. pag. 641; & *Wilhelmus Neubrigienſis*, cujus verba *Baronius* Tom. XII, an. eod. §. XI, p. 461, fiſtit.

Clarentunanum An. 1164; de quo *Wilhelmus* in *Quadripartita*, apud *Baronium* l. c. ad h. a. §. 2, p. 485 & 486; ejusdem meminit *Rogerius Hovedanus* l. c. in Vita *Henrici II*, p. 493.

Caſſelenſe, An. 1171, Vid. *Rogerius* l. c. ad h. a. p. 927; *Baronius* l. c. an. eod. §. 18, p. 625.

Windſorienſe, An. 1175; vid. *Rogerius* l. c. ad h. a. pag. 546.

Gaintingtonense, An. 1188; vid. *Rogerius* l. c. ad h. a. pag. 642. *Baronius* l. c. an. eod. §. 10, p. 786.

(48.) Et REGES ITALIÆ, vel THEODORICO teſte, An. 502, Synodum *Romanam*, à Porticu *S. Petri*, dicta *Palmaria*, *Palmarem* nuncupatam, convocante; vid. Acta ejus, apud *Baronium*, T. VI, ad h. a. p. 547, lit. D; ibi: *Sancta Synodus apud Urbem Romam, ex præcepto Glorioſiſſimi Regis, Theodorici, diverſis è Regionibus, congregata &c.* Conf. *Goldaſtus* T. 3. *Conſtit. Imper.* pag. 613.

(49.) Et REGES GERMANIÆ, e. g.

LUDOVICUS, *Moguntinum* An. 847; vid. *Annal. Franc.* apud *Pithœum* ad h. a. pag. 42; *Annales Fuldenſes*, apud *Freherum*, An. eod. pag. 20; *Sigebertus Gemblacenſ.* ad An. 848. pag. 565; *Albericus*, Monachus trium Fontium, an. eod. pag. 183; *Lupoldus de Babenburg, de Zelo veterum Principum Germaniæ*, Cap. XI, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.* p. m. 224; *Baronius*, Tom. X, *Annal.* ad An. 847. pag. 42.

Moguntinum, An. 852: Vid. *Annales Francici* apud *Pithœum* ad h. a. pag. 48, & *Fuldenſes*, apud *Freherum*, an. eod. p. 22; *Lupoldus de Babenburg* l. c. p. 225; *Baronius* l. c. ad h. a. §. 33. p. 84; *Goldaſtus* T. 1. *Conſtit. Imper.* p. 191, quamvis loco anni 852, ponat 850.

Colonienſe, An. 870; Vid. cit. *Annales Pithœani*, ad h. a. p. 78 & 79, & *Fuldenſes* l. c. an. eod. pag. 34, *Hermannus Contractus* Edit. Urſtiſ. an. eod. p. 307; *Sigebertus Gemblac.* ad An. 871, p. 568; *Albericus*, an. eod. pag. 198.

LOTHARIUS, Rex *Lotharingiæ*, *Aquisgranense* An. 861, cujus Acta ſic inchoantur, apud *Baronium* l. c. ad An. 862, §. 26, pag. 219: *Anno 861, Indict. X, die tertia Kal. Majarum, ex vocatione Domini Hlotharii, Glorioſiſſimi Regis, Archi-Epiſcopi, eorumque Co-Epiſcopi, Aquis convenerunt &c.* Conf. *Goldaſtus* T. 2 *Conſtit. Imper.* pag. 27; & *Petavius*, part. I *Rationarii Temporum*, lib. 8, c. 10, pag. 493.

HENRICUS *Auceps*, *Erfordense*, An. 932, vid. præced. v. 36.

OTTO MAGNUS, An. 948, vid. præced. v. 37.

Auguſtanum, An. 952, l. c.

(50) Et REGES BURGUNDIÆ, teſte SIGISMUNDO, qui, *Alcimi Aviti*, Viennenſium, Præſulis ſuaſu, ſubjectam ſibi Regionem ab *Arrianorum*, pariter hæreſi purgaturus, & Eccleſiaſticis Canonibus redditurus valorem, *Epaunense* Concilium An. 509, celebrari voluit, cui ipſe *Alcimus Avitus* præfuit; vid. *Baronius* T. VI Annal. ad An. 509, pag. 600, lit. D & E. affuiſſe commemorat *Apollinarem Valentinum*; *Claudium*, *Veſontinum*; *Gregorium*, *Lingonenſem*; *Pragmatium*, *Auguſtodunenſem*, & *Viventiolum*, *Lugdunenſem*, Epiſcopos, omnes in Sacras Romanæ Eccleſiæ tabulas relatos.

De reliquis ne dicam.

(51) Spectare autem *Jus convocandi Concilii*, re vera ad Magiſtratum Politicum, ſequentibus probo Argumentis; Quia

(1) juxta ipſius *Bellarmini* effatum, lib. 1 de *Conciliis*, c. 12, T. 2 Operum, p. m. 21, *Concilium*, præſertim *Generale*, ab Eo convocandum, qui omnes cogere queat; jam vero ſoli Magiſtratus Politici, Imperator, Reges &c. Vi Oecumenicæ poteſtatis, qua mandant, citant, evocant, cogunt, coërcent, alios-

aliosque Jurisdictionis Civilis actus, in Territoriis suis peragunt, possunt subditos cogere, ergo. Vid. *Marsilius Menandrinus* Patavinus, Part. 2 *Defensoris Pacis*, cap. 21, apud *Goldastum* T. 2 *Monarchiæ* pag. 258 &c.

(2) Summo Reipublicæ Directori non solum Rerum Civilium, sed & Sacrorum cura incumbit; ceu præced. v. 2 probavi.

(3) Ad Concilia, maxime Oecumenica, etiam vocandi sunt Laici, qui notorie extra Jurisdictionem Clericorum. Vid. *Marsilius* l. c. §. 30.

(4) Concilia olim celebrata in Urbibus, solius Imperatoris Jurisdictionem agnoscentibus; Regumque, in Regnis; Hinc in Synodo *Parisiensi*, sub *Ludovico Pio* & *Lothario* celebrata, cautum, Can. XXVI, *Petendum esse ab Imperiali Celsitudine, ut, si non bis, saltem semel, in anno, Concilia fieri concedat*; & in *Meldensi*, can. 32: *Ut Principes, juxta decreta Canonum, per singulas Provincias, saltem bis aut semel in anno, à Metropolitanis & Diœcesanis Episcopis synodice conveniri concedant &c.*

(5) Ad Concilia sumptus publici requiruntur, qui à solo Magistratu Politico Subditis imponi possunt. Vid. *Theodoretus* lib. 1, cap. 7, p. m. 16: *Celebre illud Nicænum Concilium cogit, & publicos asinos, mulas & mulos, quin etiam equos, Episcopis & comitibus suis, ad iter faciendum, utendos dat &c.* Conf. *Cassiodorus, Histor. Tripart.* Lib. 1, cap. ult. p. m. 26; *Nicephorus*, lib. 8, c. 14, p. m. 377. Add. Dialogus inter *Liberium* P. R. & *Epictetum* Episcopum, præsente *Constantio* Imp. apud *Theodoretum*, lib. 2, cap. 16, pag. 68, ubi Epictetus *Liberio*, Concilium *Alexandriam* convocari suadenti: *Ad Episcopos eo convehendos, Equi, jumenta, & rhedæ, quibus cursus publicus confici solet, non satis erunt &c.*

(6) Prohibitum erat Conventus publicos fieri, sine Cæsaris venia; L. 1. C. de *Collegiis illicitis*, & l. 15, C. de *Episcopis* & *Clericis*.

(7) Magistratus Politicus est Protector Concilii. Vid. R. I. August. de An. 1551, §. *Wir sind auch*, 6; ubi Cæsar: *Was uns, als Advocaten der Heil. Kirchen, und Beschirmer der Concilien, von wegen unsers obliegenden Käyserlichen Amts, zu thun geziemet.*

(8) Jam in Veteri Ecclesia Magistratus Politicus hoc jus semper exercuit, nec summi Pontifices, utut à Deo ordinati, & singulari dono voluntatem Ejus exponendi gaudentes; exemplo *Davidis* I Paral. XIII, XXIII, XXIV; *Salomonis*, I Reg. VIII, §. 1; II *Paral.* V; *Joa*, II *Paral.* XXIV, §. 5; *Hiskiæ*, ibid. c. XXX; *Josiæ*, II *Reg.* XXIII; *Jehu*, ibid. cap. X, §. 8; *Ezechiæ*, II *Paral.* XXIX, §. 4; *Herodis*, *Matth.* II, §. 4. Vid. Protestantium querelæ contra Concilium Tridentinum, apud *Hortlederum*, de *Causis Belli Germanici*, part. 2, lib. 1, cap. 47, pag. 646, §. 13.

(9) Christiani Imperatores ceu paulo ante deduxi; aliique Reges, constanter quoque hoc Jure usi sunt.

(10) Ipsi Pontifices Romani à Magistratu Politico Concilia expetere, haud erubuerunt. Testis *Baronius* T. 3 *Annalium*, ad An. 346, §. 3. p. m. 557, *Sardicensis* Synodi memor, de *Athanasio* scribens: *Plane indicat, præcessisse suum ad Imperatorem* (Constantem) *adventum, Episcopos à Julio, R. P. missos, interpellaturos Imperatorem, ut ad Fratrem Constantium scriberet, de Synodo cogenda &c.* De precibus *Liberii*, P. R. testantur ejus literæ ad *Constantinum* Imp. apud Auctorem Libri singularis, de *Libertate Ecclesiastica*, Tom. 1 *Monarchiæ Goldasti*, p. m. 693: *Ad exorandam Mansuetudinem Tuam, ut benevolo animo allegationes nostras audire digneris, Fratrem & Co-Episcopum meum, S. Virum Luciferum, cum Pancratio Com-Presbytero meo, & Hilario Diacono, placuit proficisci, quos credimus de Clementia Tua, ad pacem omnium Ecclesiarum Catholicarum, non difficulter posse Concilium impetrare &c.* Add. *Baronius* l. c. ad An. 355, lit. E, p. m. 646; *Celebratur Mediolani Concilium, quod, missa à Liberio Papa, anno superiore, ad Constantium Imperatorem Legatione publica, fuerat expetitum &c.* Imperatorem *Honorium* literis *Innocentii* P. R. motum, Synodum Occidentalium Episcoporum coëgisse, anno 405, supra sub *Arcadio* & *Honorio* dictum; ecce, quid B. *Chrysostomus* in literis ad dictum Pontificem, apud *Baronium* Tom. V, ad An. 404, pag. m. 194: *Cum vero triginta nos Episcopi, & Clementissimi Imperatoris Notarius ad hoc missus, reduxissent: ingressi ad Regem, oravimus, ut, ad ulciscenda facinora, Synodum cogeret --- nos, conscientiæ nostræ fiducia nihilo segnius institimus, apud Piissimum Imperatorem, ut Concilium congregaret &c.* Epistola *Leonis I*, qua Concilium in Italia convocari petiit à *Theodosio* Imp. An. 449, inter alia continet: *Si Pietas Vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis Episcopale Concilium, cito, auxiliante Deo, poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota, resecari &c.* vid. Epist. 9. Leonis ad *Theodosium*; & *Baronium*, Tom. VI, ad An. 449, p. 79, lit. B. Idem, in Epist. 24, ad eundem Principem, ex ipsa Synodo missa, ait: *Omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes Mansuetudini Vestræ, cum gemitibus & lacrymis, supplicant Sacerdotes, ut, quia & nostri fideliter reclamarunt, & iisdem*

libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, Generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in charitate divisum &c. Vid. *Baronius* l. c. pag. 109, lit. A. Et in Epistola 26, ad *Pulcheriam* Imperatricem, cujus intercessionem apud Augustum efflagitavit: *Quod ut obtinere mereamur, probatissima nobis fidei Pietas Tua, quæ labores Ecclesiæ semper adjuvat, Supplicationem nostram apud Clementissimum Principem, sibi specialiter à Beatissimo Petro Apostolo Legatione commissa, dignetur asserere &c.* Rectè hinc *Nilus Thessalonicensis*, lib. 2. de *Primatu Papæ*, apud *Goldastum* T. I. *Monarchiæ*, pag. 38: *Beatus autem Leo, Romæ Episcopus, ad Theodosium Regem scribens, ingentis beneficii loco petit: annui sibi à Rege, ut privatam Synodum in Italia cogere possit. At non petiisset profectò, si id juris Ipse ante habebat &c.* Similem glossam subjicit *Nicolaus Cusanus*, de *Concordia Catholica*, lib. 2, Cap. 7, apud *Schardium* de *Jurisdict. Imper.* p. m. 310: *Unde Leo Papa ad Theodosium Augustum: Concilium Universale intra Italiam, sicut Synodus, quæ, ob hanc causam, Romæ convenerat, mecum petit, Clementia Vestra concedat &c. Ecce Universalem Synodum, per Synodum, ubi Papa præsedit, ab Imperatore intra Italiam petitam; quod est notandum &c.* Ejusdem meminit *Liberatus* Diaconus, Sec. VI. Scriptor, c. 12. *Breviarii*, Tom. 2. Concilior. *Leo, audiens Legatorum suorum suggestionem, & Theodoreti querelas suscipiens, literis Theodosium Imperatorem, & Pulcheriam Augustam, rogat, ut fieret intra Italiam Generale Concilium, ut aboleretur error fidei, per violentiam Dioscori factus. Valentinianum autem Imperatorem, & Eudoxiam, Uxorem ejus, ad memoriam B. Petri, cum multis Episcoporum gemitibus, provolutus Romanus Pontifex deprecatus est, ut Imperatorem Theodosium hortaretur aliam fieri Synodum &c.* Nec non *Leontius Byzantinus*, ejusdem fere ætatis Monachus, lib. de *Sectis*, Act. 4, Tom. 4. *Bibliothecæ Patrum*, ibi: *Valentinianus, cui Leo Papa molestus esset, Theodosio Minori scribit: Synodum haberi juberet, in qua agnosceretur: Rectène Dioscorus, an malè, judicasset? Rescribit Theodosius. Auctorem se alterius Synodi nequaquam futurum &c.* Ejusdem argumenti est Epistola 43. sæpe fati Pontificis ad *Marcianum* Imp. ubi: *Poposceram à Gloriosissima Clementia Vestra, ut Synodum, quam, pro reparanda Ecclesiæ Orientalis pace, à nobis etiam petitam, necessariam judicastis, aliquantisper differri, ad tempus opportunius, juberetis &c.* & rursus, Epist. 44: *Synodum fieri, ut meminit Vestra Clementia, & ipsi poposcimus &c.* Pari modo se gessisse *Vigilium*, P. R. An. 553. tempore convocandi Concilii Constantinopolitani, quod *Quintum Oecumenicum* vocant, ex *Leontio* Scholastico, Scriptore coævo, apud *Baronium*, Tom. VII. ad h. a. pag. 421. discimus, cujus hæc sunt verba: *Proposuit & Justiniano Vigilius, si, ad Synodum cogendam, Sicilia non placeret, ut aliam aliquam Ipse Italiæ Civitatem Maritimam, æquè sibi subditam, Imperator eligeret. Verum, etsi æqua hæc videri poterant, facere tamen abnuit Imperator, timens, ne, Latinorum Episcoporum suffragiorum frequentia, obruerentur, qui, de tribus Capitibus condemnandis, Orientales ex adverso pugnabant ---- At instat rursus Vigilius, urgetque Imperatorem, ut saltem, quod æquitas non negaret, ex Italia & Africa, ad Synodum Constantinopolim accerserentur Episcopi; aliter fore: ut, tanquam exclusi Sacro cœtu, iidem haud æquo animo id laturi essent ---- His adeò efficacibus rationibus Justinianus persuasus, tunc Vigilio assensus est &c.* De *Gregorio Magno* extat Epist. 115, ad *Brunhildim*, Reginam Francorum, in qua hæc occurrunt: *Salutantes Excellentiam Vestram Paterno affectu, petimus, ut de hujus pravitatis emendatione, Deum Vobis placabilem faciatis; &, ut nulla deinceps valeat occasione committi, Synodum fieri, jussio Vestra constituat &c.* & in Epist. 116, ad *Theodoricum* & *Theodebertum* Reges: *Proinde paterno salutantes affectu, petimus, Præcellentissimi Filii! ut hoc tam detestabile malum de Regni Vestri studeatis finibus prohibere ---- quâ de re, ut magnum Omnipotenti Domino munus valeatis offerre, Synodum congregari præcipite &c.* & Lib. 9, Epist. 53, ad eundem *Theodoricum*: *Iterata Vos, pro Vestra magna mercede, adhortatione pulsamus, ut congregari Synodum jubeatis &c.* & Epist. 54: *Itaque Excellentia Vestra, Dei Nostri mandatis inhærens, studium, ad congregandam Synodum, pro sua mercede, adhibere dignetur &c.* & Epist. 55, ad *Clotharium* Regem; & passim alibi. Conf. *Nicol. Cusanus* l. c. lib. 3, Cap. 9, p. 364. Pro convocanda Synodo *Ingelheimensi*, *Agapitum* P. R. interpellasse *Ottonem* Magnum, An. 948, supra, sub hoc Imperatore, *Frodoardi* testimonio firmavi. Exempla longè plura ut mittam.

(11) Patres Ecclesiæ, aliique Doctores magni nominis, eandem thesin comprobant, v. g. *Hieronymus*, Apolog. 2, contra *Rufinum*, cum eo valde expostulans, quod damnatum in Synodo *Hilarium* jactasset: *Responde, quæso! Synodus, à qua excommunicatus est, in qua Urbe fuit? dic Episcoporum Vocabula! profer sententias subscriptionum, vel diversitatem*

sitatem, vel consonantiam! Doce, Qui, eo anno Consules fuerint? Quis Imperatorum hanc Synodum jusserit congregari? &c. Gregorius Magnus, verbis, argumento 10, jam prolatis; *Socrates*, lib. V, *Histor. Eccles.* in procem. p. m. 259: *Ipsos subinde Imperatores in hoc opere perpetuo includimus, propterea, quod, ex quo Illi Christiani esse cœperunt, ex Illis pependerunt res Ecclesiasticæ, & Maxima quæque Concilia, Eorum arbitrio, tum facta sunt antea, tum hodieque fiunt &c.* Sic *Helias*, Presbyter & Sincellus Throni Hierosolymitani, in *Octava Synodo*, Act. V, apud *Cusanum*, l. c. lib. 3, c. 13, pag. m. 367: *Scitote, quia in præteritis temporibus Imperatores erant, qui congregabant Synodos, ex toto Terrarum orbe Vicarios, ad hujusmodi dispositionem causarum, colligebant; quorum ergo & Dei cultor, Imperator noster, Universalem hanc Synodum fecit &c.* Et *Eutropius* Longobardus Tr. *de Juribus ac Privilegiis Imperatorum*, apud *Goldastum* T. 1. *Monarchiæ*, p. 10, §. 15, *Erectus est Regius honor contra Apostolicam dignitatem, objiciens ei antiqua Patrum Statuta: Non licere Prælato excommunicare Episcopum, inconsulto Synodali Concilio; & quia Synodus non a Papa, sed ab Imperatore, vocari deberet &c.* Et *Hincmarus* Rhemensis Epist. 6, ad Episcopos suæ Diœcesis, cap. 27, p. m. 120: *Imperatorum auctoritate convocatas Generales Synodos, & in Historiis Ecclesiasticis, & in Epistolis Apostolicæ Sedis Pontificum, reperimus &c.* Conf. *Lehmanni Chron. Spirens.* lib. 2, cap. 41, pag. 167; *Ziegler* de *Episcopis*, lib. 3, cap. 18, §. 31. pag. 690 & 691; *Stranchius*, de *Conciliis*, §. 22. Præfatus *Nilus Thessalonicensis*, lib. 2. de *Primatu Papæ*, apud *Goldastum* l. c. pag. 38: *Ut autem intelligas, Regibus potius, non Episcopis, potestatem indicendi Concilia datam, lege hæc ex Actis Sancti & Oecumenici primi Concilii &c.* & postea: *Quod itaque convocatio Oecumenici Concilii ad Reges pertineat, ex iis, quæ recitata sunt, aperte constat &c.* Jung. *Franciscus de Zabarellis*, Scholasticus, Cardinalis & Archi-Episcopus Florentinus, Tract. de *Schismate, authoritate Imperatoris sedando*; ad Quæstionem 2: *Quis habebit congregare Concilium?* *respondens*, apud *Schardium*, de *Jurisd. Imper.* pag. m. 236. *Olim Imperator congregabat Concilium. Sic congregavit Constantinus, ut legitur 16 Dist. c. Habeo Librum. Item, Justinianus congregavit Sextam Synodum, ead. Dist. ibi exequente &c. Item, Synodus Nicæna facta est mediante Constantino, 15 Dist. c. Sancta; & ibi legitur de multis aliis Conciliis, quæ facta sunt mediantibus Imperatoribus &c. Postea constitutum est, quod ad solum Romanum Pontificem spectet talis congregatio, 2. Quæst. 7, c. Ideo; 17 Dist. c. 1 &c. Concilia, §. Hinc etiam Et hoc, quando est unicus Papa, sic loquuntur illa Jura; quando autem sunt plures, qui contendunt de Papatu, sicut nunc ipsi contendunt, debet congregari Concilium, ad sollicitudinem Imperatoris ---- ratio est, quia est Advocatus & Defensor Ecclesiæ &c.* Quæ Quæst. 4, p. 237. repetit. Add. *Marsilius Patavinus*, in *Defensore Pacis*, part. 2, tot. Cap. 21, apud *Goldastum* l. c. Tom. 2, pag. 258 &c. & *Andreas*, Magorensis Episcopus, Orator Hispaniæ Regis in Concilio Constantiensi, part. 7. *Gubernaculi Conciliorum*, apud Dn. *Hardt*, Tom. VI, *Historiæ Concilii Constantiensis*, part. 4, pag. 281; & *Nicolaus Cusanus*, cit. Tr. de *Concord. Catholica*, lib. 2, Cap. 2, apud *Schardium* l. c. p. 306; & *Johannes Gerson*, Famosus ille Parisiensis Academiæ Cancellarius, qui perstringens *Gregorii* P. R. assertum, Concilium *Pisanum* vel propterea respuentis, quod illud non convocaverit, in sermone, die Ascensionis Domini, præsente Ipso *Alexandro* Papa, habito, inquit, apud *Goldastum* l. c. Tom. 2. pag. 1477: *Unde convocatio Concilii tam mira? unde prius discordantium consensio? unde tot Præsulum ac Sapientum concursus tam celer? non causa certè dissensionis, sed Pacis. Non vocavit Papa; fuit Conventiculum! ô ridenda ac irrationalis nimium ratio. Neque verò ad quatuor illa Concilia, quæ in Actibus Apostolicis describuntur, Petrus vocasse memoratur; neque Synodus Nicæna jussu Sylvestri, sed Constantini, convenisse legitur; &c.* & in Tr. de *Modis uniendi ac reformandi Ecclesiam in Concilio Universali*, Cap. 14, apud Dn. *von der Hardt* l. c. Tom. I, Part. V, p. 98 &c, & l. c. Cap. 20, ubi: *Dico ergò, ad Imperatorem, seu Romanorum Regem, temporibus præsentibus,* (Constantiensis Concilii) *convocationem pertinere, sub pœna peccati mortalis, & gehennæ perpetuæ; quo absente, vel non existente, dico, ad Reges & Principes Seculares, utpote: Franciæ, Angliæ, Hungariæ, Apuliæ, Hispaniæ, nec non Burgundiæ, & alios Reges Catholicos, Bavariæ, Austriæ, nec non alios Duces, & seculi Principes &c.* & Author Libri de *Libertate Ecclesiastica*, apud *Goldastum* l. c. Tom. 1, p. 688, Cap. 2: *Conveniendi, & Cœtus cogendi Jus à Principe manat. Qui autem negant: Synodos olim jussu Imperatorum ac Principum solitas cogi; rem negant verissimam, certissimam, notissimam, contestatissimam; rem negant, de qua vel dubitare, stupor & imperitia est fœda; rem negant, cujus ita manifesta fides, ut ire contra, sit veritati bellum indixisse: Mendacii patrocinium palam suscepisse: pudori & verecundiæ nuncium remisisse &c.* Vel unicum adhuc ex tot aliis, adjiciam, *Henrici VIII.* Magnæ Britanniæ Regis, testi-

testimonium, quod An. 1538, in scripto adversus Concilium *Mantuanum* edito, prodidit, apud *Hortlederum, von Ursachen des Teutschen Kriegs;* Tom. 2. lib. 1. Cap. 30, §. 11, p. 113. *Und daß Ich von Ihrem Frevel etwa sage: Woher hat der Pabst Gewalt und Recht, die Könige zu einem Concilio zu fordern? Und dieweil vor Zeiten alle Concilia, aus der Käyser, Könige und Fürsten Verwilligung und Befehl, gehalten seind, wäre es nicht billig, daß es auch noch jetzt geschehe? oder, daß Ihr Ursachen anzeigetet: Warümb es nicht seyn sölte? Sie sagen wohl, es sey vermuthlicher, daß die Päbste sich der Christlichen Religion mehr annehmen, dan die Könige: aber es hat die Welt, mit grossem Schaden der Christenheit, erfahren, wie treulich und fleissig die Päbste diese Sache handeln &c.*

(12.) Integræ Academiæ calculum hic addunt; teste Epistola Universitatum *Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis,* & ipsius *Romanæ,* ad *Wenceslaum* Imp. de *Auctoritate Imperatoris, in schismate Paparum tollendo, & vera Ecclesiæ libertate adserenda,* de Ann. 1380, apud *Goldastum* Tom. 1, *Monarchiæ* pag. 231 & 232: *O, ergo, Domine Patrone! judica, secundum Exempla suprapoſita, vel alias justo judicio Concilium convoca; nam ad Te hoc spectare, plena sunt infinita Volumina; &, quod ibi conclusum fuerit, potenter executioni demanda &c.*

(13.) Concilium plane cogi non posset, si contra ipsum Papam & Clerum esset convocandum; quorsum reflectit Ipse *Æneas* Sylvius, postea electus Papa *Pius II.* dictus in Commentario de *Gestis Concilii Basiliensis;* verb: *Ex hisce auctoritatibus mirum in modum se putant armatos, qui Concilia negant fieri posse, sine consensu Papæ; quorum sententia, si, ut ipsi volunt, inviolata persistat, ruinam secum Ecclesiæ trahit. Quid enim erit remedii, si Papa criminosus Ecclesiam perturbet? si animas perdat? si fidei contraria prædicet? & hæreticis dogmatibus imbuat subditos? - - - - At ego, dum lego Veteres Historias, hunc morem non invenio, ut soli Papæ Concilium congregarint; nec post, tempore Constantini Magni, & aliorum Augustorum, quæsitus est magnopere assensus Romani Papæ &c.* In eandem sententiam, scribit *Marsilius Patavinus,* in *Defensore Pacis,* part. 2. Cap. 21. apud *Goldastum* T. 2 *Monarchiæ,* p. 259. *Quod autem ad solum Romanum Episcopum, vel Ipsum & suorum Cardinalium solum collegium, non pertineat auctoritas supra dicta,* (convocandi Concilii) *suaderi potest, cum prædictis, ex eo, quod si reus esset Ipse, aut cum suo Collegio, criminis alicujus, propter quod expediret hujusmodi Concilium convocare. Verisimile est, Ipsum talem congregationem, quantum posset, differre vel auferre totaliter; quod in grande Fidelium gravamen & præjudicium redundaret &c.* Conf. *Antonius de Rosellis,* part. 2. *Monarchiæ,* Cap. 23. apud *Goldastum* l. c. T. 1. p. 363. &c.

(14) Nulla hactenus ratio solida in medium fuit producta, quare id Juris Clero competat? multo minus, soli Papæ? nec summo Magistratui Politico, ut olim.

(52.) Equidem opponunt:

Primo: Pontificem Romanum habere Imperium super omnes Fideles; testibus *Gregorio I,* apud *Gratianum* Dist. XVII, c. 4, *Nec licuit &c.* & *Marcello,* 24 Qu. 1. c. 15. *Rogamus &c.* & *Gelasio,* IX, Qu. 3. c. 17, *Cuncta per Mundum &c.* Ergo vindicandam Ei convocandi Concilii potestatem; vid. *Antonius de Rosellis,* part. 2, *Monarchiæ,* cap. 23, apud *Goldastum,* T. 1 *Monarchiæ,* pag. 363; & part. 3, cap. 3, pag 387 &c.

Resp. autem, doctrinam hanc in Curia duntaxat Romana foveri, nec omnibus Christo fidelibus obtrudendam.

Secundo: Convocare Oves, esse Pastoris; at summum Pontificem Romanum esse Pastorem omnium Christianorum &c.

Resp. (1) Esse petitionem principii, Papam Romanum esse Pastorem omnium Christianorum; (2) distingvendum, inter *Ovile spirituale,* cujus Cura Episcopis: & *Civile,* cujus cura Magistratui Politico demandata; teste *Esaia* XLIV, §. 28. ubi Deus ad *Coreschum* Regem: *Pastor meus;* & *Jerem.* XLIX. §. 19: *Quis Ille Pastor, qui consistet coram Me?* II *Samuel:* V, §. 2. ubi Dominus ad Davidem; *Tu pasces Populum meum Israelem &c.* add. *Ps.* LXXIIX, §. 70 & 71. Hocque intuitu, *Constantinus Magnus,* in Oratione ad congregatos *Nicææ* Patres, inquit: *Vos quidem in iis, quæ intra Ecclesiam sunt, Episcopi estis: Ego vero in iis, quæ extra geruntur, Episcopus à Deo sum constitutus.* Vid. Author Vitæ Ejus lib. 4, c. 24, pag. m. 537; & Auctor Libri singularis, de *Libertate Ecclesiastica,* apud *Goldastum* T. 1 *Monarch.* p. m. 691 & 692. (3) Potestatem convocandi Concilii pertinere ad Pastorem Ovilis Civilis, quippe qui cogendi mediis, quibus Ecclesiasticus caret, instructus.

Tertio: Jus hoc inter specialia Romanæ Ecclesiæ Privilegia referri; teste Rescripto *Julii I,* P. R. ad Orientales, cap. 30; *Ideo huic Sanctæ Sedi præfata Privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis Conciliis & Judiciis, ac restitutionibus Episcoporum, quam etiam de summis Ecclesiarum negotiis &c.* Vid. *Gratianus,* 2 Quæst. 6. cap. 10, *Ideo;* Add. Idem, Dist. XVII, c. 2, *Regula &c.* & *Antonius de Rosellis* l. c. nec non Epistola *Pelagii II,* ad Episcopos Concilii Constantinopolitani An. 587: *Relatum est ad Apostolicam Sedem, Johannem,*

nem, *Constantinopolitanum Episcopum*, *Universalem se scribere*, *Vosque*, *ex hac sua præsumtione*, *ad Synodum convocare Generalem*, *cum Generalium Synodorum convocandi auctoritas Apostolicæ sedi B. Petri singulari privilegio sit tradita &c.* vid. Epist. 1 *Pelagii* T. 1 *Epist. Romanor. Pontif.* & *Angelus Maria Cherubinus*, Tom. 1, *Bullarii Magni*, pag. 23; exemplar quoque hujus Epistolæ misit *Gregorius* Papa I. ad *Eulogium*, Alexandrinum, lib. 4, Epist. 36. de recentioribus ne dicam.

Resp. autem (1) Privilegium hoc nemini hactenus visum; (2) totam *Julii* Epistolam sublestæ fidei esse, non solum *Blondellum*, in *Pseudo Isidoro*, pag. 476. & *Hornejum* de *Scriptura Sacra*, disp. 8, §. 56, p. m. 1004, probasse, sed & *Baronium* ipsum Tom. 3 *Annal.* ad An. 341, §. 59, p. m. 529, eam suspicione corruptelæ laborare, fateri. (3) Praxin contrarium plane docuisse. Vid. *Flacius* in *Catalogo Testium veritatis* p. m. 57; *Gerhardi Titii*, *Ostensio summaria contra Pontificios*, cap. 2, §. 13, p. m. 53; *Ziegler*, de *Episcopis*, lib. 3. cap. 18, §. 33, pag. 692.

Quarto, Si Concilia Provincialia à Metropolitanis Episcopis convocentur; sequi omnino, Universale convocandum esse à Papa Romano, tanquam Universali; vid. *Nicolaus Cusanus* de *Concordantia Catholica*, lib. 2, cap. 2, apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.* pag. 306: *Cum Romanus Pontifex Supremus Capitaneus militantis hujus Ecclesiæ*, *& Princeps in Episcopatu fidei existat*, *Universalia Concilia sine Eo rite*, *Ejusve auctoritate regulariter non celebrantur*, *96*, *Dist. Ubi nam. XVII Dist. vers. Huic etiam &c. Regula. Et Leo IX, in Epistola ad Carthaginensem*, *Petrum*, *de hoc scribit*, *ad idem*, *in q. 16 dudum*, *& variis locis*, *idem habetur. Sicut nec sine Metropolitano Provincialis*, *nec sine Patriarcha Universalis* [*Patriarchalis*, *aut sine Episcopo diœcesana*; *ratio est manifesta --- ad Universalem enim Patriarcham spectat Universalis Concilii convocatio &c.*

Resp. (1) Præsupponi hic Universalem Patriarcham, quem omnes Christiani nunquam agnoverunt; imo Pontifices ipsi detestati sunt, v. g. *Pelagius II.* in allegata modo Epistola ad Concilium Constantinopolitanum An. 587, *Johannis* Constantinopolitani arrogantiam, quod *Oecumenicum Patriarcham* se vocaverit, reprimendo, inquiens: *Universalitatis quoque nomen*, *quod sibi illicite usurpavit*, *nolite attendere --- Nullus enim Patriarcharum hoc tam profano Vocabulo unquam utatur*: *quia*, *si summus Patriarcha Universalis dicitur*, *Patriarcharum nomen cæteris derogatur*; *sed absit hoc*, *absit à fidelis cujusquam mente*, *hoc sibi vel velle quempiam arripere*, *unde honorem Fratrum suorum imminuere*, *ex qualicumque parte videatur*; *quapropter Charitas Vestra neminem unquam*, *suis in Epistolis*, *Universalem nominet*, *ne sibi debitum subtrahat*, *cum alteri honorem offert indebitum &c.* Conf. *Gratianus*, Dist. 99, c. 4, *nullus*; & Auctor Operis Eximii, *de Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ potestatis*, part. 2, apud *Goldastum* T. 3 *Monarchiæ*, pag. 28 & *Gregorius Magnus*, lib. 7 Epist. 69, ad *Eusebium* Thessalonicensem: *Cognoscat siquidem Fraternitas Vestra*, *Joannem*, *quondam Constantinopolitanæ Ecclesiæ Antistitem*, *contra Deum*, *contra pacem Ecclesiæ*, *in omnium despectum & injuriam sacerdotum*, *modestiæ & mansuetudinis terminos excessisse*, *& illicite in Synodo*, *superbum ac pestiferum Oecumenicon*, *hoc est*, *Universalis*, *sibi Vocabulum usurpasse*, *quod beatæ recordationis Pelagius*, *decessor noster*, *agnoscens*, *omnia gesta ejusdem Synodi*, *præter illa*, *quæ illic de causa venerandæ memoriæ Gregorii*, *Episcopi Antiocheni*, *sunt habita*, *valida omnino districtione cassavit*, *districtissima illum increpatione corripiens*, *ut se à novo & temerario superstitionis nomine cohiberet &c.* & Lib. 7 Epist. 30, ad *Eulogium* Alexandrinum; *Ecce*, *in præfatione Epistolæ*, *quam ad me ipsum*, *qui prohibui*, *direxistis*, *superbæ appellationis verbum*, *Universalem me Papam dicentes*, *imprimere curastis*; *quod peto dulcissima mihi Charitas Vestra ultra non faciat*: *quia Vobis subtrahitur*, *quod alteri plus*, *quam ratio exigit*, *præbetur ---- si enim Universalem me Papam Vestra sanctitas dicit*, *negat se hoc esse*, *quod me fatetur Universum. Sed absit hoc*, *recedant verba*, *quæ Vanitatem inflant*, *& Charitatem vulnerant &c.* Conf. *Gratianus*, Dist. 99, c. 5. *Ecce*; Idem, Lib. 6, Epist. 30, ad *Mauritium* Imp. verbis præced. lib. 1, Tit. XV, §. 12, lit. h, p. 1175, occurrentibus, & passim alibi, citatis ibi locis. (2) Dignitatem hanc tribui Romano Pontifici, reclamantibus tot fidelium myriadibus. (3) Universalia Concilia cum particularibus, male confundi, tanquam ex Lege Canonum, connivente Magistratu Politico vel mandante, constitutorum, à Patriarcha, vel Episcopo, indicendis, quod de Oecumenicis dici nequeat; (4) Infinita dari exempla, Synodos etiam particulares à Magistratu Politico fuisse convocatas.

Quinto: Ante tempora *Constantini Magni* fuisse celebrata, concilia, nec tamen Magistratu Politico, utpote adhuc Ethnico, indicta.

Resp. Sermonem esse de Republica Christiana; nec

nec statu Religionis Christianorum sub Ethnicis Imperatoribus, sub quibus Fideles, ex mutuo consensu, convenire potuerint omnino, & ad Ecclesiasticam pacem facientia statuere.

Sexto : Tot exempla Conciliorum à Pontificibus indictorum consuetudinem introduxisse, quæ legi æquipollent.

Resp. (1) Exemplis opponi posse contraria; (2) non quæri : Quid factum sit? sed quid fieri debuerit? præsertim schismatum bellorumque periodis, quibus Præsules multa, in Politici Magistratus detrimentum, sibi vindicatum iverint, notorie injusta; (3) Consuetudinem vitiosam nihil aliud sapere quam Vetustatem erroris. Vid. *Tabor*, Thesaur. lib. 3, cap. 59, axiom. 8, p. m. 265.

Septimo : Rerum Ecclesiasticarum & ad fidem pertinentium curam spectare ad Episcopos, nec ad Magistratum Politicum. Vid. *Canon. Apostol.* 37: *Omnium rerum Ecclesiasticarum curam Episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo.*

Resp. (1) Canones Apostolicos omnes referri à *Gelasio* P. R. (Dist. XV, c. 3.) inter Scripta Apocrypha; Conf. *Isidorus* Hispalensis, Dist. XVI, c. 1, *Canones; Gerhardi, Exegesis Locor. Commun. de Scriptura Sacra,* Cap. 8, pag. m. 178; *Titii Ostensio Summaria,* Cap. 2, §. 22, p. 67; *Thomas Ittigius,* Diss. de *Pseudepigraphis Apostolorum,* c. 11, & Diss. de *Patribus Apostolicis,* §. 69, pag. 211 & seqq. disputando contra theses *Antonii Constantini à Castrovillare,* Ordinis *Minorum S. Francisci de Paula,* quas in Dissertatione Historico-Chronologico-Dogmatica, in favorem horum Canonum, veluti Apostolicorum, An. 1697, Romæ ventilavit; laudatus propterea *Tenzelio, in den monatlichen Unterredungen* Anno 1698, Mens. Novemb. p. 971; add. *Guilielmus Cave,* T. I. *Scriptor. Eccles.* in vita *Clementis,* pag. m. 14; Ipsum *Baronium,* T. 2. *Annal.* ad An. 102, §. 14. p. 17, & *Bellarminum,* de *Scriptoribus Ecclesiasticis,* in *Clemente,* pag. m. 31, ex collectione *Dionysii Exigui,* non nisi *Quinquaginta* eorum agnosceret, observante Dn. *Mastrichtio,* in *Histor. Jur. Eccl.* p. m. 116; quamvis addendum, nec *Dionysium* prædictos *Quinquaginta* omnes extra omnem dubitationem ponere, sed dicere saltem in Præfatione : *Canones, qui dicuntur Apostolorum,* (non : *qui sunt,*) de *Græco transtulimus;* insuperque subjicere : *Quibus, quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum Vestram noluimus ignorare Sanctitatem &c.* Sic quoque *Humbertum Leonis IX.* P. R. Legatum, in responso ad libellum *Nicetæ* Presbyteri, contra Laicos editum, apud *Gratianum,* Dist. XVI, c. 3, *Clementis : Apostolorum Canones numerant Patres inter Apocrypha, exceptis Quinquaginta Capitulis, quæ decreverunt orthodoxæ fidei adjungenda;* reliquos, pedetentim confictos, *Justinianum* Cæsarem, & *Johannem* Scholasticum, primum in *Nomocanonem* retulisse, Auctorem esse *Dalæum,* lib. 3, *Pseudepigr. Apost.* Cap. 4, pag. 479. Nec Synodum Romanam, sub *Stephano III,* plures quam *Quinquaginta* pro genuinis habuisse, nec Oecumenicam Octavam ultra *Octoginta quinque :* Dn. *Ittigium* l. c. dicto Fratri Ordinis Minorum objecisse. (2) Canonem loqui de rebus Ecclesiasticis, ad Episcopos, qua tales, spectantibus; non de jure convocandi Concilii; (3) Curam Ecclesiæ fideique, etiam Magistratui Politico incumbere; quo intuitu Imperatores quondam *Pontifices Maximos* vocatos. Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 1, lit. b, pag. 292 &c. Conf. seq. *Officio Imperatoris tertio,* voc. *Conciliis præsidere &c.* testimonium *Demetrii Chomateni.*

Octavo ; Lucentii, Legati *Leonis I,* P. R. in *Chalcedonensi* Concilio An. 451, Act. I, dictum de *Dioscoro* Alexandrino : *Ipsum esse indignum qui sedeat in Synodo, eo quod Synodum ausus esset congregare absque Sedis Apostolicæ consensu, quod nunquam antea factum esset, nec ritè fieri posset &c.* Vid. *Baronius,* Tom. VI, ad An. 451, lit. A, pag. 144; & *Vitus Erbermannus, in Vindiciis, contra Calixtum.*

Resp. (1) Assertum *Lucentii* perperam toti Synodo adscribi; (2) notoriè illud falsa continere; testibus hactenus dictis, conf. *Titii Ostensio* l. c. §. 19, pag. 61, & §. 20, pag. 63.

Nono : Consensum Imperatorum, veluti *Caroli Magni,* qui in Capitul. lib. 6, Cap. 187, apud *Baronium* Tom. IX, ad an. 770, §. 21, p. 333: *Auctoritas Ecclesiastica atque Canonica docet : non debere, absque sententia Romani Pontificis, Concilia celebrari &c.* & *Caroli V,* qui, una cum Ordinibus Imperii, in R. J. *Ratisbon.* An. 1532, §. 2 : *Concilium betreffend,* v. 2, *Und wiewohl &c.* ita : *Daß ein Gemein Christlich Concilium, durch Päbstliche Heiligkeit, fürgenommen, und ausgeschrieben würde &c.* Conf. R. J. *August.* de An. 1551, §. 8. *Wir ersuchen, ermahnen und erinnern auch hiemit Churfürsten, Fürsten und Stände des H. Reichs ---- daß Sie sich, auf der Päbstlichen Heiligkeit Ausschreiben, zu dem fürgenommenen Concilio geschickt machen, und gefaßt erscheinen &c.* Conf. *Reinking,* de *Regim. Seculi & Eccles.* lib. 3, Class. I, c. 4, §. 12, p. 1082.

Resp. (1) dictum *Caroli Magni,* è laxiori Zelo erga Religionem profluens, Juribus Majestaticis præjudicio esse non posse; (2) Nec *Carolum* ipsum, nec Ejus successores, in convocandis Conciliis, auctoritate Romani Præsulis usos. (3) *Carolum V.* jus hoc concessisse quidem Romano Præsuli, sed addita lege : ut fieret intra certum tempus, sex mensium scilicet, & in Germania, loco congruo; teste R. J. *August.* 1530, §. 5. *Und dieweil in der Christlichen*

chen Kirchen &c. & *Ratisb.* An. 1532, §. 2, *Concilium betreffend*, v. 2. *und wiewohl hievor*· (4) Sibi reservasse consentiendi partes; arg. R. J. *Norimb.* 1524, §. 28, *Als auch &c.* verb: *Als vor hochnothwendig eines gemeinen freyen Universals Concilii der Christenheit, so durch Päbstliche Heiligkeit, mit Unser Bewilligung, aufs allerfürderlichst --- verkündiget und ausgeschrieben werden, angesehen &c.* (5) Pontificem, per Legatos, Cæsarem prius reddidisse certiorem, non solum de Capitibus in Concilio proponendis, sed & de tempore, loco & forma Concilii; teste R.J. *Ratisb.* An.1532, l.c. (6) Cæsarem ultro agnovisse, nisi Pontifex ex præscripto ageret, sui fore officii, Concilium indicere; teste eod. Rec. §. 5, *Und so fern wir &c.* verb: *So fern Wir von Päbstlicher Heiligkeit, damit gemeldt Concilium in Teutschen Landen beschrieben und gehalten würde, nicht erlangen möchten, daß Wir alsdann, von Ampt wegen, Fürsehung hierinn thun wolten, daß Uns, von Unserm Kayserlichen Gewalt, gebühret, und wir zu thun schuldig seind, und sonderlich in Sachen des gemeldten Concilii, das so von grossen Nöthen ist &c.* (7) Quicquid Romanæ Sedi tunc indultum, turbido rerum statui tribuendum. Conf. *Reinking* l. c. §. 13, pag. 1083.

Decimo: Pontificum Romanorum stabile principium: Jus hoc pertinere ad suam sedem; v. g. *Marcelli*, in 5. C. Decretorum suorum, apud *Nicolaum Cusanum*, de *Concordantia Catholica*, lib. 2, c. 2, p. m. 306; nec non in Epistola ad *Maxentium*, apud *Gratianum*, Dist. XVII, c. 1, & *Andream* Magorensem, part. 7. *Gubernaculi Conciliorum*, Tom. VI. *Historiæ Concilii Constantiensis Dn. von der Hardt*, Part. 4, p. 272; *Julii I*, in literis ad Orientales, pro *Athanasio*, c. 29, apud *Gratianum* l. c. C. 2, & *Andream* Magorensem, l. c. Conf. *Gratianus*, 3 Quæst. VI, c. IX; *Antonius de Rosellis*, part. 2. *Monarchiæ*, c. 23, sub initium; apud *Goldastum*, T. 1. *Monarch.* pag. 363; & *Franciscus de Zabarellis*, in libello de *Schismate sui temporis*, inter *Innocentium VII.* & *Benedictum*, Quæst. 2: *Quis habebit congregare Concilium?* apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.* pag. m. 236. *Sixti III*, in Epist. ad Orientales, c. 1, apud *Gratianum*, 2 Quæst. V, c. 10; Conf. *Antonius de Rosellis* l. c. *Pelagii II*, Epist. 1. ad *Concilium Constantinopolitanum*, apud *Gratianum*, Dist. XVII, c. 5, *Multis denuò &c.* Conf. *Antonius de Rosellis* l.c. & *Angelus Maria Cherubini*, *Bullar. Magn.* T. 1, pag. m. 23. *Nicolai I*, in Epist. ad *Michaëlem* Imp. apud *Gratianum*, Dist. 96, c. 4. *Ubinam &c.* *Leonis IX*, in Constitutione An. 1053; apud *Cherubinum* l. c. p. 49; *Gregorii VII*, in *Dictatibus*, an. 1076, in Synodo Romæ promulgatis, nominatim, dictat. 16. *Nulla Synodus, absque præcepto Ejus* (Papæ) *debet Generalis vocari &c.* Vid. lib. 2. Ejus Epistolarum, Epist. 55, & *Baronius* T. XI, ad An. 1076, p. m. 475; *Alexandri III*, teste responsione *Friderici I.* Imp. Legatis, an. 1159, data, apud *Baronium* l. c. Tom. XII, an. 1159, §. 72, lit. D, pag. 430, verb: *Longe* (Cæsar) *à consuetudine Prædecessorum suorum recessisse videtur, & dignitatis suæ terminum excessisse, dum, sine conscientia Romani Pontificis, Concilium convocavit &c.* *Bonifacii VIII*, in scripto, quo à Gallis sibi objectum hæreseos crimen diluere laboravit, An. 1303, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, in Mantiss. pag. 314; ubi: *Num quid ergo, si supra prædictis, contra Nos, petatur à Nobis, sine Quo congregari non potest Concilium Generale &c.* *Gregorii XII*, qui *Aquilejense* Concilium celebrans, ait: *Concilium Generale convocare, esse solius Pontificis, sine cujus auctoritate factum, non Concilium, sed Conciliabulum, dicendum;* Vid. Acta ejus, Tom. 3. Concilior. *Eugenii IV*, Qui sess. XVI. Concilii Basiliensis, in secunda Bulla revocata: *Nulla rata est, nec unquam erit, Synodus Generalis, quæ Summi Pontificis non fuerit auctoritate suffulta &c.* *Leonis X*, in Bulla, Sess. XI. Concilii Lateranensis, adversus Concilia *Constantiense* & *Basiliense*, vulgata, Verb: *Cum præsertim solum Romanum Pontificem, tanquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum, plenum jus & potestatem habere, nedum ex Sacræ Scripturæ testimonio, dictis Sanctorum Patrum, & aliorum Romanorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum, sacrorumque Canonum Decretis; sed ex propria etiam eorundem Conciliorum confessione &c.* Quam impertinentem Bullam Dn. *Ludovicus Ellies Du Pin*, Parisiensis Doctor, Diss. VI. de *Disciplina Ecclesiastica*, §. fin. pag. m. 430, in Concilio neque discussam, neque examinatam, sed à solo Papa confectam, Bullæque *de Abrogatione Pragmaticæ Concilii Basiliensis* insertam, esse, proinde nullius ponderis censendam, rectè monet; aliorumque multorum.

Resp. (1) Non quæri, quæ Jura Romani Præsules sibi adscribant? sed, quæ jure sibi vindicare possint? (2) tot Concilia, citra consensum, multo minus præceptum, Romani Pontificis indicta, testimoniis hisce domesticis penitus reluctari; (3) Epistolam *Marcelli* ad *Maxentium*, sublestæ esse fidei, vel ipso teste *Baronio* T. 3. ad An. 308, §. 24, pag. m. 32, æqui ac *Julii* Rescriptum ad Orientales, ceu *Blondellus* in *Pseudo Isidoro*, pag. 403, probaverit; Conf. B. *Ziegler* de *Episcopis* lib. 3, Cap.

18, §. 33, pag. 692; non minus *Sixti III* Epistolam; judice *Baronio* T. V. ad an. 433, §. 36, pag. 642. (4) *Pelagii*, reliquorumque Paparum assertionem nemini injuriam facere posse, multo minus, in Magistratus Politici, à Deo constituti, præjudicium allegari.

Undecimo: Auctoritatem Virorum aliorum magni nominis, v. g. *Gratiani*, in Rubr. Dist. XVII: *Auctoritas vero congregandorum Conciliorum penes Apostolicam Sedem est &c.* *Thomæ de Aquino* 22. Quæst. 1. Act. 10, dicentis *Editio symboli facta est in Synodo Generali*; *sed hujusmodi Synodus auctoritate solius Pontificis potest congregari; ut habetur in Decretis, Dist. XVII &c.* Sexcentorum Scholasticorum aliorum; nec non *Bellarmini*, *Baronii*, totiusque Jesuitarum turbæ.

Resp. (1) *Gratianum*, exemplis Pontificum quorundam deceptum, alios iterum incaute decepisse; (2) auctoritatibus auctoritates opponi posse; ceu supra factum.

(53.) (III.) *Conciliis præsidere; Synodos alloqui; In proponenda Capita consentire: Libellos supplices suscipere: tumultus cohibere: ut omnia decenter fiant, curare &c.*

Apprime hanc in rem *Nicolaus Cusanus* de *Concordantia Catholica*, lib. 3, Cap. 12, apud *Schardium* de *Jurisdict. Imper.* pag. m. 366: *In Synodicis congregationibus, Officium Regis est: concurrere, exhortari, confirmare, & Ecclesiasticis Constitutionibus, quæ vel ad fidem, vel divinum cultum spectant, obedire & exequi; in publicum vero Statum concernentibus, simul statuere debet --- quoniam præsidere debet Rex in illo Concilio, ubi ea discutiuntur, quæ ad regimen Reipublicæ spectant &c.* & Cap. 14, p. 368: *Etiam ad hoc operam dare debent Imperatores, & omnes Reges, sub suo Regno Synodicas conventiones habentes, ut tumultus omnis vitetur, & expellantur expellendi &c.* & Cap. 16, pag. 370: *Reperio ex omnium* (Conciliorum) *gestis, tam in Chalcedona, Constantinopoli, Nicea & Epheso, quod aut Ipse Imperator per se interfuit, aut, ex Ejus jussione, Ejus locum tenentes Sacri Senatus & Judices, pauci tamen semper ex maximis, & principalibus, & intelligentibus Principibus, & non plures viginti, unquam interfuisse, imo raro quindecim comperio. Imperatore vero in persona existente, reperio Eum semper præsedisse. In Sexta enim Synodo, tertius Constantinus præsedit, in medio cum decem de Majoribus Patriciis, &, ad lævam Ejus, Vicarii Senioris Romæ, & Hierosolymorum; ad dextram vero Patriarchæ alii, primo Constantinopolitanus, deinde Alexandrinus, post Antiochenus, & conjungebantur in quolibet Scamno Episcopi illarum Sedium. In Octava Synodo præsidebat Basilius, & ad dextram, & secundum ordinem Vicarii Apostolicæ Sedis, & alii Patriarchæ. Verum in Chalcedona, quia Marcianus Imper. in principio non interfuit, Senatus & Judices erant in medio, sicut de Tertio Constantino dictum est. Et Ipse Marcianus, ad Synodum post hoc veniens, præsidebat, cum paucis de Senatu; sibi adjunctis lateraliter Vicariis Apostolicæ Sedis, & Patriarchis, ut in Sexta Synodo sedentibus &c.* Cap. 19 & 20, requiri quoque docet: Principem alloqui Concilium; vel, ut Commissarii Ejus id faciant, curare, exemplo *Bahanami* Patricii, qui Act. VII Concilii Octavi, loco *Basilii* Imp. Domini sui, hoc munere functus. Cap. 21, pag. 373, annectit: *Debet etiam Imperator præmonitiones, pro tractandis negotiis, Concilio aperire, &, si quæ sibi statuenda videntur, quæ ad Synodum spectant, indicare, & instare, ut statuantur &c.* & Cap. 22, pag. 374; *Scire debet Imperialis Celsitudo, quod statuta & definita per sacra Concilia, omnimodo curare debet, ut serventur, etiam per Leges, pœnas non servantibus infligendas &c.* Jungantur *Demetrii Chomateni*, Archi-Episcopi Bulgariæ, ad *Constantinum Cabasilam* verba Græca, quæ *Joachimus Johannes Maderus*, in Diss. *de Conciliis*, in fine reddidit Latine: *Imperator, ut communis in Ecclesiis Sapientum Princeps, & re & nomine Synodorum placitis præsidet, & auctoritatem ipsis largitur. Ecclesiasticas Ordinationes disponit, & legem ponit vitæ atque officio eorum, qui Altari inserviunt: quin & Judiciis Episcoporum; & electioni Ecclesiarum vacantium. Promovet insuper à minori dignitate ad majorem, puta, ab Episcopali, ad Metropolitanam; honorem eum exhibens aut Urbi, aut Homini. In summa, excepta duntaxat ipsa Sacrorum functione, cætera omnia Jura Pontificalia manifeste exprimit Imperator, quibus in rebus agit convenienter & Legibus & Canonibus &c.* Qui toti Reipublicæ præest, cur non Concilio præsideat? De Veteris Ecclesiæ consuetudine evolvantur Libri Regum & Paraleipomena, ubi *Josaphatum*, *Joam*, *Ezechiam*, *Josiam*, aliosque Israëlitici Populi Principes, Ecclesiastica negotia, *quoad Externa*, omnino direxisse offendimus, *Internis*, (quo Sacrificandi munus, thuribuli gestandi, adolendi thuris, portandæ arcæ, intrandi in Sanctum Sanctorum, benedicendi Populo &c. referendum) Pontificibus relictis. Notatuq; dignum, stricte hæc fuisse observata, adeo, ut & Principes, *Sacerdotalia* invadentes, à Deo punitos legamus, vel *Usia* teste, II *Paral.* XXVI, v. 16 ad 21. Vid. *Wilhelmus Barclajus*, de *Potestate Papæ*, c. 37, apud *Goldastum*, T. III *Monarch.* pag. 682 &c. *Johannes Barclajus*,

in Vindiciis Paternis, Cap. 37, ibid. p. 1116 &c. *Rogerus Widringtonus*, in *Apologia pro Jure Principum*, §. 353 &c. ibid. pag. 746 &c. si statum Ecclesiæ Novi Fœderis intueamur, ecce:

(54.) CONSTANTINUS MAGNUS Imperator, præsedit, *quoad externa*, Synodo *Nicanæ* An. 325; & *Hosius* Cordubensis, una cum *Eustathio* Antiocheno, *quoad Interna*. Illud probat Author Vitæ Ejus, lib. 3, Cap. 10, Edit. Valesf. p. m. 488: *Cumque, signo dato, quo Imperatoris introitus nunciabatur, omnes assurrexissent, tandem Ipse medius incedens advenit, velut quidam Cœlestis Dei Angelus, purpureæ quidem Vestis fulgore oculos omnium perstringens & flammeis quibusdam radiis collucens. ---- postquam Imperator ad caput subselliorum venit, primum medius stetit; positaque ante Eum humili sella ex auro fabrefacta, non prius assedit, quam Episcopi Ei innuissent. Idem omnes post Imperatorem fecere &c.* Conf. *Theodoretus*, lib. I. c. 7; p. m. 15 *Cassiodorus*, lib. 2, *Histor. Tripart.* c. 5. pag. m. 29; *Nicephorus Callistus*, lib. VIII, Cap. 16, pag. 380. Quomodo Patres ad *Concordiam* exhortatus sit; testantur idem Auctor Ejus vitæ, l. c. Cap. 12, p. m. 489; *Socrates*, lib. I, c. 8, p. m. 21; *Sozomenus*, lib. I, c. 19, p. m. 433; *Cassiodorus* l. c. *Nicephorus* l. c. Eundem altercantium invicem libellos supplices admisisse, & flammis tradidisse, prævia de pace servanda oratione, discimus ex *Socrate* l. c. *Sozomeno* l. c. Cap. 17, pag. 430; *Cassiodoro*, lib. 2. c. 2. pag. 28; *Nicephoro* l. c. Audita utraque parte, cum *Ario* sententes damnatos relegavit. Vid. *Sozomenus* l. c. Cap. 20, pag. 434. Quæ omnia Præsidem vivis coloribus depingunt. Nec desunt testes, omni exceptione majores, veluti: *Valentinianus*, *Theodosius* & *Arcadius* Imperatores, apud *Gratianum*, C. XI; Qu. I. c. 5, *Continua lege*, ibi: *Constantinus Imperator, præsidens in Sancta Synodo, quæ apud Nicæam congregata erat &c.* Add. Cauf. XII, Quæst I. c. 15, *Futuram Ecclesiam &c. Franciscus de Zabarellis*, de *Schismate sui temporis*, Quæst. 2: *Quis habebit congregare Concilium* apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.* pag. 236 &c. *Nicolaus Cusanus*, adductis modo verbis; *Johannes Launojus*, Part. 8, Epist. I, ad *Raymundum Formentinum*, Theologum Parisiensem, & Aurelianensis Ecclesiæ Canonicum. Dicta de *Hosio*, nituntur auctoritate *S. Athanasii*, Tom. I Operum, *Apolog.* I p. m. 703; & in Epistola ad *solitariam vitam agentes* l. c. pag. 837; conf. *Theodoretus*, lib. 2. c. 15, p. m. 66; de socio ejus, *Eustathio* Antiocheno, legas Epistolam 3 *Felicis III*, P. R. ad *Zenonem* Imp. Tom. 2 Concilior. & apud *Baronium* T. VI Annal. ad An. 483, pag. m. 391, verb. *Eustathiique Confessoris ac Præsidentis trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa convenerunt &c.* Notandum insuper ex *Theodoreto*, lib. I. c. 7. p. 16, *Eustathium*, non solum Cæsarem fuisse allocutum, sed &, de convocata Synodo, Ei egisse gratias, quod *Præsidis* esse solet.

Ejusdem nomine, *præsedisse* Comites *Dionysium* & *Archelaum*, Synodo *Tyriensi*, An. 335, ex *Ruffino*, lib. I, Cap. 16 & 17, constat; Conf. *Theodoretus*, lib. I, Cap. 29, ubi Epistola Cæsaris ad Synodum, p. m. 44 &c. in qua inter alia: *Misi etiam Dionysium, Virum Consularem, qui eos, quos ad Concilium oportet Vobis una accedere, admoneat: & tum quæ gerantur, tum maxime, ut omnia ordine & ratione fiant, accurate videat &c.*

(55.) THEODOSIUM MAGNUM primum maximumque pondus in Concilio Oecumenico *Constantinopolitano* An. 381, *quoad Externa*, habuisse, certissimum est. *Theodoretus*, lib. 5, c. 7. pag. m. 147, memor *Arianæ* Factionis Antesignanorum, ait: *Ob hanc causam solum Theodosius Episcopos Constantinopoli in unum convenire mandaverat, qui cum omnes, ad centum quinquaginta numero, eò advenissent, vetuit: Ne quisquam Ei indicaret, Quis magnus esset ille Meletius?* (Antiochenus) *volebat enim ex Visione, quæ Ei in somnio apparuisset, Illum agnoscere. Ubi autem in Palatium ingressus est totus Episcoporum cœtus, ad Magnum Meletium, cæteris omnibus relictis, accurrit, &, veluti filius Patris amantissimus, diu admodum paterno aspectu frui cupit, eum complecti, oculos, labra, pectus, caput & dextram, quæ coronam Ei imposuerat, osculari cœpit: quin etiam visionem, quæ se ei obtulerat, exponere. Postremò cæteros omnes humanitus excipere, &, ut de rebus propositis Consilium ineant, tanquam Patres, benignè orare &c.* Conf. *Cassiodorus*, lib. IX. *Historiæ Tripartitæ*, Cap. XII, p. m. 144. Non minus Eum fuisse solicitum, ut dignus Præsul Constantinopolitanus tunc eligeretur, docet *Sozomenus*, lib. 7, c. 7. pag. m. 712: *Cum Imperator & Episcopi, tanquam de re maximi momenti, consultantes, admodum anxii solicitique essent, & Imperator ipse cohortaretur, ut diligens inquisitio fieret Optimi atque integerrimi Viri, cui amplissimæ ac Regiæ Civitatis Sacerdotium committeretur, Synodi tamen Episcoporum nequaquam idem studium fuit &c.* Conf. *Nicephorus*, lib. XII, c. 12, pag. 719. Ejus quoque auctoritate *Nectarium* fuisse electum; ex *Sozomeno* l. c. Cap. 8, pag. 418, aliisque, præced. Lib. I, Tit. XV, §. 19, lit. b, pag. 1329, hoc nomine producctis, videndum est. *Quoad, Interna*, seu *Doctrinalia*, Præsides egisse *Timotheum* Alexandrinum, *Meletium* Antiochenum, & *Cyrillum* Hierosolymitanum

tanum &c. *Sozomenus* lib. 7, c. 7, pag. 711, commemorat; add. *Nicephorus* lib. 12, c. 10, p. 716; Conf. *Socrates*, lib. 5, c. 8, pag. 264; *Theodoretus*, lib. 5, c. 7 & 8, pag. 347 & 148; *Cassiodorus* l. c. Alto minimum ubique de *Damaso* Romano, Ejusve Legatis, silentio.

(56) In *Aquilejensi*, eodem anno celebrato, præsedisse SIAGRIUM & EUCHERIUM, Viros Consulares, *quoad Externa*; & *Valerianum* Aquilejensem, atque *Ambrosium* Mediolanensem, *quoad doctrinalia*, ostendunt Acta, Tom. I. *Concilior. Petri Crabbe*, p. m. 331, sic inchoata: *Siagrio & Eucherio, Viris Clarissimis Consularibus, Nonis Septembris Aquilejæ in Ecclesia considentibus, cum Episcopis, Aquilejensium Civitatis, Valeriano, Ambrosio, Eusebio, Limenio &c. --- Ambrosius Episcopus dixit &c.* cujus in sequentibus frequentatissima mentio.

(57) *Ephesinum* Oecumenicum An. 431, *quoad Externa* direxisse, nomine THEODOSII Imp. *Candidianum* Comitem, & *quoad Interna*, *Cyrillum* Alexandrinum, constat partim ex Epistola tertia *Theodosii* & *Valentiniani* Imperatorum ad Synodum, Tom. IV. Operum *Cyrilli*, p. m. 279, ubi: *Priusquam è Nostro Palatio, una cum Præclarissimo Comite Candidiano, missus fuerit, qui, quæ gesta sunt, secundum Nostrum jussionem cognoscat, &, quæ sunt inconvenientia, prohibeat &c.* partim ex Epist. 47 *Leonis I*, P. R. ad Oecumenicam Synodum *Chalcedonensem*, apud *Baronium* T. VI, Annal. ad An. 451, pag. 133, & Tom. I. *Concilior.* pag. m. 360, ibi: *Prioris autem Ephesinæ Synodi*, cui b. m. *Cyrillus Episcopus tunc præsedit, in Nestorium specialiter statuta permaneant &c.* Conf. *Valentiniani* & *Marciani* Augustorum Epist. ad *Palladium* de *Apollinaristis*, l. 8. C. de *Hæreticis*; nec non *Evagrius*, lib. 2, cap. ult. pag. m. 541; & Epistola Synodalis ad *Theodosium* & *Valentinianum* Augustos, quæ, inter Synodales Tomo IV. Operum *Cyrilli* comprehensas, *quinta* est, pag. m. 282, verb: *Præter Canones, contra S. Synodum, & Caput Congregatorum Episcoporum, Cyrillum, dicimus &c.* nec non Relatio actorum in Synodo ad dictos Cæsares, apud *Cyrillum* l. c. Epist. 10, pag. 291. Quamvis nec negandum sit, *Cyrillum*, ante adventum Legatorum Romanorum, *Cœlestini* simul P. R. vices sustinuisse, teste Relatione ad Augustos, apud *Cyrillum* l. c. Epist. Synod. 5, pag. 287, & *Baronium* T. V, ad An. 431, pag. 582, verb: *Priusquam Sanctissima Synodus congregaretur, Sanctissimus Cœlestinus, Magnæ Romæ Episcopus, literis suis significavit, injungens sanctissimo ac dilectissimo Cyrillo, Magnæ Civitatis Alexandriæ Episcopo, ut vices suas in hac causa subiret &c.* Quo etiam pertinent quæ *Evagrius*, lib. I, c. 4. p. m. 492, & *Marcellinus* Comes in Chronico, Indict. XIII, *Theodosio XIII & Valentiniano III.* Coss. Edit. Scalig. p. m. 39, & *Nicephorus* lib. 14, c. 34, p. 906, proferunt; Rectè hinc mentio amborum fit in Actis *Chalcedonensis* Oecumenici Concilii, An. 451, apud *Baronium* T. VI, ad h. a. pag. 152: *Nos, Ejus Synodi, quæ quondam in Epheso facta, cujus Præsides fuerunt beatissimæ memoriæ Cœlestinus Romanorum, ET Cyrillus Alexandrinorum, Antistites &c.* Jung. *Marciani* Edicta, de *Prohibitis Disputationibus de Fide &c.* & *de nemine ad fidem cogendo*, apud *Goldastum* T. 3. *Constit. Imper.* pag. 603 & 604, inprimis subscriptio Actorum, Act. I, Tom. I. *Conciliorum*, pag. m. 444, ibi: *Cyrillus, Episcopus Alexandriæ, subscripsi. Archadius, Episcopus Sedis Apostolicæ, subscripsi. Juvenalis, Episcopus Hierosolymæ, subscripsi. Projectus Episcopus, Legatus Sedis Apostolicæ, subscripsi. Philippus, Presbyter Sedis Apostolicæ atque Legatus, subscripsi &c.* Ecce, Legati Romani Præsulis, vicariatum suum claris verbis innuunt.

Ephesinæ II de An. 449, *quoad Externa*, nomine laudati THEODOSII Imperatoris, præfuisse legitur *Elpidius* Comes, & *Eulogius* Tribunus; teste Commonitorio ad dictum Comitem, Act. I Concilii Chalcedonensis, Tom. I Conciliorum, f. m. 404: *Ideo igitur tam Tuam Claritatem, quam Eulogium, Virum Spectabilem, Tribunum & Notarium, ad ministerium elegimus fidei, sicut probatos, tam in aliis rebus rectissimos, quam circa Dei cultum opinatissimos, & valentes Nostris diligenter jussionibus ministrare, de his, quæ in Epheso à S. Synodo fuerint constituta, & nullum fieri tumultum permittere; sed &, si quem videritis conturbationibus & tumultui studentem, ad læsionem Sanctæ fidei, hunc custodiæ mancipare, & ad Nostram perferre notitiam, & causam quidem ordine provenire: interesse autem judicio, & operam dare, celerem & circumspectam probationem à S. Synodo fieri &c.* Et *quoad Interna*, seu *Doctrinalia*, Præsul Alexandrinus, *Dioscorus*; Hierosolymorum, *Juvenalis*; *Thalassius*, Cæsareæ Cappadociæ &c. Vid. Literæ *Theodosii* ad *Dioscorum*, T. I, Concilior. Act. I, Concilii Chalcedonensis, f. m. 405, & apud *Baronium* Tom. VI ad An. 449, pag. 77; *Leonis* P R. Epist. 44, ad *Anatholium*, Byzantinum, Tom. I *Concilior.* pag. 360; & Epist. 49, (al. 51) ad *Pulcheriam* Augustam, l. c. fol. 361; *Evagrius* lib. 2, Cap. ult. pag. 528 & 530; *Justinianus* Imp. Constit. An. 553, apud *Goldastum* T. 3 *Constit. Imper.* §. 5, pag. 629; de aliis ut taceam.

(58) *Chal-*

(58.) *Chalcedonensem* Oecumenicam An. 451, *quoad Externa*, moderatus est MARCIANUS Imp. Eoque absente, Ejus Commissarii. Testis *Evagrius* lib. 2 *Hist. Eccles.* c. ult. pag. 539: *Principes jubent Decreta de Fide, plana fieri &c.* paulo post: *Principes Epistolam Leonis in decisione inseri voluerunt &c.* & pag. 540: *Principes, ea, inquiunt, quæ sunt. Decreta à Patribus, quæque omnibus probata, ad divinam Imperatoris Celsitudinem referentur &c.* & mox; *In Sexto vero Conventu* (hujus Concilii) *aderat Martianus Imp. deque Concordia, ad Episcopos Orationem habuit, atque, Ejus jussu, decisio fidei, per Aëtium, Archidiaconum Constantinopolitanum lecta fuit, cui subscripsere ad unum omnes; sciscitatusque est Imperator: Illane decisio facta esset, de omnium sententia? Quod, ita esse, omnes secundis acclamationibus confirmarunt. Rursus, Imperator binas habuit apud eos Conciones, quas omnes vehementer collaudabant; atque, Imperatoris hortatu, Canones sanciti sunt, jusque Metropolitanum Chalcedoni tributum; à quo etiam mandatum, ut Episcopi ad triduum, aut quatriduum, manerent, &, quo unicuique visum esset, illud coram Principibus quisque proponeret ad exquirendum, &, ut, quæ essent consentanea, constituerent &c.* Ipse Cæsar, in Oratione ad Synodum, Tom. 1 Concil. f. m. 402, & apud *Baronium* T. VI, ad An. 451, pag. 143, lit. E, & pag. 153, lit. E: *Audeat nemo, de Nativitate Domini & Salvatoris Nostri Jesu Christi, aliud disputare, præter quod Apostolicum proœmium 318 Sanctorum Patrum consonans huic doctrinæ, tradidisse noscitur &c.* & paulo post: *Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem, exemplo Imperatoris Constantini, adesse Synodo excogitavimus, ne imposterum multitudo Populi, institutionibus pravis attracta, inveniatur dissentiens &c.* Conf. *Gratianus*, Dist. 96, c. 2, *Nos ad fidem &c.* Quoad *Interna*, seu *Doctrinalia*, Pontificis Romani, *Leonis*, Legationem, utpote cujus singularis eruditio, in Epistola X, adversus *Eutychetem*, ad *Flavianum* Constantinopolitanum, de *Salvatoris incarnatione* (T. 1 Concilior. f. 347 occurrens,) conspicua, toti Christiano Orbi innotuerat, præsedisse, palam est. Vid Epistola 45 *Leonis*, ad Synodum, T. 1 Conlior. fol. 360, b: *In his Fratribus Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio & Basilio Presbyteris, qui ab Apostolica Sede directi sunt, Me Synodo Vestra Fraternitas existimet præsidere, nec sejunctam à Vobis præsentiam meam confidat &c.* Et Epist. 47 ad *Marcianum* Imp. l. c. fol. 361: *Prædictum Fratrem* (Paschasinum) *& Co-Episcopum meum, Vice mea, Synodo convenit præsidere &c.* & Epist. 51 ad *Anatholium* Constantinopolitanum l. c. fol. 363; *Fratres nostri, ab Apostolica sede directi, qui, vice mea, Synodo præsidebant, probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstiterunt &c.*

(59.) *Constantinopolitani* Oecumenici Quinti, An. 553, Director, *quoad Externa*, fuisse noscitur JUSTINIANUS Imperator; *quoad Interna* vero, *Mennas* Constantinopolitanus, Ejusque successor, *Eutychius.* Facit hanc in rem *Mennæ* Oratio ad Synodum Act. IV: *Putamus Charitatem Vestram non ignorare Voluntatem & Zelum Pii Imperatoris Nostri, quem habet ad Orthodoxam fidem nostram, & nihil eorum, quæ in Sanctissima Ecclesia moventur, convenit fieri, præter opinionem & jussum Ipsius. Rogamus itaque Vestram Charitatem in præsentiarum quiescere, ut Nos tempus accipiamus adducere ad pias suas aures, ea, quæ à Nobis exclamata fuerunt. Nos enim, sicut scit Vestra Charitas, Apostolicam sedem sequimur &c.* vid. T. 2. Concil. fol. 44, b. add. Protestantium *Apologia* contra Concilium Tridentinum, apud *Hortlederum* T. 2 *von Ursachen des Teutschen Kriegs*, lib. 1. c. 47, §. 229, p. 746. de *Menna* testatur Sess. 1, Tom. 2 Concilior. f. 12: *Post Consulatum Clarissimi Flavii Belisarii, 1 Non. Jun. Indict. XIV, in Deo amata & Regia Urbe Constantinopoli, Præsidente autem Sanctissimo & Beatissimo Domino nostro, Oecumenico Archi-Episcopo & Patriarcha, Menna &c.* Idem dicitur, Act. 2, fol. 40; Act. 3, fol. 41, Act. 4, f. 43 &c. *Eutychii* mentio fit ibid. Act. 5, fol. 46, b.

(60.) *Constantinopolitano* Oecumenico VI, An. 680, *quoad externa*, præsedisse CONSTANTINUM POGONATUM Imperatorem, testantur singulis Actionibus præmissa verba: *Præsidente eodem Piissimo, & Christo Dilecto, Magno Imperatore Constantino, in Secretario Sacri Palatii, quod cognominatur Trullus, &, ex jussione Ejus à Deo instructæ Serenitatis, præsentibus & audientibus Niceta, Glorioso Ex-Consule Patricio & Magistro Imperialium officiorum; Theodoro, Glorioso Ex-Consule Patricio &c. Conveniente quoque Sancta & Universali Synodo, quæ, secundum Imperialem Sanctionem, congregata est &c.* Vid. T. 2. Concil. fol. 4 &c. Add. finis Act. I. *Constantinus, Piissimus Imperator, dixit: Sufficienter Nobis lectio in præsenti die facta est &c.* & Act. 2. *Constantinus, Piissimus Imp. dixit: Proferantur & Acta prædictæ*

Sanctæ Quartæ Chalcedonensis Synodi, & coram Nostro relegantur auditu &c. & postea, cum *Macarius* Patriarcha mentem suam, *de Operatione Dei*, exponeret, *Constantinus, Piissimus Imperator, dixit: Et quomodo intelligis Dei virilem operationem?* Similia in reliquis Actionibus passim occurrunt, ad XI. usque, hac Cæsaris Oratione clausam: *Quia verò in Christo amabilis Nostræ Reipublicæ causis occupamur, jubemus Constantinum & Anastasium, Gloriosissimos Patricios; Polyeuctum quoque & Petrum, Gloriosos Ex-Consules, ex Persona Nostræ Pietatis, cum Sancto & Universali Vestro Concilio, in reliquis Conventibus inveniri, postquam præsentis causæ plurima & præcipua Capitula coram Nostra Pietate jam peracta sunt &c.* Vid. l. c. fol. 55. Ipse *Leo II*, P. R. Epist. I. ad Cæsarem, Tom. 2. Concil. ait: *Sancta & Universalis & magna Sexta Synodus, quam, nutu Dei, Vestra Clementia & sedulo convocavit, & cui, pro Dei Ministerio, præfuit, Apostolicam in omnibus regulam, & probabilium Patrum doctrinam, secuta est &c.* Præ cæteris, *Doctrinalia* direxisse *Georgium* Constantinopolitanum, sanior sententia est. Vid. *Divalis Sacra* laudati Cæsaris ad dictum Præsulem, T. 2. Concil. f. 4. subscripsere quidem *Agathonis* P. R. Legati primo loco, teste Act. XVIII. hujus Concilii l. c. f. 76, nondum autem inde *Directorium* eruendum; cum Director debeat esse Vir doctus, & in sacris literis versatissimus, queis requisitis dicti Legati destituebantur, teste ipso *Agathone*, in literis ad *Constantinum, Heraclium & Tiberium*, Imperatores, Act. IV. lectis, T. 2. Concil. f. 8. & apud *Baronium*, Tom. VIII, ad An. 680, p. m. 589, §. VIII: *His itaque, Mansuetissimi rerum Domini! divalibus apicibus animatus, &, ad spem consolationis, de profundis angoribus elevatus, sum meliori refectus confidentia paulatim, & his, quæ per mansuetissimæ Fortitudinis Vestræ Sacram, dudum præcepta sunt, efficaciter promptam obsequentiam exhibere, ut personas, quales, secundum temporis hujus defectum, ac servilis Provinciæ qualitatem, poterant inveniri, pro obedientiæ satisfactione, inquirerem &c.* & paucis interjectis: *Ideoque, Christianissimi Domini Filii! secundum piissimam jussionem à Deo protegendæ Mansuetudinis Vestræ, pro obedientia, quam debuimus, non pro confidentia eorum scientiæ, quos dirigimus, præsentes consamulos* (NB. *Baronius* l. c. §. IX, auctoritate Cardinalitia legit saltem: *Famulos nostros*, ut Pontificem à *Famulatu eximat.*) *Nostros, Abundantium, Joannem, & Joannem, Reverendissimos Fratres Nostros Episcopos ---- cum scripturarum cordis Devotione, curavimus demandare. Nam apud Homines in medio Gentium positos, & de labore corporis quotidianum victum, cum summa hæsitatione conquirentes, quomodo ad plenum poterit inveniri scripturarum scientia? &c.* & inferius: *Non enim Nobis eorum scientia confidentiam dedit, ut ad pia Vestra Vestigia eos auderemus dirigere; sed hoc Imperialis Vestra Benignitas clementer jubens hortata est, & Nostra pusillitas, quod jussum est, obsequenter implevit &c.*

(61.) *Nicæni II*, An. 787, vulgo, Septimi Oecumenici, *Externa* direxere CONSTANTINI PORPHYROGENITI Imperatoris, Ejusque Matris, IRENE, Legati: *Petronius*, Pro-Consul & Patricius, *Theophylactus* Comes & *Johannes* Regius Ostiarius &c. teste Act. 1, ubi simul literæ Imperiales ad Synodum, inter alia hæc continentes: *Sacratissimam non dubitavimus summis laboribus congregare Synodum. Damus quoque unicuique libertatem, ut, sine omni formidine, ea eloquatur, quæ secum animo deliberavit, quo veritas magis magisque elucescat, intrepida voce audiatur &c.* *Interna* vero *Tharasius* Constantinopolitanus, teste Oratione Siciliæ Episcoporum, eadem Actione habita: *Dignum arbitramur ante omnia, & conveniens huic Sanctæ & Oecumenicæ Synodo, Sanctissimum Summumque Pastorem & Rectorem Præsidem Imperatricis Urbis Constantinopoleos Romæ, ad initium, quæ deinceps tractabantur, Capitum, præfari, & veluti januam aperire, &, quæ hoc loco deceant, prius explicare &c.* Quem etiam, annuente Synodo, dicere orsum, totamque Synodum direxisse, Acta testantur.

(62.) Quanta fuerit CAROLI MAGNI auctoritas in Concilio *Francofurtensi*, An. 794, docet Exordium ejus actorum, apud *Goldastum*, in Imperialibus Decretis de *Cultu Imaginum*, pag. m. 63: *In Nomine Domini Nostri Jesu Christi, qui dixit: Ubi sunt duo, vel tres, congregati in nomine Meo, ibi sum Ego in medio eorum; Congregatis nobis in unum Charitatis Conventum, præcipiente & Præsidente Piissimo & Gloriosissimo Domino nostro, Carolo Rege &c.* & Acta passim. *Quoad Doctrinalia*, Pontificis Romani, *Hadriani*, Legati, *Theophylactus* & *Stephanus*, primi erant. Vid. *Adelmus*, Annal. Franc. ad An. 794, apud *Freherum*, pag. 400 &c. & *Goldastum*, l. c. pag. 83. *Strabo*, Fuldensis in Annalibus an. eod. sexcenti alii.

(63.) *Constantinopolitano*, Oecumenico VIII, An. 869, præfuere *quoad Externa*, BASILIUS Imperator, testibus Ejus Orationibus ad Synodum, Variisque interlocutionibus, æque ac iis, quæ Ejus

Ejus nomine, *Babanes* Patricius, ibi peregisse in Actis legitur; & *quoad Interna* Legatio *Hadriani II* P. R. sic in principio Act. I: *Hic primo Synodus exegit à Legatis Romanæ Sedis literas, quibus notam facerent potestatem suam, ut præsiderent in Synodo &c.* & in Appendice Act. IV: *Vicarii Senioris Romæ, qui in Concilio præsidebant &c.*

(64.) De ARNOLPHO inquit *Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*, apud *Goldastum* T. I. *Monarch.* pag. 669: *Arnolphus & Ipse Gente Carlingus, Avos incensu & stemmate Generositatis suæ, Ludovicos, Carolos, Guntrannos, Childebertos, & Clodovæos computans, Synodis duabus Moguntina & Triburiensi, suo Imperio coactis, Jure cœlitus indulto, præfuit & interfuit &c.* Add. *Adamus Bremensis* lib. I *Hist. Eccles.* C. 41, pag. 34, ubi mentio quoque fit *Hattonis* Moguntini, scil. *quoad Interna*, ibi: *Collecta igitur apud Triburiam Synodo, Hottone Moguntino Præsidente, cassata sunt Apostolicæ Sedis Privilegia, & Gloriosorum Principum adnullata sunt Præcepta, consentientibus Decretis Formoso Papa, & Arnulfo Rege &c.*

(65.) Præsente OTTONE MAGNO celebratam Synodum *Ingelheimensem* An. 948, docet Actorum ejus præfatio apud *Goldastum*, T. 3 *Constit. Imper.* p. 305: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Anno ab Incarnatione Domini 948, Indict. VI, 7. Id. Januar. Anno Serenissimi Regis Ottonis XIII, Ipso quoque, cum Illustrissimo Rege Ludovico, in præsentia manente, Sancta ac Generalis Synodus apud Engilenhem, in Ecclesia S. Remigii Confessoris Christi, in Pago, Nagawe dicto, collecta est &c.* Conf. *Regino* ad h. a. pag. 77; *Otto Frising.* lib. VI. *Chronic.* Cap. 19, p. m. 127; *Gotfridus Viterbiensis*, part. 17. *Chronic.* pag. m. 475; *Baronius* T. X, ad h. a. §. 3. pag. 726. Ipsum Papam Synodum hanc procurasse, innuunt verba *Frodoardi*, ad h. a, p. m. 169: *Domnus Agapitus Papa Vicarium suum, Marinum Episcopum, mittit ad Othonem, propter evocandam & aggregandam Generalem Synodum &c.* Eundem præfuisse binis *Romæ*, An. 963, in qua *Johannes XII.* Sede pulsus, & *Leo VIII.* in ejus locum electus fuit; & An. 965, in qua *Benedictus* intrusus Pontificatu exutus, & *Leo VIII*, à rebellibus in exilium actus, in integrum noscitur restitutus, celebratis, ex actis earum judicandum, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 62 & 63; & Tit. 4, §. 3, lit. m, v. 9 & 10, pag. 316 &c. Add. præced. v. 37.

(66.) CONRADUM SALICUM idem jus exercuisse, documento sunt Synodi: *Francofurtensis*, An. 1027, de qua ita *Arnoldus* in vita S. *Godehardi* Hildesheimensis, Cap. IX, apud *Surium*, d. 4 *Maji*, p. m. 62, & Dn. de *Leibnitz*, T. I *Scriptor. Rer. Brunsuic.* pag. 493, ubi: *Eodem anno* (1027) *Aribo Moguntinus Franconovordi Concilium Synodi cordunavit, (Præsidente Imperatore) cum Episcopis XXIII.* Conf. Chronicon *Hildesiense*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 725, ad An. 1027.

Palithensis, An. 1029, cujus in modo dictis Annalibus *Hildesheimensibus*, l. c. ad h. a. mentio fit: *Generalis Synodus in Palithi, Præsidente Imperatore, cum Episcopis XI, in qua iterum Moguntinus Archi-Præsul Domnum Godehardum, super Gandesheim, inquietare cœpit &c.* Conf. *Arnoldus* l. c.

Triburiensis, An. 1035, si vel *Hermanno Contracto*, ad h. a. pag. 322, fidem habeamus, celebrata; Vid. *Lupoldus de Babenberg*, *de Zelo Veterum Principum Germaniæ*, Cap XI, apud, *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali* pag. 225: *Sub anno Domini 1036, Præsidente Imperatore Conrado II, habita est Synodus, seu Concilium Episcoporum, in Villa Triburii &c.*

(67.) De HENRICO III, idem testatur *Lambertus Aschaffenburgensis*, ad An. 1050, pag. m. 161, verbis præced. lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. D, pag. 104, una cum testibus aliis, occurrentibus.

(68.) FRIDERICI I, Zelum tuendi hujus, cognoscas ex dictis præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. D. ad An. 1160, p. 133, & Tit. 5, in Ejus vita, pag. 582, ad An. 1160.

SIGISMUNDUM non minus, adversus tot Romanorum Pontificum molimina, se Virum præstitisse, Conciliorum *Constantiensis* & *Basiliensis* Acta testantur ad nauseam. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in Ipsius vita, pag. 690 &c. Posteriori specialem adhuc Protectorem dedisse *Guilielmum*, Bavariæ Ducem, res nota est. Conf. *Magnum Chronicon Belgicum*, pag. m. 356. *Pro cujus Concilii* (Basiliensis) *defensione, dictus Imperator misit Wilhelmum, Ducem Bavariæ, in Protectorem &c.*

(69.) (IV.) *Decisa in Conciliis examinare, & Appellationes, inde factas, admittere.*

Principis cum intersit: *Subditos habere quietos*, Ejus quoque muneris est (1) cognoscere: *Quænam dogmata Clerus profiteatur? quidve in Conciliis definiatur?* præcavenda sic Reipublicæ ruina. Vid. *Arnisæus*, de *Jure Majest.* c. VI, §. 12; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiast.* lib. 3, Class. I, c. 4, §. 10, pag. m. 1082. *Deinde*, Ejusdem officii est, indagare: *Num Patres congregati pacificò se gesserint? an verò tumultuosè egerint?* sique illicita decreta,

decreta, aut injurias innocentibus illatas deprehendant, (3) Querelas oppressorum exaudire, & malo afferre remedia. Hoc fundamento avocabat,

CONSTANTINUS MAGNUS,

An. 335, *Tyriensis* Concilii Patres, qui *S. Athanasium* injustè damnaverant, ad reddendam rationem; teste ipso *Athanasio*, T. I. Operum, *Apologia II*, pag. m. 803, ubi Cæsar in literis ad Synodum: *Ego ignoro, quid sibi velint ista, quæ à Vestra Synodo, per tumultum & tempestatem, judicata sunt. Mihi sane videtur, nescio quo pacto, veritas per immodestiam opprimi, dum, per vestram contentionem, quam invictam cupitis, ea, quæ Deo placent, non consideratis. Sed erit Divinæ Providentiæ Officium, & explorare scelera istius contentiositatis, & explorata dissipare, vobisque clare ostendere, quantam in vestro congressu veritatis curam habueritis? &, an vestra judicia, citra gratiam & odium, calculum suum prompserint. Quocirca ea festinanter ad Meam Pietatem accurrite, ut rerum istarum excussam exactamque Fidem, coram Me, in præsentia ipsi præsentes doceatis &c.* & pag. 804: *Athanasii* memor. *Cum autem Ille se audiri postularet, & hoc recusarem, & propemodum Eum summoveri juberem, magna libertate nihil aliud postulavit, quam ut Vos huc evocari juberem, quo, Vobis præsentibus, quæ per vim passus esset, conqueri posset. Quod cum mihi æquum, & temporibus congruum videretur, scripto Vobis denunciatum volui, ut, quotquot Synodum Tyri absolvistis, sine omni tergiversatione, ad Prætorium Nostræ Clementiæ conveniatis, re ipsa quantum sinceritatis integritatisque sit in Vestris sententiis, coram Me ipso, sincere Famulo Dei, quod ne ipsi quidem abnegaveritis, declaraturi &c.* Conf. *Sozomenus*, Lib. 2 *Hist. Eccles.* Cap. 28, pag. 486 &c. verbis seq. v. 94 exhibendis; *Socrates*, Lib. I, *Hist. Eccles.* Cap. 34. Edit. Valef. pag. 69; *Cassiodorus*, lib. 3 *Histor. Tripart.* c. 7, pag. 44; *Nicephorus*, lib. VIII, *Hist. Eccles.* c. 50, pag. 442 & 443; *Petrus Crabbe*, T. I *Conciliorum*, pag. 159. Ex eodem fonte,

Sub CONSTANTIO & CONSTANTE,

Æquum judicarunt *Antiochenæ* Synodi Patres, An. 341, damnatos in Synodis minoribus, *Revidendæ causæ* in majoribus, Rescripta ab Imperatoribus efflagitare posse; quo Canon XII. dicti Concilii spectat: *Si quis à proprio Episcopo Presbyter, aut Diaconus, aut à Synodo fuerit Episcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus molestus extiterit, oporteat ad majus Episcoporum converti Concilium &c.* Quem, cum reliquis, in *Chalcedonensi* Synodo An. 451, in auctoritatem admissum, testatur *Du Pin*, de *disciplina Ecclesiastica*, Diss. 2, Cap. I, §. 2, pag. 102; & ipse *Baronius*, T. 3 *Annal.* ad An. 341, pag. 549. *Athanasii* profecto causa, jussu Imperatorum, An. 347, in *Sardicensi* Synodo revisa noscitur; teste Synodali Epistola ad *Julium*, P. R. apud *Baronium*, l. c. ad h. a. p. 595; Conf. *Du Pin* l. c. p. 103.

Laudatus *Constantius* Imp. consilio Ancyrani Præsulis, *Basilii*, in causa *Aëtii* Hæresiarchæ, Synodum An. 359 convocaturus, *primum quidem* (ut verbis *Sozomeni*, l. c. lib. 4, c. 16, p. m. 561, utar) *jussit, ut, ineunte æstate, Nicæam, convenirent Episcopi, exceptis his, qui corporis infirma valetudine essent, ita tamen, ut isti Presbyteros, aut Diaconos, suo loco, mitterent, quos vellent, qui ipsorum sententiam significarent, & de rebus ambiguis consulerent, simulque omnes inter se de omnibus consentirent. Deinde, ut Decem Legati ex Occidentis partibus, totidemque ex Orientalibus, quos Synodus communi sententia delegisset, ad Comitatum mitterentur, relaturi: quæ Decreta essent; quo & Ipse dispiceret: Utrum illi, juxta normam Sacrarum Scripturarum, inter se mutuo consensissent? & de his, quæ agenda essent, prout optimum factu sibi videretur, decerneretur &c.* Synodum vero non processisse, eo quod Bythynia terræ motibus vexaretur, sed Occidentales, ex mandato, convenisse *Arimini* Italiæ, & Orientales *Seleuciæ*, in Isauris, ex præced. v. 16 dictis constat. Memor harum Synodorum *Sozomenus* l. c. Cap. 17, p. 563. pergit: *Imperator, persuasum habens, nec Reipublicæ, propter sumptus; nec Episcopis ipsis, ob itineris longinquitatem, conducere, ut in eundem locum omnes convenirent,* (Nicæam scil.) *Synodum bifariam divisit, scriptisque literis ad Episcopos, qui tum Arimini & Seleuciæ erant congregati, jussit, ut primum quidem controversias de Fide componerent; ad extremum vero; de Episcoporum causis, qui se injuste depositos, aut in exilium missos esse, quererentur, cognoscerent; ex quorum numero Cyrillus erat, Hierosolymorum Episcopus; & de criminibus, quæ quibusdam Episcopis intendebantur, sententiam ferrent. Etenim alii alios accusabant; Ægyptii vero rapinas & contumelias objiciebant Georgio. Denique, ut, universis rebus dijudicatis, Decem ex utraq; Synodo, ad Comitatum venirent, nuntiaturi, quæ gesta essent? &c.* Synodum *Ariminensem* viginti Episcopos ad Imperatorem ablegasse, cum literis, de iis quæ gesta essent, idem docet l. c. Cap. 18, p. 565 &c. quamvis, ab Arianis præoccupatus, Cæsar missos despectui habuerit, scribendo saltem ad Synodum: *jussisse se, ut Legati reditum Ipsius Adrianopoli expectarent: quo, negotiis publicis rite prius constitutis, Ipse curis omnibus*

bus liber, negotium ipsorum audire & examinare posset. Eum enim, qui de rebus Divinis disceptaturus sit, animum a reliquis negotiis vacuum afferre oportere &c. teste eodem l. c. Cap. 19, pag. 568. Quam tandem Cæsar sententiam pronunciaverit, ex eod. l. c. Cap. 23, pag. 578, petendum est.

VALENTINIANUS Imperator,

Appellationem *Chronopii* Episcopi, in Synodo Damnati An. 369, admisit, mulctam licet frivole appellanti postea irrogaverit, ceu ex Rescripto Ejus ad *Claudium*, l. 2. Cod. Theodos. *Quorum Appellationes &c.* patet, ubi: *Quoniam Chronopius ex Antistite idem fuit in Tuo, qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante Judicio, & eam sententiam provocatione suspendit, à qua non oportuit provocare, argentariam mulctam, quam hujusmodi facto Sanctio generalis imponit, cogatur expendere &c.* Arbitratur quidem *Baronius*, T. IV Annal. ad h. a. p. 225, & cum eo, sexcenti alii, *Chronopium* vel propterea fuisse mulctatum, quod à Synodi sententia ad Seculare provocasset Judicium; enim vero, fateri licet cogamur Cæsarem hunc multa Clero indulsisse, ex Rescripto tamen hoc nequit erui, quod Cæsar omnem appellationem, à Synodis ad Seculare Tribunal, interdixerit; hoc namque si esset, quomodo potuisset *Claudius*, de re, in Synodo jam judicata, & appellationis via, ad ipsum delata, denuo cognoscere? contumacia proinde, qua *Chronopius* frivole provocabat, castiganda fuit, Verbis Rescripti clare id docentibus: *Quoniam Chronopius idem fuit in Tuo, qui fuerat in LXX Episcoporum ante Judicio &c.* quibus certè non reprehenditur, quod appellaverit; sed, quod idem fuerit repertus in judicio *Claudii*, qui antea in Synodo 70 Episcoporum, sicque, provocatione futili sententiæ executionem suspendi curaverit.

AD MAXIMUM,

Provocasse legitur *Priscillianus*, in Synodo damnandus, tristi licet eventu, de quo *Prosper* in Chronico, ad An. 386, Edit: Scalig. p. m. 189: *Priscillianus, in Synodo Burdigalensi damnandum se intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit; auditusque Treviris ab Evodio, Præfecto Prætorio, à Maximo gladio addictus est &c.* Conf. *Du Pin*, de *Discipl. Eccles.* Dissert. II, Cap. 2, §. 2, p. 164.

THEODOSIUS & VALENTINIANUS III,

Certiores redditi gestorum in Synodo *Ephesina*, An. 431, scribunt congregatis Patribus, apud *Cyrillum*, Tom. 4 Operum, Epist. 3, p. m. 279: *Præclarissimo Comite, qui Nobis est à legitimis & Sacris Domesticis*, (Candidiano) *significante, Pietas Nostra cognovit, quædam istic, in Ephesiorum Metropoli, per tumultum, & non, sicut conveniebat, esse gesta, ita, ut neque universi Pientissimi Episcopi, sicut Decretum est, in Synodum convenerint, licet Magnæ Civitatis Antiochenæ Episcopus, cum aliis Metropolitanis, jam adventurus esset; neque etiam hi, qui jam præsentes erant, ad consultationem sint adhibiti, aut inter se consenserint; neque de Fide, quomodo oportebat, inquisierint; nec literis Nostris, quas indesinenter misimus, attenderint. Et præterea, quod manifestum sit, alios aliis esse infensos, propterea, quod quisque suam sententiam, quocunque modo, tueri conetur; & ne tegere quidem conceptum odium queat, ut merito quis arbitretur, studio esse facta, quæ gesta sunt. Quapropter Majestati Nostræ visum est, ut hujusmodi auctoritas nullo pacto locum habeat, & quæ inordinate sunt gesta, cassentur, ac primum, quæ de Pietate sunt dicta, sicuti Decretum est, examinentur, &, quæ communiter universæ videbuntur Synodo, in posterum retineantur &c.*

MARCIANI Imp.

Legatos in *Chalcedonensi* Synodo Oecumenica, An. 451, pari modo se gessisse, ex præced. v. 58, constat.

Ad GUNTHERAMNUM,

Francorum Regem, damnati in Synodo *Lugdunensi*, *Salonius* & *Sagittarius* Episcopi, provocarunt teste *Gregorio Turonensi*, lib. V *Hist.* c. 21, p. m. 106.

De CAROLO MAGNO inquit Auctor Vitæ Ejus, apud *Pithœum*, pag. 280: *Concilia quoque jussu Domini Caroli Imperatoris, super statum Ecclesiarum corrigendum, per totam Galliam, ab Episcopis celebrata ---- Constitutiones, quæ in singulis factæ sunt, coram Imperatore perlectæ sunt &c.* Vid. præced. v. 28. Conf. Patrum *Turonensis* Synodi confessio propria seq. v. 85. &c. &c.

(70.) (V.) *Conciliorum Decretis robur addere, sive, ea confirmare.* Solus enim Princeps, ob vim cogendi, qua pœnas irrogat, Leges ferre potest. Vid. *Marsilius Menandrinus* Patavinus, in *Defensore Pacis*, Part. 2, Cap. 4, apud *Goldastum* T. 2 *Monarchiæ*, p. 195 &c. & C. 5, p. 200 &c. & C. 9, pag. 113 &c. & Cap. 21, p. 260 &c. & C. 25, p. 276 &c. Auctor *Libertatis Ecclesiasticæ*, apud eundem T. 1, p. 688; nec male *Nicolaus Cusanus*, lib. 3 *Concordantiæ Catholicæ*, Cap. IX, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, pag. 395: *Est etiam Principum Officium: Confirmare & Custodire in Conciliis definita &c.* &, in fine Capitis: *Est itaque hoc notandum, quod Reges & Principes Acta Conciliorum custodire,*

ſtodire, confirmare, exequique debent &c. Exempla ſi ſpectemus.

(71.) CONSTANTINUS MAGNUS, Confirmavit Decreta Synodi *Nicænæ* An. 325, pariter ac aliarum, teſte Auctore Vitæ Ejus, lib. 4, c. 27, Edit. Valeſ. p. m. 539, ubi: *Jam vero Epiſcoporum ſententias, quæ in Conciliis promulgatæ eſſent, auctoritate ſua confirmavit &c.* Conf. *Theodoretus* lib. 2, *Hiſt. Eccleſ.* Cap. 5, p. m. 51: *Athanaſius vero ad Conſtantem accedens ---- tum Patris, tum Magni Concilii Nicæni, quod Ille convocaverat, Ei in memoriam reducere cœpit: quin etiam Decreta Patrum, quibus Ille una interfuerat, ab Eo Lege confirmata fuiſſe &c.*

(72.) *Ancyrani* Concilii Patres CONSTANTIUM Imperatorem, rogarunt; Variorum Conciliorum Decretis auctoritatem adderet; qua de re *Sozomenus*, lib. 4, *Hiſt. Eccleſ.* c. 13, Edit. Valeſ. pag. 555: *Epiſcopi vero qui Anycræ convenerant, cum novandi ſtudium Eudoxii manifeſte deprehenſum eſſet, ex conſcriptione Fidei, quam ille, una cum Epiſcopis Antiochiæ congregatis, ediderat, rem Imperatori ſignificarunt, poſtularuntque ab Eo, ut diligenter provideret, ut ea, quæ in Sardicenſi, Sirmienſi, aliisque Conciliis, decreta fuerant, firma ac ſtabilia permanerent &c.* Conf. *Nicephorus*, lib. IX, c. 36, p. m. 519, & *Baronius*, Tom. 3, *Annal.* ad An. 357, §. 21, p. m. 705, recitans ſpectantia huc *Hilarii* verba.

Patres *Ariminenſis* Synodi, An. 359, in literis ad eundem Imperatorem, quas *Athanaſius* T. I, Operum, p. m. 877 &c. *Socrates*, lib. 2, cap. 37, pag. 136 &c. *Theodoretus*, lib. 2, cap. 19, pag. 71; *Sozomenus*, lib. 4, cap. 18. pag. 565 &c. *Caſſiodorus*, lib. 5, cap. 12, pag. 72, & *Nicephorus*, lib. 9, cap. 40, pag. 525 &c. ſiſtunt, inquiunt inter alia: *Nefas duximus, recte & juſte ſancitorum, aliquid mutilare; & eorum qui in Nicæno tractatu conſederant, una cum, Glorioſæ memoriæ, Conſtantino, Patre Pietatis Tuæ. Qui tractatus manifeſtus eſt, & inſinuatus mentibus Populorum, & contra hæreſim Arianam tunc oppoſitus invenitur, ut non ſolum ipſa, ſed etiam reliquæ hæreſes, inde ſint expugnatæ ------- Sed ne Eccleſiæ frequentius perturbentur, placuit Inſtituta vetera rata atque inviolabilia ſervari; ſupradictos vero* (Eccleſiarum turbatores, Urſacius, Valens, Germinius, Auxentius & Cajus) *à Communione noſtra removeri. Ad inſtruendam igitur Tuam Clementiam, Legatos noſtros direximus, Concilii ſententiam per literas noſtras nunciaturos --- ob quam rem Tuam rogamus Clementiam, ut placidis auribus, & ſereno vultu, univerſos Legatos noſtros, & aſpicias & audias: neve aliquid permittat Clementia Tua, in injuriam veterum, convelli, ſed manere ea, quæ à Majoribus noſtris accepimus; quos & fuiſſe prudentes, & ſine Spiritu Sancto Dei non egiſſe, confidimus. ---- Hoc etiam frequenter poſtulamus: ut nihil innovetur, nihil minuatur; ſed maneant incorrupta, quæ Patris Sanctæ Pietatis Tuæ temporibus, & Tuis religioſis ſæculis, permanſerunt &c.*

(73.) *Conſtantinopolitanum Oecumenicum* An. 381, eodem fine literas dedit ad THEODOSIUM Imperatorem: *Agentes autem Deo debitas gratias, neceſſaria quoque ea, quæ acta ſunt in Sancto Concilio, ad Tuam referimus Pietatem; nempe, quod, ex quo tempore, ex mandato Tuæ Pietatis, Conſtantinopoli convenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renovavimus; deinde vero breves etiam præſcripſimus ac prænunciavimus quosdam quaſi terminos regulasve, quibus & Patrum, qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmavimus, comprobavimusque; &, quæ adverſus eam obortæ ſunt, perverſas hæreſes, ac pravas opiniones, extrema cum execratione ac deteſtatione, reprobavimus. Præterea etiam, ad recte conſtituendum ac ordinandum ſtatum, & diſciplinam Eccleſiarum, certos Canones ſtatuimus ac præſcripſimus. Quæ omnia huic noſtro ſcripto ſubjecimus. Rogamus igitur Tuam Clementiam, ut, per literas Tuæ Pietatis, ratum eſſe jubeas, confirmesque Concilii decretum; & ſicuti literis, quibus, nos convocaſti, Eccleſiam honore proſecutus es, ita etiam ſummam eorum, quæ decreta ſunt, concluſionem, ſententia atque ſigillo Tuo, corrobores &c.* Vid. ex *Libello Conſtitutionum Synodicarum*, T. I. *Conciliorum*, *Baronius* Tom. IV. Annal. ad an. 381, p. m. 432 & 433. Imperatorem quoque petitis ſatisfeciſſe, diſcimus ex *Juſtiniani* Imp. Conſtitutione de *Fide Catholica*, An. 553, apud *Goldaſtum* T. 3. *Conſtit. Imperial.* pag. 626, ubi: *Sed & Theodoſius Senior, piæ recordationis, Macedonio negante Deitatem Sancti Spiritus, & Apollinario, vel Magno, ejus diſcipulo, in diſpenſatione Incarnati Verbi, blaſphemantibus ---- congregatis in Regia Urbe 150 Sanctis Patribus, cum & Ipſe particeps fuiſſet Concilii, damnatis prædictis Hæreticis, una cum impiis eorum dogmatibus, fecit rectam prædicare fidem &c.*

(74.) *Epheſina* Synodus An. 431, in diem argumentum ſcripſit THEODOSIO & VALENTINIANO Imperatoribus: *Quæ digna ſunt, ad Potentiam Veſtram retulimus, ut ſciat Veſtra Pietas, quia, uno communique decreto totius Orbis Terrarum, à nobis prolata nuper eſt ſententia, quam edoceri & mani-*

manifestam fieri, Zelus Vester circa Fidem pietatemque procuravit &c. Vid. *Baronius*, T. V, ad An. 431, pag. 582, lit. D. Prostat Principum horum Constitutio, in favorem Synodi Decretorum emissa, apud *Cyrillum*, Tom. 4. operum, Epist. Synod. 8, p. m. 289: *Unde & nunc significatam à Pietate Vestra Nestorii, Cyrilli & Memnonis depositionem suscipimus; cæterum autem in aliis quoque, quæ à Vobis sunt gesta, cognovimus, & fidem vos & rectitudinem circa Christianismum custodivisse, quam à Patribus ac Progenitoribus accepimus, quam etiam Sancta Synodus, ante Sacram Constantini mortem, confirmavit &c.* Conf. *Goldastus* T. 3. *Constit. Imper.* pag. 596, paulo aliter hæc recensens. Iidem Principes, in literis brevi antea ad Synodum missis, postquam acta priora aboleri, & meliora jusserant confici decreta, inquiunt: *Oportet enim, ut omnia primum juxta quod Deo placiturum est, sine contentione, & cum veritate examinata, dum demum à nostra Pietate corroborentur &c.* Vid. apud *Cyrillum* l. c. Epist. Synod. 3, pag. m. 279. Add. Rescriptum *Theodosii* ad *Leontium*, Præfectum Prætorio, l. ult. de *Hæreticis*, Cod. *Theodos.* ibi: *Nec vero impios Libros nefandi sacrilegi Nestorii, adversus venerabilem Orthodoxorum sectam, Decretaque Sanctissimi Cœtus Antistitum, Ephesi habiti, scriptos habere, aut legere, aut describere, quisquam audeat &c.*

(75.) MARCIANUS, Imperator confirmasse legitur Concilium Oecumenicum *Chalcedonense*, An. 451, teste Rescripto Ejus l. 4, C. de *Summa Trinitate*, nec non Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 467 &c. ut & apud *Baronium*, Tom. VI. *Annal.* ad An. 452, pag. 165; & *Goldastum* l. c. pag. 603; inde huc faciunt: *Injuriam facit judicio Religiosissimæ Synodi, si quis semel judicata ac recte disposita revolvere, & publice disputare contendit: Cum ea, quæ nunc de Christiana Fide statuta sunt, juxta Apostolicas expositiones, & Statuta Sanctorum Patrum trecentorum decem & octo, & Centum Quinquaginta, definita esse noscantur; nam in contemptores hujus Legis pœna non deerit &c.* Add. Ejusdem Oratio ad Synodum præc. v. 58. voc. *Chalcedonensem Oecumenicam &c.* Ipse Papa *Leo*, in Epist. 57, ad laudatum Cæsarem, Tom. I. Concil. f. 367, scribit: *Quia vero omnibus modis obediendum est Pietati Vestræ, Religiosissimæque voluntati, Constitutionibus Synodalibus, quæ mihi, de confirmatione Fidei Catholicæ, & hæreticorum damnatione, placuerunt, libens adjeci sententiam meam. Quæ si, ut in notitiam omnium Sacerdotum Ecclesiarumque perveniat, Vestræ Clementiæ præceptio ordinare dignabitur, affuturam credo & spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti Principis curam, plenissimum desiderii sui fructum faciat obtinere, ut, omnibus dissentiendi occasionibus amputatis, Apostolicæ ubique doctrinæ & pax regnet & veritas &c.* Non male glossam adjicit *Marsilius*, *Menandrinus*, *Patavinus*, Part. 2. *Defensoris Pacis* Cap. 21, apud *Goldastum* Tom. 2. *Monarch.* p. m. 260: *Ecce, quod suam sententiam, sive judicium primæ significationis adjecit Romanus Pontifex per Concilium: præceptionem tamen observationis ad Ecclesias & Sacerdotes, supplicans fieri per Romanum Principem, quod tamen non fecisset, si hæc illius non fuisset autoritas &c.* Immediate subjiciens: *Ex quo etiam apparet, verum esse, quod diximus, IV, V, & IX.* (Capitibus) *hujus* (Partis Secundæ) *auctoritatem scil. coactivam, tam in Sacerdotes, quam non Sacerdotes, ad Humanum Legislatorem, seu Ejus autoritate principantem, pertinere; neque contra hoc reclamaverunt Romani Pontifices antiquis temporibus, sed, pro talibus sibi dandis Regulis, sive Legibus, per Imperatores, potius supplicabant &c.*

(76.) JUSTINIANUM Imperatorem confirmasse Concilium *Constantinopolitanum* An. 553, quod *QuintumOecumenicum* vocant, innuit Oratio *Mennæ*, ibi habita, præced. §. III, voc. *Constantinopolitani Oecumenici V &c.* Testatur insuper *Liberatus Diaconus*, Cap. ult. *Breviarii*, omnes, qui in damnationem *trium Capitulorum* consenserant, à Cæsare auctos muneribus; renitentes contra pœnas subire fuisse coactos, ibi: *Non consentientes depositi, in exilium missi sunt; vel aliqui, fuga latitantes, in angustiis felicem exitum susceperunt &c.* Exempli loco esto *Victor* Africanus, de quo *Isidorus*: c. 25 de *Viris Illustribus*, apud *Baronium* T. VII, ad 553, pag. 458, lit. D: *Victor, pro defensione trium Capitulorum, à Justiniano Augusto, exilio in Ægyptum transportatur. Unde rursus Constantinopolim evocatus, dum Justiniano Imperatori, & Eutychio, Constantinopolitanæ Urbis Episcopo, obtrectatoribus eorundem Trium Capitulorum, resisteret, rursus in Monasterium ejusdem Civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens, moritur &c.* Adversus *Illyrici* quoque Episcopos, pro iisdem Capitulis Concilium celebrantes, Edictum promulgavit, cujus *Isidorus* l. c. Cap. 18, meminit: *Condidit quoque* (Imperator) *& Rescriptum, contra Illyricianam Synodum, & adversus Africanos Episcopos, in quo tria Capitula damnare contendit &c.* Ob eandem causam, ipsum *Vigilium* P. R. aliquandiu sede fuisse pul-

sum, ex *Anastasio* Bibliothecario, in vita *Vigilii*, p.m. 57 & 58, docet *Baronius* l. c. p. 459, lit. A.

(77.) GUNTERANNUS Rex *Francorum*, confirmavit Synodum *Matisconensem*, An. 588, teste Edicto T. 2 *Concilior. Petri Crabbe*, pag. m. 92, & apud *Centuriatores Magdeburgicos*, Cent. VI, Cap. 9, p. 619 &c. ita finito: *Cuncta ergo, quæ hujus Edicti tenore decrevimus, perpetualiter volumus custodiri: quia in Sancta Synodo Matisconensi hæc omnia, sicut nostis, studuimus diffinire, quæ præsenti auctoritate vulgamus &c.*

(78.) RECCAREDUS, *Hispaniarum* Rex, confirmavit An. 589, Concilium *Toletanum III*, teste Edicto, Tom. 2 Concilior. f. 88: *Has omnes Constitutiones Ecclesiasticas, quas summatim breviterque perstrinximus --- manere perenni stabilitate sancimus. Si quis Clericus ergo, aut Laicus, harum sanctionum obediens observator esse noluerit, superba fronte Majorum statutis repugnans, si Episcopus, Presbyter, Diaconus, aut Clericus fuerit, ab omni Concilio excommunicationi subjaceat; si vero Laicus fuerit, & honestioris loci persona fuerit, medietatem facultatum suarum amittat, Fisci juribus profuturam; si vero minoris loci persona est, amissione rerum suarum mulctatus, in exilium deputetur &c.* Conf. *Nicolaus Cusanus* lib. 3 *Concordantiæ Catholicæ*, Cap. 9, apud *Schardium* de *Jurisd. Imper*, p. m. 364; & *Baronius* T. VII, Annal. ad An. 589, p. m. 706, lit. C. & *Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*; apud *Goldastum*, T. 1 *Monarch.* p. 670.

(79.) De GUNDEMARO, Rege *Hispaniæ*, Decretum Synodi *Toletanæ* An. 610, de *Primatu Ecclesiæ Toletanæ in Hispania*, confirmante, legas *Baronium* T. VIII, ad An. 610, §. 14, p. m. 243.

(80.) CONSTANTINUS POGONATUS Imperator, vigorem Legis dedit *Constantinopolitanæ* Synodi *Oecumenicæ VI*, An. 680 celebratæ, Decretis, mediante Constitutione, An. 681 promulgata, T. 2 Concilior. *Petri Crabbe*, f. m. 79 &c. & T. 3 *Goldasti Constitutionum Imperialium*, pag. 643 &c. §. 2 & 3, *Unde & hoc Sacratissimum & Universale convocantes Sextum Concilium, utpote parile præcedentium Sanctorum quinque Universalium Conciliorum, in medium deducere falsorum dogmatum, h. e. novitatum, propositiones, decrevimus. Quod Sanctum Concilium, singula quæque perpendens, atque discernens, eos quidem, qui Orthodoxæ fidei prædicationem concusserunt, & gregem Christi scandalizaverunt, à Sacerdotali Ovili eliminavit; definitionem vero à Deo institutam, & Sanctas Dei Ecclesias in unitate congregantem, constituit &c.* & infra, §. 10, pag. 646: *His omnibus ita, à Sancto hoc Universali Sexto Concilio, constitutis, & per subscriptionem Nostræ Fortitudinis, confirmatis, sancimus, ut nullus quoque omnino aliud quicquam de Fide satagat, vel novi dogmatis adinventionem machinetur, aut penitus de una voluntate, vel una operatione, docendi indicium, vel sermonem, commoveat &c.*

(81.) ERINGIUS, Rex *Hispaniarum*, valorem indidit Decretis Concilii *Toletani XII*, An. 681, Tom. 2 Concilior. *Petri Crabbe*, pag. m. 88, verb. *In Nomine Domini, Flavius Eringius; magna salus Populi Gentisque Nostræ ac Regni conscribitur, si hæc Synodalium Decreta gestorum, sicut piæ Devotionis Nostræ studio acta sunt, ita inconvulsibilis Legis Nostræ valido oraculo confirmentur, ut, quod, Serenissimo Celsitudinis Nostræ jussu, Venerandis Patribus & Clarissimis Palatii Nostri Senioribus decreta titulorum exaratione, est edictum, præsentis hujus Legis Nostræ Edicto ab æmulis defendatur &c.* Conf. Ejus Edictum l. c. pag. 92, ubi: *Ideoque, præmissas has Constitutiones Synodicas, à præsenti die, vel tempore, i. e. ab Octavo Cal. Febr. anno primo Regni Nostri, nullus audeat contemnere, nullus etiam præterire, nemo earundem Constitutionum audeat jura convellere, nullus temerator hæc Decreta subvertere ---- si quis autem hæc Instituta contemnat, contemptorum se noverit damnari sententia, i. e. ut, juxta voluntatem Nostræ Gloriæ, & excommunicatus à Cœtu nostro resiliat, & insuper partem decimam facultatis suæ, Fisci partibus sociandam, amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde prædictam compositionem exsolvere possit, absque alia infamia sui, quinquaginta oportebit eum ictibus verberari, ut semper infamis permaneat &c.* Add. *Goustæus* l. c. p. 670 &c.

(82.) JUSTINIANUS RHINOTMITOS, in favorem Canonum laudati Concilii *Constantinopolitani* An. 680, inquit, in *Jussione*, ad *Johannem* P. R. An. 685 directa, apud *Goldastum* l. c. pag. 647, & Tom. 2. Concilior. f. 85: *Cognitum est Nobis, quia Synodalia gesta, eorumque definitionem, quam & instituere noscitur Sanctum Sextum Concilium, quod congregatum est in tempore, sanctæ memoriæ, Nostri Patris, in hanc à Deo conservandam Regiam Urbem, apud quosdam Nostros Judices, remiserunt ---- jussimus præfatas Synodalium gestorum chartas in medium adduci, & coram supradictis omnibus, lectionem eorum fieri, omnesque diligenter audientes, signare ipsas fecimus ---- quas totas chartas ---- illibatas & incommutabiles semper conservabimus.*

(83.) CON-

(83.) CONSTANTINUS COPRONYMUS, & LEO, confirmarunt Concilium *Constantinopolitanum* An. 754. Græcis *Septimum Oecumenicum* dictum, in cujus Canonum fine legitur: *Divinissimi Imperatores, Constantinus & Leo, dixerunt: Dicat nunc Sacra & Universalis Synodus: num ea, quæ nunc lecta est, definitio, ab omnibus Sanctissimis Episcopis collaudetur? Sancta Synodus exclamavit: Omnes sic credimus; omnes ita sapimus; omnes approbando volentes subscripsimus; omnes orthodoxe credimus ---- Leonti & Constantino perpetua memoria! Vos estis pax Orbis Terrarum! Custodiat Vos Fides Vestra. Christum honorate; Ipse Vos servat: Orthodoxam Fidem Vos stabilivistis. Piam vitam Domine! Da Eis ----- Vos indivisum duarum Christi naturarum stabilimentum prædicastis. Sacrarum sex Synodorum Universalium dogmata confirmastis &c.* Conf. *Centuriatores Magdeburgici*, Centur. VIII, Cap. 9, pag. 564 &c.

(84.) CONSTANTINUM PORPHYROGENITUM Imperatorem ratum habuisse Concilium *Nicænum* An. 787, innuit *Anastasius*, in vita *Hadriani I*, p. m. 172, ajens: *Præfati Imperatores*, (Constantinus & Irene) *eandem* (Traditionem) *venerantes, atque amplectentes Apostolicam Epistolam*, (Hadriani I, quam Centuriatores l. c. pag. 590 &c. exhibent) *Concilium in Nicæa congregari fecerunt 350 Episcoporum, qui, secundum doctrinam prædicationis Apostolicæ Epistolæ nimirum, crediderunt. Hi promulgantes censuerunt, &, per Synodum Universalem, definierunt, unanimi assertione, pro honorandis Imaginibus erectionem. Quam Synodum jam dicti Missi* (Pontificis Romani, *Petrus* Presbyter, & *Petrus*, Abbas Monasterii S. Sabæ) *in Græco sermone, secum detulere, una cum Imperialibus Sacris manibus propriis subscriptam, eamque prædictus egregius Antistes in Latinam Linguam translatari jussit, & in Sacra Bibliotheca recondi &c.* Conf. *Johannes Filius*, Meldorum Episcopus, in Præfatione Capitularis *Caroli Magni*, de *Non adorandis Imaginibus*, ubi: *Adhæc Concilium illud Nicææ collectum, & adprobatum auctore Puero*, (Constantino Imp.) *Dominatione autem & superstitione muliebri* (Irenæ Matris) *suspectum & favorabile videbatur, quod non satis legitime coiisset, conflictantibus inter se Græciæ ordinibus &c.* Cæsarem tamen Constitutionem, desuper promulgatam, postea iterum revocasse, ex *Platina*, in vita *Hadriani*, pag. m. 108 discimus: *Quam quidem Constitutionem Constantinus adolescens, Patris flagitia secutus, quorundam improborum suasu, non ita multo post & abrogavit, & Matri omnino administrationem Imperii abstulit &c.* Eadem habentur apud *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 27, pag. m. 674.

(85.) CAROLI MAGNI Zelum, respectu Decretorum in Synodis, celebrat nonnihil Auctor Historiæ Ipsius vitæ, apud *Pithœum*, p. m. 280; verbis præced. §. II, voc. *Carolus Magnus*, v. 28, occurrentibus. Audiamus, quid Patres Concilii *Turonensis* An. 813, apud *Claudium Goustaum*, de *Potestate Regia in Ecclesia*, Tom. I *Monarchiæ Goldasti* pag. 666, de Eo dicant! *Quantum Piissimi Imperatoris Nostri excellens animus Divinæ Sapientiæ fulgore sit irradiatus, ad gubernandum præsentium rerum statum, Ipsius Imperii, sibi à Deo dati, liquido testantur negotia; quæ quanta sint industria administrata, prudentia ordinata, facile vel ex eo præcipue perspici potest, quod Hic toto animo invigilat, investigando, quæ ad Pietatem, & Veram Religionem pertinent; His igitur intentus, Pios ac Religiosos Dei Sacerdotes, Ecclesiæ gubernacula, in Regno, sibi Divina largitate collato, tenentes, saluberrimis exhortationibus admonuit, ut sibi commissos verbis & exemplis regerent, qui Turonis congregati, pro parvitate nostra, quæ, secundum Canonicam Regulam, emendatione indigent, distincte per Capitula adnotavimus, Serenissimo Imperatori ostendenda &c.* Et in fine: *Hæc nos in Conventu nostro ita ventilavimus: sed quomodo deinceps Piissimo Principi nostro de his agendum placebit, nos, fideles Ejus Famuli, ad nutum & voluntatem Ejus parati sumus &c.* Vid. *Centuriatores Magdeburg.* Centur. IX, Cap. IX, pag. m. 387; & *Lehmannus*, lib. 2 *Chron. Spirens.* Cap. 41, pag. 170. *Junge Synodum Cabilonensem*, eodem tempore convocatam, Cap. 67: *Hæc itaque pauca, de pluribus, quæ necessaria perspeximus, cum magna brevitate, Domini Imperatoris prudenti Judicio præsentanda, annotavimus &c.* Vid. *Centuriatores* l. c. pag. 400; *Lehman.* l. c. nec non Caput 26 Decretorum Synodi *Arelatensis*, ejusdem ætatis, ubi: *Hæc igitur sub brevitate, quæ emendatione digna perspeximus, quam brevissime annotavimus, & Domino Imperatori præsentanda decrevimus, poscentes Ejus Clementiam, ut si quid hic minus est, Ejus Prudentia suppleatur; si quid secus, quam se ratio habet, Ejus judicio emendetur; si quid rationabiliter taxatum, est, Ejus adjutorio, Divina opitulante Clementia perficiatur &c.* Vid. *Centuriatores* l. c. f. 403; *Lehman.* l. c. Conf. *Claudius Goustaus* l. c. pag. 665.

(86.) LUDOVICUM GERMANICUM rata habuisse Decreta Synodi *Moguntinensis* An. 852, docent *Annales Francorum Fuldenses* ad h. a. apud *Freherum*, pag. m. 22: *Habita est autem & Synodus, ex voluntate atque præcepto Ejusdem Serenissimi Principis*, (Ludovici Regis) *in Civitate Moguntia, Metropoli Germaniæ, - - - - Rex vero cum Principibus & præfectis Provinciarum, publicis causis litibusque componendis insistens, postquam Synodalia eorum Decreta suo judicio comprobavit - - - - Bajoariam reversus est*, Conf. Annal. *Francor.* apud *Pithœum*, an. eod. p. 48. Ad recentiora tempora ne descendam.

(87.) *IV. Concilia finire.*

Vid. Synodalis Epistola Concilii *Ephesini Primi*, de An. 431, ad *Theodosium* Imp. apud *Baronium*, Tom. V, *Annal.* ad h. a. pag. 582, lit. C. cui talem rubricam præfixit: *Sancta Synodus ad Theodosium Imperatorem literas dedit, quibus petiit, ut Episcopis, jam mala valetudine & inopia laborantibus, daretur ad propria remeandi licentia.* Conf. laudati *Theodosii & Valentiniani* Imperatorum Epistola ad dictam Synodum, qua simul *Candidiano* Comiti injungit: *Neque abscedat quisquam congregatorum Episcoporum ab Ephesiorum Civitate, neque ad Majestatis Nostræ veniat Exercitum, neque in Patriam suam revertatur*, priusquam scil. unanimi consensu decidenda probaverint. Vid. *Cyrillus*, Tom. 4. operum, Epist. Synodal. 3, pag. m. 279. *Constantium* Cæsarem discessum Patrum ex *Ariminensi* Concilio, citra Ipsius consensum factum, contumeliæ loco duxisse, testatur *Sozomenus*, lib. 4, c. 19, pag. 568. Qui convocare potest Synodum, eamque dirigere, cur facultate eandem finiendi destituatur?

(88.) *(VII) Schismata, tam in Electionibus Præsulum, quam ex perversis doctrinis, orta, tollere.*

CONSTANTINUS MAGNUS, in Epistola, qua, in causa *Cæciliani*, Carthaginensium Urbis Episcopi, à quibusdam Collegarum suorum, multis de causis insimulati, Episcoporum Concilium *Romæ* fieri jubet, An. 313, apud *Eusebium*, lib. X. *Histor. Eccles.* Cap. 5, pag. 391, & *Nicephorum Callistum*, lib. VII. *Hist. Eccles.* Interprete *Johanne Lango*, cap. 43, p. m. 342; ait: *Placuit Mihi, ut idem Cæcilianus, una cum X. Episcopis, qui accusare ipsum videntur, & cum X. aliis, quos Ipse ad suam causam necessarios esse judicaverit, Romam naviget: ut ibi, coram Vobis*, (Miltiadi P. R. & Marco) *& coram Reticio, Materno & Marino, Collegis Vestris, quos ea causa Romam properare jussi, possit audiri, quemadmodum Sanctissimæ Legi convenire optime nostis - - - - Siquidem nec Tuam sedulitatem latet, tantam à Me reverentiam Sanctissimæ Ecclesiæ Catholicæ exhiberi, ut generaliter nullum Schisma, aut discidium, ullibi à Vobis relinqui velim &c.* Conf. *Valesius*, de *Schismate Donatistarum*, Cap. V, p. m. 294; *Launojus*, part. 6, Epist. I, ad *Henricum Ludovicum Aubertum* Mommorium.

Eundem sustulisse Schisma inter *Antiochensium* Præsules *Eustathium* & *Eusebium*, simul electos An. 324, præced. Lib. 1, Tit. XV, §. XIX, lit. b, p. 1328, dixi.

Idem, ad eliminandum schisma, quod *Arii* hæresis genuit, Synodum Oecumenicam *Nicænam I*, An. 325, convocasse noscitur; vid. præc. v. 15, voc. *Nicænum I.* Pertinent huc Verba Ejus Epistolæ ad *Nicomedienses*, apud *Theodoretum*, lib. 1 *Hist.* Cap. 20, pag. m. 36; *Non vos præterit, Concilium Nicææ celebratum, cui Ipse, sicut conscientia meæ munus postulabat, interfui; non alio sane animo, quam ut tum concordiam inter omnes constituerem: tum maxime omnium eam Ecclesiæ perturbationem, quæ ex Arii Alexandrini amentia orta est, reprimerem, penitusque inde summoverem &c.*

VALENTINIANI & VALENTIS auctoritate, conscendisse An. 367, *Damasum* Cathedram *Romani* Pontificis, abacto inde *Ursicino*, à quibusdam electo, præced. Lib. 1, Tit XV, §. XIX, lit. b, pag. 1329, voc. *Damasus*, notavi.

THEODOSIUS MAGNUS, GRATIANUS & VALENTINIANUS Imperatores, tollendi Schismatis gratia, inter Veros Christianos, & *Semi-Arianos* atque *Macedonianos*, coëgerunt, An. 381, Concilium Oecumenicum *Constantinopolitanum*, An. 381; vid. præc. v. 18, voc. *Theodosius Magnus.*

VALENTINIANUM sustulisse Schisma inter *Siricium*, & dictum *Ursicinum*, An. 385; ex *Baronio*, Tom. IV *Annal.* ad h. a. pag. 506, discimus.

HONORIO Judice, Sedatum Schisma inter *Bonifacium* & *Eulalium*, uno eodemque, tempore electos Præsules *Romanos*, electione *Eulalii* primum, postea vero *Bonifacii*, confirmata, An. 418, præced. Lib. I, Tit. XV, §. XIX, lit. b, pag. 1330, dixi.

THEODOSIUS Junior, Schismati, in Ecclesia *Constantinopolitana*, ab obitu *Sisinnii*, An. 428, exorto, finem imponens, *Nestorium*, Præsulem constituit, rejiciens *Philippum* & *Proclum*, ab aliis electos; Vid. supr. l. c. pag. 1331.

Idem,

Idem, & VALENTINIANUS III. sublaturi Schisma, ex falsa Constantinopolitani Antistitis, *Nestorii*, doctrina, de *Humana Christi Natura*, Ecclesiam perturbans, coëgisse leguntur, An. 431, Concilium Oecumenicum *Ephesinum I*, vid. praeced. v. 20, voc. *Theodosius Junior*.

Ejusdem VALENTINIANI & MARCIANI cura, collecto An. 451, Oecumenico Concilio *Chalcedonensi*, proscripta noscitur *Eutychianorum* haeresis, Humanam Christi naturam à Divina penitus absorptam, & quidem ita, ut non nisi Divina remanserit, quae etiam fuerit crucifixa &c delirantium, horrendo inde orto Schismate; Vid. praeced. v. 52.

THEODORICUM, *Italiae* Regem, sedasse Schisma inter *Symmachum* & *Laurentium*, ab excessu *Anastasii*, P. R. An. 498, de Episcopatu *Romano*, invicem contendentes, lata in favorem prioris sententia; monitum praeced. Lib. I, Tit. XV, §. XIX, lit. b, pag. 1333.

Eundem, mortuo *Johanne I*, An. 526, praefecisse dictae Ecclesiae ex multis, in Schismate electis, *Felicem IV*, probavi l. c. pag. 1334.

ANASTASIUS, ortum in Scythia, ob fidem Schisma An. 514, in Synodo Heracleotana terminavit; vid. praeced. v. 22.

CONSTANTINUS POGONATUS, convocando Concilium Constantinopolitanum An. 680, Schisma inter Occidentalem & Orientalem Ecclesias, de *Voluntate & Operationibus Salvatoris nostri*, finiri curavit, id. praeced. v. 24.

THEODORUS Exarcha, judicavit de litigiosa electione *Petri* & *Theodori*, ad Romanam Sedem vocatorum, An. 686; vid. praec. Lib. I, Tit. XV, §. XIX, lit. b, pag. 1339.

JOHANNES Exarcha, confirmavit *Sergium*, in schismate adversus *Theodorum*, electum Praesulem Romanorum; vid. l. c. & p. 1340.

CONSTANTINI COPRONYMI cura & mandato, profligando schismate, *circa cultum Imaginum*, Orientalem & Occidentalem Ecclesias invadente, Coactum, An. 754, Concilium *Constantinopolitanum*, de quo praeced. v. 26.

CAROLUS MAGNUS eandem litem terminavit, classicum simul *Felicianae* haeresi canens, An. 794; vid. praec. v. 28.

LUDOVICUM PIUM, missio in Italiam *Lothario* filio, cognovisse, de schismate inter *Eugenium II*, & *Zanzinum*, An. 824, nominatos Romanorum Pontifices, testantur *Adelmus*, Annal. Franc. ad h. a. pag. 426, Edit. Freher. *Sigonius* lib. 4 de *Regno Italiae*, an. eod. pag. 181; *Baronius* T. IX Annal. an. eod. pag. 779 & 780. Conf. praeced. Lib. I, Tit. XV, §. XIX, lit. b, p. 1357 & 1358;

LOTHARIUS & LUDOVICUS Augusti, Judices erant in schismate inter *Benedictum III* & *Anastasium*, Romae, uno eodemque tempore, An. 855, electos Praesules; vid. supra l. c. p. 1360.

OTTONEM MAGNUM sedasse schisma inter *Leonem VIII* P. R. & *Johannem XII*, huicque surrogatum *Benedictum*, An. 963, & 964, notavi, praeced. Lib. I, Tit. II, §. 8, lit. a, pag. 62, & Tit. IV, §. 3, lit. m. pag. 316 &c. & Tit. XV, §. 22, lit. c, pag. 1367.

OTTONIS III auctoritate, extinctum, An. 985, schisma inter *Johannem XV*, P. R. & *Crescentium*; vid. cit. Lib. I, Tit. XV, §. 22, lit. c. pag. 1370; ut & inter *Gregorium V*, P. R. & *Johannem XVI*, à Factione *Crescentii*, ei oppositum; l. c.

HENRICUS SANCTUS ratam habuit, An. 1013, electionem *Benedicti VIII*, P. R. reprobato ejus Antagonista, *Gregorio*; vid. l. c. p. 1372 & 1373.

HENRICUS III purgavit Ecclesiam Romanam, An. 1046, à schismate, inter *Benedictum IX*, *Sylvestrum III*, & *Gregorium VI*; vid. l. c. pag. 1376; ut & ab illo, quod, defuncto *Clemente II*, inter dictum *Benedictum* & *Damasum II*, recruduit; vid. l. c. pag. 1377. Conf. praec. Lib. I. Tit. V, vita *Henrici* III, ad An. 1046, pag. 526.

HENRICUS IV finem imposuit schismati inter *Benedictum X* & *Nicolaum II*, Praesules Romanos; vid. praeced. Lib. I, Tit. V, Ejus vita, ad An. 1058 & 1059, pag. 533 & 534.

LOTHARII Saxonis studio sublatum schisma inter *Innocentium II*, & *Anacletum II*, An. 1130, dixi, ibid. in Ejus vita pag. 563 & 564.

FRIDERICUS BARBAROSSA, exorto schismate inter *Victorem II*, & *Alexandrum III*, Romanos Pontifices, An. 1159, scribit ad Transmontanos Antistites, apud *Radevicum*, lib. 2, de Gestis Ejus, Cap. 56, p. m 541: *Coadunatis itaque in unum omnibus Episcopis, tam Italicis, quam Teutonicis, caeterisque Principibus ac Viris Religiosis, qui zelum Dei & Ecclesiae habere videbantur, quid factu opus esset? diligenter investigavimus, ex Decretis Romanorum Pontificum, & statutis Ecclesiae, veraciter accipientes, quod, exorto schismate, in Romana Ecclesia, ex duorum Apostolicorum dissensione, Ambos vocare, & secundum sententiam & consilium orthodoxorum, litem decidere deberemus; ex consilio itaque omnium, qui aderant Episcoporum, caeterorumque Principum, Curiam solennem & Generalem Conventum omnium Ecclesiasticorum Virorum*

rum, in Octava Epiphaniæ, Papiæ celebrandam indiximus, ad quam ambos, qui se dicunt Romanos Pontifices, vocabimus, omnesque Episcopos Imperii Nostri, & aliorum Regnorum, Franciæ videlicet, Angliæ, Hispaniæ, atque Ungariæ, ut eorum, in præsentia Nostra, justo declaretur examine: Quis illorum regimen Universalis Ecclesiæ de Jure debeat obtinere? Add. Literas Cardinalium ad Imperatorum laudatum, apud *Radevicum* l. c. Cap. 53, p. 540; De schismate hoc notavi quædam præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1160, pag. 133; & Tit. 5, in vita *Friderici I* Imp. ad An. 1159 & 1160, pag. 581 & 582; Conf. *Schilter*, de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ*, lib. 5, Cap. 4, pag. 647 &c.

Quid SIGISMUNDUS, tempore schismatis inter *Johannem XXIII, Benedictum XIII & Gregorium XII*; & postea, inter *Eugenium IV & Felicem V*, præstiterit, dictum præced. Lib. I, Tit. V, in Ejus vita, pag. 690 & seqq. Conf. præced. v. 43.

MAXIMILIANUM I, celebrat hoc titulo R. I. *Trevir. & Colon.* An. 1512, §. 4, *Und nachdem &c.*

De CAROLO V vid. præc. v. 44. Pertinet huc quoque tota *Religiosæ Pacis* historia, præced. lib. 1, Tit. 2, §. 15, lit. a, pag. 263, ad 280.

Eandem thesin comprobant: *Luitpertus* Moguntinus, in Epistola ad *Ludovicum Germanicum*, præced. v. 7. Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis & Romana Academiæ, in Epistola ad *Wenceslaum* Imp. & *Urbanum*, P. R. de *Auctoritate Imperatoris, in schismate Paparum tollendo, & vera Ecclesiæ libertate adserenda*, de An. 1380, apud *Goldastum* T. 1 *Monarchiæ*, pag. 229 &c. *Franciscus de Zabarellis*, de *Schismate sui temporis*, ad Quæst. *Quis tempore Schismatis Concilium convocet?* apud *Schardium*, de *Jurisdict. Imper.* pag. 237. *Theodoricus à Niem*, de *Schismate Universali*, Cap. VII, apud *Goldastum* l. c. Tom. 2, pag. 1376; Ejusdemque Exhortatio ad *Rupertum*, Imp. ad extirpandum schisma, ibid. pag. 1381 &c. *Michaël Coccinius*, de *Translatione Imperii à Græcis ad Germanos*, circa finem, apud *Schardium* l. c. pag. 431 Alii plures.

(89.) (VIII.) *Fidei confessiones à Præsulibus exigere.*

THEODOSIUS MAGNUS, apud *Socratem*, lib. V *Hist. Eccles.* C. 10, p. 268 & 269, Edit. Vales. ait: *Postquam Imperator multiplicem eorum* (Doctorum Ecclesiæ) *dispersionem animadvertit, eosque sola disputatione, non autem Veterum Patrum expositione, fretos esse, ad aliud consilium se convertit; jussitque, ut singulæ Sectæ Fidei suæ formulam, scripto comprehensam, Ipsi offerrent. Tunc ex unaquaque Secta hi qui disertissimi habebantur, singula verba accuratissime perpendentes, dogma suum conscripserunt. Cumque dies adesset, quæ ad id præstituta fuerat, singularum Sectarum Episcopi, ad Palatium vocati, accurrerunt. Aderant igitur: Nectarius quidem & Agelius, Con-Substantialis Fidei propugnatores; Arianorum vero, Demophilus; Eunomianorum, Eunomius ipse, Macedoniarum, Eleusius Cyzicenus. Postquam convenissent, Imperator eos benigne excepit, &, libello Fidei à singulis accepto, inde in cubiculum digressus, remotis Arbitris, Deum intente precatus est, ut, ad dignoscendam veritatem, sibi auxilio esset. Posthac, perlectis uniuscujusque dogmatis libellis, cetera quidem dogmata, utpote quæ Trinitatis divisionem inducerent, damnavit, chartasque laceravit, solam vero Consubstantialis Fidem laudavit, atque suscepit &c.* Conf. *Sozomenus*, lib. VII *Hist. Eccles.* Cap. XII, pag. 719, Edit. Vales. Ecce, quid ipse *Pelagius* P. R. ad CHILDEBERTUM, Francorum Regem, apud *Gratianum*, Cauf. XXV, Quæst. 1, c. X, *Satagendum? Satagendum est, ut, pro auferendo suspicionis scandalo, obsequium confessionis Nostræ Regibus ministremus, quibus nos etiam subditos esse Sacræ Scripturæ præcipiunt. Veniens etenim Rufinus, Vir Magnificus, Excellentiæ Vestræ Legatus, confidenter à nobis, ut decuit, postulavit, quatenus Vobis, aut beatæ recordationis Leonis Papæ Tomum à nobis per omnia conservari, significare debuissemus, aut propriis verbis nostræ confessionem Fidei destinare. Et primam quidem petitionis ejus partem, quia facilior fuit, mox, ut dixit, implevimus - - - ut autem nullius deinceps, quod absit, suspicionis resideret occasio, illam etiam aliam partem, quam memoratus Vir Illustris admonuit, facere maturavi: scilicet, propriis verbis confessionem Fidei, quam tenemus, exposui &c.* Conf. Universitatum *Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis & Romanæ*, Epistola ad *Wenceslaum* Imp. & *Urbanum* P. R. de *Auctoritate Imperatoris in tollendo Schismate*, de An. 1380, apud *Goldastum* T. I, *Monarchiæ*, p. 231: *Cum ergò Imperator sentiat onus Patronatus, ut quia tenetur eum defendere, sentire debet honorem & emolumentum: & ab hoc Patronatus jus, si de Apostolici Fide dubitat Imperator, debet Ei, tanquam Examinatori, suæ Fidei confessionem exponere; XXV, Quæst. 1, Satagendum &c.* Add. Auctor Libri de *Libertate Ecclesiastica*, apud *Goldastum*, T. I. *Monarch.* pag. 685; *Johannes Bedæus*, Tr. de *Jure Regum*, Cap. V, apud eundem, Tom. 3, pag. 815, in fine; *Benignus Milletot*, de *Delicto Communi*, ibid. pag. 796.

(90) (IX.) *Constitutiones, Divinum cultum promoventes, Hæresesque supprimentes; aut dissentientes in Principiis colendi Numinis Cives,*

reliqua

reliqua tamen pacificos, & Reipublicæ fideles, tolerantes, edere.

Spectant huc præced. v. 2, jam in medium prolata, Documento insuper sunt Edicta, & Rescripta,

CONSTANTINI MAGNI,

De *Nemine ad Religionem cogendo;* Vid. *Eusebius*, Lib. X *Hist. Eccl.* Cap. 5, p. 388; *Nicephorus Callistus*, lib. VII *Hist. Eccles.* Cap. 41, p. m. 338 &c.

De *Religione Christiana;* Vid. Auctor Vitæ Ejus, lib. 2, cap. 24. p. 455, Edit. Vales. p. 455, & Cap. 47. pag. 465, *Baronius*, Tom. 3 Annal. ad An. 324, pag. 253 &c. §. 83.

Adversus Hæreticos & Schismaticos; l. 1. C. de *Hæret.* & *Baronius* l. c. ad An. 326, §. 16, p. 345.

Adversus Novatianos, Valentinianos, Marcionistas, Paulianos, & quibus Cataphrygum nomen inditum. Vid. Auctor Vitæ ejus, lib. 3. c. 64. pag. 520; *Baronius* l. c. §. 20, p. 346.

De tollendis Hæreticorum Conventiculis; Vid. Auctor Vitæ Ejus, l. c. Cap. 65, pag. 521. *Sozomenus*, lib. 2, c. 32. Edit. Vales. p. 492 &c.

De Precibus Militum ad Deum mittendis; Idem Auctor Ejus vitæ, lib. 4, c. 20. p. 535.

De Templis Paganorum claudendis, & Sacrificiis prohibitis; L. 1. C. de *Paganis*, *Theodoretus*, lib. V, *Hist. Eccles.* Cap. XX, p. m. 162. *Nicephorus* lib. XII, Cap. XXV, pag. 739; *Paulus Orosius*, lib. VII, Cap. XXVIII, in fine; *Baronius* l. c. ad An. 326, §. 25, p. 364. &c. &c.

CONSTANTII

Contra Artem divinandi; l. 5. C. de *Malef. & Mathem.* & *Baronius* T. 3, *Annal.* An. 356, §. 1, pag. 667.

Contra Idololatras, l. 6. *C. Theod.* de *Paganis*. *Baronius* l. c.

Contra Apostatas. L. 1, C. de *Apostat.* *Baronius* l. c. §. 2, pag. 667.

Contra Magos, L. 6. C. de *Malef. & Mathem.* *Baronius* l. c. An. 359, §. 27, p. 728.

De *Claudendis Idolorum delubris;* Vid. *Theodoretus*, lib. V, Cap. XX. p. 162; *Nicephorus* l. c. lib. XII, Cap. 25, p. 739.

Rescriptum, ad Antiochenos, *Pro Religione Christiana;* l. 6. C. Theodos. de *Episcopis & Clericis*. *Baronius* l. c. An. 361, §. 15, p. 773.

Rescriptum, ad Eosdem, contra *Eudoxium* & *Aetium* apud *Sozomenum*, lib. 4, *Hist. Eccles.* Cap. XIV, pag. 555 &c. Edit. Vales.

JOVIANI seu JOVINIANI,

De *cultu Simulachrorum destruendo*. Vid. *Theodoretus* l. c. *Socrates* lib. 3, c. 24, p. m. 202; *Nicephorus* l. c. *Baronius*, T. 4, An. 363, pag. 166.

VALENTINIANI,

De *Evertendis Gentilium Templis*. Vid. *Socrates*, lib. V, Cap. XVI. Edit. Vales. pag. 274; *Theodoretus* l. c. *Nicephorus* l. c.

Ejusdem, & VALENTIS & GRATIANI,

Adversus Idololatras, L. 7 C. Theodos. de *Malef.* & *Baronius* l. c. ad An. 364, p. 173.

De non reiterando Baptismate. L. 1, C. *Ne Sanctum Baptisma reiteretur.*

De *Trinitate Consubstantiali*, ad Asiaticos; apud *Theodoretum*, lib. 4, Cap. 7, p. m. 113; *Baron.* l. c. An. 365, p. 180.

GRATIANI, VALENTINIANI & THEODOSII MAGNI,

De *Colenda SS. Trinitate ab omnibus, qui Hæreticorum censu venire nolint;* l. 1 & 2, C. de *Summa Trinitate*. *Baronius* T. 4, ad An. 380, p. 415.

De *Prohibitis Hæreticorum Conventiculis*, l. 2, C. eodem.

Ut omnes Hæreses perpetuo quiescant; l. 2, C. de *Hæreticis*.

De Pœnis, Sanctum Fidem prodentibus, aut S. Baptisma superstitione hæretica profanantibus irrogandis; L. 3, C. de Apostat:

De *Sacrificiis Paganorum prohibitis;* L. 2, C. de *Paganis*.

THEODOSII MAGNI,

De *Templis Gentilium Alexandriæ destruendis*. Vid. *Socrates* Edit. cit. lib. V, c. 16, pag. 274; *Theodoretus*, lib. V, c. 20, pag. 162; *Nicephorus*, lib. XII, c. 25, p. 739.

Lex, de *servanda Fide Trinitatis Consubstantialis*, & *interdictis Hæreticorum Conventibus*, *Scholis & Ordinationibus*. Vid. *Socrates*, Lib. V, c. 10. pag. 269; *Sozomenus*, lib. VII, c. 12, Edit. Vales. p. 719;

Ejusdem & VALENTINIANI

Rescripta: *Adversus Arianos, Macedonianos, Pnevmatomachos, Apollinaristas, Novatianos seu Sebatianos, Eunomianos, Tetraditas, Valentinianos, Paulianos, Papianistas, Montanistas seu Priscillianistas, Phryges, Marcionistas, Borboritas, Messalianos, Euchitas seu Enthousiastas, Donatistas, Audianos, Hydroporastatas, Tascodrogitas, Batrachitas, Hermogenianos, Photinianos, Paulinianos, Marcellianos, Ophitas, Encratistas, Carpocratitas, Saccophoros, & Manichæos, ne usquam in Romanum locum conveniendi, morandique habeant facultatem. Manichæis etiam de Civitatibus pellendis, & ultimo supplicio afficiendis;* Vid. l. 5, C. de *Hæret.*

De *Comburendis Libris Nestorianorum*, l. 6. C. eod.

De *Cremandis scriptis Porphyrii, Nestorii, reliquorumque Hæreticorum, fidem in Conciliis Oecumenicis Nicææ & Ephesi probatam impugnantium;* L. 3. C. de *Summa Trinitate.*

Adversus Judæos, l. 17, 18, & 19, C. de *Judæis.*

Adversus Apostatas, l. 4, C. de *Apostatis.*

De Baptismate non reiterando, l. 3, C. *Ne S. Baptisma reiteretur.*

Adversus eos, qui Signum Salvatoris Nostri vel in solo, aut silice, aut marmoribus humi positis, insculpere aut pingere audeant; l. un. C. *Nemini licere signum Salvatoris pingere.*

Adversus Hæreticos, l. 6. C. Theod. de *Hæreticis.* Conf. *Baronius*, T. IV. Annal. ad An 381, p. 424.

Adversus Eunomianos & Arianos. L. 8. C. eod. *Baron.* l. c. p. 447.

Adversus Idololatras; l. 7. 10, 11 & 12. C. Theod. de *Paganis. Baron.* l. c. pag. 456; & ad An. 391, pag. 639, & An. 392, p. 660.

Adversus clandestinos Manichæorum Conventus. L. 9. C. Theod. de *Hæreticis. Baronius* l. c. An. 382, pag. 479.

Adversus Eunomianos, Macedonianos, Arianos & Apollinarianos. L. 13. C. eod. *Baron.* l. c. An. 384, p. 503.

HONORII & ARCADII

Adversus Sacrilegos, l. 10. C. de *Episcopis.*

Contra Hæreticos, l. 26 & 30. C. Theod. de *Hæreticis. Baronius* Tom. V, ad An. 395, pag. 4. & An. 396, pag. 22.

Contra Gentiles, l. 13, 14 & 15, C. Theod. de *Paganis. Baronius* l. c. An. 395, p. 5; An. 396, p. 22; An. 399, p. 91.

Contra Evnomianos, l. 32. C. Theodos. de *Hæreticis. Baron.* l. c. An. 396, p. 22.

Contra Apostatas, l. 6. C. Theodos. de *Apostatis. Baron.* l. c.

Contra Apollinaristas, l. 33, C. Theod. de *Hæreticis, Baron.* l. c. An. 397, p. 43.

Contra Eunomianos & Montanistas; L. 34. C. eod. *Baron.* l. c. An. 398. p. 65.

Contra Arianos; L. 30, C. eod. *Baron.* l. c. An. 400, p. 125.

Contra Idola. Baronius l. c. An. 398, p. 73.

Contra Manichæos; L. 35, C. eod. *Baronius* l. c. An. 399, p. 99.

Contra Donatistas; L. 4, C. eod. nec non L. 4, C. Theod. *Ne S. Baptisma iteretur. Baronius* l. c. An. 405, p. 230; & An. 407, p. 252.

Contra Phryges, Priscillianistas & Manichæos. L. 41. C. Theod. de *Hæreticis. Baronius* l. c. An. 407, p. 263.

Contra Jovinianum Hæresiarcham. L. 53, C. Theod. eod. *Baronius* l. c. An. 412, p. 341.

De Evertendis Idolorum simulachris. L. 19. C. Theodos. de *Paganis. Baronius* l. c. An. 408, p. 270.

Contra Judæos. L. 18, Cod. Theodos. de *Judæis. Baronius* l. c. p. 272.

HONORII & THEODOSII II.

Ne Sanctum Baptisma reiteretur. L. 2, C. h. t.

De Tolerandis Judæis. L. 13 & 14. C. de *Judæis.*

De Paganis & Judæis, quietè viventibus, non lædendis. L. 6. C. de *Paganis.*

De Observatione & Interpretatione Canonum Ecclesiasticorum. L. 6. C. de *SS. Ecclesiis.*

Contra Pelagianos & Cælestianos, An. 418 & 419. *Goldastus*, T. 3, *Constit. Imper.* p. 586, & 592; *Baronius* T. V, An. 418, p. 413 & 414.

CONSTANTII III,

Contra Pelagianos, An. 420. *Goldastus* l. c. p. 593.

VALENTINIANI III, & MARCIANI

De non restaurandis Gentilium delubris, L. 7. C. de *Paganis. Baronius* T. VI. an. 451, p. 163.

Adversus Apostatas, Apollinaris aut Eutychetis hæreses amplectentes, L. 6. C. de *Apostatis.*

Contra Apollinaristas & Eutychianos. L. 8, C. de *Hæreticis. Baronius* l. c. An. 454, p. 197.

De Prohibitis disputationibus de Fide, & amplectendis Chalcedonensis Synodi Decretis. L. 4. C de *Summa Trinitate. Baron.* l. c. An. 452, p. 165; *Goldastus* l. c. T. 3, p. 603.

De nemine ad Fidem cogendo. Goldastus l. c. pag. 604.

LEONIS

De Pace Ecclesiæ, & confirmatione Canonum Concilii Chalcedonensis. Vid. *Goldastus* l. c. p. 605.

Ejusdem & ANTHEMII.

De non pertentandis, quæ Paganis interdicta sunt. L. 8, C. de *Paganis.*

ZENONIS,

Enoticon: *De Pace & Reconciliatione Ecclesiæ.* Vid. *Baronius*, cit. T. VI, An. 482, p. 367; *Goldastus* l. c. p. 608.

BASILISCI,

Encyclica, quamvis impia, *De Concordia Ecclesiæ, Actisque Chalcedonensis Concilii abolendis.* Vid. *Evagrius*, lib. 3. *Histor. Eccles.* c. 4, p. m. 543; *Nicephorus*, lib. XVI, Cap. 3, pag. 1009 &c. *Baronius* l. c. An. 479, p. 328; *Goldastus* l. c. pag. 606.

Edictum, de *Fide Catholica.* Vid. *Evagrius* l. c. Cap.

Cap. 7, p. 547. *Nicephorus* l. c. Cap. 6 & 7. pag. 1013; *Baronius* l. c. p. 335; *Goldastus* l. c. p. 607.

ANASTASII.

De Fide Catholica, &, custodiendis Chalcedonensis Concilii Decretis. Vid. *Baronius* l. c. An. 516, p. 660. *Goldastus* l. c. p. 619.

JUSTINI I.

De *Unitate Ecclesiæ*, An. 522. Vid. *Baronius* l. c. Tom. VII, ad An. 522, p. 34; *Goldastus* l. c. p. 622.

Adversus Manichæos, undique expellendos, imò capite plectendos, aliosque Hæreticos puniendos. L. 12. C. de *Hæreticis*.

JUSTINIANI I.

De *Interdictis Hæreticorum Collegiis.* Vid. Novel. 132.

De *Fide Catholica.* Vid. *Goldastus*, T. 3. *Constit. Imper.* p. 626.

De Fide Catholica, adversus Nestorianos, Eutychianos, Apollinaristas &c. L. 5 & 6, C. de *Summa Trinitate.*

Contra Hæreses; Vid. *Petrus Crabbe*, T. I. *Concilior.* p. 571.

De servanda Fide, in IV Conciliis Oecumenicis, Nicæno I, Constantinopolitano, Ephesino & Chalcedonensi, comprobata, L. 7 & 8, C. eod.

JUSTINI II,

De *Fide Catholica & Concordia Ecclesiæ,* Vid. *Evagrius*, lib. V, *Hist. Eccles.* Cap. 4, p. m. 602; *Nicephorus*, lib. XVII, Cap. XXXV, p. 1100 &c. *Baronius* T. VII, An. 566, p. 539; *Goldastus* l. c. p. 631.

Adversus Samaritas Hæreticos. Vid. *Novel. Justinian.* 44; *Baronius* l. c.

MAURICII,

Contra Donatistas; Vid. Epist. *Gregorii Magni*, lib. 5, Epist. 63; *Baronius*, Tom. VIII, An. 596, §. XVII, p. m. 118.

De non cogendis Schismaticis ad communionem Romanæ Ecclesiæ, Vid. *Theophanes*, lib. XVII, Miscellan. *Baronius* l. c. An. 598, §. XI, p. 131.

HERACLII

Ecthesis seu expositio, *de Sancta Trinitate, & Fide Catholica,* apud *Goldastum*, T. 3. *Constit. Imper.* pag. 637. Conf. *Baronius*, T. VIII, An. 639, §. 1, p. 390, & §. 8 & seqq. p. 392.

CONSTANTIS II

Typus, *de Concordia Ecclesiastica, & silentio, Eristicis ac seditiosis Scriptoribus & Concionatoribus imponendo.* Vid. *Goldastus* l. c. p. 639; Conf. *Baronius* l. c. ad An. 648, §. 1, p. 431.

CONSTATINI POGONATI,

Sacra: *De Unitate Ecclesiastica, & dissidiis, in Ecclesia obortis, per Concilium tollendis.* Vid. *Goldastus* l. c. p. 640; & *Baronius* T. VIII, An. 678, §. 4 & seqq. p. 578 &c.

Sacra: *De Concilio, super Monothelitarum controversia, celebrando;* Vid. *Goldastus* l. c. p. 642. *Baronius* l. c. An. 680, §. XXXVIII &c. p. 598 &c.

Edictum: *De Fide Catholica & damnatione Hæreseos Monotheliarum, & Honorii P. R.* vid. *Goldastus* l. c. pag. 642.

JUSTINIANI II, RHINOTHMETI,

Divalis Jussio ad *Johannem*, P. R. in Confirmationem Sextæ Synodi Constantinopolitanæ; vid. *Goldastus* l. c. p. 647; Conf. *Baronius* l. c. An. 692, §. 39, p. m. 681.

Edictum, *contra Manichæos, flammis tradendos;* vid. *Baronius* l. c. An. 685, §. 2, p. 643.

CONSTANTINI PORPHYROGENITI,

Sacra, *de Concilio, per Imperatorem celebrando, super Controversia, de Cultu Imaginum.* Vid. *Goldastus* l. c. p. 651; *Baronius*, T IX, An. 685, p. 368.

Quo Zelo CAROLUS MAGNUS, & successores Ejus, Occidentales Imperatores, ad MAXIMILIANUM I, usque Jus sacrarum exercuerint, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 49, ad 71, fuse expositum. Quibus addi merentur:

FRIDERICI II Constitutio, de *Abrogandis Statutis & Consuetudinibus, contra libertatem Ecclesiæ, editis, seu introductis* nec non: *Hæreticis exterminandis &c.* in calce *Libri ultimi Feudorum &c.* nec non,

MAXIMILIANI I,

Mandatum: *De Abolendis Actis & Decretis Conciliorum Turonensis, An.* 1510, & *Pisani, An.* 1511, *contra Julium II, P. R. celebratorum*, An. 1512, apud *Goldastum*, T. 3 *Constit. Imper.* pag. 484.

CAROLI V.

Constitutio, de *Anabaptistis*, An. 1529; *Goldastus*, l. c. T. 2, p. 155.

Edictum, *de Compositione Pacis cum Protestantibus, de An.* 1532; Vid. *Goldastus* l. c. Tom. 1, p. 511 &c.

Confirmatio *Articulorum Lovaniensium de Fide, & Religione Christiana*, An. 1545; Vid. *Goldastus* l. c. Tom. I. pag. 514 &c.

Interim, seu *Declaratio*, quomodo Status Imperii, in negotio Religionis, usque ad decisionem Generalis Concilii, se invicem gerere debeant; *Augusta*

gustæ Vindel. An. 1548; vid. *Goldastus* l. c. pag. 518 & seqq. Et in corpore Recessuum Imperii, sub Tit. *Der Röm. Käyserl. Majestät Erklärung, wie es der Religion halben, im Heil. Reich, biß zu Austrag des gemeinen Concilii, gehalten werden soll, auf dem Reichstag zu Augspurg, den 15 Maji, im Jahr 1548, publicirt, und eröffnet.*

Reformatio Ecclesiastica, in Comitis Augustanis, An. eod. probata & recepta; Vid. *Goldastus* l. c. Tom. 2, pag. 325 &c.

Constitutio: *De observandis Canonibus Synodi Coloniensis*, An. 1549; vid. *Goldastus* l. c. T. 3, pag. 564 &c.

MAXIMILIANI II,

Edictum: *De Pace Religionis, & damnatione Georgii Ederi libellorum, adversus Protestantes editorum*, An. 1573; *Goldastus* l. c. T. 3, pag. 575.

FERDINANDI I

Transactio Passaviensis cum Protestantibus, An. 1552; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 24, pag. 279.

Edictum: De *Catechismis Doctrinæ Christianæ*, de An. 1554; vid. *Goldastus* l. c. Tom. 3, pag. 566.

Pax Religiosa cum iisdem Protestantibus. An. 1555; vid. ibid. Tom. 1, pag. 279.

Mandatum: *De Methodo articulorum Fidei juxta Augustanam Confessionem conscribenda & explicanda*, An. 1564; Vid. *Goldastus* l. c. Tom. 1, p. 580 &c.

Rescriptum: *De Sacramento Eucharistiæ sub utraque specie, & Conjugio Sacerdotum*, ad *Pium IV*, P. R. de An. 1564; vid. *Goldastus* l. c. Tom. 2, p. 379.

RUDOLPHI II,

Edictum: *De Pace Religionis, Bohemis, Moravis, Silesiis & Lusatis, concessa*, de An. 1609; vid. *Goldastus*, Tom. 1 *Constit. Imper.* pag. 583 &c. Conf. præced. Lib. I, Tit. V, vita *Rudolphi* II, ad An. 1609, p. 753.

FERDINANDI III.

Transactio Westphalica cum Protestantibus, in confirmationem Pacis Religiosæ &c. An. 1648.

(91.) Si alios Reges spectemus, occurrunt, ex HISPANIS:

RECAREDI, Edictum: *De confirmatione Concilii Toletani III;* An. 589; vid. præced. v. 78.

RECCESIUNTHI Lex, in Concilio Toletano VIII lata; vid. *Petrus Crabbe*, T. 2 Conciliorum, f. 127;

ERINGII Edictum, *de servandis Canonibus Concilii Toletani XII*, de An. 681; vid. præced. v. 81 &c. &c.

Ex GALLIS:

CLODOVEI, Constitutio: *De Pace Ecclesiarum, personarum, rerumque Ecclesiasticarum.* Vid. *Goldastus* T. 3 *Constit. Imper.* pag. 618.

LUDOVICI SANCTI, *Sanctio Pragmatica &c.* de An. 1268, vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 23, lit. a, pag. 1397 & 1398; add. *Carolus Molinæus*, de *Monarchia Regni Franciæ*, §. 129, apud *Goldastum* T. 3 *Monarch.* p. 56. *Flacius*, *Catalog. Testium Veritatis*, pag. 403, & 808.

LUDOVICI XII, Confirmatio Privilegiorum Waldensium; vid. *Carolus Molinæus*, l. c. §. 156, p. 58 & 59.

CAROLI IX Edicta Annorum 1561, mense Januario; 1562, 1567, 1568, 1570, & 1577, in favorem Reformatorum, promulgata; vid. *de Serres*, *Inventaire General de l' Histoire de France*, in vita *Charles IX*, An. 1561, pag. 511; An. 1562, pag. 528; An. 1568, pag. 535; &c. Conf. *Limnæus*, *Notit. Regni Franc.* lib. 3, Cap. 8, lit. K, pag. 176.

HENRICI III Declaratio de An. 1589, qua Exercitium Reformatæ Religionis non solum admisit, sed & Pastoribus stipendia dedit, &, Religioni huic addictis concessit, *des Villes pour retraite, en châque Senechaussée, ou Baillage;* ceu *Pierre Matthieu*, Liv. 2 *de l' Histoire de Henry IV*, narrat. 1, n. 4, T. 1, p. 201; loquitur; &, ex eo, *Limnæus*, l. c.

HENRICI, IV, Edictum *Nannetense*, Mens. April. 1598, in gratiam ejusdem Religionis, emissum; cujus tenorem *Pierre Matthieu* l. c. n. 8, p. 215 &c. Auctor *du Recueil des Edicts de Pacification, Ordonances & Declarations, faites par les Roys de France*, p. 275 &c. *De Serres* l. c. in vita *Henry IV*, An. 1599, pag. 688, ad 698, & *Limnæus* l. c. lit. l, pag. 176 &c. exhibent; Conf. *Spondanus*, *Contin. Annal. Baron.* ad An. 1598, §. 4, p. 100 & 101. Remoram quidem promulgationi injicere conabatur *Bertherius*, Ecclesiastici Ordinis Syndicus; pariter ac Mutinensis Episcopus, Nuncius Papalis; imo & Rector Parisiensis Universitatis, quin etiam ipsum *Parlamentum;* ut *Limnæus* l. c. litt. o, p, q, & r, pag. 221 & 222, docet; Regem vero, gravi oratione, ad laudatæ Curiæ Proceres habita, qua omnes & singulos ad obedientiam exhortatus est, nihilominus obtinuisse, quod voluit, verbis *Pierre Matthieu* l. c. liv. 2, narrat. 1, n. 6, T. 1. p. 210, probat *Limnæus* l. c. lit. s, pag. 222 &c.

LUDOVICI XIII, Confirmatio, *Edicti Nannetensis*, An. 1614, nec non Edicta Pacificationum An. 1622, 1626, & 1629, mense Jul. Vid. *Corbin*, au *Code de Loys XIII*, T. 1, Liv. 1, Tit. 2, pag. 5; *Limnæus* l. c. lit. u, pag. 227. Conf. *Gramondus*, lib. XVIII, *Histor. Gall.* an. 1629, p. m. 797.

Ex ANGLIS,

ETHELREDI, de *Cultu divino;* vid. Author Operis Eximii *De differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Pote-*

Potestatis, apud *Goldastum*, T. 3 *Monarchiæ*, p. 40.

GUILIELMI Conquestoris Leges, apud *Rogerum de Hoveden* part. poster. Annal. in Vita *Henrici II*, p. 601 &c. &c.

(92.) (X.) *Constitutiones, circa Adiaphora, disciplinam Ecclesiasticam, externas cerimonias, Festa in Sacris non præcepta, Ecclesiarum, Ordinisq; Clericorum Privilegia, immunitates, reditus, Bona, & Forum &c. promulgare.*

Extant hoc titulo Edicta & Rescripta,

CONSTANTINI MAGNI

De *Dominico die & Feria Sexta, honorandis*; vid. Auctor Vitæ Ejus, lib. 4, Cap. 18, p. m. 534. Edit. Valesf. & C. 19. pag. 535; Conf. L. 3, C. de *Feriis*; & *Baronius* T. 3, *Annal.* ad An. 321, §. XI, p. 223.

De *Festo Paschatos, juxta Decretum Nicani Concilii, nec amplius cum Judæis, celebrando.* Vid. *Theodoretus*, lib. 1, Cap. 10, pag. 22 &c. *Socrates*, lib. 1, Cap. IX, pag. 32, Edit. Valesf. *Nicephorus*, lib. VIII, Cap. 25, pag. 394 &c. *Baronius* l. c. An. 325, §. 105, p. m. 307.

De *Immunitate Præsidum Ecclesiarum ab omnibus publicis functionibus*; Vid. *Eusebius*, Lib. X, *Histor.* c. 7, p. m. 394, Edit. Valesf. L. 1. C. Theodos. de *Episcopis & Clericis*, *Nicephorus*, lib. VII, Cap. 42, p. 340; *Baronius* l. c. An. 312, p. 93; & An. 313, §. 45, p. 111.

De *Validitate Fori Ecclesiastici*; L. 1, C. Theodos. de *Judicio Episcoporum*. *Baronius* l. c. An. 314, §. 38, p. 125.

De *Restituendis Bonis, Christianorum Ecclesiis ablatis.* Vid. *Eusebius*, l. c. C. 5. p. 388, & 390, *Nicephorus* l. c. Cap. 41, p. 338, & Cap. 42, pag. 340; *Baronius*, l. c. An. 312, p. 93, §. 88.

De *Restituendis Christianis in integrum, qui, Religionis intuitu, Officiis & facultatibus spoliati sunt.* Vid. Auctor Vitæ Ejus, Lib. 2, Cap. 20, pag. 453.

De *Bonis Martyrum ad eorum proximos devolvendis.* ibid. c. 21, p. 454.

De *Licentia per Testamentum reliquendi Locis Sacris Bona.* L. 1, C. de SS. *Eccles.* &c. &c.

CONSTANTII,

De *Foro Episcoporum*; L. 12. C. Theodos. de *Episcopis, Clericis &c.* *Baronius*, T. 3, an. 355, §. 79, pag. 665.

De *Immunitate Clericorum*, l. 9 & 10 C. Theod. eod. *Baronius* l. c. An. 349, §. 28, p. 600, & An. 353, §. 33, p. 634.

JOVIANI,

De *Prohibito raptu & matrimonio Sacrarum Virginum.* L. 5, C. de *Episcopis & Clericis*.

VALENTINIANI, VALENTIS & GRATIANI.

De immunitate Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Exorcistarum, Lectorum, Ostiariorum, & Acolythorum, à muneribus personalibus; L. 6, C. de *Episc. Cleric.*

De Interdicta cognitione Causarum Criminalium tempore Quadragesima, L. 6, C. de *Feriis*.

De tractandis Ecclesiasticorum causis civilibus in Synodis Diœcesanis; L. 23, C. Theod. de *Episcop. & Cleric.* Conf. *Ambrosius*, Epist. 32; *Benignus Milletot*, de *Delicto communi*, apud *Goldastum*, T. 3 *Monarch.* p. 792.

GRATIANI, VALENTINIANI & THEODOSII.

De non admittendis ad publica Officia Judæis. L. 5. C. de *Judæis*.

De non sepeliendis mortuis in Ecclesia. L. 2, C. de *SS. Eccles.* *Carolus Molinæus*, de *Monarchia Gall.* §. 120, apud *Goldastum* l. c. p. 55.

VALENTINIANI, THEODOSII & ARCADII

De Feriandis diebus Canicularibus; & Vindemialibus; & Kalendarum Januariarum; & natalitiorum Urbium Romæ atque Constantinopolis; & hebdomatis Pascha immediatè præcedentis, & immediatè illud sequentis; & Natali Salvatoris; & Epiphaniæ; & Dominicis. vid. L. 7, C. de *Feriis*.

De *Causis Ecclesiasticis non nisi in Judicio Ecclesiastico ventilandis.* vid. *Gratianus*, Caus. XI, Quæst. 1, c. 5, *Continua*, quamvis Canon iste truncatus sit, notante *Benigno Milletot* l. c.

THEODOSII & VALENTINIANI.

De Bonis Clericorum, ab intestato morientium, nec hæredes legitimos relinquentium, Ecclesia vel Monasterio, cujus membrum defunctus fuit, adjudicandis. L. 20, C. de *Episcop.*

De restituendis Catholicorum Templis. L. 3, C. Theodos. de *Fide Catholica*. *Baron.* T. IV, An. 381, pag. 445.

THEODOSII.

De Feriandis diebus Canicularibus, & Vindemialibus, & Paschatos, & Natali Domini, & Epiphaniæ. L. 2. C. de *Feriis*.

De non suscipiendis debitoribus publicis, ad Ecclesias confugientibus. Vid. *Ventura Vicentinus*, Cap. VIII. *Consilii*, in causa Venetorum, contra *Paulum V*, P. R. dati apud *Goldastum*, T. 3, *Monarchiæ*, pag. 531.

De non distrahendis Reliquiis Martyrum. L. ult. C. Theodos. De *Sepulch. Violat.* & *Baronius* T. 4. an. 386, pag. 531.

HONORII & ARCADII

De *confirmatione Privilegiorum Ecclesiæ.* L. 29 & 30. Cod. Theod. de *Episcopis. Baronius* T. V, An. 395, p. 13, & An. 397. p. 43.

De restaurandis Episcoporum Judiciis. L. 7. C. de *Episcopali audientia. Baron.* T. V. An. 398, p. 61.

De Asylis Ecclesiarum. Vid. *Gregorius*, Lib. XI, Epistol. 54. *Baronius* l. c. An. 407, p. 263.

De Foro Clericorum Episcopali. L. 41. Cod. Theod. de *Episcopis. Baronius* l. c. An. 412, p. 341.

De Electione Romani Pontificis. Vid. *Carolus Molinæus*, de *Monarchia Gall.* §. 169, apud *Goldastum* T. 3. *Monarchiæ*, p. 61. Conf. *Goldastus* T. 3. *Constit. Imper.* p. 587.

HONORII & THEODOSII II.

De Mulieribus, quæ cum Clericis habitare possint. L. 19, C. de Episcopis.

De coërcendis Judæorum ritibus festivitates suas celebrantium. L. 11, C. de *Judæis.*

De *Martyribus non distrahendis.* L. 3. C. de *SS. Ecclesiis.*

De *Decanis Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* L. 4, C. eod.

De *Immunitatibus Ecclesiarum.* L. 5, C. eod.

De non abducendis qui ad Ecclesias confugiunt. L. 2, C. *de His qui ad Ecclesiam confugiunt.*

VALENTINIANI III & MARCIANI.

De Confirmatione Privilegiorum Ecclesiæ, abrogandisque Sanctionibus pragmaticis, Canones Ecclesiasticos annullantibus. L. 12. C. de *SS. Eccles. Baronius* T. VI, An. 454, p. 199.

De *auctoritate Romani Præsulis in Gallia, & sanctionibus ejus suscipiendis.* Vid. *Baronius* Tom. VI, ad An. 445, pag. 31 &c. Conf. *Du Pin*, de *disciplina Eccles.* Dissert. 2, C. 1, §. 4, pag. 131 &c. & Cap. 2, §. 3, pag. 209, perspicuè docens, Constitutionem hanc nunquam fuisse observatam.

MARCIANI

De Foro Clericorum Episcopali. L. 25, C. de *Episcopis.*

De non excitandis tumultibus in Ecclesia. L. 5. C. de *His qui ad Ecclesias confugiunt.*

LEONIS.

De Reliquiis Sanctorum in Ecclesiis asservandis. L. 26. C. de *Episcopis.*

De non abstrahendis, qui ad Ecclesias confugiunt. L. 6. C. de *His, qui ad Ecclesias confugiunt.*

De nemine ab Ecclesia segregando, nisi justam ob causam. L. 30. C. de *Episcopis.*

Ejusdem & ANTHEMII

De *feriando Die Dominico.* L. 11. C. de *Feriis.*

De *Electione Episcopi.* L. 31, C. de *Episcopis.*

De *Foro Clericorum.* L. 33 & 34. C. eod.

De *Privilegiis Locorum piorum.* L. 35, C. eod.

ANASTASII.

De Bonis Hæreticorum Fisco adjudicandis. L. 10, C. de *Hæreticis.*

De invalida Excommunicatione Imperatoris, à Pontifice Romano facta. Vid *Goldastus* T. 3 *Constit. Imper.* p. 615.

JUSTINIANI I,

De *non alienandis rebus Ecclesiæ.* Novel. VII & XLVI.

De *commutationibus rerum Ecclesiasticarum.* Novel. LV.

De *Ordine Patriarchatuum*, ubi *Papæ Senioris Romæ, primus omnium Sacerdotum,* & Archi-Episcopo Constantinopoleos *Novæ Romæ, secundus locus* tribuitur; Novel. 131. *Lupoldus de Babenberg*, de *Jure Regni* Cap. 5, p. 356; *Goldastus*, T. 1 *Monarchiæ*, p. 34 & 245, *Baronius* Tom. VII, An. 533, pag. 204.

De *Primatu Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* L. 24, C. de SS. *Ecclesiis.*

De *Ordinatione Episcoporum & Clericorum;* Novel. VI, & 137; Conf. *Stephani Wintoniensis* Oratio, de *Vera Obedientia*, apud *Goldastum* T. 1. *Monarchiæ*, p. 718.

De non producendo Episcopo ad Judicem Civilem, pro qualibet causa pecuniaria, aut Criminali, *citra jussionem Imperialem;* Novel. 123, Cap. VIII, *sed neque.*

De cathedratico censu, ab ordinatis Episcopis solvendo; ibid. Cap. 3, *si quis autem &c.*

De *Episcopis, Clericis & Monachis*, Novel. 123.

De *Monachis;* Novel. V.

De *Foro competente Monachorum & Clericorum,* Novel. 79 & 83.

De vivendi regula Monachorum; Novel. 133.

De Clericis qui recedunt; Novel. 57.

De *Præscriptione centum annorum Ecclesiæ Romanæ.* Novel. 9.

De celebrandis, sæpius in annis singulis, Synodis Diœcesanis. Novel. 123, Cap. 10, &c. &c.

MAURICII

Ne Miles, militia nondum expleta, Monachus efficiatur. Vid. *Carolus Molinæus* de *Monarchia Gall.* §. 170, apud *Goldastum* T. 3, *Monarch.* p. 61; Conf. *Goldastus* T. III. *Constitut. Imper.* p. 635; *Baronius* T. VIII, An. 593, §. 12 & 13, p. 55.

PHOCÆ.

De Primatu Pontificis Romani. Vid. præced. Libri I, Prœmium, p. 19.

CONSTANTINI POGONATI,

De Electione Pontificis Romani. Vid. *Goldastus*

T. 3. *Constit. Imper.* p. 646; *Baronius*, T. VIII, An. 681, §. 55, p. 623, & An. 684, §. 2, p. 640.

JUSTINIANI RHINOTMETI

De non creando Pontifice Romano, sine consensu Exarchæ. Vid. *Goldastus* l. c. p. 647.

De remissione census, pro confirmatione Pontificum Romanorum, hactenus solvendi; ut & de non ordinando Præsule Romano, nisi Decretum Ejus Imperatori prius fuerit præsentatum &c. Vid. *Gratianus* Dist. 63. c. 21, *Agatho*.

CAROLI MAGNI, reliquorumque Imperatorum, ad MAXIMILIANUM I. usque, Edicta, Statuta, Rescripta &c. huc spectantia, designavi præced. Lib. I. Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 49 ad 71. Quibus addi merentur:

SIGISMUNDI,

Reformatio Ecclesiastica, de An. 1436; apud Dn. *Lunigium*, T. I. *Spicilegii Ecclesiastici*, §. 140, pag. 257 &c.

CAROLI V,

Reformatio Ecclesiastica An. 1548; apud *Goldastum* T. 2. *Constit. Imper.* p. 326 &c.

MAXIMILIANI II,

Rescriptum: *De Cantu Ecclesiastico, & Divini Officii emendatione*, An. 1575, apud *Goldastum* l. c. Tom. 3, p. 576.

FERDINANDI II.

Edictum, *de Restituendis Bonis Ecclesiasticis*, adversus Protestantes emissum, An. 1629. Vid. *Lundorpius* T. 3. *Act. Publ.* Lib. 8, Cap. 153, p. 1048. &c. Conf. præced. Lib. I, T. V, in vita, *Ferdinandi II* ad h. a. pag. 758 & 759.

(93) Non minus huc faciunt Constitutiones, Edicta, Rescripta &c. aliorum REGUM, v. g.

ITALIÆ

ODOACRI, *de Electione Romani Præsules, rebusque Romanæ Ecclesiæ non alienandis.* Vid. *Goldastus* T. 3. *Constit. Imper.* pag. 609.

THEODORICI, *de eadem Electione*; vid. ibid. pag. 612 &c.

De *Tuitione Hominum prædiorumque Ecclesiæ* l. c. pag. 42, §. 43.

De *Debitis Ecclesiæ ab Episcopo solvendis*; l. c. pag. 45, §. 51.

ATHALARICI, *De Concordia Episcoporum & Fide Imperio servanda.* Vid. *Goldastus* l. c. pag. 94, §. 7.

De *Electione Romani Pontificis, aliorumque Episcoporum*; Vid. *Cassiodorus* lib. IX. *Variar. Epistol.* Epist. 15, p. 308; *Baronius* T. VII. Annal. ad An. 533, pag. 202; *Goldastus* l. c. §. 10, pag. 95, & §. 37, pag. 106; *Du Pin*, de *Disciplina Eccles.* Diss. 1, §. 5, pag. 13 & 14.

De *Foro Sacerdotali*; Vid. *Cassiodorus* l. c. lib. 8, 8. Epist. 24, p. 284.

LAMBERTI, *de Electione Pontificis Romani, & Jurisdictione Episcoporum*; vid. *Goldastus* l. c. Tom. 3, pag. 297.

HUGONIS & LOTHARII, De *restauratione Ecclesiarum*, vid. *Goldastus* l. c. p. 302.

De *Episcopis & Clericis*; l. c.

FRANCIÆ.

CLOTHARII I, *de Tributo à Bonis Ecclesiasticis exigendo.* Vid. *Goldastus* T. I. *Constit. Imper.* pag. 10.

De Electione & Depositione Episcopi l. c. p. 11.

CHARIBERTI, de *Electione & Depositione Episcopi* l. c.

GUNTHERAMNI, De *Observando die Dominico*; vid. *Petrus Crabbe*, T. 2. *Conciliorum*, f. 92. *Goldastus* l. c. T. 3, p. 634.

De canibus in domibus Episcoporum non alendis. Vid. *Goldast.* l. c. p. 635. Mandatum, in *Ecclesiasticos heribannitos*; Vid. *Goldastus* l. c. T. I, p. 12.

CHILPERICI Decretum, in *Ecclesiasticos heribannitos.* Vid. *Goldastus* l. c. pag. 11.

CHILDEBERTI, de *Feriando die Dominico.* Vid. idem T. 3, pag. 116, §. 15.

CAROLOMANNI, de *Reformatione collapsæ Religionis Christianæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ.* Vid. *Othlonus*, in vita *S. Bonifacii* Moguntini, Cap. 33, apud *Surium*, 5 Junii, p. 66, &c. & *Goldastus* l. c. T. I, pag. 15, & Tom. 3, p. 117.

PIPINI, *de Presbyteris & Clericis, ad Synodum commonendis*; vid. *Goldastus* l. c. Tom. 3, p. 119.

LUDOVICI SANCTI, *Sanctio Pragmatica*, de An. 1268, de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, ut videlicet Electiones & collationes Beneficiorum Ecclesiasticorum secundum Canones, & dispositionem Juris, fierent; Ecclesiæ, aliaque loca sacra, ut & Personæ Ecclesiasticæ, privilegiis & immunitatibus, à Regibus Francorum concessis, fruerentur; Simoniæ crimen eliminaretur, &c. vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 23, lit. a, p. 1397 &c. add. præc. v. 91, voc. *Ludovici Sancti.*

PHILIPPI AUDACIS, *de Clericis, uxores habentibus, inter tributarios referendis.* Vid. *Benignus Milletot*, de *Delicto Communi*, apud *Goldastum* T. 3 *Monarch.* p. 779, §. 50.

PHILIPPI PULCHRI, seu VIII, Epistola, ad *Bonifacium VIII* P. R. de *Jure Regaliæ*; præced. Lib. I, Procem. §. 16, lit. d, pag. 21, & Tit. XV, §. 23, lit. a, pag. 1398.

CAROLI V, Edictum, de 5 Januar. 1369, quo prohibuit: Ne ullus Franciæ Prælatorum, eorumve

rumve officialium, censuræ notam, Pontificis Romani, vel anathematis interdictum in Civitates, Oppida, Collegia, communitates ullas Regni sui, promulgarent. Legitur illud inter veterum Constitutionum Supremi Curiæ Parlamenti Regesta, f. 62; vid. *Carolus Molinæus* de *Monarchia Franc.* §. 134, apud *Goldastum* l. c. pag. 56; Conf. *Joh. Bedæus*, de *Jure Regum*, Cap. V, apud eundem, l. c. pag. 817.

CAROLI VI, Constitutio, in favorem Libertatis Ecclesiarum Regni sui & Delphinatus, adversus illicitas Romanæ Curiæ exactiones, Annatas &c. de An. 1406; 28 Febr. apud *Goldastum* T. 3 *Constit. Imper.* p. 422; Conf. *Molinæus* l. c. §. 142, p. 57; *Tussanus Berchetus*, in *Pio Consilio*, super *Gregorii XIV* Interdicto in Regem coronamque Galliæ, de An. 1591, apud *Goldastum*, T. 3, *Monarch.* p. 142. verb. *Decretum etiam* (in Celeberrimo Senatu Parisiensi, à Rege convocato) *Papis non licere inposterum ullum Galliæ tributum imponere, nisi Regis voluntate, quantum quidem Ipsi, pro necessitatis ratione concedere placeret &c.* Integrum Senatus consultum Parlamenti, sub nomine *Caroli VI*, Regis Franciæ, contra abusus Annatarum, aliarumque, usurpationum *Benedicti XIII*, d. 11 Sept. 1406, exhibet Dn. de *Leibnitz* Part. I *Cod. Diplom. Jur. Gentium*, §. 121, p. 283 ad 288.

CAROLI VII *Sanctio Pragmatica*, adversus Annatas Reservationes artesque corradendæ pecuniæ Romani Præsulis alias, de An. 1438; vid. præced. Lib. 1, Tit. XV, §. 23, lit. a, pag. 1399; Conf. *Molinæus* l. c. §. 149, pag. 58; *Milletot* l. c. p. 777.

Diplomata, in Suprema Curia Parisiensi An. 1440, lecta & probata, contra ejusdem Antistitis Rescripta, Citationes, Præventiones, Censuras &c. vid. *Molinæus* l. c.

LUDOVICI XI Interdictum, de An. 1464: Ne quis subditorum Romam pecunias mitteret, aut Bullas inde afferret &c. Vid. *Molinæus* l. c. §. 150, p. 58.

LUDOVICI XII Edictum, adversus illegitimas Annatarum exactiones. Vid *Bedæus* l. c.

FRANCISCI I. Constitutio de *Clericis, negotiationem, artemve quandam, exercentibus*, *coram Seculari Judice in jus vocandis*, *An.* 1539. Vid. *Milletot* l. c. p. 779.

CAROLI IX, Lex: *Ne Clerici ullis fruerentur privilegiis, nisi qui in Sub-Diaconorum Ordinem prius recepti*; Vid. *Milletot* l. c. &c. &c.

ANGLIÆ

ETHELREDI, Leges de *Cultu divino, Jejuniis, Processionibus &c.* Vid. Auctor Operis Eximii, de *Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestatis*, apud *Goldastum* T. 3 *Monarchiæ*, p. 40.

ALVREDI, de *Pœnis Clericorum in Canones peccantium &c.* l. c. p. 40.

ADELSTANI, de *Decimis* l. c.

EDMUNDI, de *Presbyteris* l. c.

EDGARI, de *Decimis* l. c.

CANUTI, de *Feriis, Eucharistia, punitione Sacerdotum &c.* l. c. p. 39.

WILHELMI Conquestoris, de *Feriis*; de *Clericis & Possessionibus eorum*; de *Justitia S. Ecclesiæ*; de Universis tenentibus de Ecclesia; de *Reis ad Ecclesiam fugientibus*; de *Fractione pacis Ecclesiæ*; De *Decimis Ecclesiæ &c.* vid. *Rogerus de Hoveden*, part. poster. Annal. Angl. in vita *Henrici II*, p. 601 &c.

HENRICI II: Leges, quibus Clerum ad officia erga Deum & Regem redegit. Vid. *Flacius*, *Catal. Testium Veritat.* p. 577 &c. Conf. seq. v. 95.

EDUARDI III, Rescriptum: de *Libera Ecclesiasticarum Personarum electione*, de An. 1344 &c. apud *Goldastum*, T. 3 *Constit. Imper.* p 411 &c. &c.

(94.) (XI.) *Jurisdictionem in Clericos, tam in Civilibus, quam Criminalibus, exercere.*

CONSTANTINUS MAGNUS

Donatistis Cæcilianum, Carthaginensem Episcopum, ex invidia, variorum criminum accusantibus, surrogatoque in ejus locum *Majorino*, sede pellentibus, & Commissarios, qui de causa cognoscerent, expetentibus, delegit *Maternum* Agrippinensem, *Rheticium*, Augustodunensem, & *Marinum* Arelatensem, qui, una cum *Melchiade* Romano, cuncta funditus examinarent, &, quod justum, pronunciarent, *Cæcilianum* propterea *Romam* proficisci jubens; Vid. Epistola Cæsaris ad *Melchiadem & Marcum*, apud *Eusebium*, lib. X, *Hist. Eccles.* Cap. V, Edit. Valesf. p. m. 391; Conf. *Augustinus*, Epist. 162, ad *Donatistas*, verb. *Rogatus quippe Imperator Judices misit Episcopos, qui cum Eo* (Melchiade) *sederent &c.* Lata in *Cæciliani* favorem sententia, ubi controversia ad Concilium *Arelatense*, hunc in finem, An. 314, ab Imperatore efflagitatum, devolveretur, &, innocentia *Cæciliani* denuo ibi agnita, *Donatistæ* rursus ad Augustum provocarent, terminavit tandem Princeps, An. 316, litem, Mediolani, *Cæcilianum* innocentem declarando, Adversarios contra ejus, homines improbos, pœnis coërcendos; Vid. *Augustinus* l. c. unde sua *Baronius*, Tom. 3 *Annal.* ad An. 316, pag. 172; conf. Auctor Libri *Libertatis Ecclesiasticæ*, apud *Goldastum* T. 1 *Monarch.* pag. 692; *Valesius*, Diss. de *Schismate Donatistarum*, notis in *Eusebii Historiam* annexa, p. m. 289 &c. *Du Pin*, de *Disciplina Eccles.* Diss. 2, Cap. 2, §. 1, p. 157. &c.

Idem, in Epistola ad *Nicomedienses*, apud *Theodoretum*, Lib 1. *Hist. Eccl.* Cap. 20, pag. 36, Episcoporum

porum quorundam, veluti: *Eusebii* Nicomediensis, & *Theognidis* Nicæensis, memor, ait: *Quam ob rem, erga istos ingratos aliquod supplicium censui statuendum, & propterea mandatum dedi, ut, à suis abrepti sedibus, quam longissime relegarentur &c.* Conf. *Nicepohorus Callistus*, lib. VIII *Hist. Eccles.* c. 18, p. 384, commemorans, *Eusebii*, locum *Amphioni* datum, &, pro *Theognide*, *Chrestum* Præsulem constititum.

Idem, in Epistola ad Synodum *Tyriensem* An. 335, apud *Theodoretum*, l. c. Cap. XXIX, p. m. 45: *Quod si quis, sicut minime suspicor, nostrum mandatum etiam jam callide rejicere studens, recuset ad Concilium adventare: hinc à Nobis aliquis mittetur, qui eum, Regio mandato, de dignitate sua dejiciat, doceatque: non decere quenquam Decisionibus Imperatoris, pro veritate editis, adversari &c.*

Athanasio Alexandrino, ab *Arianis*, *Meletianis*, & *Eusebianis* in dicta Synodo *Tyriensi*, An. 335, malitiose damnatum se conquerenti, Justitiam ut administraret, evocavit Cæsar Præsules *Tyro Constantinopolim*, scribens, inter alia: *Equidem nescio, quænam sint à Concilio vestro, cum tumultu ac procella judicata; videtur tamen, turbulenta quadam confusione, veritas quodammodo fuisse perversa, dum vos, ob mutuam inter Vos contentionem, quam quidem insuperabilem esse vultis, ea, quæ Deo accepta sunt, minime perspicitis ---- Proinde, Vos omnes ad Pietatem meam confestim venire volo, ut rerum, à Vobis gestarum, rationem, coram Me, per Vosmet ipsos accurate reddatis &c.* Vid. *Sozomenus*, lib. 2 *Hist. Eccles.* Cap. 28, Edit. Valef. pag. 486 & 487. Conf. præced. v. 69. Quamvis Beatum Virum, Calumniatoribus aures præbens, criminantibus eum, quasi sacrum confregisset calicem, insuperque dixisset: impediturum se, quo minus annona *Alexandria Constantinopolim* deveheretur &c. *Treverim* in exilium miserit. Vid. *Sozomenus* l. c. pag. 488; *Socrates* lib. 1 *Hist. Eccles.* Cap. 35, Edit. Valef. pag. 71; *Theodoretus*, lib. 1 *Hist. Eccles.* Cap. 31, p. m. 47; *Cassiodorus*, *Histor. Tripartita*, Lib. 3, Cap. 8, p. 45; *Nicephorus* l. c. Lib. 8, Cap. 50, p. 444; *Baronius* l. c. ad An. 336, p. 467 & 468.

CONSTANTINUS Junior.

B. *Athanasium*, à Parente in exilium protrusum, *Treviris*, *Alexandriam* reverti jubet, pristinis restitutum honoribus. Vid. *Theodoretus*, lib. 2, c. 2, p. 49 & 50; *Socrates* l. c. lib. 2, Cap. 3, p. 82; *Nicephorus* l. c. lib. IX, Cap. 3, p. 454 &c. *Baronius* l. c. An. 338, p. 513.

CONSTANTIUS

Eusebio, aliisque *Arianorum* Sectæ Præsulibus, reditum B. *Athanasii* multorum malorum causam extitisse, & Ægyptum, Palæstinam, Phœniciam, aliasque Gentes finitimas, turbulentis illorum fluctibus agitari, inclamantibus, Venerabilem Episcopum denuo *relegandum* decernit, qui etiam, in Synodo *Antiochena*, ab Arianis depositus, *Gregorio* in ipsius locum suffecto, clam aufugiens, ad *Constantem* Imperatorem, Romam se contulit, de Factionis Arianæ conquestus insidiis, quodque bellum contra fidem Apostolicam excitaretur; Vid. *Theodoretus* l. c. lib. 2, Cap. 3, 4 & 5, p. 50 & 51; *Sozomenus* l. c. lib. 3, c. 5, p. 501 & 502; *Nicephorus* l. c. Lib. IX, Cap. V, p. 457. Quibus literis tamen eum iterum ad Sedem revocaverit; docet *Socrates*, l. c. lib. 2, Cap. 23, p. 107 & 108.

Liberium Romanum, quod *Athanasium* defenderit, in *Thraciam*, & quidem *Beræam*, relegavit, electo in Ejus locum *Felice*; vid. *Theodoretus*, lib. 2, Cap. 16, p. m. 67 &c. *Sozomenus*, lib. 4. Cap. XI, Edit. Valef. p. 551 &c. *Nicephorus*, lib. IX, Cap. 35, p. 516 & 517. Quomodo verò, biennio post, Sedi fuerit restitutus, ex *Theodoreto* l. c. Cap. 17, p. 69; *Sozomeno* l. c. Cap. XV, pag. 557, & *Nicephoro* l. c. Cap. 37, p. 520 & 521, discimus.

Paulum Constantinopolitanum itidem Sede pepulisse legitur, *Eusebio* Nicomediensi tradita. Vid. *Socrates*, cit. lib. 2, c. 7, p. 84; *Sozomenus*, lib. 3, c. 3 & 4, p. 499 ad 501; addit *Theodoretus*, lib. 2, c. 5, p. 52, eum relegatum fuisse *Cucusum*, Armeniæ Minoris Oppidum. Defuncto *Eusebio*, ad Ecclesiam reversum, altera vice, per *Hermogenem*, Equestris Militiæ Magistrum, in exilium mittit, *Macedonium* licet, ab Arianis, in *Eusebii* locum, electum, neque confirmans, neque reprobans; vid. *Sozomenus*, l. c. Cap. 7, p. 505 & 506; *Socrates* l. c. Cap. 12 & 13, pag. 89 & 90: Per *Philippum*, Præfectum Prætorio, tertia vice Eum abigi jubet, in exilio quoque trucidatum, *Macedonio* confirmato. Vid. *Socrates* l. c. Cap. 16, pag. 92; *Sozomenus* l. c. Cap. 8 & 9, p. 507 & 508; *Theodoretus*, l. c.

Idem, Contumeliæ loco ducens discessum Episcoporum, An. 359, Occasione Schismatis inter *Cyrillum* Hierosolymitanum, & *Acacium* Cæsariensem, *Arimini* congregatorum, contra ipsius consensum, inde abeuntium, *Valenti*, Episcopo Ariano, & *iis, qui cum illo erant, permisit, ut Occidentalium partium Ecclesias, pro arbitrio suo, ordinarent, & formulam Fidei, Arimini* (ab Ursacio & Valente) *perlectam promulgarent; eos verò, qui formulæ illi subscribere renuissent, Ecclesiis ejicerent, &, in eorum locum, alios constituerent.* Sunt verba *Sozomeni* lib. 4. c. XIX, pag. 568; qui immediatè annectit: *Istos verò, hinc licentiam nactos, adhibita vi, compulisse Episcopos, ut Fidei illi subscriberent: eos autem, qui resisterent, Ecclesiis suis exturbasse, ac primum omnium*

omnium, Liberium, Episcopum Urbis Romæ. Deinde, Episcopis Italiæ hunc in modum vexatis, Orientis quoque Ecclesias pari modo tractare adortos esse &c. Nomina depositorum Antistitum, inter quos etiam *Cyrillus Hierosolymitanus,* habentur ibid. Cap. 24 & 25, p. 580 &c.

Idem, ob hæresin, quod Filium Dei Patri dissimilem esse delirasset, in exilium pepulit *Aëtium,* (*Socrate* lib. 2. *Hist. Eccl.* c. 37, p. 132, & *Sozomeno,* lib. 4. c. 12, p. 553, Edit. Valesf. testibus) à *Leontio* Antiocheno, creatum Diaconum; lecta enim, in Synodo, Ejus confessionis formula, *Imperator immani ejus impietate perspecta confestim mittit in exilium & ad locum quendam Phrygiæ duci jubet.* Hæc *Theodoretus,* lib. 2. *Hist. Eccl.* c. 27, p. 82; Putat equidem *Nicephorus Callistus,* lib. IX, Cap. 18, p. m. 487, &, ex eo, *Baronius,* T. 3, *Annal.* ad An. 354, §. XI, p. 637, eum pœnam hanc luisse, quod cum *Gallo* consilia communicasset; demus & hoc, tamen à Cæsare punitus fuit.

MAXIMUS

Gladio addixit *Priscillianum,* Abilensem Episcopum, Hispanum, an. 385 (386) in Burdigalensi Synodo damnatum, &, consentiente etiam Synodo, ad Ipsum confugientem, cum multis aliis, de quibus ita *Severus Sulpitius,* Auctor coævus, lib. 2. *Histor.* apud *Baronium,* Tom. IV, ad An. 385, pag. m. 511 & 512: *Ubi Maximus Oppidum Treverorum Victor ingressus est, ingerit preces plenas in Priscillianum, ac Socios ejus, invidiæ atque criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad Præfectum Galliarum, atque ad Vicarium Hispaniarum, literis, omnes omninò, quos labes illa inoleverat, deduci ad Synodum Burdegalensem jubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus: quorum Instantius, prior jussus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronunciatus est. Priscillianus verò, ne ab Episcopis audiretur, ad Principem provocavit; permissumque id nostrorum inconstantia - - - - Imperator, per Magnum & Rufum Episcopos, depravatus, & à mitioribus consiliis deflexus, causam Præfecto Evodio permisit, Viro acri & severo: qui Priscillianum, gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffidentem obscœnis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conventus, nudumque orare solitum: nocentem pronunciavit, redegitque in custodiam, donec ad Principem referret. Gestis ad Palatium delatis, censuit Imperator Priscillianum, sociosque ejus, capitis damnari oportere - - - At tum, per Maximum, accusator apponitur Patricius quidam, Fisci Patronus. Ita, eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, unaque cum eo, Felicissimus, & Armenus, qui nuper à Catholicis Clerici Priscillianum secuti, desciverant. Latronianus quoque & Euchrocia, gladio perempti. Instantius, quem superius ab Episcopis damnatum diximus, in Sylinam insulam, quæ ultra Britanniam sita, est deportatus &c.* Conf. *Prosper,* in Chronico, ad An. 386, Edit. Scalig. p. m. 189; *Du Pin,* de *Disciplina Eccles.* Diss. 2, Cap. 2, §. 2, p. 164.

ARCADIUS

Suasu *Eudoxiæ* Conjugis, B. *Chrysostomum,* Episcopatu Constantinopolitano exuit; de quo ipse, in literis ad *Innocentium* Romanum, *Venerium* Mediolanensem, & *Chromatium* Aquilegiensem, Præsules, de An. 404, apud *Baronium,* Tom. V, ad h. a. pag. 193: *Theophilus, Alexandrinæ Ecclesiæ Præsul, cum à quibusdam, apud Piissimum Imperatorem insimularetur, solus, ad crimina diluenda, venire jussus, magna Ægyptiorum multitudine sociatus, advenit - - - - accersitis nobis, Piissimus Imperator jussit, ubi ille* (Theophilus) *morabatur, ire, atque illic, quæ contra illum dicerentur, audire, nam & seditiones, & cædes, & alia illi objiciebantur innumera &c.* Sequentibus docet, quomodo *Theophilus, Eudoxiæ* artibus, ex reo factus Actor, Concilium *ad Quercum* (Suburbani *Chalcedonis* nomen est) An. 303, adversus ipsum *Chrysostomum,* celebraverit, in quo, ut verba sonant: *Non destitit, omnia & facere & moliri, quoad nos, per summam vim, nimia auctoritate, & Urbe & Ecclesia deturbavit &c.* Auctore *Palladio Galata* in *Dialogo,* T. 1. Operum *S. Chrysostomi,* Edit. Paris. & apud *Baronium* l. c. An. 403, p. 176, accusatus est B. Vir, 29 criminum, quibus *Acacius* Beroënsis sedecim addidit, catalogum sistente *Baronio,* l. c, pag. 173 &c. &, nullius licet convictus, cum plane inimicis suis se sistere recusaverit, damnatus; lata sententia, inquit *Palladius* l. c. *missa relatio ad Imperatorem, ita exordiens: Quoniam accusatus Joannes quorundam criminum, consciusque ad ea diluenda occurrere noluit, hujusmodi verò deponunt Leges, id quod & passus est, continent autem libelli & L. M. crimen. Jubeat hunc Pietas vestra expelli, vel invitum daturum tanti criminis pœnas, nobis enim ista non licet inquirere &c.* Add. *Socrates* lib. 6, Cap. 15, pag. 323: *Quoniam Joannes, exceptione utens, eos, qui ipsum vocabant, tanquam inimicos rejiciebat, & ad Generale Concilium provocabat, illi nihil cunctati quater eum citaverunt. Cumque ille sistere se in judicio noluisset, sed idem semper responsum daret, condemnaverunt Eum, ac deposuerunt, nullum ei crimen objicientes, nisi quod vocatus non paruisset. Ea res sub vesperam nunciata*

ciata populum ad gravissimam seditionem excitavit. Itaque tota nocte excubantes, eum ab Ecclesia abduci nequaquam siverunt, sed causam ejus in majore Concilio dijudicandam esse proclamabant. Verum, Imperatoris jussione præscriptum fuerat, ut continuò expelleretur, & in exilium abduceretur. Quo comperto Joannes, tertio post damnationem die, circa meridiem, ultrò se ipse tradidit --- & --- abducebatur in exilium &c. Conf. *Theodoretus*, lib. V, c. 34, pag. m. 172; *Sozomenus*, lib. 8, c. 22, pag. 788; *Nicephorus* lib. 13, c. 15, pag. 816 &c. *Baronius* l. c. pag. 175 &c. Quomodo verò in integrum postea fuerit restitutus, una cum aliis injustè depositis, docent citatæ modò epistolæ ejus ad Occidentales Episcopos, verba sequentia, apud *Baronium* l. c. ad An. 404, p. 194: *Ubi Piissimus Imperator injustè & imprudenter ingressos Ecclesia expulit, plurimique Episcoporum, iniquitate illorum cognita, ad Ecclesias suas redierunt, furorem illorum atque impetum, veluti flammam, cuncta vastantem, fugientes, nos in Urbem rursus evocati sumus, Ecclesiæque restituti, de qua injustè fueramus ejecti. Cum vero triginta Nos Episcopi, & Clementissimi Imperatoris Notarius, ad hoc missus, reduxissent, ingressi ad Regem, oravimus, ut, ad ulciscenda facinora, Synodum cogeret; quod ille* (Theophilus) *ubi comperit, fugæ præsidium sumpsit --- Nos, conscientiæ nostræ fiducia, nihilo segnius institimus, apud Piissimum Imperatorem, ut Concilium congregaret. Qui, suæ Pietati consona faciens, rursum ad illum* (Theophilum) *misit, mandans, uti ad se, tam ipse, quam omnes, qui cum illo fuerant, ex Ægypto ascendere maturarent, rationem facti sui reddituri &c.* Conf. *Theodoretus* l. c. *Socrates* l. c. Cap. 16, pag. 323; *Sozomenus* lib. 8, c. 18, pag. 782 &c. *Nicephorus* l. c. Cap. 16, pag. 818; *Baronius* l. c. An. 403, pag. 177. Nihilominus autem, urgente *Eudoxia*, Eum rursus fuisse ad ferendas exilii ærumnas redactum, præfata Ejus Epistola l. c. & *Baronius* l. c. ad An. 404, pag. 190, 191 & 192, docent.

VALENTINIANUS III

Examinavit causam *Sixti III*, P. R. & *Bassi*, Ex-Consulis, quorum altero in Synodo se purgante, alter proscriptus fuit. Vid. Auctor Catalogi Pontificum Romanorum Seculi VI scripti, apud *Henschenium* & *Papebrochium*, Tom. 1 Actorum Sanctorum Ordinis Benedicti, Mensis *Aprilis* fol. 33 Prolegomenorum, in vita *Sixti III: Hic, à quodam Basso incriminatus, accusatur, ex præcepto Valentiniani Augusti, cum magna examinatione, facta Synodo, purgatur à quinquaginta quatuor Episcopis, & ejecit Bassum à communione &c.* Conf. *Liber Pontificalis*, Tom. 1 *Conciliorum Petri Crabbe*, fol. 317, in vita dicti Pontificis; *Anastasius* Bibliothecarius, in ejusdem vita, pag. m. 35; *Gratianus*, Caus. 2, Qu. V, c. *Mandastis* 10. *Sigebertus Gemblacens*. ad An. 435, p. m. 495; *Platina*, in vita dicti Papæ, pag. m. 57; *Nicolaus Cusanus* lib. 2 de *Concordantia Catholica*, Cap. XX, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, pag. m. 330. Auctor de *Ætatibus Ecclesiæ*, Cap. VII, in fine apud *Goldastum* T. 1 *Monarchiæ*, pag. 29.

JUSTINIANUS.

Anthimum, Patriarcham Constantinopolitanum, eo quod argumenta Romani Præsulis, *Agapeti*, pro *duabus in Christo Naturis*, quas ille negaverat, *Eutychetis* hæresi infectus, allata refellere nesciret, in exilium pepulit, frendente *Theodora* Augusta. Vid. *Anastasius* l. c. in vita *Agapeti*, p. m. 52; *Liber Pontificalis*, l. c. Tom. 2, pag. 1, in ejusdem vita; *Michaël Volaterranus*, lib. XXII *Commentariorum Urbanorum*, in *Anthropologia*, pag. 500; *Nauclerus*, Vol. 2, *Chronographiæ*, Generat. XVIII, p. m. 588.

Idem, *Vigilium*, Pontificem Romanum, (malis *Theodoræ* Imperatricis artibus, *Sylverio*, *Anthimum* hæreticum ad communionem suscipere recusanti, atque, sub titulo, quasi *Romam* Gothis prodere moliretur, à *Bellisario* Patritio, Sede moto, suffectum,) *Constantinopolim*, An. 547, evocavit; cum vero, circa restituendum *Anthimum*, promissis Imperatrici stare nollet, insuperque Cæsarem *Diocletiano*, & Imperatricem *Eleutheriæ*, imprudenter satis, compararet, homicidii accusatum male haberi permisit, funeque per totam civitatem tractum in custodiam conjecit. Vid. *Anastasius* l. c. in vitis *Sylverii* & *Vigilii*, pag. m. 55 & seqq. *Liber Pontificalis* l. c. in vita *Vigilii* pag. 3; *Marcellinus* Comes, in Chronico, Indict. IX, Edit. *Scaligeri*, p. m. 54; *Vincentius Bellovacensis*, *Speculi Historialis* Parte 2, lib XXI, Cap. 75; *Gobelinus Persona*, ætat. VI *Cosmodromii*, Cap. 30, pag. m. 225; *Platina*, in vita *Vigilii*, p. m. 69, & 70; *Volaterranus*, l. c. *Nauclerus* l. c. *Generat*. XVIII, p. 591, & *Generat*. XIX, pag. 595 & 596.

PHOCAS.

Primum inter *Episcopos* locum, titulumque simul *Oecumenici Patriarchæ*, *Bonifacio III*, Romano, impertivit. Vid. præced. Lib. I *Procem*. p. 19.

CAROLUS MAGNUS.

Crimina *Leoni III*, P. R. objecta, in numerosa Synodo, An. 800, exacte perquisivit, Pontifice purgare se coacto. Vid. *Adelmus*, *Annal. Francor.* h. a. Tom. 2, *Scriptor. Rer. Franc. Freheri*, pag. 405, verbis

verbis præced. Lib. I, Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 36, p. 361, una cum testibus aliis, occurrentibus:

LUDOVICUS PIUS.

Qui, An. 818, in *Aquisgranensibus* Comitii s *Anselmum Mediolanensem*; *Wolfoldum*, *Cremonensem*, & *Theodulfum*, *Aurelianensem*, Archi-Episcopos, tanquam Conjurationis *Bernhardi*, Italiæ Regis, in Caput Imperatoris, participes, *sententia condemnatos capitali*, vita quidem donavit, in Monasteria tamen mancipatos, *Theodulfo*, *Floriacensium*, Abbate, in carcerem conjecto. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 1, ad h. a.

An. 830, eandem gratiam exhibuit *Ebboni Rhemensi*, *Hugoberto Lugdunensi*, *Bernhardo Viennensi*, *Jesse Ambianensi*, *Eliæ Tricassiorum* Præsulibus, pariter ac *Hilduino Dionysiano* & *Valæ Corbejensi* Abbatibus, ob conspirationem cum *Lothario*, Ipsius Filio, Parenti insidias struente, in Comitiis *Noviomagensibus*, *Majestatis Læsæ* damnatis. Vid. infr. l. c. ad h. a.

An. 835, Ejusdem criminis rei, *Ebbo Rhemensis*, qui interea in gratiam redierat, & *Agobertus Lugdunensis*, in Comitiis *Theonvillanis*, Sedibus pulsi sunt. Vid. ibid. ad. h. a.

LUDOVICUS II.

Leo (IV. P. R.) *postquam Lotharius* (Imperator) *cucullam induit*, *à Sycophantis criminis Majestatis insimulatus*, *nempe*, *quod Imperium Græcis restituere molitus esset*, *in Judicio stetit coram Ludovico II*, *Lotharii Filio*, *cujus Judicio est absolutus*; *ut refert* (*Gratianus*) C. *Nos si incompetenter aliquid egimus &c.* (41) 2 Quæst. VII &c. Idem, *Leo rationem prolixe reddidit Ludovico II*, *quod*, *pro Italiæ & Urbis defensione*, *arma induerat*, *feliciterque*, *contra Saracenos*, *pugnaverat*: *quod refertur C. Igitur* (7) *& seq. 23*, *Qu. 8*. Hæc *Carolus Molinæus*, in *Monarchia*, §. 125, apud *Goldastum*, T. 3, *Monarch.* pag. 55.

LUDOVICUS, GERMANORUM Rex.

An. 861, in Comitiis *Ratisbonensibus*, conspirationis cum Regni hostibus convictum Abbatem, *Waldonem*, exauctoravit. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 1, ad h. a.

OTTO MAGNUS.

Conspirationis cum *Henrico Bojorum* Duce, dolosas Imperatori Fratri insidias struente, accusati *Fridericus Moguntinus* (non *Coloniensis*, ut *Joachimo Cluttenio*, in dodecade *Heroicarum dissertationum*, An. 1622 Argentorati habitarum, §. IX, videtur) & *Rothardus Argentoratensis*, Antistites, alter, coram Populo, L. M. crimen, *corporis & sanguinis Domini perceptione*, diluere coactus fuit, teste, *Chronographo Saxone*, ad Annum 943, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a, pag. 417; alterque Cœnobio *Corbejensi* reclusus legitur. Vid. *Bucelinus*, Part. I *German. Sacra*; *Catalog. Episcopor. Argentorat.* p. m. 7: *Ruthardus*, *è ducibus Alemanniæ oriundus*, *conjurationis in Cæsarem reus*, *deponitur*, *&c*, *annis XI Corbejensi Cœnobio inclusus*, *demum ad Sedem reversus*, *An. Christi 950 moritur.*

Rogatus Imperator à Synodo Romana, An. 963, *Johannem XII* Pontificem, horrendorum criminum convictum, deposuit. Vid. præc. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 62, & Tit. 4, §. 3, lit. m, p. 316, & Tit XV, §. 22, lit. c, pag. 1367; & hujus Libri III, Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 37, ad An. 963, pag.

Idem, cognoscendo de lite inter *Benedictum* & *Leonem VIII*, ambos Præsules Romanos, istum Sede pepulit, huncque injuste pulsum restituit in integrum. Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 3, lit. m, pag. 317, & Tit. XV, l. c. & hujus Libri III, Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 37, ad An. 965, pag.

OTTO II.

Corbejam relegavit *Abrahamum Frisingensem* Episcopum, in Comitiis *Ratisbonensibus*, An. 974, conspirationis in Ipsum, intuitu, L. M. damnatum. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 1, ad h. a.

An. 976, *Henricus*, *Augustanus* Præsul, & *Ramboldus*, S. *Emmerani* Abbas, ob idem crimen, in Comitiis *Ratisbonensibus* judicati, alter in exilium agitur, alterque *Treviros* deportatur. Vid. ibid. ad h. a.

HENRICUS III.

Causa erroneorum Pontificum, *Benedicti IX*, *Sylvestri III*, & *Gregorii VI*, apud *Sutriam*, An. 1046, ritè examinata, reprobatis omnibus, *Clementem II* à Principe nostro Sedi fuisse impositum Romanæ, præced. §. 8, lit. a, v. 40, pag. nec non præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, an. 1046, pag. 103 &c. & Tit. V, in vita hujus Imperatoris, an. eod. pag. 526, ut & Tit. XV, §. 22, lit. c, p. 1376, notavi.

An. 1052, *Nitgerum*, *Episcopum Fruxinensem*, *ob necem Fratrum ignominiosam*, *nimis protervum*, *Ravennam relegat.* Hæc *Aventinus*, lib. V. *Annal. Boicor.* Cap. 8, §. 13, p. 511.

An. 1054, Eodem Judice, *Conradus*, *Ratisbonensis*, in Comitiis *Ratisbonensibus*, parricidii Læsæque Majestatis damnatus, in vincula conjicitur. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 1, ad h. a.

An. 1055, *Adelbertum* Archi-Episcopum N. Capitali

pitali Sententiæ adjudicatum, intercedentibus Episcopis, dimittit. Vid. præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 8, lit. d, ad h. a. p. 105.

HENRICUS IV.

An. 1075, *Wernerus*, *Magdeburgicus*, & *Bucco*, *Halberstadiensis*, Præsules, ob illata Imperatori huic arma, *Læsæ Majestatis* accusati, ad purgandum se offerunt in Comitiis. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, ad h. a.

Idem circa tempus, Princeps noster *Bambergensem Episcopum* (Hermannum) *ambitus condemnat*, *albo Pontificum eradit*, *Rupertumque constituit &c.* Sunt verba *Aventini*, cit. lib. V, Cap. 13, § 14, p. 542.

HENRICUS V.

An. 1120, solenni diplomate prohibuit, *Adelbertum*, rebellem Moguntinensium Præsulem, à Capitulo & Senatu Moguntinensibus suscipi. Vid. Dn. *Lunigius*, Part. I. *Spicilegii Eccles.* Contin. I, Cap. 2, §. 24, pag. 30.

LOTHARIUS.

An. 1137, Judex erat in causa *Cassinensium*, adversus *Innocentium* P. R. Vid. *Petrus Diaconus*, Contin. *Chronici Cassinensis Leonis Ostiensis*, lib. 4, Cap. 108, pag. m. 537, §. 1982 &c. ibique *Angelus de Nuce*, in Notis, *Baronii* objectiones refellens; & Cap. 109 & 110, pag. 546 & seqq. Conf. præced. Lib. I, Tit. XI, §. 1, in vita *Wilhelmi*, C. P. R. pag. 951.

FRIDERICUS I.

An. 1153, Distractionis bonorum Ecclesiæ convictum *Henricum* Moguntinum, in *Wormatiensi Curia*, deposuit. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 127.

An. 1157, temeritatis memor, qua *Hadrianus IV*, P. R. Imperio *Beneficii Romani* notam inuri curabat, in literis, ad *Hillinum Trevirensem*, apud Dn. *Lunigium*, in *Spicilegio Ecclesiastico*, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Trier*, §. 34, pag. 215, ait: *Quia, Te teste, nunquam pejus agitur divinum servitium, quam Romæ, ubi domus Petri facta est spelunca latronum, & habitatio dæmonum, & ubi ille alter Simon hæresiarcha, quærens sua, non quæ Jesu Christi, cuncta spiritualia habet venalia, Nos judicabimus Eum in Virga Regni Nostri, & requiremus ab Eo, quæ Nostræ ditionis sunt, Urbes, & Castella, munitiones & Oppida, quæ in tota tenet Apulia, & videbimus, quis liberet de manu nostra &c.*

An. 1159, Orto Schismate in Ecclesia Romana, inter *Victorem II* & *Alexandrum III*, partibus in Judicium vocatis, pro *Victore* sententiam tulit. Vid. præced. v. 88; nec non præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1160, p. 133, & Tit. V, in vita *Friderici I* Imp. ad An. 1159 & 1160, p. 581 & 582.

Ejusdem Schismatis intuitu, totum Cisterciensium Monachorum Ordinem, *Victori* reluctantem, ab Imperatore nostro fuisse proscriptum, Imperiique finibus excedere jussum, late docet Dn. *Meibomius*, in *Chronico Marienthalensi*, Tom. 3. *Rer. German.* p. 256 & 257. Conf. Dn. *Wegelinus*, in erudita Diss. de *Jactitata Ordinis Cisterciensis libertate*, An. 1703. Giessæ habita, p. 128.

An. 1174, Eodem consentiente, *Albertus*, *Salisburgensis* Præsul, in Conventu *Ratisbonensi*, Pontificatu submotus fuit. Vid. seq. Tit. 4, §. 8. lit. d, v. 1, ad h. a. Conf. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 137.

HENRICUS VI,

Sub Quo, An. 1192, *Albertus Leodiensis*, eo quod non canonice intrasset, in *Curia Wormatiensi*, sede pulsus legitur. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 144.

OTTO IV.

Coram Quo, An. 1208, *Ecbertus Bambergensis*, conjurationis cum *Ottone Wittelspachio*, *Philippi* Imperatoris occisore, reus, Læsæque Majestatis damnatus, in Hungariam aufugit. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, ad h. a. v. 1.

CONRADUS IV,

Ob conjurationem in Regis hujus necem, hostes Reipublicæ declarati, & parricidii condemnati, An. 1251, *Albertus*, *Ratisbonensis* Episcopus, & *Ulricus*, S. *Emmerani* Abbas, alter in Monachorum ordinem redactus, alterque dignitate fuit motus. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 2, ad h. a.

CAROLUS V,

Quo imperante, *Johannes*, *Hildesheimensis* Antistes, An. 1521, in Comitiis *Wormatiensibus*, tanquam hostis Patriæ proscriptus. Vid. seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 7, ad h. a.

FERDINANDUS II,

Qui *Melchiorem Cleselium*, R. E. Cardinalem & *Viennensis* Episcopum, Senatusque simul Sanctioris Cæsarei Præsidem, An. 1618, 10-20 Julii, variorum criminum, interque ea publicæ pacis turbatæ, accusatum & convictum, in custodiam conjici, indeque *Ehrenburgum*, Comitatus Tyrolensis Castrum, abduci, mandavit. Vid. *Memorabilia* mea (*Merckwürdigkeiten*) *Seculi XVII*, ad An. 1618, Cap. V, §. 1, pag. 678.

Ejusdem jussu, intercepta à *Maillardo*, *Embdensium* Comite, *Caroloque Metternichio*, Cæsareo-Hispanorum belli Ducibus, 16-26 Mart. An. 1635, *Trevirorum Augusta*, cognominis Præsul, *Philippus Christophorus à Sœtern*, S. R. J. Elector, & *Spirensium*

ſium Epiſcopus, ob periculoſam nimis Imperio cum Gallis amicitiam, proditaque Reipublicæ arcana, captivus *Bruxellas* abductus fuit, annoque 1636. *Linzium*, & An. 1637. tandem, mandante *Ferdinando III.* Imperatore, *Viennam*. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. 3, ad An. 1635, pag. 455, & An. 1636, pag. 724, & An. 1637, pag. 825; *Browerus*, lib. XXIV. *Annal. Trevirenſ.* ad An. 1635, §. 145 &c. pag 516 & 517, & lib. XXV, ad An. 1636, §. 1 & 2. pag. 518; *Spondanus, Contin. Annal. Baronii* Tom. 2, ad An. 1635, §. 2, pag. 174; *Brachelius, Hiſtoria ſui temporis*, lib. V, pag. 26; *Zeiler, Topograph. Trevirenſ.* p. 41. *Biſotte, Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande*, T. 2, pag. 181; Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 26, §. 2, v. 59, pag. 831; Dn. *ImHoff*, in Diſcurſu *von der Teutſchen Nation*, pag. 60 &c. Quibus Legibus, An. 1645, 2 April. libertatem recuperaverit, ex *Theatro Europæo*, Tom. V, ad h. a. pag. 724, petendum eſt. Conf. *Puffendorf*, lib XVII. *Rerum Suecicarum* §. 56, pag. 577; *Browerus* l. c. lib XXV, ad h. a. §. 73, p. 533; *Brachelius* l. c. lib. VI, pag. 91 & 151; *Micralius, Syntagm. Hiſtor.* lib. 2, Sect. 5, p. 536; *Biſotte* l. c. p. 206.

LEOPOLDUS.

Guilielmum Egonem Fürſtenbergium, ſacris dicatum Principem, variorumque Capitulorum Cathedralium Civem, (poſteaque *Argentoratenſis* Eccleſiæ Epiſcopum, Cœnobiorumque *Malmundurienſis* & *Stabulenſis* Abbatem, imo, Romanæ tandem Eccleſiæ Cardinalem conſtitutum,) quod (1) Avocatoriis Cæſareis non paruerit, Legionem in Gallia retinens, (2) *Maximilianum Henricum*, Electorem Colonienſem, cujus Sanctioris Senatus director extitit, in Bellum cum Batavis induxerit, (3) contumelioſa verba in Cæſarem pronunciaverit; (4) Damnoſa Imperio conſilia Electori ſuo ſuggeſſerit &c. *Coloniæ Agrippinæ*, An. 1674, 4-14 Febr. à quadraginta militibus, è Legione Marchionis de *Grana* inclinato ad veſperam die, à Comitiſſa *Marcana*, cujus converſationem in deliciis habebat, regreſſum, invadi, ac, cæſis aut ſauciatis ſatellitibus, extra Portam abreptum, trajecto Rheno, *Tuitium* (Düitz) inde *Siburgum*, moxque *Bonnam* abduci, mandavit; Qui, 4 April, inde *Viennam* comitatus ultra *Neoſtadium* miſſus, tandemque 20 Junii, *Pottendorfium* translatus, arctam ſatis cuſtodiam ſubire tenebatur. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. XI, ad h. a. pag. 564, 568 &c. *Diarium Europ.* Contin. XXX, p. 5 ad 8; *Biſotte Hiſtoire Metallique* cit. Tom. 2, p 289; *Hartnac* ad *Micralium*, Lib. 2 *Syntagm. Hiſtor.* Sect. V, p 547 (quamvis capturam hanc 16 Febr. vindicet) Dn *Caroli*, Tom. 2 *Memorabilium Eccleſiaſticorum Seculi XVII*, Lib. VIII, Cap. XXXIV, ad An. 1674, pag. 117; Dn. *Struvius Syntagm. Hiſtoriæ Germanicæ*, diſſert. XXXVII, §. XXVII, pag. 1735; *Debonair, Hiſtoire de France*, pag. 399; *Memoires du Comte de Chavagnac* pag. 370; de ſcriptis publicis, hinc inde emiſſis, legas Appendicem *Diarii Europæi* l. c. pag. 129 ad 154; ut & *Continuat.* XXVII ejusdem Diarii, ubi in Appendice, pag. 521 &c. *Gerechtfertigſte Verhafftung des Fürſten Wilhelm von Fürſtenberg &c.* Add. Ejusdem *Continuatio XXVIII*, pag. 1 Append. & *Lundorpii* Tom. X *Act. Publ.* Cap. 87, pag. 131 ad 147, ubi: *Guilielmi, Principis Fürſtenbergii, detentio, ad Cæſaris authoritatem, ad tranquillitatem Imperii, ad Pacis promotionem, juſta, perutilis, neceſſaria.* Literæ Regis Galliæ, ad Oratorem ſuum, Regisque Sueciæ ad Dn. *Puffendorffium*, Reſidentem ſuum, ea propter Ratisbonam miſſæ, legi poſſunt in cit. *Continuatione XXVII* dicti *Diarii*, p. 473 *Append.* ut & apud *Lundorpium* l. c. pag. 131. Quid Cæſar reſponderit, exponit *Lundorpius* l. c. p. 132. Singulare eſt, quod Auctor *des Memoires de Mr. le Comte de R.* (forte *Rouſſy*.) pag. 295 & 296, commemorat, Cæſarem dictaſſe captivo crimini convenientem pœnam, executionem vero non proceſſiſſe, eo quod *Lobkovitzius* Princeps Decretum Papali Nuncio clam patefecerit, qui nomine Principalis ſui ex templo proteſtationem, ſub banni pœna, non floccifaciendam, interpoſuerit, quod res Eccleſiæ devotum Principem concerneret. Vigore *Pacificationis Noviomagenſis* An. 1679, Art. XXIII, in integrum, plenamque libertatem, Eum fuiſſe reſtitutum, documento ſunt Tabulæ iſtius *Pacificationis*. Conf. *Theatr. Europ.* Tom. XII, pag 27; *Diarium Europæum* Contin. 39, p. 138; *Biſotte* l. c. pag. 311. Acta Publica ſuppeditant Tomus I *des Negotiations de la Paix de Nimaigue*, pag. 27, 38, 39, 65, 115, 124, 132, 138, 143 &c.

Ejusdem Frater, *Franciſcus Ego*, Princeps *Fürſtenbergius*, Epiſcopatus *Argentoratenſis*, Abbatiarumque *Malmundurienſis* & *Stabulenſis* Abbas, ob collata cum Germano clandeſtina conſilia, à voto & ſeſſione in Comitiis imperii ſimul ſuſpenſus fuit. Decretum Cæſareæ Commiſſionis, 22 Novembr. 1674 *Ratisbonæ* ſignatum, dieque proxime ſequenti ad dictaturam publicam, hunc in finem, promotum, legitur apud *Lundorpium*, cit. Tom. X, Lib. XI, Cap. 121, §. 19, pag. 279 &c. ut & in *Theatro Europæo*, Tom. XI, pag. 616 & 617. Præſulis Reſponſio extat in *Diario Europæo* Contin. XXXI, p. 369 Appendic. Sed & hunc Principem, vigore laudatæ Pacificationis, Art. XXIII, priſtinum ſtatum ſuum, Famam, dignitatem, Jura, vota, ſeſſiones, Beneficia, Privilegia, Bona feudalia, ſub-feudalia, allodialia &c. recuperaſſe, res nota eſt.

JO-

JOSEPHUS.

Hunc, An. 1706, 29 April ob rationes, in diplomate proscriptionis, publici Juris facto, cujusque copiam seq. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 23, offendes, expressas, *Josephum Clementem*, *Coloniensium*, *Ratisbonensium*, *Leodiensium &c.* Præsulem, Hostium Patriæ pœnis subjecisse, tralatitium est, pariter ac quomodo in integrum fuerit restitutus. In genere, *Status Imperii Ecclesiasticos omnes*, adhuc hodie, ratione *Bonorum Feudalium*, *Regalium*, *Privilegiorum &c.* quæ ab Imperatore & Imperio tenent, Jurisdictioni Imperatoris & Imperii, & quidem soli, subesse, ita ut extraneum Forum plane nullum sortiantur, pluribus docet *Gailius* de *Pace Publica*, lib. 1, Cap. 1. §. 13, pag. 4, & Cap. 8, §. 8, pag. 35. Conf. seq. Tit. 3, §. 22, lit. e, & Tit. 4, §. 10, lit. c. Dn. *Multzius* l. c. §. 2, v. 58 & 59, pag. 830 & 831.

(95.) Eandem Jurisdictionem *Reges* quoque, in Regnis suis, nunquam non exercuisse, documento sunt,

Ex GALLIÆ Regibus,

CHILPERICUS, cujus mandato, *Rothomagensium* Præsul, *Prætextatus*, Regicidii accusatus, tantique criminis in Synodo convictus, custodibus datus, gravissime cæsus, & in insulam deportatus fuit. Vid. *Gregorius Turonensis*, lib. V, *Hist.* Cap. XIX, pag. 102; *Aimoinus* lib. 3, Cap. 26, p. 310. Mortuo Rege, redditam quidem Ei libertatem, testantur *Gregorius* lib. VII, Cap. 16, pag. 155, & *Aimoinus* l. c. Cap. 64, pag. 332; tandem vero, jussu *Fredegundis* Reginæ, ultimum supplicium subiisse legitur. Vid. *Gregorius* l. c. lib. VIII, Cap. 31, pag. 183.

Eundem in judicium vocasse *Charterium*, *Petregoricæ* Ecclesiæ Episcopum, ad reddendam rationem injuriarum, quas, in literis interceptis, in Regem evomuerit, ex *Gregorio* l. c. lib. VI, Cap. 22, pag. 134, & *Aimoino* l. c. Cap. 49, pag. 324, discimus.

GUNTHERAMNUS, *Massiliensium* Præsulem, *Theodorum*, proditionis quasi reum, ad se captivum duci mandavit, ast, cognita ejus innocentia, liberum ad sua redire permisit. Vid. *Gregorius* l. c. lib. VI, Cap. XI, pag. 129 & 130; *Aimoinus* l. c. Cap. 46, pag. 322, & Cap. 61, p. 330.

Coram BRUNEHILDE Regina, *Lupentius*, Abbas *S. Privati*, *Gabalitanæ* Urbis (Cavaillon, in Comitatu Avenionensi) de objecto sibi *Læsæ Majestatis* crimine purgare se coactus fuit. Vid. *Gregorius* l. c. lib. VI, Cap. 37, p. m. 142.

Ægidius, *Rhemensis* Præsul, accusatus, quod in necem CHILDEBERTI Regis conspirasset, *cum magnis muneribus ad CHILDEBERTUM accedens, veniam deprecatur ---- susceptusque à Rege, cum pace discessit.* Ita *Gregorius* l. c. lib. IX, Cap. 14, p. 198. Ex Depositione vero *Sunnigisili*, ad dicendam veritatem, tormentis adacti, præfatique criminis conscium omnino eum fuisse affirmantis, denuo captus, reusque in Synodo *Metensi* repertus, *Argentoratum* in exilium protrusus fuit. Vid. *Gregorius* l. c. lib. X, Cap XIX, p. 233.

Per secula ire cum non liceat, ex recentioris ævi historia, saltem adhuc commemorabo; PHILIPPUM Valesium, Regem, Apameensem Episcopum, *Bonifacii VIII.* P. R. Legatum, publico nomine dura proferentem verba, in carcerem conjecisse; teste *Platina*, in vita *Bonifacii*, p. m. 220; & HENRICUM *Quartum*, Regem, An. 1594, 29 Decembr. totam Jesuitarum Sodalitatem, ob Regicidium, à *Johanne Chastel*, ipsorum Discipulo, impellentibus Magistris, biduo antè, tentatum, *publicæ quietis* veluti *turbatores*, solenni diplomate, Regno ejecisse; extat illud apud *Etienne Pasquier*, Liv. 3, *Des Recherches de la France*, Chap. 32, f. 173, & au Tome VI *des Memoires de la Ligue*, pag. 255, ubi audiunt: *Corrupteurs de la Jeunesse; perturbateurs du repos public; ennemis du Roy & de l' Etat &c.* Annexa clausula, *qu'ils sortiroient, dedans trois jours apres la signification de l' Arret, hors de Paris, & autres Villes & Lieux, ou étoient leurs Colleges, & quinzaine apres, hors du Royaume; sur peine, ou ils y seroient, trouvez, le dit tems passé, d' étré punis comme criminels, & coupables dudit crime de Leze Majeste &c.* Conf. *Recueil de Pieces touchant l' Histoire de la Compagnie de Jesus, composée par le P. Jouvetroy, Jesuite; &c.* *Thuanus*, lib. 112. *Histor.* ad An. 1594 & 1595, p. m. 517 ad 520; *Jean de Serres*, dans *l' Inventaire Genéral de l' Histoire de France*, in vita *Henrici IV*, ad Ann. 1594, pag. m. 646; *Limnæus*, *Notit. Regni Franciæ*, lib. 3, Cap. VI, lit. kkkkkkk, pag. 161. Quamvis, non multo post, permittente Rege, ad Lares redierint; vid. *Memorabilia* mea Seculi XVII, ad An. 1604, pag. 73, An. 1605, pag. 99, & An. *1608*, pag. *246*. De supplicio *Johannis Chastel*, eodem die, Parisiis, in foro *Greve* dicto, de eo sumto, evolvas *de Serres* l. c.

An. 1595, 27 Januar. libellorum famosorum intuitu, in laudatum Regem Scriptorum, *Johannes Guignard*, Carnutensis Jesuita, laqueo pœnas dedit, Parisiis, in dicto foro, cadavere in cineres postea redacto. Vid. *de Serres* l. c. *Recueil du P. Jouvency*, modo cit.

Nostris temporibus, occasione famosæ Constitutionis *Clementis XI, Unigenitus*, de An. *1713*, 6. Id. Sept. bene multos Galliæ Prælatorum exilii ærumnas gustare

gustare fuisse coactos, literis Rhemorum Præsulis, *Francisci de Mailli*, ad Cardinales & Archi- & Episcopos Regni, sub dato Reims, 14 Maji 1719, nec non Epistola *Johannis Josephi*, Episcopi *Suessionensis*, ad Celsissimum Ducem Aurelianensem 24 Junii, in eadem causa, resp. 23 Junii & 7 Sept. à carnifice, jussu Parlamenti, flammis planè traditis, Suessionensi Præsuli dictata insuper decem millium marcarum mulcta; tralatitium est. Vid. *Mercure historique* Tom. LXVII. p. 57 ad 76. & pag. 306. ad 316.

ITALIÆ Reges.

Veluti: THEODORICUS, qui non solum *Johannem I*, Pontificem Romanum, Legati titulo, ad *Justinum* Imperatorem, An. 525, Constantinopolim misit, ut Arrianis ablatæ Ecclesiæ restituerentur, efflagitatum, sed & reducem *Ravennæ*, negotio ex voto non peracto, carceri inclusit, in quo etiam An. 526. mortuus noscitur. Vid. *Catalogus Pontificum Romanorum* Seculo VI. Scriptus, apud *Henschenium & Papebrochium*, Tom. I. *Actorum Sanctorum* Mensis *Aprilis*, pag. 36. *Prolegomenorum*, unde sua *Anastasius*, in Vita *Johannis I.* p. m. 48 & 49; Conf. *Liber Pontificalis*, Tom. I. *Conciliorum Petri Crabbe*, p. 567; *Gobelinus Persona*, ætat. VI. *Cosmodromii*, Cap. 30. p. m. 224; *Platina*, in ejusdem Papæ vita, p. m. 65; *Raphael Volaterranus* Lib. XXII. *Commentariorum Urbanorum*, in *Anthropologia* pag. m. 500; *Nauclerus*, Vol. 2. Generat. XVIII, pag. m. 585; *Baronius* Tom. VII. *Annal.* ad An. 525, pag. 104 &c. & An. 526, p. 111.

Similiter *Agapetus* P. R. *missus est à THEODATO Rege Gothorum, ad Domnum Justinianum Augustum, in Legationem, quia eodem tempore Domnus Justinianus, Imperator Augustus, indignatus est Theodato Regi, eo quod occidisset Reginam Amalasintham, filiam Theodorici Regis, commendatam sibi, qui Eum Regem fecerat &c.* Ita *Anastasius* l. c. in Vita *Agapeti*, p. m. 52. Conf. *Liber Pontificalis* l. c. T. 2. pag. 1; *Vincentius Bellovacensis*, part. 2. *Speculi Historialis*, Lib. XXI. Cap. LXI; *Volaterranus* l. c. *Platina*, in ejusdem vita, pag. m. 68; *Nauclerus* l. c. pag. 588; *Baronius* l. c. An. 536, p. m. 256 &c.

MAGNÆ BRITANNIÆ Reges.

Ex quibus, HARDECNUTUS accusatum *Livingonem*, *Cridintunensem* Episcopum, quod, ipso Auctore, *Elfredus*, *Ethelredi* Regis filius, luminibus fuerit orbatus, *Episcopatu extulit; post annum verò, pecunia serenatus, restituit.* Sunt Verba *Wilhelmi Malmesburiensis*, lib. 2. de *Gestis Regum Anglorum*, in vita *Hardecnuti*, Cap. XII, p. 77.

EDUARDUS in *Robertum Cantuariensem*, & complices, Regni statum perturbantes, sententiam, quam meruerant, tulit, Romam licet *Robertus* aufugerit. Vid. *Wilhelmus Malmesburiensis* l. c. Cap. 13, p. 82, & Lib. I. de *Gestis Pontificum Anglorum*, p. m. 204; *Baronius*, Tom. XI. *Annal.* ad An. 1058, pag. 249.

WILHELMUS II. graviter succensuit *Anselmo Cantuariensi*, quod ad *Urbanum II*, Pontificem Romanum, præstitæ fidei immemor, provocaverit; dicens inter alia: *Intelligo licentiam* (Romam eundi, quam bis terque frustra efflagitaverat) *interdicendam, cum Eum nullo gravi peccato sciam onerari, cujus à Roma petat absolutionem; nec egere illius loci consilio, cum ei nullius scientiæ desit copia; magis certè dixerim, Urbanum* (Romanum) *Anselmi cedere Sapientiæ, quam Anselmum Urbano indigere. Quod si pertinacius institerit, omnem Archi-Episcopatum in meum Fiscum redigam; transgreditur enim promissa sua, quibus fidem suam astrinxit, omnes consuetudines servaturum Regni mei. Insolitum est quippe mihi, ut quisquam Procerum meorum eat Romam, nisi meo potissimum missu. Ideò, vel juret Mihi, se nunquam deinceps, pro qualibet impressione, Sedem Apostolicam appellaturum, vel evacuet Regnum &c.* Hæc rursus *Wilhelmus Malmesburiensis*, lib. I, de *Gestis Pontificum Anglorum*, p. m. 221.

HENRICUS I, *cum, more Antecessorum suorum, ab Archi-Episcopo* (Anselmo Cantuariensi) *hominium interrogaret, & Ille, pro Excommunicatione, Romæ facta, differret, missi Romam ab utraque parte nuncii. Jubetur Regi interim Hominium facere, vel, absolutis morarum nexibus, Regno excedere. Quin potius respondit ille: inspiciantur Apostolicæ literæ, & quod tenor earum continet, fiat. Redierant enim jam Roma nuncii, &, casso labore, semitam triverant, quod Paschalis Papa sententiam Antecessoris sui, invicto robore, tuebatur. Quid ad me de literis Apostolici? ait Rex: Jura Regni mei nolo amittere &c.* Ita *Wilhelmus* l. c. p. 225.

STEPHANUS *Alexandrum Lincolniensem* in carcerem conjecit, & *Rogerum Salisberiensem* ad Castellum *Divise* abduxit, mortem laqueo subeundam illi minatus, ni illud dederet. Vid. *Henricus Huntindoniensis*, Lib. VIII *Histor. Angl.* p. m. 389.

Anno Incarnati Verbi 1140, Monachi Abbatiarum, quas Rogerius Episcopus (modo dictus) *contra fas tenuerat, Rege* (Stephano) *adito, antiqua Privilegia & Abbates habere meruerunt &c.* Ita *Wilhelmus Malmesburiensis*, lib. 2 *Historiæ Novellæ Regum Angliæ*, p. m. 185.

HENRICUS II, durante controversia, de *Appellatione ad Curiam Romanam*, mandavit *Thomæ*

mæ Cantuariensi, sine dilatione veniret, & redderet plenariam computationem de omnibus receptis, quæ receperat de reditibus Regni, quamdiu Cancellarius ejus fuit &c. illoque renitente, respondendo: id à se jam factum, priusquam fuerit electus; *dixit* (Rex) *Baronibus suis; Cito facite mihi judicium de illo, qui Homo meus ligius est, & stare Juri in Curia mea recusat. Et exeuntes judicaverunt, eum capi dignum, & in carcerem mitti. Tunc misit Rex Reginaldum, Comitem Cornubiæ, & Robertum, Comitem Leicestriæ, ad indicandum illi judicium de illo factum. Qui dixerunt ei: Audi judicium tuum. Quibus Archi-Episcopus respondit: Prohibeo Vobis, ex parte Omnipotentis Dei, & sub anathemate, ne faciatis hodie de me judicium, quia appellavi ad præsentiam Domini Papæ &c.* sunt Verba *Rogeri de Hoveden*, part. poster. *Annal. Angl.* in vita *Henrici II*, p. m. 495, subjiciens, quomodo Archi-Episcopus clam aufugerit in Galliam, ad *Alexandrum* P. R. ibi tum commorantem; quo Leges Anglorum, à *Thoma* sibi oblatas, contra quas peccatum erat, *in perpetuum damnante, & diris devovente omnes, qui eas tenerent, vel aliquo modo foverent*, emisit Rex Edictum, cujus præcipua hæc capita:

Si quis inventus fuerit, ferens literas, vel mandatum Domini Papæ, vel Cantuariensis Archi-Episcopi, continens Interdictum Christianitatis in Anglia, capiatur, & de eo, sicut de Regis traditore & Regni, sine dilatione, Justitia fiat.

Item, Nullus Clericus, vel Monachus, vel conversus alicujus Religionis, permittatur transfretare, vel redire in Angliam, nisi de transfretatione habeat literas justitiarum, &, de reditu, literas Regis. Et si aliquis aliter inventus fuerit, capiatur, & retineatur.

Item, interdictum est: Ne aliquis ferat mandatum aliquod Domini Papæ, vel Cantuariensis. Et si quis talis inventus fuerit, capiatur, & retineatur.

Item, generaliter interdictum est: Ne aliquis appellet ad Dominum Papam, vel ad Cantuariensem Archi-Episcopum; neque de cætero aliquod eorum mandatum in Anglia recipiatur, neque aliquod Placitum, ex mandato eorum, teneatur. Et si quis contra hoc Interdictum aliquid fecerit, capiatur & retineatur.

Item, si Episcopi, vel Presbyteri vel Abbates, sive Monachi, vel Clerici, vel Laici, sententiam Interdicti tenuerint, sine dilatione Terra ejiciantur, & tota eorum Cognatio; ita, quod nihil de catallis suis (bonis mobilibus, hinc vox *Capitalia*) *secum deferant, & catalla, & possessiones eorum, capiantur in manu Regis.*

Item, omnes Clerici, qui habent reditus in Anglia, sint summoniti, per omnes Comitatus, quod sint infra tres menses, post summonitionem, in Angliam ad reditus suos, sicut diligunt habere ipsos reditus, & redire in Angliam. Et si non venerint ad terminum prædictum, Catalla, & possessiones eorum, capiantur in manu Regis.

Item, Lundoniensis & Norwicensis Episcopi summoneantur, ut sint coram Justitiariis Regis, ad rectum faciendum, quod, contra Statuta Regni, interdixerunt Terram Comitis Hugonis, & in Ipsum sententiam tulerunt.

Item, Denarii S. Petri colligantur & custodiantur. Vid. *Rogerus* l. c. pag. 496. Quomodo in Angliam redux, septa Ecclesiæ suæ non exire jussus à Militibus, *Wilhelmo de Traci, Hugone de Moreville, Richardo Britone, & Reginaldo*, filio *Ursi*, tandem interfectus sit, An. 1171, ex eodem discimus l. c. pag. 521 &c. Varia huc spectantia sistit *Goldastus* Tom. 3 *Constit. Imperial.* p m. 345 & seqq.

VENETORUM Rempublicam, Patrum nostrorum memoria, in vincula conjecisse An. 1605, *Brandolinum Valdemarino*, Narvesanum Abbatem, parricidii, veneficii aliorumque criminum accusatum, & *Scipionem Sarazeno*, Vicentinum Canonicum, & biennio post universam Jesuitarum sodalitatem Territorio suo ejecisse, in *Memorabilibus* meis (*Merckwürdigkeiten*) Seculi XVII, ad an. 1605, p. 106, & an. 1607, p. 198 &c. commemoravi.

(96.) Ne quis objiciat, contra Juris divini præcepta, regulasque æquitatis, hæc omnia contigisse: ecce, quæ theseos nostræ fundamenta!

Primo, sine dubio Summus Magistratus Ethnicus Jurisdictionem in Clerum Christianum, tam in Civilibus, quam Criminalibus, exercere potuit; ast Lex Christi Summum Magistratum, ad fidem conversum, nullatenus pristino Jure ac Dominio privavit; proinde certum est, sub Christianis Principibus, Clericos omnes, quoad subjectionem civilem, eodem ordine & loco mansisse, quibus antea, sub Ethnicis, degebant. Vid. *Guilielmus Barclajus*, de *Potestate Papæ*, c. 3, apud *Goldastum*, T. 3 *Monarchiæ*, pag. 627; C. 16, pag. 649, C. 33, pag. 675; ibidemque *Joh. Barclajus*, *in Vindiciis paternis* Cap. 16, pag. 920, & Cap. 34, §. 3, pag. 1096; *Guilielmus de Ockam*, Op. VIII *Quæstionum*, Qu. 2, Cap. V, apud eundem, T. 2, pag. 339. *Rogerus Widringtonius*, Apolog. *pro Jure Principum*, §. 78. ibid. T. 3, pag. 704; *Paulus Venetus*, in *Considerationibus*, ibid. pag. 298.

Secundo: Ipse *D. Paulus* Jurisdictionem Cæsaris agnovit, ad Eum provocando; Act. XXV, §. 9. &c. claris hinc docens verbis, (Rom. XIII, v. 1 &c.) *Omnem animam Potestatibus sublimioribus sub-*

subditam esse, &, qui eis resistat, ordinationi Dei resistere &c. Pariter ac Tit. 3, §. 1. & D. *Petrus*, I Petr. II, §. 13: *Subjecti estote omni Creaturæ, propter Deum, sive Regi, quasi Præcellenti; sive Ducibus, tanquam ab Eo missis, ad vindictam malefactorum &c.* & *Proverb.* VIII, 15 & 16: *Per Me Reges regnant, & Legum Conditores justa decernunt; per Me Principes imperant, & Potentes decernunt Justitiam &c.* & *Sapient.* VI, §. 2 &c. *Audite Reges, & attendite, discite Judices in Terris ---- Quoniam data est vobis potestas à Domino, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam, cum essetis Ministri Regni Illius, non recte judicastis &c.*

Tertio: Clericus non desinit esse Civis, aut membrum Reipublicæ, in qua degit; proptereaque legibus publicis obstrictus manet. Vid. *Guilielmus de Ockam* l. c. Cap. VII, p. 341; *Marcus Antonius de Dominis*, lib. VI, de *Republ. Ecclesiastica*, Cap. VI, §. 62, pag. m. 119; cujus verba notatu digna; *Benignus Milletot*, de *Delicto communi*, apud *Goldastum* T. 3 *Monarch.* pag. 786; *Guilielmus Barclajus* l. c. *Joh. Barclajus*, in cit. *vindiciis paternis*, Cap. 34. §. 1, pag. 1093, & Cap. 35, §. 5, pag. 1110; Auctor *Libertatis Ecclesiasticæ*, c. 2, apud eundem, l. c. Tom. 1, p. 682. ut adeo merito proscribatur doctrina *Gabrielis Vasquez*, qui in *systemate morali*, Disput. 167, Cap. 4, ait: *Ecclesiastici vere non sunt subditi Principibus, cum ab iis puniri non possint.*

Quarto: Quicquid immunitatis in Clericos collatum, à Principibus profluxisse constat; ast Principes ita liberos à Jurisdictione sua pronunciasse Clericos, ut non amplius, in Civilibus, & Criminalibus, ab ipsis dependeant, nunquam probari potest. Vid. *Guilielmus Barclajus* l. c. & Cap. 34, pag. 677; *Joh. Barclajus*, l. c. Cap. 34, pag. 993; *Joh. Bedæus* de *Jure Regum*, Cap. IX, apud, *Goldastum* l. c. T. 3, p. 830.

Quinto: Ei, Qui Episcopos constituere; (vid. præced. v. 8 ad 14) Concilia contra Hæresiarchas convocare (l. c. v. 15 ad 52) Conciliis præsidere, eaque dirigere, (l. c. v. 53 ad 68) in iis decisa examinare, & appellationes inde admittere, (l. c. v. 69 ad 86) Congregatos Patres dimittere (l. c. v. 87) Constitutiones, divinum cultum promoventes, hæresesque supprimentes, aut disciplinam Ecclesiasticam, Clericorumve Privilegia, vestitum, possessiones, regulas &c. respicientes, edere (l. c. v. 90 ad 93) potest, Jurisdictio in Clericos, in Leges Patriæ peccantes, denegari nequit.

Sexto: *Moses* reprehendit *Aaronem*, Summum Pontificem, ob idololatriam; nec ille excepisse legitur, se ab Illo judicari non posse; *Exod.* XXXII, v. 21; *Joh. Bedæus* l. c. p. 811. Similiter *Eleazarum* corripuit; *Lev.* X, §. 17; *Joh. Bedæus* l. c. Sic *Salomo Abiatharem* judicavit, I *Reg.* II, v. 26; *Guilielmus Barclajus* l. c. Cap. 15, pag. 648; *Joh. Barclajus* l. c. Cap. 15, §. 4, p. 917; *Joh. Bedæus* l. c. p. 811.

Septimo: Nisi Clerici Magistratui Politico subessent, quæcunque crimina patrare, & impune tandem Rempublicam evertere possent; Vid. *Benignus Milletot* l. c. pag. 786 & 787.

Octavo: Rationi contrariatur: Regem in omnes Reipublicæ turbatores gladio animadvertere posse, nec tamen in Clericos. Vid. *Roger. Widringtonius*, cit. Apolog. *pro Jure Principum* §. 352; apud *Goldastum* l. c. T. 3, pag. 745.

Nono: Omnes in Republica constituti Regem pro *Domino* & *summo Protectore*, agnoscunt. Vid. *I Sam.* VIII, v. 11 &c. ubi Dominus Samueli: *Prædic eis jus Regis, qui est regnaturus super eos &c.* & v. 17: *Vosque eritis ejus servi &c.* & Cap. IX, v. 17: *Cum aspexisset Samuel Saulum*, dixit Ei Dominus: *Ecce Vir, quem dixeram Tibi: iste Dominabitur Populo meo &c.* Sic *Abimelech* Sacerdos se *servum Sauli* professus est, *I Sam.* XXII, v. 15; Vid. Opus Eximium, *de Differentia Regiæ & Eccles. Potestatis*, Part. IV, apud *Goldastum*, l. c. T. 3, pag. 35; & *Nathan* Propheta *Servum Davidis* se vocat, *I Reg.* I, v. 26 & 27, ubi & *Sadocum* Sacerdotem vocabulo hoc comprehendit &c. *Joh. Barclajus*, l. c. Cap. XV, §. 4, pag. 917; *Multzius Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 33, Membr. 3, §. 1, v. 52, p. 952.

(97.) *Decimo:* Consensus totius Ecclesiæ, nominatim:

Imperatorum** & **Regum, qui thesin hanc constanter defenderunt; & adhuc propugnant; ceu hactenus visum.

Patrum Ecclesiæ, quo titulo veniunt:

Polycarpus, Smyrnæorum Episcopus, & *S. Johannis* Evangelistæ Discipulus, Imperante *Vero* Martyr factus, qui, Proconsuli Ethnico rationem fidei reddere coactus, inquit, apud *Eusebium* lib. 4, *Hist. Eccles.* Cap. XV, Edit. Vales. p. m. 132; *Tibi quidem rationem reddere non me piget; præceptum enim nobis est: ut Magistratibus & Potestatibus à Deo constitutis honorem debitum exhibeamus, qui nobis ipsis nihil noceat. Illos vero* (Circumstantes Gentiles) *parum dignos censeo, quibus Fidei nostræ rationem reddam &c.* Conf. *Pauli Veneti Considerationes*, apud *Goldastum* l. c. T. 3, p. 298.

Tertullianus, qui tempore *Severi* Imp. floruit, de auctoritate Principum loquens, ait: *Quod attinet ab honores Regum & Imperatorum, satis præscriptum habemus, in omni obsequio, esse, nos oportere (secundum Apostoli præceptum) subditos Magistratus, & Principibus, & Potestatibus &c.* Conf. *Benignus*

nignus Milletot, de *Delicto communi*, apud *Goldastum* l. c. pag. 788.

Origenes, variis locis, vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, p. 1112 & 1113.

Cyprianus, in *nono genere abusionum Seculi*: *Rex debet furta cohibere; adulteria punire: impios de terra perdere; parricidas & pejerantes vivere non sinere: filios suos non sinere impiè agere &c.* Vid. *Gratianus*, C. XXIII, Qu. V, c. 40, *Rex debet &c.*

Hosius, Epist. ad *Constantium* Imp. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, p. 1112.

Gregorius Nazianzenus in Oratione ad *Cives Nazianzenos*; ibidem; Conf. *Joh. Barclajus*, in *Vindiciis Paternis*, Cap. 2, §. XI, apud *Goldastum* l. c. p. 805, & Cap. 8. §. 8, p. 866.

Ambrosius, in Epistola ad *Valentinianum* Imp. apud *Goldastum* T. 2. *Monarchiæ*, p. 9: *Cum omnes homines, qui sub Ditione Romana sunt, Vobis militent Imperatoribus terrarum atque Principibus, tum Ipsi Vos Omnipotenti Deo, & Sacræ Fidei militatis &c.* Et in alia, ibid. pag. 11: *Quis erit igitur ille, qui, cum legat, per tot Provincias, uno momento esse mandatum, ut quicunque obviaverit Imperatori, feriatur gladio: Quicunque Dei templum non tradiderit, protinus occidatur? Quis, inquam, est, qui possit vel unus, vel inter paucos, dicere Imperatori: Lex Tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere Sacerdotibus, permittitur Laicis? &c.* Idem, in Tit. 3, §. 1, verb: *Admone illos &c. Et si tu habes Imperium spirituale, i. e. præcipere de spiritualibus, tamen admone illos subditos esse Principibus, scil. Regibus, Ducibus, & Potestatibus minoribus. Quia Christiana Religio neminem privat jure suo &c.* Conf. *Marsilius Menandrinus*, in *Defensore Pacis*, part. 2, c. 5, apud *Goldastum* l. c. T. 2, p. 203. & *Guilielmus de Ockam*, in VIII *Quæstionibus*, Qu. 2, C. 5; ibid. pag. 339. *Gregorius de Heimburg* in *Admonitione* de *Usurpationibus Paparum*, apud eundem l. c. T. 1, p. 559. Idem, in *Lucam*, L. 10, C. 20: *Si tu non vis esse obnoxius Cæsari, noli habere, quæ mundi sunt; sed si habes divitias, obnoxius es Cæsari.* Conf. plur. præced. Lib. 1, Tit. XV, §. 5. lit. a, p. 1113.

Hieronymus, in Cap. 9. *Ezechielis*: *Qui malos percutit, in eo quod mali sunt, & habet vasa interfectionis, ut occidat pessimos, Minister est Domini &c.* Conf. *Gratian.* Caus. 23, Qu. 5, c. 29, *Qui malos &c.* Idem, in C. 22 *Jerem.* *Ipsius autem Principibus & Potestatibus, fidem & reverentiam servari oportet; quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia invenire non poterit &c.* Conf. *Gratian.* l. c. c. 23: *Regum officium &c.* & *Joh. Bedæus*, de *Jure Regum* l. c. pag. 814 & 815. Add. Ejusdem Tract. *de Correctione vitæ, & conversatione Episcopi ac Clericorum*, ad *Rusticum, Episcopum Narbonensem*, apud *Goldastum*, T. 2. *Monarchiæ*, pag. 20; nec non in *2 ad Titum*, v. 9, verb. *Servi Dominis*; Unde sua *Gratianus* l. c. c. 24, *Si apud carnales Dominos &c.*

Chrysostomus, ad *Roman. XIII*, v. 1, verb. *Omnis anima &c. Facit hoc Apostolus, ut ostendat Christum leges suas non ad hoc induxisse, ut Politias evertat, sed ut ad melius instituat: ostendens, quod ista omnibus imperentur, & Monachis, & Sacerdotibus, non solum Secularibus; id quod statim in initio declarat: Omnis anima Potestatibus Sublimioribus subdita sit, etiamsi Apostolus sis, etiamsi Evangelista, etiamsi Propheta, sive tandem quisquis fueris. Neque tamen pietatem subvertit ista subjectio &c.* Conf. Theologiæ Doctoris cujusdam Responsio ad literas Amici, *super Excommunicatione Pauli V*, P. R. apud *Goldastum* l. c. Tom. 3, pag. 369; add. *Ludovicus Servinus*, in *Commonefactione Regiorum cognitorum*, apud eundem l. c. p. 770; *Benignus Milletot*. de *Delicto Communi*, ibid. pag. 788. Plura loca ex eo adduxi præced. lib. I. Tit. XV, §. 5, lit. a. p. 1113.

Augustinus, Lib. 2. *contra Petilianum*, Cap. 92: *Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in S. Danielem commissum justissimè vindicavit: quomodo vindicandum est à Regibus, quod Christi Sacramenta exsufflantur, si Prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt?* Conf. *Gratianus*, Caus. XXIII, Qu. V, c. 54. *Si propterea &c.* Idem, in Lib. *Expositionis quarundam Propositionum ex Epistola Pauli ad Romanos*: *Quod autem ait:* Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim Potestas nisi à Deo; *rectissimè admonet, ne quis ex eo, quod à Domino suo in libertatem vocatus est, factus Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur, in hujus vitæ itinere, servandum esse ordinem suum, ut Potestatibus Sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non se esse subdendum. Cum enim constemus ex anima & corpore, quamdiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus, ad subsidium degendæ hujus vitæ, utamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet, subditos esse Potestatibus, i. e. Hominibus, res humanas cum aliquo honore administrantibus &c.* Conf. *Guilielmus Barclajus*, de *Potestate Papæ*, Cap. 3. apud *Goldastum* l. c. Tom. 3. p. 628; & *Benignus Milletot* l. c. Idem, Tract. VI. ad Cap. 1. *Johannis*: *Jura humana Jura Imperatorum sunt: quare? quia ipsa Jura humana, per Imperatores & Reges seculi, Deus distribuit Generi humano. --- Tolle Jura Imperatorum, & quis audet dicere: Mea est illa Villa: aut meus est ille servus, aut domus hæc mea est? si autem, ut teneantur ista ab hominibus, Rerum Jura fecerunt,*

runt, vultis, ut reticeamus Leges, ut gaudeatis -- --- Apostolus voluit serviri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit: Regem reveremini. Nolite dicere: Quid mihi & Regi? quid tibi ergo & possessioni? Per Jura Regum possidentur possessiones &c. Conf. *Gratianus*, Dist. VIII. c. I. *Quo Jure &c.*

Gregorius Magnus, P.R. in literis ad *Mauricium* Imp. Lib. 2. Regesti, Epist. 62. apud *Goldastum*, T. 2. *Monarchiæ*, p. 21. *Ego autem indignus Pietatis Vestræ Famulus, in hac suggestione, neque ut Episcopus, neque ut servus Jure Reipublicæ, sed Jure privato, loquor; quia, Serenissime Domine! & ex illo jam tempore Dominus meus fuisti, quando adhuc Dominus omnium non eras. Longino Viro Clarissimo, Stratore veniente, Dominorum Legem suscepi --- in qua Dominorum* (Mauricii, & Constantinæ Imperatricis) *Pietas sanxit: Ut, quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad Ecclesiasticum officium venire non liceat &c.* Quod valde laudavi ---- *Quod vero in eadem Lege dicitur: Ut ei in Monasterio converti non liceat; omnino miratus sum ---- Ego quidem, jussioni subjectus, eandem Legem per diversas terrarum partes transmitti feci; &, quia Lex ipsa Omnipotenti Deo minime concordat, ecce, per suggestionis meæ paginam, Serenissimis Dominis nunciavi. Utrobique ergo, quæ debui, exsolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo, quod sensi, minime tacui &c.* Idem, Lib. 4. Regesti, Epist. 32. ad Eundem, de *Johanne* Constantinopolitano, *Universalem Episcopum* se nuncupante, ibid. pag. 24: *Quantum ad me attinet, Serenissimis jussionibus obedientiam præbeo &c.* & Lib. VI. Regesti, Epist. 30, de *Cyriaco* Constantinopolitano, idem nomen usurpante, ad *Mauricium* Augustum, ibid. p. 33. & 34: *Dominorum Pietas provida, ne quid fortasse scandali in unitate S. Ecclesiæ, ex Sacerdotum dissensione, generari potuisset, semel ac bis me admonere dignata est, ut responsales Fratris & Con-Sacerdotis mei, Cyriaci, benigne susciperem, eosque ad remeandum citius relaxarem ---- Eundem vero Fratrem, & Con-Sacerdotem meum, studiose admonere curavi, ut, si habere pacem omnium concordiamque desiderat, ab stulti vocabuli se appellatione compescat --- Ego autem fidenter dico, quia, quisquis se Universalem Sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua, Anti-Christum præcurrit; quia superbiendo se cæteris præponit ---- Omnipotens autem Deus Serenissimi Domini nostri viam, & ad pacem S. Ecclesiæ, & ad utilitatem Reipublicæ Romanæ, per tempora longa, custodiat. Certi enim sumus, quia, si Vos vivitis, qui Cœli Dominum timetis, nulla, contra veritatem, superba prævalere permittetis &c.* Idem, lib. VII Regesti, Epist. 1, ad *Sabinianum* Diaconum: *Qua de re unum est, quod breviter suggeras Serenissimis Dominis Nostris, quia si Ego, servus eorum, in mortem Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum Gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa. Sed, quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido &c.* Vid. *Venericus Vercellensis*, de *Unitate Ecclesiæ conservanda*, apud *Schardium*, de *Jurisd. Imperiali*, p. m. 10; & *Rogerus Widrington* l. c. §. 256, p. 730; Idem, l. c. Epist. XI, ad *Eusebium* Thessalonicensem, *Urbitium* Diracitanum, aliosque plures Episcopos, apud *Goldastum* l. c. T. 2, pag. 35: *Legem, quam Piissimus Imperator dedit: Ne fortasse hi, qui Militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad Ecclesiasticum habitum veniant, vel in Monasteriis convertantur; Vestræ studui Fraternitati transmittere &c.* Idem, teste *Beda*, lib. I, c. 28, literas ad *Vergelium* Arelatensem ita claudit: *Data die X Kal. Juliarum, Imperante Domino Nostro Mauricio Tiberio, Piissimo Augusto, Anno X, post Consulatum Ejusdem Domini Nostri, An. XVII, Indict. 4.* Ad quæ, aliaque loca, rectè provocant: Author Operis Eximii, *de Differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestatis*, apud *Goldastum* l. c. Tom. 3, pag. 38; *Nicolaus Crassus*, in *Anti-Paranesi*, ibid. pag. 425; *Ludovicus Servinus*, in *Commonefactione*, ibid. p. 770; *Benignus Milletot* l. c. ibid. p. 796; *Guilielmus Barclajus*, de *Potestate Papæ*, Cap. 3, ibid. pag. 629; *Joh. Barclajus*, in *Vindiciis paternis*, Cap. 3, §. 17, ibid. pag. 827.

Isidorus, Lib. 3 *Sententiarum, de Summo Bono* c. 53, apud *Gratianum*, Caus. XXIII, Qu. V. c. 20, *Principes &c. Intra Ecclesiam Potestates necessariæ non essent, nisi, ut, quod non prævalet Sacerdos efficere, per Doctrinæ sermonem, Potestas hoc impleat, per disciplinæ terrorem. Sæpe, per Regnum terrenum, Cœleste Regnum proficit, ut, qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum Potestas Principalis imponat, & ut venerationem mereatur, virtutem Potestatis impertiat. Cognoscant Principes Seculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam, sive augeatur Pax & disciplina Ecclesiæ per Fideles Principes, sive solvatur, Ille ab eis ratio-*

rationem exiget, Qui eorum Potestati suam Ecclesiam credidit &c. Add. Auctor cit. Operis Eximii, de *differentia Regiæ & Ecclesiasticæ Potestais*, l. c. pag. 35.

Bernhardus, Epist. 42, ad *Henricum*, Senonensem Archi-Episcopum: *Si omnis anima Potestatibus Superioribus subjecta sit; ergo & nostra. Quis vos excipit ab universitate? si quis tentat excipere, tentat decipere &c.* Conf. *Ludovicus Servinus* l. c. pag. 773 *Limnæus Notit. Regni Franciæ*, lib 3, Cap. 2, lit. d, pag. 31. Add. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1114 &c. &c.

(93.) *Pontificum Romanorum*, e. g.

Gelasii, Rufino & *Aprili* Episcopis, ita scribentis: *Quis autem Leges Principum, aut Regulas Patrum, aut admonitiones paternas, dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum?* Vid. *Gratianus*, Dist. X, c. XI, *Quis autem?* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1113.

Anastasii II, in Epistola ad *Anastasium* Imp. de An. 497, qua taceri rogat speciale *Acacii* nomen in Ecclesia, apud *Baronium*, Tom. VI *Annal.* ad h. a. pag. 526: *Quantos excessus atque præsumtiones habuerit Acacius, ne Clementiæ Tuæ suggerere per singula fortasse videatur onerosum, Crescorio, vel etiam Germano, Fratribus & Co-Episcopis meis, quos misimus ad Serenitatem Tuam, de causis singulis, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, Clementiæ Vestræ specialius recensendam. si hoc Pietati Tuæ placuerit, curiosius indagare, ne in aliquo suggestionibus nostris veritas defuisse videatur ---- Nos vero humiliter supplicantes, controversiam in Ecclesia remanere nolumus --- Hoc tamen præcipue insinuo Serenitati Tuæ, Generosissime & Clementissime Tibi Auguste! ut, cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad Catholicam & sinceram fidem eos, auctoritate, sapientia, divinisque Vestris monitis, redire faciatis &c.* & p. 527: *Petrus Clementiæ Vestræ secretarium est publicæ felicitatis, & per instantiam Vestram, quam, velut Vicarium, Deus præsidere jussit in Terris, Evangelicis Apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera, compleantur &c.* Conf. præced. v. 3.

Symmachi, in Libro Apologetico, adversus *Anastasium* Imp. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1113.

Pelagii I, in Epistola ad *Childebertum*, Francorum Regem; præced. v. 89.

Gregorii Magni, verbis præced. v. 97, modo allatis.

Agathonis, qui in literis synodalibus ad *Constantinum*, *Heraclium* & *Tiberium* Imperatores, de An. 680, apud *Baronium*, Tom. VIII, ad h. a. p. m. 589, stylo utitur, plane humillimo; (Vid. præced. v. 60;) Conf. ex iisdem literis, l. c. §. X, pag. 590: *Licentiam proinde eis* (Legatis Romanis) *sive auctoritatem, dedimus, apud tranquillissimum Vestrum Imperium, dum jusserit Ejus Clementia, simpliciter satisfaciendi &c.* & §. XI: *Pro quibus, flexo mentis poplite suppliciter Vestram, ad Mansuetudinem semper intentam, Clementiam deprecamur, ut, juxta benignissimam atque Augustissimam Imperialis Sacræ promissionem, acceptione eos* (Legatos) *dignos efficiat Christi imitabilis Vestra Tranquillitas, atque placabiles auditus eorum humillimis suggestionibus accommodare dignetur: sic aures Dei Omnipotentis suis precibus ad exaudiendum inveniat Vestra mansuetissima Pietas reseratas: illæsosque, tam in rectitudine nostræ Apostolicæ Fidei, quamque corporum sospitate, in propriis restituere jubeat: sic restituat Superna Majestas, per fortissimos atque invictissimos labores Vestræ à Deo corroboratæ, Clementiæ, sub benigni Vestri Principatus Regimine, totam Christianam Rempublicam, & fortissimis Vestris sceptris adversas subigat Nationes, ut ex hoc omni animæ, atque omnibus Gentibus, satisfiat &c.* & §. XIV, pag. 591: *Et ideo, cum corde contrito, & profluentibus lachrymis, mente prostratus, exoro, porrigere dignemini Clementissimam dexteram Apostolicæ doctrinæ, quam cooperator piorum laborum Vestrorum, B. Petrus Apostolus tradidit, non ut sub modio condatur, sed ut tuba clarius in toto Orbe prædicetur &c.* & §. XXVI, pag. 594: *Nec enim poterit aliud simillimum inveniri, quod Vestræ Invictissimæ Fortitudinis divini Majestati commendet Clementiam, quam ut, repulsis à regula veritatis erroribus, Evangelicæ atque Apostolicæ nostræ Fidei ubique illustretur & prædicetur integritas*, & §. XXVIII, pag. 595: *Obsecro itaque, Piissimi ac Clementissimi Augusti! atque, una cum mea Exiguitate, omnis anima Christiana, flexo genu suppliciter deprecatur, ut omnibus Deo placitis bonis, atque admirandis Imperialibus beneficiis, quæ, per Eorum Deo acceptabile studium, superna Dignatio humano Generi concedere dignata est, etiam hoc, ad redintegrationem perfectæ Pietatis, Con-Regnatori Christo Domino hostiam acceptabilem offerre jubeatis, Verbum impunitatis concedentes, & liberam loquendi facultatem unicuique loqui volenti, & Verbum impendere pro fide, quam credit & tenet: quatenus ab omnibus manifestissime cognoscatur, quod nullo terrore, nulla potestate, nulla comminatione vel aversione, quisquam, pro veritate Catholicæ & Apostolicæ Fidei volens* (loqui) *prohibitus aut repulsus*

est &c. Ipsi Patres celebratæ tunc Synodi ejusdem Imperatoribus scribunt, apud *Baronium* l. c. §. XXXI, p. 596: *Igitur quia tranquillissimæ Fortitudinis Vestræ Clementia personas de Episcopali numero dirigi jussit, vita atque scientia omnium scripturarum præditas: de vitæ quidem puritate, quamvis quisquam munditer vixerit, confidere tamen non præsumit: perfecta vero scientia, si ad veræ pietas scientiam redigatur, solius est veritatis cognitio: si ad eloquentiam sæcularem, non æstimamus quemquam temporibus nostris reperiri posse, qui de summitate scientiæ glorietur: quandoquidem in nostris Regionibus diversarum Gentium quotidie æstuat furor, nunc confligendo, nunc discurrendo ac rapiendo &c.* Notes simul, Legatos, ex mandato Imperiali, Constantinopolim Roma missos. Conf. *Nicolaus Cusanus*, de *Concordantia Catholica*, lib. 2, Cap. 7, apud *Schardium* de *Jurisdict. Imperiali*, p. m. 310, ubi dicti Papæ, & Synodi Romanæ, Epistola ad *Constantinum* Augustum: *Quia vero, Piissime atque Fortissime Principum Auguste! Vestræ Pietatis cum laude admiramur Deo dignum propositum, quomodo circa Apostolicam nostram fidem dignamini, Deo secretius satisfaciente, non verbis fluentibus, nec loquacitate fallaci, sed Divina sua Gratia commovente, omniumque ambiguitate sublata, desideratis cognoscere, quæ veritas orthodoxæ atque Apostolicæ Fidei contineat. Omnes nos exigui Ecclesiarum Præsules, Vestri Christiani Imperii Famuli, in septentrionalibus & Occiduis partibus constituti, licet parvi ac simplices scientia, fide tamen, per Dei gratiam, stabiles, pro iis, quæ per Divalem sacram præcepta cognovimus, conregnante ac disponente Vobiscum Conditore & dispensatore omnium, Deo, exhilarati, pro hujusmodi præ proposito, cum intimis cordis flectibus, gratias reddere cœpimus &c.* & infra: *Præterea satisfaciendum est nostro exiguo Famulatui apud Serenissimorum Dominorum Nostrorum Clementiam, pro tarditate missarum ex Concilio Nostro personarum, quas dirigi, per Suam Augustissimam Sacram, Vestrum piissimum vestigium jussit &c.*

Leonis III, qui Jurisdictionem *Caroli Magni* agnovit; vid. præc. v. 94, voc. *Carolus Magnus*, Idem forte, apud *Gratianum*, Caus. 2, Qu. VII, c. 41, *Nos si &c.* ait: *Nos, si incompetenter aliquid egimus, & in sub ditis justæ legis tramitem non conservavimus, Vestro, ac Missorum Vestrorum, cuncta volumus emendare judicio, quoniam, si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, --- erimus præ ceteris erroris Magistri. Inde Magnitudinis Vestræ magnopere Clementiam imploramus, ut tales, ad hæc, quæ diximus, perquirenda, Missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta, quemadmodum si Vestra præsens fuisset Imperialis Gloria, diligenter exquirant; & non tantum hæc sola, quæ superius diximus, quærimus, ut examussim exagitent, sed sive minora, sive etiam majora illis sint de Nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur Examine, quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum, vel indiffinitum remaneat &c.* Apud *Ivonem* pag. 5, c. 22, Capitis hujus inscriptio hæc est: *Quod in præsentia Legatorum Imperatoris, Leo Papa causam suam examinari voluerit &c.*

Leonis IV, qui Præcepta *Lotharii* Imperatoris conservaturum modis omnibus profitetur. Vid. *Gratianus*, Dist. X, c. 9 de *Capitulis*.

Nicolai I, Epist. 7 ad *Michaëlem* Imp. apud *Gratianum*, Dist. X, c. 8. *Quoniam idem &c.* ubi dicit, Christum, dignitatibus distinctis, officia Potestatis Secularis & Ecclesiasticæ ita discrevisse, *ut Christiani Imperatores, pro æterna vita, Pontificibus indigerent; & Pontifices, pro cursu temporalium rerum, Imperialibus Legibus uterentur &c.*

Clementis III &c. teste Cap. 23, *Perpendimus*, lib. V. Decretalium *Gregorii*, Tit. 39, de *Sententia Excommunicationis &c. &c.*

(99) *Aliorum Virorum magni nominis*, v. g. *Gregorii Turonensis*, lib. V *Hist.* Cap. XIX, p. m. 103, qui ita ad *Chilpericum*, R. Francorum, publico in Cosistorio: *Si quis de Nobis*, (Episcopis) *ô Rex! Justitiæ tramitem transcendere voluerit, à Te corrigi potest; si vero Tu excesseris, quis Te corripiet? &c.*

Desiderii Cadurcensis, in Epistola ad *Dagobertum*, R. Francorum, apud *Freherum* T. 1 *Scriptorum Rer. Franc.* pag. 213, ubi, rudiori licet stylo: *Dum plerumque, pro conditiones Ecclesiasticas, ne necessitas compellat, ad Celsitudinem culminis Vestri apices dirigere, ipsa tamen recordatio contubernii, & dulcedo auspicatæ indolis pubertatis, monet, ut frequenter, si fieri possit, me exiguum famulum, solectissimis obtutibus Vestris præoptem præsentari. --- Quæso, ut de conditiones Cadurchæ Ecclesiæ, cui, Deo Auctore, ex jussu Vestro, præsedeo, pro quas nunc præsentium latores apicum ad Excellentiam Dominationis Vestræ festinant, pro divino respectu, vel justitiæ contemplatione, integra mercede studeatis habere, solertissimo libramine causam trutinate, & qua Justiciam perspicitis, ponderate, illuc sententiam declinate; nec solum de hac re, sed omni tempore, de omni conditione, sententiam Regis Justitia præcedat & veritas; judicium quoque misericordia comitetur &c.*

Ago-

Agobardi, *Lugdunensis*, in Epistola ad *Ludovicum Pium* Imp. de An. 830 (833) apud *Goldastum*, T. 2 *Monarchiæ*, pag. 37: *Jubet Vestra prudentissima solertia, contra commotiones hujus temporis, paratum esse utrumque Ordinem, Militarem videlicet & Ecclesiasticum ---- Ego igitur, Servulus Vester, cum cognovissem ex Vestro Sacro præcepto, mihi esse à Vestram præsentiam properare, ita paratum, ut, cum cæteris Ecclesiasticis Viris, contra injustos reprehensores, justæ reprehensionis oppositionem adhibere possemus &c.* Conf. *Baronius*, Tom. IX, ad An. 833, p. 867 & 868.

Thegani, Chor-Episcopi Trevirensis, de *Gestis Ludovici Pii*, qui memor depositionis Ejus, & injuriarum, quibus, præ cæteris, *Hebo*, Rhemensis Archi-Episcopus, Eum afflixit, apud *Pithœum* §. 43, pag. 314, ait: *Tu Eum falso judicio voluisti expellere à solio Patrum suorum. Crudelis, cur non intellexisti præcepta Domini: Non est Servus supra Dominum suum? Quam ob rem contempsisti præcepta Apostolica ---- Omnibus Potestatibus Sublimioribus subjecti estote. Non est potestas, nisi à Deo; & iterum alius dicit: Deum timete, Regem honorificate. Servi subditi estote in omni timore, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis, hoc est enim gratia. Tu vero Deum non timuisti, nec Regem honorasti &c.*

Haymonis Halberstadiensis, in Cap. 13 Epistolæ *Pauli ad Romanos*, apud *Gratianum*, Cauf. XXIII, Qu. V, c. 39, *sunt quædam &c.* ibi: *Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi Judices, quam per Antistites, & Rectores Ecclesiarum, vindicantur; sicut, cum quis interfecit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, sive Diaconum. Hujusmodi reos Reges & Principes mundi damnant: Ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera dijudicant. Sunt enim maxime constituti propter latrones, homicidas, raptores: ut & illos damnent, & alios suo timore compescant &c.*

Adventii, *Metensis*, qui An. 868, cum *Carolus Calvus*, ad Regnum *Lotharii* eligeretur, ita, solenni in Consistorio, apud *Freherum* T. 2 *Rer. Franc.* pag. 477 & 478: *Deprecantes Ipsius* (Dei) *misericordiam, ut daret nobis Regem ac Principem, secundum cor suum, Qui in judicio & justitia nos, in omni ordine ac professione, regeret, salvaret atque defenderet ---- Quia denique Ille, Qui voluntatem timentium se facit, & deprecationes Eorum exaudit, in concordi unanimitate prælegit hunc Regni hujus hæredem legitimum, cui nos sponte commisimus, Dominum videlicet præsentem hunc Principem nostrum Carolum, ut nobis præsit & prosit, videtur nobis, si vobis placet, ut signo certissimo demonstremus Illum à Deo electum, & nobis datum Principem &c.* ad quæ Rex l. c. pag. 478: *Sciatis me ---- velle unicuique in suo ordine, secundum sibi competentes tam Ecclesiasticas, quam mundanas, Legem & Justitiam conservare: in hoc, ut honor Regius & potestas, ac debita obedientia, atque adjutorium, ad Regnum, Mihi à Deo datum, continendum & defendendum, ab unoquoq; Vestrum, secundum suum ordinem & dignitatem, atque possibilitatem, Mihi exhibeatur; sicut Antecessores Vestri, juste, fideliter & rationabiliter, meis Antecessoribus exhibuerunt &c.*

Hincmari, *Rhemensis*, in oratione, in eadem Synodo habita, ibid. pag. 478: *In hoc etiam animadvertere potestis voluntatem Dei esse, ut præsens Dominus & Rex noster, Qui in partem Regni, quam hactenus tenet & tenuit, & nobis, ac Ecclesiis nostris, & Populo sibi commisso, utiliter præest, & præfuit, & salubriter prodest & profuit, inde ad hunc locum, Domino ducente, pervenerit &c.* Conf. Ejusdem Epistola ad *Ludovicum III* Regem, Balbi filium, T. 2 ipsius Operum, pag. m. 188 &c. Add. præced. v. 7.

Conradi, *Trajectensis*, in Conventu *Gerstungensi*, de An. 1073, graviter *Henrici IV* Imp. causam perorantis, apud *Aventinum* lib. V *Annal.* Cap. XV, §. 14, p. m. 557 &c. & *Flacium*, in *Catalogo Testium Veritatis*, voc. *Conradus Trajectensis*, p. m. 345 &c.

Werneri, *Magdeburgensis*, in literis ad *Sigfridum* Moguntinum, An. 1074; & in aliis ad eundem, ut & *Alberonem* Herbipolensem, An. 1075, nec non in aliis, ad *Fridericum* Monasteriensem. verbis seq. Tit. IV. §. 8, lit. d, ad An. 1075, occurrentibus.

Theodorici de Niem, de *Juribus Imperii circa Investituras Episcopatuum & Abbatiarum*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*; pag. m. 247 &c. ubi, in Præfatione: *Papa accusatus vel diffamatus aliquo delicto, Imperatoris examini se submittit. Nos si incompetenter, 2, Qu. 7. &c.* &, paucis interjectis: *Imperator Dei Minister est, vindex illius, qui malefacit, & illius, qui bona, juxta Apostolum, Rom. XIII; It. Proverb. VIII, dicitur: Per me Reges regnant, & conditores Legum justa decernunt --- Quia non frustra instituta est potestas Regis, 23, qu. 5; non frustra; Nam Regum proprium est: facere judicium atque Justiciam, & liberare de manu calumniantium peregrinos atque oppressos; pupilloque & viduæ, qui facilius opprimuntur à po-*

tur à potentibus, prabere auxilium; eadem Qu. c. Regum; Et is debet furta cohibere; adulderia punire; impios de terra perdere; parricidas & perjuros non sinere vivere; filios suos non sinere impie agere; Ead. Qu. c. Rex debet &c.

Hugonis de S. Victore, præced. Lib. I, Tit. XV §. 5, lit. a, pag. 1114; Conf. Oratio Præsulis *Mediolanensis* ad *Fridericum I*, Imp. præsentibus etiam Legatis Romanis, apud *Radevicum*, de *Gestis Friderici I*, lib. 2, Cap. 4, pag. m. 508; *Marsilius Menandrinus Patavinus*, in *Defensore Pacis*, Part. 2, c. 5. tot. apud *Goldastum* T. 2. *Monarchia*, pag. 200, ad 204; *Guilielmus de Ockam*, in *VIII Quaestionibus* Qu. 2, c. 5, ibid. pag. 339; *Marcus Antonius de Dominis, de Republ. Eccles.* lib 6. Cap. 6. §. 62, p. 119; *Benignus Milletot*, de *delicto Communi*, ibid. T. 3, p. 788, & 790 *&c. Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*, ibid. T. 1, p. 658; *Ludovicus Servinus*, in *Commonefactione Regiorum cognitorum* ibid. Tom. 3, p. 770 &c. *Guilielmus Barclajus* de *Potestate Papa*, Cap. 8, ibid. p. 637; *Paulus Venetus*, in *Considerationibus Censurarnm Pauli V.* ibid. p. 298; Theologiæ Doctor anonymus de iisdem Censuris, ibid. p. 369; *Bret, de la Souveraineté du Roy de France*, liv. 1, chap. 12 notante *Limnao*, lib. 3 *Notitia Francia*, Cap. 2, lit. k, pag. 33, & lit. u, p. 34, *Stephanus Pasquier* lib. 3 *des Recherches de la France*, chap. 25, fol. 158, lit. b. & seq. varias contra Clericos à Parlamento latas sententias referens. *Vulson*, de *la Puissance du Pape*, liv. 3, chap. 20, §. 19, verba exhibente *Limnao* l. c. lit. m, p. 34, Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 33, Membr. 3, §. 1, v. 52 &c. p. 952 & 953; ex *Gailio*, de *Pace Publica* lib. 2, Cap. 1, §. 30, docens, in atrocissimis delictis, contra Majestatem divinam & Rempublicam patratis, Clericos, etiam sine degradatione, vel ultimo supplicio, Judice Laico, affici posse; sexcenti alii.

(100.) (XII.) *Tributa à Clero exigere &c.*

Quam veritatem agnoverunt:

Gregorius Nazianzenus, verbis præced. v. 97, occurrentibus.

Ambrosius, in Oratione contra *Auxentium*, de *Tradendis Basilicis*: *Si tributum petit Imperator, non negamus: Agri Ecclesia solvunt tributum. Si Agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum &c.* & paucis interjectis: *Tollant eos, si libitum est; Imperatori non dono, sed non nego &c.* & ad Cap. V *Luca*, lib. 4, Cap. penult. *Magnum quidem est, & spirituale Documentum, quo Christiani Viri sublimioribus Potestatibus docentur debere esse subjecti: ne quis Constitutionem Terreni Regis putet esse solvendam. Si enim censum Dei Filius solvit, quis tu tantus es, qui non putes esse solvendum?* Conf. *Gratian.* Caus. XI, Qu. I, C. 27, *Si tributum*; & c. 28, *Magnum &c.* & *Goldastus*, T. 2. *Monarchia*, pag. 15, in fine; Idem, in Epistola *contra Valentinianum*, cui tit. *ad Plebem*: *Solve, qua sunt Casaris, Casari. Tributum Casaris est, non negetur.*

Chrysostomus, in Cap. XXII *Matthai*, verb: *Reddite, qua sunt Casaris, Casari: Tu, cum audieris: Redde qua sunt Casaris &c. Scito, dictum in omnibus, qua pietati concordant &c.*

Urbanus II, P. R. apud *Gratianum*, Caus. XXIII, Quæst. VIII, c. *Tributum* 22: *Tributum in ore piscis, piscante Petro, inventum est - - - quia de exterioribus Ecclesia, quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, qua nos tueri & defensare debent, Imperatoribus persolvendum est &c.* Conf. *Guilielmus de Ockam*, in *Octo Quaestionibus*, Quæst. 3, Cap. 2. apud *Goldastum*, l. c. pag. 347.

Bernhardus, in Epistola ad *Severum* Archi-Episcopum: *Sunt, qui suggerunt subditis, suis Superioribus rebellare. Christus aliter jussit & gessit. Reddite, inquit, qua sunt Casaris, Casari. Quod ore locutus est, mox opere impleri curavit. Conditor Casaris non cunctatus est, Casari reddere censum. Exemplum enim dedi vobis, ut & vos ita faciatis &c.* Ad quæ, aliaque testimonia plura provocant *Leodienses*, in Epistola adversus *Paschalem II*, P. R. An. 1107, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 67; *Petrus Cassiodorus*, Anglus, in Epistola, de *Tyrannide Pontificis Romani, in Jura Regni & Ecclesia Anglicana*, apud *Goldastum* T. I. *Monarchia*, pag. 12; *Jordanus*, de *Translatione Imperii in Germanos*, ab initio; apud *Schardium* l. c. pag. 104, & *Goldastum* l. c. Tom. 2, p. 1362. *Richardus* Armachanus Archi-Episcopus in *Defensione Curatorum, contra eos, qui se dicunt Privilegiatos*; apud *Goldastum* l. c. pag. 1406; *Marsilius Patavinus* in *Defensore Pacis*, Part. 1, Cap. 4, ibid. pag. 197; *Philotheus Achillinus*, in *Somnio Viridarii*, de *Jurisdictione Regia & Sacerdotali*, Lib. 2, Cap. 3, ibid. Tom. I, pag. 149, & Cap. 134 & 135, pag. 170. *Antonius de Rosellis*, part. I. *Monarchia*, Cap. 53, ibid. T. I, pag. 282, & Cap. 61, v. 287, & part. V, Cap. 18, pag. 545 & 546; *Johannes de Parisiis*, de *Potestate Regia & Papali*, Cap. 14, apud *Schardium* l. c. pag. 133 &c. Auctor Disputationis, inter *Clericum & Militem*, *super Potestate Pralatis Ecclesia, atque Principibus terrarum, commissa*, tempore *Ludovici Bavari* Imp. Scriptæ, apud eundem, pag. 79. &c. Auctor Operis Eximii, *de Differentia Regia & Ecclesiastica Potestatis*; apud *Goldastum*, l. c. Tom. 3, pag. 36; *Gregorius de Heimburg*, in *Admonitione* de

Injustis

Injustis Usurpationibus Paparum, ad Imperatorem, Reges, Principesque Christianos, ibid. T. 1, p. 559; *Jacobus Almain*, D. Theol. Parisiensis, in Expositione, *de Suprema Potestate Ecclesiastica & Laica*, Cap. 8, ibid. pag. 602; *Claudius Goustæus*, de *Potestate Regia in Ecclesia*, ib. p. 658. *Johannes Bekinsau*, de *Supremo & absoluto Regis Dominio*, ibid. pag. 739. *Hieronymus Vendramenus*, in *Disquisitionibus Controversiarum inter Paulum V & Venetos*, Controverf. 2, ibid. T. 3, p. 461. *Nicolaus Crassus*, in *Antiparænesi* ad *Baronium*, pro *Republica Veneta*, ibid. pag. 419; *Ludovicus Servinus*, in *Commonefactione & Postulatione Regiorum cognitorum*, ibid. pag. 771; *Benignus Milletot*, de *Delicto communi*, ibid. pag. 788; *Emundus Richerius* de *Potestate Ecclesiastica & Politica*, §. 10, ibid. pag. 802; & plures alii. Quid olim, pro confirmationibus Pontificum Romanorum, Imperatoribus dari consueverit, ad tempora usque *Justiniani II*, à quo, in gratiam *Agathonis* P. R. abrogatus iste census, ex *Gratiani* Distinct. 63, c. 21, *Agatho &c.* docet *Benignus Milletot*, de *delicto communi*, apud *Goldastum*, T. 3 *Monarchiæ*, p. 796.

Clotharium, Regem Francorum, indixisse: *Ut omnes Ecclesiæ Regni sui tertiam partem fructuum Fisco solverent*; Auctor est *Gregorius Turonensis*, Lib. 4 *Hist.* Cap. 2, p. m. 69; addens tamen Edictum postea ab Ipso revocatum.

De *Childeberto*, itidem Francorum Rege, *tributum omne, tam Ecclesiis, quam Monasteriis, vel reliquis Clericis, qui ad Ecclesiam pertinere videbantur, larga pietate concedente*, vid. Idem, Lib. X, Cap. VII, p. m. 222.

(101) (XIII.) *Urgente necessitate, Bona, Possessiones & Privilegia Ecclesiis donata, in Reipublicæ utilitatem convertere, i. e. aliis commutare; vel pignori opponere; vel in Beneficium concedere; vel Seculo reddere &c.*

Ratio est, quod

(1) Bona ab Ecclesiis possessa, non desinant esse Bona Reipublicæ; teste *Augustino*, Tract. VI ad Cap. 1 *Johannis*, apud *Gratianum*, Distinct. VIII, Cap. 1. *Quo Jure*; add. *Leonis & Anthemii* Rescriptum ad *Armasium*, Prætorio Præfectum, L. 14 C. de *Sacrosanctis Ecclesiis &c.* nec non *Theodosii & Valentiniani*, ad *Florentium*, L. 2 C. de *Navibus non excusandis*.

(2) Suprema Ecclesiasticorum Bonorum administratio Principi, qua Rectori Reipublicæ, competat.

(3) Ex officio, Princeps modis omnibus Reipublicæ salutem procurare teneatur.

(4) Nihil Ecclesiis dono offerri queat, quin Principi, pro tempore ad gubernacula sedenti, semper salva maneat potestas, urgente Reipublicæ necessitate, repetundarum rerum donatarum.

(5) Bona, etiam Deo dicata, Ecclesiæ & Reipublicæ salute id postulante, in alios usus convertere, Principi liceat, imo vel ipsis hostibus, pro redimenda pace, tradere. Vid. *Gregorius Magnus* lib. 7, Epist. 14, ad *Demetrium & Valerianum*, Firmanos Clericos, *Cauf. XII*, Quæst. 2, Can. XV, *Sacrorum &c.* *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 77, §. 7. pag. 691, *Carpzov. Jurisprud. Consistor.* Lib. 2, Tit. XIX, Defin. 301, *Knipschildt*, de *Jurib. & Privil. Civit. Imper.* Lib. V, Cap. IX, §. 3, p. 1083 &c. *Conringius*, de *Pace perpetua*, Sect. I, *Hypothes.* 9, p. m. 13. *Schilter* de *Pace Religiosa*, Cap. VII, §. 6, pag. 235 &c. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 13, §. 1, pag. 468. & c. 33, Membr. 4, §. I, v. 11 & seqq. p. 964. Non male *Miles*, in disputatione *adversus Clericum, de Potestate Principum & Prælatorum*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 79: *Scire debetis, quod, quicquid Rectores Reipublicæ faciunt, ad utilitatem Reipublicæ intendunt, &, ad eam habentes oculum, juxta illam regulam, cuncta disponunt, in tantum, quod salutem Reipublicæ saluti propriæ anteponunt; exemplo David 2 Regg. unde constat, & testimonio, & recta ratione, Eos incedere, quatenus possent in posterum eis Reipublicæ causa derogare; unde plane colligitur, in omnibus privilegiis hoc exceptum, scilicet, ut, nisi privilegium indultum videatur in posterum Reipublicæ nociturum, vel, pro ardua necessitate, vel utilitate Reipublicæ manifesta, mutandum. Igitur non est dubium, quin, pro Regni necessitatibus, gratias, vobis indultas, Legibusque sancitas, possunt Altissimi Principes consultiori suspendere ratione, &, secundum exigentiam temporis, mutare &c.* Apprime etiam Auctor (*Daniel Heiderus*, Syndicus Lindaviensis,) des Historischen Berichts *von den Reichs-Vogtheyen*, Discurf. I, lit. KK &c. p. m. 9 &c. *Uber das, haben die Römische König und Kayser, zuweilen die Reichs-Klöster selbst versetzt, vertauscht, verschenckt, und zu Lehen verliehen; wie dessen ein nicht gar altes Exempel, droben*, sub lit. K, *zu ersehen: und darneben noch weiter bekandt, daß* Fridericus primus, *durch seinen* Procuratorn, *oder Land-Vogt, in Schwaben, den von Helenstein, auf das Closter Ursperg, ein jährliche Gült geschlagen; und es hernacher sein Sohn* Philippus, *Römischer Kayser, Herrn* Berchtolden *von* Neufen *gar pfändlich eingesetzt. Ingleichen hat* Fridericus II. *die Fürstliche Reichs-Clöster, Ober- und Nieder-Münster in der Statt Regenspurg, an die Statt Nördlingen; und den Flecken Oringa* (jetzt

(jetzt Oeringen, auch eine Statt,) sampt der Probstey daselbst, und mit beyder Orthen Advocatia, *gegen Bischoff* Conraden *zu Regenspurg, vertauschet. Nicht weniger hat Kayser* Arnolph, *und nach ihm Kayser* Otto *der Erste, die Reichs-Abthey Moßburg, in Bayern, dem Stifft Freysingen; und hernach eben demselben Stifft Kayser* Henricus *der* IV, *das Reichs-Closter Beuren, in Bayern;* Item, *Kayser* Friderich *der Erste, das Reichs-Closter Nidern-Altaich, sampt seiner von dem H. R. Reich zu Lehen herrührender Casten-Vogthey, dem Bistumb Bamberg; dem Stifft Passaw aber, Unser Lieben Frawen Reichs-Abtey in der Statt Passaw, ohne die Casten-Vogthey (dessen Verleyhung Ihr. Majest. dem Reich vorbehalten) übergeben, verschenckt, und vereiget. Wie dann auch Herr* Leonhard *von* Keutschach, *Ertz-Bischoff zu Saltzburg, die Herrschafft Wildenegg, mit aller Obrigkeit, und das Closter Mannsech, so darinn gelegen, mit samt der Statt daselbst, und S. Wolffgang, allererst von König* Maximiliano Primo, *üm 12000 fl. erkaufft. So hat dann Kayser* Conrad *der* II. *Hertzog Ernsten zu Schwaben, die Abthey Kempten, für seine Kriegs-Dienste,* An. 1026 *zu Lehen verliehen &c.* Quæ de annua pensione, ex reditibus Abbatiæ Urspergensis, *Degenhardo* de *Hellinsteyn*, à Procuratore Sueviæ, jussu Imperatoris *Friderici*, solvenda, & à *Philippo* Imperatore, *Berchtoldo* de *Nifen*, postea in pignus tradita, hic dicuntur, confirmant *Conradus Urspergensis*, in vita *Philippi* Regis, p. m. 238; *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 41, p. m. 907; *Caspar Bruschius*, de *Monasteriis Germaniæ*, voc. *Urspergum*, haud procul ab initio, p. m. 595; *Crusius, Annal. Suev.* part. 2, lib. 12, c. 35, fol. 158 &c. Assertum de *Friderico* II, nititur duobus diplomatibus, quorum alterum ab ipso Imperatore, sub dato *Egræ*, An 1215, XI Kal. Januar. & alterum à *Chunrado*, Episcopo Ratisbonensi, sub dato *Ratisponæ* An. 1216, 3 Id. Octobr. emanarunt, apud *Gewoldum*, in Addit. ad Tom. 3 *Hundii Metropolis*, voc. *Ober-Münster zu Regenspurg*, p. 4 & 5; de liberalitate Imperatoris *Arnolfi*, qua, An. 895, Cœnobium *Mospurg*, ad preces *Walthonis* Episcopi, *Frisingensi* Ecclesiæ dono obtulit, extat charta apud *Gewoldum* l. c. T. 2, voc. *Mospurg* p. m. 504 & 505; *Henricum IV* donasse, An. 1065, *Elenhardum* Episcopum, & Ecclesiam *Frisingensem*, Abbatia *Burensi*, in Pago *Sondergeu*, cum omni Jure & ubilitate, quam Imperatores hactenus ibi habuerint, plenaque potestate cum ea faciendi, quicquid Ecclesiæ utilitas exegerit, testatur *Hundius* l. c. Tom. 2, voc. *Beurn*, pag. 140; Quod *Fridericus I*, sub dato *Aquisgrani*, An. 1152, *Eberhardo* Episcopo, & Ecclesiæ Bambergensi, servitium Regale, à Cœnobio *Altaich Inferiori*, singulis annis, Imperatoribus solvendum, cum omnibus pertinentibus & rebus, ac etiam Advocatia & Ministerialibus, perpetuo dono dederit, evincit diploma desuper confectum, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 3, voc. *Altaich Inferius*, p. 28; qui simul l. c. Tom. 1, in Catalogo Episcoporum Pataviensium, p. 371, illud suppeditat, quo laudatus Imperator, sub dato *Cumas*, 4 Kal. Febr. An. 1161, rogatu Patrui, *Conradi* Episcopi Ecclesiæ B. *Stephani* Patavienfi, Abbatia *S. Mariæ* in eadem Urbe, cum omni utilitate & honore, quibus ad Ipsum & Imperium spectaverit, Advocatia excepta, Legeque addita, à quolibet Episcopo, in Epiphania Domini, persolvendarum inde Fisco Regio quotannis quadraginta librarum Ratisbonensis monetæ, cesserit. Quæ de Dominio *Wildenegg*, Cœnobio *Mansee*, cum Oppido ibidem & S. *Wolffgango*, à *Maximiliano* Rege, Archi-Præsuli Salisburgensi, *Leonhardo à Keuschach*, venditis, hic traduntur, confirmat *Hundius* in Catalogo Archi-Episcoporum Salisburgensium l. c. Tom. 1, pag. 31; ut & Tom. 2, voc. *Mansee*, p. 499. de *Campidunensi* Abbatia, *Ernesto*, Alamannorum duci, à *Conrado* Salico Imperatore, in beneficium concessa, legas *Wipponem*, in vita *Conradi*, ad An. 1026, apud *Pistorium*, pag. m. 432. Plura documenta alia in idem argumentum proferri possent, si ullum dubium superesset. Faciunt huc omnino dissertationes duæ de *Secularisatione Bonorum Ecclesiasticorum*, sub Præsidiis *Mauritii* & *Rhetii* habitæ, quarum altera inter Dissertationes *Mauritianas*, pag. 495 &c. & altera inter *Rhetianas*, An. 1678 editas, reperiuntur, quibus merito jungas Inauguralem Dn. *Bernhardi Henrici Pagendarmi*, de *Bonorum secularisatorum natura*, An. 1707, Præside Illustri *Thomasio*, defensam. Conf. *Fritschii, Manuale Juris Publici*, Tit. *Bonorum Ecclesiasticorum secularisatio*, p. m. 166 &c. & quæ præced. Lib. I, Tit. XV, §. 28: lit. b, pag. 1420, annotavi.

(102) XIV, *Regalia frui*, id est, *Vacantium Ecclesiarum reditus primi Anni, una cum defuncti Episcopi relicta penu, & mobilibus, Fisco vindicare.*

Venientibus sane vacantium Ecclesiarum bonis apertorum Feudorum censu, æquum omnino erat, ut, defunctis Episcopis, Imperatores Regesque, non solum *tamquam Domini directi*, ea, donec novus constitueretur Antistes, seu Administrator, ad se reciperent, intereaque fructus inde provenientes sibi vindicarent; sed & *jure quodam bonorum vacantium*, cum hæres non esset, decedentium mobilia occuparent. Cujus Regalis vestigia hinc inde apud Veteres occurrunt. *Ekkehardus Junior*, Cap. I. de *Casibus Monasterii S. Galli*, in vita *Salo-*

monis

monis Abbatis, apud *Goldastum*, Tom. I. *Rer. Alamann.* Part. I, pag. 20, *Hattonis. Moguntini* Præsulis, ait: *Veniens Hatto Constantiam, festiveque receptus - - - - Constantia relicta, abiit in sua. Parvo autem post tempore confectus Italica febre, cruce non exacta, diem obiit, sicque in verba Salomonis tanquam Prophetica devenit. Egit tamen ille* (Salomon Constantiensis) *pro anima ejus* (Hattonis) *precibus & opibus, quantumcunque potuit. Scrinia ejus, Palatio addicta, sibi non proderant &c.* Obiisse vero *Hattonem*, An. 912, adeoque regnante *Conrado*, auctoritate Continuatoris *Reginonis* ad h. a. pag. 74, nititur; Conf. *Lambertus Aschaffenburgicus*, an. eod. pag. 155; *Marianus Scotus*, An. eod. pag. 446 &c. Sic *Adamus Bremensis*, lib. 4 *Histor. Eccles.* Cap. 36, pag. 130: *Obiit Clarissimus Noster Metropolitanus Adalbertus* (Hamburgensis) *17 Kal. April. Indict. X, hic est annus Domini Nostri Jesu Christi 1072; Alexandri Papæ XI; Heinrici Regis Quarti XVII. Præter Libros, S. S. Reliquias & Vestimenta sacra, fere nihil inventum est in thesauris ejusdem Viri; quæ tamen omnia Rex accipiens, una cum præceptis Ecclesiæ, tulit etiam manum S. Jacobi Apostolici, quam dono Vitalis, Venetiarum Episcopi, ab Italia Archi-Episcopus rediens, quondam secum deportaverat.* Quæ *Albertus Stadensis*, an. eod. p. m. 136, &, ex eo, *Albertus Crantzius*, lib. V, *Metropolis*, Cap. XI, pag. 126, repetunt. De *Henrico*, quadragesimo Abbate *Laurishamensi*, legitur in *Chronico Laurishamensi*, apud *Freherum*, p. m. 95: *Frumentum & Vinum, quod eo anno abundantissime provenerat, cum his, quæ ab anno præterito, more suo, copiose conservarat, partim ab ipso distributum, partim temere distractum, partim, Imperiali Munificentia, successori suo* (Sigehardo) *donatum est. Decessit 4 Kal. Octob. hora quasi decima, Anno Dominicæ Incarnationis 1167.* Audiamus *Ottonem IV* Imperatorem Ipsum, in diplomate, An. 1209, 14 Kal. Junii, *Brunsuigæ, Alberto Magdeburgensi* dato, apud *Meibomium*, Tom. 3 *Rer. German.* pag. 127 &c. & Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 71, pag. 62: *Cum igitur, ex antiqua, vel antiquata, consuetudine, omnium Episcoporum decedentium, qui de Jurisdictione sunt Imperii, in quibuscunque reditibus, reliquiæ Fisco cedere debeant Imperiali; ob sinceram dilectionem memorati Archi-Episcopi, ejusque personæ reverentiam, Successoribus, dum modo à præsenti toga carnis exeunt, & omnium Suffraganeorum suorum Successoribus, in perpetuum, concedimus, & omnes proventus Episcopales, qui, defunctis Episcopis, Imperio cedere consueverunt, deinceps ad usus ipsorum colligantur, & collecta reserventur, statuentes: ut, si decedentes Episcopi aliquibus debitis fuerint innodati, ea exinde persolvant. Per hoc tamen speciale Gratiæ Nostræ donum, Magdeburgensem Ecclesiam, omnesque ejus suffraganeas Ecclesias, cum omnibus earum familiis, occasione memorati Archi-Episcopi, volentes esse specialius honoratas &c.* Patet hinc, aut falsam esse chartam, quam Princeps hic, Anno 1198, *Adolpho*, Coloniensi Archi-Episcopo, dedisse fertur, apud Dn. *Lunigium*, in *Spicileg. Eccles.* Contin. I, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 25, pag. 340; aut Principem male tunc fuisse informatum, scribendo: *Consuetudinem minus decentem, quam Fridericus Imperator, contra Justitiam, induxerat, scilicet, quod, decedentibus Principibus, Ecclesiasticis videlicet personis, quemadmodum Archi-Episcopis, Episcopis, Abbatibus, Abbatissis & Præpositis, eorum supellectilem sive* (sibi) *violenter usurpavit, penitus abolemus &c.* Consuetudine hac longe ante *Friderici* ætatem introducta. Enimvero *Fridericum II.* hoc jus abrogasse, notarunt alii. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 24, lit. a, pag. 1405 &c. nec non, *Lehmannus, Chron. Spirens.* lib. 5, Cap. 67, pag. 536; Auctor *des Historischen Berichts, von den Reichs-Vogtheyen*, Discurs. I, pag. 9, lit. Ii; & *Fundamenta hujus Discursus*, pag. 61 &c. Dn. *Meibomius*, Dissert. de *Jure quodam antiquo Imperatorum Germanicorum, in decedentium majorum Prælatorum relictis possessionibus*, Tom. 3. *Rer. German.* pag. 185 &c. quæ etiam *in Sylloge Variorum Tractatuum Juris Publici, Ahasveri Fritschii*, Part. I, pag. 431 &c. reperitur; *Schilterus*, de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ &c.* lib. V, Cap. VI, §. I & seqq. pag. 669; Ill. Dn. *Coccejus, Prudentia Jur. Publ.* Cap. 22, §. 5, p. 354; Dn. *Paullini*, de *Advocatis Monasticis*, §. 35, pag. m. 564; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 98, pag. 96.

Plura longe alia addi Jura possent, nisi chartæ ratio foret habenda.

(b) Jus PRIMARIARUM PRECUM &c. Peculiarem Tractatum de novo hoc Jure Principis circa sacra, edidit *Johannes à Chokier*, Canonicus quondam & Vicarius Generalis Leodiensis, nec non Abbas Secularis Visetensis, Primarias Preces *Ferdinandi II* Imper. An. 1620, Scholiis illustrando; post quem evolarunt: *Ahasveri Fritschii*, Tract. de *Imperiali Primariarum Precum Jure*, An. 1660, *Rudolstadii*, annoque 1661, *Jenæ*, Impressus; Dn. *Ernesti Friderici Schrœteri*, Diss. de *Primariis Precibus*, Jenæ, publico examini subjecta, An. 1669;

 Illustriss.

Illustriss. *Alberti Wolffgangi* Comitis *Hohenloici*, Diss. de *Precibus Primariis*, An. 1673, 8 Nov. Præside *Gerhardo von Stokken*, Argentorati habita; Dn. *Johannis Christiani Müldeneri*, Positiones Inaugurales, de *Jure naturali Primariarum Precum*. Dn. *Petri Marcelli Riccii*, Benthemio-Westphali, Diss. *de Imperiali & Regali Primariarum Precum Jure*, Præside Consultiss. Dn. *Johanne Henrico Feltzio*, adversa valetudine præpediti Dn. *Schilteri* vices subeunte, 6 Sept. An. 1702, Argentorati propugnata. Dn. *Johannis Ehrenfridi Mayeri*, J. U. D. Tract. de *Jure Primariarum Precum*, An. 1704, Quedlinburgi editus. *Dominus Adami Cortreji*, *Repræsentatio Juris Primariarum Precum*, *Sacratissimis Imperatoribus Romano-Germanicis, sine prævio Pontificum assensu, competentis;* Francof. ad Mœnum, An. 1706; quæque Part. VI, Tom. I Ejus *Corporis Juris Publici*, pag. 93 &c. habetur. Add. Ejusdem *Observata ad Concordata Friderici III Imp. & Nicolai V Papæ, de An. 1448*, ibid. pag. 35 & seqq. Dnn. *Michaelis Henrici Gribneri*, Præsidis, & *Joh. Caroli Mitternachti*, Respondentis, Diss. de *Primariis Precibus Imperialibus*, An. 1707, 16 Junii, *Conradi Oligenii* (quem Dn. Fontaninum esse volunt) Dissertationi de *Primariis Precibus Imperialibus*, exeunte anno 1706, *Friburgi* Brisgoviæ, excusæ, opposita. Laudati Dn. *Gribneri*, Præsidis, & Dn. *Joh. Georgii de Berge*, Equitis Lusati, Respondentis, Diss. de *Precibus Primariis Vicariorum Imperii*, 9 Maji, 1708, Wittebergæ defensa. Faciunt huc insuper: *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Primariæ Preces*, p. 763 &c. & de *Majest. Eccles.* p. 121; *Paurmeister*, de *Jurisdictione*, lib. 1, Cap. 4, §. 41 & seqq. p. 61 &c. *Hermes*, *Fascic. Jur. Publ.* C. XI, §. 6 &c. *Freherus* ad *Petrum de Andlo*, de *Romano Imperio*, lib. 2, Cap. VI, pag. 179 &c. *Daniel Heiderus*, in *Fundamentis discursus, von den Reichs-Vogtheyen*, Lit. ffff, pag. 114. *Limnæus*, lib. 2, *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 2 & seqq. p. 106 &c. *Webner*, *Observat. Pract.* voc. *Paniss-Briefe*, pag. m. 387 &c. Dn. *Jacobus Bernhardus Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 33, Membr. 2, §. 2, pag. 939 &c. Dn. *Schilterus*, de *Libertate Eccles. German.* in Addendis, ad Lib. VI, Cap. V, §. XI. Dn. *Ockel*, de *Præscriptione Immemoriali*, Cap. 4. §. 8, p. 189 &c. Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. Spec. Sect. I, Cap. V, §. 13 & seqq. p. m. 299 &c. Dn. *Henricus Vagedes*, Diss. *ad Severinum de Monzambano*, Cap. 1, §. 12 & seqq. de *Ludibriis Aulæ Romanæ, in Translatione Imperii Romani*, Cap. XII, §. 5, pag. 175, Operum ejus Academicorum; Interpretes Juris Publici fere omnes.

Antiquissimum esse hoc jus, ut probem, non recurram ad Preces *Henrici IV*, Imp. quibus, apud *Ottonem Frisingensem* Episcopum, circa An. 1105, pro quodam intercesserit, referente *Goldasto* Tom. I *Constitut. Imperial.* pag. 234, §. 13, verb. *Insuper etiam diligenter te rogamus, ut, in præsenti, nostram consideres necessitatem, & al. qui Nobis est necessarius, concedas beneficium, quod à te postulat, animadvertens, quod modo Nos præsens periculum compellit multis supplicare, &, eorum voluntatem faciendo, ipsos in nostra fidelitate confirmare; & hac ratione constrictos, de his & de aliis multis oportet Nos te rogare, aliter quam vellemus* cum (1) Literæ illæ sint mutilæ, nec integræ, (2) commendatitiæ saltem pure tales, nec, ut hodie, mandatum simul involventes; consequenter & obedientiam, ab eo, ad quem diriguntur, præstandam, (3) passus hic non nisi Cæsarei Rescripti partem posteriorem conficiat, priori plane aliud continente; (4) non constet, unde Goldastus Rescriptum illud hauserit &c. Bene vero ad *Conradi Urspergensis* testimonium, qui in Chronico suo, in Vita *Ottonis IV* Imp. p. m. 239, hæc subministrat. *Habeat autem Famulos suos de Saxonia & Anglia, seu Clericos, seu Laicos, quibus omnia Beneficia, quæ contigit vacare, studuit conferre. Fuerat autem consuetudo Principum, ut hilariter & prompte Beneficia, seu Ecclesias, conferrent primis petentibus; quod Iste nequaquam facere voluit.* Quo etiam facit Formula precum primariarum *Rudolphi Habspurgici* de An. 1273, apud *Nauclerum*, Vol. 2, Generat. 44, p. m. 974; Auctorem *Paraleipomenon* præfati Abbatis *Urspergensis*, ad An. 1286, p. m. 259; *Danielem Heiderum*, l. c. *Goldastum*, Tom. 3. *Constit. Imper.* p. 406, aliosque plures:

Rudolphus D. G. Rex & semper Augustus; Honorabili in Christo Devoto Abbati &c. Gratiam suam & omne bonum. Cum ex antiqua, & approbata, ac à Divis Imperatoribus & Regibus Inclytæ recordationis, Nostris Antecessoribus, usque ad Nos producta, consuetudine, qualibet Ecclesia, in Nostro Romano Imperio constituta, (ad quam Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet collatio,) super unius collatione Beneficii, Precum Nostrarum primarias admittere teneatur: Devotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Ecclesiastico Beneficio, quod ad tuam collationem spectat, ob Reverentiam Sacri Imperii & Nostram

stram, si quod vacat in præsens, vel quam primum vacaverit, studeas liberaliter providere: taliter faciens, quod devotionem tuam Nostra Serenitas debeat merito commendare, & ad tua justa desideria facilis inveniri. Datum Regni Nostri anno primo. Clarius adhuc loquitur *Carolus IV.* in precibus ad Præpositum & Conventum Canonicorum Regularium Monasterii in *Revengersburch*, Ordinis S. Augustini, Moguntinæ Diœceseos, directis, quas, sub dato *Spyræ*, An. 1353, Indict. VI, 6 Kalend. Decembr. post *Goldastum*, Tom. I *Constitut. Imper.* p. 343, & *Freherum, ad Petrum de Andlo*, Lib. 2. c. 6. pag. 177; Dn. *Cortrejus*, cit. *Observat. ad Concordata Friderici III & Nicolai V*, p. m. 35, suppeditat; inter alia dicens: *Quum itaque Nobis, tam de Jure* (scil. Regio) *quam antiqua & approbata consuetudine, à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædecessoribus Nostris, hactenus observata, competat, quod, ex Coronationis Nostræ solennibus ad Romanorum Regnum, quæ in Nobis, nutu divino, dudum sunt completa, in quolibet Monasterio, in Imperio constituto, unam tantum personam, virtute primariarum Precum Nostrarum, ad Beneficium Ecclesiasticum facere possimus promoveri; Hinc est, quod, pro dilecto Petro Conradi de Tylle, Presbytero Devoto, Nostro Dilecto, Vobis Primarias dirigimus Preces Nostras, devotionem Vestram attento studio inquirimus & hortamur, Vobis nihilominus, per Regalia Sceptra Nostra, mandantes, quatenus præfato Petro, aut ipsius ----* (forte, *Procuratori*) *de Beneficio Ecclesiastico cum Cura, vel sine Cura, quod vacat ad præsens, vel quod primum vacaverit, ad Vestram Præsentationem, Collationem, seu quamvis aliam dispositionem, spectans, in quacunque Diœcesi aut Moguntina, aut Trevirensi, aut aliis quibuscunque Diœcesibus, hujusmodi Beneficium constitutum fuerit, autoritate & virtute Primariarum Precum Nostrarum, providere debeatis, quavis contradictione cessante, dummodo Vobis pro alia persona non direximus Preces Nostras &c.* Hinc sua *Du Fresne*, Glossar., voc. *Preces Primariæ*, pag. 405. Plures ejusmodi Formulæ reperiuntur in Appendice ad *Gervasium Tilberiensem* de *Imperio Romano*, Edit. Mader. pag. 113 &c. nec non apud Dn. *Leibnitium*, in *Codice Diplomatico Juris Gentium*, Part. I, §. 98, pag. 222; in quibus semper *Juris, & antiquæ atque approbatæ consuetudinis*, mentio fit. Eodem stylo usus legitur *Wenceslaus* Imp. in Constitutione de *Primariis Precibus*, sub dato *Aquisgrani*, An. 1376, in favorem *Ruperti* Senioris C. P. R. edita, apud *Goldastum* l. c. Tom. I, pag. 375 &c. *Freherum*, in Notis ad *Petrum de Andlo*, pag. 177; *Du Fresne* l. c. *Tolnerum Cod. Diplomat. Palat.* §. 148, pag. 98; & *Lunigium*, Part. Spec. des Reichs-Archivs, Contin. 2, IV Abtheilung, I Absatz, §. 12, pag. 12 &c. verb. *De speciali Celsitudinis Nostræ benevolentia, concedendum duximus, & concedimus per præsentes, quod Tu* (Ruperte) *omnes Primarias preces, ratione Nostræ Coronationis in Romanum Regem, (hodie, videlicet die sexta Mensis Julii, Aquisgrani, Divina favente Clementia, solenniter susceptæ) per Civitatem & Diœcesim Spirensem & Wormatiensem, tam de Jure, quam ab antiqua consuetudine, Divis Romanorum Regibus, Nostris Antecessoribus, & Nobis, competentes, porrigere valeas & debeas, in singulis, tam Kathedralibus, quam Collegiatis & Conventualibus Ecclesiis & Monasteriis utriusque sexus, tam Secularium quam Regularium personarum; nec non ad Prælatos, & alias Personas Ecclesiasticas quascunque; etiamsi Pontificali, vel alia præfulgeant dignitate, in dictis Civitatibus & Diœcesibus, sicuti easdem Preces per Nos porrigere possemus: jus & potestatem porrigendi hujusmodi preces, Nobis competentes, in Tuam personam, omni modo, Forma & Jure, quibus melius fieri poterit, plenarie transferendo &c.*

Vocabulo Germanico audiunt vulgo *Panisß-Brieffe*; Vid. *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Primariæ Preces*, p. m. 763; *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Panisß-Brieffe*, p. m. 387; *Speidelius*, voc. ead. pag. 702; *Draco de Jure Patriciorum*, lib. 3, Cap. 9, §. 24, p. m. 327. Ast, minus recte, cum, *Multzio* teste, l. c. §. 2. v. 253, fol. 943, *Panisß-Brieffe* nihil aliud sint, quam *Provisiones, ab Imperatore Personis Laicis concessæ, ut alimenta ex Cœnobio quodam habeant*; seu, ut *Wehnerus* l. c. loquitur: *Vorschrifften umb Layen-Pfründe, und Præsentations-Schrifften eines Kaysers, auf ein Gotts-Hauß, ümb eine Pfründe zur Küchen und Keller, einem alten Diener. Dan dem Römischen Kayser gebühret, und stehet, aus altem löblichem Herkommen, und Gewohnheit, zu, auf einem jeden Prælaten, oder Gotts-Hauß, des H. Reichs, eine Persohn, die Kayserl. Maj. darzu gefällig ist, zu* præsentiren, *damit einem eine Pfründe von Küchen oder Keller gegeben werde. Als wan ein Kayserl. alter Trabant, Hatschier, oder ein ander alter wohlverdienter Diener, vom Kayser, eine solche Vorschrifft, ümb Layen-Pfründ, oder ein*

Paniß-Brieffe, an eines Stiffts Abt, Probst, Dechant, Kloster oder Stifft (so von demselben zu Lehen gehen) außbringt und außgebethen hat &c. Primariæ preces contra involvant *jus concedendi Beneficium, in Ecclesiis Germaniæ Cathedralibus & Collegiatis, vacans, aut primum vacaturum, Imperatori, ex veteri Jure circa Sacra, & inveterata consuetudine, competens.* Vid. *Cortrejus* l. c. pag. 35; aut, ut cum *Titio* loquar, *Specim. Juris Publ.* Lib. V, Cap. 3, §. 25, pag. 532: *Jus Majestaticum, Imperatori electo competens, cujus vi, per universum Imperium, in quolibet Capitulo, vel Cœnobio, immediato & mediato, semel, unam personam, secundum naturam Beneficii, idoneam Instrum. Pac. Art. V, §. 18, & 26, ad beneficium Ecclesiasticum vacans, in mensibus tam Papalibus, seu extraordinariis, quam Capitularibus seu Ordinariis, immediate, vel mediate, præsentat, eo effectu, ut Precista aliis omnibus sit præferendus.* Quamvis hæc omnia de Capitulis & Cœnobiis intelligenda veniant, in quibus Cæsari hoc Jus ante Instrumentum Pacis competit; vid. seq. §. 10. lit. a. Conf. Dn. *Multzius*, l. c. §. 2, v. 233 & 235. pag. 940 & 941 &c. Qui v. 234, Exceptiones quasdam sistit; Exemplo rem illustraturus, communicabo tecum literas Imperatoris

Rudolphi II, in gratiam *Martini Laurentii Pregl*, An. 1604 ad Abbatem & Conventum *D. Michaëlis, Luneburgum* missas, quæ in Archivo Cœnobii hujus asservantur:

Wir Rudolff der Ander, von GOttes Gnaden, erwehlter Römischer Kaiser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs (tot. Tit.) *empieten dem Ersamen und Unnsern Lieben Andechtigen,* N. (vocabatur Conradus de Bothmer) *Abbten, und Convent des Gotts-Hauß zu S. Michaël in der Stadt Lunenburg, Unnser Gnadt und alles Guets. Ersamer, und liebe Andechtigen! Nachdem, auß Kaiserlicher Obrigkait, Gerechtigkait, Altem-Herkommen, und Lœblicher Gewonhait, Unns, und ainem yeden Römischen Kayser zuesteth und gepürt, auf ain jedliche Stifftung und Gotts-Hauß im Heil. Reich, ain Person, Unns darzur gefellig, zu benennen, und dieselbe darinn, mit ainen Layen-Herrn-Pfrüendt fürsehen zu lassen; So haben Wir demnach, aus berürter Kaiserlicher Oberkait, Gerechtigkait, Altem-Herkommen und Gewonhait, von Unnsern Vorfahrn am Reich, Römischen Kaisern und Künigen, löblich auf Uns gebracht, Unnsern Ehrnholdt, und des Reichs lieben Getrewen Martin Lorentz Pregl, von wegen seiner getrewen aufrichtigen und vleissigen Dienste, so er Uns, in die zwaintzig Jahr erstlich als Hof-Furier, hernacher und anyetzo aber, als Unnser Ehrnholdt, nach eusserstem seinem Vermügen, gehorsamist erzaigt und bewisen hat, und noch teglich thuett, zu Fürsehung seiner Person und Leibs-Nahrung, hiemit, auf Eur Gotts-Hauß zu S. Michaël benennt, præsentirt, und verwisen. Und ersuechen Euch darauf, mit disem Unnserm Kaiserlichen Brief, unnd in Crafft Unnserer Kaiserlicher Gerechtigkait und Alten-Herkommens, mit Ernst bevelhendt, das Ir, nit allain Unns zu Ehren und Gefallen, sondern auch zu undertheniger gehorsamer Vollziehung mehrberürter Unnser Kaiserlichen Gerechtigkait, und Alten-Herkommens, den obangezaigten Martin Lorentz Pregl, also in berürt Euer Gotts-Hauß annemmet, unnd mit ainer Layen-Herrn-Pfrüendt, von Küchen und Keller, sambt Klaidung, und aller anderer leiblichen Nahrung und Notturfften, sein Lebenlang versehet; Ihme auch alles das teglichen, ohne Abgang, zu raichen und zu geben, verschaffet und bestellet; auch deßhalb yetzt alßbald Eur schrifftliche gewisse Versicherung und Zuesag thuett, und hierinn Euch, als Unnsern und des Reichs getrewen und gehorsamen Underthanen, und Ordens-Leuthen, gepürt, gehorsamlich halttet, und erzaiget, unnd solches kaines weegs waigert, noch abschlaget, oder hierinn ainiche Außflucht suechet. Damit Wir Eur underthenige Wilfahrung, und schuldige Vollziehung obberüerter Unnser, und Unnserer Vorfahren am Reich, hergebrachten Gerechtigkait, umb so vil mehr im Werckh spüeren und befinden mögen. Das kombt Unns von Euch zu sonderm angenommenen gueten Gefallen, gegen Euch, und Eurem Gotts Hauß, hinwider in Gnaden zu erkennen. Es beschieht auch daran Unnser gnediger und endlicher Willen und Mainung. Geben auf Unnserm Küniglichen Schloß zu Prag, den 13 Tag des Monats Martii, Anno Sechzehen hundert und im Vierten, Unnserer Reiche, des Römischen im XXIX, des Hungerischen im XXXII, unnd des Behaimischen auch im XXIX;*

Rudolff.

Ad mandatum Sacr. Cæsar. Maj. proprium

An. Hanniwald.

Ad quas dicti Abbas & Conventus, An. 1605, ita responderunt:

Aller Durchlauchtigster, Großmechtigster, Unüberwindlichster, Römischer Kayser! Ewer Kaiserl. Maj. sey Unser demütiges emsiges Gebett zu Godt dem Allmechtigen, jederzeit zu voran bereit.

Aller Gnedigster Herr! was E. Kays. Maj. durch ein offen Kayserlich Patent, sub dato Prage, *den 13 Martii*

Martii des nechst abgewichenen 1604 Jahrs, an Unß allergnedigst gelangen lassen, solches haben Wir, mit gebührender Demut und Reverentz, kurtz verruckter Zeitt, woll empfangen, undt darob vernommen, wie das Ew. Kays. Maj. allergnedigst begeren, und mit Ernst befehlen, nachdeme auß Kayserlicher Obrigkeit, Gerechtigkeit, Altem Herkommen, und löblicher Gewonheit, Ew. Kayserl. Maj. und einem Jeden Römischen Kayser, zustehet und gebüret, auf einejedliche Stifftung und Gottes Hauß im H. R. Reiche, eine Person, so Ew. Kays. Maj. gefellig, zu benennen, zu præsentiren, und dieselbe darinnen mit einer Layen Herren-Pfrüendt versehen zu lassen: das derowegen Ew. Kays. Maj. Deroselben Ehrnholdt, Martin Lorentz Pregel, Unß allergnedigst ernennen und præsentiren thäten, also und derogestalt, das Wir Ihn, Martin Lorentz Pregel, in Unser Closter S. Michael alhier in Lüneburg, annehmen, und mit einer Layen Herrn-Pfruendt, von Küchen und Keller, sambt Kleidunge, und aller andern leiblichen Nahrunge und Notturfft, sein Lebenlang, versehen, Ihme auch alle daßjenige täglich ohne Abgang, zu reichen und zugeben, verschaffen und bestellen sollen.

Ob nun wohl Ew. Kays. Maj. Wir, in allerunderthenigster Demuht, nach eusserstem Unserm Vermügen, zu gehorsamen, Uns schuldig erkennen, Wir auch solches, in diesem Fall, im Wercke zu bezeugen ungerne unterlassen wolten, so ist es doch an deme, das dieß Closter ein fast geringes Einkommen hatt, und anitzo dermassen mit Adelichs Standes Persohnen, so sich des Ehestandes begeben, darauf es dan gewidmet, besetzet, das der meiste theill zumahl diejenigen, welche keine Aëmbter verwalten, nichts mehr, als schlecht Essen und Drincken, darvon haben: die Kleidunge aber, und andere Noturfft, sich von dem Ihrigen selbsten verschaffen müssen, und also jahrlichen ein ansehnliches dabey zusetzen müssen; wüsten auch niht, woher den gemeinen Conventualen ein mehrers, als oberwehnet, gereichet werden mögte: insonderheit, weiln nun etzliche Jahre hero nacheinander, dies Unser Closter, zu Continuirung des Ungarischen Kriegs-Wesens, wieder den Erbfeind Christlichen Nahmens, den Türcken, ein stattliches gegeben, und noch immerzu ferner geben müssen, dadurch dan dasselbige fast erschöpffet. Zudeme befinden wir gar keine Nachrichtung, das dies Closter, nicht alleine von Zeitt des Passawischen Vertrags, und darauff erfolgten Religions-Friedens, hero, sondern auch für solcher Zeitt, mit dergleichen Anmuthungen, und Præsentationen, von Ew. Kayserl. Maj. und Deroselben Hochlœblichsten Ahnen und Vorfahren, weylandt auch Rœmischen Kaysern, allerhochlœblichster Gedechtniß, jemals beschwert würden. Gelanget demnach an Ew. Kays. Maj. Unsere demütigste allerunderthenigste Bitte, Dieselbe wollen Vns, und bemeltes Unser Closter, für diesmal, und in künfftig, damit allergnedigst auch verschonen, und übersehen. Daran thun Ew. Kays. Maj. ein hochlöbliches Kayserliches Werck; und ümb dieselben seind Wir es, mit Unserm andächtigen Gebett zu Gott dem Allmechtigen, zu verbitten, nicht weniger willig, als auch schuldig. Ew. Kayserl. Majest. in den Schutz des Allerhöchsten, zu langwiriger beständiger Leibs-Gesundheit; Glücklicher, friedsamer, sieghaffter Regierung, und allen Kayserlichen Wolstande, gantz getrewlich, und zu Dero beharlichen Kayserlichen Gnaden, Uns demütigst allerunterthenigst empfehlendt. Datum Luneburg, den Ersten Martii Anno 1605.

Ew. Rœmisch. Kayserl. Maj.

Allerdemütigste, Gehorsambste, Abbt, Prior, Senior *und gantz* Convent *des Closters S. Michaël in der Statt Luneburg.*

Ex quibus cernimus, (1) Formulas *der Panißbrieffe*, aliis longe verbis concipi, quam *Precum Primariarum*; (2) nec *Paniß-Brieffe* concedi posse, nisi ubi eas suscipi moris sit.

Dictæ videntur *Primariæ Preces*, non tam, quod Imperatores eas *primis petentibus*, vel *supplicantibus*, concedere soleant; ceu, ex adductis *Conradi Urspergensis* verbis, *Paurmeister*, lib. I de *Jurisdict.* Cap. 4, §. 42, pag. 61; *Stamler* de *Reservatis Imperatoris*, §. 51; *Daniel Otto, Jur. Publ.* Cap. XVI, p. m. 544; *Ziegler*, ad *Institutiones Lancelotti* lib. I, Tit. 26; *Fritschius* l. c. Cap. I, §. 3; *Schilter*, de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ*, lib. VI, §. XI. p. 784; *Kulpisius* ad *Monzamban.* Cap. V, §. 27, pag. 181 & 182, & de *Observantia Imperii*, §. 24; *Mayer*, Tr. de *Jure Primariarum Precum*, §. 25, 26 & 27, pag. 13 & 14, aliique multi, arbitrantur; quam, quod Imperatores, in Capitulis, jus conferendi justo titulo habentibus, iis, in modum *literarum commendatitiarum*, seu *primariarum precum*, conceptis, supplicanti pro *Beneficio vacante*, vel *proxime vacaturo*, prospiciant; quo præfatæ formulæ faciunt: *Devotionem tuam rogamus;* It. *Pro Dilecto N. Vobis primarias dirigimus Preces Nostras;* It. *So begehren Wir an Ew. Andacht, mit sonderm Fleiß,*

Fleiß, ernstlich bittende, daß Ihr, ümb dieser Unser Ersten Bitte willen &c. Quam sententiam priori quoque præferunt: *Monzambano*, Cap. V, §. 27, ibique Ill. *Thomasius* in Notis; *Fritschius* l. c. in fine Cap. V. pag. 114; & in Tract. de *Augusta*, Cap. 8, §. 3. Illustriss. Comes *Hohenloicus* cit. Diss. de *Primariis Precibus*, Quæst. I, §. I, p. 1. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 33, §. 2, v. 215, p. 939; Aliique bene multi.

(c) SUPER BENEFICIO ECCLESIASTICO &c. Ad differentiam *der Paniß-Brieffe.*

(d) PRIMUM VACATURO &c. Sive actu *Vacante*. Vid. præced. lit. b, Formulæ: *Vacat in præsens*, vel *quamprimum vacaverit*. Conf. Dn. *Cortrejus* l. c. pag. 35. Non autem tenetur Precista necessario actu vacans, aut primum vacaturum, acceptare, sed poterit tale beneficium expectare, quod sibi arridet, modo nullum adhuc acceptaverit; quo casu mentem amplius mutare nequit. Interim & priori casu, tutius sibi prospicit Precista, si singulis vicibus, ubi Beneficium vacare contingat, per Notarium & testes, Capitulo voluntatem suam declaret, & protestationem interponat. Exemplum suppeditat *Hermes, Fascic. Jur. Publ.* C. XI. Q. 56, de Precista, qui, prætermissis duobus Beneficiis, adhibita semper protestatione, tertium demum, cum dignitate decanatus vacans, acceptaverit; pro quo etiam, orta desuper lite, JCti Salisburgenses responderunt.

(e) PROSPICIT &c. Et quidem in singulis Ecclesiis, tam *immediatis*, quam *mediatis*, jus conferendi habentibus; vid. Formula *Rudolphi* præced. lit. b. Add. Ill. *Coccejus, Prudent. Juris Publici*, Cap. 22, §. 6, pag. 354; (modo, quoad *mediatas*, Cæsar probaverit, se, An. 1624, in possessione, vel quasi, Juris hujus fuisse, vid. seq. §. 10, lit. a.) Quamvis *semel* duntaxat; Vid. Ill. Com. *Hohenloicus* l. c. Quæst. VII, §. 45, pag. 26; Dn. *Schweder* l. c. §. 16, pag. 304; Dn. *Gribner*, Diss. de *Precibus Primariis Vicariorum Imperii*, §. VI, pag. 9; Dn. *Multzius* l. c. v. 233, pag. 940; iisque exceptis, quæ (1) Exemtionis privilegio gaudent; cujusmodi Ecclesiæ sunt collegiatæ in Ducalibus *Clivensi* & *Juliacensi*, nec non in *Flandriæ Comitatu*, in quibus Beneficiorum collatio ad solos Territoriales Dominos pertinet. Vid. Ill. Com. *Hohenloicus* l. c. Quæst. V, §. 34, pag. 20. De *Leodiensibus*, vid. *Chokier* l. c. Sect. 2, lit. K, & Sect. 3, lit. C; *Multzius* l. c. v. 234, pag. 941; *Carolum IV* Imp. Cœnobio *Pfullingensi*, sub dato Mentz, An. 1372, *des nechsten Freytages nach Gotts Leichnam Tag*, simili privilegio prospexisse, discimus ex 2 Tomo *Documentorum Würtenbergicorum*, pag. 352, ibi: *Wir haben auch darzu Yn* (Conventui dicti Cœnobii) *von Keiserlicher Mechte, die besundir Gnad getan, und tun gegenwertigklichen, datz Sie, durch keinerlei Unser, odir Yemans andirs, Briefe, Bete, Gebett, Gewanck, odir ander Sachen, dheine Personen, wer die were, in Ir Kloster empfahen, odir nemen süllen, noch deß pflichtig fürbaß mehr ewiclichen, odir gebunden sein; es geschee denne mit irer gantzen Samenungen, und Capitels, beratenem und eintrechtigem gutem Willen &c.* (2) In quibus Cæsar jus suum dudum jam perdidit, veluti in Episcopatibus, ante Annum 1624 ab aliis Imperii Statibus jam exemtis, quo Capitula referas v. g. *Caminense* in Pomerania, à Ducibus cognominis olim, hodieque ab Electore Brandenburgico, æque ac *Lebusiense*, *Brandenburgense* & *Havelbergense* in Marchia; *Misnense*, ab Electore Saxoniæ; *Gurcense, Seccaviense* & *Lavantinense*, à Domo Austriaca &c. exemta. Vid. Ill. Com. *Hohenloicus* l. c. Quæst. VI, §. 40, pag. 23; Dn. *Coccejus*, *Prudentiæ Jur. Publ.* Cap. 22, §. 7, p. 355; Dn. *Gribner* l. c. Coroll. 7; pag. 30. Eodem pertinent (3) Beneficia patronata; Laica; Hospitalia; Leprosoria; Manualia; Servitoria, quæ onus canendi in choro, vel ad Missam, annexum habent; vacantia ex causa permutationis b. f. factæ; ad mensam Episcopi pertinentia; Monocularia; Studiosis debita &c. vid. Dn. *Multzius* l. c. v. 234, pag. 940 & 941; (4) Si Cæsar Jus suum transfert in alios; exemplo *Wenceslai*, qui illud, per Diœceses *Spirensem* & *Wormatiensem*, An. 1376, in *Rupertum* C. P. R. transtulisse legitur; vid. præced. lit. b.

Ut autem *Precista* rite procedat, tenetur legitimo Collatori literas Cæsareas, in sui favorem scriptas, intra mensem, à die publicæ vacationis computandum, decenter præsentare, ne diutina nimis Ecclesiasticorum Beneficiorum vacatio damnum Ecclesiæ inducat; absentia tamen remota, aliæve justæ ignorantiæ causæ, remoram injicientem excusant. Vid. *Fritschius*, sæpe fato Tract. de *Jure Primariarum Precum* Cap. V, Quæst. 3, p. 413. Ut igitur Precista, per nudam nominationem Imperatoris, Jus in Beneficium acquirit, ita nec Ei nocet, si Cæsar, priusquam casus vacantiæ existat, moriatur. Pari modo ac Cæsar jus suum integrum retinet, si, casu nondum existente, Precista decedat. Vid. Dn. *Riccius* l. c. Cap. VI, §. 7, pag. 35.

9. Innocentius X, in Bulla ita loquitur de his Primariis Precibus, quasi illæ soli suæ liberalitati debeantur; (*a*) Sed, licet negari non possit, à Papis solere jam aliquamdiu tale quid Cæsaribus concedi, tamen hoc Jus Cæsareum niti solis Papalibus Concessionibus, neutiquam est admittendum; nam, ante plurima (*b*) jam Secula, Cæsares hoc Jure fuerunt usi, non agnoscentes, hoc esse donum aliquod Papale; sed, ex antiqua Consuetudine, tale sibi deberi, ratione suæ Coronationis: Quin imo, videtur potius hoc Jus esse ejus generis, quale illud, quod, vi Coronationis, (*c*) Imperator fiat, Aquisgrani quidem, Canonicus Collegii S. Mariæ; & Ecclesiæ Majoris Coloniensis; Romæ vero Canonicus Collegii D. Petri. Quæ itidem Papis haud debentur, sed potius tenues sunt reliquiæ antiqui Juris Cæsarei circa Collationem Episcopatuum, Abbatiarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum. Conring, in Animadvers. ad Bullam Innocentii X. Ut ita (licet Imperatores hoc Jus hodie ut Beneficium à Pontifice agnoscant, uti clarissime hoc patet ex formula, (*d*) qua Paulus V, Papa, 1620, Ferdinando II. hoc Jus indulsit; It. ex concessione hujus Juris, quæ facta est, ab Innocentio X, Ferdinando III, ubi, inter alia, Summus Pontifex ita loquitur: Precumque Primariarum eidem Ferdinando, in Imperatorem electo, à præfata Sede Apostolica concessarum &c. Vid. Theatr. Europ. Tom. VI, p. 1106,) ad Jura Majestatis sit referendum.

NOTÆ.

(*a*) DEBEANTUR &c. *Quo Jure Imperatores Primarias Preces concedant?* adhuc hodie in controversiam trahitur. Qui *Wilhelmum Durandum*, vulgo *Speculatorem*, Lib. 4 *Speculi*, Part. 3, de *Præbendis & dignitatibus*, §. *Restat*, num. 7. Privilegium Pontificis Romani bullatum se vidisse asserentem, sequuntur, veluti: *Martinus Uranius*, Cancellarius quondam Constantiensis, posteaque Canonici Juris Professor Tubingensis, Tom. 2, Consil. XXI, §. 10, fol. 85, cujus verba Dn. *Cortrejus*, in *Observatis ad Concordata Friderici III & Nicolai V*, p. 46, §. 50, recitat; *Nicolaus Boërius*, Lugdunensis Curiæ Advocatus, Decis. XXXII, §. 7, fol. 67; *Petrus Gregorius*, in Academiis Cadurcensi, Tholosana & Pontimussana, Antecessor, *Syntagm. Juris Univers.* lib. XVII, Cap. VII, §. 21, f. 324; *Petrus Syringius*, Diss. de *Pace Religiosa*, Conclus. 31; *Johannes Azorius*, *Instit. Moral.* lib. 10, Cap. 7, v. *Quinto quæritur*, pag. 2; *Gailius*, lib. 2, *Observat.* 155, §. 6, pag. 618; *Wehnerus*, *Observat. Pract.* voc. *Panisſ-Briefe*, pag. 387, *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Primariæ Preces*, pag. 763 &c. ibique *Dietherr*, in Additionibus, pag. 766; *Christoph. Schwanemannus*, *Decis. Cameral.* VIII, §. 1, fol. 99 &c. aliique, quos Illustriss. Comes *Albertus Wolfgangus* de Hohenlohe, in cit. dissert. de *Precibus Primariis Imperatoris*, Quæst. 3, §. 15, pag. 9. *Fritschius*, cit. Tract. de *Jure Primariarum Precum*, Cap. 2, §. 3, p. m. 381, & Dn. *Cortrejus* l. c. hoc titulo producunt, existimant: profluere hoc ex mero Pontificis Romani Indulto, seu Privilegio; quo facere videntur non solum Paparum formulæ, quas eos usurpasse constat v. g. *Nicolaum V*, in *Indulto*, sub dato Romæ, An. 1451, 14 Kal. April. *Friderico III* Imperatori concesso, apud Dn. *Lunigium* Tom. 1 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 1, §. 170, pag. 337, ubi: *Hinc est, quod Nos, Tuis supplicationibus inclinati, Eidem Celsitudini Tuæ, dicta auctoritate*, (Apostolatus officii divinitus collati) *præsentium serie, concedimus & indulgemus, quod si per Te quibusvis Collatoribus, sive Collatricibus, quorumlibet Beneficiorum Ecclesiasticorum, Regularium vel Secularium Ordinum quorumcunque, per Sacrum Romanum Imperium ubilibet constitutis, etiamsi qui, vel si quæ ex illis, Pontificali, vel alia quavis dignitate, præfulgeant; seu Collegia, Capitula & Conventus, fuerint super singulis Beneficiis Ecclesiasticis, cum Cura, vel sine Cura, Secularibus, vel Ordinum hujusmodi regularibus, in singulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, vel aliis quibusvis Ecclesiis, etiamsi Beneficia hujusmodi, Canonicatus & Præbendæ, aut dignitates, personatus, administrationes, vel Officia hujusmodi, in Cathedralibus, Metropolitanis & Collegiatis, & ipsæ Præbendæ in illis, ex hujusmodi Ecclesiis, in quibus majores & minores Præbendæ fore noscuntur, etiam majores fuerint; &, ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia hujusmodi, consueverint qui per electionem assumi, eisque immineat cura animarum, dummodo digni-*

tates ipsæ in Cathedralibus & Metropolitanis, post Pontificales, majores, aut, in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales, non existant; ad eorundem Collatorum & Collatricum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem, communiter vel divisim, pertinentibus, singulis personis, quæ hujusmodi Beneficiorum, juxta Statuta & Consuetudines Ecclesiarum, in quibus ea fuerint, sive Indulta, eisdem Ecclesiis, per Sedem Apostolicam, concessa, alias capaces sint, conferendis: seu super hoc, quod personæ hujusmodi ad illa recipiantur & admittantur, preces porrigere, sive de personis eisdem, ad hujusmodi Beneficia, nominationes fieri contigerit, primarias, iidem Collatores & Collatrices, salvo, quod singulæ collationes, & singulæ Ecclesiæ, ex hoc ultra quam in uno beneficio, non graventur, ac ipsi Collatores & Collatrices, saltem quatuor Beneficia Ecclesiastica conferre habeant, hujusmodi Precibus & Nominationibus parere, & intendere, nec non personas ipsas, ad hujusmodi Beneficia, postquam ipsis de illis canonice provisum fuerit, juxta earundem precum seriem, recipere & admittere debeant, & etiam teneantur &c. (Id quod An. 1454, 10 Kal. Oct. amplius declaravit, ibid. §. 172, pag. 340 &c.) &, post eum, *Calixtum III*, sub dato Romæ, An. 1455, 5 Kal. Octobr. in diplomate, laudato Imperatori desuper expedito, ibid. §. 173, p. 343 &c. pariter ac *Innocentium VIII*, in Indulto, An. 1492, 17 Kal. Aug. *Maximiliano I*, Romanorum Regi, scripto, ibid. §. 186, p. 362 &c. De Bullis *Clementis VII*, An. 1530, 20 Novembr. *Carolo V*, (ibid. §. 220, pag. 438 &c.) & *Ferdinando I*, Romanorum Regi, An. 1532, 15 Dec. (ibid. §. 225, pag. 440 &c.) *Pii IV*, Romæ, 4 Id. Julii, An. 1564. *Maximiliano II*, (ibid. §. 280, pag. 511,) *Gregorii XIII*, An. 1577, 13 Kal. Aug. *Rudolpho II*, (ibid. §. 296, p. 520 &c.) *Pauli V*, An. 1612, 1 Mart. *Matthiæ*, (ibid. §. 302, p. 530,) & *Ferdinando II*, An. 1620, pridie Non. Junii, (l. c. §. 306, pag. 532,) *Urbani VIII*, An. 1638, 12 Cal. Decemb. *Ferdinando III* (l. c. §. 313, p. 546,) eadem continentibus, ne dicam; Sed & ipsorummet Imperatorum quorundam testimonia, v. g. *Rudolphi II*, An. 1577, apud *Cortrejum* l. c. pag. 36, §. 36, in libello Primariarum Precum, dicentis: *Quare, quam Nobis, ad Prædecessorum imitationem, ex inveterata consuetudine, etiam Apostolica auctoritate, per Sanctiss. in Christo Patrem, Dn. Gregorium XIII, S. Rom. ac Universalis Ecclesiæ Pontificem, roborata, Jus competat, Preces Primarias, ad omnes & singulos Ecclesiasticorum Beneficiorum Collatores & Collatrices, Capitula, Conventus & Collegia, ac Personas alias, de illis quocunque modo disponendi jus habentes, per universum Romanum Imperium constitutas, porrigendi, dandi, concedendi & decernendi, pro personis idoneis, & Nobis gratis, ad consequendum Beneficia, cum Cura & sine Cura, tam Secularia quam Regularia &c.* nec non *Ferdinandi II* de An. 1620, totidem verba adhibentis, apud *Besoldum* l. c. pag. 766, *Cortrejum* l. c. pag. 37, §. 37, & *Lunigium* l. c. §. 308, pag. 536 &c. qui eam ex *Johanne à Chokier*, Scholiis eandem illustrante, mutuati sunt; excepto, quod, loco *Gregorii XIII*, *Paulum V* nominet: *Quum Nobis, ad Prædecessorum imitationem, ex inveterata consuetudine, etiam Apostolica Autoritate, per Sanctum in Christo Patrem, Paulum V, Sanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ Pontificem Maximum, roborata, competat, Preces Primarias &c.* Enimvero, competere hoc Jus Imperatori, qua tali, i. e. qua legitime Electo Summoque simul Ecclesiæ Advocato & Protectori, *ex antiquissima consuetudine*, non solum præced. §. 8. lit. b producta ostendunt Documenta, sed & aliorum Imperatorum Literæ, hunc in finem exaratæ, veluti *Matthiæ*, sub dato *Lintz* 21 Junii, 1614, ad *Philippum Christophorum*, Episcopum Spirensem, ob non admissum à Capitulo *Adolphum de Venningen* ad stallum in Choro, fructuumque perceptionem, utut *Primariis precibus* commendatum, apud *Fritschium*, Tr. de *Jure Primariarum Precum*, Mantiss. 3, pag. 423, & *Mayerum*, Tr. de eodem Jure, §. 100, pag. 81, ubi: *Wie Uns nun von deiner Andacht, zu sondern angenehmen gnädigsten Gefallen reichet, von Dero auch gar recht und löblich geschicht, daß Sie die Beschütz-und Erhaltung angedeuteter Precum Primaniarum, als Unser ansehnliches Jus und Regal, in so fleißiger und sorgfältiger Acht haltet, als wollen Wir es gegen deiner Andacht, mit Kayserlichen Gnaden, und allen Guten, zu erkennen nicht unterlassen &c.* & clarius adhuc *Ferdinandi III* de An. 1650, apud *Cortrejum* l. c. pag. 38, §. 38, in favorem *Joachimi Bernhardi à Rohr*, ad Ecclesiam Collegiatam *S. Nicolai*, in *Civitate Veteri Magdeburgensi*, scriptæ, verb. *Quum Nobis, ad Prædecessorum Nostrorum imitationem, ex inveterata consuetudine, Jus competat, Preces primarias, ad omnes & singulos Beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores, & Collatrices, Capitula, Conventus & Collegia, ac Personas alias, de illis quocunque modo disponendi jus habentes, per universum Romanum Imperium*

Imperium constitutas, porrigendi, dandi, concedendi & decernendi, & pro personis idoneis, Nobis gratis, ad consequendum Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sine Cura, tam Secularia, quam Regularia, etiamsi Canonicatus & Præbendæ, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia, fuerint in Collegiata, Cathedrali, vel Metropolitana Ecclesia; etiamsi ad ea consueverint qui per Electionem assumi &c. paucisque interjectis: *Idcirco, Imperii Romani Jura, vel consuetudines, ut tenemur prosequi, & prædecessorum vestigiis inhærere volentes, Primarias Preces Nostras, pro devoto Nobis Dilecto Joachimo Bernhardo à Rohr, ad Vos porreximus, concessimus & decrevimus ---- Vos adhortantes, &, pro Conservatione Jurium & Consuetudinum Romani Imperii, expresse requirentes, ut Beneficium Ecclesiasticum, tam Regulare, quam Seculare, cum Cura, vel sine Cura; etiamsi Canonicatus & Præbenda, Dignitas, Personatus, Administratio vel Officium fuerit; etiamsi ad illud consueverint qui per Electionem assumi; in Metropolitana, Cathedrali vel Collegiata Ecclesia, quod ad præsens, sive proxime quomodolibet, simul vel successive, in quocunque Mense, vacare contigerit, ad Collationem, Provisionem, Electionem, Nominationem, Præsentationem, Ordinationem, sive quamlibet aliam dispositionem Vestram, pertinens, Canonicatu, ut præfertur, & Præbenda, cum Dignitate, Personatu, Administratione vel Officio, etiamsi ex persona plurium successive vacaverint, pro uno computatis Beneficio, quod præfatus Joachimus Bernhardus à Rohr, per se, vel Procuratorem suum, infra mensem, à die notæ sibi vacationis, duxerit acceptandum, eundem Joachimum Bernhardum à Rohr, prout ad Vos spectat, ad illud eligatis, nominetis, præsentetis, ac Ei illud conferatis, & assignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo Eum, in pacifica & quieta possessione, Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, Ei assignando, cum plenitudine Juris Canonici, & fructuum perceptione, qualibet contradictione cessante, &c.* Nulla sane hic mentio *privilegii*, aut *confirmationis Papalis*; sicuti nec in alia Formula *Primariarum Precum*, quas, sub dato *Ratisbonæ* 29 April. An. 1653, Idem Cæsar *Georgio Jobo de Marschall*, ad Cathedralem Ecclesiam *Magdeburgensem*, suppeditavit, adhibitis iisdem terminis; vid. Dn. *Cortrejus* l. c. p. 39 & 40; Ejusdemque *Repræsentatio Juris Primariarum Precum*, Cap. 3, §. 1. l. c. pag. 100. Nec stylum mutavit *Leopoldus* Imp. *Primarias Preces*, sub dato *Viennæ*, 16 Febr. An. 1661, *Sigismundo Adamo Schrimpfen*, ad Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ *Petri & Pauli*, in Civitate Neo-Magdeburgensi, concedendo, apud eundem, in cit. *Observatis* ad *Concordata Nationis Germaniæ* l. c. §. 42, pag. 41; & cit. *Repræsentatione*, l. c. §. VI, pag. 106; ut & apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. des Reichs-Archivs, Contin. 2, IV Abtheilung, XV Absatz, §. 53, pag. 386 &c. Nec in aliis literis, quibus, eodem anno, 29 Dec. *Christiano Augusto*, Baroni *de Friesen*, ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis *Magdeburgensis*, prospexit, apud *Cortrejum*, in sæpefatis *Observatis*, l. c. §. 43, pag. 42, & in cit. *Repræsentatione*, l. c. §. 2, pag. 101; nec in aliis, quas, sub dato *Ratisbonæ*, 26 Febr. An. 1664, *Ottoni von der Busch*, ad Ecclesiam Cathedralem *Mersburgensem*, largitus est, apud *Cortrejum*, cit. *Repræsentatione*, Cap. 3, §. 3, pag. 102; nec in aliis, sub dato *Viennæ*, 27 Octobr. 1666, *Augusto Alberti*, ad Ecclesiam Collegiatam D. *Nicolai*, in Urbe *Magdeburgensi*, porrectis, apud eundem, cit. *Observatis*, §. 45, pag. 42 &c. & cit. *Repræsentatione* l. c. §. 4, pag. 103 &c. nec in aliis, sub dato *Viennæ* 7 Nov. 1666, *Lazaro Kittelmanno*, ad Ecclesiam Collegiatam *Magdeburgensem*, D. *Sebastiani*, concessis; cit. *Observatis*, §. 48, pag. 44 &c. & cit. *Repræsentatione* l. c. §. 5, pag. 104; in quibus semper formula occurrit: *Quum Nobis, ad Prædecessorum Nostrorum imitationem, ex inveterata Consuetudine, Jus competat Preces Primarias &c.* Conf. Ejusdem literæ ad Sereniss. Administratorem Magdeburgicum, *Augustum*, sub dato Wien, 13 Julii, 1672, apud Dn. *Cortrejum*, cit. *Observat.* §. 74, pag. 54, in caussa dicti *Lazari Kittelmanni*, contra *Gotfridum Hermannum de Beuchling*, primarias preces Electoris Saxoniæ, tempore Vicariatus sibi datas, producentem: *Nun ist deiner Ld. und männiglich, genugsam bekant, daß, gleichwie diese, der Precum Primariarum, Gerechtsame, einem Rœmischen Kayser, in signum supremæ potestatis & Praeeminentiæ, allein, und zwar gleich nach der Kayserlichen Crœnung, zustehet, und unter dessen Reservatis ist &c.* &, paucis interjectis: *Wiedrigen Falls Wir, zu Conservirung Unserer Gerechtsame, und absonderlich solcher Reservatorum, nicht ümbhin werden können, dem Supplicanten Kittelman, mit denen gebetenen, und andern zulänglichen Processen, an Hand zu gehen, und denselben bey seiner Gerechtsame kräfftiglich zu manuteniren &c.* Alto ubique de Papali privilegio, seu confirmatione, silentio. Parentis vestigia secutus quoque est Imperator *Josephus*, dando, *Viennæ* 12 Sept. An. 1705, *Christophoro Siebenburger*, *Primarias Preces* ad Ecclesiam Sanctorum *Petri & Andreæ*,

drea, vulgo in *Busdorff*, *Paderbornæ*, apud *Cortrejum*, cit. *Observat.* §. 61, pag. 48 &c. Pariterque in literis ad Episcopum Paderbornensem, sub dato Wien, 29 Febr. 1706, ib. p. 49 & 50: *Deiner Andacht wird schon bekand seyn, was gestalt Wir Unserm* Secretario, *Christoph Siebenburger, so sich dermahlen im Haag, bey Unserm alldortigen Abgesandten, dem Grafen von Goes, aufhaltet, die* Primas Preces, *auf dem Stifft zum Bustorff, ertheilet haben; Wir vernehmen aber, daß, als dem* Capitulo *zu jeztgedachten Bustorff hievon, bey der nechstverwichener Tagen sich zugetragener* Apertur, *zeitliche* legale Insinuation *geschehen, dasselbe, mit deren Vorbeygehung, alsbald nach der Beerdigung des abgelebten* Canonici, *die erledigte* Præbende *einem andern* conferirt *habe, und also Unser Kayserlich Vorrecht geflissentlich zu* eludiren *suche. Wie Uns nun nicht unbillig befrembdet, daß ein oder anderes* Capitulum, *welches gleichwohl eines Römischen Kaysers* Protection, *Hülff und Schirm, öffters von nöthen hat, und, für dessen Wohlstand und* Conservation, *Unserer Vorfahren öffters viel Mühe, Sorge und Kosten, angewendet haben, auch Wir Selbst es vielleicht noch ferner werden thun müssen, so unerkäntlich zu seyn, und wegen seines, oder eines andern* Turnarii, privat-Interesse, *Unsere Kayserliche Hohe Jura in Streit zu ziehen, oder hindan zu setzen, sich nicht entblödet; also werden Wir auch zwar bedacht seyn, sothane Unsere Gerechtsame, mit behörigem Nachdruck, zu handhaben, und diejenige Mittel vorzukehren, welche in denen, von Unsern Vorfahren am Reich, und von Uns Selbst, in denen, wegen* Primariarum Precum, *ausgefertigten* Patenten, *außgedrucket seyn; haben jedoch, in gegenwärtigem* Casu, *an deine Andacht, welche Unsere Rechte erkennen, und selbst, vor einen oder andern, dergleichen* Preces *außgebeten haben, vorhero hiemit gnädigst gesinnen wollen, bey erwehntem* Capitulo *die ernstliche Erinnerung zu thun, und es dahin anzuhalten, daß es sich hierinfalls, wieder Uns, und Unser Vorrecht, nicht vergreiffe; sondern denen* Primariis Precibus, *als einer, von uhralten Zeiten, hergebrachten Gerechtsame, mit Zurücksetzung anderer* Collationen, *gebührende Folge leiste; damit Wir, im wiedrigen, deiner Andacht Selbst die Sperrung der* Temporalien *aufzutragen, oder, dafern Sie darunter, wieder Verhoffen, einiges Bedencken, oder Weigerung, zeigen solten, solche andern zu* committiren, *Uns nicht veranlasset befinden mögen. Wir erwarten darüber von deiner Andacht eine förderliche Antwort, und verbleiben Deroselben im übrigen &c.* Laudatus Imperator cum, eodem Anno 1705, 19 Junii, ex eodem fundamento, *Ferdinando Raesfeldt*, Ecclesiæ Mindensis Canonico, ad obtinendum, in Cathedralis Ecclesiæ Hildesheimensis Capitulo locum ac Præbendam, *Primarias Preces*, (usitatam formulam sistente Dn. *Lunigio*, part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Hildesheim* §. 54, pag. 281, ubi inter alia: *Cum Nobis, ad Prædecessorum nostrorum imitationem, ex inveterata consuetudine, Jus competat Preces primarias, ad omnes & singulos Beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores & Collatrices, Capitula, Conventus & Collegia, ac Personas alias, de illis quocunque modo disponendi jus habentes, per universum Romanorum Imperium constitutas, porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi, pro personis idoneis, & nobis gratis, ad consequenda Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sine cura, tam secularia, quam regularia, etiamsi Canonicatus & Præbendæ, dignitates, Personatus, administrationes vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali vel Metropolitana Ecclesia ---- Idcirco Romani Imperii Jura & Consuetudines, ut tenemur, prosequi & Prædecessorum vestigiis inhærere volentes, Primarias Preces nostras, pro devoto nobis Dilecto, Ferdinando Raesfeldt, Canonico Ecclesiæ Mindensis, ad vos porreximus, dedimus, concessimus & decrevimus ---- Vos adhortantes, &; pro Conservatione Jurium & Consuetudinum Romani Imperii, expresse requirentes, ut Beneficium &c.)* concessisset, iisdemque Capitulo legitime oblatis, Fama ad Curiam Romanam pervenisset, non solum *Rhodiensium* Archi-Episcopus, qua Pontificis, *Clementis* XI, Internuncius Coloniensis, dicto Capitulo, sub 18 Novemb. an. eodem, indicavit, *Preces Cæsareas* quascunque, *sine suffragio Pontificis*, irritas esse, & impune negligi posse, addito, in Pontificii Juris præsidium, *Velamine*, quod in sæpe fata Dn. *Cortreji Repræsentatione*, Cap. 1, pag. 97 & 98, occurrit, sed & Pontifex ipse, d. 6 Martii 1706, eidem Capitulo, ne voluntati Imperatoris satisfacerent, aut commi-nationibus flecti se paterentur, severe interdixit; Breve suppeditante Dn. *Lunigio* l. c. §. 55, p. 282 & 283; Enimvero retudit *Velamen* istud, cum singulari Orbis eruditi applausu, *Cortrejus*, vulgata illa ipsa *Repræsentatione Juris Primariarum Precum*, cujus toties memini, An. 1706; Axioma Romanæ Curiæ defendere quidem ausus est *Conradus Oligenius*, in Dissertatione, de *Primariis Precibus*, etiam supra jam memorata, An. 1706, *Friburgi* excusa, annoque 1707 recusa, omnem Imperatoribus Romanis licentiam porrigendi ejusmodi *Preces*, Pontificis concessione non prius requisita, denegando; Satisfecerunt autem ei Dn. *Gribner*, &

ner, & Dn. *Mitternacht*, opposita dissertatione alia, de *Primariis Precibus Imperialibus*, præced. §. 8, lit. b, laudata, commemorando, ante omnia, rationes potissimas, quibus Jus Cæsareum fundatur, veluti (1) Inveteratam ac antiquam Consuetudinem, dum *Rudolphus I*, *Carolus IV*, *Wenceslaus*, *Rupertus*, *Rudolphus II*, *Ferdinandus III*, *Leopoldus*, illud exercuerint, sine Pontificis Indulto; (2) *Jus circa Sacra*; (3) *Auream Bullam*, ipsis Imperii Vicariis jus præsentandi ad Beneficia Ecclesiastica, largientem, (4) *Instrumentum Pacis Westphalicæ*, cujus Art. V, §. 18, quo perpetuum Cæsar jus est consecutus, omnibus Ecclesiis, quibus antea, *preces primarias* offerendi, susque deque habita Romani Præsulis, interposita protestatione; (5) Exempla Principum Imperii aliorum, utpote Electorum *Moguntini*, *Coloniensis* & *Palatini*, aliorumque, idem Jus, in Terris suis, sibi vindicantium, Aulæ Romanæ concessione minime implorata; quam nec *Eleonora*, *Friderici III* Imp. Conjux, in *precibus*, ad Buchoviensem Abbatissam, An. 1459, apud *Besoldum*, & *Multzium* l. c. v. 247, pag. 942, curaverit; nec *Galliarum* Rex, easdem concedendo, hodie imploret. Deinde *Oligenii* exceptiones & argumenta, scil. (1) *Rudolphum I*, reliquosque Imperatores, ejusmodi *preces*, non nisi prævio Pontificis Indulto, fuisse largitos, (2) Exempla *concessarum* admodum rara esse, nec antiqua; (3) Consuetudinem hanc corruptelam potius vocandam; (4) *Preces* has repugnare pariter Conciliorum Canonibus, & *Nationis Germanicæ Concordatis* &c. Feliciter diluendo. In calce; tria adjiciuntur Corollaria:

(1) Sacri Romani Imperii Vicariis, vi A. B. competit Jus dirigendi Preces Primarias, in casu absentiæ, ad Ecclesias, ubi hoc Jure Sacr. Cæsar. Majest. non usa est; vacante vero solio, ad omnes Ecclesias mediatas & immediatas, ubi, tempore Interregni, Prabenda vacat. Atque hoc Jus etiam eidem Principi, si sæpius Vicariatum exerceat, plus vice simplici competit, neque, ut ipsi Vicarii, ante annum 1624, in possessione fuerint constituti, requiritur, prout Dn. Cortrejus, ad Concordata, Cap. 2, n. 71, p. 202, existimat, cum ipsis quoque Imperatoris prosit possessio.

(2) Preces Primarias, quas, ex antiqua consuetudine in Territorio suo, Capitulis porrigunt Electores Brandenburgici (vid. Scheplitz, in Consuetud. March; Part. I, Tit. I, §. 2 &c. Stæcken, de Primariis Precibus, n. 28, Fritschius, Cap. 3, n. 15.) non, vigore Superioritatis Territorialis, ab iis concedi, sed ex singulari eminentia, existimat Dn. Cortrejus, l. c. §. 82; Sed contrarium rectius tuentur: Zieglerus, in Responso, quod Mayerus exhibet, de Precibus Primariis, §. 128; Dn. Muldnerus, Diss. Inaug. Pos. 4, §. 6; Dn. Strykius, de Jur. Papal. Princip. c. 4, §. 4, qui, sine controversia, Jus hoc omnes Principes Imperii exercere posse, addit. Imo, ipsi Legati Brandenburgici, cum Ratisbonæ, in Comitiis Imperii, jus hoc Serenissimo Electori vindicarent, non dubitarunt ad Superioritatem Territorialem (die Landes-Fürstliche Hoheit) provocare; vid. Schilter, in Addendis ad Tract. de Libertate Ecclesiarum Germaniæ.

(3) Ad Ecclesiam Cathedralem Magdeburgensem Preces Primarias Imperatorem, ex quo hæc in Ditionem Electoris Brandenburgici pervenisset, dirigere non posse, defendit idem Cortrejus, d. l. §. 48; quod Ecclesiæ Duplicatas Preces admittere haud teneantur. Sed dubito, num hæc sufficiat ratio, cum nihil impediat, quo minus Imperator, vi Reservati, & Potentissimus Elector, vi Superioritatis Territorialis, jus suum simul exerceant. Nec desunt, pro Jure Imperatoris, rationes validæ, cum Ipsum in hac Ecclesia, & ante & post Annum 1624, hoc Jure usum esse, ac Imperatorem Leopoldum quoque, Anno 1661, ad eam Preces direxisse, constet.

Hinc est, quod Romano-Catholici Status Imperii, *in Ihrer Summarischen Erklärung über die* Gravamina, de An. 1646, apud *Lundorpium*, Tom. VI *Act. Publ.* Lib. 3, Cap. 32, pag. 43, scribant: *Nicht weniger sollen ---- der Römischen Kayserlichen Maj. die Preces Primariæ, als welche ein Regale der Ræmischen Cron seyn, vorbehalten seyn;* insuperque Elector Moguntinus, *Johannes Philippus*, tanquam Executor *Primariarum Precum*, An. 1653, 29 April. à *Ferdinando III* Imp. in favorem *Georgii Jobi* à *Marschall*, ad Cathedralem Ecclesiam Magdeburgensem, directarum, quum Ei receptio in Capitulum, fructuumque perceptio, denegarentur, in literis ad dictum Capitulum, sub dato Regenspurg, 28 Febr. An. 1654, apud *Cortrejum*, in cit. *Observatis ad Concordata Friderici III & Nicolai V*, p. m. 40, dicat: *Wan nungleichwohl Wir befinden, daß gedachte Preces Primariæ debito & legitimo modo insinuiret, auch alle übrige Requisita von dem klagenden Impetranten der Gebühr observiret worden, und dan dieses eine Sache, so mehr Aller-Höchstgedachter Ihrer Kayserlichen Majest. alt-herkommene, und, in dem jüngstgetroffenen Westphälischen Frieden-Schluß, von neuem bestætigte Hohe Kayserliche Reservata, betreffen thut;*

thut; wie wenigers nicht bekandt, und in dem Reich alt-üblich hergebrachten Rechtens ist, daß dergleichen Precisten die, post factam insinuationem, nechst vacirende Beneficia, ohne einige Außnahm und Wiederrede, zu conferiren seyn, darwieder auch einige Capitular-Statuta, ob præjudicium Tertii, nichts verfangen können &c. In eandem hanc sententiam faciunt: *Sixtinus*, de *Regalibus* lib. 1, c. 2, §. 56; *Draco*, de *Jure Patriciorum*, lib. 3, Cap. 9, §. 24, p. m. 327; *Klockius*, Tom. 3 *Consil.* 4, §. 24; & *Consil.* 51, §. 34; Annotator *Documentorum Monasterii Pfullensis*, T. 2 *Document. Würtenbergicorum*, §. XV, pag. 353; *Lehmannus*, in *Philyra* A. B. ad Tit. V, Concluf. 6, q. 2; *Mylerus* in *Rumelinum* ad A. B. Differt. 4, §. 17, p. 126; *Speidelius* voc. *Paniß-Brieffe*, p. 702; *Du Fresne* Gloff. voc. *Preces Primariæ*, p. 405; *Daniel Otto*, Cap. XVI, *Juris Publici*, pag. m. 544; *Reinkingius* de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, lib. 3, Claff. 1, Cap. IX, §. 57 &c. pag. m. 1134; *Buxtorfius* ad A. B. Concluf. 65; *Joachimus Cluten*, *Syllog. Rer. Quotidian.* Concl. 19; *Schützius* Vol. 1, *Jur. Publ.* Exercit. V, §. 16, lit. c. pag. 338, recte monens, & Reges *Galliæ*, *Hispaniæ*, *Angliæ*, *Ungariæ &c.* jus hoc exercere, in Regnis suis, *Jure Majestatis*, sine Papali Indulto; *Multzius* l. c. §. 2, v. 216 & seqq. p. 939 &c. sexcenti alii. Ut sane insani est, enarrata præced. §. 8. Jura Principum circa Sacra, Privilegiis seu Indultis Romanæ Curiæ vindicare; ita & fundamento caret Romana hypothesis, circa *jus Primariarum Precum*, ex nullo certe alio fonte, quam reliqua, deducendum.

(b) ANTE PLURIMA &c. Mutuatus est hæc. Dn. Auctor ex *Conringii Animadversione in Bullam Innocentii X*, adversus Pacem *Osnabrugensem*, de An. 1648, biennio post, 26 Nov. emissam, solenniterque 3 Januar. 1651 *Romæ* publicatam, tenorem sistente quoque *Limnæo*, Tom. 2 Addit. ad Lib. 1, Cap. 12, §. 2, p. 229 &c. ut & ad Capitulationem *Ferdinandi IV*, ad Art. 2, verb. *zu Münster und Osnabrüg*, pag. 805 &c. Cap. 61; unde sua *Fritschius*, Tr. de *Jure Primariarum Precum*, Cap. 2, §. 10, p. m. 384. Ad peculiare Examen, Ultrajecti typis excusum, revocavit Bullam hanc *Joh. Hornbeck.*

(c) IMPERATOR &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 10, p. 401.

(d) FORMULA &c. Quam *Johannes à Chokier*, in Scholiis *in Primarias Preces Imperatoris*, pag. 7, 8, 20, 21, 48, 50, 51, 84, 85, 86, 96, 97, 98, & 108, suppeditat; unde sumsi, quæ *in meinen Merckwürdigkeiten des* XVII Seculi, ad Annum 1620, Cap. V, §. 1, p. 765 &c. habentur.

10. Ante Instrumentum Pacis disputabatur, an post recessum Imperii, de anno 1555. Imperator in terris Protestantium (*a*) hoc jus exercere potuerit? Alii hoc negabant, (*b*) *propter verba dicti Recessus* §. *20. So soll die geistliche Jurisdiction wider der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, Bestellung der Ministerien, Kirchen-Gebræuchen, Ordnungen und Ceremonien, so sie aufgericht, oder aufrichten mœchten, bis zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exerciret, gebraucht oder geübet werden, &c.* Alii illud affirmabant: (*c*) quia suspensio illa in iis tantum obtinet, quæ fidem principaliter (*d*) concernunt, ejusque exercitium, *propter verba dicti* §. *20. Aber in andern Sachen und Fællen, die Augspurgische Confession, Religion, Glauben, Kirchen-Gebræuche, Ordnungen, Ceremonien und Bestellungen der Ministerien, nicht anlangend, soll und mag die geistliche Jurisdiction, durch die Ertz-Bischœffe, und andere Prælaten, wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht, und sie in deren Ubung, Gebrauch und Possession seynd, hinführo, wie bißhero, unverhindert exerciret, geübet und gebraucht werden.* Et ne per jus primariarum precum, Augustanæ Religioni & Capitulis reformatis, admissis in societatem Pontificiis, aliquid damni immineret, persona præsentata jurare tenebatur de non turbanda religione, exemplo *Ernesti* Elect. Colon. à *Rudolpho II*, vigore prædictarum precum, capitulo Cathedralis Ecclesiæ Magdeburgensis præpositi, qui jurare compellebatur: (*e*) *primo, se contra Capituli statum & exercitium Augustanæ Religionis nihil moliturum, nec ullum mutandæ religionis Jus sibi arrogaturum. Secundo, se à Pontifice, vel Imperatore, non petiturum relaxationem juramenti præstiti, de non turbanda religione.* Hæc controversia hodie Instrumento Pacis, (*f*) est sopita, inque eo dispositum: ubi Sacra Cæsarea Majestas jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam imposterum, dummodo, decedente Augustanæ Confessioni addicto, in ejus

ejus religionis Episcopatibus, Augustanæ Confessioni addictus, ad normam statutorum (g) & observantiæ idoneus, precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque Religione seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis, precibus primariis præsentatus non gaudeat, (h) nisi beneficium vacans religionis consors possederit. *Art. V. §. 18.*

NOTÆ.

(a) IN TERRIS PROTESTANTIUM &c. Cæsares, ante Instrumentum Pacis, in quieta possessione *Juris Primariarum Precum*, in quibusdam Capitulis Protestantium Religionis exercendi, fuisse, exemplis probat Auctor *des ungefährlichen Begriffs, was auf der Herren* Catholicorum *übergebene vermeinte* Gravamina, tam generalia, quam specialia, *bey bevorstehender gütlicher* Conferentz, *kürtzlich möchte zu antworten seyn*, de An. 1641, apud *Lundorpium*, Tom. V *Act. Publ.* Lib. I, Cap. 130, pag. 425. verb. *Daß auch die Kayserliche* Preces *bey angeregtem Domb-Capitel (zu Magdeburg) jederzeit in allerunterthänigstem* Respect *gehalten, erscheinet daher, daß, von Zeit der Christlichen* Reformation *an, (sintemahl von den vorigen Zeiten die Catholischen nicht zweiffeln werden,) erstlich in* Anno 1568, *Kayser* Maximilianus II; Anno 1577, *Kayser* Rudolphus II; Anno 1616, *Kayser* Matthias, *berührte* Preces *gewissen Persohnen, welche* in continenti *zu nennen sind, ertheilet; aber zu Zeit Kaysers* Ferdinandi II, *Glorwürdigster Gedächtniß, sind dergleichen nicht ausgegeben worden; und finden sich nicht wenigers hierbey gewisse* Conditiones, *welche, so wohl in den geistlichen Rechten, als der Vernunfft, und uhralten Herkommen, gegründet sind, daß nicht frembde, oder ausländische, sondern einheimische Persohnen, und* Patrioten *des Landes, solcher* Precum Imperialium, *und deren* Effects, *fähig; in massen also bey dem Ertz-Stifft Magdeburg, vor undencklichen Jahren, und,* in specie, *bey besagten dreyen Kayserlichen* Collationibus, *welche dreyen Einheimischen des Ertz-Stiffts Magdeburg Lehen-Leuthen und* Patrioten *ertheilet, unverneinlich* observiret *worden &c.* Idem confirmarunt Protestantes, *in Ihrer Gegen-Erklärung*, in Puncto Gravaminum, An. 1646, apud *Lundorpium*, Tom. VI, Cap. 33, §. 9, pag. 44: *In welchen Ertz- und Stifftern auch die* Preces Primariæ *hergebracht, gebrauchen sich derer die Römische Kayserliche Maj. noch ferners, jedoch, daß der Evangelischen* Religion *zugethane, und also, wie es jedes Orths Herkommen*, qualificirte *Personen* præsentirt *werden.* Plenipotentiarii Cæsarei declararunt, *in ihrer endlichen Erklärung*, ad dicta Gravamina, *Monasterii* 12 Jul. 1646, ibid. Cap. 36, §. 5, pag 52. *So solle auch das* Jus Primariarum Precum, *Höchstgedachte Kayserliche Maj. wie vor diesem, also auch fürohin, auf allen solchen den Augspurgischen* Confessions-*Verwandten überlassenen Ertz- und Stifftern, ohne einigen weitern Eintrag und Wiederred, verbleiben; jedoch mit dieser Erläuterung, wo die* Capitula *der Stiffter völlig und gäntzlich der Augspurgischen* Confession *zugethan, da sollen auch dergleichen* Religions-*Verwandte* subjecta præsentirt *werden; wo aber beyder* Religion *zugethane* Canonici, An. 1624, *vorhanden gewesen, da soll Ihr Kayserl. Maj. bevorstehen, der einen oder andern* Religion *zugewandte zu* præsentiren &c. Ad quæ Protestantes, *in Ihrer endlichen Gegen-Erklärung* ibid. Cap. 38, §. V, pag. 56; *In welchen Ertz- und Stifftern aber die* Preces Primariæ *herbracht, verbleiben Dero Röm. Kays. Maj dieselben, wie vor diesem, auch hinfüro, ohne allen Eintrag und Wiederrede; jedoch mit dieser Erläuterung, daß, nach jedes Ort Herkommen*, qualificirte *Personen, und, an der Evangelischen stett, es seyen nun* An. 1621, *den* I Januarii *die* Capitula *und Stiffter völlig, oder nur zum theil, der Evangelischen* Religion *zugethan gewest, keine andere als Evangelische* præsentirt *werden &c.* In ipso tandem Pacificationis Westphalicæ Instrumento, An. 1648, Art. V, §. 18, hæc res penitus sopita noscitur, utpote in quo cautum: *Ubi Sacra Cæsarea Majestas Jus Primariarum Precum exercuit, exerceat etiam imposterum, dummodo, decedente Augustanæ Confessioni addicto, in ejus Religionis Episcopatibus, Confessioni Augustanæ addictus, ad normam Statutorum & observantiæ idoneus, precibus fruatur. In mixtis vero, ex utraque Religione, seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis, Precibus Primariis præsentatus non gaudeat, nisi Beneficium vacans Religionis consors possederit.* Conf. *Limnæus* J.P. Tom. 2 Addit. ad Lib. 2, Cap. IX, §. 8, p. 47; *Burgoldensis, Notitia Rerum Imperii*, Part. 2, Discurs. XI, Membr. 2, pag. m. 99; *Fritschius*, de *Jure Primariarum Precum*, Cap. 4, §. 7 & seqq. pag. 406; & in *Manuali Juris Publici*, voc. *Primariarum Precum Jus*, p. m. 317 & 318; *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. V, §. 17, pag. 305; Illustriss. Comes *Albertus Wolfgangus* ab *Hohenloe*, Diss. de Precibus Primariis *Imperatoris*, §. 38, p. 22; *Ulricus Obrechtus, Exposit: Instrumenti Pac.* Art. V, §. 18, p. 148 & 149; Ill. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* Cap. XXII, §. 7, pag. 355; *Cortrejus*, ad *Concordata Friderici III Imp. & Nicolai V*, Pont. Tom. I *Corporis Jur. Publ.* Part.

VI, §.

VI, §. 57, &c. p. 48; *Titius, Specim. Jur. Publ.* Lib. V, Cap. 3, §. 29, pag. 533. carpens simul Dn. *Schwederum*, quod l. c. §. 18, pag. 306, *Capitula mediata*, i. e. quæ Statibus subsunt, indistincte Cæsaris Jurisdictioni subducat, contra claram *Instr. Pac.* dispositionem, Art. V, §. 26, qua cautum, Cæsari etiam in his Capitulis salvum manere *Jus primariarum Precum*, modo probet An. 1624 se in possessione ejus fuisse: *In quibuscunque etiam Fundationibus mediatis An. 1624, die 1 Januar, Sacra Cæsarea Majestas primarias preces exercuit, exerceat eas & in posterum, ad modum circa Bona immediata superius (§. 18) explicatum &c.* Salvo utique Territorialis Domini Jure speciali. Dn. *Gribner*, Diss. laudata de *Precibus Primariis Vicariorum Imperii*, §. XIII, pag. 17 & 18; Dn. *Ockel* de *Præscriptione immemoriali*, Cap. 4, §. 8, pag. 192 & 193, similiter tamen annectens, *Primarias Imperatoris Preces* in Ecclesiis Collegiatis *Ducatus Magdeburgici* hodie vix, ac ne vix quidem, valituras, eo quod Archi-Episcopatus in Ducatum fuerit mutatus; proinde, ab Archi-Episcopatu ad Ducatum, argumentatio reddatur infirma. Ratio autem hæc, contra expressam Legem *Instr. Pac.* Art. V, §. 18, quoad *Capitula Immediata*, & §. 26, quod *mediata*, quantum valeat? judices ipse; adverbium sane UBI, nihil excludit, involvens *Capitula omnia, in quibus Cæsar, ex præscripto, possessionem suam docere queat*, nullo respectu habito ad novum Principatus characterem. Conf. præced. §. 9, lit a; & Dn. *Gribner* l. c. Corollar. 8, p. 30.

(*b*) NEGABANT &c. In primis *Petrus Syring*, Diss. de *Pace Religiosa*, Conclus. 31; & *Joachimus Willer*, Imper. Cameræ Assessor, in Consilio, ad requisitionem Episcopi *Caminensis*, cum Imperator, *Preces primarias* ad *Colbergense* Capitulum dirigeret, dato, apud *Schwanemannum, Decis. Cameral.* VIII, pag. 99, *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 3. part. 1, c. 4, §. 20 &c. & *Wehnerum, Observat. Pract*, voc. *Paniß-Brieffe*, pag. 388 &c. quorum potiora argumenta sunt, (1) Imperatori competere hoc Jus, ex concessione Pontificis Romani, cujus Jurisdictio, in Ecclesiis August. Confess. per *Transactionem Passaviensem*, An. 1552, *Pacemque Religiosam* An 1555, penitus suspensa; (2) Constitutum esse, in dicta Pace Religiosa, Principes Protestantes Beneficia Ecclesiastica quiete & pacifice possidere debere, quod minime futurum, si Imperatori dictas Preces usurpare liceret; (3) Permissum esse Protestantibus Bona Ecclesiastica in usum Scholarum convertere; quod facere impedirentur, si salvum maneret Imperatori Primariarum Precum Jus; &c. vid. Illustriss. Comes ab *Hohenlohe* l. c. Quæst. VI, §. 35 & 36, pag. 21; *Burgoldensis* l. c. *Fritschius* l. c. §. 2 & seqq. pag. 405; *Schweder* l. c. (4) Concordata Nationis Germanicæ hac ratione infractum iri, quorum vigore Collationes Beneficiorum, in Mensibus *Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri & Decembri*, vacuefactorum, ad Ordinarios Collatores spectarent. &c. &c.

(*c*) AFFIRMABANT &c. v. g. *Stamler*, de *Reservatis Imper.* §. 51, n. 4; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. 3, Class. I, Cap. IX, §. 59, p. m. 1134; *Arumæus* in *Auream Bullam* Discurs. 3, Quæst. 35; *Cranius*, de *Pace Relig.* Part. 1, Probl. 4, pag. 43; *Schützius, Colleg. Jur. Publ.* Vol. I, Disp. V, §. 16, lit. d, pag. 338; *Klockius* part. 1. *Consil.* 4, circa princ. *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* cap. 9, §. 8, pag. 106: *Burgoldensis, Notit. Rerum Imperii*, Part. 2, Discurs. XI. Membr. 2. pag. 99; *Rumelinus*, ad A. B. Part. 1, Dissert. 4, §. 17, pag. 124; alii. Nec opus est, Negantium argumenta refellere, tum quod potissimum eorum præced. §. 9, lit. a, jam satis refutatum sit; tum quod hodie, ceu præced. lit. a, monui, controversia hæc, per Instrumentum Pacis Westphalicæ, noscatur decisa.

(*d*) PRINCIPALITER &c. Ita *Fritschius*, de *Jure Primariarum Precum*, Cap. 4, §. 10, pag. 406.

(*e*) COMPELLEBATUR &c. Producit Exemplum hoc *Limnæus* l. c. §. 16, pag. 107; nec non *Burgoldensis* l. c. & *Fritschius* l. c. §. 15, pag. 407 &c.

(*f*) INSTRUMENTO PACIS &c. Scil. Art. V, §. 18 & 26; vid. præced. lit. a.

(*g*) STATUTORUM &c. Proinde, si beneficium est *Regulare*, *Precista* quoque *Regularis*, seu *Religiosus*, esse debet; vid. *Chokier*, in *Scholiis ad Preces Primarias*, Sect. 2, §. 27; argum. Cap. *Cum de Beneficio*, 5, de *Prebendis*, in 6. Illustriss. Comes *Albertus Wolffgangus* ab *Hohenlohe*, dict. Diss. de *Precibus Primariis*, Quæst. IX, §. 57, pag. 34; Pari modo, ubi Beneficiati omnes, vel *Principes, Comites, Barones, Nobilesve*, vel *Doctores* aut *Licentiati*, esse tenentur, invalidæ sunt *preces*, in favorem alterius, caractere hujusmodi non coruscantis, factæ; vid. Ill. Com. *Hohenloicus* l. c. *Hermes Fascic. Jur. Publ.* Cap. 11, §. 24; *Fritschius* l. c. Cap. V, §. 1, pag. 410; Idem dicendum de Capitulis Protestantium Religionis, si Romano-Catholicus præsentaretur; viceque versa; Vid. *Stephani*, de *Jurisd.* lib. 3, part. 1, Cap. 4, §. 20; Ill. Com. *Hohenloicus* l. c. add. præced. lit. a. It. de iis, ubi non nisi *Conterranei* admittuntur; vid. præced. lit. a.

(*h*) NON GAUDEAT &c. Quæritur: *Num Precista Preces suas in alium transferre queat?* Puto, quod

to, quod

to, quod fic; modo in cessionem *Collator* Precum consentiat. Vid. *Fritschius* l. c. Cap. V, Quæst. 4, p. 413; Exempli loco proferam formulam *Precum*, à Serenissimo Electore Brandenburgico, *Friderico Wilhelmo*, An. 1680, in favorem *Bonaventuræ Mülleri*, ad Capitulum S. *Sebastiani*, Magdeburgum missarum, apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. des Reichs-Archivs, Continuat. 2, in der IV Abtheilung, III Absatz, §. LXXII, p. 174 & 175:

Wir Friederich Wilhelm, von Gottes Gnaden, Marggraff zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürst (tot. tit.) *uhrkunden und bekennen hiermit, für Uns, Unsere Erben und Nachkommende Hertzogen zu Magdeburg, daß Wir Unsers* Consistorial-*Raths, Ehrn Andreas Müllers*, Proo*stens in Berlin, ältestem Sohne, Bonaventura Müllern, aus sonderbahren Gnaden, die Primas Preces, so Uns bey dem Stifft S. Sebastiani in Magdeburg zustehen, in Gnaden verliehen, thun das auch hiemit gnädigst, dergestalt und also, daß, so bald ein* Canonicat *bey gedachtem Stiffte sich eroffnen wird, Er, Müller, damit* providiret, *oder, da es seine Gelegenheit nicht leidet, diese Præbende selbst anzutretten, berechtiget seyn solle, dieselbe Primas Preces, oder, erst erledigte Præbende, gleichwie sie der verstorbene* Canonicus *gehabt, und genossen, oder auch genießen können, mit allen ihren* Proventibus, *selbige kommen her* ex Corpore, *oder* ex Residentia, *und wie es sonst Nahmen haben mag, einem andern zu überlassen, welchen dann das* Capitulum, *ohne alle* Contradiction *und Einrede, anzunehmen, und Ihn zur* perception *aller* Proventuum *zu* admittiren, locum in Capitulo, & Stallum in Choro, *zu verstatten schuldig und gehalten seyn solle, dawieder dan keine vorhin ertheilte Primaria, oder Anwartungen, (als welche Wir wohlbedächtig* cassiren *und aufheben,) etwas gelten, noch auch, wann gleich Unsere gnædigste Confirmation darüber vorhanden seyn mœchte, diesen Primis Precibus vorgezogen werden sollen.*

Dafern auch diese Primæ Preces, *bey Leben-Zeiten gedachten Bonaventuræ Müllern, nicht zum* Effect *kommen, und kein Fall sich begeben möchte, so wollen Wir gnädigst, daß, nach seinem Todt, alsdann erwehnten Unsers* Consistorial-*Raths zweyter Sohn*, Quod vult Deus Abraham Müller, *sich dieser Gnade zu erfreuen, und die* Primas Preces, *die Wir alsdann Ihm hiemit gnädigst* conferirt *haben wollen, auf Maße und Weise, wie Wir sie seinem Bruder in Gnaden verliehen, haben und genießen solle; wobey Wir Ihn jederzeit gnädigst schützen und handhaben wollen. Befehlen auch Unserer Magdeburgischen Regierung, ingleichem dem* Capitulo *zu S. Sebastiani, hiemit gnädigst, sich darnach zu achten, über diese* Collation *gebührend zu halten, und, wann der Fall sich begeben wird, keinen andern, als mehrgemeldten Bonaventura Müllern, oder, nach seinem Tode, dessen Bruder*, Quod vult Deus Abraham Müllern, *oder, da es ihre Gelegenheit nicht ist, das Canonicat selbst anzutretten, denjenigen, wem es von jenen cediret worden, dazu zu admittiren. Uhrkündlich haben Wir dieses eigenhändig unterschrieben, und mit Unserm Gnaden-Siegel bedrucken lassen. Gegeben zu Cölln an der Spree, den 4 Aug. 1680.* Aliud exemplum suppeditat Serenissimus Elector Brunsuicensis & Luneburgensis, *Georgius Ludovicus*, qui, concessis Dn. *Hedwigæ Eleonoræ* de *Hardenberg* primariis Precibus, in Cœnobio Virginum *Luhnensi*, prope *Luneburgum*, existente casu vacantiæ, cum Domina *Sophia Juliana* de *Horn*, relicto velo, legitimo matrimonio, An. 1706, Dn. *Georgio Guilielmo de Wittorff* auf *Lüdersburg*, jungeretur, ruente fama, beneficium uni ex Reverendissimæ *Dominæ*, seu *Abbatissæ*, ibidem, *Barbaræ de Wittorff*, cognatis, spem proximam succedendi dudum jam habenti, nec Precistæ *Hardenbergiæ*, iri collatum, sub dato *Hannover*, 18 Aug. 1706, sequens Rescriptum *Luhnam* misit:

Von Gottes Gnaden, Georg Ludewig, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, des H. R. Reichs Churfürst &c.

Unsern Gnädigsten Gruß zuvor, Würdige, Ehrbahre, Liebe Andächtige und Besonderinnen; Es ist Unß unterthänigst vorgebracht worden, daß, nachdem die Conventualin *von* Horn *aus dem Kloster Lühne sich verheyrathen würde, die dadurch* vacant *werdende* Præbende *nicht der von Unß, Krafft des Unß zustehenden Juris Primariarum Precum,* nominirten *Hedewig Eleonoren von Hardenberg*, conferiret, *sondern Ihr Jemand von Euerer, der* Dominæ, *Verwandtin vorgezogen werden wolte; wan Wir aber solches nicht geschehen lassen können, sondern bemelter* Precistin, *Hedewig Eleonoren von Hardenberg die erst vacant werdende Præbende, vor allen andern, gebühret; So begehren Wir an Euch hiemit Gnädigst, daß Ihr Euch darnach achtet, und dieselbe zu der erst vacant werdenden Præbende, ohne jemand Ihr vorzuziehen,* admittiret, *und zu deren würcklichen Genoß kommen lasset; Und Wir seyn Euch zu Gna-*

zu Gnaden gewogen. Geben Hannover, den 18 Augusti 1706.

Georg Ludwig
Churfürst,

V. Hattorf.

Inscriptio

Denen Würdigen, Ehrbahren, Unsern lieben Andächtigen und besonderinnen, Dominæ *und gantzen Versamblung Unsers Closters zu*

Lühne.

Postquam vero Dn. *Hardenbergia* jus suum in Dn. *Helenam Louisam de Fresen* transtulisset, novo Rescripto Serenissimus Collator consensum suum tali modo declaravit:

(Tit. ut supra.)

Unsern Gnädigsten Willen zuvor, Würdige, Ehrbahre, Liebe Andächtige und Getreue; Ihr wisset, welcher Gestalt Wir, bey angetretener Regierung Unsers Fürstenthumbs Lüneburg, Krafft des Unß zustehenden Juris Primariarum Precum, Hedewig Eleonoren *von* Hardenberg *zu der Erst* vacanten Præbende *im Kloster Lühne,* nominiret *haben; Wann aber diese solch Ihr* conferirte Præbende *an* Helenen Louisen *von* Fresen, *mit Unserer Gnädigsten Genehmhaltung,* resigniret, *so begehren Wir hiemit an Euch gnädigst, Ihr wollet beregte* Helenen Louisen *von* Fresen *zu der* vacanten Præbende, *welche der von* Hardenberg, *nach Unserm unterm 18* Aug. *abgelassenen* Rescript, *gebühret,* admittiren, *und zu deren würcklichen Genoß kommen lassen; Und Wir seind Euch zu Gnaden gewogen. Geben* Hannover, *den* 13 Decembr. 1706.

Georg Ludwig
Churfürst.

V. Hattorff.

Inscriptio

Denen Würdigen, Ehrbahren, Unsern Lieben Andächtigen und Getreuen, Dominæ *und gantzen Versambung Unsers Closters Lühne.*

Lühne.

Dominam *Helenam Louisam de Fresen* voto quoque fuisse gavisam, palam est. Duo hic simul notanda:

Primo: Primarias Preces posteriores derogare prioribus, easque producentes præferri aliis omnibus ad antiquius jus provocantibus; Proinde, non solum anteferri *Precistam* Canonico, utut antiquiorem ab Episcopo, seu legitimo Collatore alio, *expectativam* habenti, etiamsi Statutum in contrarium extet, notante *Klockio*, Tom. I, Consil. 4, §. 12, &c. f. 17, &, ex eo, Dn. *Cortrejo*, ad *Concordata Nationis Germanicæ*, §. 3 &c. pag. 35, add. præced. §. 9, lit. a; id quod amplius Sententia Reverendiss. & Sereniss. Administratoris Magdeburgici, *Augusti*, in causa Capitularium quorundam, antiquiore Provisione gaudentium, adversus *Augustum Alberti*, An. 1666, 27 Octobr. Preces ad Capitulum Magdeburgicum, ab Imperatore *Leopoldo*, obtinentem, & à Decreto Capituli, cæterorumque membrorum Unionis Clericalis, d. 9 Mart. 1670, in favorem *Alberti*, edito, appellantium, sub dato *Halle*, 28 Mart. An. 1670, lata, illustrari potest, apud *Cortrejum* l. c. §. 47, pag. 44, ubi: *Es ist bey Uns, von Unserm Hoch - und Ehrwürdigen Dohm-Capitul Unser* Primat - *und Ertz - Bischöfflichen Kirchen zu Magdeburg, als* Capite Unionis, *in Schrifften Bericht einkommen, welcher Gestalt in einem von demselben, zwischen dem Kayserlichen Precisten, Ehren* Augusto Alberti, *Euch, und Christoph Ludewig Fricken, wie auch Johann Erdmann Bruckmannen, am 9 hujus* publicirten *Bescheide, erkant worden, daß Ihr Erwehntem* Alberti *die würckliche* Possess *der, durch des von Etzdorff Tod,* vacirenden Præbende, *euers Vorwendens ungeachtet, gestalten Sachen nach, zu ertheilen verbunden seyn sollet; darauf aber bemelter Fricke und Bruckmann, wieder des Kayserlichen Precisten Suchen* protestiret; à rejectione protestationis *auch an Uns,* per Appellationem, *sich zu wenden gemeynet; Wie nun aber dergleichen Precistens Vorzugs-Recht bekant, und das Frickisch- und Bruckmannische Einwenden von keiner Erheblichkeit, also lassen Wir es bey berührtem Bescheid allerdings bewenden; Und befehlen Euch hiemit gnädigst, Ihr wollet nunmehro* Augusto Alberti *die* Possession *der Etzdorffischen* vacirenden Præbendæ, *ohne weitern Anstand, ertheilen, damit es, verbleibenden Falls, einiger* Execution, *darzu Wir diese Sache an gedachtes Unser Dohm - Capitul schon* eventualiter remittiret, *nicht bedürffen möge; Daran &c. Seynd Euch &c.* Sed & *Precistam Posteriorem* anteriori. Hinc cum An. 1666, 7 Novemb. *Lazarus Kittelmannus* Primarias Preces, à laudato Imperatore, ad Ecclesiam Collegiatam *D. Sebastiani* Magdeburgensis consequeretur, &, mota ipsi lite à *Gottfrido Hermanno* de *Beuchlingen*, antiquiores Preces, ab Electore Saxoniæ, *tempore Vicariatus*, sub dato *Dresdæ*, An. 1657, Die *Johannis Baptistæ*, jam concessas producente, res ad Cathedrale Capitulum devolveretur, decreverunt Decanus, Senior. & Capitulares.

Auf

Auf erhobene Summarische Klage, erfolgte Antwort, und ferneres Rechtliches Einbringen, in Sachen des ChurfürstlichenSächsischenCammer-Herrns, auch Hof- und Justitien-*Raths, Herrn Gottfried Hermann von Beuchlingen, Klägern, an einem, entgegen und wieder ein Ehrwürdiges Capitul des Collegiat-Stiffts* S. Sebastiani *alhier, und dem Churfürstl. Brandenburgischen Rath und Hauptman zu Egeln, Herrn Lazarum Kittelmannen von der Saal, Beklagten, am andern Theil, die, nach Absterben Johan Heintzens Seel. erledigte* Major Præbende *betreffend, sprechen Wir Dohm-*Dechant, Senior *und Capitel Gemein der* Primat- *und Ertzbischöfflichen Kirchen zu Magdeburg, als* Caput Unionis, *und gesamte* Unions-*Verwandte, auf gehabten Rath außwertiger Unpartheyischer Rechts-Gelehrten, vor Recht, daß Beklagte von der wieder sie angestellten Klage zu* absolviren, *und Mit-Beklagter Kittelmann bey der* Major Præbende *zu schützen und zu lassen sey; massen Wir Sie von angestelter Klage* absolviren; *die, in dieser Sache aufgewandte Unkosten, aus bewegenden Ursachen, gegeneinander* compensiren, *von Rechtswegen. Uhrkundlich unter Unserm fürgetruckten Insiegel, publicirt* in termino Unionis, *Mitwochs den 20 Decembr. An. 1671, circa horam undecimam matutinam &c.* Vid. *Cortrejus* l. c. §. 48, pag. 45. Conf. Dn. *Gribner*, Diss. de *Precibus Primariis Vicariorum*, §. XVII, pag. 22; quamvis Imperator *Leopoldus*, in Dehortatoriis ad Reverendiss. & Sereniss. Administratorem Magdeburgicum, *Augustum*, sub dato, *Wien*, 13 Julii, 1672, jus pariter *Primarias Preces conferendi*, & desuper, orta lite, *cognoscendi*, privative Imperatoribus vindicandum arbitraretur; referente *Cortrejo* l. c. §. 74, pag. 54; unde hausi, quæ seq. Tit. VII, §. 3, lit. a, exhibebo. *Deinde*, Aliis quoque præter Imperatorem, competere *Jus Primariarum Precum* veluti:

(1) Regi Romanorum; vivo quidem & ad gubernacula sedente Imperatore, ex hujus Indultu; eoque mortuo, Jure proprio. Vid. *Cortrejus* l. c. §. 64. ad 69, pag. 51 & 52; *Fritschius*, cit. Tr. de *Primariis Precibus*, Cap. 3, §. 3 & 4, pag. m. 399 & 400.

(2) Imperatrici, ex concessione itidem Imperatoris; vid. *Paurmeister* de *Jurisdict.* lib. 1. c. 4, n. 41; Illustr. Comes *Albertus Wolfgangus* ab *Hohenlohe*, Diss. de *Precibus Primariis*, Quæst. 4, §. 27, pag. 16; *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I. Cap. V, §. 16, pag. 303. Ill. *Obrechtus*, ad *Instrumentum Pacis* Art. V, §. 18, pag. 148; *Multzius Corp. Jur. Publ.* Part. 1, Cap. 23, §. 11, p. 248; *Schilter*, Tr. de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ*, Addit. 5 6. Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 41, §. 33, pag. 368; *Titius*, in *specimine Juris Publici*, lib. V, C. 3, §. 33, p. 534; Dn. *Gribner* l. c. §. XXII, pag. 26. Tabulas *Eleonoræ*, *Friderici III* Imp. Conjugis, exhibet *Fritschius*, Tr. de *Precibus Primariis*, Mantiss. 2, p. m. 415; nec non *Multzius* l. c. §. 2, v. 247, pag. 942, licet expressiones: *Zu allen Zeiten mehrerin des Reichs &c.* It. in fine: *Unsers Kayserthumbs*, non sine fundamento, illas reddant suspectas. Conf. *Gribner* l. c. pag. 27; & *Opuscul. Jur. Publ.* Tom. 2, Sect. 2, §. 22, p. 132.

(3) Vicariis Imperii. Vid. seq. Tit. VII, §. 3.

(4) Electoribus. De *Moguntino & Coloniensi*, vid. seq. Tit. X, §. 32, lit. b. v. 11, & §. 45, lit. b. v. 10; de *Saxone*, ait Dn. *Gribner*, in *Opusculis Juris Publici*, Tom. 1, Sect. VI, §. 2, lit. d, pag. 181: *Saxoniæ Electores ad Mersburgensem, aliasque Ecclesias, Preces Primarias dedisse, fide diplomatum mihi constat, quæ nunc integrum non est describere &c.* De *Brandenburgico*, Vid. seq. Tit. XII, §. 45; lit. c, v. 6.

(5) Principibus Imperii aliis, *vigore Superioritatis Territorialis*; vid. Illustriss. Comes *Albertus Wolfgangus ab Hohenlohe*, cit. Dissert. de *Primariis Precibus*, Quæst. 4, §. 28, p. 16; Ill. Author *des Europ. Heroldts*, Tom. 1, pag. 282, verb. *So hat dochChur-Brandenburg diese Sache, beym Reichs*-Convent, *als ein Stück der Lands Fürstlichen Hoheit, behauptet &c.* Dn. *Gribner* l. c. Corollar. 6, pag. 29 & 30 Dn. *Ockel*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. IV, §. 8, pag. 190. Primarias Preces Serenissimi Electoris Brunsuicensis & Luneburgensis, *Georgii Ludovici*, An. 1706, modo exhibui, ubi notanda phrasis: Rescripti posterioris, de Anno 1706, 13 Dec. *Bey angetrettener Regierung Unsers Fürstenthumbs Lüneburg*; qua probatur, Potentissimum Electorem vindicasse Sibi omnino hoc jus, *qua Ducem Luneburgicum.* Serenissimis Ducibus ab antiquo, jus hoc competiisse, documento sunt literæ *Bernhardi & Henrici* Ducum, quibus Cœnobiorum Ducatus sui Privilegia confirmarunt, referente *Ottone Kultzingo*, Præposito *Heiligenthalensi*; *in Narratione, de Fundatione & Translatione Monasterii sui in Luneborch*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Scriptor. Rer. Brunsuic.* §. XXXI, v. 16, pag. 397, verb. *Wanne ok en Vorste unse vorschreven Herschop Luneborch erst entfanget, to vorstande, so gift deme Vorsten en jewelck Closter ene Ghestlike Provende. Desgelik ghift me ok den Vorsten ene Provende, wanne se echte Vrowen nemet, und nicht mer, und umme anders nener Zake willen; vor wene Ze, na der Closterе Chezette, Wonheit und Rechte, denne biddet. Und weme*

we der

vie der Provende welk gevet, de wille we benomen in Unseme Breve. Vorkofte de de Provende Yemende, den Koper Schullet de Clostere nenewys entfangen, und de Vorkoper schal der Provende vorlustich wesen; und de Bede umme de Provende, vor enen anderen, schal weder to Uns komen. &c. *Tzelle 1392, in Sunte Matthai Avende, des Hilgen Apostels und Evangelisten;* insigni argumento, dudum jam Status, vigore *Superioritatis Territorialis*, jus hoc exercuisse; quo insuper facit formula ejusmodi Precum *Augusti Friderici*, Episcopi *Lubecensis*, ad Capitulum *Uthinense*, de An. 1668, 14 Mart. apud Dn. *Gribnerum*, *in Selectis Opusculis Juris Publici*, Tom. I. Sect. VI, §. 10, pag. 184 &c. inter alia scribentis: *Ad imitationem Prædecessorum Nostrorum, ex inveterata consuetudine, jus nobis competat, preces primarias ad consequendum beneficia Ecclesiastica, etiam Canonicatus & Præbendas ad Capitulum Uthinense pertinentes, concedendi, quibus Prædecessorum Nostrorum precibus hactenus reverenter paritum fuit &c.*

11. Huc spectat Jus Universale Advocatiæ, (*a*) in Ecclesia Romana. Cum autem Protestantes Sedem Romanam, prout hodie se habet, non possint recognoscere, Serenissimi Electores Protestantes, in nupero illo, circa Perpetuam Capitulationem, Projecto, Articulum protegendæ Pontificiæ Sedis diserte exceperunt; (*b*) nec in illum aliter consentire voluerunt, nisi ea non cederet, vel usurparetur, in detrimentum Imperii; (*c*) Jura reliqua Sacrorum, & in primis Jus Concilii convocandi, (*d*) quin olim ad Imperatores pertinuerit, nullum dubium est; hodie ambigitur: Penes quem jam in Imperio sit Concilii convocatio? multa in varias partes differi possunt. Sed, ne moremur, *referimus verba Lampadii*: Cui competit publica & principalis potestas ædificandæ Ecclesiæ, illi & conservandæ competit; Cui competit constituendæ Ecclesiæ, eidem competit ædificandæ: Ergo, cui constituendæ, illi & conservandæ. Principibus igitur in suis Regnis & Ditionibus Conciliorum congregatio injuncta est. Hinc igitur, cum in Imperio Romano Religionis curatio, per Transactionem Passaviensem, à Cæsare ad Comitia transierit, Cæsaris simul & Statuum erit Conciliorum in Imperio convocatio. Unde præterea Statibus, in suis Territoriis, ad Regulam Augustanæ Confessionis, & Catholicæ Romanæ, Concilia, seu Synodos, indicere licebit. Lampad. Part. 3, cap. 12. *Conf. Clar. Friderici Spanhemii Introduct.* ad Historiam Novi Testamenti, Sec. 4, pag. 414 & 415. & novissime, in parte speciali Animadvers. de Ecclesiar. Polit. Animadvers. 17, ubi, ex solidissimis principiis, hoc accutare deducit & probat.

NOTÆ.

(*a*) ADVOCATIÆ &c. Prostat de *Advocatia Imperatoris Ecclesiastica*, Diss. Inaug. *Johannis Christophori Thillii*, Posoniensis, An. 1690, sub umbone *Slevogtiano*, Jenæ habita. Scriptores alii, huc facientes, in calce hujus lit. a. occurrunt. Competit autem *Advocatia* hæc Imperatoribus variis nominibus, veluti.

(1) *Tanquam Summis Christianorum Principibus.* Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 8, lit. a, pag. 378 &c. & Tit. 5, §. 6, lit. a, pag. 417. Quo etiam facit *Caroli V.* convocatio Nobilitatis Immediatæ ad Conventum Ehingensem An. 1532, apud Dn. *Lunig*, Part. Spec. des Reichs-Archivs, Contin. 3, VII Abtheilung, I Absatz, §. 1, pag. 22: *Wiewohl Wir Uns nun, als Römischer Kayser, und Haupt der Christenheit &c.* Pariter ac Mandatum *Caroli VI.* moderni Imperatoris, sub dato Wien, 28 Junii, An. 1716, de intercipiendo Marchione de *Langallerie*, apud *Fabrum*, Tom. XXVII der Staats-Cantzley, Cap. XIV, §. 5, pag. 815, verb. *Wir, als Haupt der Christenheit &c.* Quæ locutio etiam in alio Mandato, proxime seq. 14 Julii, ad intercipiendum Comitem de *Linange*, emisso, ibidem, §. 6, pag. 818, repetita.

(2) *Qua Regibus Germaniæ & Italiæ*; ut enim quilibet Rex, ex officio, Ecclesiam in Regno suo, contra hostes quoscunque, defendere; Ministros Verbi Divini, & Bona, unde sustententur, in tutelam suscipere; cultumque Divinum, juxta præscriptas Christianis regulas, modis omnibus tueri tenetur, seu præc. §. 8, fusius deductum; ita in

Imperio

Imperio Romano-Germanico id officii Imperatoris erit.

(3) *Qua specialiter ad hoc electis.* Ita Auctor Vitæ *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. m. 233, & *Schilterum* de *Scriptorib. Rer. German.* p. m. 46: *Post Pipinum Pium, regnavit Domnus Carolus, Filius Ejus, quem postea Romani elegerunt Sibi Advocatum S. Petri, contra Reges Langobardorum. Deinde, Ipsum Domnum Carolum elegerunt sibi in Patricium Romanorum. Deinde, elevaverunt in Imperatorem & Augustum &c.* Conf. *Annal. Metens.* ad An. 773, præced. Lib. I, Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 26, pag. 311; & Decretum, auctore Papa *Hadriano*, in Comitiis Romanis confectum, præced. Lib. 1, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 49 &c. nec non *Arnolpho* Imp. coævus Poëta Saxo, Lib. I. Carminis de *Gestis Caroli Magni*, apud *Schilterum* l. c. pag. 4, & Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Scriptor. Rer. Brunsuic.* p. 122, ad Annum 773, canens:

Missis Legatis, Adrianus, Papa sacratus,
Auxilium Caroli studuit deposcere Magni,
Adversus Longobardos, quorum fuit illo
Tempore Rex Desiderius: Nam valde premebat
Improba Romanos hujus violentia Gentis.
Et quia tunc Illi pars maxima subdita Regni
Italiæ totius erat, Terrasque per illas,
Scilicet hostiles, non quenquam mittere tuto
Romanus Præsul potuit, qui tramite recto
Francorum Terras peteret; conscendere navem
Fecit, apud Romam, Legatum, nomine Petrum,
Ut mare, circuitu longo, fluctusque pererrans,
Suspectum vitaret iter. (Sic sæpe videtur
Tutior Oceani fervor, Pelagique procella,
Quam mentes Hominum, quas turbida commovet ira.)
Hic igitur Petrus, Roma directus ab Urbe,
Per mare, Massiliam petiit, longumque deinde
Præteriens iter, in Villa, Theodone vocata,
Insignis Caroli pietatem Regis adivit,
Orans devote satis: Ut defendere vellet
Ecclesiam Petri; Summus qui Claviger Aulæ
Illi cœlestis dare præmia maxima posset.
Nec non Pontificis succurreret anxietati,
Romanique simul Populi mala plurima passi,
Cui libertatis jam spes, vitaque tenenda
Unica, post Dominum, tantum restaret in Illo &c.

(4) *Qua specialiter eam quoque in se suscipientibus;* cujus rei testes: *Tituli*, quos, hunc in finem, *Carolus Magnus* adhibuit, vel sibi dari passus est, arg. Rescripti ad *Elipandum* Toletanum An. 794, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 35, p. 359; & alterius: *Ne Servi Dei in hostem pergant*, apud *Goldastum*, Tom. 3 *Constit. Imper.* pag. 137, ibi: *Carolus, Gratia Dei, Rex, Regnique Francorum Rector, & devotus S. Ecclesiæ Defensor, atque Adjutor in omnibus &c.* Conf. Capitulare *Lotharii* Imp. de An. 847, apud eundem, de *Consuetudinib. Imperialib.* pag. 104, Cap. 24: *Ego Carolus, Gratia Dei, Ejusque Misericordia donante, Rex & Rector Regni Francorum, & devotus Sanctæ Ecclesiæ Defensor &c.* Ut & Exordium Synodi Moguntinensis, An. 813, verbis præced. §. 8, lit. a, v. 28, occurrentibus. Ejusdem Capitularis, *de non adorandis Imaginibus*, Præfatio, præced. §. 8, lit. a, v. 2.

Ludovici Pii, Ejus Filii, Constitutio: *de Pace Publica, Regnoque inter Filios dividundo*, de An. 837, apud *Goldastum*, T. 2 *Constit. Imper.* pag. 20, §. 13, ubi: *Jubemus atque præcipimus, ut Ipsi tres Fratres Curam & defensionem Ecclesiæ S. Petri simul suscipiant, sicut quondam à Proavo Nostro, Karolo* (Martello) *& Avo Nostro, Pipino, &, beatæ memoriæ, Genitore Nostro, Karolo Imperatore, & à Nobis postea, suscepta est, ut eam, cum Dei adjutorio, ab hostibus defendere nitantur, & Justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulaverit, habere faciant. Similiter de cæteris Ecclesiis, quæ sub Illorum fuerint potestate, præcipimus, ut Justitiam suam & honorem habeant.* Quibus simul docemur, *Caroli Magni* Patrem Avumque jam Ecclesiæ *Advocatos* fuisse; quo forsan fundamento *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo Veterum Principum Germaniæ*, Cap. XV, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 233, scribit: *Stephanus Papa II, dum Anno Domini 753, eundem Pipinum, & duos Filios Ejus, Carolum & Carolomannum, unxit in Reges Francorum, Ipsos specialiter elegit ad Sedem Apostolicam defendendam; ut in Historia Francorum, & Chronica Eusebii, continetur. Ex hac electione puto, quod Reges & Imperatores Romanorum sint, usque in hodiernum diem, Romanæ Ecclesiæ Advocati. De qua Advocatia loquuntur Jura Canonica X. de Electione, C. Venerabilem, v. Quod autem. De Jurejurando, C. Romani, v. Porro; in Clementinis &c.* Insuper & hoc inde patet, quod Filii *Ludovici Pii* indivisim, seu conjunctim, *Jus Advocatiæ* exercuerint; quod amplius illustrat Conventio *Ludovici Germanici & Caroli Calvi* Fratrum, in Villa *Turissiaco*, An. 865, XI Kal. Mart. inita, apud *Schilterum*,

terum, Lib. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. VII, Cap. 3, pag. 61; *Ut Ecclesia, (& Regnum, quod Deus in manus Progenitorum Nostrorum adunavit, & Nobis, Misericordia sua, commisit) in Nostro tempore, necessariam defensionem, & tuitionem, & honorem atque soliditatem, habeat &c.* & Cap. 6, pag. 63, mentione facta *Lotharii*, Imperatoris cognominis Filii: *Ecclesia Nobis & Illi commissa, & Regnum unum est &c.* Add. præced. lib. I. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59. Eodemque respicit laudatorum Principum Transactio *Metensis* de An. 868, cujus Ill. Baro de *Lyncker*, in Comment. ad *Capitulationem Josephinam*, Art. I, voc. *Advocatus*, pag. 4, meminit: *Mundeburden & Defensionem Sacræ Romanæ Ecclesiæ pariter conservabimus &c.* Nec *Ludovicum II.* alienam à se putasse hanc *Advocatiam*, documento est Epistola Ejus ad *Basilium*, Imp. Græcum, de An. 871, apud *Baronium*, Tom. X *Annal.* ad h. a. §. 66, pag. 474 & 475, unde præced. Lib. I, Tit. 8, §. 2, lit. p. pag. 886, quædam excerpsi. *Arnolphum* quoque hoc titulo celebrat Constitutio de *Excommunicatis*, apud *Goldastum*, T. 3 *Constit. Imper.* pag. 296, verbis præced. §. 8, lit. a, v. 2, jam adductis.

(s) *Qua, eandem sedulo curæ se habituros, juramento quoque affirmantibus.* Perhibet *Sigonius*, Lib. 4 *Hist. Ital.* ad An. 801, pag. m. 161, ex antiquissimo Commentario, quem *Ordinem Romanum* vocant; & post eum *Baronius*, T. IX Annal. ad An. 800, §. VII, pag. m. 534; *Goldastus* Part. 12 *Politic. Imper.* §. 2, pag. 613; *Limnæus Jur. Publ.* Lib. 2, c. 4, §. 95, pag. 69; *Strauchius* Differt. Exot. 4, §. 12, pag. 99, *Robertus Kolb*, Abbas Cœnobii Arnsburgensis, in Præfatione *Aquilæ Certantis*, de An. 1687; aliique, jurasse *Carolum Magnum*, priusquam inauguraretur in Imperatorem, in hæc verba: *In Nomine Christi spondeo ac polliceor Ego, Carolus Imperator, coram Deo & B. Petro Apostolo, Me Protectorem ac Defensorem fore hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero, poteroque.* Assertum autem hoc coævis testimoniis probari non posse, præced. Lib. 1, Tit. 4, §. 5, lit. a, v. 39, pag. 364, & 365, & Tit. 8, §. 2, lit. p. p. 885 & 886, jam notavi; ast *Ottonem Magnum* ejusmodi præstitisse juramentum, cit. Lib. 1, Tit. 8, §. 2, lit. p. pag. 886, ostensum est: *Sanctus* quoque *Henricus*, ante coronationem, à Pontifice interrogatus legitur: *Num fidelis vellet Romanæ Patronus esse & Defensor Ecclesiæ?* vid. l. c. Formulam juramenti *Lotharii* Saxonis, habes præced. Lib. 1, Tit. V, in Ejus vita, ad An. 1133, pag. 564. De *Henrico VI* idem affirmat *Rogerus de Hoveden*, præced. Lib. 1, Tit. 8, §. 2, lit. p. pag. 886. De recentioribus ne dicam, quorum l. c. memini. Hinc est, quod Imperatores solenniter quoque fateantur, se Jure hoc teneri. Evolve testimonium *Friderici Barbarossæ*, præced. §. 8, v. 2. *Ludovicus Bavarus*, apud *Nicolaum Burgundum*, in ipsius vita, lib. 2, pag. m. 78, ait: *Deum hominesque obtestor, nihil mihi antiquius esse Sancta Matre Nostra Ecclesia, polliceorque me tutelam ejus ita suscepturum, ut nihil juris illi pereat, eosdem habiturus inimicos, quos ipsa habuerit &c.* De *Sigismundo* Imper. legas Constitutionem, *de Tuendo Concilio Constantiensi*, de An. 1415, apud *Goldastum*, T. 3 *Constit. Imper.* pag. 425, §. 2: *Nos, tanquam Romanæ Ecclesiæ Advocatus, dicti Concilii Defensor --- dictam Electionem fore tutam, liberam & securam --- districte præcipimus & mandamus &c.* Conf. Ejusd. *Avisamenta*, ad *Eugenium* IV, Concilium Basileense dissolventem, de An. 1433, apud eundem l. c. pag. 427: *Quamvis plurima & infanda mala, quæ stylo describi non possunt, ex dissolutione tali, sequutura sint, tamen Nos, accensi Zelo, quem gerimus ad Religionem Fidei, & affectu filiali, quem habemus ad Vestram Sanctitatem, ad satisfaciendum quoque debito nostro, quod Nobis, tanquam Romanorum Regi, Advocato & Defensori Ecclesiæ, incumbit, præmittimus V. S. hic inclusa certa Avisamenta &c.* nec non Edictum, de *Salvo Conductu*, de An. 1435, l. c. pag. 453: *Nostrum salvum & securum conductum dederimus & concesserimus, quemadmodum Nobis, tanquam Advocato & Primo Protectori S. R. Ecclesiæ & Sacrorum Conciliorum, digne conveniebat &c.* Jung. quæ præced. §. 8, v. 2, de Eodem jam commemoravi. Addantur literæ *Friderici III*, *ad Carolum VII* Galliarum Regem, de An. 1440, quibus ad Comitia Moguntina Eum invitabat, pro tollendo Schismate, confirmandisque *Basiliensis* Concilii Decretis, apud *Goldastum* T. 1 *Constit. Imperial.* pag. 407, ibi: *Animum Nostrum eo premit, ardentiusque sollicitat, quo eidem Ecclesiæ, Matri Nostræ, filiali Dilectionis amore &c. & Nobili Advocationis Officio, fortius constituimur obligati &c.* Pari modo se habet *Maximiliani I*, Privilegium, *vom Angriff der Ubelthäter, in alieno Territorio, sub dato Freyburg im Brißgau*, 14, Jul. 1498, Moguntino Præsuli concessum, apud Dn. *Lunigium*, in *Spicilegio Ecclesiastico*, Part. 1, Contin. 1, Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. 107, pag. 97, ibi: *Wie Wir dan, als Römischer Konig, Oberster Schützer und Schirm-Herr aller Geistlichkeit*

lichkeit &c. pariter ac Edictum, An. 1511, de convocando Concilio *Pisano*, contra *Julium II*, P. R. apud *Goldastum* l. c. pag. 421: *Nos, tanquam Imperator, & Ejusdem Sanctæ Matris Ecclesiæ Advocatus & Protector &c.* add. Ejusdem literæ ad *Gelnhusanos*, in eadem causa, An. 1511, præced. §. 8. v. 43; nec non R. J. *Trevir.* & *Colon.* An. 1512, §. *Und nachdem Wir &c.* 4, verb. *So achten Wir vor mercklich nothdürfftig, daß Wir, als rechter Vogt, und Schirm-Herr der Christlichen Kirchen &c.* ut & *Augustanum* An. 1518, §. 1, *Erstlich, als Pæbstliche Heyligkeit &c. Und demnach Uns, als Erwählten Römischen Kayser, und der Heil. Christlichen Kirchen rechten Vogt, Schutz-und Schirm-Herrn, umb getreue Hülff und Beystand, zu solchem Christlichen Werck ersucht und angeruffen &c.* De *Carolo V*, inspicienda Ejus *Capitulatio* de An. 1519, §. 1, *zum Ersten &c. Daß Wir, in Zeit solcher Königlichen Würden, Ampts und Regierung, die Christenheit, und den Stuhl zu Rom, auch Pæbstliche Heyligkeit, und die Kirchen, als derselben Advocat, in gutem Befehl und Schirm haben --- sollen und wollen &c.* nec non R. J. *Spirens.* An. 1529, §. 1, *Und anfänglich &c.* verb. *Daß Ihr Kayserliche Maj. als das Oberst-Haupt, und Vogt der Christenheit &c.* & §. 39, in Mandato contra Anabaptistas: *Darauf Wir --- Euch allesamt und besonder, als Ræmischer Kayser, Oberster Vogt und Beschirmer Unsers Heil. Christlichen Glaubens, durch Unser offen Mandat, ernstlich haben thun gebieten &c.* R. J. *Augustanus*, An. 1530, §. 9, *Auf solch Unser &c.* Ubi: *Uns in den Sachen zu erzeigen, und zu verhalten, wie Uns, als Ræmischen Christlichen Kayser, Oberstem Vogt, und Schirm-Herrn der Heil. Christlichen Kirchen, von Ampts wegen, Unserm Gewissen nach, gebührt &c.* & rursus §. 10: *Nachdem aber Uns, als Ræmischem Kayser, und Obersten Vogt der Christenheit, aus auferlegtem Kayserlichen Ampt, gebühret, wie Wir Uns auch schuldig erkennen, den Heil. Christlichen Glauben --- zu handhaben, zu schützen, und zu beschirmen &c.* R. I. *Ratisbonensis* An. 1541, §. 19. *Aber Churfürsten &c.* ibi: *Und Uns, als Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen, unterthäniglich ersuchet und gebethen &c.* R. J. *Augustanus* An. 1548, §. 6. *Damit dann &c. So wollen Wir, als Advocat der Heil. Kirchen, und Beschirmer der Concilien --- Unserm obliegenden Kayserlichen Ampt nach, gnädiglich verhelffen, auch mögliche Fürsehung thun, und darob seyn, damit solch allgemein Concilium zu Trient fürderlich gehalten, und* continuirt --- *werde &c.* R. J. *Augustanus* An. 1551, §. 6, *Wir sind auch &c. Was Uns, als Advocaten der Heil. Kirchen, und Beschirmer der Concilien, von wegen Unsers obliegenden Kayserlichen Ampts, zu thun, geziemt und gebühret &c.* Conf. Capitulatio *Ferdinandi I, de* An. 1558, §. 1, *zum Ersten &c. Daß Wir, in Zeit Unserer Würde, Ampts und Regierung, die Christenheit, und den Stuhl zu Rom, auch Päbstliche Heyligkeit, und die Christliche Kirch, als derselben Advocat, in gutem Befehl, Schutz und Schirm, haben --- sollen und wollen &c.* Quæ repetuntur in Capitulatione *Maximiliani II*, An. 1562, §. 1, *zum Ersten &c.* quamvis cum cautela, §. 2 annexa, verb. *Gleichwohl so viel diesen, auch den nachfolgenden Artickel gegenwärtiger* Obligation, *anfahende: Das sollen und wollen Wir, mit Ihr, der Churfürsten &c. belangend, haben vorgemelte Unsere liebe Oheimen, die Weltlichen Churfürsten, sich außtrücklich gegen Uns erklärt, was daselbst, von dem Stuhl zu Rom, auch der Pæbstlichen Heyligkeit, für Meldung beschicht, daß Ihre Liebden darein nicht wollen bewilligen, noch Uns damit verbunden haben &c.* Arbitrantur *Carpzovius*, de *Capitulat. Cæsar.* c. 2, §. 23 & *Schützius*, Vol. 1, *Jur. Publ.* Exercit. 4, §. 2, lit. A, p. m. 231, Seculares Electores, Protestantium maxime Religioni addictos, restrictionem hanc vel propterea inseri curasse, quod existimassent, per insertionem Clausulæ, *de protegendo Pontifice Romano, Romanaque Ecclesia*, non solum libertati Imperii (utpote Imperatoribus, vigore illius, bona Imperii repetere, & Pontifices, injustos veluti possessores, iisdem dejicere, perpetuo prohibitis) maximum inferri præjudicium; sed & Clausulam istam Transactioni Passaviensi, (qua tam Augustanæ, quam Romano-Catholicæ Religionis exercitium permissum, Pontifices autem Romani nihil aliud quam totalem Augustanæ Confessionis extirpationem meditentur,) repugnare videri &c. Non sine fundamento vero respondet ad hæc *Limnæus*, ad Capitulat. *Maximiliani II*, Art. 2. verb. *noch Uns damit verbunden haben &c.* pag. 490 & 491; primam rationem non valere, ob incongruam illationem: Aliquem alterum defendere teneri, ideo suum ab eo repetere non posse; exemplo Tutoris, qui Pupillum defendere tenetur, nec tamen prohibeatur suum ab eo repetere; nec secundam, quod Cæsar, juramento etiam solenni se obstrin-

obstringat, utriusque Religionis Status, eorumque privilegia, &, per *Religiosam Pacem*, aliasque Transactiones publicas, acquisita Jura, totis viribus, sarta tecta se servaturum, & contra quoslibet defensurum; proinde nihil insidiosi Protestantibus ex hac formula timendum. Contra vim injustam, cum defensio & tutela etiam Pagano promitti queat, quidni Pontifici Romano, Ecclesiæve Romanæ? præsertim si v. g. Turcæ, aliæve Nationes Barbaræ, Italiam invaderent, & sub jugum rapere conarentur; hoc certe casu totum Imperium, ob jura præsertim sua in nobilissimam hanc Provinciam, ad defensionem Pontificis concurrere teneri, firmiter credo; Opinor igitur, adjecta restrictione supra dicta, Protestantium Electorum eam fuisse mentem, ne viderentur, ea omissa, tacite approbare præsentem Pontificis Romani, Ecclesiæque, jussa ejus excipientis, statum & conditionem, quasi *Ille* visibile Caput, Legislator & Judex, esset totius Ecclesiæ Christianæ, extra quam nulla speranda salus, dogmate contra quoscunque propugnando, & Papa, hoc intuitu, defendendo, atque protegendo; id quod Religioni Protestantium adversari palam est. Eadem hinc restrictio inserta quoque Capitulationi *Rudolphi II*, An. 1575, Art. 1; & *Matthiæ*, An. 1612, Art. 1; & *Ferdinandi II*, An. 1619, Art. 1; *Ferdinandi III*, An. 1636, Art. 1; & *Ferdinandi IV*, Regis Romanorum, An. 1653, Art. 1; addita speciali declaratione: *Gleichwohl, so viel diesen, auch den nachfolgenden* XVI Articul *gegenwärtiger* Obligation: *Und als über und wieder Concordata Principum &c. belanget, haben vorgemelte Unsere liebe Oheime, die drey Churfürsten, Sachsen, Brandenburg und Pfaltz, sich ausdrücklich gegen Uns erkläret, was da von dem Stuhl zu Rohm, und Pæbstlicher Heyligkeit, vor Meldung geschicht, daß Ihre Ld. Ld. Ld. vor sich und Ihre Religions-Verwandten, darinn nicht willigen, noch Uns damit verbunden haben, noch erstgedachte Advocatia, dem Religion- und Profan-Frieden zu præjuditz, angezogen und gebraucht, sondern denselben gleicher Schutz gehalten und geleistet werden solle &c.* Quæ omnia & in Capitulatione *Leopoldi* An. 1658, Art. 1, reperiuntur, confirmata insuper per Capitulationem *Josephi*, Romanorum Regis, An. 1690, Art. 1, & *Caroli VI* moderni Imperatoris Sacratissimi, an. 1711, Art. 1, ubi major adhuc extensio: *So viel aber, in diesem Articul, den Stuhl zu Rohm, und Pæbstliche Heyligkeit, betrifft, wollen die der Augspurgischen* Confession *zugethane Churfürsten, vor Sich, und Ihre Religions-Verwandte Fürsten und Stænde, inschliessig derselben Religion zugethanen Freyen Reichs-Ritterschafft, Uns darmit nicht verbunden haben, gestalten dann auch gedachte Advocatia dem Religion- und Profan- auch dem Münster- und Osnabrückischen Frieden-Schluß, zum Nachtheil, nicht angezogen, noch gebraucht; sondern denen obgedachten Churfürsten, und sämptlichen Ihren Religions-Verwandten im Reich, gleicher Schutz geleistet werden solle; wie Wir Ihnen, Churfürsten, und sämptlichen Ihren Religions-Verwandten, auch solches, Krafft dieses, versprechen, und Uns hiermit darzu verbinden &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. V, §. 4, lit. d, pag. 412; & Tit. VIII, §. 2, lit. q, pag. 885 &c. & Projectum Capitulationis Perpetuæ, seq. lit. b.

(6) *Qua, totius Ecclesiæ suffragio, ad eam adstrictis.* Ecce, quid de hac thesi vel ipsi sentiant Pontifices!

Johannes VIII, cum An. 876 (877) *Carolum Calvum* inauguraret, publico in Consistorio, dicens: *Neque enim sibi honorem præsumptuose adsumpsit, ut Imperator fieret, sed, tanquam desideratus, optatus, postulatus à Nobis, & à Deo vocatus & honorificatus ad defendendam Religionem, & Christi utique servos tuendos, humiliter ac obedienter accessit &c.* Vid. *Pithœus, Script. Franc.* p. 501 & 502; & præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Caroli Calvi* p. 460.

Urbanus II, in Diplomate, *Hirsaugiensi* Ecclesiæ, sub finem Seculi XI, dato: *Advocatum autem Imperatorem Romanorum, Qui & Noster Advocatus est, præficimus &c.* Vid. Tom. I *Documentor. Würtenbergicor.* pag. 550.

Victor II, in Epistola ad Patriarchas, Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, Duces, Marchiones, Comites &c. Apud *Radevicum*, lib. 2 de *Gestis Friderici I*, Cap. 50, p. m. 535: *Dominum Imperatorem Invictissimum commonendo rogetis, quatenus Imperio, sibi à Divina Clementia commisso, & Ecclesiæ Dei, Sponsæ Jesu Christi, cujus Advocatus & Defensor divinitus est constitutus, providere & subvenire non tardet &c.*

Alexander III, Victoris Antagonista, in Responsione Legationi Cæsareæ data, An. 1159, apud *Baronium*, T. XII *Annal.* ad h. a. §. 72, pag. 430: *Nos recognoscimus Dominum Imperatorem ex collato Sibi Dignitatis debito, Advocatum, & specialem*

lem Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Defensorem.

Innocentius III, in C. 34 *Venerabilem*, X. de *Electione*; ubi sermo de electione Imperatoris: *Nunquid enim, si Principes admoniti, & expectati, vel non potuerunt, vel noluerunt, in unum propositum convenire, Sedes Apostolica Advocato & Defensore carebit?*

Gregorius IX, in Epistola ad *Fridericum II.* Imp. *Cum Advocatus Ecclesiæ idem intelligi debeat, quod Defensor, si Defensoris omittis officium, nomen improprie retines Advocati &c.*

Alexander IV, in Epistola ad *Gerhardum* Moguntinum, *Anagniæ* data, An. 1256, 5 Kal. Aug. de non eligendo in Cæsarem, *Conradino*, apud *Angelum Mariam Cherubinum*, T. I *Magni Bullarii Romani*, pag. 137, verbis præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Conradi IV.* v. 3, pag. 618, occurrentibus.

Urbanus IV, in Epistola ad *Richardum* Imp. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 13: *Ut Imperii Romani fastigium, & ejus culmini præsidens, specialis Advocati & Defensoris præcipui circa Ecclesiam gerat Officium, &, in Ipsius fortitudine brachii, defensentur Ecclesiæ libertates; & Jura manuteneantur ipsarum; extirpentur hæreses; cultus Christianæ Fidei amplietur, &, inimicis consternatis ejusdem, in pacis pulchritudine, sedeat Populus Christianus, & in requie opulenta quiescat &c.*

Clemens V, in literis ad *Henricum Luzelburgicum* Imp. de An. 1309, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom 2, §. 49 Mantissæ, pag. 258: *Sacerdotium vero pium & tutum debet habere recursum ad Imperialem Mansuetudinem, debita sibi veneratione conjunctam, ut Imperii Romani fastigium, & ejus culmini Præsidens, specialis Advocati & Defensoris Præcipui, circa Ecclesiam gerat Officium, & in Ipsius fortitudine brachii defensentur Ecclesiæ; libertates & jura manuteneantur ipsarum; extirpentur hæreses; cultus Christianæ Fidei amplietur, & inimicis consternatis eidem,* (ejusdem) *in pacis pulchritudine sedeat Populus Christianus, & in requie opulenta quiescat &c. &c. &c.*

Ecce, quid de eadem, Principes Imperii, Virique graves alii!

Adventius, Metensis Episcopus, habita, præsente *Carolo Calvo*, in Ecclesia *S. Stephani*, Metis, An. 869, oratione, inquit inter alia: *Ille, qui voluntatem timentium se facit, & deprecationes eorum exaudit, in concordi unanimitate, praelegit Hunc Regni hujus* (Lotharii) *heredem esse legitimum, cui nos sponte commisimus, Dominum videlicet præsentem hunc Principem nostrum, Carolum, ut nobis præsit & prosit; videtur nobis, si vobis placet, ut signo certissimo demonstremus, Illum à Deo electum, & nobis datum Principem ---- ad salutem & defensionem suæ Sanctæ Ecclesiæ &c.* Vid. *Vita Ludovici Pii*, apud *Freherum*, c. 21, pag. 478. Archi-Episcoporum, Episcoporum, reliquorumque qui præsentes erant, cum *Johannes VIII*, Ticini, an. 877, causam laudati Principis solenniter peroraret, testimonium præced. §. 8, lit. a, v. 6, exhibui.

D. *Bernhardus*, Clarevallensis Abbas, in Epistola ad *Conradum III* Imp. apud *Goldastum*, Tom. 2 *Monarchiæ*, pag. 68 ait: *Accingere gladio tuo super femur tuum, Potentissime! & restituat sibi Cæsar, quæ Cæsaris sunt, &, quæ sunt Dei, Deo. Utrumque interesse Cæsaris constat; & propriam tueri coronam, & Ecclesiam defensare; alterum Regi; alterum convenit Ecclesiæ Advocato &c.*

Cardinales Romanæ Ecclesiæ, tempore Schismatis, An. 1159, ab obitu *Hadriani IV*, exorti, scribunt ad *Fridericum I* Imp. apud *Radevicum*, de Gestis hujus Cæsaris, Lib. 2, Cap. 53, pag. 540: *Considerate & advertite, qualiter circa Sacro-Sanctam Romanam Ecclesiam, & circa unicum sponsum ejus, Dominum Nostrum Jesum Christum, --- oporteat Vos habere, & qualiter eam ab impugnatoribus, & præsertim ab Schismaticis, & Hæreticis, ex Imperialis Officio dignitatis, protegere debeatis, modis omnibus, ac tueri. Nos siquidem Vos, sicut Specialem Defensorem & Patronum Ecclesiæ Romanæ, modis omnibus honorare intendimus &c.*

Weichbild Magdeburgense, Art. VIII, apud *Goldastum*, de *Consuetudinib. Imper.* pag. 170, hæc suppeditat: *Principes tandem & Liberi Domini, ac omnes Militiæ nomen habentes, cum Romanis conveniendo consultarunt, ut Jure aliquo Imperium stabiliri possit: sanxeruntque Regi Jus, quod Sedem Romanam gubernare & defendere debeat, ex parte S. Petri, gladio seculari: à quo & adhuc Advocatus Romanus dicitur, & Sibi jus, ac judicia omnia, vacant in Civitatibus singulis, ubi advenerit Theutonicam Provinciam; Itidem moneta & telonea etiam vacant: quia Advocatus, ut dictum est, Romanus dicitur &c.*

De sententia *Electorum*, occasione *Henrici VII* Luzelburgici, An. 1309, in Regem Romanorum electi, in eandem rem declarata, evolve Acta istius

electionis, præced. Lib. I, Tit. V, in vita ejus, pag. 644 & 645.

Iidem, in Epistola ad futurum Pontificem, An. 1314, apud *Londorpium* Tom. 4 *Act. Publ.* Lib. 3, Cap. 108, pag. 731, de electione *Ludovici Bavari*, commemorant: *Consensimus concorditer in eundem Ludovicum, & Ipsum nominavimus, quilibet nostrum pro se, nullo penitus discrepante, in Romanorum Regem eligendum, in Imperatorem postmodum promovendum, & in Advocatum Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ, viduarumque & orphanorum, defensorem &c.* Et rursus, in literis ad *Benedictum XII*, de An. 1339, apud *Henricum Rebdorfiensem*, in Annalib. ad h. a. pag. 428: *Omnes unanimes fuimus, &, nullo penitus discrepante, pro defensione & recuperatione jurium, honorum, bonorum, libertatum, consuetudinum, Sacri Romani Imperii, ac totius Christianitatis, ad cujus Regimen & defensionem idem Imperium principaliter ordinatum dignoscitur, disposuimus & ordinavimus &c.*

Pertinet huc quoque: *Das Bedencken der Churfürsten, Fürsten und anderer Verordneten zum Großen Außschuß, in puncto des Glaubens, verlesen am Sontag Quasimodogeniti, An. 1529*, apud Dn. *Müllerum*, Lib. I, Historiæ *von der Evangelischen Stænde Protestation und Augspurgischen Confession*; Cap. 3, §. 3, pag. 26: *So achten Churfürsten, Fürsten, und die Verordnete des Außschuß, für nottürftig und gut, daß solchs der Kayserl. Majest. genediges Erbieten, zu hohen untertenigen Danck, angenommen werde, mit Anzaige; Nachdem, in viel gehalten Reichs-Tägen, davon nottürfftiglich und tapffer geratschlagt und beschlossen, aber biß anhero, nicht zu geringen Unrath und Erweiterung obangezaigten des H. Glaubens Mißverstandt und Irrung, beschwerlich angestanden, und dahin gewachsen, daß der Handel nunmehr kein lenger Zeit, oder Verzugk erleiden möcht &c. und angehefter Bitt, daß Ihr. Majest. als der Oberst Vogt, und Haubt der Christenheit, solchen schweren Fall, und obliegen gemeyner Deutzschen* Nation, *zum höchsten behertzigen, grössern vor Augen stehenden Unrath fürkommen, und genediglich fürdern, und gewißlich daran sein wolt, daß ein frey Christlich*, General-Concilium, *zum ersten es immer müglich, und ungeverlich aufs lengst in aynem Jahr, nach* dato, *ausgeschrieben, und darnach zum lengsten in aynem Jahr, oder anderthalben, angefangen, und in Deutzscher Nation, an den hievor bestimten Plätzen, als zu Metz, Cölln, Mayntz, Straßburg, oder an ayner andern gelegen Malstatt in derselben* Nation, *gehalten, damit die Deutzsche* Nation *im dem Heil. Christlichen Glauben verainigt, und der schwebend Zwaispalt erörtert werden möge &c. Compositions-Mittel der Sieben Ræmisch-Catholischen Verordneten zum Engern Außschuß*, ibid. Lib. 3, Cap. 29, §. 8, pag. 756: *Daß, auf Zulassung, oder* permittiren *Päbstlicher Heiligkeit, oder Ihres* Legaten, *mit Wissen und Bewilligung Kayserl. Maj. als Obersten Advocaten der Kirchen, vergünnet würde, daß allein an denen Orten und Pfarren, und derselben Pfarr-Unterthanen, do es itzo etzlich Jahr im Brauch fürgenommen, das Sacrament der Communion des Leibs und Bluts Christi, doch mit vorgehender Beicht, wie von alters Herkommen, unter beyden Gestalten, den Begehrenden ausgetheilt, oder gereicht werden möcht &c.* Conf. ibid. §. 21, p. 782.

Prælati Würtenbergenses, in Memoriali, *Was bey dem Franckfurtischen Compositions-Convent, wegen der in Würtenberg gelegener und restituirter Stifft- und Gottes-Hæuser, in acht zu nehmen?* apud *Londorpium* l. c. lib. 2, Cap. 1, §. 14, ad An. 1631, pag. 239, verb. *Insonderheit auch der Ursach, daß die Hertzogen zu Würtenberg, in ihrem Land, die Geistliche --- verfolgt, und letzlich gar von Land gejagt, daß* Carolus V, *als der Rechte und Oberste Advocatus, Sie, mit gewehrter Hand, wieder einsetzen, und Hertzog Ulrich*, An. 1548, *sich gar verschrieben und* reversiren *müssen, die Geistliche vollkommentlich ---- zu* restituiren &c.

Casparus, Athenarum Archi-Episcopus, *Urbani VIII*, P. R. Nuncius, in Protestatione, An. 1641, 8-18 April. in Comitiis Ratisbonensibus, contra Protestantium gravamina, in Puncto universalis amnestiæ, Cæsari oblata, *in Theatro Europ.* Tom. IV, pag. 490: *Cæsaream Vestram Majestatem, ut Romanum Principem, & Ecclesiæ Romano-Catholicæ Advocatum & Defensorem, rogo, requiro, & hortor, ut, Majorum suorum vestigiis inhærens &c.*

Electores, Principes & Status Romano-Catholici, in Responsione ad Protestantium gravamina, de An. 1646, & quidem ad Gravamen VI, apud *Londorpium* l. c. Tom. V, lib. 2 Cap. 117, pag. 1072: *Und ist sich nicht wenig zu verwundern, daß die Augspurgische* Confessions-*Verwandte --- einem Ræmischen Kayser, oder König, dem Ober-Haupt im Heil. Reich, und Obersten Vogt der Christenheit ---*

allen

allen Gewalt in Religions-*Sachen - - - entziehen &c.* Sexcenta testimonia alia ut mittam; Conf. *Lupoldus de Babenberg*, de *Zelo veterum Principum Germaniæ*, Cap. 15, pag. 233; & de *Jure Regni & Imperii Romani*, Cap. IX, p. m. 187, & Cap. XIII. pag. 200; *Andreas Knichen*, de *Saxonum Jure non provocandi*, verb. *Ducum*, Cap. 5, §. 495 &c. *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanorum*, Cap. 2, Sect. 1, §. 23 &c. pag. 33, & Sect. 2, §. 1, pag. 34; & Cap. 4, Sect. 6. §. 4, pag. 107. *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. 63, §. 11, pag. 158; *Schützius* Vol. 1, *Jur. Publ.* Exerc. 1, §. 22, lit. D, pag. 62; *Du Fresne*, Gloss. voc. *Advocati Ecclesiarum*, p. 79 &c. *Spelman*, Gloss. voc. *Advocatus*, pag. 20; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Vogt*, p. 484; *Rudinger*, *Observat. singul.* Centur. V, Observat. 33, voc. *Vögten*, pag. m. 715; *Limnæus*, ad *Capitul. Caroli V*, Art. 1, voc. *Die Kirchen, als derselben Advocat*, pag. 133 &c. *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, p. m. 387; *Paullini*, de *Advocatis Monasticis*, §. 32 & 33, pag. m. 563 &c. *Strauchius*, Diss. Exot. 4, §. 12, pag. 98 &c. *Hugo*, de *Statu Regionum German.* Cap. 3, §. 25; *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. 2, §. 101, pag. 115; *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. 25, §. 2. pag. 245 &c. *Europ. Heroldt*, Tom. 1, pag. 876 &c. L. B. de *Lyncker*, Comment. ad *Capitul. Josephi*, Art. 1, voc. *Advocatus*, pag. 3 &c. *Lincken*, de *Jure Episcopali*, Cap. XVII, §. 4 &c. p. 615, & §. 98 &c. pag. 661. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. VII, pag. 342 &c. *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Art. 1, Cap. 2, pag. 88 &c. *Werlhof*, Cap. 2, *Juris Publici enucleati*, pag. 32 &c. Auctor *Spicilegii Observationum ad Capitulationem Caroli VI*, Art. 1, verb. *Als derselben Advocat &c.* p. 13 &c. *Joh. Franciscus Berndes*, Diss. Inaug. de *Negotiis Cæsarea Capitulatione annullatis*, Præside Ill. Dn *Stryckio* An. 1703, Halæ habita, Cap. 2, §. 2 &c. pag. 32 &c. Et Frid. Lud. *Weißmannus Advocatiam ab Imperatore Protestantium Ecclesiis non minus ac Rom. Catholicis æqualiter præstandam* sub Præsidio Dn. Gabr. *Schwederi* Tubingæ An. 1723. d. --- Decembr. assertam dedit.

(b) EXCEPERUNT &c. Verba Articuli Primi hujus Projecti ita sonant: *Der Erwehlte Römische König, und Käyser, soll und will die Christenheit, den Stuhl zu Rom, Päbstliche Heiligkeit und Christliche Kirche, als derselben* Advocat, *in gutem treulichen Schutz halten ---- und will nicht gestatten, daß denen Standen, in Ihren* Territoriis, *in Ihren* Religion-Politischen *und* Justitien-*Sachen*, sub quocunque prætextu, *vor- oder eingegriffen werden soll ---- So viel aber, in diesem Articul, den Stuhl zu Rom, und Päbstliche Heyligkeit, betrifft, wollen die drey Churfürsten, Sachsen, Brandenburg und Pfaltz* (qui tunc adhuc Protestantium Religionis erat) *sich, und Ihre* Religions-*Verwandte Fürsten und Stände, Kayserliche Majestät damit nicht verbunden haben; gestalt dan auch gedachte* Advocatiæ *dem* Religion- *und* Profan-*auch dem Münster- und Osnabrückischen Frieden, zum Nachtheil nicht angezogen, noch gebraucht, sondern denen drey obbenanten Churfürsten, und sämptlichen ihren* Religions-*Verwandten im Reich, gleicher Schutz geleistet werden solle &c.* Vid. Dn. *Muldeneri Capitulatio Harmonica*, p. 145 & 146. *Faber*, Tom. XVII. *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, pag. 683; Dn. de *Münchhausen*, Tract. Academ. de *Capitulatione perpetua*, Edit. Jenæ, 1711, Cap. 3, pag. 109 &c. Quadrant proinde in ea, quæ jam Capitulationi *Ferdinandi IV* inserta sunt; vid. præced. lit. a, v. 5.

(c) DETRIMENTUM IMPERII &c. Officii Cæsaris cum sit, augere Imperium, Ejusque Statuum tueri jura; palam est, *Advocatiam*, quæ Ei incumbit, in Imperii, Ejusve Membrorum, detrimentum, vergere non posse. Tenetur autem Imperator, qua *Advocatus Ecclesiæ*:

(1) *Totam Christianam Ecclesiam, non tantum adversus hostes externos, seu armatos; sed & adversus internos, seu Hæreticos, defendere, ac tueri*; vid. dicta præced. §. 8. lit. a, v. 1 ad 7; quo etiam trahendæ Constitutiones, quarum l. c. v. 90 & 92, memini; nec non testimonia *Alexandri IV*, *Urbani IV*, & *Clementis V*, Pontificum Romanorum, præced. lit. a, v. 6.

(2) *Totam Romanam Ecclesiam in specialem suscipere tutelam*; quo respiciunt Cæsareæ Capitulationes omnes, Art. 1, vid. præced. lit. a, v. 5. ut & Projectum Capitulationis Perpetuæ, Art. 1, præced. lit. b.

(3) *Ecclesias & Monasteria Imperii Romano-Germanici, eorumque Homines & Bona, specialissime protegere*; quo faciunt diplomata omnia, quibus Imperatores dictas Ecclesias & Monasteria, eorumque Homines & Bona, in *mundiburdium*, seu tutelam publicam & defensionem, receperunt; apud *Hundium* in *Metropoli*; *Pistorium*, in *Antiquitatibus Fuldensibus*, & *Chronico Mindensi*; *Lindenbrogium*, in *Privilegiis Ecclesiæ Hammaburgensis*; *Schatenum*, in *Annalib. Paderbornensibus*; Dn. *Heineccium*, in Annal. *Goslariensibus*; Dn. *Kettnerum*, in *Antiquitatibus Quedlinburgicis*; Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Michaelsteinensibus*, *Amelunxbornensibus*, *Græningensibus*, *Haberstadensibus*, *Pældensibus*, *Blanckenburgensibus*, *Gandersheimensibus*, *Ilfeldensibus &c.* *Sagittarium*, in Antiquitatibus *Magdeburgicis*; *Tentzelium*, in *Appendice*

Vindiciarum censura Conringiana diplomatis Ludoviciani Lindaviensium; Dn. *Robertum Kolb*, in *Aquila Certante*, inter Documenta, §. 7 &c. pag. 7 &c. Dn. *Lunigium*, in *Spicilegio Ecclesiastico*, passim, pluresque alios, ejusmodi Documenta posteritati asservantes. Qua formula Sacratissimus Imperator *Leopoldus*, sub dato *Wien*, 17 Dec. 1701, Capitulum Coloniense in specialissimam Imperii tutelam susceperit, docet *Faber* Tom. VI *der Staats-Cantzley*, Cap. VIII, §. 16, pag. 545 &c. Vocem *Mundiburdium* præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 7, lit. b, pag. 977 explicavi. Conf. Chartæ Traditionis *Embildæ* Abbatissæ, Cœnobio Fuldensi factæ Anno 800, apud *Pistorium*, Lib. 2 *Traditionum Fuldensium*, Charta 38, p. m. 510: *Post obitum vero nostrum, & discessum de hac luce, Monasterium istud, seu Congregatio loci istius, sub vestro Dominio, vestroque auxilio & defensione, seu Mundeburde, de omni tempore secura consistat &c.* Add. *Du Fresne*, Glossar. voc. *Mundiburdus* & *Mundeburdis*, pag. 695 &c. *Spelman*, Glossar. voc. *Mundeburde*, pag. 423 &c. *Paullini*, de *Advocatis Monasticis*, §. 14, p. 546; Quamquam quilibet Summus Magistratus, etiam qua talis, tutelam hanc Ecclesiis & Monasteriis, in Territorio suo existentibus, debet; vid. *Nitzschius*, ad Capitulat. *Josephi*, Art. 1, Cap. 2, §. 4, p. 92.

(4) *Romanæ Ecclesiæ Jura & Privilegia*, (*salvis tamen ubique Legibus Imperii fundamentalibus*,) *sarta tecta servare*. Facit huc, præter allegatas Capitulationes Cæsareas, idem involventes, Oratio, a Serenissimo Principe *Liechtensteinio*, Cæsareo ad Pontificiam Sedem Legato, Anno 1691, 12 Febr. publico in Consistorio proposita, apud *Fabrum*, Tom. 1, *der Staats Cantzley*, Fascicul X, pag. 750, ubi: *Hujus S. Ecclesiæ Advocatus est Cæsar, Dominus meus Clementissimus; hoc titulo glorioso præfulget Diadema Cæsareum; hoc munus est Imperatoris, patrocinari Ecclesiæ; personam, dignitatem, authoritatem Summi Pontificis, & Summæ Sedis Apostolicæ, tueri, ejusque jura sarta & intacta servare &c.*

(5) *Ecclesiarum & Cœnobiorum S. R. Imperii Jura & Privilegia tueri & propugnare*. Eo respexit *Leopoldus* Imp. in literis ad Cardinalem *Cibo*, sub dato *Sopronii*, 1681, 14 Nov. in causa Capituli *Wormatiensis*, contra *Hermannum Lotharium*, ab *Auwach*, Romani Pontificis gratia stallum inter eos ambientem, exaratis, scribens: *Sane, cum Nostra, hac in parte, intercessionis officia dictum Capitulum sollicite requirat, pro ratione muneris Nostri Imperatorii, qua Ordinum Statuumque Imperii, ac præsertim Ecclesiasticorum, Jura Privilegiaque, ac Statuta antiqua, protegere, & conservare nobis incumbit; non possumus quin &c.* Nec non Reverendissimum Capitulum *Wormatiense* ipsum, in literis ad laudatum Imperatorem 12 Oct. 1685, in eadem causa, præced. Lib. I, Tit. XX, §. 7, lit. a, p. 895, verb. *Sie, als ein Großmæchtigster Conservator & Protector aller Ertz- und Stiffter des H. R. Reichs, gnädigst geruhen wollen, in Behertzigung Unserer angeführten erheblichen* Motiven, *Uns, und diß arme Stifft, in Kayserliche Protection zu nehmen &c.* Et *Marquardus Rudolphus*, Constantiensis Episcopus, in literis ad Electorem Trevirensem, sub dato *Mörsburg*, 29 Febr. 1696, in causa *Petri Philippi* Bar. de *Berleps*, à dicta Romana Sede Capitulo obtrusi, scriptis, apud *Fabrum* l. c. Tom. 2, Fascic. 2, pag. 41 & 42: *Als haben Wir dieselbe hiemit angelegentlich ersuchen wollen, Ew. Gn. geruhen - - - Sich dieser Sach - - - kräfftigst anzunehmen, zumahln in solche Wege zu richten, damit man in Zeiten die Gefahr abwende, und beym Kayserlichen und Päbstlichen Hof gemeinsamlich dahin trachte, daß die Ertz- und Hoch-Stiffter im Reich bey ihren Freyheiten conservirt; die Concordata Germaniæ heiliglich beobachtet, und diese so wohl als jene, von Seiner Kayserlichen Majestæt, als Supremo Ecclesiarum Cathedralium Advocato, (vermöge aller Wahl-*Capitulationen *beeder Regierender Römischen Kayserlichen und Königlichen Majest. Majest. wie auch Dero Glorwürdigsten Vorfahren,) allergnædigst beschützt werden mœchten &c.* Add. *Capitulum Augustanum*, in literis ad Cæsarem, sub dato Augspurg, 29 Mart. 1696, in eadem causa, apud *Fabrum* l. c. pag. 50: *Wann dann nun so wohl selbiger- und anderer Ertz- und Hohen Dohm-Stiffter im H. R. Reich, in undencklicher* Observanz *gegründete* Statuta, *als auch die* S. S. Canones *selbsten, die* promotiones ad Canonicatus & Beneficia Ecclesiastica, *dergleichen mangelhafften Personen, zu* evitirung *der Scandalorum - - - auf alle Weise verbiethen - - - als gelanget an Ew. Röm. Kayserl. Majest. neben mehr befagtem Dohm-Capitel zu Costantz, zugleich auch Unser allerunterthänigstes bittliches Anlangen, dieselbe geruhen, als Aller-Hæchster Schutz-Herr und Advocatus derer sæmptlichen Teutschen Ertz- und Dohm-Stiffter, hierinfalls Ihre allergnædigste* Protection *allermildest mitzutheilen - - - damit das Dohm-Stifft zu Costantz, mit der* Promotion *dergleichen, mit so starcken augenscheinlichen Leibs-*Defecten *behaffteten, Persohnen, verschonet, der sonsten daraus erfolgende höchstgefährliche Eingang dadurch abgewendet, und mehr angezogene*

zogene Teutsche Ertz- und Dohm-Stiffter bey ihren Statutis, Juribus & Privilegiis *ungekränckt* conservirt *werden mögen &c.* Præsertim, Rescriptum Cæsareum ad Comitem de *Martinitz*, Oratorem Imperialem in Aula Papali, sub dato Wien, 3 Mart. 1696, apud eundem, l. c. pag. 57: nec non Dn. *Cortrejum*, *Corp. Jur. Publ.* Tom. I, Part. VI, in notis ad *Concordata Friderici III Imp. & Nicolai V, pag. 16*: *Obwohln Wir nun Ihme, von Berleps, in dem Stand zu seyn wünschen möchten, daß er sothaner von Ihrer Päbstlichen Heiligkeit erlangten Gnad theilhafftig werden, und im Werck selbsten geniessen könte: Nachdem aber die im berührten Schreiben angeführte Umbstände und Mängel von der Eigenschafft seind, daß die Päbstliche* Provision *zu Costantz, ohne Verletzung des Hoch-Stiffts* Privilegien, Statuten, *und Alt-hergebrachten* Observanz, *nicht angenommen werden kan, und Uns benebens, in Krafft Unsers hœchsten Kayserlichen Ambts, forderist oblieget, nicht nur bemeldte des Stiffts Costantz, sondern auch aller übriger des Reichs Hoher Ertz- und Dohm-Stiffter Jura, aufrecht zu erhalten; und, was denenselben zu einigen Nachtheil gereichen kan, auf alle Art und Weise abzuwenden; so ist hiemit Unser Gnädigster Befehl, daß Du &c.* Jung. Memoriale *Dieterici de Plettenberg*, Legati Monasteriensis, in puncto Gravaminum, contra Aulam Papalem, in Imperii Comitiis exhibitum, apud *Fabrum*, l. c. Tom. V, Cap. 4, Fascic. 2, pag. 142, verb: *zugleich auch Ihrer Kayserlichen Majest. als Supremo Ecclesiæ Advocato*, pro Justitia, *beweglichst zu* recommendiren &c. ut & literæ Imperatoris *Josephi* ad Fœderatos Belgas, sub dato Viennæ, 16 Aug. 1706, in causa celebrandæ electionis Episcopi Monasteriensis, apud eundem, Tom. XI, Cap. 13, §. 8, pag. 729: *Libertas Capitularium Germaniæ, in eligendis Præsulibus, Nobis præ aliis, vi Officii Nostri, curæ esse debet &c.* Ut taceam reliqua scripta, in eadem causa tunc emissa. Conf. Capitulationes Cæsareæ omnes, Art. I.

(6) *Fundationes, Oblationes, Donationes, Ecclesiis factas, confirmare;* Testes hic rursus sunt innumera Diplomata, hunc in finem promulgata. Conf. *Paullini* l. c.

(7) *Pacem & Concordiam Ecclesiasticam in Imperio, modis omnibus promovere & conservare.* Id volunt verba Capitul. *Caroli* V, Art. I: *Darzu insonderheit in dem H. Reich Fried, Recht, und Einigkeit, pflantzen, und aufrichten, und verfügen sollen und wollen:* quæ in subsequentibus Capitulationibus omnibus, Art. I, repetita sunt; add. R. I. *Spirens.* An. 1544, §. 77. *Erstlich &c.* & alibi passim; nec non *der Chur und Fürsten Bedencken*, in Puncto *des Glaubens*, de An. 1529; præced. lit. a, v. 6.

(8) *Protestantibus in Imperio, (tam in Ecclesiasticis, quam Politicis,) eandem, quam Romano-Catholicis, tutelam largiri;* vigore Pacificationis Religiosæ An. 1555, Instrumenti Pacis Osnabrugensis An. 1648, Capitulationis *Ferdinandi IV*, Art. I, ut & subsequentium Imperatorum; præced. lit. a. v. 5. Conf. *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. 2, Cap. VII, §. 5, pag. 346.

(9) *Ut Verbum Domini pure doceatur, curare;* Vid. R. I. Norimberg. An. 1524, §. *Und ist darauf*, 29, ibi: *Es sollen auch Unser Statthalter und Regiment, darzu Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Grafen und Stände des Reichs, daneben mit sonderm hohen Fleiß und Aufmercken, Versehen, daß mitlerzeit das H. Evangelium und Gottes Wort, nach rechtem wahren Verstand, und Außlegung der von gemeiner Kirchen angenommenen Lehrern, ohn Aufruhr und Aergerniß, geprediget und gelehrt werde &c.* nec non, ut

(10) *Ceremoniæ, so zum Aberglauben Ursach geben möchten, abrogentur;* Vid. R. I. Augustan. 1548, §. 13, *Nachdem auch &c.*

(11) Tempore Concilii Oecumenici ita se gerere, ac præced. §. 8, lit. a, per tot. fuse expositum.

Unde simul patet Cæsarem in Imperio, Regesque in Regnis suis, multa posse *qua tales*, & etiam qua *Advocatos Ecclesiarum*, Regnorum suorum.

(*d*) CONVOCANDI &c. de hoc Jure actum præced. §. 8, lit. a, v. 15 &c.

12. Jura Majestatis Reservata Politica Imperatoris versantur, primo, circa Leges; (*a*) & quidem Leges particulares condere, seu Privilegia & immunitates, (*b*) dignitatesque (*c*) concedere in quibusdam, est solius Imperatoris. Vid. Limn. Lib. 2, Cap. 19 &c.

NOTÆ.

(*a*) LEGES &c. De Jure ferendi Leges Imperii Fundamentales, vid. seq. Tit. 3, §. 4.

(*b*) IMMUNITATES &c. Modo non vergant in præjudicium Legum Imperii, Capitulationum præsertim, quibus cautum, relinquenda aliorum Jura sarta tectaque, nec in eorum fraudem novi quid introducendum.

(*c*) DIGNITATESQUE &c. vid. seq. v. 58.

13. Huc referuntur Dispensationes, cujusmodi sunt: Primo, Legitimatio Naturalium & Spuriorum: & quidem Legitimationem Filiorum Principum, (a) Comitum, & Baronum, Ipse Imperator Sibi reservare solet. Novissimum Exemplum est Comitis Antonii Oldenburgensis, qui ab Imperatore Ferdinando III natalibus donatus, atque in Comitiis Ratisbonensibus, An. 1654, Sacri Romani Imperii Comitis axiomate decoratus est. (b) Alios vero legitimat, vel Ipse (c) immediate, vel mediate, per eos, quibus, singulari gratia, potestatem legitimandi concedit, ut sunt Comites Palatini, *Reichs-Hof-Grafen*, (d) qui etiam interdum Comites Sacri Palatii Lateranensis (e) dicuntur. Mundius, Tract. de Comitibus Palatinis, c. 3, n. 97. Vid. Exemplum apud Goldastum, Tom. 3 Constit. pag. 398.

NOTÆ.

(a) LEGITIMATIONEM FILIORUM PRINCIPUM &c. Legitimationem hanc inter Reservata Imperatorum referendam, fatentur fere omnes. Nobilissimum Exemplum suppeditat *Rudolphus Habspurgicus* Imp. qui, sub dato *Znoymæ*, 2 Non. Januar. Indict. VII, An. 1278, liberos *Henrici Illustris*, Misniæ Marchionis, ex *Elisabetha Maltitia* (non Miltitia) procreatos, legitimos ejus hæredes feudales pronunciavit, acsi utroque Parente Principe nati essent. Vid. præced. Lib. 1, Tit. XVII, §. 13, lit. c, in Vita *Henrici Illustris* laudati, pag. 652. Hinc est, quod in Diplomatibus *majorum Comitivarum* expresse eam sibi reservent, teste. Diplomate *Sigismundi* Imp. sub dato *Romæ, ad S. Johannem in Laterano*, An. 1433, 1 Junii, quo Cancellarium suum, *Casparum Schlickium, Lateranensis Palatii Comitem* constituit, apud Dn. *Lunigium*, in *Spicilegio Seculari*, Part. 2, 44 *Absatz*, §. 2, pag. 1176; *Eadem auctoritate Tibi, & Heredibus tuis, concedimus & elargimur, quod possitis & valeatis, Naturales, Pastardos, spurios, manseres, & quoscunque ex damnato coitu procreatos, viventibus seu etiam mortuis ipsorum Parentibus, legitimare, Illustrium Principum, Ducum Comitum & Baronum Filiis duntaxat exceptis, & eos ad omnia Jura legitima restituere &c.* Quæ, totidem verbis, in diplomate, quo, sub dato Romæ, An. eod. 8 Aug. eandem dignitatem *Matthæo & Henrico Schlickiis* contulit, ibidem, §. 3, pag. 1178, repetuntur; sic in Comitiva *Ferdinandi III* Imp. sub dato *Wien*, 16 Novemb. An. 1650, Illustrissimo Comiti *Christiano Ranzovio* concessa apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. 109, pag. 192, v. 5, *Der vorgenante Christian, Graf zu Rantzau, und seine nachkommende Erben, sollen auf Manns- und Weibs-Personen, Edel, und Unedel,* (NB. *allein Fürsten, Grafen und Frey-Herren, außgenommen,*) *jung und alt, so außerhalb der Heil. Ehe gebohren seyn, sie seynd gleich von Ledigen; einem oder zweyen ehelich Verheyratheten: zu nahe gesipten Befreundten oder Verschwägerten: Geweyhten,* Consecrirten *und* Vovirten *Personen, oder, aus andern, in Geist- und Weltlichen Rechten verbottenen und verfluchten Vermischungen, wie die alle sämbtlichen und besonders beschehen und fürgegangen, oder immer Nahmen haben möchten,* legitimiren *und ehelich machen; und mit derselben, ihrer unschuldigen* Macul *und Vermählигung der Unehlichen Geburth halber,* dispensiren, *solche* Macul *und Vermählигung von ihnen gantz aufheben, abthun und vertilgen, und sie in die Ehre und Würde des ehelichen Standes setzen und erheben, also, daß denen, wie obstehet, von ihnen geehlicht und* legitimirt, *solche ihre uneheliche Geburth, weder in- noch außerhalb Gerichts, noch sonsten in keine andere Weise, zu keiner Schmach und Schande, fürgehalten, noch sie deren in einigen Händeln oder Sachen nicht entgelten, sondern für redlich gehalten, und zu allen Ehren, Würden, Aemptern, Zünfften, Handwercken, wie andere, so von Vatter und Mutter ehelich gebohren seyn, angenommen und zugelassen werden, und denselben auch aller und jeglicher Gnade, Freyheit, Vortheil, Recht, Gerechtigkeit, und gute Gewohnheit, mit Lehen und Aemptern, anzunehmen und zu empfangen, und zu tragen; Lehen und alle Gerichte zu besitzen; Urtheil zu schöpffen; und Recht zu sprechen: in allen und jeglichen Ständen und Sachen fähig; des alles empfänglich; und darzu tauglich und gut seyn; auch ihre Vätter, Mütter und Geschlechte Namen, Stand, Schild, Helm und Kleinod haben und führen: sich auch deren, zu allen ehrlichen Sachen, nach ihrem Willen und Wohlgefallen, gebrauchen; auch aller Erbschafft, es sey durch Testament, letzten Willen,* Donationen, *oder* ab intestato, *und in alle andere Wege, fähig zu seyn: und dieses alles und jedes, sampt und absonderlich, freyen, gebrauchen und geniessen: Darzu sollen und mögen solche* legitimirte *Personen, allen und jeglichen, Geistlichen und Weltlichen, durch letzten Willen, Geschäfften, und in andere Wege, auch* ab intestato, *zu bevorab und insonderheit ihren*

ren Vättern, Müttern und Befreunden, ohne Mittel succediren, *und dieselben, gleich als ob sie aus ehelichen Stande gebohren und herkommen wären, erben, und aller* Legaten*fähig und empfänglich seyn, unangesehen und ungehindert aller Rechten, Satzungen, Statuten, Ordnungen, Gewohnheiten, Gebrauch und Freyheiten, so darwieder seyn, und aufkommen, verstanden oder angezogen werden möchten, denen Wir, in diesem Fall, gäntzlich* derogirt *haben wollen; doch den andern ehelichen natürlichen Erben, in Ab- und Auffsteigender Linien derselben Geschlechte, an ihren gebührenden Erbschafften und* Legitima *unschädlich. Es mag auch mehrgedachter Graf zu Rantzau, und seine Erben, und Ihre Nachkommen, ihrem freyen Willen nach, die obermelte Unehelich Gebohrne, entweder zu obgesetzten allen sämptlich, oder allein zu etlichen Stücken derselben absonderlichen, wie es Ihnen jedesmahl gefällig seyn wird,* legitimiren, *fähig, empfänglich und theilhafftig machen &c.* Eadem inseruit *Leopoldus* Imp. Diplomati *majoris Comitivæ*, *Philippi Eswini* L. B. *Schoenbornii*, sub dato *Wien*, 1663, 29 Januar. apud Dn. *Lunigium Spicileg. Secul.* Part. 2, 45 *Absatz*, Tit. *Schoenborn*, §. 1, pag. 1208; Similiter, *Comitiva* Sereniss. Principis *Johannis Adolphi Schwartzenbergici*, sub dato Viennæ, 20 Octobr. 1671, ibid. 48 *Absatz*, Tit. *Schwartzenberg*, §. 54, pag. 1334; rursus, *Comitiva* Illustriss. Comitis *Leopoldi Wilhelmi* de *Kœnigseck*, sub dato *Wien*, 15 Octobr. 1675 ibidem, Part. 1, XVII *Absatz*, Tit. *Konigseck*, §. 4, pag. 362; pariter ac *Comitiva* Illustriss. *Johannis Lucæ*, & *Francisci Adolphi Diderici*, Liberorum Baronum de *Ingelheim*, sub dato *Pardubis*, 27 Maji, An. 1680, apud Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, de An. 1719, in Appendice, pag. 151; nec non *Comitiva*, qua, sub dato *Wien*, 22 Decemb. An. 1691, *Christianum Wilhelmum* Comitem (postea in *Principum* classem evectum) *Schwartzburgo-Sondershusanum*, legitimosque Ejus hæredes masculos, dignatus est, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXIX. *Absatz*, §. 1, *supplement ulter.* pag. 109 & 110; ubi semper habetur exceptio: *Allein Fürsten, Grafen und Freyherren außgenommen &c.* His autem non obstantibus, Principes quoque Imperii liberos suos naturales legitimare posse, contendit Dn. *Gribner*, Diss. de *Jure legitimandi Principum Imperii*, Resp. Dn. *Julio Friderico Rassow*, An. 1705 Lipsiæ habita, Sect. 1, §. 29, p. m. 31.

(*b*) DECORATUS EST &c. Vid. *Europ. Herold*, Part. 1, pag. 524; Dn. *Imhoff Notit. Proc. Imper.* Lib. 4, Cap. IX, §. 9, pag. m. 194. Jacobi *Ottonis* Hypotyposis *Legitimationis illegitimorum*, cum auctario *Restitutionis Famæ infamium* & *Diplomate Cæsareo Comitivæ Palatinæ*.

(*c*) LEGITIMAT VEL IPSE &c. Solum Imperatorem alios quoque, qui Principum, Comitum Baronumve titulis non inclarescunt, *legitimare* posse, sententia est *Knipschildi*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2, Cap. 4, §. 100, pag. m. 266, scribentis: *Solus Imperator habet jus restituendi natalibus, & nemo vitiosæ opinionis notas abstergere potest, nisi solus Imperator; Novel.* 74, *c.* 2; *Novel.* 89, *Cap.* 9; *L.* 1, 2, 3 *& fin. ff. & Tot. Tit. C. de Natalibus restituendis* (Lib. VI, Tit. VIII) *C. Per Venerabilem, X. Qui Filii sint legitimi &c.* Addit quidem l. c. §. 103: *Hodie, ex consuetudine, jus hoc legitimandi etiam aliis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, & Civitatibus Imperialibus, Imperatorem immediate Superiorem recognoscentibus, competere, ita tamen, ut intra limites cujusque Regni, Territorii vel Jurisdictionis, terminetur & coërceatur, plerisque visum est; Roland. à Valle, Consil.* 4, §. 43, *lib.* 3; *Paul. Castrens. Consil.* 34, §. 1 *&* 2; *Alex. Cons.* 2. *n.* 9, *lib.* 1; *Schrader de Feud. Part.* X, *Sect.* 1, *n.* 34, *& ibi alleg. Harpprecht, ad §. In Summa,* 10. §. 146, *J. de Injur &c.* mox vero subjungit, §. 104: *Verum, Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles & Civitates Imperiales, in Ditionibus suis, proprio Jure, absque singulari concessione, vel immemoriali præscriptione, legitimare non posse, de Jure verius videtur &c.* Idem docent: *Mascardus*, de *Probationibus*, Vol. 1, Conclus. 324, §. 2, pag. m. 509; *Papam* tamen adjungens; *Stamlerus*, de *Reservatis Imper.* §. 57, n. 8; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. 1, Class. V, Cap. VI, §. 128, p. m. 616; *Besoldus* de *Regalibus* c. 2, n. 2; *Sixtinus* de *Regalibus*, lib. 1, Cap. 2, §. 20; *Rosenthal* de *Feudis*, Cap. 5, Conclus. 2, §. 4: *Fritschius*, in *Manuali Juris Publici*, voc. *Legitimandi Jus*, pag. 253; ipse *Limnæus*, lib. 2 *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 140 & 142, pag. 129 & 130, thesin hanc ex *Jure Civili* decidendam arbitratur; Dn. *Multzius Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 3, §. 6 & 7, p. 276; de aliis ut taceam. Enimvero, ut reliqua Jura Majestatica omnia non nisi secundum Leges Imperii fundamentales considerari & judicari queant, ita nec hoc; proinde allegati Juris Civilis textus hic parum officiunt; cum Reipublicæ Romano-Germanicæ facies moderna toto cœlo ab ea differat, quæ tempore *Justiniani* fuit, quo Majestas illimitato Imperatori competiit, hodie ab Ordinibus Imperii, Superio-

perioritate præsertim Territoriali gaudentibus, vigore publicarum Legum, temperata; Qui jure ferendarum Legum, Armorum, pangendorum Fœderum, ineundæ pacis &c. gaudet, cur potestate legitimandi (quod longe minus est) destituatur? Nec est, quod quis objiciat: Dari Status Imperii, qui *Jus legitimandi* ex Imperatorum Privilegio nacti videntur, v. g. Duces quondam *Lucanos*, ex Diplomate *Ludovici Bavari*, de An. 1328, præced. Lib. 2 Tit. 1, §. 19, lit. a, pag. 981, verb. *In perpetuum Tibi, & legitimis Successoribus Tuis --- Damus --- auctoritatem & potestatem ---- Filios & filias naturales, tam spurios, quam vulgo quæsitos, ex damnabili coitu natos, legitimandi &c.* *Archiduces Austriæ*, ex Privilegio *Caroli V*, apud *Limnæum*, Lib. V, Cap. 2, §. 30, pag. 41 ubi: *Daß Sie auch in allen Ihren Landen, Herrschafften und Gebieten --- all und jeglich Bastarten, und ander unehlich Gebohrne, in welcherley Weiß das ist, oder was Gebrechen die an Ihrer Geburt haben, ehelichen, und zu den Rechten des, so ehelich gebohren, bringen, auch zu Ehren, Würden und Ständen, und allen Aembtern tauglich machen, und sie zu Vätterlicher und Mütterlicher, und aller ander Erbschafft, bey derselben ihr Vater und Mutter lebendig, oder nach ihrem Todt, es seyen eheliche Erben verhanden, oder nicht, zu lassen &c.* Principes *Schwartzburgicos* & *Schwartzenbergios*, Comitesque *Ranzovios*; *Kœnigseckios* ac de quibus præced. lit. a, egi &c. Quia (1) ejusmodi diplomata, quoad Jura, quæ Statibus Imperii, vi Superioritatis Territorialis, jam competunt, nemini sint præjudicio; (2) manifestum est, posse aliquem unum idemque jus variis titulis exercere; (3) *Comitivæ* totius Imperii subditos respiciunt, ita ut Status, qui ea præditus, non tantum suos, sed & alterius Status subditos, natalibus restituere queat, vigore scil. potestatis Cæsareæ, hac in parte secum communicatæ; Statibus igitur Imperii in Territoriis suis Regale hoc denegari haud poterit, præsertim, cum nulla Lex prohibitoria extet, Illique toties, nemine contradicente, illud exerceant. Electorem Brandenburgicum, *Joachimum II*, legitimasse quendam, qui in Collegium Pannisecarum, *(der Gewand-Schneider)* postea fuerit receptus, ex *Scheplizio*, Part. 4. *Constitut. March. Brandenburg.* Tit 15, qu. 1, vel ipse *Knipschildius* l. c. §. 102, pag. 266, *Limnæus* l. c. §. 142, pag. 130, & *Multzius* l. c. §. 8, v. 49, p. 276, addat licet, exemplum hoc inter extraordinaria referendum; commemorant. Facit huc Potentissimi Poloniarum Regis, *Friderici Augusti*, qua Electoris Saxoniæ, *Ausschreiben derer von gewissen Stücken gewilligten Abgaben*, de An. 1700, Cap. I, & An. 1702, c. 6, §. 14, verb: *Legitimationes personarum infamium, der Bogen zu 6 Thaler.* Conf. *Paulus* de *Castro*, Conf. 34, §. 1; *Schrader*, de *Feudis*, Part. X, Sect. I, §. 34, pag. 21, cum ibi allegatis; *Coccejus*, *Prudentia Jur. Publ.* Cap. 24. §. 8, pag. 387; *Thomasius* ad *Monzamban.* Cap 5, §. 27. lit. y, pag. 303; *Schilter Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. 24, §. 5, pag. 242; *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. Spec. Sect. I, Cap. XVI, §. 8, pag. 481, & Sect. 2 Cap. XIV, §. 9, pag. 932; & *Rhetius* Instit. Jur. Publ. Lib. 2, Tit. I, §. 11, pag. 327, & Lib. 2, Tit. IX, §. 6, p. 408, & §. 9, pag. 409, & §. 11. pag. 410, existimans tamen: *Legitimatos à Statibus Imperii, extra ipsorum Territoria, pro talibus non habendos;* quæ assertio vero aliis omnino displicet, cum (1) Vera differentia inter Imperatorem & Imperii Status respectu exercitii & effectus hujus Juris, in eo consistat, quod Imperator subditos totius Imperii, quocunque etiam charactere insigniantur, legitimos declarare possit; Status Imperii contra, non nisi proprios; & non, quasi solus à Cæsare natalibus restitutus, per totum Imperium; ille vero, quem Statuum quidam legitimaverit, per Legitimantis duntaxat Territorium, pro tali sit reputandus; quam hypothesin *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 54, de *Legitimatione*, §. 10, pag. 503 & 504, dudum rejecit; etiamsi rationes, quas in prioris sententiæ præsidium affert, non satis stringere videantur, veluti: quod *Personam res sequatur quocunque in loco existat;* Deinde, quod *Actus voluntariæ Jurisdictionis ubique vigorem suum obtineat*, per L. 30, §. 1, ff. de *Excusat. Tutor.* L. 2, C. eod. & L. 2 ff. de *Officio Pro-Consulis*, quarum prior valeret, si quæstio Cardinalis esset decisa: *Legitimatum scilicet à Principe, etiam extra Ipsius Territorium, pro tali censendum esse;* & posterior, *si sermo esset de Magistratibus, aut Actu Jurisdictionis;* ne dicam, ex hac *Myleri* sententia, sequi: *Etiam subditos alterius Status à quovis legitimari posse;* quod erroneum, bene notante Dn. *Gribnero*, cit. Diss. de *Jure legitimandi*, *Principum Imperii*, §. 15, pag. 20. (2) Inter Gentes Populosque liberos tacitæ conventionis sit, eorum Cives tali censu apud omnes æstimari, quali singuli in singulis veniunt; hæcque regula, mutui honoris, utilitatis publicæ & necessitatis communis gratia, quæ Germaniæ Proceres invicem constringunt, (exceptis dignitatibus, auctoritate Cæsarea indigentibus) in Imperio quoque observetur, experientia teste, qua Principis alicujus Ministrum, seu Belli Ducem, apud omnes eodem honore, quo apud Dominum, censeri videmus. (3) Ex hoc principio fluat insuper, quod veniam ætatis à Principe nactus, ubique majorennium

nium juribus fruatur; sana ratione dictitante, quotiescunque de Statu, seu conditione alicujus, quæstio movetur, respiciendum ante omnia quo loco, inter suos habeatur? proinde frivole litem intenderet, imo pœnam mereretur, qui natalibus à Principe restituti statum præsentem in controversiam trahere auderet. (4) Omnia in Imperio, secundum Leges, Statuta, & Consuetudines singularum Provinciarum, judicentur; ubique profecto testamenta subsistunt, quæ conduntur juxta Leges istius loci, ubi facta sunt, licet solennitates non respondeant iis, quæ alibi observandæ. Idem dicendum, de contrahendi modis; de Gradibus Consanguinitatis & Affinitatis; de Successionibus; &c. &c. Conf. Dn. *Hertius*, Diss. de *Collisione Legum*, Sect. 4, cap 3, §. 14, cas. 4, Dn. *Stryck*, de *Usu mod.* Tit. de *Legibus*, §. 5 &c. Dn. *Gribner* l. c. §. 16, 18 & 19, pag. 21 &c.

(d) REICHS-HOF-GRAFEN &c. Vid. Diploma *majoris Comitivæ Ferdinandi III* Imp. de An. 1650, Illustrissimo Comiti *Christiano Ranzovio* collatæ, cujus præced. lit. a memini, apud Dn. *Lunigium*, part. spec. des Reichs-Archivs, Contin. 2, VI Abtheilung, XVI Absatz, §. 109, pag. 190; *Wann Wir dann, bey des Durchlauchtigsten Fürsten, Herrn Friderichen des III zu Dennemarck, Norwegen, der Wenden und Gothen König &c. an Uns jüngsthin gethane Abordnung, sonderbahr verspührt haben, daß Ihr. Ld. Geheimer und Land-Rath &c. der Hoch- und Wohlgebohrne Unser und des Reichs Lieber Getreuer, Christian, Graf zu Rantzau, und Herr zu Breidenberg, bey solcher* Legation, *zu seinem selbst eigenen Ruhm und* Valor, *sich also erwiesen, und bezeugt hat, daß Wir nicht allein darob ein sattsams allergnädigstes Gefallen getragen, besondern auch, damit derselbe Unsere Kayserliche Gnade, womit Wir Ihm gäntzlich wohl gewogen seyn, im Werck desto mehr zu verspühren haben möge, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechten Wissen, auch selbst eigener Bewegnüß darümb bewogen worden, vorgemeldten Christian, Grafen zu Rantzau, seine Erben, und Erbes-Erben, welche ihm in künfftig, in rechter ordentlicher Erbschafft und Linie,* succediren; *oder, im Mangel der Mänlichen Leibes-Erben, die, so aus dem Geschlecht der Rantzauen, oder sonst, von Ihm* adoptirt *werden möchten, in die Ehre und Würde Unserer Kayserlichen Pfaltz- und Hof-Grafen, zu Latein Comites Palatini genannt, erhöhet, gewürdiget und gesetzt, und Sie der Schaar, Gesellschafft und Gemeinschafft anderer Comitum Palatinorum zugeeignet; erheben, würdigen und setzen Sie, in die Ehre und Würde, zueignen, gleichen und gesellen, und zufügen, Sie zu der Schaar, Gesellschafft und Gemeinschafft anderer Comitum Palatinorum, alles von Römischer Kayserl. Macht, Vollkommenheit, hiemit wissentlich, in Krafft dieses Briefs, und meynen, setzen und wollen, daß nun hinfüran gedachter Christian, Graf zu Rantzau, und alle seine Nachkommen ihres Stammes und Nahmens, alle und jede* Privilegia, *Gnad, Freyheit, Ehr, Würde, Vortheil, Recht, und Gerechtigkeiten, haben, sich deren freuen, gebrauchen und genießen sollen und mögen, als andere* Comites Palatini *haben, von Recht und Gewohnheit, von allermänniglich unverhindert &c.* & pag. 191, v. 3: *Wir thun und geben auch mehrgedachtem Christian, Grafen zu Rantzau, seinen Erben und Nachkommen, vollmächtigen Gewalt, thun das auch hiermit, und in Krafft dieses, daß Sie, in Unserm Nahmen, an statt Unser und des H. Reichs, Kayserliche Hof-Grafen, zu Latein, Comites Palatini genant, machen und* creiren *mögen, oder mit Aemptern, Würden, und anderen Vortheilen zieren und begaben, welche nicht anders, als wan sie mit jetzterzehlten Freyheiten von Uns selbst begabet wären, geachtet und gehalten werden; Die sollen auch ebenfals Macht und Gewalt haben:* Notarien *zu machen; Uneheliche zu* legitimiren; *Bürgerliche Wapen, mit Schild und Helm, nach eines jeden Gelegenheit, zu ertheilen;* Veniam ætatis *zu* concediren; *und, nächst vorhergehendem* Examine, *mit gewöhnlichen* Solennitæten, Doctores in Facultate Juridica & Medica; It. *der Freyen Künste* Magistros, Baccalaureos, *und* Poëtas Laureatos, *zu* creiren, *wie andere Hoff-Grafen, von Uns, in dem H. Reich, Unsern Erb-Königreichen und Landen, dergleichen Gewalt haben. Sie mögen Sich auch nicht minder aller Ehren, Würden, Freyheiten,* Immunitæten *und* Exemptionen, *als andere, von Uns Selbst, zu dem* Palatinat *erhebte Hof-Grafen, gebrauchen, ungeachtet aller und jeden Rechten, Satzungen, und Gewohnheiten, die dieser Unserer sonderbahren Begnadigung zu wieder seyn möchten &c.* Quæ omnia etiam in Diplomatibus *Majoris Comitivæ Leopoldi* Imp. sub dato *Wien*, 1663, 29 Januar. Illustriss. *Philippo Erwino*, L. B. *Schœnbornio*, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secular.* Part. 2, 45 Absatz: Tit. *Schœnborn*, §. 1, pag. 1209 &c. in alio, sub dato *Wien*, 20 Octob. 1671, Sereniss. Principi *Johanni Adolpho Schwartzenbergio*, ibid. 48 Absatz, Tit. *Schwartzenberg*, §. 54, pag. 1334; in alio, sub dato *Wien*, 1675, 15 Oct. Illustr. Comiti *Leopoldo Wilhelmo* de *Kœnigseck*, apud eundem, l. c. Part. I, XVII Absatz, Tit. *Königseck*, §. 4, pag. 362; in alio, Illustriss. *Johanni Lucæ*, & *Francisco Adolpho Diterico*, Lib. Bar. *Ingelheimiis*, sub dato

Pardubitz, 27 Maji, An. 1680, apud Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, in Appendice, pag. 149 &c. & alio Sereniss. *Christiano Wilhelmo* Princ. *Schwartzburgico*, adhuc Comiti, sub dato *Wien*, 22 Dec. An. 1691, apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. des Reichs-Archivs, Contin. 2, VI Abtheilung, XXIX Absatz, Tit. *Schwartzburg*, §. 1 *Supplement. ulter.* pag. 108 & 109, concessis, occurrunt. De Juribus & Privilegiis horum Comitum, vid. *Arumaus*, 3, f. 39 &c. *Besoldus*, de *Majestate*, fol. 200; præsertim *Georgius Mundius* à *Rodach*, Tract. *de Origine, Privilegiis, Juribus & Officio Comitum Palatinorum*, Norimberg. 1654; *Thomas Sagittarius*, Diss. Inaug. de *Juribus & Privilegiis Comitum Palatinorum Cæsareorum*, quæ in Vol. 1 *Fritschiano* reperitur, cujusque *Limnæus*, L. 4 *Jur. Publ.* Cap. 4, §. 43, p. 30, meminit; *Johannis Christiani Vilix*, Quedlinburgensis, Differt. Historico-Politico-Juridica, de *Comitibus Palatinis Cæsareis*, An. 1664 Halberstadii excusa, qui §. 10, Actus recenset, quos exercere possint, si Privilegia latissima obtineant, veluti (1) Creandi Nobiles, (2) Doctores, (3) Licentiatos, (4) Magistros, (5) Notarios, (6) Baccalaureos, (7) Poëtas; (8) Constituendi Tutores, (9) Decreta alienationis interponendi, (10) Testamenta confirmandi, (11) Veniam ætatis concedendi; (12) Uniones prolium corroborandi; (13) Adoptionem firmandi, (14) Emancipandi, (15) Manumittendi, (16) Infamiam abstergendi, (17) Natalibus restituendi, (18) Insignia largiendi, (19) Cera rubra signandi, (20) Transumpta conficiendi, (21) Exemptionis; (22) Nobilitatis hæreditariæ, (23) Consiliariatus Imperatoris, (24) Utendi præscriptione, (25) Fruendi singulari protectione, (26) Per non usum Privilegia non amittendi. Unde sua *Dietherr* in Addit: ad *Besoldi Thesaurum*, voc. *Pfaltzgrafen*, pag. m. 736; Quamvis hæc varient. In *Comitivis*, à *Sigismundo* Imp. sub dato Romæ, An. 1433, 1 Junii, *Casparo Schlickio*, & 8 Aug. an. eod. *Matthæo & Henrico Schlickiis*, oblatis, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Secularis*, 44 *Absatz*, §. 2 & 3, pag. 1175 & seqq. occurrit saltem Jus (1) Creandi Notarios Publicos seu Tabelliones, Judicesque Ordinarios, per totum Imperium, (2) Legitimandi Naturales, Bastardos, spurios, manseres, & quoscunque ex damnato coitu procreatos, Principum, Ducum, Comitum, Baronumque filiis duntaxat exceptis. (3) Testamentis, aliisque actibus judicialibus, certas solennitates requirentibus, auctoritatem dandi, ac si solennitates fuissent adhibitæ. (4) Filios adoptivos constituendi, emancipandique, (5) servos manumittendi. (6) Pupillis, orphanis adulterinis, furiosis & prodigis, tutores, Curatores & administratores concedendi: (7) Veniam ætatis largiendi. (8) Famæ & honoribus restituendi. Diploma *Ferdinandinum* sæpe facto Comiti *Ranzovio* An. 1650 datum, complectitur Jus (1) Nobilitandi, (2) Creandi Equites, (3) Creandi alios Comites Palatinos, cum potestate largiendi Titulos honoresque Doctoris Juris vel Medicinæ, Magistri, Baccalaurei, Poëtæ Laureati; concedendæ ætatis veniæ; restituendi natalibus; indulgendi Insignia &c. (4) Creandi Notarios; (5) Legitimandi spurios, Nobiles pariter & Plebejos, (solis Principibus, Comitibus & Baronibus exceptis) (6) Transumpta conficiendi, (7) Tutores constituendi confirmandique; (8) Doctores Theologiæ, Juris & Medicinæ, nec non Licentiatos, Artiumque Liberalium Magistros, Baccalaureos & Poëtas Laureatos, renunciandi; (9) Insignia conferendi, (10) Fruendi jure Civitatis per Imperium, Regnaque hæreditaria & Provincias Imperatoris; addito privilegio exemptionis ab omnibus oneribus & muneribus personalibus, realibus & mixtis, ordinariis & extraordinariis. (11) Gaudendi speciali protectione Cæsarea, (12) Eligendi ex Imperii Statibus Protectorem horum privilegiorum; (13) Quod *non usus* sibi non noceat; (14) Non producendi integrum hoc Diploma, si forte in Judiciis illud producendum foret, sed saltem Exordium ejus, cum subscriptione, & Articulo, de quo quæstio ventiletur. (15) Copiis vidimatis valide utendi, (16) quod nunquam teneatur confirmationem aut renovationem horum Privilegiorum ab Aula Cæsarea petere. *Comitiva Schwartzburgica*, haud semel itidem laudata, multo amplior adhuc, continet (1) Jus creandi Notarios, (2) Equites, (3) Comites Palatinos, ejusdem potestatis, ac modo dictum; (4) Omnium Facultatum Doctores & Licentiatos, Magistros itidem, Baccalaureos & Poëtas; (5) Legitimandi quoslibet natalibus restituendos, exceptis duntaxat Principum, Comitum, Baronumque Liberis; (6) Constituendi Tutores; (7) Conferendi Insignia, (8) Nobilitandi; (9) Adhibendi titulos Terrarum suarum, (10) Porro cudendi monetam, (11) Succedendi subditis, sine hærede ab intestato, nec condito testamento, morientibus. (12) Occupandi terras & bona proscriptorum in Territorio suo. (13) *In Ihren Stätten, Märckten, Flecken und Dörffern, ein ziemlich Ungeld aufzusetzen, und dasselbe vom Wein, Bier, Meth, und allem andern Geträncke, einzunehmen*; (14) Habendi fruendique Metallifodinis; (15) Erigendi Fori (16) Detractus (17) De Terris suis alios sub-investiendi, (18) Comparandi & muniendi arces novas, earumque appellationes vel retinendi, vel mutandi, titulosque &

que & Insignia iis annexa, pro lubitu, assumendi; (19) Juribus & Privilegiis Civium Civitatum Imperialium gaudendi, addita immunitate, ab omnibus oneribus & muneribus personalibus, realibus & mixtis, ordinariis & extraordinariis; (20) Fruendi speciali protectione Cæsarea, & exemptione *von allem Mauth, Zoll, Glait-Geld, Schiff-Geld, Brücken-Geld &c.* (21) Introducendi jus Primogenituræ, prævia causæ cognitione, & præstitis præstandis, à Cæsare confirmandum; (22) Legitimo modo acquirendi alios Comitatus & Dominia Imperii, indeque gerendi titulos & Insignia, nec non utendi prærogativis veterum possessorum. (23) *Hof- und Land-Gerichte aufzurichten und anzuordnen.* (24) De non appellando, in criminalibus absolute, in Civilibus vero ad *Fünff Hundert Gulden Rheinisch* (25) *Alle und jede Todtschläger, und dergleichen unsichere Personen und Missethäter (außgenommen offene Mörder, und die fürsetzlicher Weise jemand ermordet) auf Ihren Schlössern, Wohnungen, Häusern, Gärten &c. Jahr und Tag, zu haußen, ätzen, träncken, und Gemeinschafft mit Ihnen zu haben, nach ihrem guten Belieben und Gefallen;* (26) Recipiendi Judæos; (27) *für und für, auf allen Ihren Gründen und Boden, alle Hohe und Niedere Gejagde und Weydwerck zu haben; auch* (28) *allerhand Mühlen anzulegen, und Wasser dahin zu leiten;* (29) *Eine gemeine* Jurisdiction *und Gerichtszwang, auch alle Hohe und Niedere Gerichte zu* exerciren, *und die darzu benöthigte Personen zu bestellen;* (30) *Aller Orthen im Heil. Röm. Reich, und Kayserlichen Erblanden, zu Wasser und Land, frey, und ohne Abforderung einiges Mauths, Zolls, Brücken-und Weg-Gelds, und anderer Auflagen, wie die Nahmen haben, oder noch erdacht werden mögen, zu* passiren *und* repassiren. (31) Transumpta conficiendi, & vidimatas copias dandi; (32) Protectorem horum Privilegiorum ex Statibus Imperii, eligendi. (33) *In Ewigkeit nicht gehalten zu seyn, eine* Confirmation, *oder Beståttigung, dieses Privilegii zu bitten;* (34) Per non usum, Privilegia non amittendi; (35) Quoties de uno alterove horum Privilegiorum quæstio moveatur, integrum diploma non producendi, sed articulum saltem, de quo quæstio, cum Exordio & subscriptione &c.

Comitiva Kœnigseckiana, cujus etiam modo memini, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicilegio seculari*. Part. I. XVII Absatz, §. 4. pag. 360 &c. complectitur, (1) Perpetuam Comitivam pro tota Gente Kœnigseckia, quoad descendentes Illustrissimi Comitis *Leopoldi Wilhelmi*, lineæ masculinæ, iisque deficientibus, pro legitime ab Eo adoptivis; (2) Jus, *diejenige Persohnen, so, Adelicher guter Sitten, Tugend und Vernunfft halber, darzu tauglich, auch vermöglich seind, sampt ihren ehelichen Leibes-Erben, und Deroselben Erbens-Erben, Mann und Frauens-Persohnen, in den Stand und Grad des Adels, und zu recht Edelgebohrnen, Rittermäßigen Lehnes und Turniers-Genoß-Leuthen, zu erheben; und Sie aller Ehr, Würde, Gnad, Vortheil, Recht und Gerechtigkeit, des H. R. Reichs Gebohrner Lehens und Turniers-Genossenen Edelleuthen theilhafftig zu machen;* (3) Jus creandi Equites; (4) ut & alios Comites Palatinos, quibus itidem facultas sit constituendi Notarios; legitimandi spurios; largiendi Insignia civica, (*Bürgerliche Wappen*) veniam ætatis concedendi; prævio Examine, adhibitisque solennitatibus consuetis, renunciandi Artium Liberalium Magistros, Baccalaureos & Poëtas Laureatos; &c. (5) Et Notarios Publicos; (6) *Mann und Weibs-Persohnen; Edel und Unedel (allein Fürsten, Graffen und Frey-Herren außgenommen) jung und alt, so außerhalb der H. Ehe gebohren, sie seyen gleich von ledigen; oder einem, oder zweyen ehelich verheurathet en; zu nahe Gesipter Befreunden, oder Verschwägerten; Geweiheten,* consecrirt *und* vovirten *Persohnen; oder aus anderen, in Geist- und Weltlichen Rechten verbottenen, oder verfluchten Vermischungen; zu* legitimiren, *und ehelich zu machen, also, daß sie, aller Orten, für redlich gehalten, und zu allen Ehren, Würden, Aemptern, Zünfften, Handwerckern &c. gleich andern, die von Vatter und Mutter ehelich gebohren, angenommen und zugelassen werden sollen.* (7) Transumpta & Vidimatas copias dandi. (8) Constituendi Tutores & Curatores, vel ab aliis constitutos, confirmandi, (9) Uniones prolium, adoptiones & arrogationes, ratas habendi; (10) Manumittendi, (11) veniam ætatis concedendi; (12) Infamiam tollendi; seu Famæ restituendi; (13) Omnium Facultatum Doctores & Licentiatos, nec non Liberalium Artium Magistros, Baccalaureos, & Poëtas Laureatos, adhibitis duntaxat, ad Examen Doctorum & Licentiatorum, minimum tribus Doctoribus, creandi. (14) Insignia & Clinodia. *Wappen und Cleinod, Schild und Helm, zu verleihen;* (15) *Mit Ihrem Haab und Güthern, Dienern, Pferdten, &c. ohn einige Bezahlung, oder Außrichtung der Mauth, Zoll, Glaidt-Geld, Schiff-Geld, Brücken-Geld &c. frey, sicher, hin und wieder, im Reich, und den Kayserlichen Erb-Landen, durchzuziehen &c.* (16) Tempore belli, *den Kayserlichen Reichs-Adler, an all ihre Wohnungen, Häuser, Haab und Güther, zu einen freyen sichern Schutz, und* Salva Guardia, *mahlen und anschlagen zu lassen;* (17) Violatores hujus Protectorii prosequendi, *sellige, wo sie sie antreffen, nieder zu werffen, und so lang anhalten zu lassen, biß sie ihnen 200 Marck lothigen Golds bezahlet, und,*

let, und, des zugefügten Schadens halber, völlige Satisfaction *gethan.* (18) *Mit Einquartirungen nicht beschwärt zu werden.* (19) Jure primogenituræ gaudendi. (20) In casum deficientis lineæ masculinæ, sive per ultimam voluntatem, sive inter vivos, quocunque modo, unum ex Agnatis adoptandi. (21) Pro lubitu, Comitatus alios Terrasque comparandi, indeque gerendi titulos & Insignia; (22) de Bonis suis & possessionibus alios subinvestiendi. (23) Ab intestato, sineque legitimis heredibus, morientium subditorum bona sibi vindicandi. (24) Bona ab Imperatore & Imperio damnatorum, seu proscriptorum, quæ in Terris suis sita sunt, occupandi; (25) Exemptionis à Rothwilano, aliisque *Hoff- Land- Westphälisch- und andern Gerichten;* (26) Cognoscendi in causis subditorum suorum, (27) de non appellando, in Criminalibus, indefinite; in Civilibus, ad quingentos florenos auri, *da die Haupt-Sache nicht über fünff Hundert Goldt Gülden ist;* (28) *In und auf ihren Schlössern und Wohnungen, und derselben* Distrikt *und Zugehörungen, alle und jede Todtschläger, und dergleichen unsichere Persohnen und Missethäter (doch offene Morder, und diejenige, welche Jemanden fürsetzlicher mörderischer weise, entleibt hätten, außgenommen) zu enthalten, zu haußen, zu hoffen, zu ätzen, zu tränken, und Gemeinschafft mit Ihnen zu haben, nach ihrer Nothdurfft, Willen und Wohlgefallen; daß auch solche Todtschläger, oder dergleichen unsichere Persohnen, daselbst Jahr und Tag Freyung haben, und weder mit, noch ohne Reht, von einiger Obrigkeit daraus genommen werden mögen &c.* (29) *In Ihren Gebiethen und Landen, eine oder mehr Müntz-Stätte zu bauen, und aufzurichten, und allerley, Güldene und Silberne Müntz-Sorten, Groß und klein, doch vom Strich, Nadel, Korn, Schrot, Gran, Gehalt, Werth und Gewicht, der Reichs Müntz-Ordnung gemäß, schlagen zu lassen.* (30) Tenendi Metallifodinas. (31) *In allen Ihren Obrigkeiten, an einem oder mehr Orten, wo es Ihnen gefällig, alle Woche, auf bestimbten Tag, einen oder mehr Wochen-Märckte; deßgleichen, an denselben Orten, zu bestimter Zeit, einen oder mehr Jahr-Märckte, mit so viel Tagen vor und nach, als sie von nöthen achten, aufzurichten.* (32) *In Ihren Märkten, Flecken und Dörffern, ein zimblich Umgelt aufzusetzen, und dasselbe von Wein, Bier, Müdt, und allen andern Geträncken, so außgeschenckt wird, einzunehmen;* (33) *Nach Gelegenheit eines jeglichen Vermögens, den Abzug von Ihren Unterthanen zu fordern, die sich unter andere Herren begeben wollen.* (34) *Auf allen Ihren Gründen und Boden, alle Hohe und Niedrige Gejägte und Waidwerck zu haben, und sich derer zu gebrauchen.* (35) *Neue offene Wirths- und Gast-Häuser, Tabernen, Schenck-Stätte, Back- und Brau-Häuser, Badstuben, Schräncken, Kram-Laden; deßgleichen, auf Ihren Gründen und Boden, Neue Mühlen, Schwaiger, Schäffereyen, neue Weyer und Fisch-Gruben, und was Ihnen dergleichen gefällig, zu bauen, an- und aufzurichten &c.* (36) *In all Ihren Gebiethen, eine gemeine* Jurisdiction *und Gerichtszwang zu haben, und ein oder mehr Hochgericht, Stock oder Galgen, aufzurichten und zu halten; auch, Dero Belieben nach, ein, oder mehr Obrigkeit, Amptmänner, und andere darzu bedürfftige Personen, an Ihrer statt zu verordnen; auch ein, oder mehr ordentliche gemeine Gerichte, zu besetzen, und daselbst, in allen und jeglichen Bürgerlichen und Peinlichen Sachen, gerichtlich zu* procediren, *Urtheil zu sprechen, über das Blut zu richten &c.* (37) *Mit all Ihren Dienern, und mit sich führenden Sachen und Zugehörungen, im H. Reich, und denen Kayserlichen Erb-Landen, aller Orten, zu Wasser und Land, Zollfrey zu seyn;* (38) Quod non usus non præjudicet. (39) Quod, orta circa articulum quendam horum Privilegiorum lite, non teneantur integrum Diploma producere, sed saltem Articulum, de quo quæstio, cum Exordio & Epilogo ejus. (40) Eorum Transumptis eadem fides habenda sit ac Originali ipsi; (41) Eligere queant, ex Statibus Imperii, Conservatorem hujus Privilegii; (42) Non opus habeant unquam confirmationem Jurium horum & privilegiorum petere &c.

Eadem, cum nonnullis Juribus & Prærogativis aliis, v. g. *In allen Stätten des Reichs, wie auch der Kayserlichen Erb-Konigreiche und Landen, daß Bürger-Recht zu genießen, und doch aller Pflicht und Bürgerlichen Eyds, wie auch aller und jeder, hoher und nieder, großer und kleiner, bürgerlicher und anderer Aempter, wie die Nahmen haben, und die dabey vermachten* onerum, *als Einquartirungen, Wachen,* Contribution, *Frohnen,* Collecten, *Anschlagungen, Kriegshülff &c. enthoben zu seyn.* It. *von Ihren Gütern, wan Sie, oder Ihre Erben, Wittwen, Haußfrauen &c. von einem Ort, an einen andern ziehen, keinen Abzug zu bezahlen &c. &c.* recensentur in Diplomate, quo, sub dato Wien, 29, Mensis N. 1663, Dn. *Philippum Erwinum de Schœnborn*, ejusque posteros legitimos omnes, utriusque sexus, charactere *des H. R. Reichs Edler Panner, Freyherren, Freyfrawen und Fräulein,* laudatus Cæsar decoravit, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, 45 Absatz. §. 1, pag. 1205 &c. Non minus in amplissimo Diplomate, quo, sub dato Wien, 20 Octob. An. 1671, Sereniss. Principi *Schwartzenbergio, Johanni Adolpho,* Insignia Privilegia impertivit,

pertivit, apud eundem, l. c. 48 Abſatz, §. 54, pag. 1331 &c. pariter ac in Diplomate, quo, ſub dato *Pardubitz*, 27 Maji, 1680; *Johannem Lucam & Franciſcum Adolphum Ditericum, Ingelheimios*, Liberos Barones declaravit, apud Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, in Appendice, pag. 142 &c. Ex his liquet, *Comitivas majores* nunc laxiores, nunc reſtrictiores reperiri; Notandum autem, non omnia Privilegia, quæ hujusmodi Diplomatibus inſeruntur, ad *Comitivas* proprie referenda eſſe, utpote caſu ſaltem, juxta Gratiam Imperatoris exuberantem, annexa; hinc eſt, quod Illuſtriſſimo Comiti *Ranzovio*, ſub dato *Wien*, An. 1650, 16 Nov. præter *Comitivam*, cujus modo memini, ſingulare Diploma à Cæſare *Ferdinando III*, conceſſum fuerit, quo Regalia, cumulative hic expreſſa, ſeparatim continentur; ſiſtente iſtas tabulas Dn. *Lunigio*, in *Spicilegio Seculari*, I Theil, 37 Abſatz, §. 2. pag. 842. Conf. *Fomanni* Tract. *de Jure & Privilegiis Comitum Palatinorum*, laudatus *Dietherro*, in *Continuatione dicti Theſauri Beſoldiani*, voc. *Pfaltzgraven*, pag. 473; *Speidelii Speculum*, voc. ead. p. m. 714; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſ. XI, §. XIV & ſeqq. pag. 225 &c. Sæpe ad *Schubartum*, de *Comitibus Palatinis* provocans; Interpretes Juris Publici omnes. Add. ſeq. §. 58, lit. L.

(c) COMITES SACRI PALATII LATERANENSIS &c. *Sigismundus* Imp. in Diplomate, ſub dato *Romæ, apud S. Johannem in Laterano*, An. 1433, 1 Jun. *Caſparo Schlickio*, Cancellario ſuo, conceſſo, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Secularis*, 44 Abſatz, §. 2, pag. 1175, ait: *Te, Caſparem præfatum --- & heredes ac deſcendentes tuos legitimos maſculos --- de Imperialis plenitudine poteſtatis, Sacri Lateranenſis Palatii Comites Palatinos facimus, creamus, erigimus, nobilitamus, attollimus &c.* Quæ & in alio Diplomate, eundem in finem, *Matthæo & Henrico Schlickiis*, Romæ, an. eod. 8 Aug. dato, & quidem cum additamento: *Sacri Lateranenſis Palatii, Aulæque Noſtræ Imperialis Conſiſtorii Comites &c.* l. c. §. 3. pag. 1177, occurrunt. Rationem denominationis, à *Palatio Regio Aquisgranenſi* deſumptam, affert *Limnæus*, Lib. 4 *Jur. Publ.* c. 4, §. 44, p. 31, memor duplicis Palatii *Lateranenſis*, Romani & Aquisgranenſis: *De illo* (Romano) *dixi alibi &c. De hoc* (Aquisgranenſi) *cui dubium ſurgit, is in additione Legum Carolinarum Anſegiſi, hæc perpendat, quæ ibi notavi, verba: Anno Incarnationis Domini 817, Imperii vero Glorioſiſſimi Principis Ludovici tertio, Id. Julii, in Domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranus dicitur &c.* Conf Dn. *Struvius* l. c. §. XIV, pag. 225 &c. Ubi rectius Procemium *Capitularis Aquisgranenſis: Anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti DCCCXVII, Imperii vero Glorioſiſſimi Principis Hludovici quarto, VI Idus Julias, cum in Domo Aquisgrani Palatii quæ Lateranis dicitur, Abbates complures, una cum ſuis reſediſſent Monachis &c.* Add. ſeq. §. 58, lit. L.

14. Legitimare poteſt, ſine dubio, Subditos Imperii; (a) An autem legitimare poſſit Subditum alterius, in ſuo Territorio exiſtentem? non immerito dubitatur; quia ultra Territorium Jus dicenti impune non paretur, (b) L. ult. ff. de Jurisdict. Si tamen talis in Imperio Domicilium conſtituat, legitimari quidem poterit, ſed tunc ut ſubditus Imperii, non ut alienus, conſiderabitur. Nec obſtat, quod actus voluntariæ Jurisdictionis ubique exerceri, etiam extra Territorium, poſſint; quia hoc procedit, primo, ubi Is, in quem exercetur Jurisdictio, eſt de Territorio noſtro, licet non ſit in Territorio; deinde, ubi Territoria ſunt ſubalterna, non, ubi ſunt diverſa. Vid. L. 2 ff. de Officio *Proconſulis*; & *L. 5 C. Qui Tut. Dar.*

NOTÆ.

(a) SUBDITOS IMPERII &c. Et quidem *totius*, cujuscunque etiam ſint dignitatis, v. g. Principes, Comites, Barones &c. Vid. præced. §. 13, lit. a.

(b) NON PARETUR &c. Statutum, effectum ſuum extendere non poſſe, ultra quam extendatur poteſtas ſtatuentis, L. 5. C. *Qui dare Tutores vel Curatores poſſunt*, conforme eſt; vid. *Gailius* Lib 2, *Obſervationum*, Obſervat. CXXIV, §. 11, p. m. 545; *Mevius*, ad *Jus Lubecenſe*, Part. 2, Tit, 2, Art. X, §. 37, p. m. 395; *Boterus* de *Regalibus*, Cap 2, §. 120; *Mylerus* ab *Ehrenbach*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 54, §. 11, pag. 504; *Gribner*, cit. Diſſ. de *Jure legitimandi Principum Imperii*, §. XIV, p. 19. Ejusmodi autem legitimatio propterea non eſt pro plane inutili habenda, quia in Terris minimum legitimantis effectum ſortitur. Quis impediret Cæſarem valide Gallum in Imperio legitimare?

15. Effectus hujus legitimationis est, ut tales Legitimati, in toto Imperio, pro legitimis habeantur, (*a*) & ut Patri, aliis liberis non extantibus, (*b*) succedant in allodialibus, ac si ab initio legitime nati essent. Novel. 98, cap. 9; etiamsi forte bona extra Imperium sita sint; personæ enim conditionem res sequitur, quocunque in loco existat. Vid. Mevium ad Jus Lubecense, Part. 2, Tit. 2, Art. 10, §. 37. In Feudis vero non succedant, (*c*) 2 F. 26, §. Naturales. Quod Doctores limitant, primo: Nisi Pater post Legitimationem Feudum acquisierit; (*d*) Secundo: Nisi expressis verbis etiam ad Feuda legitimatus fuerit; (*e*) Tertio: Nisi agnati proximiores consenserint; (*f*) quia præcipue horum interest. Vid. Kinschot, Tract. de Legitim. c. 3.

NOTÆ.

(*a*) PRO LEGITIMIS HABEANTUR &c. Minimum, quoad existimationem; in tantum, ut nemo maculam generationis impune eis objicere queat; Vid. præced. §. 13, lit. a, hinc est, quod tali modo legitimati ad omnia Opificia admittantur; quo facit Responsum Helmstadiensium, An. 1648 contra Magdeburgum, verb. *Aus dem Legitimation-Brief so viel zu befinden, daß N. mit Ihrem Eheman, bey der Kürßner-Gülde zu lassen &c.* Tollit quippe legitimatio hæc (1) omnem nativitatis maculam, (2) natalibus plene restituit, (3) facit ex legitimatis, justos liberos, (4) tribuit jus *suitatis*; (5) agnationis, (6) Nobilitatis Familiæ, mutuæ successionis, retractus, etiamsi Statutum, vel lex Provinciæ, mentionem faciat liberorum, legitimo ex matrimonio natorum, *die ehelich und ehrlich gebohren*; (7) legitimis per omnia æquat; præsertim in successione in Bona Parentum, (8) jurium Civitatis, civiumque consortii capacem reddit &c. Ut fusius demonstrant, *Mevius*, Part. IX *Decisionum*, Decis. CXXV, pag. m. 1469; *Berlichius* Part. 2 *Conclusionum*, Conclus. XXXIX, §. 18 & 19, pag. m. 273. *Carpzovius*, Part. 2, *Jurisprudentiæ Forensis Romano-Saxonicæ*, Part. 2, Constit. VI, Definit. XVI, pag. 625; *Gailius* lib. 2 *Observationum*, Observat. 140 & seqq. pag. 577 &c. *Matth. Stephani*, de *Jurisdictione*, lib. 2, pag. 1, c. 6, membr. 1, §. 29 & 49; *Philippi*, ad Lib. 1 *Instit. Justin.* Tit. X, Ecloga 72, §. 3, &c. p. 219 & 220, ubi simul Responsum Scabinorum Lipsiensium, in causa W. à L. ad requisitionem *Johan Fuchsens zu Leipzig*, Mense Januar. 1609: *Ist einer, von welchem Euere Frage meldet, von zweyen ledigen Personen ausser der Ehe gezeuget; nachmahls aber, von weyland D. Nicolao Reusnero, Comite Palatino, krafft habender Kayserl. Maj. Begnadigung, legitimirt worden &c. So ist er, auf solche erlangte Legitimation, das Bürger-Recht allhier zu Leipzig zu suchen, wohlbefugt. V. R. W.* *Adrianus Beier*, Tr. de. *Tyrone, Vom Lehr-Jungen*, pag. 35. Dn. *Thomasius*, ad *Monzamban.* Cap. V, §. 27. lit. y, pag. 303. Nec interest hodie, num quis per Rescriptum Principis, an per subsequens Matrimonium, legitimatus sit? teste Concluso *der dreyen Reichs*-Collegiorum im Majo, 1671. *die Abstellung der Mißbräuche, bey denen Handwerckern betreffend*, §. XI: *Demnach auch öffters vorkommen, daß bey denen Handwerckern, insonderheit bey denen so genanten Geschenckten, ein Unterscheid wolle gemacht werden, zwischen denen unehelich erzeugten Kindern, so per subsequens Matrimonium, und denen, so Rescripto Principis, oder sonsten aus Kayserlicher Macht, legitimirt worden; so dann auch theils Handwercker die jenige, welche unehlich gebohren, aber entweder Rescripto Principis, oder sonsten aus Kayserlichen Machten legitimirte Weibs-Persohnen, zu Ehe nehmen, nicht passiren lassen wollen, so solle erstgedachter Unterscheid ins künfftig aufgehoben seyn, und die auf erstgedachten ein oder andern Weg legitimirte Mann- und Weibs-Personen, wegen Zulassung zu denen Handwerckern, als die per subsequens Matrimonium legitimati, geachtet und gehalten werden.* Vid. *Fabri*, *Staats-Cantzley*, Tom. 1, Fascic. 2, §. 4, pag. 124 & 125. Legitimatus sane à Principe constitui potest Status Consiliarius, Belli Dux, Legatus &c. nec fieri poterit sutor, sartor, lanificus &c.? Quæ nugæ!

(*b*) ALIIS LIBERIS NON EXTANTIBUS &c. Imo & iis extantibus, si Pater in libello supplici *liberorum naturalium & legitimorum* mentionem fecerit; per ea quæ tradit *Gailius*, lib. 2 *Observat.* Observat. 142, §. 7, p. 585, quamvis, hoc casu, Pater filio legitimato non plus relinquere queat quam uni Filiorum naturalium & legitimorum,

morum, cui minimum reliquit; per *Novel.* 89 Cap. 3, verb. *Ut non amplius habeat uno horum qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente &c.* Conf. *Gailius* l. c. §. 9. (2) Comiti Palatino expressis verbis data sit potestas legitimandi, in casum existentium legitimorum; quia alias, legitimis extantibus, neminem natalibus restituere valet. Vid. *Gailius* l. c. ex cit. *Novel,* 89, Cap. 9, §. *Si quis ergo Filios legitimos non habens. Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 3, §. 2, p. 273. Quod si vero Pater *legitimæ suæ prolis* non meminerit; legitimatio pro nulla habetur, eo quod privilegia, in præjudicium & diminutionem juris tertii, concedi non possint, vid. *Gailius* l. c. §. 9 & 10. Multo minus æstimabitur, si Comes Palatinus ne quidem potestate legitimandi, tali casu, præditus noscatur.

(c) IN FEUDIS VERO NON SUCCEDANT &c. Regulariter *Legitimati* à Principe in Feudis non succedunt, per hic allegatum textum; Princeps enim jus quæsitum, per *Legitimationem,* Agnatis auferre nequit. Vid. *Schrader* de *Feudis,* Part. VII, Cap. V, §. 20, p. 192; *Rudinger, Controverf. Feudal:* lib 1, Cap XVI; *Gœddeus* Disp. Feud. VII, θ. 4; *Vultejus,* de *Feudis,* Lib. 1, Cap. IX, §. 183, pag. 429; *Gailius,* Lib. 2 *Observationum,* Observat. 142, §. 12, pag. 586; *Carpzovius,* Part. 3 *Jurisprud. Forens.* Constit. 28, Definit. XVI, p. m. 1201; *Mynsinger* Centur. V, Observat. 42, §. 5 &c. p. 357; *Struvius, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. IX, θ. 3, §. 8, p. 302; *Mylerus ab Ehrenbach,* in *Gamologia,* Cap. 25, §. 1 & seqq. & de *Principibus & Statibus Imperii,* Part. 2, Cap. 54, §. 8, pag. 502. *Schweder Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 1, Cap. XVI, §. 12, pag. m. 485; *Multzius* l. c. §. 2, v. 12, pag. 273.

(d) POST LEGITIMATIONEM FEUDUM ACQUISIERIT &c. Ita *Rosenthal,* de *Feudis,* Conclus. XIX, §. 6; *Mylerus* ab *Ehrenbach* de *Principibus & Statibus Imperii* l. c. §. 9, p. 503; *Vultejus* l. c. §. 194, p. 437.

(e) LEGITIMATUS FUERIT &c. In Feudis novis, *Legitimatos,* præ Collateralibus, succedere posse, si verbis expressis Princeps legitimans habiles eos reddat ad succedendum in Feuda, dubio caret. Vid. *Matthæus* de *Afflictis,* in 2 F. 26, §. *Naturales. Menochius,* Consil. 181, §. 59. Vol. 2; *Gailius* Lib. 2 *Observat.* 142, §. 12, pag. 586; *Sixtinus* de *Regalibus,* 1, Cap. 3, §. 34; *Hartmannus Pistorius,* Part. 2. Quæst. Feud. 40, §. 5; *Vultejus* l. c. § 184, pag. 429, & §. 191, p. 433; *Struvius* l. c. §. 9, p. 302; *Mylerus* l. c. & in *Gamologia,* Cap. 26, §. 11. *Multzius* l. c. v. 13, pag. 273. In Feudis vero antiquis, quæstio hæc altioris indaginis est. *Gailius* l. c. §. 13 & 14, p. 586, existimat, Principem, *ex plenitudine potestatis & certa scientia,* omnino aliquem legitimare posse, ut Parenti etiam in *Feudo antiquo,* exclusis Agnatis collateralibus, succedere queat; ob rationem, quod Agnati in Feudo antiquo nondum habeant verum jus quæsitum in re, sed saltem proximam spem succedendi, quæ, cum sit juris positivi, à Principe, *ex plenitudine potestatis,* auferri possit; nihilque Eum impediat, quo minus Legitimatum, in præjudicium agnatorum, habilem ad successionem in Feuda, declarare conetur; nec aliter *Decius,* Consil. 5, §. 55, Vol. 1; *Mevius, Decis.* Part. IX, Decis. 126, p. 1470; *Valentinus Forster,* de *Success.* lib. VI, c. 39, §. 4. *Rosenthal,* de *Feudis,* Cap. VII, Conclus. XIX, §. 24, & qui ab eo allegantur; Mascule vero eis contradicunt *Zasius,* de *Feud.* VIII, §. 74; *Pistorius* l. c. §. 24 ad 46; *Vultejus* l. c. §. 193, p. 435; *Carpzovius* l. c. pag. 1201; *Struvius,* l. c. §. 10, p. 303; *Conradus ab Einsidel,* de *Regalibus,* Cap. 2, §. 103, p. m. 155 &c. aliique multi, propterea, quod (1) Id quod nostrum est, sine facto nostro, ad alium transferri nequeat, per L. 11 ff. de R. J. & L. 38 ff. de V. O; proinde jus quæsitum Agnatorum, ex pacto scil. & providentia primi acquirentis, aut ex simultanea Investitura ipsis competens, nec ab Agnato, qui Naturalem suum legitimari curat, nec à Principe legitimante, etiamsi Ille simul Dominus Feudi directus sit, sine validis causis, eis auferri poterit, vid. ipse *Gailius* l. c. § 15, p. 586 & 587; (2) Princeps, nihil *ex plenitudine potestatis* facere præsumatur, quod Legibus non conforme; vid. L. 4, C. de *Legib.* quia alias peccatum committeret; per ea quæ tradit *Gailius* l. c. §. 16, p. 587, & Justitiam Populo non faciens, nec rectum judicium; juxta 1. Reg. X, v. 9; & 2 *Paral.* XIX, §. 6 & 7; sed contra ordinationem Dei, terminos Justitiæ excedens, Principis nomine indignus judicetur; v. *Gailius* l. c. *Bechtoldus,* L. XIV *Axiomatum,* c. 78, Axiom. VII, p. 380, & XII, p. 381. (3) Proximi Agnati, aut simultanee investiti, non nudam spem, sed radicatum jus succedendi, in Feudis antiquis habeant, quo à nemine, sine legali fundamento, privari possint. Quod si vero legitima justaque causa adsit, ut Agnatis legitimatione ejusmodi præjudicetur, contendunt Interpretes uno ore hoc casu, Legitimatos per Rescriptum Principis ad Successionem Feudi admittendos esse. Vid. *Pistorius* l. c. §. 47, *Vultejus* l. c. §. 193, p. 435; *Joh. Frider. Fugmannus,* Belzigensis Saxo, Diss. Inaug. *de Successione Feudali.* An. 1664, 21 Mart. Argentorati habita, θ. 24 & 25, pag. 17 & 18.

(f) CONSENSERINT &c. De hac limitatione vid. *Conradus ab Einsidel,* de *Regalibus* l. c. *Mylerus* de

de *Principibus & Statibus Imperii*, l. c. *Struvius* l. c. §. 9, p. 303.

Addunt alii Quartam limitationem, scil. *Si omnes legitimi Filii, & descendentes ex iis, deficiant*; quia interest Familiæ, Bona & Splendorem in ea conservari; quod per Legitimatos, æque ac per legitime natos, fieri posse, Doctores tradunt; vid. *Berlichius*, Part. 2, *Conclus.* 39, §. 19, p. 273; *Hartmannus Pistorius* l. c. Quæst. 41, §. 33. *Mylerus* l. c. pag. 530.

Indistincte autem *Legitimatos per subsequens matrimonium* admitti ad successionem feudalem, utpote quo omnia vitia, quæ circa natales erant, sublata æstimentur, & tempus legitimationis hujusmodi, cum tempore conceptionis, ita conjungatur, ut omne tempus intermedium in rerum natura nunquam extitisse, & proinde legitimati nunquam illegitimi fuisse fingantur, communis Doctorum sententia est; non obstante 2. F. 26, §. *Naturalis*. Graphice *Janus de Arcedura*, Cap. 2 *Conclusionum Feudalium*, Conclus. 7, §. 26: *Nuptiæ realiter intercedentes, an hæ videbuntur fictæ? hæ reddunt, quod earum defectus abstulerat; hæ præsentia sua Domino & Agnatis adimunt, quod prius absentia dederant; quod si interstitium mordet, quasi semper verum sit, in naturalitate natum esse, quod apud graves Viros ejus opinionem aggravent: sed, qui sunt isti Legibus & Imperatore graviores? sit verum, in Naturalitate natum; verum etiam est: legitimum factum esse, & ita quidem factum, ut ab aliis legitimis nihil differat. Itaque veritas una, per aliam non fictam, sed facti veritatem, supprimitur, ut nihil nisi nudum factum supermaneat, effectu omni sublato, & potius imaginatio sit, quasi per somnum repræsentata. Sic itaque nulla ratio est, quæ impulerit, aut impellere debuerit, dictum §. Naturales* (2 F. 26.) *de Legitimatis per matrimonium scribere*, Conf. *Gailius* 2, *Observat.* 141, §. 1 &c. pag. 581; *Schrader* de *Feudis*, Part. VII, Cap. V, §. 21, pag. 192, *Vultejus* l. c. §. 186, p. 430, ibique citati; *Carpzovius* l. c. Part. 3. Constit. 28, *Defin.* XVII, p. 1201; *Struvius* l. c. p. 305. *Mynsinger*, *Observat.* Centur. V. Observat. 42, p. m. 357; *Schultz*, *Synops. Feudal.* c. 8, §. 43; *Finckelthaus.* Disp. Feud. VI, q. 13. *Hahnius* ad *Wesenbecium*, L. 1 ff. Tit. VI *De his qui sui vel alieni Juris sunt*, p. m. 176; sexcenti alii; Idque obtinet, etiamsi Investiturarum literæ duntaxat loquantur de Filiis legitime natis, *vor sich und seine Eheliche Leibes-Lehens-Erben.* Quia fictione Juris, ut dictum, matrimonium retrotrahitur ad tempus nativitatis. Vid. *Pistorius* l. c. *Schrader* l. c. *Carpzovius* l. c. §. 4 & 5, pag. 1201; *Schultz* l. c. *Stryck* Tr. de *Successione ab intestato*, c. 2, Art. 2, §. 22; & *Exam. Juris Feudalis*, Cap. IX. Q. 38. p. 214. Attamen casus hic excipiendi (1) si Statutum contrarium obtineat; Vid. seq. Tit. XVII, §. 100, lit. b; aut (2) volente Pacto: primogenitum tantum ad Feudum admittendum; quis generaret ex concubina Filium, posteaque uxorem duceret legitimam, & similiter cum ea generaret Filium, deinceps autem, mortua Conjuge legitima, duceret concubinam priorem, & ita filium suum naturalem *per subsequens matrimonium* legitimare conaretur; tali namque casu legitimatio non retrotrahitur in præjudicium secundo-geniti, quippe qui ante legitimationem hujusmodi, ex legitimo matrimonio in lucem editus, primogenituræ Jus jam consecutus, proinde etiam, non obstante legitimatione, ad Successionem Feudi, præ legitimato, admittendus est. Vid. *Schrader* l. c. §. 22, pag. 192.

16. Quæritur: An Agnati necessario consentire debeant? Rectius negatur; (*a*) Quia Agnatorum consensus nuspiam requiritur; & si agnatorum consensus in adoptionibus non est necessarius, cur hic foret necessarius, ubi non tantum Legis, sed & naturæ ratio concurrit? Quamvis autem simpliciter agnatorum consensus non requiratur, tamen non videtur eorum opinio esse spernenda, quod in bonis agnatorum succedere hoc in casu non possint: quoniam iniquum esset, si quispiam suæ soboli, ex illicita conjunctione acquisitæ, per legitimationis modum, ad successionem inviti, aut ignorantis, viam sterneret; arg. L. 10, § 1. C. de Adopt. Quæ assertio magis stringit, si adsunt bona Familiæ & titulata.

NOTÆ.

(*a*) NEGATUR &c. In Feudo antiquo affirmativa præponderat, ne Agnatis Jus ex prima investitura quæsitum auferatur. Vid. *Schrader* de *Feudis*, Part. VII, Cap. V, §. 23, p. 192 & 193; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feudal.* Cap. IX, §. 3, v. 9, p. 303; *Stryck*, *Exam. Jur. Feud.* Cap. XV, Q. 40, p. 215.

17. Secundo,

17. Secundo, Famæ reſtitutio. Et hoc Jus ſolius (*a*) hodie adhuc eſſe Imperatoris, certum eſt; quia (1) nuſpiam (*b*) cum Statibus communicatum legitur; imo (2) quia, Carolus V, in R. I. 1526, §. *Und wiewohl*, 6. cuilibet Magiſtratui ſingulariter (*c*) indulſit poteſtatem reſtituendi Famæ ac dignitatibus eos, qui in ſeditione ruſticorum infames facti erant, in reliquis caſibus hoc jus ſibi reſervavit.

NOTÆ.

(*a*) SOLIUS &c. Soli Imperatori jus totaliter reſtituendi famam & honores, per univerſum Imperium, competere; ex L. 1, & 10, C. de *Sententiam paſſis & reſtitutis*, aſſerunt: *Roſenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Concluſ. 2, §. 4; *Sixtinus* de *Regalibus*, cap. 2; *Stamler*, de *Reſervatis*, §. 57, n. 6, p. 282; *Beſoldus*, de *Jur. Majeſt.* c. 4; *Hermes Faſc. Jur. Publ.* c. 11, §. 120, pag. 133; *Vultejus* de *Feudis*, Lib. I, Cap. V, §. 7, p. 70; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. I, Claſſ. V, Cap. VI, §. 131, p. m. 616; *Schützius* Vol. I, *Jur. Publ.* Exercit. 3, §. 21, lit. m. p. m. 203; Alii: quam poteſtatem tamen etiam *Comitibus Palatinis* Eum largiri poſſe, pro certo habent: *Freherus*, de *Infamia*, c. 30, §. 9; *Mauritius*, part. 2, Conſ. 8, §. 19 &c. Ill. *Lyncker*, de *Jure reſtituendi Famam*, §. 10, & 13; *Mundius*, de *Comitib. Palatinis*, c. 3, §. 207; *Fritſchius* ad *Limnæum*, lib. 2, cap. 9, §. 143, p. 96; *Hertius*, de *Superioritate Territor.* §. 16; Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. Spec. Sect. I, Cap. XVI, §. 21 p. 478; &c. &c. Hæc ſi ſobrie intelligantur, omnino vera ſunt; Soli namque Imperatori vindicanda hæc poteſtas (1) quoad Status Imperii immediatos, (2) quoad omnes Imperii, Subditos immediatos, (3) quoad omnes Imperii Subditos in genere, qui Famam ex ſententia, in Summis Imperii Tribunalibus lata, perdiderunt, (4) quoad bannitos; hiſce enim caſibus, Cæſar ut Summus Imperii Judex, conſideratur, ſine cujus declaratione, fama laborantes in integrum reſtitui nequeunt. In reliquis vero, quoad Subditos Imperii Statuum, Superioritate Territoriali gaudentium, hypotheſis hæc, non quadrat, cum (1) principaliter, & fere unice, fama ſubditorum ex Domini Territorialis arbitrio pendeat, quippe qui ſolus Provinciales Leges condit, juxta quas Subditi vel infamia notantur, ſi ſcil. ejuſmodi crimen committant, cui infamiæ notam Princeps inurere poteſt; vel integræ Famæ eſſe cenſentur; (2) Solus jure aggratiandi in Territorio fruatur; proinde delinquentibus ultimum etiam ſupplicium, (exceptis caſibus Jure divino expreſſis,) vel penitus remittendi, vel in mitiorem pœnam commutandi; adeoque multo magis diſpenſandi circa pœnas, infamiam involventes? (3) Sine controverſia, in Territorio ſuo, jus legitimandi exercere queat. Nec opus, ut diſtinguamus, utrum infamia inuſta ſit, ex *Lege* quadam *Civili*? an ex *Provinciali*? utroque enim caſu, legitime Principes Regale hoc exercent, ex quo certum, Juri Juſtinianeo nullam hodie in Principum Territoriis vim ineſſe, præter eam, quæ ipſis placet, & cum ipſorum principiis convenit; ita ut inſtar Juris ſaltem Statutarii, ſive Provincialis, habeatur; ſicuti & ſtatibus integrum, circa notas infamiæ, L. 1 ff. *de His qui notantur infamia*, Lib. 3, Tit. 2, expreſſas, pro lubitu diſpenſare. Idem dicendum de *Jure Canonico*, minimum in Terris Proteſtantium; imo, nihil impedit Principem Imperii, quo minus quandoque hoc jure utatur, in caſibus etiam *Legibus Imperii*, v. g. *Receſſibus*, definitis? argumento *Ordinationis Criminalis Caroli V*, de An. 1532, varias continentis pœnas, quas Principes ſæpius vel minuunt, vel exaſperant. Cur igitur poteſtas reſtituendæ Famæ ipſis deneganda? præſupponamus modo caſus habiles; ſi quis Imperiali, vel Comitiali, ſententia infamem declaratum Famæ reſtituere conaretur, temeritatis profecto accuſandus eſſet. Hæcque ratio, cur Seculo XVI, bello ruſtico implicati, non niſi Lege publica, Receſſu ſcil. *Spirenſi*, An. 1526, §. 6, *Und wiewohl der gemein Mann*; mundari ab infamia potuerint; quam Legem fruſtra objiciunt, quibus Principes, non niſi ex conceſſione Imperatoris, jure reſtituendi Famam gaudere poſſe videntur, cum non omnes, ob rebellionem, ac iſti, infamiam incurrant. Recte igitur docent: *Arniſæus*, Lib. 2 *Relect. Polit.* c. 6, Sect. 5, §. 84: *Limnæus*, Lib. 2 *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 144, pag. 130 &c. *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. 2, Cap. 53, §. 3, pag. 491 &c. & in Additionibus ad *Rumelini* notas in *Auream Bullam*, Part. 3, Diſſ. 3, §. 13. p. 779; *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 2, Regal. X, p. m. 74; *Knichen*, de *Jur. Territ.* lib. 2, c. 4, §. 72; *Uffenbach*, de *Jud. Aul.* c. 11, pag. 138; *Schütz* Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 21, lit. c, p. m. 405; *Rhetius*, *Inſtit.* J. P. Lib. 2, Tit. IX, §. 1 & ſeqq. p. 406 &c. *Schwederus*, l. c. & Sect. 2, Cap. XIV, §. 8, p. 931; *Hornius* J. P. Cap. 46, §. 13, p. 415; *Titius*, *Jur. Publ.* Lib. V, c. 3, §. 73, p. 546; *Brunneman*, *J. P. Prud.* Diſſ. V, §. 20; Author *des Teutſchen Reichs-Staats*, Part. 2, Cap. VI, §. 4, p. m. 179; præſertim Dn. *Joh. Gottfridus Starckius*, Diſſ. Inaug. Præſide Dn. *Mich. Henr. Gribnero*, An. 1710, 28 April. *De Jure reſti-*

re restituendi Famam, Principibus Imperii vindicando, Wittebergæ habita, per tot. Ipse Dn. Auctor noster seq. Tit. XVII, §. 97, pluresque alii, Regale hoc Statibus quoque Imperii in Territoriis suis competere; quamvis sententia *Peregrini, de Jure Fisci,* lib. I, Tit. 2, §. 54, *Carpzovii* l. c. aliorumque, qui eos sequuntur, *quod restitutio Famæ à Principe indulta ultra Ipsius Territorii limites se non extendat;* ita crude approbanda minime videatur, tum, ob communem Gentium Juris regulam, juxta quam, *ante omnia Judicio Principis standum, quoties de statu, seu conditione, Ipsius subditorum, quæstio movetur;* quæ, licet exceptiones admittat, utplurimum tamen observatur, nec, fine prægnante causa, violari potest; cum, quod alias Famæ restitutus à Principe tot restitutionibus opus haberet, quot Domini Territoriales in Imperio; quod absurdum; quoniam non contra omnes peccavit, sed in Dominum saltem suum, à quo infamiæ pœna affectus fuit; vice versa, nec eos sequor, qui Regale hoc Imperatori in Statuum Territoriis, extra casus supradictos, penitus denegant. Id quidem pro certo habeo, Imperatorem neminem facile Famæ restituere posse, quem Princeps Territorialis, ex Lege Provinciali, infamem declaraverit; ne Rescripta Ejus Gratiosa Principum Jus legislatorium, referendæve Gratiæ, evertant; ast non simul in reliquis omnibus, quia (1) Cæsar est fons omnium dignitatum, & existimationis, meritoque, ob reverentiam erga Cæsarem, quis talis censeri meretur, qualem Cæsar Eum judicat; (2) Ipsi Status Imperii, in Diplomatibus Privilegiorum suorum e. g. Austriæ Duces, præc. Lib. I, Tit. XVI, §. 9, lit. b, pag 25; *Majorumve Comitivarum,* v. g. Comes Ranzovius, præced. §. 13, lit. a, c, & d; facultatem restituendæ famæ sibi concedi patiuntur; (3) Reliqui Status Imperii omnes famæ restitutum ab Imperatore, pro tali suscipiunt, etiamsi Dominus ejus Territorialis hujusmodi restitutionem, privata de causa, improbet; (4) Nemo *legitimandi jus per totum Imperium,*† Cæsari in controversiam trahit; cur itaque violari dicatur Superioritas Territorialis Principum, si famæ aliquem restituat, maxime talem, qui non ex Lege Provinciali infamiam contraxit? (5) Tot præjudicia pro Eo loquuntur.

(*b*) NUSPIAM &c. Imo, per Leges, quæ Superioritatem Territorialem Ipsis confirmant.

(*c*) SINGULARITER &c. Hic casus singularis ad omnes non est extendendus; isti enim Famæ restituendi, ob crimen in totum Imperium commissum, rebellionis scilicet, violatæque pacis publicæ, non nisi à Cæsare in integrum restitui poterant.

18. Restitutio hæc fit, vel verbis, vel facto: hoc; quando Imperator promovet infamem, ad dignitates, & officia, quæ non alius, nisi integer famæ, gerere potest; tunc enim, eo ipso, talem infamem famæ restituisse creditur: quia superior, adsumendo infamem ad officium, cum eo dispensare censetur, *cap. de diversis X. de Cler. conj. l. quidam consulebat 57. ff. de re jud.*

19. Ab eo tempore, restitutus, in toto Imperio, pro integra, ac legali, persona habetur; & impetranti eam prior macula adimitur, recipitque *bona publicata* (*a*) & à fisco occupata, seu vendita; quia tantum tribuit restitutio, quantum abstulit condemnatio, *l. fin. C. de Sentent. pass.* Hæc ita se habent, quando restitutio est specialis in omnia Jura, & formula ita concepta: *Wir setzen euch in vorigen Stand, Ehr und Würde. R. A. 1526. §. Und vviewol der gemeine Mann.* Quando autem restitutio est generalis, & formula ita concepta: *Wir vvollen euch Gnad bevveisen:* bona confiscata & reliqua Jura non censentur esse restituta. *arg. l. 6. & 7. C. de Sent. pass.*

NOTA.

(*a*) PUBLICATA &c. Modo Instrumentum restitutionis non nimis sit generale, sed addicta Fisco bona complectatur. Vid. *Schwederi Introd.* I. P. part. spec. Sect. I. c. 16. §. 5. p. 479. Add. Dn. Author, seq. Tit. 17. §. 99. *Mylerus, de Principibus Imperii,* Part. 2, c. 53. §. 7. p. 493.

20. *Tertio, Concessio veniæ ætatis,* (*a*) qua minorem in justam & legitimam transponit ætatem.

NOTA.

(*a*) VENIÆ ÆTATIS &c. Regale hoc Cæsares semper exercuisse, documento est Formula *veniæ ætatis,* quam *Cassiodorus* lib. VII *Variarum,* Ep. 41, pag. 257 suppeditat; Quoad Principes & Status

Imperii, aliosque immediatos Imperii subditos, Solus Imperator ætatis maturitatem adscribere potest; quoad Subditos vero mediatos, gaudent eadem potestate Domini Territoriales. Ecce, qua Formula Sacratissimus Imperator *Leopoldus*, defectui annorum Serenissimi Ducis Würtenbergici succurrerit, quam & apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2. IV *Abtheilung*, VII *Absatz*, §. 45. p. 764. offendis:

Diploma Veniæ ætatis, Serenissimo Duci Würtembergico, *Eberhardo Ludovico*, an. 1693. ætatis annum 17. agenti, concessæ.

Wir Leopold von Gottes Gnaden, erwehlter Röm. Kayser &c.

Bekennen öffentlich, mit diesem Brief, und thun kund allermänniglich; Demnach des Hochgebohrnen Friederich Carl, Administratoris, und Hertzogen zu Würtenberg, und Teck, Grafens zu Mümpelgard &c. Unsers Vetters, und Fürstens Ld. jüngsthin, durch Unglück in feindliche Gewalt gerathen, und ungewiß ist, ob, und wiebald S. L. wiederum zu ihrer Freyheit gelangen werden? Und dann wir bey Uns nöthig befunden, daß dieses, auf den Gräntzen liegende, und dem Feind am meisten exponirte *Land, bey gegenwertig zweiffelhafften* Conjuncturen, *und täglich besorgendem feindlichen Einfall, mit einer beständigen Regierung versehen werde, anbey auch erwogen, des, zwar noch minderjährigen, Erb-Printzens, und künfftigen Lands-Fürsten, des Durchleuchtig Hochgebohrnen Eberhard Ludwig, Hertzogen zu Würtenberg und Teck, Grafens zu Mümpelgard &c. Unsers lieben Vetters und Fürstens Ld. Fürstliche Qualitäten, und sonderbahre Fähigkeit, auch zu Uns, und dem Vaterland, Seiner Vor-Eltern rühmlichen Exempel nach,* profitirende Devotion, *und Ergebenheit, wie denn auch, daß S. L. Ihre Volljährigkeit, und zu Antretung der Ihro angestammter Landes-Fürstlichen Regierung erforderliche Jahre, innerhalb weniger Zeit, erreichen werden; So haben wir für gut befunden, Seiner, des Durchleuchtigen, Hochgebohrnen, Eberhard Ludwigs, Hertzogen zu Würtenberg und Teck, Grafens zu Mümpelgard &c. Unsers lieben Vetters, und Fürstens Ld. selbsten, sothane Regierung Ihrer Landen, aufzutragen, und zu dem Ende, aus jetztgedachten, und mehr andern, Unser Kayserlich Gemüth bewegenden, Ursachen, mit deroselben, des sonst erforderlichem Alters halber, zu* dispensiren, *den Abgang und Mangel der übrigen wenigen Zeit, Krafft Unsers Kayserlichen Gewalts, zu ersetzen, und Ihro* Veniam ætatis *zu ertheilen; Thun auch dasselbe hiemit, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechtem Wissen,* Dispensiren, *ersetzen, und geben sothane* veniam ætatis, *aus R. Kayserl. Macht, und Vollkommenheit, wissentlich, in Krafft dieses Briefs, und meinen, setzen und wollen, daß mehrgedachte S. Ld. von nun an,* Majorennis *seyn, und aller Freyheiten, Rechten und Gutthaten, die denen* Majorennibus *des Hertzoglichen Hauses zu Würtenberg, von rechtswegen, zukommen, und gegönnet seyn, ohn männigliches Eintragen, und Verhinderung, freyen und gebrauchen, mithin die Regierung Ihrer Landen alsogleich antreten, und führen, mögen; Und gebieten darauf allen und jeden Churfürsten, Fürsten, geist- und weltlichen, Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Landvögten, Hauptleuten, Vitzthummern, Vögten, Pflegern, Verwesern, Amptleuten, Landrichtern, Schultheissen, Bürgermeistern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemeinden, und sonst allen andern, unsern und des Reichs Unterthanen, und Getreuen, was Würden, Stands und Wesens sie seyn, ernst- und vestiglich, und wollen, daß sie obbemeldte S. Ld. bey dieser* Dispensation, *und* Venia ætatis, *wie obstehet, unangefochten bleiben lassen, daran nicht hindern, noch andern solches zu thun, gestatten sollen, in keine Weise noch Wege, als lieb einem ist, unsere und des Reichs schwere Ungnad und Straff, und darzu ein Pœn, nemlich funffzig Marck lötigen Goldes, zu vermeiden, die ein jeder, so offt er freventlich dawider thäte, halb in unser und des Reichs Kammer, und den andern halben Theil, vielgenandter S. Ld. zu Würtenberg, ohnnachläßlich verfallen seyn solle. Mit Uhrkund dieses Briefs, besiegelt mit unserm Kayserlichen anhangendem Insiegel, der geben ist in unserer Stadt Wien, den 20 Tag des Monats* Januarii, *nach Christi unsers lieben Herrn, und Seligmachers, Gnadenreichen Geburt, im 1693, unser Reiche, des Römischen, im 35. des Hungarischen im 38, und des Bömischen im 37ten, Jahre.*

Leopold.

(L. S.)

Vt. *Leopold Wilhelm, Graf zu KönigsEgg.*

ad mandatum S. C. M. proprium

Caspar Florens Consbruch.

Kayserlich Patent an die Regierung zu Stuttgard.

Wir Leopold &c. entbieten der Vormundschafftlichen Regierung, und denen Ständen von Prælaten, Rittern und Städten, wie auch allen übrigen Beambten, und Unterthanen, des Hertzogthumbs Würtenberg, und zugehöriger Landen, unsere Kayserliche Gnade, und fügen Euch hiemit zu wissen, was massen wir bey gegenwertigen, zweiffelhafften

hafften und zerrütteten Conjuncturen, *und noch* continuirenden *Gefangenschafft, und Abwesenheit des* (Tit.) Administratoris *zu Würtenberg Ld. wie auch aus andern unser Kayserlich Gemüth bewegenden Ursachen, dem Durchl. Hochgebohrnen Eberhard Ludwig, Hertzogen zu Würtenberg und Teck, Grafen zu Mümpelgard &c. unsern lieben Vettern, und Fürsten* Veniam ætatis *ertheilet, und mithin wegen der, an seiner völligen Vogtbarkeit, nach abgehender weniger Zeit, dahin* gedispensirt *haben, daß derselbe nunmehr die Regierung, der Ihme angestammter Land und Leuten, selbst antreten und führen moge. Und befehlen Euch solchem nach, von R. Kayserl. Macht, hiemit gnädigst, daß Ihr gedachtes Eberhard Ludwigs, Hertzogens zu Würtenberg, Ld. für euern regierenden Landsherrn erkennen, und dessen Gebot und Verbot, als welche, unserer gnädigsten Zuversicht nach, wie wieder des Heil. Röm. Reichs, unsers allgemeinen Vaterlands, Dienste gehen, gebührende und gehorsame Folge leisten, wie nicht weniger, auf dessen Begehren, die gewöhnliche Landshuldigung abstatten, fort all dasjenige* præstiren *sollen, was getreuen Räthen, Ständen, Land-Sassen und Unterthanen, gegen Ihrem Landsherrn zu thun, oblieget. Daran vollziehet Ihr unsern gnädigsten Willen und Meinung, und Wir verbleiben Euch mit Kayserlichen Gnaden gewogen. Geben in unserer Stadt Wien den* 20 Jan. anno 1693, *unserer Reiche des Römischen im* 35, *des Hungarischen im* 38, *und des Bömischen im* 37*ten Jahre.*

Leopold.

(L. S.)

Vt. Leopold Wilhelm. &c.

21. Jure civili, ut quis impetrare possit veniam ætatis, requiritur *primo*, ut masculus vigesimum, fœmina vero decimum octavum annum adimpleverit. *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. secundo*, ut morum probitatem demonstret, & grandævus sit consilio. Hoc in casu, si minor grandævus consilio esse de se ipso præsumpserit, & audaci animo annorum beneficia contemnendo, negotiorum & patrimonii sui administrationem sibi solus sumere velit, simulve pro majore censeri petat, Principem adire, ac legitimam ætatem à Principali Clementia impetrare debet. *l. 3. C. de his qui ven. ætat. imp.*

22. Quia temporis determinatio est meri Juris positivi, & ita constitutum, quia Legislatori ita placuit: Imperator numerum annorum, in L. 2. C. dicti Tit. expressum, præcise non observat. Sic Christianus IV, Rex Daniæ, *(a)* anno decimo septimo nondum impleto, ob singulares & Regias dotes animi, *(b)* ab Imperatore veniam ætatis consecutus est, An. 1593, 26 April. Avorum memoria, Ludovicus, Rex Hungariæ & Bohemiæ, *(c)* defuncto Patre Uladislao, Regna adiit, annos natus tredecim, venia ætatis ab Imperatore, Maximiliano I, impetrata. Goldast. de Regno Bohemiæ, lib. 4, Cap. I, §. 6. Ludovicus Eberhardus, Comes Hohenloicus, *(d)* anno decimo sexto ætatis, à Rudolpho II, An. 1607, veniam ætatis impetravit; *(e)*

NOTÆ.

(a) REX DANIÆ &c. Impetrasse Regem, hunc, à *Rudolpho II* Imp. tempore hic signato, veniam ætatis, testantur etiam *Antonius Heringius*, de *Fidejussorib.* Cap. 2, §. 110; *Stamler* de *Reservatis*, §. 57, n. 8. *Crusius*, de *Praeminentia*, lib. 3, Cap. 2, §. 19, pag. 366. *Klockius* de *Contributionibus*, Cap. 4, §. 20, p. m. 89; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 2, Cap. IX, §. 150, pag. 132; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 4, §. 2, v. 24, pag. 379.

(b) DOTES ANIMI &c. Pro venia ætatis impetranda, solet Imperator, mediante supplici libello, implorari, addito ætatis documento, annexisque rationibus petitæ veniæ inservientibus, utpote quibus personæ habilitas confirmatur, Vid. Dn. *Multzius* l. c.

(c) BOHEMIÆ &c. De *Ludovico*, Hungariæ Bohemiæque Rege, defuncto Patre *Uladislao*, à *Maximiliano I*, An. 1519, ætat. 13, Veniam ætatis consecuto, evolvas *Dubravium*, lib. 33 *Hist. Bohem.* p. 266 &c. *Goldastum*, de *Regn. Bohem.* lib. 4, Cap. I, §. 6, pag. 537 *Crusium*, l. c. *Klockium* l. c. *Limnæum* l. c.

(d) HOHENLOICUS &c. Diploma hoc, An. 1607, 2 Maji, Pragæ scriptum, suppeditant *Limnæus*, Addit. Jur. Publ. ad Lib. 2, Cap. IX, post §. 151, pag. 254; & Dn. *Lunigius*, *Reichs*- Archiv, Part. special. Contin. 2, VI *Abtheilung*, VI *Absatz*, §. 54, pag. 73.

(e) IMPETRAVIT &c. Eandem veniam nacti sunt:

An. 1286.

An. 1286, *Wenceslaus*, *Bohemiæ* Rex, à *Rudolpho* Imp. anno ætat. XV. Vid. *Matth.* Mareschalli *Pappenheimii*, *Histor. Austral.* apud *Freherum*, ad h. a. pag. 334; *Dubravius* l. c. lib. XVII, p. m. 143; *Gerhardus de Roo*, *Histor. Austriac.* lib. 1, ad h. a. *Goldastus* l. c. & lib. VI. Cap. XIX, §. 8, pag. 1172; *Multzius* l. c.

An. 1315, 12 Cal. Sept. ætat. 14, *Philippus* Audax, *Burgundiæ* Dux, à *Carolo IV* Imp. teste formula, apud *Chiffletium*, *Vindic. Hispan.* c. 13, pag. 28; *Conringium*, de *Finib. Imperii*, lib. 2, Cap. 25, §. 10, pag. 387; Dn. *Fridericum Lucæ*, *im Fürsten-Saal*, pag. 988; & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 1, 2 *Absatz* §. 236, pag. 563.

An. 1378, *Carolus VI*, Delphinus Franciæ, ab eod. Vid. præced. lib. 1, Tit. 2, §. 12, p. 254.

An. 1398, *Otto*, Dux *Brunsuic. & Luneburg.* cogn. *Cocles* à *Wenceslao*, Imp. Vid. *Braunschweigische Händel*, P. 1, Sect. 2, c. 1; *Bünting*, Chron. Brunsuic. Part. 3, in vita Ducis hujus, p. m. 20; *Heringius* l. c. C. 7. §. 109; *Multzius* l. c. *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 2, Cap. IX, §. 150, p. 131; Dn. *Rehtmeier*, in *Chronico Brunsuicensi & Luneburg.* Part. 3, Cap. 46, p. 618, ubi tamen id ad annum 1393 refert.

An. 1503, *Ulricus*, Dux *Würtenbergicus*, ætat. 16, à *Maximiliano I*, Vid. *Hortleder*, *Von Ursachen des Teutschen Kriegs*, T. 1, lib. 3, Cap. 1, §. 64, p. 821; Dn. *Multzius* l. c.

An. 1518, *Philippus Hassiæ* Landgravius, ætat. 14, ab Eodem; Vid. Dn. *Lairitzii*, *Palmwald*, Tab. X, Cap. 3, §. 12, pag. 530; Ill. *Schützius*, Diss. de *Vicariis Imperii*, §. 49; Dn. *Multzius* l. c.

An. 1585, *Carolus*, *Lotharingiæ* Dux, postulatus Metensis Episcopus, sub dato Pragæ, 18 Sept. an. ætat. 17, à *Rudolpho II*, Imp. Vid. *Klock.* l. c. *Crusius* l. c. §. 21; *Thomas Michaël*, de *Jurisdict.* lib. 2, Part. 1, Cap. 1, membr. 1, n. 137; Dn. *Multzius* l. c.

An. 1598, *Philippus Julius*, Dux *Pomerano-Wolgastensis*, ætat. 14, ab Eodem; vid. *Michaël* l. c. §. 138; *Lairitz* l. c. Tab. XV, Cap. 4, §. 9, pag. 719; Dn. *Multzius* l. c.

An. 1641, 15 Jan. Ratisbonæ, *Mauritius Fridericus*, Comes *Hohenloicus* in Schillingsfürst, à *Ferdinando III* Imp. Diploma subministrante Dn. *Lunigio* l. c. Contin. 2, *II Fortsetzung*, *VI Abtheilung*, *VI Absatz*, §. 55, pag. 74; Conf. *Limnæus* l. c. Addit. ad Lib. 2, Cap. IX, pag. 256; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I. Cap. XV, §. 7, p. 474.

An. 1646, sub dato *Lintz*, 4 Maji, omnes Duces *Holsato-Schleswicenses*, ab Eodem, anno ætatis 18, in perpetuum Majorennes declarati. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 10 *Absatz*, §. 133, pag. 288.

Anno 1660, sub dato *Grætz*, 14 Aug. *Albertus Ernestus*, Comes, postea Princeps *Oettingensis*, an. ætat. 18, à *Leopoldo* Imp. Diploma sistit. Dn. *Multzius* l. c. §. 25, p. 279 & 280.

An. 1666, 26 Maji, Wien: *Albertus Fridericus* L. B. de *Wolffstein*, an. æt. 22; vid. Dn. *Lunigius*, *Spicileg. Secular.* Part. 2, 67 *Absatz*, §. 33, p. 1580; juncto Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imperii*, lib. VII, c. 22, §. 4 & 5. p. m. 407.

An. 1692, *Fridericus Wilhelmus*, Dux *Megapolitanus*, ætat. 17, ab Eodem.

An. 1693, sub dato *Ebersdorf*, 12 Sept. *Fridericus*, Dux *Saxo-Gothanus*, ætat. 17, ab Eodem; Vid. Dn. *Lunigius* in *Reichs*-Archiv, l. c. 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 154, p. 696.

An. 1694, 23 Julii, *Georgius Fridericus*, Marchio *Brandenb.* in *Anspach*, ætat. 16.

An. 1697, 31 Mart. sub dato Wien, *Johannes Fridericus*, Comes Castellæ-Rüdenhausen, æt. 21. Vid. Dn. *Lunigius*, *Spicileg. Secular.* Part. I, 3 *Absatz*, §. 58, pag. 165.

Alia exempla v. g. *Christiani Augusti*, C. P. R. in Sultzbach; *Gustavi Adolphi*, Ducis Megapolitani; *Friderici*, Com. Nassovio-Saræpontani, & *Egonis Antonii*, Com. *Fürstenbergii*, ex *Mertzii* à *Quirnheim*, *Speculo Success. Univers.* Part. 3, c. 2, Sect. 16, producit Dn. *Multzius* l. c. §. 2, v. 24, p. 279.

23. Tenorem, quo olim venia ætatis est concessa, vid. apud Goldastum, Tom. 3, Constit. Imper. pag. 90. Tenorem, quo hodie (*a*) concedi solet, Vid. apud Limnæum, Addit. ad lib. 2. cap. 9, pag. 154.

NOTA.

(*a*) HODIE &c. Formulas modernas indicavi præced. §. 20, lit. a, & remissive, §. 22, lit. e.

24. Effectus hujus concessionis est, ut talis quidem, in toto Imperio, pro majore habeatur, & tanquam major, sine Curatore, agere, conveniri, bona sua administrare, ac libere contrahere, possit, tot. Tit. C. de His, qui ven. ætat. distrahere tamen & alienare non

re non possit; L. 2, §. 1, C. dicti Tit. nisi Princeps ei specialiter veniam ætatis, ad alienandum quoque, concesserit. Vid. Græf. de Regal. cap. 19. Item, si cui Legatum fuerit relictum hisce verbis: *Cum ad legitimam & perfectam ætatem pervenerit*: quod legatum, ante XXV annum completum, petere non possit; L. f. C. d. Tit. In Dispositionibus enim hominum, verba naturali, non civili significatione funguntur. Bald. ad dict. L. f.

25. An *Minor, qui ætatis veniam impetravit, si non idonee bona sua administret, adversus ipsam veniæ impetrationem, in integrum restitui possit?* Quæritur. Dissentiunt Doctores. Verior est affirmantium opinio, arg. l. 1, ff. de *Min.* Hoc enim Edictum Prætor, naturalem æquitatem secutus, proposuit, quo tutelam Minorum suscepit. Nam, cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum hujusmodi ætatum consilium, & multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum, auxilium eis Prætor hoc Edicto pollicitus est, &, adversus captiones, opitulationem. Contra actus tamen, medio tempore, quo veniam ætatis habuit, gestos, non restituitur; L. I, C. de *His, qui veniam ætatis impetr.* ne contrahentes Principali authoritate circumscripti videantur. Nec obstat dict. L. I, C. *de His qui ven.* Quia hanc restitutionem, ut dictum, contra actus, medio tempore gestos, non concedimus, sed contra ipsam impetrationem, ita ut inposterum Curatorum, (*a*) auxilio regatur. *Maurit. de Restitutionib.* c. 22.

NOTA.

(*a*) CURATORUM &c. Q. *Num is, qui veniam ætatis nactus, ad Tutelam & administrationem bonorum minorum Fratrum admittendus sit?* R. regulariter *non*, ob rationes a *Besoldo*, in *Delibatis Juris*, ad L. I, T. 4, Rubr. *Venia ætatis*, pag. 110; *Stephani*, de *Jurisdict.* l. 2, P. 1. c. 1, membr. 2, n. 143; *Finckelthausio*, de *Venia ætatis*, c. 4, Concl. 18; *Lauterbachio*, Diss. de *Tutore Honorario*, θ. 17, aliisque allatas. Aliud tamen dicendum, si, speciali gratia, in Diplomate habilis quis reddatur ad gerendam Tutelam, bonorumque administrationem; aut, si postea intuitu singularis prudentiæ, morumque probitatis, facultatem hanc consequatur, exemplo laudati præced. §. 22, lit. e. Comitis Hohenloici, *Mauritii Friderici*, cui Imperialis Camera, hoc titulo, Jus suscipiendæ Fratrum Minorum tutelæ vel curæ, anno ætatis vigesimo, indulsit, licet Cæsareo in Diplomate, quo data Ei ætatis venia, nulla hujus rei facta fuerit mentio. Vid. Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. 15, §. 7, pag. 473.

26. Quarto, huc pertinet Relaxatio à Juramento, (*a*) qua obligatio, ex juramento orta, remittitur; (*b*) Hoc Jus Majestati competit, (*c*) quia habet summam in Personam potestatem; ergo etiam in ejus verba & promissiones. Alii hoc jus referunt ad potestatem circa Sacra; & hinc, quia Summus Pontifex hodie hanc potestatem habet, Jure Canonico, Summo Pontifici, (*d*) & Episcopis, hoc tribuitur Jus, c. 2. q. 6. XV. Alii illud comprehendunt sub Jure Legislatorio, & quemadmodum Majestas habet potestatem eximendi aliquem ab obligatione Legis, ita & ab obligatione Juramenti, quod nos ideo obligat, quia Leges vel volunt, vel non volunt; quorum sententia non videtur omnino rejicienda. Nos, cum aliis, malumus hoc jus facere peculiare Majestatis Jus; nam alias, cum Leges ferantur de omnibus, facile omnia redigeremus ad Jus legislatorium.

NOTÆ.

(*a*) RELAXATIO A JURAMENTO &c. De *Relaxatione Juramenti, ad effectum agendi*, prodiit Tr. *Thomæ Maulii*, An. 1634, Francof. ut & eodem titulo, Diss. *Georgii Adami Struvii.* De *Absolutione à Juramentis*, extant Dissertationes, Inauguralis: *Johannis Jacobi Geigeri*, An. 1679, 27 Sept. Argentorati, & *Johannis Georgii de Werdeck*, An. 1685, Præside *Joh. Henrico Pottio*, Jenæ habitæ.

Huc

Huc etiam facit Diff. Inaugur. *Joh. Erdmanni Liebneri*, de *Jure Principis circa Juramenta*, An. 1704, 6 Junii, Præside Ill. Dn. *Joh. Samuele Stryckio*, Halæ, defensa. Nec non *Schützius*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. 16, p. m. 511 &c. *Berlichius*, Part. 2, *Conclus.* 44, p. 312 &c. *Gailius*, Lib. I, *Observat.* XXII, &c. p. 44 &c. Interpretes Juris Publici omnes. Germ. vulgo vocatur: *Einem seine gegebene Urphede gegen dem Herrn, so ihn verurphedet hat, zu relaxiren, damit er sich, gegen selbigem, Rechtens gebrauchen mæge.* Vid. *Otto Jur. Publ.* Cap. XI, §. XII, p. 377; *Struvius* l. c. cap. 2, §. 6; *Einsiedel*, de Regalibus, c. 2, §. XXII, p. m 263; *Carpzovius* de *Regalibus*, Cap. 2, Regale IX, p. 70 &c. *Besoldus* Diff. de *Regalibus*, a *Dietherro*, Ejus *Thesauro Practico* annexa, c. 2, §. VI, p. 1124; *Schweder Introd.* J. P. Part. spec. Sect. I, Cap. XVI, §. 13, pag. 486; *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, c. 44, p. 404 &c. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. XIX, §. 13, pag. 401 &c. ast non satis accurate, cum omnis relaxatio juramenti non respiciat *Urphedas*, ceu seq. lit. b. amplius patebit.

(b) REMITTITUR &c. Juramenta, rite præstita, servanda esse, nec violanda, & sacræ scripturæ probatur auctoritate, veluti *Exod.* XX, 7; *Levit.* XIX, 12; *Num.* XXX, 3; *Deut.* V, 11; *Psalm.* XV, 4 & XXIV, 4; *Jerem.* V, 2. *Zachar.* V, 4; *Sap.* XIV, 28 ad 31; *Eccles.* XXIII, 11 &c. *Matth.* V, 33 &c. & Humanis Legibus cautum, sanæque rationi conveniens est. Apud omnes Populos, & ab omni ævo, circa pollicitationes, promissa & Contractus, maximam semper vim jurisjurandi fuisse, gravemque pœnam perjuris imminere, nunquam non creditum, fuse ostendit *Grotius*, Lib 2 de J. B. & P. Cap. 13, §. 1 & 2, pag. 245 &c. *Nullum certe Vinculum, ad constrigendam fidem, jurejurando Majores arctius esse voluerunt*, teste *Cicerone* lib. 3 *Offic.* §. 111; & *Jurisjurandi contempta Religio satis Deum ultorem habet*; inquit *Alexander* Imp. L. 2 C. *de Rebus creditis & Jurejurando*, (lib. 4, Tit. 1,) Quæritur itaque: *Num Homo alteri Juramentum relaxare queat?* sive, *Num Homo alterum ita à juramento præstito absolvere valeat, ac si illud nunquam præstitum fuisset?* Resp. Omnino; nemo enim impeditur, quominus *his, quæ pro se introducta sunt, renunciet*, sicque alterum juramento sibi devinctum, ab isto vinculo liberum pronunciet &c. per L. 29, *si quis in conscribendo*, C. de *Pactis*; Cap. V, *Super hoc*, X. de *Renunciatione*; Cap. 45, *Constitutus*, X. de *Appellationib.* Cap. IX, *Ex Conscientia*, X. de *Crimine Falsi*; Cap. VI, *Si de Terra*, X. de *Privilegiis &c.* modo salus publica, Legesve, in favore tertii latæ, inde non lædantur, de quibus, aliisque Exceptionibus, quas Regula patitur, evolvendus *Joh. Bechtoldus*, lib. XVI *Axiomatum Augustini Barbosæ*, Cap. 31. Ax. 1, p. 511 &c. Hinc videmus, toties Magistratus subditis, impetrato rite consensu v. g. in aliud territorium migrantibus, relaxare juramentum subjectionis, quo hactenus ipsis tenebantur; pari ratione Belli Dux milites, quibus non amplius indiget, à sacramento militari valide absolvit; imo socius socium, in re ipsos unice respiciente; per C. 2, *Præterea*, X. de *sponsalibus*. Nec est, quod putemus, per *Juramentum*, Homines simul Deo obligari, à qua obligatione nemo mortalium alterum liberare queat; cum Deus, in juramentis quibus homines sibi invicem tenentur, non nisi ut testis & vindex considerandus veniat; proinde, sublata obligatione, qua alter alteri constringitur, cessat simul testimonium supremi Numinis, Ejusque vindicta, in securitatem duntaxat promissæ fidei, invocata. Vid. Dn. *Liebner*, cit. Diff. Inaug. *De Jure Principis circa Juramenta*, Cap. 2, §. 4, p. 24 &c. de hac *Relaxatione* vero hic non est quæstio, sed de illa, quando quæritur: *Num Principi potestas sit liberandi subditum à vinculo juramenti tertio præstiti?* Hic multæ lites: *Quid, per Relaxationem, intelligatur?* Num *ejusmodi plenaria absolutio à vinculo juramenti, de qua modo dixi?* num *jus tantum tollendi effectum juramenti?* Rursus: Num sermo sit: de *Relaxatione juramenti validi*? an *de Relaxatione juramenti invalidi, & illegitimi?* quo referunt v. g. (1) *Urphedas*, (2) *Juramenta vi metuque extorta*, (3) *Dolo exacta*, (4) *Errore præstita*, (5) *Enormissimam læsionem involventia*, (6) *Minorum* &c. Definientes hinc *Relaxationem*, quod *sit Potestas, Majestati competens, vi cujus Summus Princeps, vel cui Ille committit, aliquem à juramento, inique extorto, liberare, atque obligationem inde profectam tollere possit, ut impetrans conscientiam suam salvare, sine perjurii metu, agere, & jus suum prosequi queat*; Vid. *Struvius* cit. Diff. de *Relaxatione Juramenti ad affectum agendi*, Cap. VI, §. 6; Conf. *Schütz*, l. c. *Einsiedel* de *Regalib.* Cap. 2, §. 252 &c. p. m. 263; *Sixtinus* de *Regalib.* lib. 1, c. 4. §. 8; multique alii. Mea, de hac re sententia hæc est:

(1) Regale *juramenta relaxandi, quatenus Principi competit*, esse Jus, vigore cujus Princeps, justis de causis, quibuscunque Subditorum Juramentis, etiam validissimis, effectum auferre; &, casu quo quis, capitali quodam crimine, ultimum supplicium, infamiam, bonorumque confiscationem, secum trahente indignum se reddidit facultatis fruendi

endi obligatione qualibet sibi facta, jus, quid ei inde competiit, ante crimen commissum, Fisco vindicare queat; aut aliis in casibus, prævia Judiciali sententia, illud tertio cuidam, v. g. Actori, adscribere.

(2) Idem Regale perperam restringi ad Juramenta per se illicita, & invalida, sed extendendum ad perfectissima quoque, nullo plane vitio, neque ex parte jurantis, neque ex parte exigentis, laborantia; ob Summum Jus, quod Principi in Subditos vindicandum. *Actus enim* (ut verbis Dn. *Schützii* Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. 16, lit. a, p. m. 512 & 513. utar) *Subditorum non sunt plene & plane in eorum potestate, ita, ut libere quidvis agere queant; sed dependent à Superioribus, ita, ut illis, pro salute Reipublicæ, Subditorum actiones approbare vel improbare liceat; &, quamvis subditus juramento se obliget, tamen id juri Superioris non derogat; semper enim jus superioris, etiam in juramentis, exceptum intelligitur, Cap. XIX, (Venientes &c.) X. de Jurejurando; 2 F. 55, c. 1, Moller, Semestr. lib. 4, c. 6, §. 1, Covarruvias, T. 1 Relect. Cap. Quamvis, de Pactis, in 6, p. 1, §. 3, n. 3 & 5. Potest autem superior vel circa personam jurantis, antequam juratur, irritum reddere juramentum; aut, postquam juratum, vetare, ne impleatur, vel, circa personam accipientis, potest prohibere, ne quid ex tali juramento accipiat, vel, si jus ipsi jam sit quæsitum, illud tollere, & quidem in pœnam, vel ob publicam utilitatem, sicut alias Principi, pro salute Reipublicæ, vel etiam in pœnam, subditis res suas auferre licet, uti hoc pluribus explicat Grotius, de J.B. & P. lib. 2, c. 13, §. 20.*

(3) *Urphedas*, hinc proprie huc non trahendas. Non tale juramentum præstans aut justis de causis in carcerem fuit conjectus, aut non; priori casu, nulla agendi ei materia; quis enim unquam asseruerit, meritam pœnam luentibus veniam esse Judicem desuper in judicium vocandi? posteriori, integrum semper est inique ad carceris squalorem, aliasve pœnas, condemnato, nulla obstante *Urpheda*, ad Justitiam provocare, vel ipsa *Ordinatione Criminali Caroli V*, teste, Art. XX, §. 2, verb: *Es soll auch kein Obrigkeit, oder Richter, in diesem Fall,* (quo quis inique torturæ pœnam subierit) *keine Urphede helffen, schützen, oder schirmen, daß der Gepeinigte seine Schmach, Schmertzen, Kosten und Schaden, mit Recht, doch alle thätliche Handlung außgeschlossen, wie Recht, nicht suchen mæge &c.* Hocque verum esse, *etiamsi expressis & disertis verbis Reus, se, nec Jure, nec Injuria, torturam vel incarcerationem vindicaturum, juraverit*, ob generalia: Imperatoris verba: *keine Urphede helffen*, recte docet *Carpzovius*, Part. 3 *Praxis Criminalis*, Q. 127, §. 48, p. m. 237. *Urpheda* sane non debet esse iniquitatis vinculum; vid. *Joh. Sebastianus Gambs*, Lib. IX *Axiomatum Augustini Barbosæ*, Cap. 93, Axiom. 40, pag. 738. Nescio igitur, quem in finem imploranda hic juramenti relaxatio, cum *Urpheda* per se, hisce casibus, invalida sit.

(4) *Nec Juramenta vi metuque extorta*, per L. 5 C. de *Legibus*. Demus licet *Grotio*, lib. 2 de J. B. & P. Cap. XI, §. 7, pag. 226, in ejusmodi juramentum præstante offendi *Intellectum* pariter ac *Voluntatem*, dum eligit, quod sibi magis proficuum arbitratur, nimirum certum quid promittendo, ad evitandum minarum & periculi eventum; adeoque *verum* adesse *consensum*, qui obligationem pariat; nihilominus juramentum hujus furfuris pro valido non habendum, nec obligationem producere, vel inde constat, quod Juramenta cedant pro *Pactis*, l. 35. §. 1, ff. de *Jurejurando*; Pacta autem, utpote negotia bilateralia, non valeant, nisi utrinque bene se habeant; quamvis igitur ratione ejus, qui vi metuque aliquid jurato promittit, pactum vitio non laboret, invalidum tamen redditur respectu ejus, qui vim metumque intulit, quippe qui ex facto suo, securitati publicæ, juri & æquitati, contrario, nullum jus consequi potest, nec, ex delicto suo, recipiendæ obligationis fieri capax; vid. *Puffendorf* lib. 3 de J. N. & G. Cap. VI, §. 10 &c. Quodlibet enim Juramentum validum tribus comitibus stipatum esto. *Veritate, Judicio & Justitia*; per ea, quæ *Innocentius III*, in Rescripto ad Abbatem & Capitulum *Castellionis*, Cap. XXVI, *Etsi Christus*, X. de *Jurejurando*, tradit, juncto c. 2, *Animadvertendum*, Caus. XXII, Q. 2; adeo, ut si uno alterove eorum destituatur, invalidum fiat; per Caus. XXII Q. 4, tot. Frustra objicitur: jurantem, etsi non Homini, tamen Deo obligari; cum Homines, per juramenta quibus actiones invicem munire solent, Deo plane non obligentur, utpote Quem, ceu jam monui, ut Testem & Vindicem duntaxat, implorant, si fidem temere frangant; adeoque si jurans non obstringitur Homini, cui juravit, nec obstrictus erit Deo, qua Testi, seu Vindici. Deinde repugnat etiam Sanctitati Divinæ, illicita Juramenta adimpleri. Peccatum jam est, ita jurare; ast longe major impietas, ejusmodi jurationem implere; Caus. XXII, Quæst. 4, Cap. 3, *Quod David*, &c. 4, *Juravit David*; c. 5, *In malis promissis*; c. 6, *Si aliquid*; c. 13, *Non est observandum*; c. 16, *Si aliquid*; & c. 21, *Mulier &c.* Impia namque promissio, quæ scelere adimpletur; per cit. Caus. XXII, Q. 4, c. 5;

In

In Malis; add. *Gailius*, lib. I *Observat.* XXV, §. 5, p. m. 49. Quod si vero illicitum juramentum præstans illud observare non teneatur, palam est, nec eum *Relaxatione* indigere; per cit. Cauf. XXII, Quæst. 4, Cap. 22, *Inter cætera*; & cap. 18, *Quanto personam*, X. de *Jurejurando*; *Gailius* l. c. *Gambs* l. c.

(5) *Nec Juramenta dolo exacta*; ob L. 5 C. de *Legibus*. Dolus enim est delictum, l. 16 ff. de *Dolo malo*; *Gambs* l. c. lib. 4 *Axiomatum*, Cap. 44. Axiom. 2, p. m. 364; ast ex delicto nemo lucrari debet, l. 134 ff. de R. J. quin potius Reipublicæ expediat, delicta non relinqui impunita; l. 51 ff. ad *L. Aquil. Gambs* l. c. Cap. XII, Axiom. IX, pag. 220; sicque *juramentum dolo exactum* nullius est momenti, per Cap. XXVIII, *Cum contingat*, X. *de Jurejurando*; & c. 2, *Quamvis*, in 6, de *Pactis*; *Gambs* l. c. lib. IX, Cap. 93, Axiom. 16, pag. 729; nullamque proinde gignit obligationem; *Puffendorf* l. c. lib. 4. c. 2, §. 7, rationibus simul *Grotii* de J. B. & P. lib. 2, Cap. 13, §. 4, *Juramentum dolo elicitum obligatorium esse*, statuentis, satisfaciens; Dn. *Struvius* l. c. Cap. 2. §. 15; *Geiger*, cit. Diss. de *Absolutione à Juramentis*, Cap. 3, §. 18, p. m. 41 &c. Ergo nec hic *Relaxatione* opus est. Vid. Dn. *Liebner*, cit. Diss. de *Jure Principis circa Juramenta*, Cap. 2, §. 17, p. 37 &c.

(6) *Nec Juramenta ex errore præstita*; quoniam errantis nullus est *consensus*; &, ubi *consensus* deficit, nulla producitur obligatio; principium enim obligationis *consensum* præsupponit; jam, *sine consensu*, nemo *cum judicio* aliquid fecisse censetur, dum *judicium animi* sufficientem rei notitiam, & verum consensum, requirit; hinc & tale juramentum per se irritum est, juxta cit. Cap. 26, *Etsi Christus*, X. de *Jurejurando*; & Cauf. XXII, Quæst. 2, Cap. 2, *Animadvertendum &c.* nec demum sententia Principis, seu, quod idem est, mediante *Relaxatione*, nullum declarandum. Vid. Dn. *Liebner* l. c. §. 20, p. 41 &c.

(7) *Nec Juramenta enormissimam læsionem involventia*; quia ejusmodi juramenta *contra bonos mores*, sicque *contra Leges*, præstita judicantur, & ideo non sunt servanda, per Cap. 48, *Non est obligatorium*, de *Regulis Juris*, in 6. & L. 5, C. de *Legib.* Conf. *Stephanus Gratianus*, Tom. 4 *disceptationum Forensium*, Cap. 692, §. 16; *Gailius*; l. c. lib. 2 *Observat.* 147, §. 10, p. 598; *Gambs* l. c. lib. IX, Cap. 93, Axiom. 40, p. 738. Excepto casu, si quis *Exceptioni læsionis* jurato renunciaverit, quo juramentum in conscientia est obligatorium. Utroque autem modo nihil præstat *Relaxatio*; non priori, quia Juramentum per se inane est, & invalidum; non posteriori, quia nulla potestas Humana (exceptis casibus prædictis) aliquem liberare queat ab eo, ad quod in conscientia legitime constringitur; nisi is solus, cui aliquis jurato se obligavit; effectum licet obligationis impedire Princeps possit.

(8) *Nec Juramenta Minorum*; ob easdem fere rationes; Aut enim intelligit minor negotium, quod jurejurando in se suscipit; & tunc obligatur in conscientia ad servandum juramentum; consequenter, ab obligatione ista à tertio absolvi nequit; aut non intelligit; & tunc juramentum, ob defectum judicii, in se nullum est; proinde nulla indiget *Relaxatione*.

(9) Principem effectum juramenti validi, tertio præstiti, titulo *Relaxationis*, tollere aliter non posse, nisi casu summæ necessitatis, sive Utilitatis publicæ, aut summæ æquitatis. Quia integrum Ei non est, pro lubitu jus tertii evertere. §. 2 J. de *His qui sui vel alieni Juris sunt &c.* *Daniel Otto*, Cap. VIII *Juris Publici*, p. m. 182 &c. ibique allegati plures; Conf. *Merckelbach* apud *Klockium*, Tom. 1 Consil. XIV, §. 82 &c. deinde, cavendum Principi, ne ansam perjuriis præbeat: *Bachovius*, in Not. ad *Wesenbecium* de *Jurejurando*, sub finem; *Schütz*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exerc. VIII §. XVI, lit. a, p. m. 513.

(10) *Jus tollendi effectum juramenti*, diversum esse à *jure illud nude relaxandi*; quandoquidem (1) *illud* solus Princeps exercere potest; hoc, etiam quilibet privatus, cui aliquid jurato promittitur; vid. *Carpzovius*, Part. 2 *Jurisprud. Forens.* Constit. XXXVI, Definit. VI, p. m. 748; *Struv. Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. XVII, §. 82, pag. m. 643; (2) Ibi, regulariter vinculum juramenti non solvitur; secus ac hic; nulla enim *relaxatio*, proprie sic dicta, fit, sine plenaria solutione vinculi, quo quis jurando se alteri constrinxit. Vid. Dn. *Liebner* l. c. Cap. 2, §. 4, p. 25, & §. 13, p. 32 &c.

(11) Principem juramentum, quo Ipsemet aliis se obligavit, effectu suo privare non posse; quia (1) Nemini ab obligatione rite contracta propria auctoritate resilire licet; (2) Princeps non aliter ac privatus hic consideratur. Secus, si juramentum in se invalidum sit; ut enim, tali casu, ne quidem privatus eo tenetur, Principem deterioris conditionis multo minus censeri fas erit; Vid. *Johannes à Dicastillo*, Disp. 4, de *Juramento*, Dub. 4, §. 62 &c. *Grotius* de J. B. & P. lib. 2, Cap. 14, §. 3, p. 260; *Puffendorf* de J. N. & G. lib. 8, c. 10, §. 5.

(12) Respectu Statuum Imperii, omniumque immediatorum Imperii subditorum, Regale hoc soli Cæsari vindicandum; vid. seq. lit. c.

(13) Penes Principem adhuc esse, omnia juramenta superflua, & frustranea, sine quibus finem, quem pro scopo habent, consequi nihilominus possumus,

sumus, abrogandi potestatem, v. g. *Juramentum Religionis*, quo Clerici certis credendi formulis se mancipant; quod libertati Christianæ valde adversum, cum fides non sit in potestate jurantis, sed dependeat ab illuminatione Spiritus Sancti, & diligenti perscrutatione Verbi Divini. Juramentum vero de re, extra potestatem nostram posita, præstitum, per se frustraneum est. Profecto ne quidem in Sacram Scripturam juramus; cur ergo in Conciliorum Canones, certosve Libros Symbolicos? Hi enim si concordant cum Sacro Codice, quid opus juramento? sin minus, juramentum impium est, & per se nullum. Hujus itidem furfuris, in Foro seculari, Juramenta: *Calumniæ; Dandorum & Respondendorum &c* modo graviores mendaciis pœnæ irrogarentur, quam fieri inolevit. Vid. Ill. Dn. *Stryckius* Diss. de *Abbreviando Processu, per pœnam mendacii.*

(c) MAJESTATI COMPETIT &c. Ob jus summum in Subditos. Eo ipso namque quo subditi tales fiunt, speciali statim nexu Principi ad obsequium obligantur; à qua obligatione, per posteriores conventiones invito Principe, liberare se nequeunt, nec, in præjudicium Juris Superioris, aliquid suscipere; Princeps enim non solius Rei publicæ, sed & privatorum simul negotiorum, Summus est Director, cui incumbit curare, ut & hæc saluti Publicæ & æquitati respondeant. Ex quo fundamento, fluit, urgente necessitate, vel postulante summa æquitate, effectum obligationis cujuslibet, etiam perfectissimæ, inter subditos contractæ, à Principe tolli posse. Facile hinc judicandum, quoad Status Imperii, omnesque immediatos Imperii Subditos, potestatem hanc soli adscribendam Cæsari, utpote cui, tanquam Summo Capiti, omnes & singuli, salva Ipsorum Jurisdictione Territoriali, ad obsequium tenentur, Legibus Imperii conforme. Hinc est, quod solus Cæsar, justis de causis, juramentis, queis Status invicem se constringunt, effectum auferre queat; Testes sunt: *Fridericus Barbarossa*, respectu juramenti, quo *Ulricus* Halberstadiensis, *Henrico Leoni*, Saxonum Bojorumque Duci, An. 1180, se devinxerat, vid. *Chronicon Montis Sereni*, ad h. a. pag. m. 43 & 44; *Fridericus II*, quoad Jusjurandum degeneri Ipsius Filio, *Henrico*, ab Imperii Ordinibus præstitum, An. 1236; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 156, & prooem. Tit. 13, lit. c, pag. 1025. *Carolus V*, occasione juramenti *Wigandi*, Episcopi Bambergensis, Marchioni Culmbacensi, *Alberto* Brandenburgico, facti; vid. Ejus Mandatum, *an die Marggräffliche Brandenburgische Statthalter und Räthe zu Culmbach;* de dato Landaw, 29 Sept. An. 1552, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I. *Erste Abtheilung*, II *Absatz*, §. 263, pag. 610 &c. Eundem liberos declarasse *Mauritium* Saxoniæ, & *Joachimum* Brandenburgicum Electores, à fide *Philippo*, Hassiæ Landgravio, data, Eum carceris pœna non iri mulctatum, Cæsaris Clementiæ si se traderet, re postmodum aliter gesta, seq. §. 28, lit. b, monebo. Conf. Ejusdem Mandatum, ad omnes & singulos Imperii Status, in primis ad Subditos & Vasallos proscripti Electoris Saxoniæ, *Johannis Friderici*, sub dato *Eger*, 7 April. An. 1547, apud eundem l. c. §. 262, pag. 610, verb. *Und Euch an dem allen nicht irren und verhindern lasset, einige Bündniß, Verständniß, Dienst, Bestallung, Erbhuldigung, noch Pflicht, damit Ihr gedachtem Achter und Anhängern, sämptlich und sonderlich, verwand seyn möchtet; Dan Wir alle und jede solche Bündniß, Verstandniß, Pflicht und Verwandniß, so viel die Uns, als Römischen Kayser, Ewer Ordentlicher Höchster Obrigkeit, zu wieder seyn, reichen, verstanden, und gedeutet werden möchten, als die ohne das, nach Vermöge der Rechte, krafftloß und unbündig seyn, hiermit, von Ræmischer Kayserlicher Macht Vollkommenheit, aufgehebt, cassirt und vernichtet, und Euch davon absolvirt; auch insonderheit Euch, des gedachten Achters, und seiner Anhænger, Landschafft, Ritterschafft, Stætte, Unterthanen und Verwandten, von Ewer Erbhuldigung und Pflichten, gantzlich gefreyet und entlediget haben wollen &c.* Conspicimus simul hinc, potestatem hanc Cæsaris se quoque extendere ad juramenta mediatorum Imperii Subditorum, casu quo Domini ipsorum Territoriales, aut Ii, à quibus Beneficia tenent, vel Cæsari insurgunt, quietemque publicam turbare conantur, vel plane, ob admissa in Imperatorem & Imperium, Banni pœnis subjiciuntur. Pertinent huc *Mandata Avocatoria*, quibus Milites, Sacro Romano Imperio Subditi, stipendia facere prohibentur, tranquillitatis publicæ osoribus, vel declaratis Patriæ hostibus, eorumve Sociis & Amicis; nec non *Mandata*, de non amplius obediendo pristino Domino, legitimas ob causas emissa; tale fuit *Mandatum*, Imperatoris *Leopoldi*, ad Magistratus & Subditos *Mantuanos & Montisferratenses*, de non amplius agnoscendo, *Ferdinando Carolo*, Duce Mantuano, sub dato *Laxenburgi*, 20 Maji 1701, apud *Fabrum* Tom. VI *der Staats-Catzley*, Cap. IX, §. 2, pag. 622 &c. ibi: *Palam est ac publicum, quem in modum Vester quondam Dominus, & Mantuæ ac Montisferrati Dux, Ferdinandus Carolus, præter omnem expecta-*

pectationem Nostram, & non attento ipsi oblato Nostro auxilio militari, elusisque omnibus salutaribus monitis atque argumentis, eidem nomine Nostro sæpius propositis, Urbem ac Fortalitium Mantuæ, nulla suadente ratione, nullo urgente periculo, & ne ullo quidem globo tormenti hostilis impetitus aut provocatus, in extremum Statuum illorum & subditorum exterminium, totiusque Italiæ detrimentum, in primis vero in immensum Nostrum & S. Imperii præjudicium & damnum, Militi Gallico & Hispanico tradiderit ---- Vos autem omnes & singulos, harum vigore Patentium Nostrarum, à juramento eidem Ferdinando Carolo præstito, Ejusque observantia, omnique obsequio & obedientia, absolvimus, stricte, serioque, & sub gravissima indignatione Nostra Cæsarea, aliisque pœnis in refractarios & inobedientes Imperii Vasallos & Subditos Statutis, firmiter inhibentes, ne Eidem amplius adhæreatis, neque Vos submittatis, obedientiamque præstetis, aut ullum ipsi tributum censumve, aut reditum, pendatis &c. Ut & *Mandatum*, ad Magistratus Subditosque *Sabaudienses*, de non amplius agnoscendo Duce Sabaudiæ, *Victore Amadeo*, de dato *Viennæ*, 11 Aug. 1701, apud eundem, l. c. pag. 631 &c. *Palam est ac publicum, quem in modum Vester quondam Dominus & Sabaudiæ Dux, Victorius Amadeus, præter omnem expectationem Nostram, elusisque omnibus salutaribus monitis atque argumentis, eidem, nomine Nostro, sæpius propositis, contra Nos Sacrumque Imperium, arma susceperit, iisque, cum Nostrorum Sacrique Imperii Jurium usurpatoribus, Galliæ Rege, & Andegavensium Duce, conjunctis, Imperialia Nostra Ducatus Mediolani, aliarumque Ditionum ac Fidelium Vasallorum Nostrorum, Jura Feudaque, involare atque convellere non erubuerit ---- Vos, omnes & singulos, harum vigore Patentium Nostrarum, a Juramento, Eidem, Victorio Amadeo præstito, Ejusque observantia, omnique obsequio & obedientia, absolvimus* &c. &c. ut in priori. Nec non *Avocatorium an die Chur-Cöllnischen Kriegs-Officiers und Soldaten*, de dato *Wien*, 9 Januar. 1702, apud eundem l. c. Cap. VIII. §. 24, pag. 569 &c. *Wir Leopold --- fügen allen und jeden des Churfürstens von Cölln*, Joseph. Clementis, *Kriegs-Generalen und Officieren, Feldherren und Obersten, wie auch allen andern Befehlshabern, Hauptleuten, und so fort allen gemeinen Soldaten und Knechten, zu Roß und Fuß, welche unter Unserer und des H. Reichs Bottmäßigkeit und Landen gebürtig und gesessen --- hiermit zu wissen, daß Wir, nicht ohne sonderbahre Befrembdung und hœchsten Mißfallen, vernehmen müssen, was gestalten besagter Churfürst, des von Uns und dem H. Reich zu Lehen rührenden Churfürstenthumbs und Ertz-Stiffts Cölln gehörige Stätte und Plätze, außwertiger* Potenz Miliz, *unter falschen und grundlosen Vorwand und Benahmsung Burgundischer Crayß-Vœlcker, zur Besatzung eingenommen, mithin selbiges Land einer frembden, und den Untergang und völlige Außrottung des Teutschen Reichs, durch lange und viele Jahre, mit allen Kräfften und Bemühungen, suchender* Nation, *wieder Unsere nachdrückliche Kayserliche und Väterliche Abmahnungen, allen Rechten und Reichs-Satzungen so wohl, als auch denen absonderlichen Grund-Gesetzen ermeldten Churfürstenthumbs zu entgegen, mit Hindansetzung des geschwornen Eyds, und abgelegter Lehen-Pflichten, mit welchen derselbe Uns und dem H. Reich, zugethan und verbunden ist, ohne die geringste Noth, übergeben, und dadurch dasige Land und Leuthe von dem Römischen Reich ab- und unter frembde Gewalt gesetzt und gebracht habe ---- Als gebiethen Wir Euch --- bey Vermeidung Unserer und des Heil. Reichs Acht und Ober-Acht, und also unnachläßiger Straff Leib- und Lebens, auch bey Verliehrung aller und jeder euer habenden* Privilegien, *Ehren, Würden, Aemptern, Freyheiten, Gnaden, Recht und Gerechtigkeiten, nicht weniger* Confiscation *aller euerer Haab und Güther, Lehen und Eigenthumb &c. hiemit ernstlich, und wollen, daß Ihr also bald, nach Verkündigung dieses Unsers Kayserlichen Geboths, Euere Kriegs-Dienste bey mehr besagtem Churfürsten, ohne einigen Anstand, verlasset,* quittiret, *und davon abstehet ---- Massen dan die von Euch darüber geleistete Eyd-Pflicht ohne dem, wieder Uns und das Heil. Reich, gantz unkræfftig und nichtig, Wir auch solche hiemit zum Uberfluß, für unkræfftig und nichtig, und Euch daran nicht gebunden zu seyn, erklæren &c.* Ejusdem tenoris est *Mandatum* Cæsareum, sub eod. Dato, ad Magistratus & Subditos Episcopatus & Principatus *Leodiensis*, ibid. l. c. §. 27, p. 580 &c. pariter ac ad Officiales & Milites Principis Leodiensis, l. c. §. 28, p. 583 &c. Add. laudati Imperatoris *Mandata Avocatoria & inhibitoria*, sub dato *Ebersdorf*, 10 Oct. 1702; adversus Gallos & *Philippum* Andegavensem, qua Regna Hispaniæ tenentem, eorumque Auxiliatores, promulgata, apud *Fabrum*, l. c. Tom. VII, Cap. XIII §. XIV, pag. 719 &c. *Und sich dan nicht geziemet, noch zu verantworten stehet, daß Jemand, so Uns und dem Reich unterthänig und verwandt, wes Stands, Würde und Wesens der seye, sich, wieder Uns und das Heil. Reich, auch dessen gehorsame Chur-*

fürsten, Fürsten und Stände, in solcher Feinde Dienste gebrauchen lasse; So befehlen und gebieten Wir, aus Römischer Kayserlicher Macht, euch hiemit, und in Krafft dieses Unsers offenen Briefs (dessen glaubwürdiger Abschrifft, nicht weniger dann dem Original, *vollkommener Glaube zuzustellen ist) Euch Unsern und des Reichs* Vasallen, *oder Unterthanen, samt und sonders, bey Vermeidung Unserer und des Reichs Acht und Ober-Acht, auch Verliehrung aller und jeder Euer habender* Privilegien, *Gnaden, Recht und Gerechtigkeiten, Haab und Güter, Lehens und Eigenes, Item, aller Zunfft-und Statt-Gerechtigkeiten, auch Ehrlichen Nahmens, und, da Ihr betreten würdet, Leib und Lebens, daß Ihr Euch alsobald obangedeuteter Bestallungen und Kriegs-Diensten gäntzlich entschlaget, abthut, und davon außstellet, euch auch ins künfftige darzu keines wegs, unter was Schein solches geschehen möhte, weiter bestellen, annehmen und gebrauchen, noch Euch von dem Uns und dem Reich schuldigen Gehorsam, unterm* Prætext *geleister Eids-Pflichten, (so ohne das wieder Uns, als Ræmischen Kayser, und wieder das Reich, gantz unkræfftig und nichtig, Wir auch dieselbe hiermit, als nichtig, und daran Ihr nicht gebunden seyd, aus Kayserlicher Macht Vollkommenheit, aufheben) abhalten lasset &c.* similiter *Mandatum Avocatorium & Dehortatorium an die Chur-Bayerische Land-Ständte und Unterthanen,* sub dato *Wien,* 29 Novembr. 1702, apud eundem l. c. §. 32, p. 763 &c. *Und bedarf es bey Euch keiner weitläufftigen Wiederholung, welcher gestalt der Churfürst zu Bayern,* Maximilian Emanuel, *nachdem Er seither einiger Zeit, eine grosse, und die Kräfften seiner Landen weit übersteigende Menge Kriegs-Volck, mit Frantzösischem Geld, im Römischen Reich angeworben, endlich nicht allein Unsere und des H. Reichs-Statt Ulm unversehens überfallen, und imgleichen die Statt Memmingen mit Gewalt zur Ubergab gezwungen ---- So ermahnen und befehlen Wir Euch allen und jeden, bey denen Pflichten, womit Ihr Uns und dem Heil. Reich zugethan seyet, daß Ihr Euch mehrgedachtes Churfürstens auf keine Weise annehmet, Dessen Geboten (So lang Er in seinem Ungehorsam und Auflehnung beharret, und Wir es nicht anders verordnen) keine* Parition *leistet, demselben nicht dienet, noch Ihm, oder seinen Kriegs-Leuthen, gegen welche Wir auch Unsere Geschärffte* Avocatoria *bereits haben ergehen lassen, mit einigem Vorschub, Hülff oder Beförderniß an Handgehet, auch keine* Contributiones, *noch andere Steuren oder Gaben abstattet ---- sondern, als getreue Reichs-Unterthanen, euch lediglich an Uns, als Euern Kayser, und von GOtt vorgesetztes Höchstes Ober-Haupt, und an Unsere gegenwärtige und künfftige Kayserliche Befehle haltet, als lieb Euch ist Unsere und des Reichs schwere Ungnade ---- zu vermeiden. Und damit sich hierunter Niemand mit denen dem Churfürsten geleisteten Pflichten, oder desgleichen Vorwand, entschuldigen, oder dadurch irre machen lassen könne; So erklæren Wir selbige, aus Ræmischer Kayserlicher Macht, und mit rechtem Wissen, so viel solche Unserm Gebot, oder sonsten in andere Wege, zu wieder seyn, oder verstanden werden mœchten, allerdings null und nichtig, wie sie dan auch in so weit an sich selbst null und nichtig seind, und Euch, wieder Uns und das Reich, zu nichts verbinden; thun Euch davon allerdings loß und ledig zehlen, und wollen, daß Ihr daran nicht mehr gehalten seyn, noch denenselben nachkommen sollet &c.* ut & *Mandatum Avocatorium & Inhibitorium, an alle Chur-Bayerische* Generalen, Officierer *und Soldaten,* de dato *Wien,* 30 Januar. 1703, apud eundem, Tom. VIII, Cap. 1, §. VI, p. 53 &c. non minus Diploma Imperatoris *Josephi*, an. 1706, 29 April. adversus præfatum *Josephum Clementem*, Coloniensium Archi-Episcopum & Electorem editum, apud *Fabrum* l. c. Tom. XI, Cap. XI, §. 3, pag. 625: *Gebitten nochmahlen seinen vorherigen Lehen-Leuten, Landsassen, Bedienten, Unterthanen und Angehörigen, Geist-und Weltlichen, nicht weiters auf ihn zu sehen, oder von Ihm, seinet wegen, oder denen Seinigen, wer die seyn, einigen Befehl zu empfangen, vielminder demselben zu folgen, sondern allein auf Uns, und diejenige, an welche Wir sie schon gewiesen haben, oder, nach der künfftigen Zeit Gelegenheit, weisen werden, zu achten, und Uns zu gehorchen &c. Entbinden alle diejenigen, welche Ihm einiger massen verwandt und verbunden zu seyn, glauben mœchten, aller Huldigung, Pflicht, Schuldigkeit, Verschreibung, Verstændniß und Verknüpffung, waserley die seyn, oder wie dieselben lauten mægen, als die, seit Seiner vorgehabten Friedensbrüche, Majestæt-Verletzungen, und Ungehorsams, unkræfftig und ungültig worden, dafür auch erklæret und verkündiget werden, noch Jemanden binden kænnen, oder sollen &c.* Quæ omnia & in Banni formula, iisdem anno & die, adversus prædictum *Maximilianum Emanuelem*, Electorem Bavariæ, emissa, occurrunt, ibid. §. 4, pag. 636 &c. æque ac in alia, sub dato Viennæ, 30 Junii, 1708,

1708, qua *Ferdinandus Carolus*, *Mantua* Dux, ob arctissimum Fœdus cum Imperii hostibus, Gallo-Hispanis, itidem in Bannum Imperii declaratus, apud eundem l.c. Tom. XIII, Cap. XVI, pag. 670 &c. ubi: *Pracipimus Ejus quondam Vasallis, Statibus Provincialibus, Prafectis, Subditis, Domesticis, tam Ecclesiasticis quam Secularibus, ne amplius Eum recognoscant, neque ab Ipso, vel, Ejus nomine, ab alio quocunque, Mandatum aliquod accipiant, multo minus Eidem adhareant, aut Ipsum sequantur, sed solum Nobis, atque iis, quos Illis prafecimus, vel, pro temporis ratione, prafecturi sumus, se obedientes & morigeros prastent. Mandamus omnibus & singulis, Ipsum adhuc sectantibus, tam Primoribus quam Gregariis Militibus, ut, secundum emissa Mandata Avocatoria, ab Illo, & aliis Nostris hostibus, quam primum secedant, & Nobis sese adjungant, nullatenus Illum, aut Illius Socios, defendant ----- Absolvimus omnes illos, qui quocunque modo Ipsi conjuncti, vel obstricti fuerunt, vel etiamnum se conjunctos aut obstrictos esse putant, omni Homagio, Obligatione, Officio, Oppignoratione, Conventionibus & Pactis, qualiacunque vel cujuscunque tenoris sint, utpote qua, post L. M. fractaque Pacis & Felonia supradicta crimen, irrita & invalida sunt, & pro irritis invalidisque declarantur & denunciantur, nec quenquam obligare possunt, vel debent. Statuimus omnes & singulos Ejus asseclas, qui Nobis & Sacro Imperio qualitercunque subjecti sunt, respective in Bannum, & Ecclesiasticorum Jurium ac Bonorum privationem, omnesque alias, in Constitutionibus Imperii, vel à Nobis, expressas pœnas, similiter ipso facto incidisse, taliterque declaratos & denunciatos censeri, ac, si deprehendantur, bonorum confiscatione & pœna capitali plectendos, atque alios quoscunque, pro merito puniendos esse, qui his nostris Decretis, Declarationibus, Denunciationibus, Absolutionibus, Admonitionibus, Jussionibus, Mandatis & Interdictis, contraveniunt, vel non plenarie obtemperant &c.* de aliis ut taceam.

(d) SUMMO PONTIFICI &c. Ut omnia fere, unde sperandum lucrum, Summi Pontifices Romani ad se spectare, Laicis quondam imponebant; ita quoque supremam dispensandi circa Juramenta potestatem inter Reservata sua retulere. Principium erat, Jurantem, non solum ei, cui juramentum præstatur, sed simul Deo, obligari; proinde, absolutionem ab ista obligatione à nemine, nisi à Dei Vicario, Papa, impetrandam. Ex hac ratione, sæpius Relaxationes requirebantur, etiamsi Juramentum nullius esset roboris, seu invalidum; v. g. Cap. XIII, *Tuas dudum*, X de *Usuris*, constituit *Innocentius III*, non obstante Juramento, de non repetendis Usuris, per Debitorem præstito, Judicem ex officio posse Usurarium ad restituendas usuras compellere; ob invaliditatem scil. juramenti; *Gregorius III* autem, Cap. I, *Ex Administrationis &c.* X. de *Jurejurando*, voluit nihilominus & tali casu Relaxationem juramenti peti. Nullo licet rationis fundamento assertum nitatur, quoniam, ut præced. lit. b. monui, per juramenta, quibus homines sibi invicem constringuntur, nihil Deo promittitur, (licet ut Testis invocetur, simulque ut vindex, in casum juramenti non servati;) adeoque nec Deo inde aliquid acquiritur, sicque nec Ejus intuitu Relaxatione opus est; attamen tam altas opinio hæc radices egit, ut jam Seculo IX *Ludovicus II* Imperator, à *Johanne VIII* P. R. à Juramento, quo *Adalgiso*, Beneventano Duci, An. 872, se obstrinxerat, absolvi se fuerit passus; vid. *Regino* ad h. a. verbis præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Ludovici II*, p. 457 occurrentibus, Sanctissimus *Hildebrandus*, seu *Gregorius Septimus*, b. m. non erubuit An. 1076 omnes Christianos, qui *Henrico IV* Imperatori Juramentum fecerant, ab ista obligatione absolvere; quæ Venerabilis Bulla cit. Lib. I, Tit. V, in Vita hujus Imperatoris, p. 538, habetur. Quid igitur mirum, quod in *Dictatibus*, quos *Baronius*, Tom. XI *Annal.* ad eundem annum sistit, inter cætera impertinentia, & hoc Privilegium Romanæ Sedis Antistiti vindicaverit: *Quod à Fidelitate Iniquorum Subjectos possit absolvere &c.* Ex Ejus Successoribus, absolvit semet Ipsum *Paschalis II*, An. 1112, à Jurejurando, anno præcedente 1111, utut sub diris exe-crationibus, *Henrico V* Imp. facto. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in Vita hujus Cæsaris, p. 555. *Alexandri III* audacia eo usque excurrit, ut itidem, an. 1160, Subditos Imperii omnes à vinculo juramenti, quo *Friderico I* Imperatori tenebantur, liberos pronunciaret; vid. cit. Lib. I, Tit. V, in Vita *Friderici I*, p. 583; Idem, in Rescripto ad *Senonensem* Episcopum, Cap. 8, *Si vero aliquis*, X. de *Jurejurando*, ait. *In Romana Ecclesia, à pluribus Pradecessoribus nostris factum esse recolitur, quod Clerici, qui coacti Ministerium Ecclesia abjurarunt, de Juramento absolutionis beneficium meruerunt &c.* Memor controversiæ, inter Galliæ Angliæque Reges, *Innocentius III*, scripsit ad Prælatos Galliæ: *Cum inter Reges ipsos reformata fuerint Pacis fœdera, & utrinque prastito proprio Juramento firmata, qua tamen usque ad tempus prataxatum servata non fuerint: num quid non poterimus de Juramenti*

menti Religione cognoscere, quod ad judicium Ecclesiæ non *est dubium pertinere, ut rupta Pacis fœdera reformentur?* Vid. Cap. XIII, *Novit Ille*, X. de *Judiciis*. Clarius adhuc mentem explicat, in Cap. XXXIV, *Venerabilem*, X. de *Electione & Electi Potestate*, mentione facta schismatis, ab excessu Imperatoris *Henrici VI*, inter *Philippum*, Ejus Fratrem, & *Ottonem IV*, Saxonem, de Imperiali sceptro secum invicem contendentes, exorti, in literis ad Zæringiæ Ducem, inquiens: *Eos igitur* (Philippi Electores) *duximus commonendos, ut à præfato Duce, justo quidem judicio à Nobis reprobato, recedant, & præfato Regi* (Ottoni) *non abnuant adhærere ---- Idem etiam* (Philippus) *contra proprium Juramentum, super quo nec consilium à Sede Apostolica requisivit, ambitionis vitio, Regnum sibi usurpare præsumsit, cum super illo Juramento prius Romana* Ecclesia *consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem Ipsius, si Juramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus super eo Nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire ---- Utrum vero dictum Juramentum sit licitum, vel illicitum? & ideo servandum, an non servandum extiterit? nemo sanæ mentis ignorat ad Nostrum Judicium pertinere &c.* Orta postmodum dissensione inter *Ottonem* Ipsum, & dictum Papam, occasione Jurium Imperii per Italiam, quæ, vigore Juramenti, Inaugurationis tempore præstiti, Imperator recuperare nitebatur, Cæsar Nunciis Papalibus tale perhibetur dedisse Responsum: *Si Summus Pontifex Imperii Jura injuste possidere desiderat, à Juramento, quod, tempore Consecrationis Meæ ad Dignitatem Imperialem, Me jurare compulit, absolvat, quod videlicet dispersa Imperii Jura revocarem &c.* Vid. *Matthæus Parisius* ad An. 1210, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Ottonis IV*, p. 600. Unde constat, quo usque falsa hæc hypothesis Cæsares ipsos infecerit. Ecce, quid *Innocentius IV*, in famoso libello, quo An. 1245 *Fridericum II* execrari conatus est, Cap. 2, *Ad Apostolicæ &c*, de *Sententia & Re judicata*, in 6; *Omnes, qui Ei Juramento Fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi perpetuo absolventes, auctoritate Apostolica firmiter inhibendo: ne quisquam de cætero sibi, tanquam Imperatori, vel Regi, pareat &c.* Vid. cit. Lib. I, Tit. V, in vita *Friderici II*. p. 614. Non mitius cum *Ludovico Bavaro* egisse *Johannem XXII*, documento est infamis Ejus Bulla, 8 Id. Octobr. An. 1323, adversus Eum edita, apud *Nicolaum Burgundum*, Lib. 2 *Hist. Bavar.* p. m. 73 &c. ubi, sub finem: *Quod si quispiam Illi, ut Regi, vel in Regem electo, obstrictus sit Sacramento Fidelitatis, decernimus illud irritum esse, tanquam Ei dictum cui præstari non oportuit, &, sine detrimento salutis æternæ, servari nequeat &c.* Conf. de detestabili hoc scripto cit. Lib. I, Tit. V, in vita *Ludovici Bavari*, p. 660. Nonnullos Imperii Proceres, absolutione à juramenti vinculo, Imperatori laudato præstiti, à *Clemente VI*, P. R. An. 1346, seductos, Anti-Cæsarem *Carolum IV* elegisse, ibid. ad An. 1346, p. 671, annotavi. Literas, queis, sub dato Romæ, 6 Id. Julii 1445, *Eugenius IV* omnes Personas, Ecclesiasticas & Seculares, Ditionis Cliviensis, à juramentis Archi-Episcopo Coloniensi, & Episcopo Monasteriensi præstitis, absolvit, suppeditat Dn. *Leibnitz*, Tom. 2 *Codic. Diplom. Juris Gentium*, in Mantissa, §. 35, pag. 170 &c. De *Paulo II* affirmat *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 49, ad An. 1466, p. m. 1095, quod *Georgium Podiebratium*, vel propterea Regno Bohemiæ privaverit, irritis declaratis omnibus juramentis Ei dictis, quod Romanæ Ecclesiæ fidelis esse noluerit. Pertinet huc quoque Bulla *Clementis VII*, sub dato Bononiæ, 29 Nov. An. 1529, in favorem pactorum *Francisci I*, Galliarum Regis, Camerari, cum *Carolo V* Imperatore initorum, promulgata, apud Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, *Erster Absatz*, §. 73, pag. 210: *Pro parte Tua, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet alias Majestas Tua juraverit, res & bona ac Jura à Corona Regni Franciæ nunquam alienare, dismembrare, aut seperare; & ad id, vinculo Juramenti, Te adstrinxisti; quia tamen in Civitate Cameracensi, die videlicet quinta Mensis August. præsentis Anni, inter Majestatem Tuam, & Carissimum in Christo Filium Nostrum, Carolum, Romanorum & Hispaniarum Regem Catholicum --- perpetuum fœdus formatum percussumque fuit, in eoque nonnullæ hinc inde alienationes, sine quibus Respublica Christiana tranquilla esse non poterat, factæ fuerunt, visum fuit eidem Majestati Tuæ, pro publica salute, pace ac quiete, ac tranquillitate hujusmodi, expedire, per Te præstito Juramento hujusmodi contravenire, volensque Tuæ conscientiæ, ac Christianæ Reipublicæ hujusmodi saluti providere --- Nos igitur, attendentes, ex hujusmodi alienatione, totius Reipublicæ Christianæ paci consuli, hujusmodi supplicationibus inclinati, Majestatem Tuam à juramenti violatione, authoritate Apostolica, tenore præsentium, absolvimus, ac Juramentum, seu Juramenta, alias per Te, de non alienandis Bonis aut Juribus Coronæ Regni Franciæ hujusmodi, ad effectum prædictum, ex certa scientia Nostra, ac Potestatis*

ſtatis plenitudine, relaxamus, ac alienationem bonorum & Jurium Coronæ Regni Franciæ factam hujusmodi valuiſſe, ac valere, ac inviolabiliter obſervari debere, decernimus &c. Nec non Bulla *Excommunicationis*, An. 1535. 3 Kal. Sept. à *Paulo III*, contra *Henricum VIII*, Angliæ Regem, edita, apud *Laërtium Cherubinum*, Tom. 1 *Magni Bullarii Romani*, p. 704 & ſeqq. ubi §. 10: *Ipſiusque Henrici Regis, ac Regni, omniumque aliorum Dominorum, Civitatum, Terrarum, Caſtrorum ----- Magiſtratus, Judices, Caſtellanos, Cuſtodes, & Officiales quoſcunque, nec non Communitates, Univerſitates, Collegia, Feudatarios, Vaſallos, Subditos, Cives, Incolas & Habitatores, etiam Forenſes, dicto Regi de facto obedientes, tam ſeculares, quam ---- Eccleſiaſticos ---- à Juramento Fidelitatis, Jure Vaſallitico, & omni erga Regem, & alios prædictos, ſubjectione abſolvimus, & penitus liberamus &c.* Nec non alia, qua *Pius V*, ſub dato Romæ, 5 Kal. Maji, An. 1570. *Eliſabetham*, Angliæ Reginam, diris devovit, apud *Cherubinum* l. c. Tom. 2, p. m. 303, ubi, §. 3, 4 & 5: *De Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, declaramus prædictam Eliſabeth hæreticam, & Hæreticorum Fautricem, Eique adhærentes in prædictis, anathematis ſententiam incurriſſe, eſſeque à Chriſti Corporis Unitate præciſos. Quin etiam Ipſam prætenſo Regni prædicti Jure, nec non omni & quocumque Dominio, Dignitate, Privilegioque privatam. Et item Proceres, Subditos & Populos dicti Regni, ac Cæteros omnes, qui Illi quomodocunque juraverunt, à Juramento hujusmodi, ac omni prorſus Hominii, Fidelitatis & obſequii debito, perpetuo abſolutos, prout Nos illos, præſentium auctoritate, abſolvimus, & privamus eandem Eliſabeth prætenſo Jure Regni, aliisque omnibus ſupradictis; præcipimusque & interdicimus Univerſis & ſingulis, Proceribus, ſubditis, Populis, & aliis prædictis, ne Illi, Ejusve monitis, Mandatis & Legibus, audeant obedire &c.* Junge & petulantem *Sixti V* Declarationem, ſub dato Romæ 5 Id. Sept. An. 1585, tam adverſus *Henricum*, Navarræ Regem, quam *Henricum* Borbonium, *Condei* Principem, publicatam, apud *Goldaſtum*, Tom. III *Monarchiæ*, pag. 124 &c. *In plenitudine Poteſtatis, quam IpſeRex Regum, & Dominus Dominantium, licet Nobis indignis* (nullibi) *tribuit, conſtituti, auctoritate Dei Omnipotentis --- pronunciamus & declaramus Henricum, quondam Regem, & Henricum Condenſem ſupradictos, fuiſſe & eſſe hæreticos ---- ſicque L. M. Divinæ reos, & orthodoxæ Fidei Chriſtianæ hoſtes & eſſe ipſo Jure privatos, Henricum, quondam Regem, videlicet prætenſo Navarræ Regno, illiusque parte, quam adhuc obtinuit, nec non Bearni; alterum vero, Henricum Condenſi, & utrumque, Eorumque Poſteros, omnibus & quibuscunque aliis Principatibus, Ducatibus, Dominiis, Civitatibus, & Locis Feudisque, & Bonis etiam emphyteuticis, & ſucceſſionibus, nec non Dignitatibus, Honoribus, Muneribus & Officiis, etiam Regiis, ac Jurisdictionibus & Juribus, quæ de facto detinent, & ad quæ jus quomodolibet habuerunt, ſeu prætendunt ---- Quin etiam Proceres, Feudatarios, Vaſallos, Subditos & Populos Regnorum, Ducatuum, Principatuum & aliorum Dominiorum prædictorum, etiam alium Superiorem non recognoſcentes, ac cæteros omnes, qui Illis quomodocunque juraverunt, à Juramento hujusmodi, ac omni prorſus Hominii, Fidelitatis & obſequii debito, perpetuo abſolutos eſſe, prout Nos illos omnes, tam univerſe quam ſingulatim, auctoritate præſentium, abſolvimus & liberamus; præcipimusque & interdicimus eis, univerſis & ſingulis, ne illis, eorumve monitis, Legibus & Mandatis, audeant obedire &c.* Hæc eſt pia illa Romanæ Scholæ Aulæque Doctrina, toti Laicorum Ordini adeo feralis, & Majeſtatibus præſertim exitioſa, qua imbuti Doctores Privati mordicus eandem defendere conati ſunt, & adhuc conantur, quorum, magno Catalogo, nomina exhibent *Berlichius*, Part. 2, Concluſ. 44, p. 313 &c. *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus Imperii*, P. 2. Cap. 44, §. 3, pag. 406; *Johannes Jacobus Geiger*, cit. Diſſ. Inaug. de *Abſolutione à Juramentis*, An. 1679, Argentorati habita, Cap. 3, §. 4, p. 22; Alii. Rident autem eam minimum Proteſtantes omnes, utpote in quorum Territoriis nulla Romano Præſuli poteſtas; Prudentiores quoque Romano-Catholicorum, facultatem *relaxandi Juramenti*, Judicibus Secularibus Superioribus vindicare, Documento eſt ipſe R. J. Ratisbonenſis, de An. 1654, §. 164, *Als ſich dan auch*, Ubi: *So wollen Wir ---- auch im übrigen dasjenige, was die Stände, wegen der* Nunciorum Abſolutionen à Juramentis, *und dergleichen* Relaxationes *in den Gerichten, ſie geſchehen dan von dem ordentlichen Richter*, ad effectum agendi, *nicht zu* attendiren *ſeyn ſollen, hiebey erinnert, beobachten &c.* Argumenta, pro *Judice Seculari*, ſuppeditat *Berlichius* l. c. *Mylerus* l. c. *Schützius* Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. XVI, lit. a, pag. 512; &c. præcipuum eorum eſt, quod Poteſtas circa Juramenta pertineat ad poteſtatem gubernandi Status Civilis, quæ omnino & Principi Seculari competit. Merito hinc eam Regalibus Principum annumeramus; Proinde, ſi Princeps eſt Eccleſiaſticus, ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum; ſi ſecularis, ad ſecularem. Vid. Ill. *Rhetius*, *Inſtit.* J. P. Lib. 2, Tit. 3, §. 26, p. 386. *Mylerus* l. c. §. 4 & 5, pag. 406 & 407; *Schweder Introduct.* J. P. part. ſpec. Sect. 1, Cap. XVI, §. 15, p.

15, p. 487 & 488. sine fundamento igitur soli *Imperatori, & Cameræ Imperiali*, in Imperio, Regale hoc adscribunt, *Vultejus* de *Feudis*, lib. I c. 5. §. 7, pag. 70; *Borcholt* de *Feudis*, ad 2 F. Cap. un. *Quæ sint Regalia*, §. 4; *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. I. c. 4. §. 8. *Bocerus* de *Regalibus*, c. 2 §. 135; *Besoldus* de *Regalibus* c. 2. §. 6; *Einsiedel* de *Regalibus*, Cap. 2, §. XXII, v. 252 &c. pag. 264; *Rosenthal*, *Synops. Jur. Feud.* c. 5. Conclus. 3; *Obrecht*, Disp. Feud. 2, §. 142; *Gailius* Lib. I *Observat.* Observ. XXV. pag. 48 &c. *Mynsinger* Centur. III, *Observat.* 99, pag. 217 &c. *Carpzovius Jur. Feud.* part. 2, Constit. 36, Defin. I, & de *Regalibus*, Cap. 2, Regale IX, p. 70 &c. *Otto Jur. Publ.* Cap. XI, §. 15, p. 377; Aliique multi; cum nulla ratio dari queat, cur Principibus Imperii, in Ipsorum Territoriis denegandum sit; quotidiana praxi contrarium docente. Vid. *Myler* l. c.

27. Relaxatio Juramenti vel est totalis, quando obligatio, ex Juramento orta, omnino tollitur; vel partialis, quando aliquis à suo Juramento absolvitur, tantum ad effectum agendi, seu, ut, sine metu perjurii, agere possit. Quo pertinet: *Einem seine gegebene Urphede, gegen den Herren, so Ihn verurphedet hat, zu relaxiren, damit er sich seines Rechtens gegen selbigen gebrauchen mœge*, (a) Einsiedel de Regalibus, Cap. I, n. 252. Hoc Jure usus est Carolus V Imperator, (b) cum Mauritium & Joachimum Septemviros, à Fide, Hassiæ Principi, de eo liberando data, absolveret, obligationisque nexu solutos pronunciaret. Thuan. Lib. VI, circa finem. An recte hoc fecerit, non immerito dubitatur. Plura vide apud Grotium, Lib. 2, Cap. 13. Et in novissima Editione Notitiæ Imperii Bœcleri de An. 1681, Lib. 4, cap. 1, pag. 103, ubi Rationes dubitandi hæ recensentur, 1. Quod sine causa Jure suo nemo spoliari possit. 2. Quod Cæsar in propria causa pronunciabat; 3. Quod exemplum vix extet. 4. Promiserant quidem Saxo & Brandenburgicus rem non positam in sua potestate, adeoque, 5. per rigorem Juris, Cæsar non tenebatur Eos sublevare, sed 6. nimis durum erat, sola cavillatione vocabuli, in qua confessio quædam præcedentis Tractatus inest, fundare hanc severitatem.

NOTÆ.

(a) GEBRAUCHEN MOEGE &c. Sæpissime fieri, quod Nobiles aliive Magistratus & Domini, Subditos suos inique carceribus constringant, nec prius eos inde dimittere velint, quam præstito juramento de non vindicando injuriam, quod juramentum *Urpheda* vocatur, qua regulariter spondent, *die Ihnen angethane Schmach weder mit, noch ohne Recht, zu rächen*; tralatitium est; quo minus vero Jusjurandum iniquitatis vinculum evadat, concedi solere, à Summo Principe, eam efflagitantibus, absolutionem ab ejusmodi juratoria obligatione, ad effectum agendi, pariter extra controversiam est, & nititur auctoritate, vel ipsius *Ordinationis Cameralis* de An. 1555, Part. II, Tit. 24, *Von Relaxation der Eyd, ad effectum agendi*; in fine. Conf. *Augusti*, Electoris Saxoniæ, Novellæ Constitutiones, Part. 2, Constit. 35, in medio, *die Absolutio Juramenti zu zu lassen &c.* Nec non *Consult. Constitutionum Saxon.* Tom. 3, Part. 3. q. 48, §. 1 &c. *Gailius*, lib. I. *Observat.* 22, tot. *Berlichius*, Part. 2 *Conclusionum*, Conclus. 44, pag. 312 &c. & quos Ill. Dn. *Fabricius*, *in Mynsingeri Observationes*, Cent. 3, Observat. 99, pag. 566, hoc titulo commendat. Hæc licet ita communiter se habeant, tamen *Urphedam* proprie *Relaxatione* non indigere, præced. §. 27, lit. b, notavi.

(b) IMPERATOR &c. *Philippum*, Hassiæ Landgravium, non nisi interposita fide *Mauritii* Saxoniæ, & *Joachimi* Brandenburgici, Electorum, Eum carceris pœnam non subiturum (*Er solte, ohne einige Gefängniß, wieder loßgelassen werden*) *Carolo V* Imp. factum supplicem, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15; lit. a, v. 22, pag. 277, monui. Postea vero, ubi nihilominus Landgravius in custodiam conjiceretur, sponsionis memores, *pro Hesso, Mauritius & Joachimus Septemviri, apud Cæsarem instabant, ut sponsionis fide solverentur; quibus responsum: ita se gerere Hessi liberos & Consiliarios, ut Ipse liberari, non possit; solemni addita interminatione: nisi ab intercessione desistant, fore, ut Hessus in Hispaniam ablegetur. Igitur Hessus Filios urget, ut, juxta sponsionis formulam, Mauritium & Brandenburgicum in Jus vocent. Morem gerunt Filii, & acribus verbis illos non semel monent, citantque; Verum Illi, modo conjunctim, modo pro se quisque separatim excusant, & dilationem petunt, neque enim Hesso fore consultum, si urgeantur, & vicissim Cæsarem urgeant; novasque*

que subinde rationes adducunt, quibus Eum confidunt propediem sine periculo liberari posse. Ad hæc Cæsar qui antea, per Liranum, sollicitaverat Hessum, de reddendis cautionis litteris; cum denuo à Sponsoribus interpellaretur, Lazarum Schwendium mittit, qui cum Hessi Filio & Consiliariis agat, ut non modo non citent Mauritium, & Joachimum, sed omneis obligationis litteras ad se transmittant, & actioni renuncient, ni pareant, pœnam gravissimam interminatur; cum nihil obtineret, Principes, quod unum restabat &c. à fide data absolvit, & obligationis nexu liberos pronunciat. Hæc *Thuanus*, lib. VI *Histor.* circa finem, ad An. 1550, p. m. 180.

(*c*) VOCABULI &c. Scil. *Einig in Ewig*; promissum erat Landgravio, *Er solte ohne einige Gefängniß wieder loß gelassen werden*; si Cæsaris Clementiæ se committeret; quod postea mutatum fuit in *Ewig*, quasi Cæsar nude spopondisset, *Es solte der Landgraf, ohne ewige Gefängniß, wieder loß gelassen werden*; vid. præced. Lib. I Tit. 2, §. 15, lit. a, v. 22, pag. 277, quæ sola cavillatio sat probat, male cum Hasso actum, pariterque cum *Mauritio* & *Joachimo* sponsoribus, quippe qui nunquam fidem suam interposuissent, apud Landgravium, si Reservationem Aulæ Cæsareæ mentalem cognitam habuissent. Hinc facile de *Juramenti Relaxatione*, laudatis facta sponsoribus, quanti roboris sit? judicandum, etiamsi hinc inde in Exemplum allegetur; vid. *Besoldus*, de *Regalibus*, Cap. 2, §. 6. pag. 1124; *Einsiedel* de *Regalibus* c. 2, §. XXII, v. 253, p. 264;

28. Huc referendæ sunt (V) Induciæ Moratoriæ, seu Rescripta Moratoria, (*a*) quæ Germanice *Anstands-Brieffe*, appellantur, Quinquennell, (*b*) seu Rescripta Gratiosa quinquennalia. Vid. Stamler, de Reservatis Imperatoris, §. 73.

NOTÆ.

(*a*) RESCRIPTA MORATORIA &c. Legi hic merentur: *Petrus Rebuffus*, T. 2 Tr. de *Literis dilatoriis*; *Guilielmus Antonius*, de *Freudenberg*, Tr. de *Rescriptis Moratoriis*, Francof. 1637, 1658, & 1667; *Marcus Antonius Cucchus*, Tr. de *Rescriptis Moratoriis*; *Joh. Burcardus Rœsler*, de *Protectoriis Cæsareis*, Coburgi 1688, 4to. *Joh. Georg. Heinzenberger*, Diss. Inaug. de *Beneficio Rescripti Moratorii &c.* Præside *Lauterbachio* An. 1668, Tubingæ habita; *Joh. Fridr. Mohr*, Diss. Inaug. de *Rescriptis Dilatoriis*; *Nicolaus Schaffhausen*, Diss. de *Præscriptione Moratoria*; *Ernestus Fridericus Schrœter*, Diss. de *Quinquennalibus*, vulgo *Eisernen Brieffen*, Jen. 1667; *Joh. Paulus Schrœter*, Inaug. de *Controversiis quibusdam circa Inducias Moratorias*, Præside *Godofredo Straussio*, Wittebergæ, An. 1683. defensa; *Joh. Conrad Lilien*, Diss. Inaug. de *Præscriptione Moratoria*, Erfurt. 1691; *Hoyer Christianus Hagemann*, Diss. de *Abusu Rescriptorum Moratoriorum*, Præside *Samuele Stryckio*, An. 1694, Halæ ventilata; *Franciscus Schœnauer*, Disp. de *Litteris Moratoriis*, *von Quinquennellen, oder Anstands-Brieffen*, An. 1704, Præside *Andrea Homborgio*, Helmstadii, publico examini subjecta. *Samuel Carolus Küetemeir*, Suerino-Megapolitanus, Diss. Inaug. *de Literis Respirationis*, sub Præsidio Dn. *Justi Henningi Bœhmeri*, An. 1722, 28 Aug. Halæ, propugnata. Huc insuper faciunt Lexicographi, *Besoldus*, Thes. Pract. voc. *Quinquennell*, p. m. 779 &c. Ejusque Continuator, *Christoph. Ludov. Dietherr*, voc. ead. p. m. 496; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. ead. pag. 399, & voc. *Anstands-Brieffe*, p. 24; *Joh. Rudinger*, Centur. I *Observationum*, Observat. XXVII, tit. *Vom Anstands-Brieff*, p. m. 556. *Speidelius*, specul. voc. *Quinquennell*, p. m. 756. Nec non Interpretes Juris Publici, *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI. §. XXI, lit. h, p. 407; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. VI, §. 38, p. 604; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 4, c. 8, § 329, p. 284 &c. *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus & Statibus Imperii* Part. 2, cap. 55, pag. 504 &c. *Schweder*, Introd. J. P. Part. spec. Sect. I. Cap. XVII, p. 490 &c. reliqui omnes.

(*b*) QUINQUENNELL &c. A quinquennali spatio, quod *Justinianus* debitoribus indulsit, ut, intra illud, creditoribus suis satisfacerent. arg. L. 8 C. *Qui bonis cedere possunt.* Vocantur etiam: *Literæ Moratoriæ*; *Dilatoriæ*; *Induciales*; *Annales*; *Biennales*; *Quinquennales*; It. *Literæ Gratiæ*; *Salvi conductus*; *Securitatis*; *Respirationis &c.* *Usuristitium*; German. *Anstands-Briefe*; *Eiserne Briefe &c.* Gall. *Lettres de Repit*; It. *Lettres de Souffrance*, resp. scil. Creditorum, qui interea patiuntur; Ital. *Lettere di Rispitto*. Vid. *Limnæus* lib. 4 *Jur. Publ.* c. 8, §. 331, p. 284.

29. Rescripta Moratoria, sunt Rescripta, quibus debitor, aut bona ejus, qui damno fatali, bello, incendio, aut alio casu, ad inopiam redactus fuit, à Creditoribus, propter debita, intra certum tempus, *(a)* inquietari prohibetur *(b)*.

NOTÆ.

(a) CERTUM TEMPUS &c. Quod in literis exprimitur v. g. annale, biennale, quinquennale &c. *Ferdinandus II* concessit, sub dato *Wien*, 1624, 16 April. Civitati *Goslariensi*, Moratorium *Octennale*, addita tamen conditione, *selbiges gegen keinen* privilegirten Creditoren, *als*: contra Ecclesiam, caussam piam, *und* Pupillos, *oder andere* eximirte *Persohnen, zu gebrauchen &c.* Extat illud apud *Limnæum*, Lib. VII, *Jur. Publ.* Cap. XIX, pag. 304 &c. *Ferdinandi III* gratia, obtinuit *Carolus Ludovicus*, Elect. Palatinus, sub dato Regenspurg, 15 Maji, 1654, Indultum Moratorium, *Vermöge dessen Ihr Churfürstl. Durchl. von allen verfallenen, und noch in zehen Jahren*, à dato *dieses Briefs anzurechnen, fallenden Zinßen, gäntzlichen befreyet seyn und bleiben, und nach Verfliessung solcher zehen Jahren, die darauf næchst folgenden zehen Jahr, mehrers nicht, als einen halben lauffenden Zinß, jährlich abtragen; nach derer Verstreichung aber, das ist, von* dato *über zwantzig Jahr, die alsdan jährlich fallende Zinß völlig zu bezahlen schuldig seyn solle; Jedoch mit dem Beding und Anhang, daß Ihr Churfl. Durchl. unterdessen denen gantz dürfftig und nothleidenden* Creditorn, *als: Wittiben, Waysen, und* miserablen *Persohnen, auch was* ad pias causas *verschafft, Christlich begegnen, und nach Möglichkeit an die Hand gehen sollen &c.* Vid. *Lundorpius* Tom. VII, Contin. Act. Publ. Lib. VI, Cap. 615, p. 714, & Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs*-Archis, IV *Abtheilung*, 1 *Absatz*, § 282, p. 722; addens, *Indultum* hoc in Palatinatu fuisse promulgatum, sub dato *Heydelberg*, 12 Jun. An. 1654. Ejusdem meminit *Blumius*, de *Process. Cameral.* Tit. 47, Tab. 1, voc. *Chur-Pfaltz*, p. 349. Memoriale à Legatis laudati Electoris desuper exhibitum, & in Comitiis 1654, 13 Mart. ad dictaturam publicam promotum, extat apud *Lundorpium* l. c. Cap. 503, pag. 587. Imperatorem *Leopoldum* prospexisse Comitibus *Nassovio-Sarapontanis*, An. 1666 Indulto moratorio *duodecim* annorum, an. 1678 in alios *decem* extenso, discimus ex Memoriali *Johannis Ludovici & Ludovici Cratonis*, Comitum *Nassoviorum*, sub dato *Ingenheim*, 23 Oct. St. V. 1685, ad Comitia Ratisbonam misso, ibique 18 Dec publice dictato, apud *Lundorpium*, Tom. XII, lib. 13, Cap. CXIX, §. 51, p. 500, ut & *in den Hoff-und Staats-Schreiben*, Germani Sinceri, impress. Francofurti, 1707, pag. 403 &c. ubi: *Nachdem aber der Zustand der Gräfflichen Nassau-Saarbrückischen so wohl jehn-als disseits Rheins gelegene Landen, dermahl also beschaffen, daß* (1) *Selbige, wie leider Reichs-kundig, mit grossen Schulden-Last beschwäret, dahero, auf* Recommendation *dieser Hochlöblichen Reichs-Versammlung*, An. 1666, *ein Kayserl.* Indultum Moratorium, contra Creditores, *auf zwælff Jahr ertheilet; und* An. 1678, *auf noch andere zehen Jahr* extendiret; *die Leut und Unterthanen* (2) *von vorigen Teutschen und bißherigen Kriegen, biß auf den euserſten* Grad ruiniret --- *worden &c.* Memoriale *Friderici Ludovici*, C. P. R. sub dato *Meissenheim*, 22 Dec. 1679, An. 1680, 6-16 Martii, in Comitiis itidem dictatum, ad obtinendum *Usuristitium viginti annorum*, suppeditat *Lundorpius*, cit. Tom. XI, lib. XII, Cap. 40, §. 12, p. 55 &c. inde huc faciunt: *Mehr besagt-Unserm Fürstenthum mit einem auf XX Jahr gerichteten Usuristitio deren ins künfftig verfallender, neben gäntzlicher* abolition *deren bißher verschienenen Zinsen, zu desto füglicherem Abtrag der darauf haftirender* privilegirter Alimentations-*Ehe und Witthums ---- Gelder*, in optima forma, *allergnädigst unter die Arme gegriffen --- werden möge &c.* Serenissimus Dux Holsato-Gottorpiensis, *Christianus Albertus*, non minus, in Comitiis, An. 1684 Memoriale exhibuit, 8-18 Febr. per dictaturam Ordinibus commune redditum, quo Legato, *Georgio Friderico Snolskio*, injunxit, *die Hoch-vortreffliche Reichs-Versamlung geziemend zu ersuchen, dieselbe bey Ihrer Kayserl. Majest. ohnverzüglich, mittelst eines allerunterthänigsten Reichs-Gutachtens, es dahin zu verfügen, sich gefallen lassen wolte, damit Ihrer Hochfürstl. Durchl. ein Moratorium auf fünff Jahr, wodurch die Aufkünd-und Abtragung all- und jeder* Capitalien, *so wohl als der* Cursus Usurarum, sistiret *werde, gedeyen möge*: Vid. *Lundorpius* cit. Tom. XII, lib. 13, Cap. 60, §. VII, pag. 68; Voto quoque Serenissimum Ducem gavisum documento est *das Reichs-Gutachten*, de An. 1684, 9 Aug. desuper confectum, & eod. die dictatum, apud *Lundorpium* l. c. §. 66, pag. 123, ibi: *Der Höchst-Ansehnlichen Kayserlichen* Commission --- *bleibet, im Nahmen Churfürsten, Fürsten und Ständen, hiemit gebührend ohnverhalten, was massen der*

der Hertzog zu Holstein-Gottorff Fürstl. Durchl. bey gegenwärtiger Reichs-Versamlung, Vermöge eines übergebenen Memorialis, *als aus denen darinnen angeführten Ursachen*, pro Moratorio, *auf fünff Jahr, geziemende Ansuchung thun lassen; wan nun, in allen 3 Reichs-*Collegiis, *darüber gehörige* Deliberation *gepflogen worden, als hat man, und zumahlen in* Consideration *Sr. Fürstl. Durchl. jetzigen bekandten Zustandes, deroselben eine* Sublevation *gedeyen zu lassen vor billig erachtet, und solchem nach dahin geschloßen, solch* Desiderium *Ihr Kayserl. Maj. zu allergnädigster Erwegung dessen Beschaffenheit, auch ohne Abbruch der im Reichs-Abschied des 1654 Jahrs, §. diese unserer &c. befindlichen* Disposition, *dergestalt (massen hiemit geschiehet) allerunterthänigst zu* recommendiren, *daß so verlangtes* Indultum, *auf die gesuchte 5 Jahr*, cum solitis Clausulis, *und deren Rechten und Reichs* Constitutionen *gemäßen* Exceptionibus, *sonderlich aber mit Außnahm der* Causarum piarum, & personarum miserabilium, *einzunehmen seye, womit höchst-besagter Kayserl.* Commission *Churfürsten Fürsten und Ständen allhier anwesende Räthe, Pottschafften und Gesandten, sich besten Feisses und geziemend empfehlen.* Patet hinc, tempus concessi Moratorii semper exprimi.

(b) PROHIBETUR &c. Causa Moratoriorum impulsiva omnino fuit nimia Creditorum importunitas, ne dicam immanitas, qua Debitores, excusserant, quam *Diocletianus* & *Maximianus* Imperatores, per L. 12 C. de *Obligat. & Action.* ne Liberi, ob Parentum æs alienum, Creditoribus servire amplius tenerentur, constituentes, multum temperarunt; remanente autem nihilominus subeundo carceris periculo, leniora adhuc introducebantur remedia, à *Constantino* pariter ac *Gratiano*, *Valentiniano* & *Theodosio*, de quibus L. 2 & 4 C. de *Precibus Imperatori offerendis*, evolvantur; præsertim a *Justiniano*, concesso debitoribus *quinquennali spatio*, debitis intra illud solvendis; Vid. L. 8, C. *Qui bonis cedere possunt;* conf. *Russardi* Not. in dictam L. 12 C. de *Obligat. & Act.* Edit. Lugdunens. 1561, p. m. 91. Nec propterea statuendum, Beneficium hoc continere aliquid iniqui, quasi hac ratione decoctoribus exoptata dissipandi bona occasio subministraretur; quandoquidem (1) malitiosis debitoribus Moratoria non conceduntur, sed iis duntaxat, qui inclementia fatorum, propriam citra culpam, Creditoribus satisfacere nequeunt; vid. seq. §. 31. (2) Non obest Sacra Scriptura, arg. *Eccles.* XXIX, 11. *Habe Gedult mit deinem Nächsten in der Noth, und thue das Allmosen dazu, daß du Ihm Zeit lässest;* nec (3) Jus Naturæ, juxta quod alteri, facias quod tibi fieri cupis, regula in ipso Codice Sacro fundata, *Matth. VII, 12, Luc. VI, 31; Tob. IV, 16.* Nec (4) Jus Civile, quia Creditoribus nullum jus auferatur, licet executio ejus ad tempus differatur, l. 21 C. de *Judic.* nec (5) Sana ratio, quia hoc modo Creditoribus prospicitur, dum Debitores, durantibus Moratoriis, sæpius ad facultates redeunt, sicque faciliori via Creditoribus satisfacere possunt.

30. Ut Rescriptum Moratorium obtineri possit, requiritur (1) Ut debitor infortunio *(a)* facultatibus lapsus sit; Reform. Polit. de An. 1548, Tit. *von verdorbenen Kauffleuthen*; (2) Ut infortunii testimonium *(b)* à Magistratu loci adferatur, (3) Ut qualitas infortunii *(c)* exprimatur; dict. R. J. §. 4. Jure Civili requiritur, ut det Fidejussores *(d)* de solvendo debito, post lapsum temporis, *(e)* in Rescripto expressi; L. 4. C. de Prec. Imper. offerend.

NOTA.

(a) INFORTUNIO &c. Ne Jura, in fraudem Creditorum, aliquid introducere videantur, inserendum omnino supplicationis libello, qua de causa Moratorium petatur. Nec sufficit quodlibet allegasse infortunium, dum illud saltem justum præbet titulum, quod quis citra culpam propriam patitur, v. g. quando mercatores naufragia subeunt; aut, fallentibus aliis, ad peram rediguntur; quo etiam pertinent nimiæ & illicitæ Exactiones militares, incendia, damna ex inundationibus contracta, rapinæ, aliique casus fortuiti. Arg. *Reformation guter Policey zu Augspurg*, de An. 1548, Tit. XXII, *von verdorbenen Kauffleuthen, §. 2, Und nachdem sie &c.* ut & *Policey-Ordnung zu Franckfurth*, de An. 1577, Tit. XXIII, *von verdorbenen Kauffleuthen, §. 4. Wan auch solche &c.* Conf. *Limnæus* lib. 4, Cap. 8, §. 334, p. 285; *Mylerus* de *Principibus Imperii*, Part. 2, Cap. 55, §. 2, p. 506. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. XVII, §. 4, p. 492. *Rhetius, Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. IX, §. 24, p. 411.

(b) TESTIMONIUM &c. Arg. cit. *Reformationis guter Policey* de An. 1548, l. c. verb: *daß Ihnen solche Moratoria, oder Quinquennel, hinführo nicht mehr gegeben werden sollen, Wir,*

 Unse-

Unsere Nachkommen, Rœmische Kayser, oder Kœnige, seyen dan von der Obrigkeit, darunter solche verdorbene, oder außgestandene Kauffleute gesessen, zuvor eigentlich berichtet und vergewissert, oder, daß dieselbe Kauffleut glaubliche Uhrkunden, oder Schein, fürbringen, daß sie, aus unversehenen zugestandenen Unfællen, ihr Leib, oder Güter, verdorben, und außgestanden seyn, und daß, in solchen Fællen, die Moratoria, oder Quinquennel, statt haben. Wo aber die anderer Gestalt, und, mit verschwiegener Wahrheit, außbracht, oder erlangt werden, alsdann sollen sie krafftloß, und unfürtræglich seyn, und dafür gehalten werden &c. Quod in cit. *Policey-Ordnung zu Franckfurth*, de An. 1577, Tit. XXIII, §. 4, *Wan auch &c.* repetitur. Add. *Limnæus* l. c. *Mylerus* l. c. §. 7, pag. 508; *Rhetius* l. c. *Schweder* l. c. §. 5, p. 493; *Hermes, Fascic. Jur. Publ.* c. 9. §. 106 &c. Ratio est, ut Judex inde cognoscat, num preces etiam veritate nitantur? per c. 2, X. de *Rescriptis*; deinde, ut simul patefiat, quo tempore debitor ad inopiam sit redactus? num ante contractum debitum, an post? priori enim casu, cum dolus adsit, moratoria valide non conceduntur. Vid. *Jacobus Menochius*, de *Arbitrariis Judicum Quæstionib.* Cas. 203, §. 24.

(c) QUALITAS INFORTUNII &c. Malitiosis namque decoctoribus nullus ad beneficium hoc aditus; per textus præced. lit. b, adductos. Conf. *Myler* l. c. *Limnæus* l. c. *Schweder* l. c. Ipsos Status Imperii, quoties Moratoria expetunt, qualitatem infortunii, cujus respectu thronum Cæsareum adeunt, exponere teneri, documento sunt tabulæ, quarum præced. §. 30, lit. a, memini.

(d) FIDEJUSSORES &c. Ita enim *Gratianus, Valentinianus & Theodosius*, l. 4. C. de *Precib. Imperatori offerendis: Universa Rescripta, quæ in debitorum causis, super præstandis dilationibus, promulgantur, non aliter valeant, nisi fidejussio idonea, super debiti solutione, præbeatur &c.* Ratio; ne debitor bona, quæ ipsi supersunt, durantibus moratoriis, dissipet, vel aufugiat, sicque dolose creditoribus illudat; quæ expressa in R. I. Ratisbon. de An. 1654, §. 172, *So viel nun die* Capitalia &c. Conf. *Blumius*, de *Processu Camerali*, Tit. XXXIV, de *Mandatis*, §. 219 & 220, p. 285 & 286; *Gailius*, Lib. 2, *Observat.* 46, §. 14, pag. 370; ubi tamen recte monet, fidejussionem non aliter requiri, quam si à creditore petatur. Qui eam hodie plane abrogatam esse censent, quod in sæpefatis Constitutionibus de An. 1548 & 1577, cit. Tit. *Von verdorbenen Kauffleuten*; nulla ejus fiat mentio; distinguere supersedent, inter abrogationem alicujus rei, & omissam ejus commemorationem; dicendum potius, pristinas Leges tamdiu valere, donec earum abrogatio doceatur. Ast in nulla recentiori Lege Fidejussionem offendimus abrogatam, proinde adhuc valet. Vid. *Carpzov. de communi debitorum asylo*, posit. 61, §. 28. *Mylerus* l. c. §. 12, pag. 511 &c. *Limnæus* l. c. §. 340, p. 288 & 289; *Schwederus* l. c. §. 6, p. 493 &c. Quid, si Fidejussores non reperiantur? oppignoranda sunt omnia debitoris bona præsentia & futura; quibus etiam deficientibus cautio juratoria admittitur. Vid. *Mevius*, in *discussione levaminum inopiæ debitorum*, c. 6. §. 152. *Schweder* l. c.

(e) POST LAPSUM TEMPORIS &c. *Num & ante lapsum concessi temporis debitor, si ad pinguiorem fortunam interea redeat, à Creditoribus conveniri, & ad solvendum compelli queat, Moratorio adhuc durante?* non frustra quæritur: *Negativam* amplectitur *Gylmannus*, Tom. 4 *Symphoremat.* Part. 1, Vol 24, §. 72; quod (1) actus, justo modo constitutus, ob incidentem casum, à quo actus initium capere non potuit, non statim corruat, l. 85, §. 1 ff. de R. J. Conf. L. 46, ff. de *Verb. Oblig.* & L. 8, ff. *De His, qui sui vel alieni Juris sunt.* (2) Effectus gratiæ Principis expectandus, nec, contra concessionem ejus, quid tentandum. Pro *Affirmativa*, stat *Hilliger* in *Donello enucleato*, lib. 22, c. 9. lit. N. ut & Cardinalis *Tuschus*, Tom. VI *Conclus. Pract.* Conclus. 211, §. 22, aliique, (1) quod, cessante causa, cesset effectus; proinde, cessante inopia, cesset effectus moratorii, ejus respectu dati. (2) Definente qualitate, quæ ad causam pertinet finalem, desinat quoque id, cui causam dedit; L. 7 ff. de *Fidejussorib.* utut plausibilior hæc sententia, præsertim cum *Negantium* Ratio prima non tangat causas finales, sed reliquas saltem, quæ dispositionem non coarctant, ut ex istis actus valeat, vel pereat; nec altera sufficientis sit ponderis, cum gratia Principis omnino habuerit effectum, Creditoribus expectare coactis, donec debitores ad facultates redierint; tutius nihilominus agere Creditores arbitror, si Principem rogent, ut Moratorium tempori aptet, & debitorem ad solutionem compellat; qui enim justa de causa privilegium, ad certum tempus, largiri potest, cur non, eadem de causa, illud coarctare, vel plane tollere valeat? Vid. *Limnæus*, cit. Lib. 4, Cap. 8, §. 350 &c. p. 294 & 295.

31. Effectus Moratorii est, ut debitor, aut ejusdem bona, in toto Imperio *(a)* interea temporis nullo modo á Creditoribus inquietari possint. Rebuff. de Literis dilator. Gloss. I, n. 70. Id quod & in usuris obtinet; Usuræ enim *(b)* non currunt, sed mortificantur; quia alias parum prodesset Principis privilegium, si usuræ tandem in summa à debitore exsolvendæ forent. Ad heredes *(c)* regulariter effectus literarum moratoriarum non transire, Doctores statuunt, quia continent Privilegium personale, quod vitæ terminos non egreditur. Vid. Myler ab Ehrenbach, de Statib. Imperii, Part. 2, c. 55.

NOTÆ.

(a) IN TOTO IMPERIO &c. Valet hoc, quoad literas moratorias ab Imperatore Statibus Imperii, aliisque immediate Imperio subjectis, concessas. Eæ enim, quas Status Imperii Subditis suis largiuntur, validæ tantum sunt contra Creditores ipsis subjectos. Vid. *Hilliger* in *Donello enucleato*, XXII, c. 9. lit. G. *Limnæus* J. P. lib. 4, c. 8. §. 329, p. 284 &c. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exerc. VI, §. XXI, lit. H, p. 407; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccles.* Lib. I, Class. 5, c. 6, §. 38, p. 604; *Mylerus*, de *Statibus Imperii*, Part. 2, c. 55, §. 4, & 5, p. 507; *Schweder*, *Introduct.* J. P. Part. spec. Sect. I, Cap. XVII, §. 3, p. 491; *Rhetius*, Instit. J. P. Lib. 2, Tit. 9, §. 12, p. 410. Proinde, si debitor, ejusmodi literis munitus, extra concedentis Domini reperiatur Territorium v. g. in loco contractus, aut solutioni destinato, à quovis extraneo conveniri poterit; vid. *Freundeberg*, de *Rescriptis Moratoriis*, Conclus. 12, n. 12; *Mylerus* l. c. Quod etiam verum, in bonis extra concedentis Territorium sitis. Vid. *Mynsinger*, Centur. V, Observat. 19, p. 331 &c. *Freundeberg* l. c. *Mylerus* l. c.

(b) USURÆ &c. Quod usuræ, durantibus Moratoriis, non currant, documento sunt, præced. §. 30, lit. a, in medium prolata. Conf. *Mylerus* l. c. §. 11 pag. 511; & §. 14, pag. 513. *Schweder* l. c. §. 9, pag. 496.

(c) AD HEREDES &c. Vid. *Myler* l. c. §. 13, p. 512, arg. L. 1, §. 2 ff. de *Constitutionibus Principum*; add. l. 68 & l. 196, ff. de R. I. Si itaque impetrans tuto agere velit, Heredis sui nomen expresse Rescripto inseri curet; quod longe securius, ac si nude petatur, *daß Er, oder seine Güter, innerhalb so und so vieler Zeit, von denen* Creditoribus, *keineswegs beläßtiget werden mögen*; quia, hæreditate adita, bona non amplius considerantur pro bonis defuncti, sed instar proprii Heredis patrimonii habentur. Vid. *Limnæus* l. c. §. 345, pag. 291.

32. Exceptio Rescripti Moratorii non opponitur *(a)* Operariis, *(b)* Ecclesiis *(c)* Pupillis, *(d)* Personis miserabilibus, *(e)* iis, qui post Rescriptum contraxerunt. Ant. Fab. Lib. I Cod. Tit. 9, def. 16; Debito jurato, *(f)* Fiscali, *(g)* & ex causa delicti; *(h)* non etiam opponitur Creditoribus, qui non sunt Subditi Imperii. Hinc, si debitor, hisce literis munitus, reperiatur extra Imperium, in loco contractus, vel destinatæ solutionis, nihil impedit, quo minus ab Extraneo conveniri possit. L. 19, §. 1 & ult. ff. de *Judic.* ut & in foro rei sitæ; *Mynsinger*, Cent. V, Observat. 19. Si tamen extraneus Creditor talem debitorem in Imperio conveniat, exceptio Moratorii obstat; arg. L. 53, C. de *Decur.*

NOTÆ.

(a) NON OPPONITUR &c. Adde, quod Exceptio hæc nec valeat (1) contra repetitionem depositi; propter exuberantiam b. f. à deponente erga depositarium habitæ; per L. 11, C *depositi vel contra.* (2) contra repetitionem commodati, vel pignoris; quia utrumque Domino restituendum, soluto, quoad pignus, debito. (3) contra debitum dotis; quia publice interest, dotes mulieribus manere salvas, arg. L. 1. ff. *Solut. Matrim.* (4) contra debitum alimentorum; quia alimenta moram non patiuntur; vid. præced. §. 30, lit. a. (5) contra pensiones & locationes rerum fructuumve; excepto casu, si Creditor locuples sit; alias enim punctum hoc cum immediate præcedente, ejusdem naturæ esse censetur. (6) contra Renunciationem hujus beneficii; quia quilibet Juri, pro se introducto, renunciare potest. &c. vid. *Limnæus*, J. P. Lib. 4, Cap. 8, §. 342, p. 289 & 290. *Schweder*, *Introduct.* J. P. Part. spec. Sect. 1, Cap. XVII, §. 7, pag. 494 &c. *Freundeberg* l. c. Conclus. 30 &c.

(b) OPERARIIS &c. Quo nomine omnes

veniunt,

veniunt, *die sich von ihrem Taglohn ernähren müssen*; quo spectat tritum illud: *Verdienter Lohn schreyet zu GOtt im Himmel.* Conf. *Levit.* XIX, 13; *Malach.* III, 5; *Limnæus* l. c. *Mylerus* de *Principibus Imperii*, Part. 2, Cap. 55, §. 10, pag. 511; *Schweder* l. c. & præced. §. 30, lit. a.

(*c*) ECCLESIIS; add. *& causis piis*: vid. præced. §. 30, lit. a; *Limnæus* l. c. *Mylerus* l. c. *Schweder* l. c.

(*d*) PUPILLIS &c. Quippe qui *Personarum miserabilium* censu veniunt; arg. Rubr. C. *Quando Imperator inter Pupillos &c.* Lib. 3, Tit. XIV. Conf. Auctores citati.

(*e*) PERSONIS MISERABILIBUS &c. Quo titulo intelliguntur: (1) *Viduæ & Virgines*; arg. cit. Rubr. C. *Quando Imperator inter Pupillos &c.* juncta l. 242, §. 3, ff. de V. S. (2) *Pupilli*, cit. Rubr. (3) diuturno morbo fatigati & debiles; L. Un. C. eod. Ad quam Classem merito *Furiosos, Leprosos, Mutos, Surdos, Cœcos &c.* referas (4) *Studiosi* pauperes ob insignia privilegia, quibus gaudent. (5) *Majori inopia oppressi &c. &c.* Dn. *Georgius Adamus Struvius*, in Diss. de *Jure Miserabilium*, An. 1680, 5 Maji Resp. *Joh. Georgio Albino*, habita, Part. 1, Cap. 1, §. 4, memor harum Personarum, ait: *Illæ autem sunt: Viduæ; Pupilli; Orphani; Pauperes; Cæci; Muti; Surdi; Captivi; Melancholici; Peregrini; Senes, Decrepiti, quantumvis Divites; Mutili; Carcere clausi; de novo conversi ad fidem; Diuturno morbo fatigati; Claudi; & omnes alii, qui miseratione dignissimi sunt.* Add. *Christinæus* Vol. 3 *Decis. Belg.* 141, §. 6. & *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. V, Cap. XXIV, quo *Curam Pauperum & Personarum miserabilium* singulari studio exponit; *Infantes expositos*, eodem refert *Joh. Baptista Costa* de *Quota & Rata*, Qu. 9, §. 9. Conf. *Dietherr*, *in Continuatione Thesauri Practici Besoldiani*, voc. *Armut*, p. m. 48. In Camera Imperiali, L. Un. C. *Quando Imperator inter Pupillos &c.* non amplius vigere tradit *Gailius* Lib. 1, *Observat.* 1, §. 40, p. 7. Bene vero in Principum Judiciis, teste *Carpzovio*, 2, Resp. XIX, add. *Struvius*, *Jurispr. Forens.* Lib. 4, Tit. V, §. 14, p. 378; *Meretrices* quoque coetui huic obtrudere conatur *Vivius*, *Decis. Neapol.* Dec. 521; rectius autem, eas nulla commiseratione dignas censet *Bernh. Grevanus*, Lib. 1 *Conclusionum Pract.* Conclus. 1, §. 3.

(*f*) DEBITO JURATO &c. Ne ansa facile perjuriis præbeatur. Conf. *Schweder* l. c. pag. 495; *Nicolaus à Passeribus*, de *Scriptura Privata*, lib. 3, f. 540; *Mylerus* l. c. p. 510.

(*g*) FISCALI &c. Ob L. 3, C. de *Precibus Imperatori offerendis.* Conf. *Mylerus* l. c. *Schweder* l. c.

(*h*) EX CAUSA DELICTI &c. Ne delicta maneant impunita. Conf. *Schweder* l. c. *Myler* l. c. &c.

33. Cum, præterito tricennali bello, universæ Germaniæ cives, & incolæ, admodum attenuati essent, & multi bonis lapsi, iniquum videbatur, conclusa pace, debitores, ad incitas pene redactos, summo jure, ad peram & saccum usque, excutere, necessumque esse, in tractatu Pacis existimabatur, indagare aliquam rationem, æquitati convenientem, qua persecutiones actionum contra debitores, ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio usurarum cursu aggravatos, moderate terminari possent. Et propterea *in I. P. art. 8. §. f.* constituebatur, (*a*) ut Imperator, tam Judicii Aulici, quam Cameræ Imperialis, vota exquiri curaret, quæ in futuris Comitiis proponi, & in constitutionem certam redigi possent. Anno 1654, Imperator, Instrumenti Pacis dispositionem secutus, Judicii Aulici & Cameræ Imperialis vota exquisivit, eaque Statibus communicavit. *Vid. Continuat. Theatr. Europ. ad ann. 1654 p. 565. & seq.* In Recessu Imperii, dicti anni, Status Imperii Consilium Cameræ Imperialis fere ubique observarunt, & debitoribus, æque ac creditoribus, prospexerunt: Imperatoris autem facultatem dandi inducias moratorias istiusmodi debitoribus, restrinxerunt: videndus omnino dictus Recessus §. 152. & *seq.* Ex eo autem, quod Imperatori denegatur concedere inducias moratorias istis debitoribus, regulam exstruunt DD. quod aliis debitoribus, infortunio alio bonis lapsis, eas concedere adhuc libere possit. *Habnii tamen verba ad §. De indaganda cap. 4. part. 3. pag. 469.* hic referre non pigebit: *Omnibus*, inquit, *moratoriis antea indultis, cassatis & irritatis, & imposterum etiam non indulgendis, quæ huic constitutioni adversantur.* & pag. seq. *An vero Cæsareæ Majestati non liceat in aliis contractibus & negotiis, quam*

in

in mutuo, & annuis reditibus, de quibus hæc sanctio solummodo intelligenda est, moratoria indulgere, alia est quæstio, quam hic quidem examinare non lubet.

NOTA.

(*a*) CONSTITUEBATUR &c. Legi huc omnino merentur (1) *des Cammer - Gerichts Gutachten und Bedencken, über den §.* Instrumenti Pacis, *De indaganda;* dictatum in Comitiis Ratisbonæ, 15 Aug. 1653, apud *Lundorpium*, Tom. VII *Contin. Act Publ.* Lib. VI, Cap. 225, p. 167 &c. (2) *des Kayserlichen Reichs-Hoffraths Bedencken, über* eundem *§. De Indaganda;* ibid. cap. 226, p. 170 &c. (3) *Des Kayserlichen Reichs-Hoffraths, Herrn Bidenbachii, Rechtliches Bedencken, über* eundem *§. De Indaganda,* qui totam materiam ex Jure Justinianeo, singulari studio, discussit; ibid. c. 227, p. 172 &c. (4) Votum Welferbytanum, in eadem causa in Comitiis tunc expositum, in quo accurate hæc res examinatur, & simul principia philosophica cum Juridicis conciliantur, ut proinde Commentarii instar ad dict. §. haberi possit. Decisio controversiæ inserta reperitur R. I. de An. 1654, §. 170 & seqq. adhibita, ante omnia, inter debitores distinctione, ut illi, qui propria culpa bonis sint lapsi, aut qui lautioris adhuc fortunæ judicati, beneficio hoc non fruerentur. Amicabilis compositio in primis Statibus commendabatur; nec de sorte aliquid auferendum, placuit. Conf. *Ulrici Obrechti* Exposit. Instrumenti Pacis, Art. VIII. *§. De Indaganda*, p. m. 183. *Habnii* Opusc. Aureum, ad cit. *§. De Indaganda*, prodiit *Helmstadii* 1683.

34. An autem ultra Quinquennium? quidam dubitant; propter L. Quoties, C. de Precib. Imperatori offerendis; L. fin. C. Qui bonis cedere possunt. Rectius tamen affirmatur; (*a*) quia hujus temporis determinatio est tantum Juris Civilis, seu positivi; cujus rei exemplum est in Electore Palatino, qui obtinuit Moratorium usque ad viginti annos, (*b*)

NOTÆ.

(*a*) AFFIRMATUR &c. Modo summa necessitas indulgendum longiorem terminum suadeat, ne Creditores inique lædantur. Vid. *Limnæus* lib. 4 *Jur. Publ.* cap. 8, §. 341, p. 289. *Mylerus*, de *Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 55, §. 9, p. 510, ubi dissentientium fundamenta depromit; *Schwederus*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 1, Cap. XVII. §. 8, pag. 495. Præjudicia offendis præced. §. 30, lit. a.

(*b*) VIGINTI ANNOS &c. Vid. cit. præced. §. 30, lit. a.

35. Sexto: Jus Civitatis (*a*) tribuere; *Stadt-Recht aufzurichten;* (aliud enim est *Bürger-Recht*) Besoldus, de Regalib. c. 7. §. 2. Rudolphus I, Boëmundo, Archi-Episcopo Trevirense, petente, quinque Dioecesis Trevirensis Oppida, Legibus, atque hominum Conventibus, jam nunc frequentari cœpta, *Monthaborium*, *Beroncastellum*, *Wittelicum*, *Saraburgum* & *Billichum*, Regali auctoritate, libera pronunciavit, signatisque sigillo suo Diplomatis, jus ejus Libertatis id omne confirmavit, quo Civitates & Oppida donare consuevit (*b*) Boecler, in Notitia, Lib. 4, Cap. I. Ita Ludovicus IV (*c*) concessit Gerardo, Episcopo Spirensi, potestatem *das Dorff* Udenheim (*d*) *zu einer Statt zu bauen, und die mit Mauren und Graben ümbfahen und bevestigen.*

NOTÆ.

(*a*) JUS CIVITATIS &c. De *Jure Civitatis*, Dissertationem Inauguralem, Helmstadii, habuit *Christianus Rebebold*, Præside *Johanne Eichelio*; ap. *Fritschium*, Vol. nov. aliam, de *Jure Statuum Imperii danda Civitatis*, Illustris Dn. *Thomasius*, An. 1696, 3 Junii, Halæ ventilavit, Dn. *Carolo Augusto Clusio*, Servestano Respondente. Recte Dn Auctor vocat Regale hoc, *das Recht, Statt-Recht aufzurichten;* quod diversum a jure simplici cooptandi in numerum Civium, *einem das Bürger-Recht verleyhen.* Illud soli Imperatori, &, vigore Superioritatis Territorialis, Principibus & Statibus Imperii in Territoriis suis, competit; hoc vero Inferioribus quoque Magistratibus Oppidanis. Vid. *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Bürger, Bürger-Recht*, p. m. 66. *Besoldus*, de *Jure Universit.* fol. 258, & in *Thesauro Practico*, voc. *Stadt, Stadt-Recht*, p. m. 900, *Petrus Antonius* de *Petra*, de *Potestate Principis*, cap. 15,

lerunterthänigst anbringen, und Dero Kayserliche Confirmation *und Bestettigung darüber gehorsamlichst bitten und ausbringen helffen wolte, damit Sie, und andere, umb so viel weniger, an meinem Gnädigen Willen gegen Sie, hätten zu zweiffeln; das Sie also zu unterthänigem Danck angenommen; Darauf gelanget an Ew. Röm. Kayserl. Maj. mein allerunterthänigstes gehorsambstes Bitten, Sie möchten diese, und andere Umbstände dieses Handels mehr, bey sich, Dero Hoch-begabten Kayserl. Verstand nach, allergnädigst erwegen, und, aus Kayserl. Milde und Gnade, zu desto stattlicher Fortsetzung dieser meiner Heinrich-Statt, Ihre Kayserl.* Confirmation *und Bestettigung über alle und jede* Privilegia, *Statt-Freyheiten, Gerechtigkeiten, auch Handwercke und andere erbare nützliche erspriesliche Bürgerliche Nahrungen, Handthierungen und Gewohnheiten, so Ich Burgermeistern und Rath, und der gantzen* Commun *in der Heinrich-Statt albereit* concediret, *gegeben und verschrieben, auch hiernechst Ich, meine Erben und Nachkommen, zu Stifft- und Fortsetzung ihrer Bürgerlichen Nahrung, Kauffmanschafft, und anderer Handthierung, auch mehrem Aufnehmen, ihnen, über kurtz oder lang, geben, bewilligen*, concediren, *und verschreiben werden, aus Hoher Kayserl. Macht und Vollkommenheit, zu* interponiren, *geruhen &c. &c.* Habes hic rationes, ob quas *Julius* Dux confirmationem Cæsaream efflagitavit, ne scil. (1) occasio dubitandi alicui nasceretur, utrum Nova Civitas illa foret duratura? (2) Successores Ducis eandem pro tali essent habituri? (3) concessaque semel Civibus Privilegia & immunitates conservaturi & comprobaturi? quibus cessantibus, nec auctoritate Cæsarea opus fuisset; Hinc est, quod Cæsar, in Confirmatione, sub dato Wien, 15 Julii An. eod. 1578, facultatem condendi Urbem, quam Dux sibi arrogaverat, nullatenus in dubium vocaverit, sed Privilegia saltem ab Eo concessa confirmaverit; vid. *Zeiler, Topogr. Brunsuic. & Luneb.* voc. *Wolffenbüttel*, p. 209; Dn. *Hornius, Jur. Publ.* Cap. 44, §. XXVII, pag. 419 & 420. Aliud longe est, si dicamus: *Cæsari licere, vigore Reservatorum, quæ Ipsi vindicantur, in Status Imperii alicujus Territorio, Civitatem constituere, invito quoque Territoriali Domino?* quod hactenus probatum nondum fuit; pariter ac nec alterum assertum: *Civitatem, à Statu quodam in Territorio suo constitutam, pro tali non habendam esse, priusquam Auctoritas Cæsarea intervenerit;* Tutius interea agi fateor, si ejusmodi Civitatis Fundator confirmationem Cæsaream imploret; quia hac ratione Civibus & incolis magis consulitur, simulque Successoribus ansa infringendi Antecessorum facta aufertur, utpote qui, concessa Privilegia, & immunitates, aliaque legitimo modo introducta, & à Cæsare semel confirmata, abrogare amplius non possunt; quæ Auctoritas confirmandi profecto magna est, & soli Imperatori competit. Eadem necessaria quoque, ubi sermo, de condenda Urbe, *in præjudicium Tertii;* quo pertinet Rescriptum Gloriosissimi Imperatoris *Leopoldi*, sub dato Wien, 14 Novemb. 1664, ad Potentissimum Daniæ Regem, *Fridericum III*, qua Ducem Holsatiæ, cum *Altonam* conderet, de qua præced. lit. a, dixi, apud *Schottelium* l. c. pag. 323, ibi: *Leopold &c. Bey Uns haben der Stadt N.* (Hamburg) *Abgeordnete, vermæg des Beyschlusses, in Unterthænigkeit klagend vor- und angebracht, was gestalten Ew. Ld. als Hertzog zu N.* (Holstein) *aus einem Ihro zustendigen, und in der Herrschafft N.* (Pinnenberg) *nahe für einem Thor genanter Statt N.* (Hamburg) *gelegenen Ort, an welchen, für einigen Jahren, etliche wenige Hæuser gestanden, nachgehends aber, mit folgenden Jahren, grœsser und dergestalt zugenommen habe, daß ein Flecken genandt worden seye, eine Stadt gemacht, daselbst ein formirtes Stadtwesen bestelt, auch dieselbe mit Privilegien, Freyheiten, und einem Præsidenten, dabenebenst zweyen Bürgermeistern, versehen habe, mit gehorsambster Bitte, weiln solche, zu æmulation und Verderben der Statt, fürgenommene Newerungen angesehen, Wir derowegen hierunter Unser Kayserlich Ambt einzuwenden gnædigst geruheten; Wan nun Unser Keyserl. Hoheit und Reservat auch in dem bestehet, daß, ohne Unsere Verwilligung, kein Stand einen Ort zur Stadt machen, und derselben das Stadt-Recht geben kan; Als haben Wir, umb so viel weniger, der Supplicanten Klagten entbæren, sondern Ew. Ld. Dieselbe hiemit einschliessen wollen, Uns gegen Sie Freund- Oheimb- Brüder- und Gnædiglichen versehend, daß Sie, was obgedachten Unserm Kayserlichen Reservat, geklagter massen, zu wieder vorgenommen seyn mœchte, zu beharren nicht gemeinet seyn, sondern vielmehr solches alles abstellen, und zu keiner weitern Klag Ursach geben werden; und seind auch übrigens hierüber Ew. Ld. umbstændigen Berichts und Folgleistung, innerhalb den næchsten*

3 Mona-

3 Monaten, von der Einhändigung diß, unfehlbar gewertig. Dero Wir mit &c. Indistincte quidem hic asseri videtur, absque Imperatoris consensu, nemini Statuum Imperii fas esse condere Urbem; sed ita Stylus Curiæ quondam se habuit, & adhuc hodie se habet, Juribus tamen tertii propterea haud præjudicialis.

Nec Cæsarum Privilegia quandoque Statibus indulta hic obstant, v. g. quando *Otto Magnus*, sub dato *ad Aquampendentem*, Prid. Non. Julii, An. 963, *Goslini* Præsulis in gratiam, Bona *Patavinæ* Ecclesiæ confirmando, apud *Meibomium*, Tom. I *Scriptor. Rer. German.* pag. 747, ait: *Concedimus etiam, ac Imperiali Auctoritate confirmamus, prælibato Goslino Episcopo, suisque Successoribus, in cunctis sui Episcopii possessionibus, ubicunque sibi melius visum fuerit, Castella cum Turribus & propugnaculis erigere, negotia constituere, molendina componere, & aquas publicas ad utilitatem ipsius Ecclesiæ trahere, piscationes exercere &c.* Aut *Otto III*, facultatem erigendi Castri *Mundburg*, ad Alleram, *Hildesiensi* Episcopo largitus legitur, charta teste *Henrici Sancti*, qua sub dato *Werla*, An. 1013. Indict. XI, *Bernwardo, Hildesheimensium* Præsuli, Comitatum circa illud Castrum adscripsit, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Hildesheim*, §. 2. pag. 255 & 256; ubi: *Bernwardus, Hildeneshemensis Ecclesiæ Venerabilis Antistes, Nostram Regiam Clementiam adiit, dicens, Sibi, ab Antecessore Nostro p. m. Tertio Ottone Imperatore, Jus speciale Castellum ædificandi, quod Mundburg vocatur, in ripa Aleræ fluminis, permissum fuisse, ad munimentum & tuitionem, contra perfidorum incursionem, & vastationem Sclavorum &c.* Aut *Henricus*, Romanorum Rex, Friderici II Imp. Filius, in literis Feudalibus, *Hermanno*, Dorpatensium Præsuli datis An. 1224, apud *Lundorpium*, T. VIII, *Actor. Publ.* lib. IX, c. I. § 11, p. 648, ait: *Dantes Ei auctoritatem monetam faciendi, ac fundandi Civitatem in Torbato, & in aliis locis, in quibus eas fieri oportet &c.* Et in aliis, An. 1226, in Comitiis Norimberg. *Alberto, Livoniæ* Episcopo porrectis, apud eundem l. c. *Marchiam unam per totum Ejus Episcopatum, per Livoniam videlicet & Lettiam, Leale, & Terras maritimas, instituimus, & eundem Ipsi Principatum, Jure aliorum Principum, munificentia Regali concessimus, dantes ei potestatem faciendi monetam, & fundandi Civitatem in Riga, & in aliis locis, in quibus eas fieri oportuit &c.* Ejusve Frater, *Conradus IV*, in Diplomate *Johanni*, Episcopo *Mindensi* tradito, apud *Pistorium*, in *Chronico Mindensi*, pag. 744, hac formula utitur: *Eidem concessimus potestatem constituendi duo Oppida, quod vulgo Wichbelede appellatur, ubicunque eadem in sua Diœcesi duxerit construenda; nihilominus etiam concedimus, & donamus eidem libertatem, in altero illorum Oppidorum gravem monetam cudendi, sine gravi præjudicio Juris alieni &c.* Aut, quando in *Zeileri Topographia Electoratus Trevirensis*, voc. *Bern-Castel*, p. 44, legimus. *In der Trierischen Chronick stehet, daß Bischoff Heinrich von Finstingen*, An. 1277, *das Schloß zu Berin-Castell gebauet, und Bischoff Boemundus von Warnesberg, so* Anno 1299 *gestorben - - - vom Kayser Rudolpho, durch Bitt, erlangt habe, daß Er Berin-Castell, oder Bern-Castell, aus Königlicher Macht, mit der Freyheit begabt habe, wie sonsten die Königliche* Magnificentz *die Stätte in die Freyheit zu setzen pflege; Georgius Braun schreibt im V Theil seines Stadt-Buchs, daß die* Privilegia, *so gemelter Bischoff* Boemundus *diesem Ort geben, von den Kaysern* Rudolpho, Adolpho, *und* Alberto *seyen* confirmirt *worden &c.* & rursus, voc. *Sarburg*, p. 57: *Ertz-Bischoff Boemundus zu Trier, so* An. 1299 *gestorben, hat vom Kayser Rudolpho, durch Bitt erlangt, daß Er die Stadt* (Sarburg) *aus Königlicher Macht mit der Freyheit begabt, als wie sonsten die Königliche* Magnificentz *die Stätte in die Freyheit zu setzen pfleget, wie Wilhelmus Kyriander, in Annal. August. Trever.* pag. 15, *schreibet &c.* Aut *Ludovicus Bavarus*, sub dato *Hachenberg*, 6 Kal. Febr. An. 1324, *Godfrido*, Comi. *Sainensi*, privilegio prospexit Oppidum *Friedewald* exstruendi, murorumque ambitu & fossatis muniendi, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicileg. Secular.* 43 *Absatz*, §. 13. pag. 986; pariter ac, sub dato *Coloniæ*, 22 April. An. 1328, *Friderico*, Burggravio Norimbergensi, potestatem fecit constituendæ Civitatis *Grundlach*, cum muris, fossatis &c. *Goldasto* teste, Tom. I *Constit. Imper.* pag. 330 &c. & An. 1338, *Gerhardo*, Spirensium Episcopo, permisit, *das Dorff Udenheim, zu einer Statt zu machen, und die mit Mauren, Wall und Gräben zu umbgeben*; vid. præced. §. 36, lit. c & d. Aut *Carolus IV*, in Diplomate, *Eberhardo & Ulrico*, Comitibus *Würtembergicis*, sub dato *Prag*, An. 1364, *an S. Augustinus Tag*, indulto, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, IV *Abtheilung*, VII *Absatz*, §. 5, pag. 679, inquit: *Wir Carl ---- bekennen --- daß für Unser Kayserlich Würdigkeit kommen sind, die Edlen Eberhardt und Ulrich, Gebrüder, Graffen zu Würtemberg, Unser und*

ser und des Reichs Liebe Getrewen, und haben Uns fleissiglich gebeten, daß Wir Ihn, und Ihren Erben, von Vollkommenheit Kayserlicher Macht, erlauben und gönnen wollen, daß Sie aus dem Dorff zu Laichingen, eine gemaurte Statt machen, und daß Sie Galgen und Stœcke, auch alles Hochgericht, auch das das Blut, und Leib, und Guth antrifft, und einen Wochen-Marckt da haben mœgen; Das haben Wir angesehen ---- und haben darümb, mit wohlbedachtem Muth, mit rechtem Wissen, und von Kayserlicher Macht, den ehegenanten Brüdern, Ihren Erben und Nachkommen, Grafen zu Würtemberg, gnädiglichen erlaubet, und erlauben Ihn, mit Krafft diß Briefs, daß sie das vorgenante Dorff zu Laichingen, mit Mauren, Thürnen, Porten, Erckern, Graben und anders, wie Sie wollen, vesten und bewahren, und zu einer Statt machen mögen; und wollen, daß sie daselbst ewiglichen, Stock und Galgen, und alle Hochgerichte, und, mit Namen, über das Blut, und das Leib und Guth antrifft, und auch einen wochentlichen Marckt, den sie setzen werden, da haben sollen und mögen, zu ihrem Willen. Auch wollen Wir, daß die ehegenandte Stadt zu Laichingen, und die Bürger, die darinnen wohnen, oder wohnen werden, haben sollen alle die Freyheit, Recht und Gnade, und auch Gebrauchunge aller guter Gewonheit, die da hat die Statt zu Stuttgarden &c. Aut *Sigismundus*, sub dato Speyer, *Samstags vor S. Marien Magdalenen Tag*, An. 1414, *Leonhardo*, Com. *Castella*, integrum fecit, *Großen Lanckheim mit Thoren, Mauren, Thürnen, Erckern, Graben, und andern Gebäwden, zu bevestigen;* apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg. Secular.* Part. I, 3 *Absatz*, §. 17, pag. 643 & sub dato *Nürnberg, am Donnerstag nach* S. Egidii, An. 1422, *Rabano*, Episcopo *Spirensi*, Ejusque Successoribus, *daß Sie in Ihren und des Stiffts von Speyer Landten und Gebiethen, allenthalben, und an jeglichen Enden, wo Sie dann getrawen, daß es dem Stifft Noth oder bequemlich seye, uff Sein (des Kaysers) und des Reichs, so Sie von Ihnen zu Lehen haben, oder Ihrem und des Stiffts Eigen, mit Graben, Steinen, Mauren, Thürnen, und anders, Bürgerlichen, wehrlichen und andern Baw, von neuem an, und auch der vor gebawet ist, durch sich selbst, Ihre Amptleute, oder wen sie das heisset, oder empfehlet, anfahen, beharren, vollführen, und vollenden mögen, von Ihm* (Cæsare) *seinen Nachkommen an dem Reich, und allermänniglich, daran ungehindert &c.* apud *Lundorpium* Tom. I *Act. Publ.* Lib. I, Cap. 29, pag. 145. lit. B. Aut *Fridericus III*, in tabulis, quibus, sub dato *Nawen Statt*, 4 Maji, An. 1450, *Henrico von Fleckenstein* potestatem largitus est, *die Burg Sultz zu einer Statt zu bevestigen*, apud Dn. *Schilterum* de Documentis & Diplomatibus laudati Cæsaris, p. m. 262, scribit: *Haben Wir Ihme, und synen Vettern, darzu, uß rechten Wissen, und mit wohlbedachtem Muethe, vergönnet, und erlaubet, daß Sie, in aller Wiße, als Ihn vor vergönnet und erlaubet ist, ein Statt Buwen mœgen, als wiet die Graben des Dorffs, das by Sultz der Burg gelegen ist, umbfangen hant; die auch alle Recht und Fryheit haben soll, als in ihren alten Brieffen, die synen Vordern darüber gegeben sind, begriffen ist &c.* Aut, in alio Privilegio, quo, sub dato *Neustatt, am Freytag vor Unserer Frauen Liechtmeß*, An. 1465, apud *Besoldum*, de *Juribus Majestat.* Sect. 3, Cap. 8, §. 11, pag. 205, & *Limnæum*, Tom. IV, Addit. ad Lib. 2, Cap. IX, §. 128, p. 251 &c. fatetur, *daß Er dem Reussen von Thüngen zu Reussenberg die besondere Gnade gethan, und ihme, umb seiner fleißigen Bitte willen, vergönnet und erlaubt, daß Er, und andere des Stands und Geschlechts von Thüngen, so an dem Schloß und Marckt Thüngen Theil haben, daraus eine Statt machen, bauen, und die mit Mauren, Thürnen, Thoren, Brücken, Graben, und andern nothdürfftigen Wehren, zu recht bewahren, bevesten, und darzu in derselben Statt einen Rath aus den Bürgern daselbsten erwehlen, und Amptleut setzen und besetzen, als offt sich das gebühret, und dieselbe Statt, mit rechten Amptleuten und Bürgern, mit guter Ordnung, Handwercks-Zünfften, und allen andern offenen Aemptern, so, nach Gerechtigkeit und Herkommen anderer Stätte, daselbst umbgelegen, versehen, aufrichten und bestellen mœgen, nach Nothdurfft, und ihrem Gefallen, ohne Geferd &c.* Hæc enim, ut multa alia, contigere tempore, quo, crescente adhuc Superioritate Territoriali, Proceres Imperii ea, specialia veluti Privilegia, à Cæsaribus petere tenebantur, vel solebant, quæ hodie, Superioritatis Territorialis virtute, libere exercent; præter quod à facto unius alteriusve Status, ad ferendum de reliquorum omnium Juribus judicium, nulla sit consequentia; vel adhuc in præsentiarum Status, respectu Jurium suorum Territorialium, comiter habere Cæsarem teneri, tralatitium est; ne dicam, multa sæpius Imperatores Statuum privilegiis inserere solere, quæ notorie Superioritatis Territorialis Juribus vindicanda. De hujusmodi casibus vero, hic non est quæstio, sed: *Annon hodie, ubi Statibus Imperii Superioritas Territorialis plenissime asserta, illis liceat, Cæsaris consensu non impetrato, sponte condere Urbes in Territoriis suis?* quod affirmandum putaverim. *Num vero consultum sit Cæsarem præterire?* pertinet ad punctum *Consilii*, de quo non loquimur.

37. Septimo: Jus Nundinarum, (a) & Mercatuum Solennium, (b) tribuere, (c) cum securitate; Vid. R. J. 1530, & 1566. Besoldus, Cap. VII, §. 6, vers. *von dem Jahrmarck-Schutz*.

NOTÆ.

(a) JUS NUNDINARUM &c. *De Nundinis, earumque Privilegiis*, Dissertationem Inauguralem *Marpurgi* defendit *Antonius Klockius*, An. 1637, quam integram *Johannes Richardus Malcomesius* Commentario suo ad Digesta *Wesenbecii*, pag. 934 &c. inseruit. Prostat insuper *Christiani Lyseri* Disput. de *Nundinis*, An. 1657, Wittebergæ habita; ut & alia, *Henrici Tœbingi*, Præside *Ernesto Cregelio*, An. 1658, *Altdorffi* Ventilata; An. 1660, Gymnasma Juridicum, de *Regali Nundinarum Jure ac Privilegiis*, Jenæ edidit *Ahasverus Fritschius*. Huc etiam faciunt: *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Meß - Jahrmarckt*, p. m. 631; *Dietherr*, in *Continuato hoc Thesauro*, voc. ead. pag. 404; *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Messe*, p. m. 357; *Joh. Rudinger*, Centuria III *singularum Observationum Juris*, Observat. LVII, p. m. 659; *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. X, p. 426 &c. Interpretes *Juris Publici* omnes; nec non Commentatores ad Lib. L, Tit. XI ff. de *Nundinis*, ut & ad Lib. IV, Tit. LX, C. de *Nundinis & Mercationibus*. Etymologiam vocabuli *Messe*, deducit *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. LXXIV, §. 29, p. m. 189, à *Missis* Cleri Romani, quandoquidem *Nundinas* quondam certo die Festo v. g. *Nativitatis Christi, Johannis, Andreæ* &c. ubi maxima Populi frequentia esse solebat, celebrando *Missam*, auspicarentur; cujus sententiæ quoque esse videntur *Speidelius* voc. *Meß, Meßschütz*, p. m. 656; & *Multzius* l. c. v. 5. p. 426; Rectius autem *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad Lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 302, p. m. 641, vocem hanc derivandam putat à verbo *Messen, weil auf solche Zeit die Wahren in grosser Menge gemessen und verkaufft zu werden pflegen &c.* add. *Fritschius*, l. c. Cap. 1, §. 3, v. 27, p. m. 222; & Dn. *Schwederus*, Introduct. *Jur. Publ.* part. spec. Sect. 1, Cap. XVII, §. 12, p. m. 498; minimum derivatio hæc naturam rei magis exprimit, quam prior, aut illa *Benjamini Leuberi*, quà eam, in *Disquisitione Stapulæ Saxonicæ*, §. 222 & 248, à *Missis*, sive *Ablegatis* Imperatorum, per quos, nundinarum Jura olim Eos exercuisse constat, (scribente hinc *Schottelio*, de *Singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*, Cap. XXVI, § 8, p. 467: *Also ertheilten* Carolus Magnus, *und* Ludovicus Pius, Imperatores *Dero Bedienten, den* Missis, *und Ihren Pflegern, den* Missaticis, *das* Jus Stapulæ, *Niederlagen, Messen, und* Universal *Jahr-Märckte, zuhalten &c.* quæ Dn. *Ockel*, Tr. de *Palatio Regio*, §. 87, p. 82, una cum verbis *Capitul.* ad L. *Salicam Caroli Magni*, Tit. Ult. art. 5, repetit,) dictam arbitratur, quandoquidem non appellamus Nundinas *Missen*, sed *Messen*. Appellatio vocabuli *Nundinarum*, minus dubii habet, cum nemo sit, qui illud non contractum censeat ex vocibus: *novem & Dies*; olim enim *nonus* quisque *Dies* apud Romanos solennis erat, quo Rustici in Urbes se contulerant, resque ruri necessarias sibi comparaverant, insuperque novas Leges acceperant. Vid. *Becmannus*, de *Origine Latinæ Linguæ*, voc. *Nonæ*, ubi *Rutilium* scripsisse ait, nundinas à Romanis fuisse institutas, ut octo quidem diebus in agris Rustici opus facerent; nono autem die, intermisso rure, ad mercatum, Legesque accipiendas, Romam venirent &c. Conf. *Faber, Thesaur. Eruditionis Scholasticæ*, voc. *Nundinæ*, p. m. 1549; *Besoldus* l. c. *Fritschius* l. c. § 1, v. 2 &c. pag. 217 &c. *Schweder* l. c. §. 11, pag. 497; *Multzius* l. c. v. 4, pag. 426.

(b) MERCATUUM SOLENNIUM &c. Synonyma sunt: *Nundinæ & Mercatus solennes*; solennes enim nundinæ, *freye offene Messen*, nihil aliud sunt, quam mercatus solennes & privilegiati, auctoritate ejus, qui hoc jure fruitur, ob utilitatem commerciorum, legitime constituti, longave consuetudine acquisiti, quorum initium & finis, plerisque in locis, campanæ pulsu denunciatur. vid. *Jacobus van der Graeff*, Tr. de *Regalibus*, Tit. de *Nundinis*; *Joh. Marquartus*, de *Jure Mercatorum*, Lib. 1, Cap. 5, & Lib. 2, Cap. 6; *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad Lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 302, p. 641; *Fritschius* l. c. Cap. 2, § 2, §. 8. Dn. *Schweder* l. c. §. 12, p. 498. Quandoque Veteres *Torneamenta* quoque vocasse *Nundinas*, testatur *Du Fresne*, Gloss. voc. *Nundinæ*, pag. m. 770, & Dn. *Datt*. Lib. 1 *Rer. German.* Cap. VII, §. 21 & seqq. p. 51.

(c) TRIBUERE &c. Solennes Nundinas concedendi Regale Imperatori recte vindicant, (præter eos, quos *Mylerus ad Rumelinum*, Part. 3, Dissert. 3, § 18, p. m. 774, magno catalogo, hoc titulo celebrat) *Wesenbecius*, ad Tit. ff. de *Nundinis*, §. 2; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* Lib. 1, Class. V, Cap VI, §. 156, p. 619; Ill. *Schützius*, *Colleg. Jur. Publ.* Vol. 1, Exercit. VI, § XXI, lit. G, p. 406; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. 1, Cap. 17, §. 13, p. 499; *Limnæus* l. c. *Mylerus*,

lerus, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 58, §. 1, p. 525; *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XII, §. 1. p. 415; *Fritſchius* l. c. *Hornius, Jur. Publ.* Cap. 44, §. 28, p. 420 &c. Quamvis, in detrimentum tertii Juris quæſiti, exerceri nequeat; quo referendum v. g. *Caroli IV* Privilegium, ſub dato *Oppenheim*, An. 1378, *an S. Matthias-Tage*, Civitati Norinbergenſi conceſſum, apud *Goldaſtum*, Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, , pag. 66, & *Limnæum, Jur. Publ.* lib. VII, Cap. 35, p. 412, verb. *Als auch dieſelben Bürgermeiſter, Rath, Bürger und Statt zu Nürnberg, von ſeeligſt Gedächtniß Unſerer Vorfahren an dem Reich, Römiſchen Kayſern und Königen, gefreyet, und herkommen ſind, daß Niemand fürbaß mehr in einer Meil umb Nürnberg, auf alle Ort zu zehlen, keinerley Statt, Marckt, Veſten, Schloß, Burg, Bürgliche Gebäw, oder keinerley Veſtunge mit Mauren und Gräben, und auch darzu keinerley Statt-Recht, Marck-Recht, Halßgerichte und Freyheit, von neuem, die von Alter bißhero nit geweſen, und geruhiglichen hergebracht ſeyn, machen, bauen, aufrichten, haben, noch erwerben ſoll, oder möge, in keine Weiß &c.* *Hinc eſt, quod Imperator nunquam conſueverit alicui dare Privilegium Nundinarum, niſi prius adjacentibus & vicinis Civitatibus & Pagis, quorum intereſſe poſſet, auditis*, ut *Gailius* loquitur, Lib. 2 *Obſervationum Practicarum*, Obſervat. LXIX, §. 24, pag. 424; conſentientibus *Stephani*, de *Juriſdict.* 2, P. I, C. 1. m. 2, §. 101; *Struvio, Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 50, Tit. XI, §. 81, pag. 1027; *Schützio* l. c. pag. 407; *Beſoldo, Theſaur. Pract.* voc. *Meß*, p. m. 631; *Wehnero, Obſervat. Pract.* voc. ead. pag. m. 357; *Mylero* ad *Rumelinum* l. c. pag. 774 & 775; *Fritſchio* l. c. Cap. 4, §. IX, v. 66; Aliis. Plerumque olim veniebant *Nundinæ* vocabulo *Mercatuum*. Quo tempore Regale hoc Imperatores in Status Imperii conferre cœperint? ordinesve illud tacite ſibi vindicare? ex veterum chartis petendum eſt:

De CAROLO MAGNO, inquit *Henricus IV* Imp. in Traditione *Liesmunde*, ſeu *Lieſtmuona*, 5 Kal. Julii, An. 1062, *Altſtedii*, *Adelberto*, *Hamburgenſi* Archi-Epiſcopo, facta, apud *Maderum*, in Appendice ad *Adamum Bremenſem*, §. XXI, p. 225; *Lindenbrogium*, de *Privilegiis Eccleſ. Hamburgenſ.* §. XXV, p. m. 140, & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs* Contin. 2, 4 *Abtheilung*, *im Anhang*, *im V Abſatz*, §. X, p. 435: *Confirmamus autem, Munificentia Regia, eidem Eccleſiæ* (Hamburgenſi) *libertatem, & bona omnia, quæ, à* CAROLO MAGNO, *Prædeceſſore noſtro, Romanorum ſiquidem Imperatores, vel Franciæ Reges, usque ad tempora Noſtra, prænominatæ Eccleſiæ conceſſerunt, & Nos habendum ei omni tempore, atque jure perpetuo poſſidendum, per Noſtri præcepti paginam, concedimus, omni Noſtra & Noſtrorum Succeſſorum, cunctorumque mortalium, majorum vel minorum, inquietatione remota, Parochias ſcilicet, Decimas, Terras, cultas & incultas, Comitatus, Mercatus, Monetas, Thelonea, cum omni utilitate, quæ deſcribi, vel quoquo modo inde provenire, poterit &c.* Et, in alio Diplomate, ſub dato *Ratisbonæ*, IX Kal. Novembr. an. eod. cum *Bernhardi* Comitatum in Pagis *Emisgoa*, *Weſtfala* & *Angeri*, laudato Præſuli concederet, apud *Maderum* l. c. §. XXII, p. 228, & *Lindenbrogium* l. c. §. XXVI, pag. 141: *Confirmamus igitur, Munificentia Regia, eidem Eccleſiæ, libertatem per omnia retinendam, & bona omnia, quæ, à* CAROLO MAGNO, *Prædeceſſores Noſtri, Romanorum ſiquidem Imperatores, vel Franciæ Reges, uſque ad tempora Noſtra, prænominatæ Eccleſiæ conceſſerunt, & Nos habendum ei omni tempore, atque jure perpetuo poſſidendum, per Noſtri præcepti paginam, concedimus, omni Noſtra & Noſtrorum Succeſſorum, cunctorumque mortalium, minorum vel majorum, inquietatione remota; Parochias ſcil. Decimas, Terras, cultas & incultas, Comitatus, Mercatus, Monetas, Thelonea, Foreſta, cum omni utilitate, quæ deſcribi, vel quoquo modo inde provenire poterit &c.* Quæ omnia repetiit, in alio diplomate, quo, adhuc eodem die, dicto Præſuli Comitatum *Udonis* Marchionis obtulerat, apud *Maderum* l. c. §. XXIII, p. 230 & 231; pariter ac *Fridericus I*, in Confirmatione Privilegiorum, ſub dato *Franckenvort*, 17 Cal. Aprilis, An. 1158, *Hartwico*, Bremenſi Archi-Epiſcopo, facta, apud *Lindenbrogium* l. c. §. 50, p. 159, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 13, p. 437 & 438; ut & in alio, 10 Kal. Maji, An. eod. in *Verda S. Swiberti*, ſuper *Foreſtum in Ertnebroch*, eidem Præſuli conceſſo, apud *Lindenbrogium* l. c. §. 54, p. 163, & Dn. *Lunigium* l. c. §. XV, p. 439.

LUDOVICI PII Diploma, ſub dato *Wormatiæ*, Anno Imperii XX, Indict. XI, adeoque An. 833, *Corbejenſi*, Cœnobio ſcriptum, apud *Fürſtenbergium, Monument. Paderborn.* p. m. 121; Dn. *Schatenum*, lib. 2 *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag 91, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Eccleſiaſtici*, Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 5, p. 61, hæc habet: *Inſuper etiam, quia locum Mercationis ipſa Regio indigebat, Monetam noſtræ auctoritatis publicam ultra ibi ſemper ineſſe, Chriſto militantibus proficuam, ſtatuimus &c.* Hinc, ejusdem Cæſaris memores *Annales Corbejenſes* ad An. 833, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Rer. Brunſuic. Scriptorum*, p. 296: & Dn. *Paullini*. in *Syntagm. Rer. Germanicarum*, p. 370, ad An. 833:

Merca-

Mercatio Publica, *cum jure monetandi*, *datur* (Ecclesiæ Corbejensi) *ab eodem Lothewico. Item, Facultas coquendi Salem, in Ducatu Buthinveldio &c.* Conf. Dn. *Henricus de Bunau*, Diss. de *Jure circa rem monetariam in Germania*, an. 1716, Lipsiæ habita, §. 31, p. 48.

ARNOLFUS Imperator, confirmando, sub dato *Reganespurck*, 5 Id. Septembr. An. 898, donationes Ecclesiæ *Pataviensi* factas, præsertim à Bojorum Ducibus, inquit inter alia: *Ad hæc etiam & cartulas Traditionum, quas prædictus Otilo, & Filius ejus, Tassilo, Duces Bavariorum, ob ejusdem Sanctæ Pataviensis Ecclesiæ restaurationem, vel amplificationem, fecerant, obtutibus Serenitatis Nostræ praeferens idem præscriptus Pontifex*, (Wichingus) *in quibus legebatur, quod iidem prædicti Duces ad eandem Sedem areas, & Mercatum, cum integro Theolonio suo, ac mancipia utriusque sexus, molendina, piscationes, & vineas, & quicquid in eadem Urbe*, (Patavia) *vel circa eam, visi sunt in proprium possidere, nihil extra dimittentes, omnia in omnibus S. Stephano, Sanctoque Valentino, jure perenni tenenda, tradiderunt &c.* apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4. Tit. *Passau*, §. 5, pag. 758.

LUDOVICUM IV, Germaniæ Regem, concessisse *Corbejensi* Cœnobio facultatem *habendi Mercatum publicum in Villa Horohusun*, discimus ex Ejus Diplomate de An. 900, apud *Fürstenbergium*, cit. *Monument. Paderbornensib.* Tit. *Eresburgum ad Dimolam*, §. 7, p. m. 105, & *Schatenum*, l. c. lib. 3, ad An. 900, p. m. 237, ubi: *Pro Nostræ mercedis augmento, ad eorum utilitates addere decrevimus, ut, infra ipsam Abbatiam, in Villa Horohusun nuncupata, publicum eis liceat habere Mercatum, & Monetam, & ibi potestatem habeant accipiendi Teloneum, quod ipsorum Advocatus Nostro exigat Banno, ab his, qui illuc, causa emendi, veniunt &c.* Conf. Dn. de *Bünau* l. c. §. 33, p. 51.

OTTO MAGNUS, in Diplomate, sub dato *Frosæ*, 3 Cal. Junii, An. 946, apud *Schatenum* l. c. lib. 4, ad An. 946, pag. 288, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 31, pag. 78 & 79, ait: *Noverit omnium Fidelium nostrorum sagacitas ---- qualiter Nos, per interventum dilecti Germani Nostri, Brunonis, & Venerabilis Abbatis* (Corbejensis) *Bovonis, ad Monasterium SS. Martyrum, Stephani atque Viti, quod Corbeja nominatur, Bannum super duas Villas, Meppium nominatas, sitas juxta fluvium Emisa & Hasa, in Pago Agrotingon, in Comitatu Thuringi Comitis, cum Moneta, & Theloneo, jure perenni, in proprium concessimus: jussimus quoque --- ut nullus Judex publicus, in locis antedictis, ullam insuper exerceat potestatem judiciariam, nisi præfati legitimus Advocatus Abbatis; Mercatum vero constituat publicum in illis, ubicunque Abbati placuerit, locis, pacemque firmissimam teneant aggredientes & regredientes, & ibi manentes, eodem modo, sicuti ab Antecessoribus Nostris, Regibus, jam pridem aliis publicis Mercatuum locis concessum erat &c.* Innuunt hæc cit. *Annales Corbejenses* Dn. *Leibnitii* l. c. ad An. 946, pag. 300: *Otto Rex, ad preces Brunonis Fratris, Monasterio* (Corbejensi) *dat Thelonium, Mercatum & Monetam in Meppen. Idem, Bannum dedit super duas Villas, Meppen nominatas, ad Emisam & Hasam &c.*

Idem, in Privilegio, An. 952, 4 Id. Junii, *Drogoni*, Episcopo *Osnabrugensi*, dato, apud Dnn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 295, & *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Osnabrück*, §. 3, pag. 578, ait: *Noverit omnium Fidelium Nostrorum, præsentium & futurorum, industria, qualiter Nos, pro interventu Venerabilis Episcopi Osnabrugensis Ecclesiæ, Drugonis, Monetam & Mercatum publicum, in loco Wyddenbrugge nuncupato, fieri concessimus &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. D, pag. 1144; &

In alio, ad *Aquam pendentem*, Pridie Non. Julii, An. 963, quo *Goslino*, Pataviensi Episcopo, varia vindicat jura, apud *Meibomium*, Tom. I *Rer. German.* pag. 747: *Concedimus etiam, ac Imperiali Auctoritate confirmamus, prælibato Goslino Episcopo, suisque Successoribus, in cunctis sui Episcopii possessionibus, ubicunque sibi melius visum fuerit, Castella, cum turribus & propugnaculis, erigere; Negotia constituere; Molendina componere; & publicas aquas, ad utilitatem ipsius Ecclesiæ, trahere; piscationes exercere; absque alicujus contradictione &c.* Et,

In præcepto, An. 965, 2 Non. Maji, *Gerbodoni*, Cœnobii S. *Nazarii Laurishamensis* Abbati, concesso, apud *Freherum*, Part. I *Originum Palat.* pag. 174 &c. *Meibomium* l. c. p. 748, & *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. XVII, p. 13: *Interventu Dilectæ Conjugis Nostræ, Adelheidæ, Venerabili Abbati Gerbodoni, Fideli Nostro, qui Cœnobio S. Nazarii in Lauresham praeesse videtur, in quadam ejusdem Cœnobii Villa, Wezinloch nominata, in Comitatu Cunradi Comitis, Mercatum Publicum fieri concessimus,*

cessimus, & quicquid in Thelonei lucris, vel alia aliqua utilitate, exinde proventurum esse videtur, ad servitium S. Michaëlis in Abramesberg, seu S. Nazarii in Lauresham, Imperatoriæ Nostræ largitatis munificentia, donavimus &c.

Et in Privilegio, quo, sub dato *Magdeburg*, 7 Id. Julii An. 965, Ecclesiæ *Magdeburgicæ* prospexit, apud *Leuberum*, in *disquisitione plenaria Stapulæ Saxonicæ*, n. 1190; *Meibomium* l. c. pag. 749, & *Sagittarium*, de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. LXXXI, pag. 46: *Mercatum in Magdeburg, & Monetam, omnesque Thelonei fructus, vel usuras, quoquo modo, vel quibuscunque vehiculis adductis, sive ab Equitibus, vel Peditibus, vel cujuscunque modi aut conditionis Hominibus supervenientibus, allatis mercibus, acquirendas, vel accipiendas, seu, quicquid hactenus utilitatis exinde ad Nostrum publicum Jus pertinere videbatur, totum & ex integro, Deo, Sanctoque Mauricio in Magdeburg, transfundimus, offerimus atque donamus &c.*

Et in alio, quo, sub dato *Bruggheim*, 2 Id. Dec. an. eod. *Monetam* in Villa *Getlide*, Ecclesiæ Magdeburgicæ concessit, apud *Sagittarium* l. c. §. 84, p. 49: *Teloneum vero de Mercatu, quod ibi fieri concessimus ---- prælibatæ Ecclesiæ S. Mauritii, munifica largitate, offerimus &c.* Conf. *Lunig*, Part. 1 *Spicilegii Ecclesiastici*, Continuat. 1, Cap. 2, *im Anhang zu denen Ertz-Stifftern*, Tit. *Magdeburg*, §. 34, p. 9; Confirmatio *Ottonis II*, sub dato *Magdeburg* 2 Non. Junii An. 973. habetur ibidem, l. c. §. 63, p. 22 & 23, ibi: *Mercatum quoque in Gettige* (Getlide) *& monetam cum Teloneo, & Bannum sicut Piissimus Genitor noster, ita & nos quoque eidem S. Magdeburgensi Ecclesiæ offerimus & concedimus &c.*

Et in alio, sub dato *Mersburg*, 4 Id. Augusti An. 966, *Hamburgensi* Ecclesiæ relicto Munificentiæ documento, apud *Maderum* in Appendice ad *Adamum Bremensem* §. XIII, p. 210; *Lindenbrogium* l. c. de *Privileg. Hamburg.* §. IX, p. 131; *Meibomium* l. c. pag. 750 & 751; *Lambecium*, Part. 1 *Originum Hamburg.* p. m. 39, *Conringium*, *im gründlichen Bericht, von der Landes-Fürstlichen Ertz-Bischöfflichen Hoch- und Gerechtigkeit über die Statt Bremen*, An. 1652, Cap. VI, &c. & Dn. *Lunigium*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, *im Anhang*, IV *Abtheilung*, *im* V *Absatz*, §. 3, p. 430 &c. *Omnibus constet, Nos, pro Dei amore, Venerabilis Adaldagi, Hammaburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopi flagitatibus annuentes, Construendi Mercatum, in loco Bremum nuncupato, illi concessisse licentiam; Bannum & Teloneum, nec non Monetam, totumque quod inde Regius Reipublicæ Fiscus obtinere poterit, prælibatæ conferimus Sedi &c.* Quæ omnia *Henricus II*, sub dato *Hebehildehusen*, 8 Kal. Jun. An. 1003, *Libizoni* Archi-Episcopo, confirmavit, testibus *Lindenbrogio* l. c. §. XVII, p. 135, & *Lunigio* l. c. §. VI, p. 432; verb. *Concedimus insuper præfato Archi-Episcopo, ejusque Successoribus, licentiam construendi Mercatum, in loco Bremum nuncupato, Bannum, & Theloneum, nec non Monetam publici ponderis, & puri argenti, totumque quod inde Regius Reipublicæ Fiscus obtinere, seu aliquo modo ad Nostrum Regium Jus pertinere poterit, prælibatæ conferimus Sedi. Quin etiam Negotiatores, ejusdem incolas loci, nostræ tuitionis patrocinio condonavimus, præcipientes, hoc Regiæ auctoritatis præcepto, quo in omnibus tali patrocinentur tutela, & potiantur Jure, quali cæterarum Regalium Institores Urbium, per Nostrum Regnum potiri noscuntur &c.* Denuoque, sub dato *Atistedi*, 12 Kal. Decembr. An. 1014, in favorem *Unati* Archi-Episcopi, totidem fere verbis, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XVIII, p. 136, & *Lunigium* l. c. §. VII, p. 433 &c. Ut & *Conradus II*, in gratiam *Becelini* Archi-Episcopi, sub dato *Magdeburch*, 17 Kal. Octobr. An. 1035, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XIX, p. 137; & *Lunigium* l. c. §. VIII, p. 434, ibi: *Becelino, Sanctæ Bremensis Ecclesiæ Venerabili, Nobisque amabili, Archi-Episcopo, Mercatum in eodem loco,* (Bremæ) *cum Theloneo, Numismatibus, nec non omnibus utilitatibus, ad Mercatum pertinentibus, habere concessimus, ea videlicet Lege, ut, bis in anno, omnes, qui illuc, causa mercandi, veniant, una vice septem dies ante Pentecosten, secunda vicesimiliter septem dies ante festivitatem S. Willehadi, ibidem corporaliter requiescentis, annualem Mercatum illic habeant. Bannum autem nostrum, super omnes hos illuc venientes, ut, illuc eundo & redeundo, habeant pacem, facimus; eundemque Bannum Nostrum prædicto Archi-Episcopo, ob suum fidele servitium, ea ratione concedimus, ut, si in hoc statuto tempore, ex illuc venientibus, aliqua temeritas evenerit, inde Justitiam faciendi neque Dux, neque Comes, neque aliquis hominum, præter Ipsum, & suos successores, licentiam habent &c.* & *Fridericus I*, in Diplomate, *Hartwico* Archi-Episcopo, An. 1158, 10 Kal. Maji, in *Verda S. Swiberti*, dato, apud *Lindenbrogium* l. c. §. LIII, p. 161 & 162; *Tolnerum* l. c. §. LIX, p. 53, & *Lunigium* l. c. §. XIII, p. 438.

Gembla-

Gemblacensem Ecclesiam ab Eodem *jus Mercatus* habendi sortitam, præced. Lib. 1 Tit. XV, §. 5, lit. C, pag. 1151, monui.

OTTO II, sub dato *Arviti*, 14 Kal. Septemb. An. 974, in charta, apud *Bucelinum*, Part. poster. *Germaniæ Sacræ*, voc. *Werthinense*, pag. 311, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. VI Tit. *Werden*, §. 10, p. 695, inquit: *Notum esse volumus, præsentibus scil. & futuris, qualiter Fidelis noster, Folckmarus, Werdinensis Monasterii Provisor, cum interventu dilectæ Conjugis nostræ, Theophanu, adiit Celsitudinem nostram, postulans: Ut in duobus suis Locis, id est, Werdina,* (&) *Liudinghausen, Forum & Monetam sibi liceret aptare & facere. Hujus rationabili, ac justæ petitioni assensum præbentes, libenter postulata concedimus, & quidquid in eodem Foro, vel Moneta publica, ad jus nostrum pertinet, prædictæ ac dilectæ Conjugis nostræ rogatu, prædicto Monasterio firmiter donamus &c.*

In Ejusdem, confirmationis charta, sub dato *Walbech*, An. eod. 5 Id. April. *Immæ, Herfordiensis* Cœnobii Abbatissæ tradita, apud Dn. *Lunigium* l.c. Cap. VII, Tit. *Herford*, §. 11, p. 124 & 125 legitur: *Noverit omnium Fidelium nostrorum --- industria, qualiter quædam Venerabilis Abbatissa Herifordensis Monasterii, nomine Imma, Nobis Luthuwici Regis, de quodam Mercato, cum omnibus inde exigendi usibus, id est, Moneta, Teloneo, vel quidquid ad Publicum videtur pertinere Mercatum in loco Adonhusa nominato, scripta afferens nostramque dilectam Matrem, nomine Adelheidam, hæc eadem scripta Nos nostro præcepto, ejus interventu, præfato Monasterio renovari precabatur; nos ---- memoratæ Ecclesiæ Herifordensi --- per futura succedentium tempora, in loco superius nominato, potestatem non solum Mercationis locum constituendi, sed etiam ad jus ejusdem prælibatæ Abbatissæ Banno nostro Imperiali exigendum, pacemque omnibus quærentibus Mercatum, ac redeuntibus, faciendum, concessimus &c.*

Idem Privilegium, quoad locum *Saligenstadt*, ab Eo, in Episcopum *Halberstadensem* fuisse collatum, sub *Ottone III*, jam probabo.

OTTONIS III munificentiam, hac in parte, sensit quoque *Erpo*, *Verdensis* Episcopus, An. 985, teste *Chronico Verdensi* ad hunc annum, apud Dn. de *Leibnitz.*, Tom. 2 *Scriptorum Rer. Brunsuic.* p. 215, verbis præced. Lib. 1, Tit. XVI, §. 11, in vita *Bernhardi I*, Saxonum Ducis, p. 114, Occurrentibus, factum confirmante *Crantzio*, lib. 3 *Metropolis*, Cap. 36, p. m. 80: *Otto III eidem Erponi Episcopo permisit: Ut monetam suo nomine cuderet; Mercatum in loco Ecclesiæ suæ solennem haberet &c.* Conf. Dn. *Ockel* de *Palatio Regio*, §. 62, p. 54.

Memor *Hildewardi*, *Halberstadensis* Episcopi, Auctor *Chronici*, *Halberstadensis*, apud Dn. *Leibnitium* l. c. p. 118, ait: *Hic etiam ab Imperatore Ottone* (Tertio) *concessiones & statuta Imperatorum obtinuit, Regiæ auctoritatis privilegio, Halberstadensi Ecclesiæ communiri.* Insuper etiam *Mercatum, in Halberstat & Osterwic, habendum, cum Toloniis, ac Monetis ac Regio Banno, in utrisque locis tenendis, & accipiendis, & Regalem Heribannum super milites, liberos & servos ejusdem Ecclesiæ, ab Imperatoris munificentia, Halberstadensi Ecclesiæ impetravit &c.* Quod Privilegium *Henricus Sanctus*, sub dato Trajecti, An. 1002, 6 Kal. Septemb. solenni charta, quam Dn. *Joh. Georg Leuckfeld*, in *Antiquitatibus Halberstadensibus*, §. 40 Documentorum, p. 666, & *Antiquitatibus nummariis Halberstadensibus*, §. 14, lit. a a a, p. 33 & 34, nec non Dn. *Lunigius*, l. c. Part. 2, Cap. 4, *im Anhang zu denen Hoch-Stifftern*; Tit. *Halberstatt*, §. 9, pag. 19, exhibent, confirmavit, inter alia inquiens: *Arnoldus, Sanctæ Dei Ecclesiæ Halverstadensis Præsul --- Imperatorum ipsi Sedi concessa Præcepta & Privilegia detulit, eadem à Nobis concedi & roborari postulans; Nos vero ---- piæ petitioni Ejus benignum assensum præbentes, omnia, quæ memoratæ Halverstadensi Ecclesiæ ---- juste tradita sunt, & insuper Mercatum, quem b. m. Senior noster, Otto III videlicet, Imperator Augustus, in principali loco Halverstadensi perpetualiter habendum concessit, quemadmodum ---- prius, præcepto Secundi Ottonis Augusti, in loco, Saligenstadt vocato, habebat, una cum Teloniis, ac Monetis, & Regio Banno, in utrisque locis tenendis & accipiendis, & Regalem Heribannum super milites, liberos & servos, ejusdem Ecclesiæ, hac nostræ præceptionis Regiæ auctoritate, præfato Episcopo, & Ejus Ecclesiæ, suisque Successoribus, denuo donamus, atque confirmamus &c.* Hinc sua Auctor *Chronici Halberstadensis*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2 *scriptorum Rerum Brunsuicensium*, p. 120. Idem, in charta, sub dato *Gandersheim*, An. 990, 2 Non. Aug. *Gerbirgæ*, Abbatissæ *Gandersheimensi*, scripta, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquitat. Gandersheimensibus* Cap. 14, §. 8, lit. t. p. 108, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, II *Fortsetzung*, V *Abtheilung*, §. VIII, p. 822; ait: *Ecclesiæ, cui præest, & sibi, concessimus, ut,*

nostræ Regiæ potestatis licentia, in loco Gandersheim vocato, ad ejus provisionem pertinenti, faciat & habeat mercatum ac monetam, atque Teloneum deinceps accipiat &c.

Idem Augustus, in Privilegio An. 993, quo, 4 Kal. Aug. *Adaldago*, *Niwenburgensis* Ecclesiæ Abbati, prospexit, apud Dn. *Becmannum*, Part. 3, *Histor. Anhalt.* lib. 4, Cap. 3, §. 2, p. 460, inquit: *Fideli nostro, Adaldago, Niwenburgensis Ecclesiæ Venerabili Abbati, concessimus, ut in loco suo, Antiquiore Hagenenrod vocato, faciat Mercatum, & Monetam publicam, in qua probabiles nummi debinc percutiantur, &, cum Regio Banno, Ecclesiæ S. Mariæ semper Virginis in prælibato Castello, in honore illius constructo, à Nobis dato & concesso, Teloneum deinceps à Mercato accipiatur, ad usum & jus ipsum Ecclesiæ atque Abbatis, modo & in futuro ibi præsidentis, nullaque persona, magna sive parva, super Mercatum, Monetam, & Teloneum, sive Bannum, aliquam ultra potestatem habeat, aut exercere præsumat nisi, superius jam dictus Adaldagus Abbas, suique successores, seu Advocatus, quem ipsi & Monachi, Deo & S. Mariæ Virgini perpetualiter ibi servituri, ad hoc opus & negotium, elegerint, & constituerint &c.* Quæ cuncta, sub dato *Magdeburg*, 10 Kal. April. An. 1000, in favorem *Erisconis* Abbatis, confirmavit, charta teste, apud eundem l. c.

In alio, ejusdem Anni 993, IX Kal. Decembr. *Quedlinburgensi* Ecclesiæ dato, apud Dn. *Kettnerum*, in *Antiquitatibus Quedlinburgicis*, §. XXV, p. 33 & 34, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 cit. *Spicilegii*, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, §. 23, p. 190, sic loquitur Cæsar: *Omnium Fidelium Nostrorum, tam præsentium, quam futurorum, pateat devotioni piæ, qualiter Nos, dilectæ Aviæ nostræ ob interventum Adelheidis, Imperatricis Augustæ, charæque Amitæ nostræ, Mechtildis, monitionem, in Metropoli Quedelinburg - - - Mercatum erigere decernimus, Regalis potentiæ magnanimitate pleniter edicimus, videlicet, ut eadem jam præfata Amita nostra, sibique successura eodem Regimine Abbatissa, ad usum Deo, Sanctoque Servatio ibidem servientium Famularum in Majori Ecclesia, Monetis, Theloneis, omnique in Mercatorio Jure, quod Antecessorum Nostrorum, Regum scil. & Imperatorum, industria, Coloniæ, Moguntiæ, Magdeburgo, similibusque Nostræ Ditionis in locis, antea videlitur esse concessum, quidlibet faciendi, utiliter potiendi, solutam habeant potestatem &c.*

Et, in alio, sub dato *Ersphesfort*, An. 994, *Notkero*, *Leodiensium* Antistiti expedito, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 16, p. 490: *Noverit omnium Fidelium - - - - industria, qualiter Nos, ob amorem Notkeri, Venerabilis Leodiensis Episcopi, maximeque ob remedium animæ Nostræ, eidem Venerabili Episcopo concessimus, ut, in loco Fossis nuncupato, Thelonium, Mercatumque & Monetam, & materiam Cerevisiæ constitueret: Et hoc proinde Nostræ Auctoritatis præceptum Ei conscribi jussimus, per quod præcipimus, firmiterque fieri volumus, quatenus in prædicto Mercato, Moneta, Thelonioque & Cerevisiæ materia, ad aliquem nihil pertingat potestativa manu aliquid agere, nisi Episcopo, in præfata Sede constituto, ipsiusque Advocato: sed, neque eundo, neque redeundo, Mercatores ad ipsum locum negotii properantes, Thelonii constitutionem contemnere præsumant &c.* Et, in alio,

An. 996, XI Kal. Junii, *Romæ*, *Frisingensi* Ecclesiæ concesso, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. I *Metropolis Hundii*, p. m. 139, (Edit. Nov. pag. 94) & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Freysingen*, §. XV, pag. 220: *Ad petitionem Gotescalci, Frisingensis Ecclesiæ Episcopi, talem utilitatem, ac tantum honorem ibidem Mercatum omni die legitimum, Monetamque Ratisponensem intendentem, construi & adprime inceptari concessimus. Telonium autem, exinde respicientem, super gremium S. Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Corbiniani - - - - firmiter sancimus &c.* Quæ *Conradus Salicus*, sub dato *Frisingen*, 5 Idus Martii, An. 1029, ad supplicationem *Engilberti* Præsulis, hisce verbis, apud *Gewoldum* l. c. p. 143, (Edit. Nov. n. 96.) & Dn. *Lunigium* l. c. §. 23, pag. 224, rata habuit: *Roboramus, quidquid ad præfatam sanctam & matricem Ecclesiam hactenus pertinebat, & quidquid in hodierno tempore, in eadem Ecclesia, Investitura rite retinet, in quacunque scil. Provincia Imperii Nostri, sive quocunque Pago, aut Marchia, aut Comitatu, situm sit, cum Monasteriis Ecclesiæ, Decimatis sive absque Decima, cum Castellis, cum Vicis, cum curtibus & casaliis - - - - Forestis, Mercatis, Venacionibus, Teloniis, & percussura proprii numismatis, Salinis & sartaginibus, ac locis sartiginum, aquis, aquarumque decursibus, Piscationibus, Stationibus, i. e. Giscellis Piscium, quos Huscnes dicimus,* (Häuffer) *Molis, molendinarumque locis, Pontibus, Vectigalibus, viis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis &c.* Pariter ac *Henricus III*, An. 1039, 2 Id. Maji, in gratiam

gratiam *Nikeri* Episcopi, totidem fere verba adhibens, apud *Gewoldum* l. c. pag. 147, (Edit. Nov. p. 100) & Dn. *Lunigium* l. c. §. 27, p. 227; & *Henricus IV*, sub dato *Newnburg*, Id. Febr. An. 1057, efflagitante *Ellenhardo* Præsule, apud *Gewoldum* l. c. p. 151 (Edit. Nov. p. 102) & Dn. *Lunigium* l. c. §. 30, p. 228 & 229.

An. eod. sub dato *Magdeburg*, Non. Octobr. in diplomate *Ansfrido* Comiti tradito, scribit laudatus Cæsar: *Mercatum*, & *Monetam Vasallo Nostro, Ansfrid nominato, in loco qui dicitur Casallo ---- in proprietatem donavimus.* Vid. seq. Tit. 4, §. 4, lit. c, sub *Ottone III*, ad An. 996; & in alio,

An. 999. 3 Non. Januar. *Romæ*, *Christiano*, Passaviensi Episcopo, dato, apud *Gewoldum* l. c. pag. 363, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Passau*, §. 19, p. 770: *Noverit Universitas, qualiter Nos, ob remedium animæ nostræ, Parentumque Nostrorum, & propter strenuam petitionem Heinrici Ducis, Nostri Fidelis, immo Christiani, Sanctæ Pataviensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopi, eidem SS. sedi ---- concessimus, atque largiti sumus, ejusdem Civitatis Mercatum, Monetam, Bannum, Theloneum, & totius publicæ rei districtum, tali tenore, ut prædictus Præsul Christianus, suique successores, omnem publicam rem, hactenus Nobis, in eadem Civitate Pataviensi pertinentem, habeat, & firmiter, intra Civitatem & extra, perpetualiter teneat &c.*

In alio Dillingensium Comiti *Ariboni*, in loco *Uneride* concesso. Vid. infr. sub *Conrado* Salico, ad An. 1030.

HENRICUS SANCTUS, in charta, sub dato *Merseburc*, 5 Cal. Aug. 1002, qua Privilegia *Wodilulphi*, *Osnabrugensium* Episcopi, confirmavit, apud Dn. *Fürstenbergium*, *Monument. Paderborn.* p 214, Dn. *Schatenum*, *Annal. Paderborn.* lib. 4, h. a. pag. 365. & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Osnabrück*, §. 5, p. 587. inquit: *Liceat etiam in eodem loco Osnabrugensi, Mercatum habere, & Monetam publicam instituere, & Teloneum seu Vectigal inde accipere, omni tempore, nemine contradicente &c.* Conf. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad an. 1002.

Idem, sub dato *Moguntiæ*, 2 Non. Junii, An. 1007, confirmando donationes Abbatiæ *Thorensi*, Leodiensis Diœceseos, factas, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Thoren*, §. 3, pag. 354, ait: *Per intercessionem Venerabilis Viri, Notgeri, Tungrensis seu Leodiensis Ecclesiæ Episcopi, Thorensi Monasterio, ejusdem Episcopi Episcopatui subjecto, Mercatum ejusdem loci, Telonium, & Districtum, concessimus &c*, Et in alio,

An. 1009, 7 Id. Junii, *Merseburgi*, *Godehardo*, *Abbati*, *Altahensi*, concesso, apud *Gewoldum* l. c. T. 2, §. 21, pag. 23: *Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur --- in Comitatu Thiemonis Præsidis, prope Monasterium, in Villa, Helingerinperk dicta, Mercatum habendi, Thelonium, tam viantium, quam navigantium, exigendi, in perpetuum, per hoc Regale præceptum, contulimus atque concessimus &c.*

Idem, Regale hoc confirmavit *Arnoldo*, seu *Arnolpho*, Episcopo *Halberstadensi*, quoad *Osterwick* & *Halberstatt*; ceu, sub *Ottone III*, post an. 985. modo memini.

CONRADO SALICO idem Privilegium acceptum refert Episcopus *Paderbornensis*, quoad *Ervitte*; teste charta, sub dato *Romæ*, 7 Id. April. An. 1027, apud Dnn. *Schatenum*, lib. V *Annal. Paderbornensium*, ad h. a. pag. 471, & *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Paderborn*, §. 34, pag. 714; *Paderbrunnensi Ecclesiæ ----- Ejusque Provisori, Meinwerco --- quandam Curtem, nomine Ervitte, ad Nostrum Imperiale jus pertinentem, in Pago Engere, in Comitatu autem Marcwardi, sitam, perpetualiter habendam tradidimus, cum --- silvis, Venationibus, viis & inviis --- Piscationibus, molendinis, quæsitis & inquirendis, cum Banno & Mercatu etiam, quod apud eandem Curtem solet haberi, & cum omni utilitate &c.* similiter,

Episcopus *Herbipolensis*, teste charta, Germanico licet idiomate saltem exhibita, sub dato *Babenberg*, 13 *Tag des Weinmonats*, An. 1030, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Würtzburg*, §. 17, pag. 940: *Umb Bitte willen Unsers Lieben und Getreuen Mainharten, des Ehrwürdigen Bischoffs zu Würtzburg, daselbst eine Gemeine Müntz, Wasser-Zoll, täglichen Marck, und ein Land-Zoll, durch alle Ort der gantzen Stadt daselbst, wie solches vor Unsern Zeiten gesetzt gewesen, in des gedachten Bischoffs, und seiner Nachkommen Gewalt zu seyn, verleihen, bevestigen und bestättigen. Ferner --- lassen Wir daselbst zu ein jæhrlichen Marckt, oder Meß, von den 17 Tag des August-Monats, das ist, am achten Tag nach S. Lorentzen, biß auf den 24 Tag desselben Monats, der auf S. Bartholomæus Tag gefällt &c.* Ut &,

Manegoldus, Dillingensis Comes, sub dato *Trytemanne*, 16 Kal. Febr. An. 1030, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4. I *Theil*, X *Absatz*, Tit. *Donauworth*, §. 1. p. 403, ubi: *Quidam*

dam Noster Fidelis, Mangoldus nomine, Nostræ adportavit præsentiæ Præceptum, ab Antecessore Nostro, Tertio Ottone, Patri suo, Ariboni, de mercato sibi concesso, donatum, humiliter obsecrans, ut id ipsum ---- confirmaremus ---- Præfato Fideli Nostro, Manigoldo, potestatem atque licentiam habendi mercatum, cum Moneta, Theloneo, & cum omni publico negocio, in loco Uneride dicto, in Pago Riete, in Comitatu Friderici, maxime tamen omni Sabbatho negotiandi, sicut, ab Antecessore Nostro, Patri suo concessum est, per hoc nostrum Imperiale præceptum, confirmamus atque corroboramus; insuper etiam, ob ejus devotum servitium, augmentamus eidem Manegoldo, annuale mercatum per tres dies continuos, id est, in Rt. (forte Kl. i. e. Kalendis) *Maj. & in duobus proximis diebus, in præfato loco habendum, Imperiali potentia firmiter præcipientes, ut omnes homines id ipsum mercatum quærentes, negotiando, eundo & redeundo, pacem semper obtineant. Si quis autem aliquem ex his molestaverit, aut ipsum mercatum irritum faciens violaverit, talem bannum sciat se compositurum, qualem componeret, ac si illud mercatum Ratisponæ aut Augustæ, inquietaret &c.* Fuisse autem *Aribonem* & *Manegoldum*, *Dillingensium* & *Werdensium*, Comites, Tab. Genealogica, ibid. pag. 404, ostendit.

Abbas *Helmwardeshusanus*, teste charta, sub dato *Northuse*, 12 Cal. Julii, An. 1033, apud *Schatenum* l. c. ad An. 1033, pag. 492: *Winoni, S. Helmwardeshusensis Ecclesiæ Venerabili Abbati, concessimus, largiti sumus, ac firmiter dedimus, fas, licentiam atque potestatem, in eodem loco, Helmwardeshusano dicto, in Comitatu Bennonis, Comitis, & in Pago Angera sito, faciendi, habendi ac construendi, Mercatum, Monetam constituendi, Telonium accipiendi, ibique totius publicæ functionis negotium decrevimus colendum. Unde Imperiali jubemus potentia, ut omnes negotiatores, cæterique, ibidem Mercatum excolentes, commorantes, euntes & redeuntes, talem pacem, talemque Justitiam obtineant, qualem illi detinent, qui Moguntiæ, Coloniæ & Trutmanniæ negotium exercent, talemque Bannum persolvant, qui ibidem Mercatum inquietare, aut infringere præsumant.*

Idem Mercatum, cum jam dicta functione, Monetæ, Banno, & Telonio, in proprium tradimus memorato Cœnobio, suisque Rectoribus in perpetuum &c.

In Diplomate, sub dato *Ratisbonæ*, 11 Cal. Maji, An. 1034, *Eberhardo, Bambergensi* Episcopo, concesso, apud *Wehnerum*, Tom. VI *Symphorematis Gylmanni*, Cap. 3, §. 2, pag. 54, ait Idem: *Nostra quoque authoritate sancimus, ut in Abbatiis, Monasteriis, Comitatibus, Foris, Mercatibus, Monetis, Teloniis, Castellis, Vicis, Areis, Servis, Ancillis, Tributariis, Decimis, Forestibus, Sylvis, Venationibus, Piscationibus, Molis, Molendinis, Aquis, Aquarumque Decursibus, Campis, Pratis, Pascuis, Terris, cultis & incultis, liberis, auro, argento, gemmis &c. nulla sit infestatio Tyrannorum; nulla potestas ibi per violentiam irruat, nullus ibi Comes, aut Judex, Legem facere præsumatur, nisi quem, per concessionem nostram --- Ecclesia ejusdem loci delegerit; sit ille Episcopatus liber, & ab omni extranea & iniqua securus potestate &c.*

Audiamus Eundem, in Diplomate, sub dato *Nerestein*, An. 1038, 4 Id. Decemb. *Becelino, Hamburgensium* Antistiti scripto, apud *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis*, §. 20, p. m. 137, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, *im Anhang, der 4 Abtheilung, im V Absatz*, §. IX, pag. 434: *Becelino, Viro Venerabili, Hammaburgensi Archi-Præsuli, suisque Successoribus, licentiam dedimus construendi Mercatum, in loco, Heslingoa nuncupato, in Pago Eilangoa, eo scil. tenore, ut Advocatus ejusdem Ecclesiæ, his diebus, quibus Annualis Mercatus inibi celebrari, & confluentia Populi maxime solet fieri, videlicet in Festivitate S. Viti Martyris, potestatem habeat Banno Nostro constringendi omnes, qui illuc convenerint, ad omnem Justitiam faciendam. Theloneum, autem, & quicquid ad Nostrum Imperiale jus pertinet, ob amorem prædicti Martyris, cui idem locus est consecratus, eidem Ecclesiæ, & sanctimonialibus ibidem degentibus, libere utendum, pro Nostra perpetua memoria, Imperiali largitione concedimus &c.* Quod *Henricus III*, An. 1040, 3 Id. Maji, confirmasse legitur, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XXI, pag. 138, & Dn. *Lunigium*, Part. I *Spicilegii Ecclesiastici*, Contin. Cap. 2, in Appendice ad Archi-Episcopatus, Tit. *Bremen*, §. 30, pag. 82. Conf. *Gryphiander*, de *Weichbildis*, Cap. 74, §. 20 & 21, p. 188, & Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 89, p. 85.

HENRICI III munificentiam, *Altahensi* Abbati exhibitam, celebrat charta, sub dato *Babenberck*, XI Kal. Mart. An. 1049, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 2, p. 26, verb. *Interventu dilectæ Contectalis nostræ, Agnetis, & pro Altahensis Abbatis, Dietmari, gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum Monachorum, ibi Deo famulan-*

lantium, in Comitatu Thiemonis Præsidis, prope Monasterium, in villa, Helingerisberk dicta, Mercatum habendi, Theloneum, tam viantium, quam navigantium, exigendi jus perpetuum, per hoc Imperiale Præceptum, contulimus, atque concessimus &c.

Idem, in Diplomate, sub dato *Botvelt*, 17 Kal. Octobr. An. 1056, Abbati *S. Maximini* concesso, apud Dn. *Lunigium* cit. Part. I, Contin. Cap. 2, Tit. *Trier* §. III, p. 274, ait: *Theodorico, Reverendo Abbati de S. Maximino, suisque successoribus, largiti sumus, concessimus, ac perdonavimus jus, potestatem, securamque licentiam, Mercatum & Monetam construendi, faciendi, ac per omnes semper hebdomadas, in Feria quinta, tenendi, tali legitimæ stabilitatis ordine, ut idem Abbas, tam ipse, quam & sui successores, in sua liberali potestate teneat, regat, & perpetualiter habeat idem Mercatum, cum Moneta, Teloneo, ac totius publicæ rei functione & dispositione, in quadam Villa, Billiche dicta, ad S. Maximinum pertinente, in Pago quoque Moselgawi, & in Comitatu Bertoldi, Comitis, sita. Proinde volumus, & Imperialiter edicimus: Ut omnes homines, præsentes, futurique, prædictum Mercatum visitantes, cum omni pace illuc eant, redeant, compareant, &, quicquid illis placuerit, sicut in aliis publicis Mercatis, vendant, nostra, omniumque nostrorum succedentium, contradictione remota &c.*

De HENRICO IV, offendimus Diploma, An. 1057, 7 Kal. Maji, *Werede*, in favorem *Adalberti*, Hamburgensis Archi-Episcopi, editum, apud *Maderum* l. c. §. XX, p. 223, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 32, p. 84; in quo hæc occurrunt: *Quendam nostri Juris Comitatum, scil. in Pagis Hunesga & Fivilga ---- ad usum ejus dictæ Ecclesiæ* (Hamburgensis) *in proprium tradidimus, & condonavimus. Insuper etiam eidem Archi-Episcopo licentiam & potestatem concessimus, in eodem Comitatu, Duos Mercatus constituendi, unum videlicet in Winechun, & alterum in Gerlevisvvert, cum Monetis & Theloneis, tam in aqua, quam in terra, & in omni districtione, quæ ad Forum, & Regiam pertinet potestatem &c.*

Aliud, sub dato *Altstedii*, 5 Kal. Julii An. 1062, super Traditione *Liestmuona*, eidem Archi-Episcopo, scriptum, apud *Maderum* l. c. §. XXI, pag. 223 &c. *Lindenbrogium* l. c. §. XXV, p. 140, & Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, IV *Abtheilung*, V *Absatz*, §. 10, p. 435; inde huc faciunt: *Nostræ proprietatis quoddam Prædium, Curtem scil. quæ vocatur Liestmuone, in Comitatu Marchionis Udonis, & in Pago Wimodi nuncupato situm --- cum universis appendiciis, h. e. utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis ---- piscationibus, Venationibus, ---- Monetis, Theloneis Nostrique Banni districtum, super omnes ipsam terram inhabitantes, Forestum etiam, cum Banno Regali, per totum Pagum Wimodi, cum Insulis, Bremensi, scil. & Lechter dictis, nec non cum paludibus Linebroch, Asebroch, Aldenebroch, Weigeribroch, Hugtingebroch, Brinscimibrog, Weidenbroch, limite discurrente usque in Eiterna flurium ---- S. Hammaburgensi Ecclesiæ --- perpetuo jure possidendam --- in proprium tradidimus, atque donavimus. Confirmamus autem --- eidem Ecclesiæ, libertatem, & bona omnia, quæ, à Carolo Magno ---- Romanorum Imperatores, --- usque ad tempora nostra, prænominatæ Ecclesiæ concesserunt ---- Comitatus, Mercatus, Monetas, Thelonea, cum omni utilitate &c.*

Aliud, sub dato *Ratisbonæ*, IX Kal. Novembr. An. eod. quo laudato Præsuli Comitatum *Bernhardi*, in Pagis *Emisgoa*, *Westphala* & *Angeri*, adscripsit, apud *Maderum* l. c. §. XXII, p. 227, & *Lindenbrogium*, l. c. §. XXVI, p. 141, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, *im Anhang zu den Ertzbißtumben*, §. 35, p. 85; ubi: *Remunerantes quoque prædicti Archi-Episcopi juge servitium, quod Patri nostro, & Nobis, incessibili devotione exhibuit, eundem Comitis prænominati* (Bernhardi) *Comitatum, in Pagis Emisgoa, Westfala & Angeri, situm, cum universis appendiciis, ejusdem Comitis beneficia respicientibus, h. e. Utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, Mercatis, Monetis, Theloneis Forestum etiam, cum nostro Banno Regali per omnem Comitatum, hys tantum Venationibus exceptis, quas nos, aut Prædecessores nostri, Romanorum scil. Imperatores, vel Francorum Reges, Ecclesiis vel Principibus, per Regii auctoritatem præcepti, largiendo contulimus, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ --- perpetuo jure possidendum, omnium præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus, atque donavimus &c.* Quæ omnia, ad verbum, in alio Diplomate, quo, adhuc eo ipso die,

die, eidem Præsuli, de Comitatu *Udonis* Marchionis, prospexit, apud *Maderum* cit. *Append. ad Adamum Bremensem* §. XXIII, p. 230, repetuntur.

Idem, sub dato *Moguntiæ*, 14 Kal. Augusti, An. 1062, in diplomate *Babenbergensis* Ecclesiæ Regularibus, super Jura quædam in loco *Furth* exercenda, concesso, apud *Fabrum*, Tom. XXXI *der Staats-Cantzley*, Cap. 3, lit. B, pag. 136, hac utitur formula: *Pro fideli servitio Guntheri, S. Babenbergensis Ecclesiæ Episcopi, Regularibus ejusdem S. Babenbergensis Ecclesiæ, Episcopi Regularibus ejusdem S. Babenbergensis Ecclesiæ, in majori Monasterio, videlicet S. Petri, Deo militantibus, ad quendam locum illorum juris, Vurte dictum, in Pago Nordgowe, situm in Comitatu Henrici Comitis, Mercatum, à b. m. Patre nostro, aliquando Nuorenberc translatum, cum Theloneo, & percussura proprii numismatis, reddidimus, & Confirmavimus, ita, ut mercatores ibidem negotiantes finitimorum mercatorum, scil. Ratisbonensium, Wirziburgensium, Babenburgensium instrumentis utantur &c.*

Idem, in Diplomate, Non. Decemb. An. 1064, *Goslariæ*, Comiti Palatino *Friderico*, tradito, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, IV *Abtheilung*, II *Absatz*, in supplemento, §. CLXXX, p. 761, hæc prodidit memoriæ: *Notum esse volumus, qualiter Nos, ob petitionem, & fidem, & frequens servitium Friderici Palatini Comitis, in loco hæreditatis suæ, Sulza dicto, in Pago Thuringiæ, in Comitatu Otthonis Marchionis sito, liberum exerceri Mercatum permisimus, eo jure in omnibus, scil. Monetis, Theloniis, omnique Regali districtu, atque eidem Fideli nostro in proprium tradito, quo solent & debent Mercaturæ institui & donari. Insuper, rogatu ejusdem Palatini Comitis &c. Cocturam salis ibi concessimus, tertiamque partem salis ejusdem, quæ nos attigit --- ad Monasterium S. Petri, in prædicto loco constructum --- in proprium dedimus atque tradidimus, ea scil. ratione, ut nullus Dux, Marchio, vel Comes, aut alia aliqua, major vel minor, persona, Mercatum ibidem, sive hanc cocturam salis, aut infringere, aut ullo modo prohibere præsumat &c.*

Eundem, jus hoc *Laurishamensi* Ecclesiæ largitum, discimus ex *Chronico Laurishamensi*, apud *Freherum*, T. 1 *Scriptorum Rerum Germanic.* p. 79, ubi: *Henricus IV Rex, Clementiæ ergæ ipsam Ecclesiam* (Laurishamensem) *animum induit; cui etiam Mercatum, itemque Monetam, in Villa Laureshaim; Mercatum quoque cum Moneta, in Villa Winenheim, & in Wezzenloch, per Regalia præcepta tradidit &c.*

Idem, sub dato *Goslariæ*, 14 Kal. Novemb. An. 1065, in tabulis sæpesato *Adalberto* Hamburgensi scriptis, apud *Maderum* l. c. §. XVII, pag. 216 & 217; *Lindenbrogium*, in *Auctario Diplomatum Veterum*, Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis annexorum, §. LXXIX, pag. 180, & *Lunigium*, Part. I *Spicilegii Ecclesiastici*, Contin. I, Cap. 2, *im Anhang zu denen Ertz-Stifftern*, §. 41, pag. 88; ait: *Notum esse volumus, qualiter bene erga Nos promerentem Adalbertum, Hammaburgensem Archi-Episcopum, digne remunerantes, ad Archi-Episcopalem Ecclesiam scil. Hammaburch, in honore Domini & Salvatoris Nostri, Ejusque intemeratæ Genetricis, Mariæ, & B. Jacobi Apostoli, Sancti quoque Viti Martyris, constructum, Villam unam, Sinziche dictam, in Pago Archgouve, Pertoldi Comitis, sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est: Utriusque sexus mancipiis, Villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, Silvis, Venationibus, Terris, cultis & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, Monetis quoque, Mercatis, Theloneis, omnique districtu, in proprium dedimus, atque tradimus, & perpetualiter possidendam concessimus &c.*

Ejusdem gratia, sub dato *Ratisbonæ*, 2 Non. Mart. An. 1067, nactus est *Altmannus*, *Pataviensis* Ecclesiæ Episcopus, *Villam quandam, Tyesnfurt dictam, & transitum ipsius fluminis, quod dicitur Maracha --- cum omnibus appendiciis suis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, vineis, agris, pratis, pascuis, campis, Silvis, Venationibus, Forestis, Forestariis, areis ---- Mercatis, Teloniis, Monetis, quæsitis & inquirendis &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. I, pag. 368, (Edit. Nov. pag. 245,) & Dn. *Lunigius*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passau*, §. 23, pag. 772; Conf. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

An. 1069, sub dato *Ratisbonæ*, *Ellanbardo*, *Frisingensi* Episcopo, *Villas Cubida, Counca, Ozpe, Bazari, Trusculo, Steina ---- cum omnibus appendiciis suis, h. e. utriusque sexus mancipiis, vineis, pratis, agris, campis, pascuis, Sylvis, Venationibus, Forestis, Forestariis --- Mercatis, Theoloniis, Monetis, quæsitis & inquirendis, omnique utilitate, in proprium dedit, confirmavit, & perpetuo Jure obtinendas concessit*, laudatus Princeps, apud *Gewoldum* l. c. pag. 152 &c. (Edit. nov. pag. 103) conf. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b. ad h. a.

Ab Eodem, sub dato *Romæ*, An. 1083, 10 Kal. Julii, obtinuit *Liemarus*, Archi-Episcopus *Hamburgensis*, Abbatiam *Altene*, *cum omnibus appendiciis*, *Ministerialibus*, *mancipiis utriusque sexus*, *Nundinis*, *Theloneis*, *Monetis*, *Mercatis* --- *Forestis*, *Venationibus*, *aquis &c.* apud *Lindenbrogium* l. c. *Privileg. Eccles. Hamburg.* §. 30, pag. 144, & Dn. *Lunigium*, Part. I cit. *Spicilegii*, Contin. I, *im Anhang zu denen Ertz-Stifftern*, Tit. *Bremen* §. 45, pag. 91: Conf. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b. ad h. a.

Idem, in Diplomate, sub dato *Wormatiæ*, An. 1085, 5 Kal. Januar. quo laudato Præsuli Abbatiam *Fredenam* perpetuo dono dedit, apud *Lindenbrogium* l. c. §. 31, pag. 145, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 46, pag. 92, inquit: *Eandem Abbatiam*, *Fredena nominatam* (in Pago *Westfala*, & quidem in Comitatu *Gerhardi* Comitis, sitam) *Sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ*, *Imperatoria manu*, *concessimus*, *ac in proprium tradidimus*, *ut eam jure perpetuo teneat*, *possideat*, *ordinet & utatur* --- *dedimus autem*, *sicut mos est dare Regibus & Imperatoribus*, *cum Ministerialibus*, *cum mancipiis utriusque sexus*, *cum Clericis*, *Ecclesiis*, *Ecclesiarum dotibus*, *Decimis*, *Terris*, *cultis & incultis*, *quæsitis & inquirendis*, *Sylvis*, *Forestis*, *Venationibus*, *pratis*, *aquis*, *aquarumque decursibus*, *piscationibus*, *viis & inviis*, *molis*, *molendinis*, *pascuis*, *Mercatis*, *Theloneis*, *Monetis*, *ad hæc cum omni utilitate*, *quæ exire eisdem ex Bonis juste poterit &c.*

CONRADI III liberalitati simile Privilegium debet *Reinhardus*, Abbas *Reinehusensis*, teste opusculo de *Familia Reinhardi*, *Halberstadensis* Episcopi, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I *Scriptorum Rerum Brunsuic.* pag. 705: *Dominus quoque Conradus*, *Romanorum Rex Secundus*, *Monetæ percussuram*, *Telonii usum*, *Nundinarum institutionem*, *immunitatemque*, *Monasterio meo contulit &c.* Intelligi hic *Conradum III*, vel inde patet, quod totum Opusculum de tempore Ejus Regiminis loquatur, inter alia mentionem quoque faciens *Serenissimi Ducis Saxoniæ & Bavariæ*, *Henrici*.

HENRICUS hic, Saxonum Bojorumque Dux, circa Annum 1152, *allocutus est Comitem Adolfum*, (Holsatiæ,) *dicens*: *Perlatum est ad Nos jam pridem*, *quod Civitas Nostra Bardewich magnam diminutionem Civium patiatur propter Lubecense Forum*, *eo quod Mercatores omnes eo commigrent. Idem conqueruntur ii*, *qui sunt Luneburg*, *quod Sulcia Nostra devorata sit*, *propter Sulciam quam cœpistis habere Thodeslo. Rogamus ergo*, *ut detis Nobis medietatem Civitatis Vestræ Lubike*, *& Sulciæ*, *possimusque tolerabilius ferre desolationem Civitatis nostræ*; *alioquin præcipiemus*, *ne fiant mercationes de cætero in Lubike. Non enim ferendum est Nobis*, *ut*, *propter aliena commoda*, *desolari patiamur hæreditatem Patrum nostrorum. Sed*, *cum renueret Comes*, *reputans incautam sibi hujuscemodi conventionem*; *mandavit Dux*, *ne de cætero haberetur Forum Lubike*, *nec esset facultas emendi*, *sive vendendi*, *nisi ea tantum*, *quæ ad cibum pertinent*; *& jussit mercimonia transferri Bardewich*, *ad sublevandam Civitatem suam. Sed & Fontes Salis*, *qui erant Thodeslo*, *ipso tempore obturari fecit &c.* Sunt verba *Helmoldi*, lib. I, *Chron. Slavor.* Cap. 76, p. m. 171 & 172. Conf. præced. Lib. I. Tit. XVI, in vita *Henrici Leonis*, p. 161, ad An. 1152.

FRIDERICUS I, sub dato *Constantiæ*, 5 Kal. Septembr. An. 1155, confirmando, in favorem *Hermanni*, Constantiensis Episcopi, Ecclesiæ Constantiensis Privilegia, Jura & Possessiones, inquit apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Costantz*, §. 6, pag. 157: *Omnia*, *quæ à Sanctissimis & Gloriosissimis Antecessoribus Nostris*, *divæ memoriæ*, *Regibus & Imperatoribus*, *ab omnibus retro temporibus*, *usque ad Nos*, *in possessionibus*, *in terminis*, *in immunitatibus*, *in Mercatu & Moneta*, *in Portu & Telonio*, *seu in cæteris Justitiis*, *eidem Ecclesiæ collata sunt*, *Nos*, *præsentis scripti Privilegio*, *communimus*, *& Imperiali Auctoritate corroboramus &c.*

Idem, in Charta, qua, sub dato *Augustæ*, 18 Cal. Julii, An. 1158, Transactionem inter *Henricum*, Bavariæ & Saxoniæ Ducem, atque *Ottonem*, Episcopum *Frisingensem*, ratione Fori & Telonei *Veringensis*, ratam habet, apud *Hundium*, T. 1 *Metropolis Salisburgensis* p. 114 & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Freysingen*, §. 37, p. 232 & 233, ait: *Forum*, *quod esse solebat apud Veringen*, *& Pons ad Teloneum*, *de cætero jam ibidem non erit*, *neque Moneta*; *in ejus autem rei recompensationem*, *Consanguineus noster*, *Henricus Dux*, *Ecclesiæ Frisingensi contradidit tertiam partem totius utilitatis*, *quæ pervenire poterit de Teloneo Fori sui apud München*, *sive in tributo salis*, *sive aliarum rerum*, *magnarum*, *vel minutarum*, *seu venientium*, *sive inde redeuntium*; *Teloncarium vero aut suum habebit uterque vestrum*, *pro beneplacito suo*; *aut*, *si hoc visum fuerit*, *ambo unum*, *qui teneatur utrique vestrum ad respondendum*; *de Moneta similiter erit*; *tertiam quod partem ejus pensionis Episcopus accipiat*,

accipiat, duæ in usus Ducis concedant &c. Conf. *Aventinus* lib. VI *Annal. Boicor.* Cap. VI, §. 12 & 13 pag. 616. Interveniente autem laudati Ducis infortunio, de his aliud statutum, teste Diplomate dicti Imperatoris, An. 1180, 3 Id. Julii, *Ratisponæ* desuper confecto, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 39, p. 233, ubi: *Dilectus noster, Adilbertus, Frisingensis Episcopus, ad Majestatis nostræ præsentiam accedens, humiliter nobis conquerendo, significavit: Quod Nobilis Vir, Henricus de Brunsvvick, quondam Dux Bavariæ & Saxoniæ, Forum in Vergen, cum ponte, quod Ecclesia sua, à longe retroactis temporibus, quiete possederat, destruxerit, & illud in Villam München violenter transtulerit; cujus siquidem rei veritas etsi nostræ constaret Serenitati, ipse tamen eam, septem legitimis testibus, in Nostra comprobavit audientia --- consequenter igitur, super eadem causa, à Principibus Curiæ nostræ, requisita sententia, judicatum est: Quod præfati Henrici factum temerarium in irritum ducere Imperialis deberet auctoritas. Quocirca, secundum Juris tenorem, translationem prædicti Fori in vacuum revocantes, ipsum Forum, cum Ponte memorato, Fideli nostro, Episcopo Frisingensi, suisque Successoribus, restituimus, &, præsentis scripti Privilegio, Eis, & suæ Ecclesiæ, in perpetuum confirmamus &c.*

An. 1179, sub dato *Augustæ*, 16 Kal. Octobr. idem Cæsar Ecclesiæ *Brixiensi*, tali Privilegio prospexit, apud *Zyllesium*, *defens. Abbat. S. Maximini*, P. 3. §. 25, p. 41. & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Brixen*, §. 3, p. 1090: *Pro petitione dilecti nostri, Henrici, Brixinensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopi, contradidimus Ecclesiæ & Civitati Brixinensi licentiam & potestatem habendi Thelonium, Pedagium, & qualibet alia Jura, quæ, ad bonum sui statum & gloriam, reliquæ Civitates consueverunt ab Imperiali Gratia postulare & tenere, scil. Judiciorum Civilium, & Dominicalis Banni honorem: usus molendinorum, & habendi Fori facultatem, loco & tempore Civitati congruo. Præterea, jam dicto Fideli nostro, Brixinensi Episcopo, contulimus jus, & usum, & potestatem constituendæ Monetæ, sive voluerit in Civitate, sive extra ipsam, ubi, Prudentum suorum consilio, magis oportunum videbitur, ad profectum & bonum usum Civitatis, & adjacentis Provinciæ, & ipsius Episcopi, & suorum Successorum utilitatem &c.*

An. 1186 Suevorum Duces *Jure Fori* gavisos fuisse, liquet ex charta *Friderici* Ducis, seq. Tit. IV, §. 6, lit. a, sub *Friderico I* Imp. ad h. a.

Laudatus Cæsar, sub dato *Augustæ*, Non. Augusti, Indict. VIII (annus deest) *Forum annuale, quod hactenus Kebelii extitit celebratum, inde transtulit ad Oppidum Geilnhausen, ut deinceps illic, octo diebus ante festum Matthæi Apostoli & Evangelistæ, & totidem diebus post idem Festum, annuatim celebraretur, universos Negotiatores, cum rebus & mercimoniis suis, ad ipsas nundinas accedentes, illic stantes, & abinde recedentes, sub suam & Imperii recipiens protectionem &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, *Reichs*-Archive, Part. spec. Contin. IV, I *Theil*, XVI *Absatz*, §. 1, p. 784.

Sub Eodem, concessisse *Adolphum*, Holsatiæ Comitem, Civitati *Hamburgensi* Jus habendi, bis in anno, Fori, testantur literæ *Friderici II*, de an. 1232, de quibus mox.

PHILIPPUS Cæsar, Pacta *Ludovicum*, Bavariæ Ducem, inter, & *Conradum*, Ratisbonensem Episcopum, conventa, confirmando, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. IV, Tit. *Regenspurg*, §. IX, p. 825, ait: *De indicendo Foro rerum venalium qualiumcunque, & de omnibus unionibus quarumlibet venditionum, modum simul statuent, & lucrum simul divident; & neuter sine altero, vel alterius Voluntate, aliquid de his statuet, vel mutabit, vel remittet &c.*

FRIDERICUS II, sub dato *Verone*, An. 1214, Mens. Jul. Indict. 3, in Privilegio Nundinarum Civitati *Spirensi* concesso, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, 44 *Absatz*, §. 7, pag. 466, inquit: *Civitatem Spirensem, pro mutuis commodis exercendis, utilem & acceptam, ad celebrandas annuatim universales Nundinas, à Festo Apostolorum Symonis & Judæ, usque per undecim dies sequentes duraturas, duximus deputandam; statuentes, ut ibidem, sub securitate nostra & Imperii, tam vicini, quam remoti, conveniant, cum mercimoniis suis, communia, sicut moris est, commoda faciendo ---- præsentis scripti sancientes Edicto: Ut omnibus ad eas venientibus, morantibus, & abinde reciduis, secura tranquillitas, & tranquilla securitas, præbeatur; & quidem, in personis & rebus, undique serventur indempnes, & nullus audeat eos offendere, vel, occasione qualibet, aliquod ipsis impedimentum inferre, donec ad prætaxatum locum veniant, &, sub ejusdem nostra & Imperii securitatis indulgencia, salubriter ad propria revertant &c.*

Sub Eodem, celebres fuisse *Nundinas Donawerdenses & Nortlingenses*, discimus ex charta Privilegiorum, quam Princeps hic, sub dato *Nuremberg*, 6 Id. Novembr. An. 1219, Norimbergensibus præbuit,

buit, apud *Goldastum*, Tom. I *Constit. Imper.* p. 292; *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 35, §. 16, p. 384; Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 80, p. 68, & Dn. *Lunigium* l. c. 35 *Absatz*, §. 1, pag. 85, ubi §. 12: *In Nundinis Werde, Civis Norimbergensis cum Denariis Norimbergensibus cambiet & emet, aurum & argentum;* & §. 13. *In Nundinis Nortlingensibus, cum Denariis Norimbergensibus ement & cambient, aurum & argentum.*

Idem, sub dato: *In Castris Escoli*, XI Jul. XIII Indict. proinde An. 1225, in Diplomate Gratiæ, Civitati *Francofurtensi ad Mœnum* concessæ, apud *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 24, p. 231; *Fritschium* de *Regali Nundinarum Jure*, Cap. 4, §. 20, p. 238, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 1, 14 *Absatz*, §. 1, p. 557: *Notum fieri volumus universis, quod Nos universos & singulos, ad Nundinas, ad Franckenfurt venientes, sub nostra & Imperii protectione recipimus speciali; mandantes, quatenus nullus sit, qui eos, in eundo, & redeundo ab eisdem Nundinis, molestare in aliquo, vel impedire, præsumat &c.* Qua formula *Fridericus III* Imp. sub dato *Newenstatt, am Pfingstag (Dingstag) vor S. Pauls-Tag der Bekehrung*, An. 1454, Privilegium hoc confirmaverit, docet Dn. *Schilter*, in *Documentis*, Historiam hujus Imperatoris illustrantibus, p. m. 169, nec non Dn. *Lunigius* l. c. §. 126, p. 631.

Idem, rata habendo, apud *Utinum*, in Foro Julii, An. 1232, Mens. Majo, Privilegia *Adolphi*, Holsatiæ Comitis, *Hamburgensibus* indulta, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 1, Tit. *Hamburg*, 23, *Absatz*, §. V, p. 923, hæc profert: *Adolphus, Comes Holsatiæ, Fidelis Noster, Nostro Culmini supplicavit, quatenus concessionem Juris, quod olim, secundum antiquam Justitiam Lubecensem, Pater ejusdem Comitis fecit Civibus Novæ Civitatis in Hamburg juxta Alstriam, in bonis, & Jure suo de areis, pascuis, in fructu arborum sylvestrium; concessam quoque immunitatem ac libertatem Telonei, spectantis ad Eum, in tota Terra sua, & quod bis fieret ibi Forum in anno, juxta tenorem Paterni Privilegii eis indulti, confirmare de nostra Gratia dignaremur. Nos igitur &c.*

WILHELMUS Hollandus, Romanorum Rex, largitus noscitur, An. 1252, *Thomæ, Sabaudiæ* Comiti, jus constituendi *Nundinas*, per totam Terram suam. Vid. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

RUDOLPHUS Habspurgicus, sub dato *Hallis*, 8 Id. Junii, An. 1282, concessit Civitati *Rotenburgensi ad Tubarim* facultatem *habendi Forum annuum, sive Nundinas, singulis annis, incipientes proxima Feria quinta post OctavamPentecostes, & durantes per octo dies continuos; easdem Nundinas omnibus illis libertatibus, & consuetudinibus, muniens, quibus aliarum Civitatum Imperii Nundinæ sunt dotatæ; volens nihilominus, quod homines, Nundinas hujusmodi frequentantes, in eundo & redeundo, undique per unum milliare de ipsa Civitate, Majestatis ipsius gratia sint protecti &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 2, Tit. *Rothenburg*, 41 *Absatz*, §. 2, pag. 335 &c.

Idem, in Privilegio, quo, sub dato *Spire*, 8 Kal. Januar. An. 1288, Civitati *Hailbrunnensi* prospexit, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 1, Tit. *Hailbrunn*, 21 *Absatz*, §. 1, p. 883: *Devotis Vestris supplicationibus inclinati, in Oppido Heilprunnen, utpote ad id loco apto, Nundinas trium ebdomadarum, videlicet, singulis annis, ante Festum B. Michaelis, ad unam ebdomadam; &, post idem Festum, ad duas ebdomadas, duximus edicendas; volentes, & præsenti Edicto mandantes, quod omnes & singuli, qui ad dictas Nundinas, pro emptionis & venditionis commercio exercendo, ad dictum Oppidum nostrum Heilprunnen confluxerint, in personis & rebus, nostra & Imperii speciali protectione congaudeant, & forensium privilegio libertatum &c.* Confirmatio *Ludovici* Bavari de An. 1330, habetur ibidem, §. 7, p. 885.

ADOLPHUS Nassovius Imp. *dedit & concessit Comiti* (Henrico Luxenburgensi ac Rupensi) *suisque heredibus & successoribus, in perpetuum, in incrementum Feodi sui, potestatem & jus instituendi & habendi, in Villa sua de Luxemburgh, Nundinas Publicas, quæ in Festo Ascensionis habebunt initium, & ab eo die, per sex septimanas continuas, annis singulis, in perpetuum duraturas; & ex tunc, in Terra Regni & Imperii, Dominus Rex omnes Mercatores, qui ad Nundinas prædictas venire voluerint, recepit cum Familia, & rebus suis, in suam protectionem & conductum, eundi ad Nundinas prædictas, redeundo & morando ibidem &c.* Vid. Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Codic. Diplomat. Juris Gentium*, in Mantissa, §. 37, p. 196.

HENRICUS VII, Luzelburgicus, *ertheilte* (An. 1310, Civitati *Trevirensi*) *die Freyheit eine Messe, nach geendigter Messe zu Franckfurt, zu halten; welche von dem Fest Marien Geburt, biß auf* S. Remigien-*Tag, währen solte &c.* Hæc Dn. *Jacob Paulus* de *Gundling*, in Historia hujus Imperatoris; 4 *Abtheilung*, §. 5, p. 56. Institutum vero non processisse, Civibus, recusata Nundinarum tutela, beneficium repudiantibus, Auctor est *Browerus*, lib. XVII *Annal. Trevirens.* §. XII, p. 188.

LUDOVICUM BAVARUM Nundinarum privilegio prospexisse *Fridbergensibus*, testatur Diploma *Rudolphi II*, de An. 1582, 17 Aug. desuper confectum, apud *Limnæum*, Lib. VII *Juris Publici* Cap. XVII, §. 13, pag. 291, & Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, Tit. *Fridberg*, XV *Absatz*, §. 69, pag. 772. ubi: *Wir Rudolff der Ander - - - - bekennen - - - daß Uns, Unsere und des Reichs liebe Getrewen, Bürgermeister und Rath der Statt Friedberg, in der Wetteraw gelegen, unterthäniglich zu erkennen geben lassen, welcher massen ihre Vordern, und bemelte Statt Friedberg, von weyland Kayser Ludwigen, mit zwey unterschiedlichen Jahrmarckten, den einen auf Montag nach Walburgis, den andern auf S. Michaels-Tag, begabt; auch dieselben zween Jahrmärckte hernach, durch weyland Kayser Carl dem IV*, confirmirt, *und dan ferner, von weyland Unserm lieben Anherrn, Kayser Carl dem V - - - - noch zween andere neue Jahr-Marcke, der Erst, einen Tag vor- oder nach Assumptionis Mariæ, im Monat Augusto; Der Ander, einen Tag vor- oder nach Undecim millium Virginum, im Monat Octobris, gegeben, so auch, von nachfolgenden Kaysern*, Ferdinanden *und* Maximilian *dem Andern - - -* confirmirt *und bestättiget worden - - - - Wiewohl sie nun die Zeithero solcher angezogenen Vier Jahrmærckte, in ruhigem Gebrauch und Ubung gewesen, auch noch wehren, so hätte sich doch, vor vielen Jahren, durch Kriegs-Läuffte, Sterben, und aus andern fürgefallenen Ursachen begeben, daß solche Jahrmærckte nicht eben auf die Tage, wie sie verordnet, gehalten, sondern nun eine lange Zeithero dergestalt verlegt worden, daß die zween, von Kayser Ludwigen gegeben, jetzmahlen, und lange Zeit zuvor, der ein, auf den Sonntag Quasimodogeniti; und der andere, auf den Sonntag nach Trinitatis; die andern zween Jahrmærckte aber, mit denen Sie von Kayser Carln dem V begnadet, der ein, auf den Sonntag nach Laurentii; der ander, auf den Sonntag nach Conversionis Pauli, in üblichem Brauch wæren und gehalten würden; und Uns darauf demütiglich anruffen und bitten lassen, daß Wir dieselben vier Jahrmærckte, als Römischer Kayser, zu* confirmiren *und zu bestättigen, auch dieselben hinfüro auff die bestimpte jetzt gebräuchliche vier Sontäge zu halten, ihnen von neuem zu vergünnen, gnädiglich geruheten; Deß haben Wir angesehen - - - - und darümb, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechtem Wissen, die vorbemeldte vier Jahrmærckte, als Römischer Kayser*, confirmirt *und bestättet, und dieselben hinfür, wie nun eine Zeithero beschehen, auf die obbestimpte vier Sonntage, als nemblich, die von Kayser Ludwigen gegebene Zween: auf Quasimodogeniti, und den nechsten Sonntag nach Trinitatis: die andern zween aber, darmit sie von Unserm lieben Anherrn, Kayser Carln dem V, begnadet worden, auf beyde Sonntæge nach Laurentii, und Conversionis Pauli, zu halten, von neuem gnädiglich vergönt und erlaubt &c.*

Eidem tale Privilegium acceptum ferunt *Francofurtenses*, sub dato *München*, An. 1330, *an dem Mitwoch nach S. Georgii Tag*, apud *Limnæum* l. c. §. 25, pag. 232, & *Fritschium* l. c. pag. 238 & 239, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, 1 *Theil*, 14 *Absatz*, §. 24, pag. 565: *Wir Ludwig - - - thun offentlich kundt - - - - daß Wir, von besondern Gnaden, Unsern und des Reichs Getrewen, den Bürgern zu Franckfurt, erlaubt haben, und erlauben, daß Sie von Unserm Kayserlichen Gewalt, in der Statt Franckfurt, einen Marckt legen, und machen mægen, den Sie, alle Jahr, einsten haben sollen in der Fasten, oder in einer andern Zeit im Jahr, als es Ihn aller best füget; der wehren soll vierzehen Tag; und sollen den haben zu dem Marckt, den Sie, von alter Gewohnheit, gehabt haben, mit allen Rechten und Freyheit, als sie derselbe zuvorder Marckt hat, also, daß alle die, die dieselbe zween Märckt suchen, acht Tag vor, und acht Tag hernach, in Unserm und des Reichs Friede, und Sicherheit, seyn sollen &c.* Hancque Gratiam, in favorem harum Nundinarum, publice addidit *Norimbergæ*, An. 1337, *am Donnerstag vor dem Sonntage* Lætare: *Daß Wir der Statt zu Mayntz kein Meß, noch Marckt, geben sollen, noch auch keiner andern Statt, wie die genant sey, noch Jemand anders, keinen Marckt, noch Messe, geben, die den zweyen Messen und Mærckten zu Franckfurt schädlichen seyn mögen &c.* apud *Limnæum* l. c. §. 27, pag. 234. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 32, pag. 569; Qua formula *Carolus IV*, sub dato *Meintz*, 1349, *des Sonntags an der H. Dreyfaltigkeit Tag*, binas nundinas confirmaverit, explicat Dn. *Lunigius* l. c. §. 38, pag. 572, ibi: *Bestetigen, bevesten und erneuen Ihn- - - die zween jæhrliche Mærckte, die Sie alle Jahr hant, einen, zwischen den zweyen Unserer*

Frawen Tagen, als die zu dem Himmel fuhr, und gebohren ward; und den anderen zu Mittfasten; und alle ihre Gnade, Recht, Freyheit und Gewohnheit, alt und neue &c. Ejusdem Cæsaris confirmatio altera, sub dato *Nürnberg*, 1357. *an dem Sonnabendt* Reminiscere, reperitur ibidem, §. 47, pag. 577. Et tertia, sub dato *Nürnberg*, 1366, *an S. Barbaren Tag*, l. c. §. 58, pag. 583; novum Ejusdem Diploma, sub dato *Franckfurt* An. 1376, *an S. Johannes Tag*, in securitatem earundem Nundinarum, editum, habetur apud *Limnæum* l. c. §. 30, pag. 237. Quo tenore *Wenceslaus*, sub dato *Franckfort*, An. 1384, *an S. Thomas Tage*, easdem in quatuordecim dies extenderit, docet idem, l. c. §. 28, pag. 235, & Dn. *Lunigius* l. c. §. 80, pag. 599; *Ruperti* confirmatio, sub dato: *Im Felde vor Franckfurt*, An. 1400, *uf den Dienstag für S. Simonis und Judæ*, extat apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 95. pag. 607; & confirmatio *Sigismundi*, sub dato *Coblentz*, An. 1414, *des nechsten Donnerstag vor S. Egidii Tag*, ibid. §. 97, p. 608, & denuo, sub dato Tolofs. An. 1424. *Donnerstags nach Unser Lieben Frauen Tag Assumptionis*; l. c. §. 104, pag. 613.

An. 1333, sub dato *Nürnberg*, *am Freytag in den Pfingsten*, concessit *Hailbronnensibus* Jus *einen Jahrmarckt zu halten, der sich anheben sol, an dem nechsten Tag nach S. Johans Tag zu Sunnen-Githen, und sol warn und sten drey gantz Wochen nach einander*; addendo: *Geben och demselben Marcht, und allen den, die Ihn suchen, alle die Recht, Vreyunge, Ere, Ehafft, Gewohnheit, Gesetz, Gelaitt und Sicherheit, die der Jarmarcht in Unser und des Richs Statt zu Franchenfurt hat, und herbracht von Alter hat &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. XXI *Absatz*, Tit. *Hailbrunn*, §. VIII, p. 886.

An. 1338, sub dato *München*, *am nächsten Donnerstag nach S. Martins-Tag*, largitus est *Gerbardo*, Episcopo *Spirensi*, facultatem *einen Wochen- und Jahrmarckt* in Udenheim (hodie *Philipsburg*) *zu halten*. Vid. præced. §. 36, lit. d.

CAROLUS IV, rata habendo Privilegia *Walrami*, *Coloniensis* Archi-Episcopi, sub dato *Bonnæ*, An. 1349, 6 Kal. Febr. apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Ecclesiast.* Part. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Colln*, §. 101, pag. 472, ait: *Quia his diebus, Devotorum Nostrorum Subjectorum, Consulum, Scabinorum, Majorum, ac Universitatis Civitatis Coloniensis, Serenitati Nostræ exhibita supplicatio continebat, quatenus & Nundinas in Civitate ipsa Coloniensi annuas, certis temporibus, prout Leges eas admittendas statuerunt, ordinare & facere valerent, perpetuo duraturas, sub certa forma Privilegiorum, ab ipsis, in sua supplicatione expressa, gratiose concedere dignaremur ---- Tibi, Tuæque Ecclesiæ, concedimus, quod, per quacunque Privilegia --- Tuis & Tuæ Ecclesiæ Juribus, Privilegiis, confirmationibus & concessionibus ---- possit aliquale præjudicium hujusmodi habere ---- quantum ad tale præjudicium, irrita atque nulla*, esse debeant. Quæ sub dato *Nurnberg*, 9 Januar. An. 1356, in favorem *Wilhelmi* Archi-Episcopi, confirmavit. Ibid, §. 116, pag. 489 &c.

Idem, *An. eod. ahn den negsten Sambstag nach S. Joannis Baptisten Tag; zu Franckenfort*, inseruit Privilegio Civitati *Gelnhusanæ* concesso: *Darüm tün wir yn die Gnade, mit Unßerm Königlichen Gewalt, und sonderlichen Guten, daß Sie Messe und die Jahrmærckte, die Sie vormals, züschen des H. Creutzes Tag, und S. Michaels-Tag, gehabt haben, legen mœgen, und jährlich gehalten, acht Tag vor S. Joannis Baptisten Tag, und 8 Tage darnach, mit allen Rechten, Gnaden und Freyheiten, als sie die vor alten langen Züten gehabt haben &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, XVI *Absatz*, Tit. *Gelnhausen*, §. XXIX, pag. 794.

An. 1360, sub dato *Nüremberg*, *an Sand Jacobs Abent*, indulsit: *Daz der Amman, Bürgermeister, Rath und Bürger in der Statt zu Dinckelsbuhel fürbaz einen ewigen Jar-Marckt, und ein Jerlich Messe, haben und halten, in sulcher Mazze, daz sie, und alle Umbesezzen, und andere Lüte, die zu demselben Jar-Marckt faren werden, zwelff Tag vor Pfingsten anzeheben, vier Tag dahin ze komen, und gantzer 8 Tag nach einander zu zehlen, an der Stet zu beleiben, und ire Geschaffte, kauff- und verkauffend zu tun, und nach denselben 8 Tagen, ander 4 Tag von dannen zu faren, alle die Gnad und Freiheit haben, die zu solchen Jahr-Merckten ander Stet des H. Reichs haben, und der genizzen vollkomenlich &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. XII *Absatz*, Tit. *Dünckelsbühl*, §. X, pag. 460. Id tamen, sub dato *Franckenfurth an dem Mäne*, An. 1366, *an dem nechsten Samps-Tag nach S. Bartolomäus Tag*, postea mutatum, constitutumque, *daz Sie denselben Jar-Marckt, und Jerliche Messe, an dem nechsten Tag nach S. Gallen-Tag, anheben, und die als viel Tag dar ze komen, da ze beleiben, Kauffmanschafft da ze treiben, und von dannen wieder ze varen.*

varen, in aller Weis, und mit allen Rechten, Gnaden und Freyheiten, halten sullen und mügen, als in dem vordern Brieff, mit Kayserl. Maj. Insigel besigelt &c. Vid. ibid. §. XI, p. 460 & 461.

An. 1364, sub dato *Prag, an S. Augustinus Tag*, nacti sunt ab Eodem, *Eberhardus* & *Ludovicus*, Comites *Würtenbergici*, potestatem, *aus dem Dorff zu Laichingen, eine gemaurte Statt zu machen, und einen Wochen-Marckt alda zu haben.* Vid. præc. §. 37, lit. b.

An 1365, sub dato *Pragæ*, 4 Cal. Febr. in Ejusdem Diplomate Civitati *Hamburgensi* scripto, habetur: *Ex nunc in antea, annis singulis, duabus septimanis ante Festum Pentecostes, & octo diebus post dictum Festum, continue sequentibus, in Civitate Hamburg, super Fluvio Albea prædicto, Nundinas annuales, quæ alias Annuale Forum vocantur, Auctoritate Cæsarea, & de plenitudine Imperatoriæ potestatis, statuimus, indulgemus & decernimus, perpetuis affuturis temporibus, celebrari, per tres septimanas prædictas, numerandas continuo, annis singulis duraturas &c.* Vid. *Limnæus*, cit. lib. VII *Juris Publ.* Cap. XXIII, §. 11, pag. 329 &c. & Dn. *Lunigius* l. c. XXIII *Absatz*, Tit. *Hamburg*, §. 34, pag. 959.

WENCESLAUS Imp. in Privilegio, quod Senatus *Alensis*, sub dato *Frankhfurth*, An. 1398, *des Montags nach dem Obersten Tag*, ab Eo obtinuit, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Absatz*, Tit. *Aalen*, §. 4, p. 80, ait: *Darzu haben Wir die vorgenanten zu Aalen mit sonderlichen Gnaden begabet, darumb daß sie ihr Statt desto baß bessern mögen, daß Wir ihnen drey Jahr-Marckt erlaubt und gegonnen haben, mit Nahmen: einen, auf S. Walburgen-Tag; Den andern, auf den nechsten Sontag vor S. Martins-Tag; Den dritten, auf nechsten Sontag vor Unser Frauen Tag Lichtmeß --- mit allen Freyheiten, Gewohnheiten und Rechten, als den von Nördtlingen ihre Jahrmärckt gefreyet und begnadet &c.* Confirmatio *Ruperti*, sub dato Augspurg, An. 1401, *auf den nechsten Dienstag nach Unser Frauen Tag, als Sie zu Himmel fuhr;* extat ibid. §. 5, p. 81; pariter ac *Rudolphi II*, sub dato Augspurg, 6 Aug. 1582, cum extensione *auf 3 Nach-Märckte, die jedesmahl des andern Tags zu halten;* l. c. §. X, pag. 85.

Idem, sub dato Prage, An. 1400, *an S. Jacobs-Abende*, concessit, *daß der Jahrmarck zu Ravenspurg, eines jeglichen Jares besunder, uf Sand Vitz-Abende, anvahen, und darnach inweern, bis uf Sand Peters-Tage, des H. Zwelff Boten, der dornach schierist kommet;* Vid. Dn. *Lunig.* l. c. Part. 2, 38 *Absatz*, *Ravenspurg*, §. 21, p. 219.

In Diplomate RUPERTI Imp. sub dato Nürnberg, *auf den nächsten Freytag nach* S. *Pauls-Tag, als Er bekehrt ward*, An. 1403, *Rudolpho*, Marchioni *Hochbergico*, & *Lorrachanis*, indulto, legitur: *Wir Ruprecht ---- thun kund öffentlich --- daß Wir, umb fleissiger Bethe willen des Edlen, Unsers Lieben Getrewen, Rudolphs, Marggrafen zu Hochberg, genant von Rœtelen, und von Sausenberg, wie auch, umb getreue und genehme Dienste, die Er Uns, und dem Reich, gethan hat --- und auch umb des Vogts, und der Gemeine zu Lörrach Bethe willen ---- demselben Vogt und Gemeine zu Lörrach, erlaubt und gegönnet haben ---- in Krafft dieses Briefs, und Römischer Königl. Macht, daß Sie einen Jahrmarckt, und Jahr-Tag, jæhrlichen auf den næchsten Mitwochen vor S. Michaëlis Tag, und darzu einen Wochen-Marckt bey Ihnen zu Lorrach, mit Nahmen alle Mitwochen, haben und halten sollen, und mögen, immer, ewiglichen; und sollen auch alle und jegliche, sie seyen Arme oder Reiche, die dieselben Jahrmarcket, und Wochen-Marckt suchen, dar und dannen allezeit, so sie die suchen, in Unserm und des Heil. Reichs Schirme und Geleithe seyn, ohn alle Gefährde &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXIX *Absatz*, in Supplemento ulteriori §. 3, pag. 137.

Ex Ejusdem Privilegio, de dato *Luden*, An. 1406, *uff den nechsten Sontag vor S. Katharinen, kan die Reichs-Statt Rothenburg an der Tauber, alle Jahr, einen Jahrmarckt, auf S. Bartholomeus-Abend, anrichten, der biß auf S. Egidien-Tag nechst darnach, wären soll &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 4, Part. 2, 41 *Absatz*, Tit. *Rothenburg an der Tauber*, §. IX, p. 341.

Idem, sub dato *Heidelberg*, An. 1408, *am nechsten Montag nach S. Johannis Baptistæ Tag, als Er gebohren ward*, potestatem præbuit Civitati *Eslingensi*, *daß Sie vorbaß, zu ewigen Zeiten, alle Jahre eine Jahr-Messe, die, eins iglichen Jares, uf S. Katherinen-Abend, zu* Vesper-*Züt, angeen sol, und weren, biß uf den achten Tag darnach zu* Vesper &c. *haben und halten sollen und mögen &c.* annexis consuetis immunitatibus & privilegiis, pro nundinas istas visitaturis. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 1, 13 *Absatz*, Tit. *Eßlingen*, §. 15, p. 504.

SIGISMUNDI Imp. gratia, sub dato *Speyer, Samstag vor S. Marien Magdalenen-Tag*, An. 1414, obtinuit, *Leonhardus*, *Comes Castellæ*, libertatem,

tem, *Alle Montag einen Wochen-Marckt, zu grossen Lanckheim, und 2 Jahr-Märckte, einen uff S. Jörgen-Tag, und den andern, uf S. Jacobs-Tag, daselbst zu setzen und zu halten.* Vid. Dn. *Lunigius, Spicileg. Seeular.* P. 1, 3 *Absatz*, §. 17, p. 64.

Idem, sub dato *Costentz*, An. 1415, *an S. Valentini-Tag*, dedit Civitati *Suinfurto* Privilegium, *alle Jahr, an S. Martins-Tag, eine Messe anzufangen, die, mit allen Rechten, Freyheiten, Geleiten, und Handlungen, XVII gantze Tag nach einander wären soll, ingleicher Weiß, und mit allen Gnaden, und Geleiten, als sie ihren Jahrmarckt, den sie halten des Sonntags, nach des Heil. Creutzes-Tag* Exaltationis, *haben.* Vid. Dn. *Lunigius* Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, 43 *Absatz*, Tit. *Suinfurt*, §. 21, p. 406. Quod Privilegium tamen, sub dato *Griechisch-Weissenburg, in der* Servey, An. 1427, *am nechsten Mittwochen nach aller Heiligen-Tag*; in tantum limitavit, *daß keiner hinführo, für Schuld, verschulde Sachen, oder Missethat, Geleit mehr haben solle, es werde ihm dann das insonderheit gegeben &c.* Ibid. §. 25, p. 409.

An. 1434, sub dato *Ulme, am Mitwochen nach S. Ulrichs-Tag*, notum facit Idem, *daß die Reichs-Statt Nœrdlingen einen freyen Jahrmarckt, oder Messe, gehabt und herbracht, lennger denn Jemands verdenckt; sollich Jarmerck und Meß jerlich alda gehalten worden, und noch gehalten wird, auf den nechsten Sambstag nach dem Heil. Pfingstag, anzuhebenn, und fürter 14 Tag, solliche Zeit gantz aus, weret, &c.* addendo Privilegium salvi Conductus, pro omnibus & singulis, nundinas has frequentaturis, etiamsi Banno Imperiali forent constricti. Vid. Dn. *Lunigius*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. IV, Part. 2, 33 *Absatz*, Tit. *Nordlingen*, §. 26, p. 19. Quod *Fridericus III*, sub dato *Neuenstatt, am Montag vor Unnser Lieben Frauen Tag der Verkhündung*, An. 1463; & rursus, sub dato *Gretz*, 10 Maji, An. 1479, confirmavit. Vid. *Lunig.* l. c. §. 37, p. 30 & §. 39, p. 33.

Ex concessione laudati Imperatoris, sub dato *Basel*, An. 1434, *am nechsten Dinstag nach dem Sunnen-Tage* Oculi mei, *kan die Reichs-Statt Rothweil, jedes Jahr, einen Jahrmarckt, uf des H. Creutz-Tag, als es erhebet ward, halten, und darzu noch einen Jahrmarck, uff S Georien-Tag*; Vid. Dn. *Lunigius* l. c. 42 *Absatz*, Tit. *Rothweil*, §. 15, p. 372. Ex Privilegio autem *Maximiliani I*, sub dato *Costantz*, 2 Junii 1507, *kan der Erste Jahrmarckt auf S. Lucas-Tag gehalten werden.* Vid. ibid. §. 20, p. 377.

Idem, in Privilegio, sub dato *Prage*, An. 1436, *am nechsten Dinstag noch Sant Michaelis-Tag*, Civitati *Argentoratensi* scripto, ait: *Wann Wir vormahls, den Ersamen Meister und Rate, und Bürgern, der Statt Straßburg, Unsern und des Riches Lieben Getruwen, einen freyen Jor-Mercket, und Messe, in Ir Statt Straßburg, der do jährliches sin und anfohen soll, 14 Tage vor S. Johanns-Tag Paptisten zu Sungichten, und wern 14 Tag noch demselben S. Johanns-Tag, zu halten gnediclich gegönnet und bestätiget haben ---- Als sint nu für Unser Keiserlich Höhe kummen der obgenanten Meister und Raths der Stadt Straßburg Erber Botschafft, die Uns, von iren wegen, demütiglich fürbracht ---- daß Ihnen und Ir Stat, und auch den gemeinen Landen genug ist, dieselben Jor-Mercket-Freyheit und Messe 14 Tage zu halten, nemlich 8 Tage vor S. Johanns-Tage zu Sungichten, und 8 Tage noch demselben S. Johanns-Tag; also haben Wir --- In darum, von Röm. Kays. Macht und Gewalt, gönnet und erlaubt --- den obgeschriben Jormercket, Friheit und Messe, in der Statt Straßburg jerlich zu halten 14 Tage, nemblichen 8 Tag vor S. Johanns-Tag Paptisten, gu Sungichten; und 8 Tage nach S. Johanns-Tage, in allen Rechten, Friheiten, Puncten und Articuln, als wir in die vormahls die 4 Wochen gegeben &c.* Vid. Dn. *Schilter*, in Documentis historiam Friderici III illustrantibus, p. 319, & Dn. *Lunigius* l. c. 58 *Absatz*, Tit. *Straßburg*, §. 44, p. 754. Confirmatio Privilegii hujus *Friderici III*, sub dato *Rome*, An. 1452, *am Montag nach dem Sontag* Letare, extat apud Dn. *Schilterum*, l. c. p. 320, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 52, pag. 760; Audiamus de his quoque *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 3, §. 16, p. 75; *zum VI, ist die Statt Straßburg, von Römischen Kaysern und Königen, mit einem Jahrmarck gefreyet, jæhrlich auf S. Martins-Tag zu halten; als aber der Statt Straßburg, und auch den Kauffleuthen, dieselbige Zeit, von wegen anderer umbliegender Stätte Jahrmärckt, unbequem war, hat Kayser Sigmund die verwandelt, und gelegt auf S Johannes-Tag zu Sungichten, 14 Tag und 14 Nacht, in aller der Gnaden und Rechten, als die alten Brieff solches außweisen, Dat. 1414. Als der ---- ein Ersamen Rath bedunckt, daß Ihnen und Ihrer Statt, auch den gemeinen Landen, genug wäre, dieselbigen Jahrmarckt-Freyheiten, 14 Tag zu halten, gönnete gedachter Kayser Sigmund der Statt Straßburg, daß Sie, ob sie wolten, solche 14 Tag den Jahrmarckt halten möchten &c.* Datum *Prag* 1436; *Diese Freyheit der 14 Tag, ist folgend von Kayser Friderichen dem III auch beståttiget worden; deren* Datum *Rohm, 1452 &c.* discimus hinc simul, prius Privilegium Sigismundinum datum fuisse An. 1414; Civitatem vero

jam

jam antea habuisse jus celebrandi nundinas in Festo *Martini*.

und den Kauffleuten Sicherung der Straffen, mit lebendigem Gelait, verschaffen, daß sie, ohne Gefahr, reisen können. Hingegen müssen die Reisenden, von ihren Wahren, den Zoll erlegen, Glait-Zeichen, umb ein genant Geld, einlösen &c. Excipiuntur tamen (1) *Publico Edicto Declarati extorres, vel proscripti;* de quibus *im Kayserlichen Landfrieden zu Augspurg*, An. 1548, Tit. XVI: *Es soll auch solche Thäter und Friedbrecher niemand hausen, herbergen, ätzen, tränken, enthalten, oder Fürschub thun &c. Dann Wir in allen Trostungen, Sicherheiten, Fürworten und Gelaiten, von dem die gegeben werden, solchen Friedbruch wollen außgenommen, und darinn nicht begriffen haben &c.* Conf. *Erklärung des Landfriedens zu Augspurg*, An. 1500, Tit. V, *Die Friedbrecher sollen kein Geleyt haben, noch geben &c.* nec non, *Ordnung des Landfriedens zu Worms*, An. 1521, Tit. VIII, *Friedbrecher und Thäter nicht zu hausen &c.* passimque, alibi. Nisi speciali Privilegio Civitas quædam gaudeat bannitos etiam suscipiendi, v. g. *Nordlinga*, vid. præced. §. 33, lit. c, ad An. 1434. conf. seq. Tit. IV, §. 9, lit. c, ubi plura huc spectantia. (2) *Scelerati & malefici* omnes, quales sunt: Latrones, Fures, Bursicopæ, *Spitzbuben, Beutelschneider, offenbahre Betrüger &c.* qui nonnunquam nominetenus in Diplomatibus exprimuntur; teste Privilegio, *Ruperti*, An. 1408, *am nechsten Montag, nach S. Johannis Baptistæ Tag*, Civitati *Eslingensi* concesso, apud Dn. *Lunigium, Reichs-Archiv*, Part. special. Contin. 4, Part. I, Tit. *Eßlingen*, XIII *Absatz*, §. XV, pag. 504, ubi: *Ußgenommen, daß die obgenandt Unser Gnad und Friheit, Dieben; Düpen; Mœrdern; Noitzogern; Felschern; und den, die by geverlicher Masse, oder unrechtem Gewichte, funden worden; oder, die Jemand an sinem Libe, oder Gute, freventliben beschædigten, nit schirmen, noch zu Helff kommen soll, in dheine Wise, ane alle Gefehrde &c.* Quo etiam facit Privilegium *Suinfurtense*, An. 1427, à *Sigismundo* Imp. datum; præced. §. 38, lit. c, ad An. 1415. (3) *Peregrini*, quos v. g. tempore belli, aut grassantis pestis &c. Salus publica intromitti vetat. (4) *Merces*, quas similiter Magistratus, Sonticas ob causas, in Rempublicam invehi vel evehi prohibet, veluti: Arma, pulvis pyrius, durante, scil. vel imminente bello; Esculenta & poculenta, ingruentibus morbis contagiosis, vel ad victum & amictum necessariarum rerum inopia &c. Vid. *Klockius* l. c. *Knipschildt* l. c. *Carpzovius, Jurisprud. Forens.* Part. I, Constit. XXX, Definit. XXX, pag. 338; *Berlichius*, Part. I *Conclusionum*, Conclus. LXXVII, §. 13, pag. 524; *Fritschius* l. c. tot. Cap. VII, præsertim §. 13; *Mylerus* l. c. §. 6, pag. 527; Dn. *Schweder* l. c. §. 14 & 15, pag. 499 &c.

(c) NEC ARRESTARI, NEC GRAVARI &c. Sic in Camera judicatum, An. 1528, 19 Aug. *Daß der von N. Unterthanen zur Zeit des Jahr-Marckts, unbilliger Weiß gefangen, und verstrickt, sondern der Zeit, wie andere, bey Marckts-Freyheiten gelassen werden sollen &c.* testantur *Klockius*, de *Contributionibus*, cit. Cap. 3, §. 83, p. 64, & *Knipschild*, de *Privilegiis Civitatum Imper.* lib. V, cap. 23, §. 7, p. m. 1137; & *Fritschius* l. c. Cap. VII, §. 5, p. m. 288. Notandum autem, Privilegium hoc (1) valere duntaxat in Nundinis solennibus, & ab Imperatore privilegiatis, quales præced. lit. a nominavi; Vid. *Berlichius* l. c. §. 1 ad 4, pag. 523; *Struvius, Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 50, Tit. XI, §. 82, p. m. 1027; & *Carpzovius* l. c. Definit. 23, pag. 335, ubi ita Lipsienses Scabini, in causa *Christiani Hoffmans*, Mens. April. 1632: *Ob nun gleich binnen wæhrender Leipziger Meß, wie auch andern privilegirten Mærckten, kein Arrest und Kummer verstattet werden mag &c.* (2) Cessare etiam, quando quis expresse ei renunciaverit; quia quilibet juri ac favori, principaliter pro se introducto, renunciare potest, l. 41 ff. de *Minoribus 25 annis;* Vid. *Berlichius* l. c. §. 12, pag. 524; *Struvius* l. c. pag. 1028; *Knipschild* l. c. §. 7, pag. 1138: *Klockius* l. c. §. 83, pag. 64; *Fritschius* l. c. Cap. VII, §. XI, p. 296 & 297; *Carpzovius* l. c. Definit. 27, p. 337, ubi laudati Scabini, in causa *Esaiæ Löffelmans*, Mens. Febr. 1635: *Es wære dan, daß bemelter Kauffmann von Cœthen der Marckfreyheit außdrücklichen renunciret, und sich derselben begeben hætte; auf den Fall, wæret ihr, auch vor Außleitung des Marckts, seine Güter zu verarrestiren, oder Ihn selbsten anhalten zu lassen, wohl befugt;* aut (3) Debitum non respiciat Mercatorem; solos enim Mercatores, nec alios Cives, aut incolas, debitorum privatorum intuitu, immunes esse ab arrestis, ex Rescripto Electorali ad Senatum Lipsiensem, d. 25 Julii, An. 1621, liquet, ubi: *Ingleichen, was wegen Anlegung der Arreste verordnet, unter Ihnen, den Handels-Leuten, allein, statt haben soll &c.* Et, paucis interjectis: *Zwischen den Mærckten aber, unter den Kauff- und Handels-Leuten selbsten, wie auch ausserhalb der Kauffmanns Handlung, zwischen andern Partheyen in gemein, es bey Unsern Landes-*Constitutionen, *üblichen Rechten, Arrest- und Hülffs-Processen, allerdings verbleiben soll &c.* Vid. *Carpzovius* l. c. Definit. 24, pag. 335, ubi sæpefati Scabini, in dicta causa *Christiani Hofmanni: Dieweil aber*

dennoch

dennoch solche Marckt-Freyheit allein die Kauff- und Handels-Leute angehet, auf diejenigen Bürger aber, so nicht handeln und Kauffmanschafft treiben, keines wegs zu ziehen - - - - so seyd Ihr auch, zu eures Schuldners Gütern, weil derselbe kein Handelsmann ist, auch binnen währendem Marckt, Arrest zu suchen, wohl befugt &c. Conf. *Fritschius* l. c. §. 3, p. m. 286 & 287; aut (4) debitum sit publicum; quia debita publica nulla securitate gaudent; l. 3, §. fin. ff. de *Feriis*. *Struvius* l. c. p. 1027; *Zas.* ad Tit. de *Nundinis*, §. 3; *Fritschius* l. c. §. 6, pag. m. 288; *Schweder* l. c. §. 14, p. 501. Num (5) *debita jurata* huc quoque trahenda sint? sive, Num debitor, qui juramento promisit, se Creditori facturum satis, nec tamen fidem servavit, durantibus nundinis conveniri queat? controvertitur; plurimi dicunt, eum conveniri posse, ita *Petrus Peck*, de *Jure sistendi*, Cap. 10, §. 3; *Berlichius* l. c §. 5 & seqq. pag. 523; *Knipschild* l. c. §. 7, p. 1137; *Klockius* l. c. ob rationes quas *Fritschius* l. c. §. X, p. 292 &c. hanc in rem collegit, inter quas præcipua, quod jurato se obligans omnibus exceptionibus renunciasse censeatur; proinde & nundinarum privilegiis. Alii vero, inter quos ipse *Fritschius* l. c. p. 294 &c. *Carpzovius* l. c. Definit. 27, §. 8, pag. 337; *Struvius* l. c. p. 1028 &c. contrariam fovent sententiam, cujus fundamenta *Fritschius* l. c. exponit; minimum renunciationes sunt juris strictissimi, nec subintelliguntur, nisi expresse de iis disponatur; arg. l. 21 C. ad *SCt. Vellej.* & l. 35 & 47, ff. de *Pactis*; add. *Joh. Bechtoldus, Thesaur. Jurisprudent.* Lib. XVI *Axiomatum*, Cap. XXXI, de *Renunciatione*, Axiom. V, p. m. 514.

(*f*) REPRESSALIÆ &c. Nec quoad personas, nec quoad merces; arg. l. Un. C. de *Nundinis*; conf. *Fritschius* l. c. §. XIV, p. m. 300; *Mylerus* l. c. §. 6, pag. 528.

(*g*) ALIBI QUAM IN NUNDINIS &c. Mercatores, ob debita in nundinis non contracta, durantibus nundinis, arresto gravari non posse; communis Doctorum sententia est; vid. cit. l. un C. de *Nundinis*; *Berlichius* cit. P. I, Conclus. 77, §. 1 & seqq. p. 523; *Carpzovius* l. c. Definit. 26, p. 336, *Klockius* l. c. §. 83, p. 64; *Knipschild* l. c. §. 7, pag. 1137; *Mylerus* l. c. *Fritschius* l. c. §. VII, pag. 288; *Schweder* l. c. §. 14, p. 501.

(*h*) QUIDAM PUTANT &c. Propter debita in ipsis nundinis contracta, Mercatores durantibus nundinis bene conveniri posse, docent *Berlichius* l. c. §. 8, pag. 523; *Petrus Peck* l. c. §. 16; *Klockius* l. c. *Knipschild* l. c. pag. 1138; alii; quod (1) vel ipsi Legati, intuitu debitorum, quæ durante Legatione contrahunt, conveniri queant, licet alias Summis gaudeant privilegiis, nec in loco, ubi Legatione funguntur, in jus Eos trahere fas sit; (2) impostores alias, sub immunitatis velamine, merces quascunque, sine omni pretio, domum secum auferre possent. In contrarias tamen partes eunt *Struvius* l. c. *Hahnius* ad *Wesenbecium*, ad Lib. 50 ff. Tit. XI, p. m. 1165; Scabini Lipsienses, in cit. causa *Esaiæ Löffelmans*, de An. 1635, apud *Carpzovium* l. c. Definit. 26, pag. 336, verb: *Wan nun gleich solche Schuld binnen währendem Marckt gemacht worden, der Debitor sich auch verdächtig erweisete, und zu befürchten, daß er Fallit werden möchte &c. so seyd ihr doch, binnen währendem Marckt, vor Außleutuug desselben, gedachten Kauffmann, euern Debitorem, anzuhalten, oder seine Wahren zu verkümmern, nicht befugt &c.* *Fritschius* l. c. §. VIII, pag. 289; *Ziegler*, de *Jur. Majest.* lib. I, c. 43, n. 36; *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. X, §. I, v. 9, pag. 426; alii, (1) ob generalitatem textus l. un. C. de *Nundinis*; (2) ob privilegii rationem, quæ commerciorum libertatem favoremque respicit; ne scil. commercia & negotiationes in Nundinis impediantur. Nescio autem, an libertati commerciorum bene consultum sit, si mercatoribus venia abeundi, durantibus nundinis, libere concedatur, ita, ut nec ad solutionem debitorum in ipsis nundinis contractorum, constringi valeant; dixerim potius, ejusmodi licentiam impedire negotiationes, ob pericula fraudationum, quibus hac ratione indulgeri videtur. Quid de iis dicendum, qui speciali privilegio *de non arrestando* gaudent, quale *Carolus IV*, sub dato Prag, 1374 *ahn S. Pauls Tagh, als er bekärt ward*, *Aquisgranensibus* concessit, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, I *Absatz*. Tit. *Aachen*, §. 7, pag. 60, confirmatum à *Carolo V*, sub dato Brüssel, 1521, 25 Junii; ibid. §. 11, pag. 68; pariter ac *Henricus VII*, Civitati *Leutkirchæ*, sub dato *Pisis*, 1312, Id. April. teste eodem, l. c. in Addendis, §. VIII, p. 1490; & *Leopoldus*, Austriæ Dux, *Campidunensibus*, sub dato *Wien*, 1376, *an S. Giligen Tach*, vigore cujus per totum Tyrolensem Comitatum; Cives Campidonenses, *weder mit Leib noch Guth, arrestiret werden können*, (ceu ibidem in Addendis, Tit. *Kempten*, §. 6, pag. 1508, & §. 8, pag. 1509, ubi confirmatio de anno 1509, habetur;) declarant Jura.

40. Hoc tempus ut melius cognoſcatur, conſuetum eſt, Nundinas, per ſignum campanæ, inchoare & finire, *die Meſſe ein-und außzuleuten.* Proinde, in Septimana, ad debitorum ſolutionem deſtinata, *in der Zahl-Wochen*, arreſta, contra debitorem, cuivis petenti concedi ſolent, (*a*) *Fritſchius*, dict. Cap. VII. Si autem debitor, ante pulſum, campanæ, ſuſpectus ſit de fuga, (*b*) eum arreſtari poſſe, plures admittunt, quia in debitore fugitivo ceſſant hæc privilegia, & malitiis in tantum indulgendum non eſt. *Klockius*, de *Contribut.* Cap. 3, §. 83; Et alias fugitivi debitores in Jure noſtro non eodem Jure utuntur cum aliis debitoribus. Vid. *Sauter*, de Bancofall. paſſim.

NOTÆ.

(*a*) CONCEDI SOLENT &c. Vid. *Daniel Mollerus*, in *Conſtit. Electoralem Saxonicam* XXX, n. 10; *Fritſchius*, cit. Tract. Cap. VII, §. XII, p. m. 297? etiam in locis, per quæ Mercatores ad nundinas tranſire, iisque finitis, domum redire ſolent; non obſtante Privilegio *Maximiliani I.* de An. 1507, in favorem nundinarum Lipſienſium promulgato, verb: *Deßgleichen die Wahren und Güter, ſo zu und von beſtimmten Mærkten und Niederlagen getrieben und geführet werden, nicht ſollen aufgehalten, verhindert, oder rechtlichen arreſtiret werden &c.* Hæc enim aut intelligenda ſunt de tempore durantium nundinarum; aut uſu contrario valere deſierunt; vid. *Carpzovius, Jurisprud. Forenſ. Romano-German.* Part. I, Conſtit. XXX, Defin. XXIIX, pag. 337; *Berlichius*, Part. I, Concluſ. 77, §. 9, pag. 523 & 524, bene monens, niſi Mercatores in loco nundinarum, nec in iis, per quæ ipſis tranſeundum, conveniri poſſent, eos nullibi conveniri poſſe, *cum ſemper* (ut ejus verba adhibeam) *ſint in illis locis, per qua ad nundinas meare & remeare debent; ſiquidem vix abſolutis nundinis Francofurdenſibus vernalibus, iter ſuſcipiunt ad nundinas Lipſienſes Paſchales; à nundinis Lipſienſibus Paſchalibus, ad nundinas Naumburgenſes, & Francofurdenſes ad Oderam; ab his, iterum ad nundinas Francofurdenſes ad Mœnum; ab illis, ad Lipſienſes, & ſic deinceps, & ſic fere per totum annum ſunt occupati in itinere &c.* Add. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, Cap. XVII, §. 15, p. m. 502. *Mylerus* de *Principibus Imperii*, Part. 2, Cap. 58, §. 5, p. 529.

(*b*) SUSPECTUS SIT DE FUGA &c. Mercatorem fugitivum, aut de fuga, vel fraudulenta bonorum dilapidatione, quam *banqueroute* Galli vocant, ſuſpectum, durantibus etiam nundinis, conveniri poſſe, minimum, ut de judicio ſiſti caveat, recte affirmant *Berlichius* l. c. §. 11, pag. 524; *Struvius, Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 50, Tit. XI, §. LXXXII, p. m. 1027; *Petrus Peck*, de *Jure ſiſtendi*, Cap. 10, §. 6; *Bernhardus Graven*, lib. 2 *Practicar. Concluſ.* Concluſ. 44, Conſider. I, §. 25; *Mevius* de *Arreſtis*, Cap. XI, §. 17, p. m. 150; *Knipſchild*, de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. V, Cap. XXIII, §. 7, pag. 1138; *Fritſchius* l. c. §. IX, p. m. 291; Alii, ob rationes, quod (1) Privilegia nundinis conceſſa, contra æquitatem, & Juſtitiæ regulas, nemini ſint detrimentoſa, (2) malitioſi bonorum decoctores fruſtra ad immunitatis aſylum confugiant; (3) Malitiis non ſit indulgendum, l. 38, §. 1, ff. de *Rei Vindicatione &c.* (4) Ut nemo de improbitate ſua actionem conſequitur, arg. l. 12 ff. de *Furtis*, ita nec privilegiis honeſtorum hominum gaudeat, multoque minus ex malitia ſua reportet commodum; *Johannes Bechtoldus*, in *Theſauro Jurisprudentiæ*, Lib. XI Axiomatum, Tit. de *Malitia*, Axiom. 8, p. m. 27. In Foro tamen Saxonico contrarium obſervari, docet *Mollerus* l. c. §. 6; & *Carpzovius* l. c. Definit. XXV, pag. 336, ibique Scabini Lipſienſes, in præfata cauſa *Eſaiæ Löffelmans*, Menſ. Febr. An. 1635: *Iſt euch ein Kauffmann von Kæthen, vor aberkauffte Wahren, 167 Thaler ſchuldig worden, wan nun gleich derſelbe ſich der Flucht wegen verdæchtig erweiſet, und zu befürchten, daß er Fallit werden mæchte &c. ſo ſeyd ihr doch, binnen wæhrendem Marckt, vor Außleutung deſſelben, ihn anzuhalten, oder ſeine Wahren zu verkümmern, nicht befugt &c.* Add. *Mylerus* l. c. §. 6, pag. 529 & 530; Verum quidem, ſuſpicionem de fuga eſſe duntaxat mentis conceptum, qui non niſi dubiis nititur principiis, quæ pœnam non merentur; aſt quomodo ejusmodi decoctoris detentio, eum ſaltem in finem expetita, ut de judicio ſiſti caveat, inter pœnas ſit referenda? aut quomodo, hac ratione, privilegiis nundinalibus, quæ nemini injuriam fieri volunt, derogetur? non video, dixerim potius, immunitatem nundinarum hoc modo magis magisque ſtabiliri, cum ſic homines fallaces fraudulentis circumventionibus, quibus aliis inſidioſe imminent, arceantur, & proinde commerciorum ſecuritati apprime caveatur.

41. Privi-

41. Privilegia mercibus concessa in nundinis, videntur locum habere, etiam in istis, quæ in nundinis emptæ sunt, *(a)* licet post nundinas evehantur; quia alias privilegia effectu carerent. *Tholosan.* Lib. 25 Syntagm. Cap. 3, §. 7, ubi præjudicium refert. Non autem *(b)* obtinent in mercibus ante nundinas venditis, & in nundinis traditis; initium enim in his omnibus spectatur, non finis. Vid. Mylerus, de Statibus Imperii, Part. 2, Cap. 58.

NOTÆ.

(a) EMPTÆ SUNT &c. Privilegium nundinarum extendi quoque ad merces in nundinis emptas, licet, iis demum finitis, evehantur, asserunt Doctores, ex L. 3, §. scio, ff. de *Minorib.* ita *Petrus Tholosanus* l. hic cit. *Fritschius*, l. c. Cap. VII, §. IX, v. 39, p. m. 292; *Mylerus*, de *Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 58. §. 7, p. m. 530.

(b) NON AUTEM &c. *Fritschius* l. c. non obstante l. 3 ff. de *Minorib.* verb. *inspecto initio*, existimat, nundinarum privilegium etiam locum habere, si merces *ante nundinas* venditæ, & in iis traditæ sint.

42. Sicuti, propter legitimam & gravem causam, quæ in utilitate publica, & necessitate, fundatur, Imperator nundinas potest interdicere, *(a)* ita nundinas concedere non solet, *(b)* nisi auditis vicinis & circumjacentibus; universalis enim privilegiorum Civium Imperii Protector est. Fritschius de Nundinis, c. 4.

NOTÆ.

(a) INTERDICERE &c. Quæ causæ omnino ponderosæ esse debent, præsertim in casu, quo Civitas titulo oneroso, vel per modum conventionis, aut remunerationis, ob singularia in Rempublicam merita, nundinarum Jus acquisivit; quia ejusmodi privilegia communiter irrevocabilia censentur, arg. l. 4. C. de *Fundis Patrimonialib.* Conf. *Fritschius* l. c. Cap. XII, §. 1, 2, & 3, p. m. 343 ad 346. Alias, cessant, (1) si summa necessitas, vel salus Reipublicæ, ea revocari suadeat; Salus enim publica communibus regulis juris non subjicitur. Vid. *Petrus Anton. de Petra*, de *Potestate Princip.* Cap. 32, §. 7, q. pr. Nec necessitas habet Legem; *Mevius*, in *Discussione Levaminum inopiæ Debitorum* Cap. I, §. 198, p. m. 44; conf. idem l. c. Cap. 2, §. 26 & seqq. pag. 71; *Fritschius* l. c. §. 3, v. 27 &c. pag. 346; (2) Per non usum decennii, arg. l. 26, C. de *Pactis*, & l. 1 ff. *si quis in jus vocatus*, & l. 1 ff. de *Nundinis*. *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 2, XV Regal p. m. 87. Modo facultas utendi privilegio non defuerit; nec privilegiato data sit potestas pro lubitu utendi &c. Vid. *Joh. Bechtold*, *Thesaur. Jurisprud.* Lib. XIV Axiomatum, Cap. 83, de *Privilegio*, Axiom. X, p. m. 394; Ita Scabini Lipsienses, in causa *Joh. Christoph. à Melhorn*, An. 1633, apud *Carpzovium*, Part. 2 *Jurisprud. Forens. Romano-Saxonicæ*, Constit. 3, Definit. 23, p. m. 404: *Seyn euern Vorfahren und Eltern die Ober-Gerichte verliehen, und auf euch bestattiget worden; Ob nun wohl, binnen 40 Jahren, ihr euch solcher Ober-Gerichte nicht gebrauchet; da aber dennoch dasselbe nicht aus Nachlæssigkeit, sondern dahero geschehen, daß sich, binnen solcher Zeit, kein Ubelthæter bey euch betretten lassen, und ihr also biß dato keinen Actum executionis in euern Gerichten exerciren kœnnen &c. so hættet ihr auch bemelte Ober-Gerichte, per non usum, und durch Verjæhrung, nicht verlohren, sondern es wære euch derselben, auf begebenden Fall, nochmahls zu gebrauchen, und die Ubelthæter rechtfertigen, auch, zu solchem Ende, einen neuen Galgen bauen zu lassen, unbenommen &c.* Et *Gailius*, Lib. 2 *Observationum Practicarum*, Observat. LX. §. I, p. m. 403, docens, nulla utendi occasione oblata, non usu Privilegium non amitti, etiamsi quis mille annos non esset usus. Add. *Fritschius* l. c. §. IV, v. 32 &c. p. m. 347; (3) Ob crimen L. M. aut aliud quoddam atrox delictum, quod, citra dispendium privilegiorum suorum, Respublica committere nequeat, v. g. quando Francofurtensibus, tempore electionis Regis Romanorum, protectio Electorum, sub pœna amissionis omnium Privilegiorum, injuncta est. Vid. *Fritschius* l. c. §. V, v. 39 & seqq. p. 348; (4) Ob nimium abusum, arg. l. 4. C. de *Commerciis*. Conf. *Joh. Bechtold* l. c. Axiom. XXX, pag. m. 402; *Fritschius* l. c. §. VI, v. 44 &c. p. 349. (5) Renunciatione expressa & speciali; l. pen. C. de *Pactis*; l. 41 ff. de *Minorib.* *Fritschius* l. c. §. VII, v. 49, p. 350.

(b) NON SOLET &c. Vid. præced. §. 38, lit. c.

43. Item, Jus Emporii, (*a*) Stapulæ, Geranii, (*b*) *die Freye Niederlag, oder Stapel-Gerechtigkeit.* Jus Geranii, á privilegio Stapulæ, longe diversum est, (*c*) & jus Geranii respicit principaliter utilitatem vectigalium, aliasque provisiones, adversus fraudes mercatorum; nec hoc Geranii & mensurationis jure, impeditur transitus mercium & navigatio. In Geranii Compendium, (*d*) libræ prægrandes & machinariæ, juxta Portum, vel in loco vicino, extrui solent, quarum adminiculo, onera ex navibus, facili labore, levantur & extrahuntur: quæ etiam ad naves onerandas conducunt, & in iisdem merces ponderari & mensurari solent, ex quo ingens ærario lucrum (*e*) acquiritur. *Klockius* de *Contributionibus*, Cap. I, §. 272; *Knipschild*, lib. 5, Cap. 22, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperialium.*

NOTÆ.

(*a*) JUS EMPORII &c. Legi hic merentur: *Benjamini Leuberi Disquisitio Stapulæ Saxonicæ*, excus. *Bautzæ*, 1658, & *Dresdæ* 1661; *Joh. Wolfgangi Textoris*, Diss. de *Jure Stapulæ*; *Justus Georgius Schottel*, de *singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*, Cap. XXVI, quo *Stapel-Recht* exponit; *Otto Philippus Zepper*, Tr. de *Jure Stapulæ*, laudatus *Philippo Alberto Orthio*, de *Regali Jure conducendi*, pag. 274; *Georgius Guilielmus Kühlewein*, Diss. Inaug. de *Jure Stapulæ*, An. 1662 Lipsiæ defensa, annoque 1702, ibidem recusa. Dn. *Johannes Anthonius Winckler*, Diss. Inaugural. de *Jure Stapulæ*, Præside Dn. *Joh. Wilhelmo Engelbrecht* Helmstadii, An. 1711, 10 Mart. publico Examini opposita. *Lehmannus*, *Chron. Spirens.* Lib. 4, Cap. 22, p. m. 363 &c. *Pfeilius*, Consil. 190; *Consilia Argentoratensia*, Vol. 2, Consil. 62, quæst. 4 & 5; *Consilia Marpurgensia*, Vol. 4, Consil. 17 & 18; *Werdenhagen*, part. 3 *Rerumpubl. Hanseaticarum*, Cap. 20, f. 539 &c. *Jacobus Marchantius*, Lib. I *Descriptionis Flandriæ*. f. 113; *Besoldus*, de *Majestate*, f. 204; & in *Thesauro Practico*, voc. *Staffel-Gerechtigkeit*, p. m. 898; *Christophorus Ludovicus Dietherr*, in *Continuatione Thesauri Practici Besoldiani*, voc. ead. p. m. 555; *Wehnerus*, *Observat. Pract.* voc. *Staffel-Recht*, pag. m. 447; *Speidelius*, *Notabil. Jurid. Histor. Polit.* voc. *Staffel-Gerechtigkeit*, p. m. 867; *Loccenius*, de *Jure Maritimo*, Lib. I, Cap. 10; *Knipschild*, de *Jurib. Civitatum Imperial.* Lib. V, c. 22, §. 38; *Marquardus*, de *Jure Mercatorum*, Lib. 1, c. 17, & L. 2, c. 6. *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. I, §. 272, p. m. 26, & Cap. 3, §. 87, p. m. 65; *Limnæus*, Lib. 2 *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 130, pag. 125 &c. & ad Art. XX *Capitulationis Ferdinandi III*, voc. *Staffel-Gerechtigkeit*, pag. 706 &c. *Fritschius*, de *Regali Nundinarum Jure*, Cap. X, pag. m. 324 &c. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ*, Part. 2, Cap. X, §. 2, p. 427; Scriptores Juris Publici omnes. *Jus Emporii* unum idemque esse cum *Jure Stapulæ*, existimat *Crantzius*, Lib. VIII *Wandaliæ*, Cap. XXXVI, verb. *Flandrenses autem, præcipue Bruggenses, cum satis intelligerent, quid Flandria, & quid potissimum Urbs eorum haberet incrementi ex mercatoribus, & quid ea demigratione haberent detrimenti, Lubicam se contulerunt; quo etiam cæterarum Urbium evocatis Oratoribus, transigitur super omni controversia, & in antiquum Statum redit Emporium, nunc Stapulam vocant, mutuato de Germanica Lingua vocabulo; aggestionem & comportationem sic vocant mercium omnium, quæ id genus sunt, ut servando servari possint &c.* Ejusdem Sententiæ est *Mynsinger*, Decad. 2, *Resp. Jur.* XIX, §. 3 &c. addendo *Jus Nundinarum*; nec non *Mylerus*, ad *Rumelinum*, Part. 3, Dissert. 3 ad *Auream Bullam*, §. 18, p. m. 775, *Jus Stapulæ* & *Jus Geranii*, pro Synonymis habens &c. & *Wincklerus* l. c. §. 4 & seqq. pag. 13 &c. Contra, diversa esse hæc Jura, operose probare conatus est *Leuberus* l. c. §. 490 &c. ubi: *Wo schlechte Jahrmärckte und Messen seyn, ohne Niederlage und Stapel-Gerechtigkeit, da mag ein jeder Wahren zu- und abfahren, feil haben, verkauffen, und nicht verkauffen, wie er will, er hat dessen allen freyen guten Willen*, Lib. I & Lib. 2 de Nundinis. *Wo aber Stapel-Recht ist, da mag man wohl die Wahren zuführen, allein man muß sie auch feil haben, einsetzen und niederlegen, und hat solche Freyheit im kauffen und verkauffen nicht. Das Jus Emporii erstrecket sich noch weiter, und ist vom Jure Nundinarum, und Jure Stapulæ, Lagerstelle, unterschieden, daß, wo ermelte Nundinæ, und Stapulæ seyn, da mag auch ein Frembder Waaren zuführen, und ein ander frembder Handelsmann,*

von

von solchem frembden Handelsmann, die Waaren abkauffen; und haben darbey die Einwohner des Orts, da Jahrmærckte, und Stapel, gehalten werden, mehr nichts dann gute bequeme Gelegenheit zu handeln, und daß der Obrigkeit Zölle, Uhmgeld, Marcktgeld, und Accisen *vermehret wird, und daß die Einwohner etlicher Orten den Vorkauff vor andern haben;* l. 2, ubi gloss. verb. *tradere*, v. hæc, ff. de Nundin. *Aber, wo das Jus Emporii in vollem Flor ist, da mag ein Fremder wohl frembde Waaren zuführen, und muß solche niederlegen, und des Orts verhandeln, oder verkauffen, und zwar allein den Einwohnern; aber an solchen Ort dörffen Frembde von Frembden keine Wahren erhandeln und erkauffen, sondern die Frembden müssen diejenigen Waaren, so sie erhandeln und erkauffen wollen, allein von den Inwohnern des Orts, kauffen, erlangen und handeln &c. Prout ita se habere Jus Emporii allegavit Senatus Hamburgensis, in publico scripto, Anno 1620, adversus Duces Brunsuicenses, Civitatesque Luneburg, Havelberg & Buxtehude, edito.* Hinc sua *Fritschius* l. c. Cap. X, §. I, v. 8, p. m. 326 *Schottelius* l. c. §. 17, p. 476, &c. & *Scharschmidius*, in Not. ad *Schützii Jus Publ.* Vol. I, Exercit. 3, §. 25, p. m. 212 & 213. Quamvis, de eodem discrimine, peculiari Capite V, agens Dn. *Kühleweinius* l. c. pag. 42 &c. in omnibus ei non assentiatur, inquiens: *Jus Stapulæ à Jure Nundinarum differre videtur in eo, quod (1) Jus Nundinarum respiciat immediate & primario usum emendi & vendendi; Stapulæ vero Jus, præter solum transeuntium appulsum, nihil quicquam efflagitet; scil. si ratione essentiæ ipsum consideratur, non vero ratione existentiæ, prout, ex consuetudine cujusvis loci, hodie aliis adauctum effectibus existit; (2) Illud, modeste nimis agere cum hominibus videtur, dum, ad celebrandos mercatus, neminem cogit, sed omnes invitat potius, atque cuivis advenientium arbitrio propriam mercium suarum dispositionem relinquit, in tantum, ut, si nolit invecta sua communicare civibus, liberrime discedendi facultatem retineat; Hoc, Stapulæ vero Jus, vi quadam coactiva, imperat transeuntibus, ut accedant propiores, & gradum sistant in locis illis, quos præterire, non exoneratis prius mercibus, propter Stapulæ beneficium, vix licitum est. (3) Jus Nundinarum intra certos limites se continet, & sua anni tempora constituta habet, quibus exercere illud possumus: Stapulæ autem Jus vires suas è diverso exserere quotidie, & prætereuntium mercibus perpetuo manum injicere, in confesso est. Ut taceam, (4) vel inde quodammodo colligi posse horum Jurium diversitatem, quod plerumque alterum sine altero plurimis in locis exerceri videamus; ita Jus Nundinarum concessum Civitatibus non unis est, quæ tamen Jure Stapulari destitutæ maxime sunt: & vice versa, citra Nundinarum exercitium, Stapulas florere hinc inde conspicimus. Loccenius, de Jure Maritimo, Lib. I, Cap. 10, §. 5. Quod ipsum causæ est, quod Martinus à Meden, in Refutatione scripta contra Hamburgenses, vitio vertat Hamburgensibus, quod in scripto aliquo publico, talem confusionem posuerunt, (ut verbis ejus utar,) quæ Nundinas & Stapulas pro Synonymis habet. Klock. de Contribut. Cap. I, §. 272. Eadem propemodum, certe similia, dicenda de Jure Emporii, in contradistinctione ad Jus Stapulæ, sunt, quando Juri Emporii interior quædam familiaritas cum Jure Nundinarum intercedit, & non nisi in eo potissimum hæc duo differunt, quod Jus Emporii adhuc prærogativam quandam mereatur, præ Jure Nundinarum, respectu perpetui exercitii, dum scil. omni exterarum Nationum atque peregrinorum Generi, negotiandi, atque merces suas adferendi vendendique copiam facit, pro eorum arbitrio, & quovis tempore, hac tamen sub cautione, ne perpetuo ibi morentur, aut tanquam quædam mercium Domicilia sibi in iis Emporiis constituant; alias, longe melior Peregrinorum existeret conditio, quam Incolarum atque Civium. Quod Juri Nundinarum, tantum certis anni temporibus, licitum est. Sunt quidem nonnulli, qui opinantur, Jus Emporii liberrimum aditum peregrino cuilibet facere, sed ita restrictum, ut advehentibus non nisi cum Civibus Emporii, minime vero* (ut Leubero videtur) *cum alio peregrino, commercium instituere liceat; at vero cum hactenus non viderimus, quem colorem hujus sententiæ invenire potuerint, vix dignam existimamus, cui subscriberemus, provocamus potius ad observantiam omnium Emporiorum, in quibus contrarium demonstrari potest ex facili. Tandem, quomodo Jus Stapulæ differat à Jure Geranii, ex Primo Capite, cuilibet patebit, ubi hoc, ex Jure Vectigalium descendere, Stapulæ vero Jus, ex ipsis commerciis, quibus quasi viam sternere videtur, productum esse diximus &c.* Hæc omnia ita se habere quotidiana testatur observantia; Minimum negari nequit, *Jus Emporii* latius patere *Jure Stapulæ*, & Civitatem *Jure Emporii* præditam, gaudere quidam simul *Jure Stapulæ*, ast non vice versa. Vid. *Stamler*, de *Reservatis* §. 61, n. 1. *Werdenhagen*, de *Rebuspubl. Hanseaticis*, Part. 3, Cap. 19, circa fin. *Nitzschius* ad *Capitulat. Josephinam* Art. 20, §. 5, pag. 438; hoc unicum addide-

diderim, ipsam *Stapulam* esse quoque *vectigalis* speciem, *Juraque Stapulæ*, & *Jura Vectigalium*, ita invicem immixta, ut alterum sine altero vix exerceri queat, quin potius alterum pro alterius specie sit habendum; Vid. Ill. *Thomasius*, Diss. *de Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum* de An. 1696, 27 Maji, Resp. *Petro Henrico Muckio*, habitam §. 11. *Jus Stapulæ* non ubique ejusdem esse Naturæ, nec semper necessitatem vendendi involvere, seq. §. 46, probabo.

(*b*) GERANII &c. Germ. *Kran-Gerechtigkeit;* quod Jus vocatur *Schottelio*, de *singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*, Cap. XXIV, *vom Krahn-Recht*, inscripto, §. 1, p. m. 438, & *Fritschio*, de *Regali Nundinarum Jure*, Cap. X, §. 2, v. 18, p. m. 329, *Jus, Auctoritate Principis, ad evitandas fraudes navigantium, & utilitatem vectigalium, exponendis, compingendis emensurandisque mercibus publice constitutum; Wan die angegebenen Waaren besichtiget, gezæhlet, oder gemessen werden, damit den Zællen kein Eintrag geschehe.* *Lehmannus* Lib. 4 *Chron. Spirens.* Cap. XXII, p. m. 363, docet, Jus hoc esse annexum *Juri Stapulæ*, ibi: *Speyr ist eine Staffel-Statt, das ist, ein solcher Ort, da alle Schiffe mit Staffel-Güthern aufzukehren schuldig seynd ---- Solcher Staffel seind in den Stätten am Rheinstrom, Cœlln, die Erste; Mayntz, die Andere; und Speyr, die Dritte, und haben diese Gerechtigkeit; (1) welche Schiff den Rheinstrohm auf- und abfahren, und mit Staffelbahren Güthern beladen seyn, daß sie daselbst aufkehren, dieselbe außladen, ins Kauffhauß führen, niederlegen, und davon die Schuldigkeit zahlen müssen, welche, nach entrichtetem gebührlichen Accis, überschlagen, das ist, in andere Schiffe, oder auf die Axt, geladen, und in die Ober-Rheinische Lande verführet werden. Wie dan die Statt Speyr, und deren Schiffleut, von Alters, die Schiffahrten auf Straßburg gehabt, und davon, vermög Kayser Friderichs* Privilegii, de dato 1182, *nicht mehr dan 13 Heller, geben dörffen. (2) Die andere Eigenschafft, oder Gerechtigkeit der Staffel, ist von Alters gewesen, und noch, nemblich: Kauffhauß, Kranen, Schiffer und Kärcher, deßgleichen, Kauffhauß-Obherrn, Kranen-Meister und Kauffhauß-Knechte, zu halten, (3) die dritte, daß die Kauffhauß-Verordnete, über die außgeladene und niedergelegte Staffelwahr, ob sie von Würden, oder nicht? erkennen und richten, und die, so unfertig, verwerffen, und den Fahrten zu Schiff, und der Axt, Ordnungen aussagen &c.* Conf. *Speidel*, voc. *Staffel-Gerechtigkeit*, p. m. 867; *Limnæus*, ad *Capit. Ferdinandi III*, Art. 20, verb. *Stapel-Gerechtigkeit*, v. 12, pag. 707, & lib. 2, *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 132, pag. 126; *Klockius*, de *Ærario*, lib. 2, Cap. 16, §. 8 &c. *Fritschius* l. c. §. VII, v. 35, pag. 334; *Schottelius*, l. c. Cap. 26, *vom Stapel-Recht*, §. 7, p. 464 &c. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. X, §. 3, pag. 428. Alii proinde vocant illud *Jus Stapulæ minus plenum*, quod emensurationis solum & ponderationis causa, principaliter propter vectigalium utilitatem, utque mercatorum fraudibus obviam eatur, exercetur; vid. *Stamler*, de *Reservatis Imperatoris*, §. 61; *Fritschius* l. c. §. 2, v. 18, pag. 329; *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Art. 20, § 5, v. 26 & 27, pag. 437; Dn. *Winckler* l. c. §. 6, pag. 19 &c. Accurate vero loquendo, diversa hæc esse Jura, præced. lit. a, monitum. Procul dubio forma, machinæ, *gruis* speciem referens, appellationi ansam dedit. γέρανος enim Græcis *Grus* est, Germanis *Kranich*; hinc γεράνιον, instrumentum seu machina, *Gruis* similitudinem habens, qua ponderosa in altum tolluntur; German. per Apocopen, *Krahn*, Latin. *Geranium*. Recte Dn. *Multzius* l. c. *Jus Geranii appellatur à vocabulo Græco γεράνιον, quod denotat Instrumentum, seu Machinam, qua ponderosa tolluntur in altum; Germanis Krahn, sive Kranch, dicta; quia similitudinem Gruis habet, sive rostri, per quod funis circa rotulam ducitur, qui, beneficio rotæ, in cujus concavo circumambulant homines, vel aliquod animal, quod calcando rotæ motum concitat, circa axem volvitur, & sic affixa, vel appensa, funi, facile extolluntur, & sublata demittuntur &c.* Spectant quoque huc verba *Johannis Loccenii*, de *Jure Maritimo*, lib. I, Cap. X: *Sicut Stapel est vetus vox Gotho-Teutonica, ita hanc quoque esse puto, dictam vulgo Krane, quæ significat Saxonibus & Belgis Gruem, ut & machinam illam tractoriam, quam alias rotam, aut tympanum versatile, Mechanici vocant, quo circumacto, in exoneratione navis, sustolluntur, & in terram demittuntur, vasta onera, & graves ac ponderosæ merces;* quæ *Schottelius* l. c. Cap. XXIV, *vom Krahn-Recht*, §. 4, p. m. 440, repetit, immediate subjiciens ejusdem machinæ descriptionem, quam *Guilielmus Philander*, in Notis ad Lib. X *Vitruvii Pollionis*, de *Architectura*, Cap. 4, p. m. 209, lit. b, suppeditat, ajens: *Tympanum, quod Græci etiam γέρανον appellant, est rota ambitus magni genus, cujus circumacta, calcantibus hominibus affixas pro Gradibus regulas, axis fune obvolvitur, atque ita onera extolluntur, aut sublata deprimuntur.* His annectit: *Huic machinæ tractoriæ Gruis nomen inditum est, à forma quadam similitudine, quod axem, quasi*

quasi rostrum Gruis, protendit. Rostrum vero Gruis est γεράνιον, *inde Geranium Latine;* Qui l. c. §. 1. pag. 438, eandem etymologiam jam semel approbavit, verb: γέρανος *i. e. Grus, Kranich,* & *Geranium der Krahn; Jus Geranii ergo procul dubio ab instrumento illo tractorio, ad flumina & Portus collocato, quo, facili negotio, vasa mercibus repleta, navibus extrahuntur, iterumque imponuntur, & dicitur vulgo der Kran, Kranich, Aufzüg: Ist ein großes bevestigtes* Instrument, *mit einem grossen Rade, darinn man gehet, und es ümbtritt, und also schwere Lasten damit leicht aufszeucht.*

(c) DIVERSUM EST &c. *Jus Geranii* diversum esse à *Jure Stapulæ*, præced. lit. a, dictum. Quæ Dn. Auctor hic profert, desumta esse videntur ex *Klockio*, de *Contributionibus*, Cap. I, §. 272, p. m. 26, ubi: *Jus Geranii, Kraen-Gerechtigkeit, à privilegio Stapulæ, seu Staffel-Gerechtigkeit, longe diversum; cum Hoc respiciat principaliter commercia, & utilitatem Emporii, seu Oppidi, cui hoc jus Stapulæ conceditur; per hujusmodi autem Geranii & emensurationis onera, aliasque provisiones, utilitati vectigalium, adversus fraudes mercatorum, providetur, non impeditur transitus aut navigatio, sed utilitati Reipublicæ & Principis prospicitur, &, ad magis conservandam Justitiam in commerciis, & ad removendas fraudes, hæ provisiones pertinent &c.* eadem, totidem verbis, proferente *Schottelio* l. c. Cap. XXIV, *vom Krahn-Recht*, §. 3, p. m. 439; clarius minimum mentem Dn. Auctoris hæc exhibent. Add. *Jus Geranii* esse saltem in locis, ad flumina positis; *Jus Stapulæ* vero, etiam in iis, ubi vel plane nulla flumina, vel admodum exigua.

(d) COMPENDIUM &c. Idem habet *Schottelius* l. c. §. 2, p. 438, & *Fritschius* l. c. Cap. X, §. 2, v. 19, p. m. 329.

(e) LUCRUM &c. *Wo Zoll, oder sonst ander Ungeld, von denen Waaren muß entrichtet, und die Lasten, oder das Gewicht, erkundiget werden, ist der Krahn hoch nöthig, und hat das Krahn-Recht seinen grosen Nutzen &c.* Hæc *Schottelius* l. c. & *Klockius* l. c. ex *Elbertini Leonini* Consilio VII, §. 10: *Expedit, multis de causis, in Provincia hanc Geranii ac mensurationis rationem constitui;* add. *Fritschius* l. c. v. 18, p. 329.

44. Stapula dicitur à Germanico vocabulo Staffel, (*a*) ut indigitentur Gradus, in tali loco positi, ad exportandas & importandas merces. Alii dici putant, à Vocabulo Gallico, Estappe, (*b*) quod significat Forum, seu locum, ubi merces exponuntur, & sic Forum primarium Aureliæ Estappe dicitur, quod ibi vina stapulentur, alio exportanda. Vid. Limn. ad Capitulat. Ferdinandi II (III) pag. 700.

NOTÆ.

(a) STAFFEL &c. Ita sentit *Limnæus*, ad *Capitul. Ferdinandi III*, Art. 20, voc. *Stappel-Gerechtigkeit*, §. 5, pag. 706; & *Wehnerus, Observat. Pract.* voc. *Staffel-Recht*, pag. 447 &c. ast *Werdenhagen*, P. 3 *Rerum Hanseatic.* pag. 566, & *Klockius*, de *Contributionib.*, Cap. I, §. 272, p. m. 26, (rejiciendo sententiam *Petri Bertii*, qui, in descriptione *Hollandiæ Australis*, fol. 213, à verbo *stabulare*, *Stapulam* dictam putat, jusque *Stapulæ*, nihil aliud esse, quam jus sistendi & retrahendi ad se merces exoticas, ut nimirum eo loco stabulentur, & conquiescant, donec vendantur;) nec non *Schottelius*, de *singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*, Cap XXVI, *vom Stappel-Recht*, §. 10, pag. 471, derivari malunt vocabulum hoc à verbo *Stapeln*, quod idem esse ajunt ac *merces exponere, iterumque compingere*. *Strauchio*, Diss. de *Dominio Maris*, Cap. VII, §. 6, vocatur *Stapula* à voce *Staffel*, quam, in vetustissimo Lexico-Latino Saxonico, apud *Freherum*, Heidelbergæ, Latine *Forum* expositam, se vidisse testatur *Salmasius*, in *Observationibus, ad Jus Atticum*, Cap. V; assentiuntur *Strauchio*, *Fritschius*, de *Regali Nundinarum Jure*, Cap. X, §. 2, v. 11, p. m. 328, & *Dietherr*, in Addit. ad *Besoldi Thesaurum*, voc. *Staffel-Gerechtigkeit*, p. m. 898. Dn. *Multzii* sententia, Part. 2 *Corp. Jur. Publ.* Cap. X, §. 2, v. 12, pag. 427, eo abit, ut *Stapula* descendat à voce *Staffel*, seu Gradu, quod, ut *gradatim* merces invehuntur, ita etiam *gradatim* rursus avehantur, juxta seriem temporis scil. quo advehuntur, ne serius venientes præveniant prius & diutius commorantes. *Johanni Loccenio*, Lib. I, *de Jure Maritimo*, Cap. X, §. 2, & *Boxhornio*, in *Theatro Hollandiæ*, pag. 100, *Stapula* nomen habere videtur à voce mercatoria *Stapel*, qua velut in gradus erectionem & coacervationem rerum, præsertim mercium, intelligimus; Etymologiis his omnibus rejectis, putat Dn. *Winckler*, cit. Diss. Inaug. de *Jure Stapulæ*, §. 2, p. 7, 8 & 9, *Stapulam* dici à voce Anglo-Saxonica, *Staplo*, qua levem quandam & tumultuario opere exstructam, ac stipitibus quibusdam innixam, velisque obductam ædiculam, quibus Mercatores in Foro utuntur, nostrates *Stände*, seu *Krahm-Buden* vocant, denotarint.

(b) ESTAPPE &c. *Guicciardinus*, in *Descriptione Belgii*, pag. 181 (216) absurde derivat vocem *Stapulæ*, à Gallorum vocabulo *Etable*, quod *Stabulum* denotat, proinde graveolens *Schottelio* l. c. §. 1, pag. 458, & *Limnæo* l. c. & Lib. 2 *Jur. Publ.* Cap IX, §. 130, pag. 125. Nec ii audiendi, qui *Stapulam*, à Gallorum *Estappe*, i. e. Foro, seu loco, ubi publice merces exoticæ, vina præsertim, venum exponuntur, dictam censent; ut *Laurentius Bouchel*, T. I, *de la Bibliotheque ou Thresor du Droit François*, p. 1207, ap. *Limnæum* Tom. IV Addit. ad Lib. 2, cap. 9, §. 130, pag. 253. dicendum potius, *Estappe*, descendere à Germanorum *Stape*, vel *Stapel*, Forum significante; ut plura vocabula alia, quorum *Schottelius* l. c. §. 3, p. 462 meminit, originem à Germanis repetentia.

45. Stapula est Forum, seu locus publicus, in Urbe designatus, quo, Imperatoris (a) privilegio, merces exonerandæ, & venum exponendæ (d) sunt, antequam alio devehantur.

NOTÆ.

(a) IMPERATORIS &c. Hodie vero ejusmodi Privilegia, sine unanimi consensu Electoralis Collegii, auditisque desuper vicinis, ne quidem Imperatores amplius concedere valent, arg. Art. XXI *Capitulat. Leopoldi*, verbis seq. §. 51 occurrentibus, confirmatis Art. XX *Capit. Josephinæ*, ut & Art. VIII *Capitul. Carolinæ*. Vid. *Nitzschius*, ad Artic. XX *Capitulat. Josephinæ*, §. 6, pag. 438; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Differt. XII, §. XXVI, pag. 253; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. X, §. 6, v. 68, pag. 431. Notandum autem, Capitulationes has nihil præjudicii afferre Statibus, qui ante Pacta illa Capitulationum, quorum mentio ibi fit, (verb: *Doch soll denjenigen Privilegien, welche Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, sampt der Gefreyten Reichs-Ritterschafft, von Weyland denen vorgewesenen Römischen Königen, oder Kaysern, zur Zeit, da der Churfürsten Consens, per Pacta & Capitulationes, noch nicht also eingeführet, oder nœthig gevvesen, rechtmäßig erlangt, oder sonst ruhiglich hergebracht, hierdurch nichts präjudiciret, oder benommen, sondern von Uns, auf gebührendes Ansuchen, vermöge und in Krafft des obgesetzten dritten Artickels, confirmiret, und die Stände dabey, ohne Eintrag männigliches, gelassen; alle unrechtmäßige Zölle, Staffel und Niederlage aber, oder derselben Mißbräuche ---- cassirt und abgethan --- werden &c.*) Intuitu Vectigalium, aut *Stapularum*, jus aliquod quæsitum habuerunt, v. g. *Fridericus II*, *Saxonum* Elector, Qui, sub dato *Dresden*, 1455 *am Mittwochen S. Lamberti Dag*, *Dresdensibus* Privilegio Stapulæ prospexit; apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, *Erste Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 37, pag. 234 & 235; Unde concludendum Electorem ipsum hujus Juris omnino tunc fuisse participem; similiter Elector *Brandenburgicus*, cui, (nominatim *Friderico*, cum ferreis dentibus, Ejusque Fratribus *Johanni* Alchymistæ, *Alberto* Achilli, & *Friderico* Tangermundano,) *Fridericus III* Imp. An. 1456, *Limnæo* teste, ad Art. IX, *Capitulat. Maximiliani II*, voc. *Gar nicht gestatten*, pag. 493. speciale Privilegium, (cujus integram formulam Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Sect. 3, in Supplement. §. XI, ad p. 16, pag. 308 &c. suppeditat,) pro lubitu nova vectigalia erigendi, aut vetera augendi, concessit, ibi: *Fridericus III hat An. 1456, zu Neustatt, am Freytag, vor S. Jacobs-Tage, Churfürst Friderichen, Johan, Albrechten, und Friderichen, Marggrafen zu Brandenburg, und Burggrafen zu Nürnberg, und Ihren Erben, diese Freyheit geben, daß sie hinführo in ihren Churfürsten- und Fürstenthumb der Marck zu Brandenburg, der Burggrafschafft zu Nürnberg, und in Ihren Landen, wo Sie die haben, und noch überkommen mögen, Ihre Zolle, die Sie daselbst haben, nach Ihrem Gefallen, erhöhen, und in denselben Ihren Landen, wo, wann und wie Sie das gelüst, Zoll von neuem auffsetzen, auch auf Wein, Bier, und anders, das man in Ihren Landen gebraucht, und durch dieselbe führet, Auffschläg, nach Ihrem Gefallen, machen, und nehmen, können und mögen &c.* Quæ Tom. IV Addit. ad Lib. V, Cap. VII Jur. Publ. §. 136, pag. 844, repetit, consentientibus *Scheplizio* ad *Constitut. Marchicas*, P. 4. Tit. V, §. 3; (ubi simul Reversales *Joh. Sigismundi* Electoris, de An. 1612; quam declarationem quoque Recessus Provincialis Marchiæ, de An. 1653, §. *zum fünff- und sechzigsten &c.* continet) *Irenico* ad *Burgoldensem*, Part. I, pag. 183; *Sprengero*, in *Lucerna Imperii*, Cap. 2, p. m. 108; *Gastelio*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. IX, §. 117, pag. 446; Auctore *des Europäischen Herolds*, T. I, pag. m. 281; qui annectit, privilegium hoc à multis in dubium, minimum in litem, vocari; *Schwedero*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 12, pag. 790; *Nitzschio*, ad *Capitul. Josephi*, Art. 3, Cap. V, §. 8, p. 222; *Rhetio*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. XIII, §. 4, pag. 235; *Thulemario*, *Octovirat.* Cap. XVII, §. 26, p. m. 225; Ill. *Thomasio*, Diss. de *Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis & Reservatorum Imperatoriorum*, de An. 1696, §. X; Dn. *Joh. Francisco Berndes*, Diss. Inaugur. de *Negotiis*,

Negotiis, Capitulatione Cæsarea annullatis, An 1703, Præside Illustri Dn. *Stryckio*, Halæ defensa, Cap. 3, §. XVIII, p. m. 62; aliis. Hinc recte concludit Dn. *Thomasius* l. c. §. XI, vigore dicti Privilegii, competere Electori Brandenburgico adhuc hodie facultatem in Terris suis, antiquitus ac recens acquisitis, pro lubitu, nova *Stapulæ* Jura introducendi, & hujusmodi Privilegia Urbibus ditionum suarum concedendi. Conf. *Berndes* l. c.

(*b*) VENUM EXPONENDÆ &c. *Mylerus* ad *Rumelinum*, Part. 3, Differt. 3 ad *Auream Bullam*, §. 18, pag. 775, ait: *Ejusdem Juris est quoque concessio Juris Stapularum, seu Geranii, die Staffel-Gerechtigkeit, da man mit den Wahren zu Wasser anländen, solche aufladen, auf Begehren verkauffen, oder, im wiedrigen, verzollen muss &c.* Ad quæ *Schottelius*, de *singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*. Cap. XXVI, *von Stapel-Recht*, §. 1, pag. 459, provocat. *Marco Zuerio Boxhornio Theatr. Holland.* pag. 100, *Stapula, est Jus, quo potestas conceditur aliunde invectis mercibus quasi manum injiciendi, ab instituto cursu retrahendi, ac denique ita sistendi, ut non prius quam publico Foro divenditæ fuerint, alio transferantur &c.* Juxta *Jacobum Marchantium*, Lib. I, *Descript. Flandriæ*, pag. 122, notante *Limnæo* Tom. 4 Addit. ad Lib. 2 *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 130, pag. 253, Est *Privilegium Urbi collatum sistendi & stabulandi merces exoticas, venumque illic tantummodo prostituendi, nisi Institor Vectorve malit recurrere, unde venerat &c.* *Fritschius* de *Regali Nundinarum Jure*, Cap. X, §. 2 v. 13, pag. 328 eam definit, quod sit *Jus, in usum & commodum incolarum, Auctoritate & Privilegio Principis, Commercia, mercium expositione & venditione, in flumine publico sistendi & retrahendi.* Enimvero, cum *Jus Stapulæ* non ubique ejusdem sit naturæ, sed diversimode se habeat, rectius describitur à *Ziegle-ro*, de *Juribus Majestat.* Lib. I, Cap. 42, §. 1, pag. 743 &c. *Quod sit Civitatis, de certis quibusdam mercibus attinendis, ut in certo loco exponantur, vel solvendi Vectigalis, vel vehicula, aut naves, mutandi, vel vendendi, vel denique censuram subeundi Gratia, concessione Principis, vel Præscriptione, acquisitum.* Expeditum sane est, hoc jus non semper necessitatem vendendi involvere, sed consistere alicubi in sola solutione vectigalis; alibi, mutatione navium, vel vehiculorum, terminari, *wan die Waaren nur übergeschlagen, und in andere Schiffe, oder auf andere Achsen, geladen werden*, in gratiam scil. Civium & Subditorum illius loci, quo operis suis aliquid lucrari valeant; alibi, fieri utrumque; alibi, ita sisti merces, ut dijudicentur, & reprobatæ rejiciantur, Legesque Nautis & Rhedariis præscribantur; alibi vero eas venum exponendas venire, priusquam aliorsum devehantur. Vid. *Lehman, Chron. Spir.* præc. §. 44. l. b. Hinc *Schottelius*, l. c. §. 20, p. m. 481 & 482: *Triplex Jus Stapulæ à Doctoribus formatur, primum, quod jubet tantum exonerare merces, & solvere vectigal, quod minus plenum. Secundum, quod habet annexam vendendi necessitatem, quod - - - plenum dicitur. Tertium, quando Princeps Mercatoribus certis, vel etiam Universalibus, copiam facit merces suas in certum locum deferendi.* Conf. *Johannes Marquardus*, de *Jure Mercatorum*, lib. 2, Cap. 6, §. 33; *Joh. Henricus Stamler*, de *Reservatis Imperatoris*, §. 61; *Multzius, Corp. Jur. Publ.* P. 2. Cap. X, §. 2, v. 14, p. 427. *Fritschius* l. c. v. 17 & 18; *Strauchius*, de *Dominio Maris*, Cap. 7, §. 6; *Thomasius* l. c. §. XI; *Nitzschius*, Comment. in *Capitulationem Josephinam*, Art. XX, §. 5, v. 26 & seqq. pag. 437: quamvis vocabulum *Stapulæ* late nimis sumat, illud ita explicans, ut simul *Jura Emporii & Geranii* eo comprehendantur; Dn. *Winckler*, Diss. Inaug. de *Jure Stapulæ*, §. 3, pag. 11 &c.

46. Privilegia Stapularum variare solent, ita, ut interdum Mercatores aliquid cogantur solvere pro vectigali, referente *Lehmanno*, (*a*) de Privilegio Spirensium, Lib. 4, Cap. 22.

NOTÆ.

(*a*) LEHMANNO; Vid. præced. §. 44, lit. b. Conf. seq. §. 49 lit. a, ubi dicitur, quibus Privilegiis Spirenses gaudeant tam domi, quam Moguntiæ & Coloniæ.

47. Qui hoc Jure gaudent, facultatem habent, *Kauff-Hauss, Krane, Schiffer und Kercher; Kauffhauss-Oberherrn, Kranen-Meister und Kauffhauss Knecht, zu halten.* Item, *dass die Kauffhauss-Verordnete, über aussgeladene und niedergelegte Staffel-Waar, ob sie von Würden, oder nicht? erkennen und richten, und die, so unfertig, verwerffen, und den Fahrten, zu Schiff, und der Ax, Ordnung geben,* (*a*)

NOTÆ.

(*a*) GEBEN. Hæc ex *Lehmanno.* Vid. præced. §. 44, lit. b.

48. Hujus Privilegii respectu, merces dividuntur, quod aliæ sint *Staffelbar-Güther* (*a*) aliæ, *Meß-Güther.*

NOTA.

53. Cum autem Imperii multum interſit, ut & Poſtæ bene diſponantur, & peregrinantes, ab illarum Præfectis, non nimium onerentur, in Inſtrum. Pac. Art. XI (a) conſtituitur: Ut immoderata (b) Poſtarum, omniaque alia inuſitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis uſus deterior redditus eſt, penitus tollantur. Hinc Anno 1658, cum Imperator Noſter eſſet coronandus, Principes & Status Imperii ad Ejus Capitulationis Art. XXV, (c) monuerunt: *Daß die Poſtmeiſter, Poſthalter und Poſt-Bediente, denſelbigen Churfürſten, Fürſten und Standen, in welcher Landen, Gebieth und Stædten ſie ihre Poſt-Aembter exerciren, und wohnen, verpflicht ſeyn, und durch dieſelbe, dem Uhr-alten Herkommen, und Botten-Gebrauch, einiger Eintrag und Verhinderung nicht zugefüget, ſondern dißfalls, alle und jede Stande, bey Ihren, vor dem jüngſten Krieg, gehabten Freyheiten, wie auch freybeſitzlichem Gebrauch, Rechten, Privilegien, und zum theil deßwegen vorgegangenen ſonderbahren Pacten, und Vertrægen, ohnperturbirt gelaſſen, und reſpective weniger nicht Chur-Fürſten, Fürſten und Standten, und Dero, ſonderlich auf Reichs-Conventen, habende Geſandſchafften, mit dem Brief- und Poſt-Geld nicht beſchwæret, noch übernommen, auch ſonſten dasjenige gebührlich beobachtet und vollzogen werden ſolle, was, dieſes Puncts halben, bey künfftigem Reichs-Tage geſchloſſen werde.* Vid. Contin. Theatr. Europ. ad An. 1658. In Capitulatione poſtea definitio ultimorum gravaminum in proxima Comitia dilata eſt; Imperatorque promiſit, ſe effecturum, ne Præfectus Poſtarum Curiæ Archiducalis & Provinciarum Hæreditariarum Præfecto Generali Poſtarum Imperii (d) ullum incommodum, in Jure ſuo, adferat, ejuſque exercitium impediat; ſecundum tenorem Decreti, quod jam Anno 1641, (e) in Comitiis Ratisbonenſibus, factum erat Capit. Leopold. Art. XXXV.

NOTÆ.

(a) ART. XI &c. Rectius IX. §. *Et quia publice intereſt*, I. Querelæ, contra Poſtis præfectos motæ, Art. XXXV, *Capitul. Leopoldin.* ad Comitia remiſſæ ſunt; medela quædam adhibita, in *Capitulatione Joſephi*, Art. 34. *Und demnach*; ut & *Caroli VI*, Art. XXIX, *Und demnach &c.*

(b) IMMODERATA &c. *Lamoralis Claudius Franciſcus*, Comes de *Taxis*, promiſit jam in Reverſalibus, d. 16 Mart. 1647, inter alia, *mit Einnehmung des Brief-Gelds, wieder Gebühr, Niemandt zu beſchwären &c.* Vid. *Ludovicus von Hornigk*, de *Regali Poſtarum Jure*, Cap. VI, Theorem. I, pag. 42; Dn. *Lunigius* Part. General. *des Teutſchen Reichs*-Archivs, pag. 462. Idem pollicitus eſt Dn. *Eugenius Alexander*, Com. de *Taxis*, in Reverſalibus ſub dato Brüſſel, 15 Mart. 1677, apud Dn. *Lunigium*, Part. General. *des Teutſchen Reichs*-Archivs, p. 471.

(c) ART. XXV. &c. Lege Art. XXXV.

(d) POSTARUM IMPERII &c. De Querelis *Taxiorum* & *Paariorum* invicem motis, vid. præced. §. 53, lit. f. Hodie *Taxii* promittere tenentur, ſe *Paarios* in munere ipſis credito non turbaturos; vid. Reverſales Dn. *Eugenii Alexandri*, Com. de *Taxis*, ſub dato *Brüſſel*, 15 Mart. 1677, apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 471, ibi: *Als hab ich - - - - Ihrer Kayſerlichen Majeſtät verſprochen, thue auch ſolches hiemit wiſſentlich - - - daß nemblich, Ich, und meine Erben, - - - - unterm Prætext und Vorwand, obverſtandener mir erwieſener Gnad, neuen Einſatz, Bewilligung und Verleyhung Ihrer Kayſerlichen Majeſt. in Dero Erb-Königreichen Ungarn und Böheim, und deren incorporirten Provintzien, wie auch dem Ertz-Hertzogthum Oeſterreich, Unter und ob der Enß, denen damahligen Frey-Herren von Paar, in Anno 1624 den 4 Sept. verliehenen Hof- und Nieder-Oeſterreichiſchen Poſt-Aembtern, keinen Eintrag, Irrung, Hinderniß, und Beſchwärung, wie und auf was Weiß ſolches immer beſchehen und zugehen möchte, thun oder zufügen ſolle, noch wolle; ſintemahlen Höchſtgedachte Kayſerliche Majeſt. für Sich, und Deroſelben Nachkommen am Reich, und Dero Hochlöblichen Hauß Oeſterreich, vorberührte Hoff- und Nieder-Oeſterreichiſches Poſt-Ambt von angezogener Gnad, Bewillig- und Verleyhung* (ſcil. Generalis Præfecturæ Poſtarum Imperialium Taxiis conceſſæ) *gantz abgeſondert, und außgeſchloſſen, und darunter im wenigſten begriffen und verſtanden haben wollen &c.*

(e) ANNO 1641 &c. Lege 1640, quo duo Decreta, circa hanc rem, emanarunt, alterum sub dato *Regenspurg*, 8 Junii, cujus formulam Dn. *Lunigius* l. c. pag. 460, exhibet; & alterum, sub dato *Regenspurg*, 4 Aug. quod apud eundem l. c. pag. 460 & 461, ut & apud *Ludovicum de Hornigk* l. c. Cap. VI, Theorem. 3, p. 61 &c. reperitur.

54. Item, Jus Viarum publicarum, (a) *Kayserliche Freye Heer-Straßen* (b) *zu haben*, (c) Besold. de Regalib. c. 8, §. 4.

NOTÆ.

(a) JUS VIARUM PUBLICARUM &c. Legi hic merentur Tract. *Ahasveri Fritschii*, de *Regali Viarum publicarum Jure*, An. 1662, editus, & an. 1678 recusus, Part. I *Variorum Ejus Tractatuum Juris Publici & Privati*, pag. 474 & seqq. *Joh. Volck. Bechmanni*, Diss. de *Jure Viarum*, Jenæ 1670; *Hieronymus Alers*, Diss. Inaugur. de *Regali Viarum publicarum Jure*, Præside *Christiano Ernesto Reichenbachio*, An. 1679, 14 Oct. Heidelbergæ habita; *Besoldus*, Thesaur. Pract. voc. *Land-Strassen*, p. m. 522, ibique *Dietherr* in Addit. pag. 523: Idem in *Continuatione dicti Thesaur.* voc. ead. pag. 358 &c. *Einsiedel*, de *Regalib.* Cap. 2, §. XXV, v. 261 &c. pag. 267; *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. XIX, pag. 103 &c. *Sixtinus* de *Regalib.* lib. 2, c. 2, §. 9; *Bocerus* de *Regalib.* Cap. 2, §. 144; *Arumæus*, *Jur. Publ.* Vol. 3, Discurs. 15; *Schützius*, *Jur. Publ.* Vol. I, Exercit. VI, §. 18, pag. m. 385 &c. *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, pag. 411 &c. *Myrus ab Ehrenbach*, in Notis ad *Rumelinum* in *Auream Bullam* Part. 3, Diss. 3, §. 23, p. m. 779 &c. & de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 59, pag. 534 &c. Juris Publici Interpretes reliqui.

(b) FREYE HEER-STRASEN &c. Vocantur *Heer-Straßen*, quod tam amplæ sint, ut integer Exercitus, erectis hastis & vexillis, per eas incedere queat. Synonyma sunt: *Offene Land-Strassen*, ab earum usu, qui omnibus honestis patet; *Heyden-Straßen*, à fabulosa vulgi quondam existimatione, militares vias, omnes ante Christum natum, ab Ethnicis esse stratas; (vid. *Miræi Cod. Donat.* f. 87) *Glaids-Straßen*, à salvo Conducto & securitate publica, quibus peregrinantes in iis fruantur; *Baanen*, quod per *banna*, seu indicationes Principum, earum solennitas patefiat; *Freye-Gemeine-Straßen*; *des H. R. Reichs-Straßen*; *Kœnigs-Straßen*; *Werben* &c. &c. Vid. *Vultejus*, de *Feudis*, Lib. I, C. V, §. 7, p. 71; *Sixtinus* l. c. *Einsiedel*, l. c. v. 263, pag. 268; *Daniel Otto* l. c. *Fritschius*, l. c. Cap. I, §. 6 & 7, pag. 479, & Cap. 2, §. 15, pag. 488; *Reichenbach* l. c. §. 5, pag. 3. Jure Civili habeat regulariter *Via publica* octo pedes in porrectum, & sedecim in anfractum, ut scil. in concursu vehiculum alteri cedere, aut commode circumagi queat; per L. 8 ff. de *Servit. Præd. Rustic.* nec non L. 23, ff. eod. Similiter *Spec. Saxon.* lib. 2. Art. 59, f. m. 113, habetur: *Regia Via, ut currus currui cedere possit, debet esse dilata &c.* Ideom. German. *Des Koniges-Strate schal sin also breit, dat en Wagen, den anderen gerumen moge &c.* & *Weichbild*, Art. 130: *Ein jegliche Landt-Straß soll haben zu Recht in Weite acht Fuß &c.* & ibid. Gloss. *des Kœniges Straß soll haben eine solche Weite, daß ein Wagen dem andern entweichen mög &c.* Conf. *Gothofredus*, in Not. ad dictam L. 8 ff. de *Serv. præd. Rust.* & *Fritschius* l. c. Cap. I, §. 17, pag. 481 &c. Hodie latitudo *viæ publicæ* à Summi Magistratus benaplacito dependet. In Gallia minimum 36 pedum esse debet; vid. *Fritschius* l. c. pag. 483.

(c) ZU HABEN &c. *Vias publicas* possideri *Jure Regali*, (ut accurate *Fritschius* l. c. Cap. 3, §. 14, pag. 491 & loquitur,) hocque intuitu ad *majora* Principum *Regalia* referri solere, ex præced. Tit. 2, ad Rubr. lit. a, dictis constat. Conf. *Francisci Marci*, *Decisiones Parlamenti Delphinat.* Part. I, Decis. 336, n. 18; *Joh. Baptista Costa*, Tr. de *Quota & rata*, Q. 15, n. VI; *Besoldus*, *Thes. Pract.* voc. *Landstraßen*, pag. 522; *Diether*, *Contin. hujus Thesauri*, voc. ead. pag. 358; *Fritschius* l. c. Plures alii; Quandoquidem (1) Tutela & defensio earum ad Principem pertinet, in tantum, ut & itinera facientibus, & per eas incedentibus, damna *Robariæ*, & rapinam resarcire teneatur; arg. R. I. *August.* de An. 1559, §. 34, *Damit dan die Obrigkeit &c.* Add. *Specul. Saxon.* lib. 2, Art. 27, verb: *Weme he aver Geleyde gifft, synen Schaden schal he bewaren bynnen Syme Geleyde &c.* *Berlichius*, Part. I *Decis. Aurear.* Decis. 88, §. 41, p. m. 224; *Gailius*, lib. 2 *Observat. Pract.* Observat. 64. pag. 412, ubi, in causa mercatoris cujusdam, qui, ad nundinas Francofurtenses proficiscens in *Via publica* deprædabatur, contra Episcopum Herbipolensem, tanquam Territorialem Dominum, ita judicatum refert; *Mynsinger*, *Observat. singul.* Cent. V, Observat. 70, p. m. 386 &c. *Besoldus* l. c. pag. 523; *Dietherr* l. c. *Otto* l. c. pag. 412; *Mylerus*, de *Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 59, §. 5 & 6, pag. 538; *Rei-*

538; *Reichenbach* l. c. §. 18, pag. 9. (2) *Jurisdictio*, quo titulo Princeps Territorialis in *viis publicis* delinquentibus pœnas irrogat; fugitivos prosequentibus veniam concedit; vectigal & pedagium exigit; edicta viarum promulgat; &c. hinc est, quod si Castrum, per cujus Territorium *Via publica* protenditur, Nobili cuidam, cum mero Imperio, in Feudum concedatur, Jurisdictio non simul concessa infeudato, sed Principi reservata, censeatur. Vid. *Fritschius* l. c. Cap. 3, §. 20, p. 494 &c. & Cap. 10, §. 11 & seqq. pag. 537; *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. 2, Tit. 20, §. 1, p. 445; *Dietherr*, l. c. pag 359; *Schneidewin*, ad *Instit.* §. ult. de I. N. G. & C. *Otto* l. c. pag. 413 & 414; *Schützius* l. c. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. Contrariæ Sententiæ Patronis, *Bocero* de *Regalib.* Cap. 2, n. 145; *Rosenthalio*, de *Feudis*, Cap. V, Concl. 12; eorumque asseclis, existimantibus, ei, cui merum Imperium in Territorio concessum, hoc ipsum in qualibet Territorii parte concessum esse, tenendum, arg. l. 239 §. *Territorium*, de V. S. præterquam quod Jurisdictio cum Jure Regali nihil habeat commune, sed toto genere ab eo differat, satisfacit *Fritschius* l. c. §. 13 &c. pag. 537 &c. respondendo ad (1) generali concessione non comprehendi ea, quæ non nisi specialiter impetrentur; ad (2) Merum licet Imperium nihil commune habeat cum Jure Regali, inde tamen nullam Jurium se mutuo expellentium nasci contrarietatem, cum regulariter ei, penes quem Superioritas Territorialis, ut totum potentiale, residet, omnes quoque partes potestativæ, proinde & merum mixtumque Imperium, inesse præsumantur, donec privatio probetur; Conf. *Vultejus*, de *Feudis*, Lib. I, Cap. V, §. 7, pag. 78. (3) *Refectio earum* vicissim Eidem incumbit, ut iter non solum tutum, sed & commodum, reddatur. Vid. *Schützius*, l. c. *Besoldus* l. c. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. Hodie, vigore Superioritatis Territorialis, Regale Jus viarum publicarum, non minus ac Regalia reliqua, spectare ad Territoriales Dominos, extra controversiam ponitur; quare & omnem Jurisdictionem in viis publicis Territoriorum suorum exercent, peregrinantibus securitatem præstant, vias reficiunt, & quicquid commodiori itineri inservire potest, aptari curant. Vid. *Rhetius* l. c. *Schützius* l. c. *Mylerus* de *Statibus Imperii* l. c. §. 1, pag. 534 & 535; *Fritschius* l. c. Cap. 3, §. 2, 3 &c. pag. 489 &c. & Cap. 4, §. 1, 2, &c. pag. 495. Quid in genere circa vias publicas dispositum, ex *Spec. Saxon.* cit. Lib. 2, Art. 59, fol. 113, petendum est, ubi: *Regia via, ut currus currui cedere possit, debet esset dilatata. Currus vacuus cedere debet onerato; & minus magis onerato; & cedat ambulans equitanti, & equitans currui cedat. Si autem in via arta consistunt, vel supra pontem, aut si equitans, aut transiens, persecutionem patiatur, stet currus, donec procedent. Quis curruum prius pontem ascenderit, præcedere debet &c.* Germ. *Des Kæniges Strate schal syn alsô breit, dat en Wagen den anderen gerumen moge. De ydel Wagen, schal rumen den geladenen; unde de myn geladene, de meren; de Rydene, wike deme Wagene; unde de Gande, deme Rydene. Syn sy aver in einem engen Wege, oder up ener Bruggen, oder yaget men enen Rydene, oder tho Vote, so schal de Wagen stille stan, beth dat se vorekomen. Welck Waghen erst uppe de Brugge kummet, he sy ydel, oder geladen, de schal allererst over gaen &c.* Idem adhuc hodie in Saxonia observari, notat *Zobelius*, de *Different. Jur. Civil. & Saxon.* part. 2, §. 46. n. 1, & ex eo *Fritschius* l. c. Cap. I, §. 17, p. 483.

§§. Item, Jus Academias erigendi, (*a*) cui Imperator (*b*) non videtur præjudicasse, quod in Instrum. Pac. Art. X, §. 6, v. 13, Regiæ Majestati Sueciæ, communi Statuum consensu, jus erigendi Academiam, vel Universitatem, ubi, quandoque, Ei visum fuerit, concessit.

NOTÆ.

(*a*) ACADEMIAS ERIGENDI &c. De *Academiis* legi merentur, *Jacobi Middendorpii*, Universitatis Coloniensis Pro-Cancellarii, Libri octo, *de Academiis Orbis Universi, earumque origine & progressu.* Ejusdem libri duo de *Officiis Scholasticis.* *Christophori Besoldi* Diss. de *Jure Academiarum.* Ejusd. *Thesaurus Practicus*, voc. *Academia*, pag. 8. & seqq. exhibens catalogum omnium Academiarum sui temporis; *Joh. Matthias Mayfartus*, Theol. D. & Prof. Erfurtensis, de *Disciplina Academica.* *Thomæ Lansii* Commentatio de *Academiis*; *Limnæus* Tot. Lib. VIII Jur. Publ. quem de *Academiis* inscripsit. *Conringii* Dissertationes sex, de *Antiquitatibus Academicis*, excus. Helmstadii, Anno 1674, quibus itidem natales omnium Academiarum, singulari studio, pervestigat; Ejusdem Diss. ad L. I, Cod. Theodos. de *Studiis liberalibus Urbis Romæ & Constantinopolis*; Ejusd.

Ejusd. Differt. *de iis, quæ in studioso quovis requiruntur, qui in Academia velit studiorum fructum carpere.* *Johannis Gisenii* Disp. de *Vita Academica.* *Itteri* Diatriba de *Gradibus Academiarum.* *Petrus Bertius*, Lib. 3 *Commentariorum Rerum Germanicar.* Cap. 2, quod de *Scholis & Academiis Germaniæ*, inscripsit, pag. 9 &c. *Dietherri Continuatio Thesauri Besoldiani*, voc. *Academien*, p. m. 13. *Speidelii Speculum* voc. *Academia*, pag. m. 9. Integer titulus X, sequentis Libri IV. *Schützius*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. I, §. 7 & seqq. pag. 8 &c. *Bœclerus*, Lib. 23 *Notit. Imperii*, Cap. 1 & 2, p. 289 &c. *Schweder Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. VI, pag. 310 &c. Interpretes Juris Publici omnes. *Europ. Heroldt*, Tom. I, pag. 889 &c. Catalogum omnium Academiarum sistunt etiam *Franciscus Schweertius*, in *Athenis Belgicis*, pag. 59 &c. *Alstedius*, in *Chronolog.* f. 143, *Chronicon Chronicorum*, f. 1280; *Reusner, Isagog.* f. 163 &c. *Daniel Otto*, Cap. 24 *Jur. Publ.* pag. 702 &c. Conf. Dn. *Caspari Thurmanni*, Duci Lauenburgico quondam à Consiliis, Tract. quem sub tit. *Bibliotheca Academica*, An. 1700, Halæ Magdeburgicæ edidit.

(b) IMPERATOR &c. Solius Imperatoris Regisque Romanorum esse: *Academias erigere, easque confirmare*,

(1) tradunt: *Bocerus* de *Regalib.* C. 2, §. 121; *Sixtinus*, de *Regalib.* l. 1, c. 2. n. 26. *Einsiedel* de *Regalib.* Cap. 2, §. XV, v. 176, p. 211; *Carpzovius* de *Regalib.* Cap. 2, Regal. XIII, p. 81; *Besoldus*, de *Regalib.* Cap. VII, §. XI; *Matthias Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 3, part. 2, c. 2, n. 1 &c. *Clutenius, Syllog. Rer. Quotidian.* §. 21, lit. d &c. *Vultejus* de *Feudis*, Lib. I, Cap. V, §. 7, p. m. 69; *Schützius* l. c. §. 8, p. 9; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. I. Class. V. Cap. VI, §. 9, v. 132, pag. 616; *Bœclerus* l. c. Cap. I, §. 2, pag. 289; *Rhetius, Instit. Jur. Publ.* Lib. 1, Tit. 4. §. 63, pag. 178; *Multzius, Corp. Jur. Publici*, Part. 2, Cap. 23, §. 2, v. 14, p. 737 & 738; & §. 3, v. 30; *Coccejus, Prudent. Juris Publici*, Cap. 23, §. 25, pag. 368 &c. *Schilter, Instit. Jur. Publ.* Lib. I. Tit. XV, §. 8, pag. 169; *Kulpisius* ad *Monzamban.* Part. 2, Cap. V, §. 27, pag. m. 184; *Münchmayr, Jur. Publ.* Part. Cap. V, §. 12, pag. 85; Alii multi. Veram dicunt alii esse thesin hanc, si *Academiæ* voce intelligamus *Collegium*, sive *Corpus, docentium & discentium, in Dei O. M. gloriam & honorem, & Reipublicæ emolumentum, institutum, Jure habendi Senatus Academici, potestateque omnis generis honores Academicos, per totum Imperium coruscantes, quales sunt: Doctorum, omnium Facultatum, pariterque ac Licentiatorum, Magistrorum artium Liberalium, Baccalaureorum, Poëtarum &c. bene meritis conferendi, reliquisque Juribus & Privilegiis omnibus, quibus Academiæ ut plurimum præditæ sunt, exornatum*; Quod si vero, titulo hoc, saltem intelligas *Collegium*, seu *Corpus, docentium & discentium, in Dei O. M. gloriam honorem, & Reipublicæ emolumentum ac utilitatem institutum, potestateque publice docendi, Senatumve Academicum habendi, & certa præmia, (nec solennes illos Doctorum, Licentiatorum, Magistrorum &c. titulos) bene meritis conferendi, publicis reditibus, seu Salariis, certisque privilegiis utendi, fruendi, præditum*; perperam potestatem hanc Imperii Statibus denegari, utpote quibus, vi Superioritatis, qua in Territoriis pollent, omnino integrum, ejusmodi Scholas, Gymnasia, Collegia Illustria, pro lubitu instituere atque fundare. Vid. Dnn. de *Seckendorf, Teutscher Fürsten-Staat*, Part. 2, Cap. 14, §. 4, pag. 311 &c. *Coccejus* l. c. *Schweder* l. c. §. 4, pag. 318; *Multzius* l. c. §. 4, v. 36, pag. 739; *Hornius, Jur. Publ.* Cap. 41, §. 34, pag. 370; *Struvius, Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XI, §. 23, pag. 231 &c. *Matthias Daniel Laurens*, Diss. Inaugur. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, An. 1697 Halæ habita, Cap. VI, §. 8, pag. 203 &c. Cui assertioni illustrandæ tot Scholæ, Gymnasia, Collegia, Illustria, per universam Germaniam erecta inserviunt, v. g.

(2) *An. 1523*, *Gymnasium Goldbergense*, in Silesia, à *Friderico*, Duce Lignicensi; An. 1528, in Gymnasium Academicum mutatum, Annoque 1554 *Lignitium* translatum. Vid. Auctor *des Staats von Schlesien*, Cap. IX, p. 514 & 515.

An. 1538, *Gymnasium Argentoratense*, à Senatu Oppidano. Vid. *Bœcler, Hist. Seculi XVI*, p. m. 417. *Zeiler, Descript. Circuli Rhenani Superioris*, voc. *Straßburg*, pag. 855. *Bertius* l. c. pag. 12.

An. 1542, *Elbingensis Schola*, ab *Alberto I*, March. Brandenburg. Duce Borussiæ. Vid. *Swertius*, in *Athenis Belgicis*, pag. 77; *Bœcler* l. c. *Bertius* l. c. pag. 13.

An. 1543, *Misnensis, Portensis* & *Merseburgensis Scholæ*, à *Mauritio*, Duce Saxoniæ, Vid. Dn. *Müller, Annal. Saxon.* ad h. a. pag. 99, sub 21 Maji: *Montags nach Trinitatis, wurde ein, uff Hertzog Moritzens Befehl, in Druck gefertigtes Patent publiciret, und darinnen männiglich kund gethan, daß in selbigen Landen drey Fürsten-Schulen, zu Meissen, Pfordte, und Merseburg (welche letztere nachmahls gen Grimm verleget) gestifftet worden: und in jed-*

ein jedweder eine gewisse Anzahl Knaben, als, bey der Ersten, 60; bey der andern, 100; und bey der letztern, 70 Knaben, jedoch, daß keiner unter 11, und keiner über 15 Jahr seines Alters, so wohl Adel - als Bürgerlichen Standes, mit Kost, Lager und geschickten Præceptoribus, und zwar jedweder Schüler uff 6 Jahr lang, unterhalten werden solle. Conf. *Bœclerus* l. c. pag. 418, addens, *Grimanam* Scholam demum anno 1550, 14 Sept. apertam esse; provocansque ad *Fabricii Origines Saxonicas*, lib. 9, pag. 98 &c. & *Joh. Schorii Descriptionem Gymnasii Grimmensis.*

An. 1544, *Schola Gothana*, à *Joh. Friderico* Elect. Saxon. vid. *Müller* l. c. ad h. a. p. 101.

Circa hoc tempus, *Lauingensis Schola*, in Superiore Palatinatu, à *Wolfgango*, C. P. R. Bipontino. vid. *Petrus Bertius* l. c. p. 17.

An. 1554, *Gymnasium Lignicense*, *Goldberga*, uti dictum, eo translatum, vid. ad An. 1523.

An. 1559, *Illustris Schola Hornbacensis*, in Ducatu Bipontino, à *Wolfgango* C. P. R. Vid. *Bœcler* l. c. pag. 511. Conf. *Zeiler*, Descript. *Circuli Rhen. Super.* voc. *Hornbach*, p. 830.

An. 1564, 21 Mart. *Gymnasium Briegense*, in Silesia, à *Georgio* Duce, vid. cit. *Staat von Schlesien*, l. c. p. 515. quamvis *Bœclerus* l. c. p. 58, id ad annum 1572 referat.

An. 1565, 9 Julii, *Gymnasium Gorliciense*, in Superiori Lusatia. vid. *Bertius* l. c. p. 14.

An. 1575, *Schola Altorffiana*, à Senatu *Norimbergensi*, 29 Junii aperta, primo Rectore *Valentino Erythræo*, Lindaviensi. Vid. *Acta Introductionis, Norimbergæ 1576 excusa. Bœcler* l. c. *Zeiler*, *Topograph. Francon.* voc. *Altdorff*, pag. 20; & *Descript. Circuli Franconici*, voc. ead. pag. 495. *Petrus Bertius*, l. c. Cap. 2, p. 12, non satis accurate producit, hoc tit. annum 1579.

An. 1578, *Schola Neostadiana Nemetum*, à *Johanne Casimiro* C. P. R. vid. *Parei Histor. Palat.* pag. 347, *Bœcler* l. c. pag. 692. *Bertius* l. c. pag. 18.

An. 1579, *Schola Corbacensis*, in Comitatu Waldeccensi, à *Josia* Comite Waldeccio. *Bœcler* l. c.

An. eod. Schola Zwiccaviensis, in Misnia, ab *Augusto* Elect. Sax. vid. *Bœcler* l. c.

An. 1581, *Gymnasium Servestanum*, à *Joachimo Ernesto*, Principe Anhaltino; vid. *Bœcler* l. c. *Bertius* l. c. p. 21, id rejicit ad An. 1585.

An 1582, 5 April. *Gymnasium Heilsbronnense*, in Franconia, à *Georgio Friderico* March. Brandenb. Onoldino, Vid, *Bertius* l. c. pag. 15; *Bœcler* l. c. pag. 693; *Zeiler, Descript. Circuli Francon.* voc. *Hailsbronn*, pag. 506.

An. 1583, *Gymnasium Durlacense*, ab *Ernesto Friderico*, Marchione Bado - Durlacensi. *Bœcler* l. c.

An. 1585, *Schola Herbornensis*, in Comitatu Nassovio - Dillenburgensi, à *Johanne*, Com. Nassovio, vid. *Textoris Nassauische Chronick*; *Joh. Henr, Dauberi Leich-Rede, vom Absterben Printz Henrich Friderichs von Oranien*, pag. 100; *Zeiler*, Descript. *Circuli Rhenani Superioris*, voc. *Herborn*. pag. 826; *Bœcler* l. c. *Bertius* l. c. p. 16.

An. 1589, *Schola Siegensis*, ab eodem. vid *Bœcler* l. c.

An. eod. Gymnasium Schuttorfinum, ab *Arnoldo*, Comite *Bentheimio*, & *Tecklenburgico*; & sequenti, commodioris loci causa, *Steinfurtum*, translatum. Vid. *Bœcler* l. c. Conf. *Bertius* l. c. pag. 21.

An. 1592, 27 Sept. inauguratum *Illustre Collegium Tubingense*, à Serenissimo Duce *Würtenbergico, Ludovico*, jam an. 1588 primo lapide posito, ingenti sumptu fundatum, Cœnobiique *Franciscanorum* reditibus donatum, & ab Ejus successore, *Friderico* Duce, ad finem perductum, novisque proventibus amplissime auctum. Vid. *Laudatio funebris*, honori *Friderici* hujus, An. 1608, 23 April, habita, apud *Lansium*, in *Mantissa Consultationum* p. m. 298 &c. Conf. *Zeileri*, *Topograph. Sueviæ*, voc. *Tübingen*, pag. 185; *Bœcler* l. c. Dn. *ImHoff Notit. Proc. Imperii*, lib. 4, cap. VI, §. 10, pag. m. 169.

An. eod. Collegium Jesuitarum Paderbornæ, ab Episcopo *Theodoro Fürstenbergio*, vid. *Cherubini* T. 3 *Bullarii Magni Romani* pag. 314 &c.

An. 1610, *Gymnasium Stadthagense*, ab *Ernesto*, Comite *Holsato-Schaumburgico*. vid. Dn. *Friderici Lucæ, uhralter Grafen-Saal*, p. m. 541.

An. 1617, 20 Sept. *Gymnasium Saltzburgense*, à *Marco Sittico*, C. ab *Hohen-Embs*, Archi-Episcopo, ibid. vid. *Franciscus & Paulus Metzger*, Hist. Salisb. lib. V, Cap. 16, p. 685.

An. 1623, *Gymnasium Illustre Quedlinburgicum*, sub *auspiciis Dorotheæ Sophiæ*, Abbatissæ, è Ducibus Saxo - Altenburgicis oriundæ, ita vocari cœptum, quod prius Schola erat, an. 1539. ab Abbatissa, *Anna* Com. *Stolbergia*, erecta. vid. Dn. *Friderici Ernesti Kettneri* Quedlinburgische *Kirchen-Historie*, Cap. 33, p. 242 & 243.

An. 1655, *Collegium Illustre*, a Serenissimo Duce Brunsuicensi & Luneburg. *Christiano Ludovico*, in Abbatia

Abbatia D. *Michaëlis Luneburgi*, postea, an. 1660, sequenti diplomati in *Gymnasium* conversum:

Nos, D. G. **Christianus Ludovicus**, *Dux Brunsuicensis & Lyneburgensis &c. Lectori, & omnibus quorum interest, gratiam & salutem. Quemadmodum publico bono augendo & ornando nihil unquam prius & antiquius duximus, ita, principes inter curas, semper posuimus potissimam ejus partem,* **Rectam Juventis educationem.** *Ab hac enim quantus in omnes humanæ vitæ partes fructus redundet, quantumque contra detrimentum humano Generi inferat neglectus animorum cultus, nemo tam sui hospes est, id qui ignoret. Nihil attinet Spartam consulere, aut ab inferis revocare Lycurgi canes, ipsa sese experientia testem Magistramque offert, & quotidie magno numero producit homines, in reprehensionem magis, quam laudem suam, eductos. Nimirum, ut Matrem quisque aut novercam habuit educationem sui, ita vel virtutis deinceps, vel, quæ est natura nostra perversitas, facilius multo vitiorum scribitur hæres. Neque enim nos tales Natura genuit, ut eam ipsam intueri, eademque optima Duce cursum vitæ conficere possimus; sed parvos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque depravatis, sic restringuimus, ut nusquam Naturæ lumen appareat. Quin, simul atque editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo pravitate, & in summa opinionum perversitate, versamur, ut pene cum lacte, nutricis errorem suxisse videamur. Huic igitur malo medicinam factura Priscorum sapientia non* privatas *tantum, sed* publicas *cum primis instituit* docendi & discendi Officinas; *in quibus rudes, à teneris, animi literas, omnium fundamenta virtutum, docerentur, &, sapientiæ præceptis, ad frugem atque virtutem formarentur. Ab istis veterum vestigiis ne latum quidem unguem recessere Nostri, gloriosæ memoriæ, Majores; in quorum animis quanta educandæ & erudiendæ Juventutis cura excubarit, præter alia posteris consecrata monumenta, tot devota pietati Cœnobia, Academiæ & Scholæ, grato ore loquuntur. Illustre, inter alia, exemplum ediderunt olim Incluti Heroës Saxonici,* **Hermannus Billingus**, *Ejusque, laudatissimæ memoriæ, Magni Successores, exstructo, in honorem Archangeli Michaëlis, ac deinceps locupletato Amplissimo illo, quod hac in Urbe Nostra Lyneburgo eminet, Cœnobio, non alia fini, quam ut pietatis & virtutis esset officina. Nec vero proximis illis temporibus tam laudabile Heroum institutum successus fefellit. Verum enim vero, ut pleraque vetustate attrita dilabi sensim, & in pejus ruere, amant, ita hoc quoque Nostrum Cœnobium, tot Seculorum seriem incorrupto vigore emensum, senectutem tandem suam ostendere, atque alia minari cœpit. Nos itaque, continuandi laudatissimum hoc Majorum institutum cupidos, pro digna Principe vigilantia, providere oportuit, quomodo labenti huic & fatiscenti ædificio succurreretur, &, quæ in proclivi erat, ruina averteretur, id unice agentes, ne quid bono publico, & præsertim erudiendi Juventutis commodo, decederet. Cujus rei ut luculentissimum extaret testimonium, manum operi admovendum curavimus, collapsa ædificia restituimus, nutantia suffulsimus, nova exstruximus, nullisque sumptibus pepercimus, ut Cœnobium hoc Nostrum ab interitu vindicaretur, & ad Natales suos, primasque, quantum posset, Leges revocaretur. Proxima ab hac cura fuit, ut ingenui aliquot, ex Nostra & extera Nobilitate, Adolescentes, in Musis recens consecratum domicilium recepti, nec literis tantum & moribus, sed & armorum usu, aliisque suo ordini & ætati convenientibus studiis, fideliter exculti, victu liberali alerentur. Quorum plerique cum bonam de se spem ostendant, laudabiles eorum conatus clementer provehere animum induximus. Non enim majus in hanc ætatem conferri potest beneficium, quam cruda illorum & teneriora adhuc molimina ad suam paulatim perducendo maturitatem. Quare, ut hac etiam parte Clementiam ac Benignitatem Nostram minime in se claudier re ipsa cognoscant, pro Nostro in rem literariam favore & gratia, in eo, quod est in Urbe Nostra* Lyneburgo, *ad S. Michaëlis Cœnobio Nostro,* **Illustre Publicum Gymnasium** *(quod hactenus* Schola equestris *audiit,) Deo feliciter annuente, aperire, & Studioso Juventuti, de proba & fideli in Linguis & artibus institutione, constitutis in hunc finem non modo bonarum artium Professoribus, sed & morum atque armorum, in Nobilitatis Gratiam, Magistris, Alumnis etiam Nostris de liberali victu prospicere decrevimus; id præterea observari mandantes, ut nec Alumnorum numero excludantur Nobilium illi, qui bonam & Genere suo dignam frugem de se pollicentur, &, ad Lectiones publicas audiendas, præviâ Professorum approbatione, quicunque etiam alii admittantur. Cujus rei ut propediem initium fiat, curabimus. Boni omnes Deum O. M. ut Ecclesiæ pacem, Patriæ tranquillitatem, & Musis otium deinceps Clementissime concedat, supplices venerabuntur. Dedimus in Arce Nostra Cellensi, die sexta mensis Octobris, Anno post reparatam salutem, 1660.*

(L. S.)

Christianus Ludovicus, mpr.

 (Professo-

(Professorum, quorum hic mentio fit, nomina præced. Lib. I, Tit. XVI, in Catalogo Ducum Saxoniæ, pag. 107, consignavi) Annoque 1686, in *Academiam Equestrem* rursus mutatum, quo titulo, per Dei Gratiam, adhuc hodie floret:

An. 1664, Illustre Gymnasium Beruthinum, à Serenissimo Marchione Brandenburgensi, *Christiano Ernesto*, cujus nomine etiam *Christian-Ernestinum* vocatur. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. lib. 4, Cap. 3, §. 9, p. m. 147.

An. 1667, 12 April. *Academia Scientiarum & Artium Berolinensis*, à Potentissimo Electore Brandenburgico, *Friderico Wilhelmo*. Leges exhibente Dn. *Lunigio*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, IX *Absatz*, §. 14 Supplement. p. 985 &c.

An. 1687, 19 Julii, *Academia Equestris Guelferbytana*, à Sereniss. Duce Brunsuic. & Luneb. *Anthonio Ulrico*; confirmata An. 1688, 1 Febr. novisque Legibus An. 1710, 18 Junii instructa, quas Dn. *Lunigius* l. c. 4 Absatz, §. 49, p. 365 ad 377, suppeditat.

An. 1705, *Academia Equestris Berolinensis*, à Potentiss. Rege Prussorum, & Electore Brandenburgico, *Friderico III*; Statuta & Leges sistente Dn. *Lunigio* l. c. IX Absatz, §. 20 Supplement. pag. 999 &c.

An. 1709, 2 Nov. *Illustre Athenæum Cassellanum*, Auctore Serenissimo Landgravio Hassiæ, *Carolo*, solenni ritu inauguratum. Vid. Dn. *Justi Hermanni Vulteji*, Pro-Cancellarii, Programma sub dato *Cassellis*, 26 Octobr. an. eod. hunc in finem affixum; Tom. I *Elector. Juris Publ.* de An. 1709, Part. XII, p. 112 &c.

An. 1711, *Illustre Gymnasium Hallæ Magdeburgicæ*, à Potentissimo Rege Borussiæ, *Friderico*, vid. Dn. *Lunigius*. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, 2 *Theil, Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, VI *Absatz*, §. 26, p. 511.

(3) Ill. Dominus *Rhetius* contra, Diss. de *Jure Statuum circa Sacra*, Cap. 3 in fin. Dn. *Thomasius*, ad Cap. V *Monzambani*, §. 27, lit. d, pag. 303; *Titius*, in eundem locum *Monzambani*, pag. 319, aliique, pro certo habent, Statibus Imperii, (etiamsi Privilegio Cæsareo ad hoc instructi non sint, quale v. g. Archi-Duces Austriæ præ se ferunt, notante Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe*, lib. 1, Cap. 4, §. 8, pag. 349; nec non Rex Sueciæ, qua Princeps Imperii, arg. *Instrum. Pac. Westphal.* Art. X, §. 13; vid. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 23 §. 4, v. 33, pag. 739;) Jus quoque esse erigendi Scholas, in Territoriis suis, primi generis, quas *Academias*, seu *Universitates quatuor Facultatum*, vocamus; quorum sententiæ patrocinatur non solum, quod *Maximilianus I* Imp. in Comitis Wormatiensibus, An. 1495, sæpius Electores fuerit adhortatus, *ut singuli, in Ditionibus suis, Academias conderent; Chytræo*, (verbis ad An. 1502, mox secuturis) *Petro Lambecio*, lib. I Commentarior. *Bibliotheca Cæsareæ Vindobonensis*, pag. m. 31; *Bœclero*, cit. Commentar. de *Rebus Seculi XVI*, pag. m. 275; Dn. *Datto*, lib. 3 *Rer. German.* Cap. XII, §. 122 & 123, pag. 618 &c. testibus; sed & Exempla fundatarum ejusmodi *Academiarum*, satis multa, v. g.

(4) *Anno 1365*, *Viennensis*, à *Rudolpho IV*, & *Alberto III*, cogn. *cum Trica*, Fratribus, Austriæ Ducibus; qua de re Ipsemet *Albertus*, in Diplomate Privilegiorum Academiæ hujus, annitente Fratre, *Leopoldo III*, An. 1384, edito, apud *Lambecium*, l. c. lib. 2, Cap. V, pag. 103, inquit: *Sancti Spiritus ammonitione, in memoriam revocato, quod dudum alias in annis minoribus constituti, una cum Sereniss. quondam Principe, Germano Nostro Dilectissimo, Dn. Rudolpho, celebris memoriæ, Duce Austriæ &c. tunc superstite, sancta & salubri cogitatione, maturaque deliberatione, ac consilio diligenti, præviis, adhibitis etiam circa id verborum, operum & gestuum solennitatibus consuetis & debitis, ad hoc quomodolibet opportunis ----- felici auspicio ereximus, & dotavimus, rite & legitime, publicas & privilegiatas scholas, & Studium Generale, in Oppido, seu Villa Nostra, Wiennensi, Pataviensis Diœcesis &c.* Et, paucis interjectis: *Volumus, statuimus & decernimus, Privilegia, libertates, Gratias & Ordinationes singulas, rationi consonas, quibus, tempore prædicti quondam Fratris Nostri, Ducis Rudolphi, videlicet Anno Nativitatis Domini Millesimo, Trecentesimo, Sexagesimo quinto, præfatum Studium Nostrum notorie authenticis Nostris literis, dotavimus, & disposuimus valere, & obtinere perpetui roboris firmitatem &c.* & Rubr. 51 ejusdem Diplomatis, pag. 120 ita se habens: *Conclusio Ducis Alberti, Fundatoris &c.* Et rubr. 54, pag. 122, continens Approbationem Baronum Austriæ: *Nos, Burghardus, & Johannes, Fratres, Burgravii Megdeburgenses, Comites in Hardeck, & Henricus, Comes de Schawemberg ----- profitemur præsentibus, prælibato Studio, per Sereniss. Principem, Dominum Nostrum naturalem, Dn. Albertum, Ducem Austriæ supradictum, tam egregio erecto, omnibusque liberta-*

libertatibus & Privilegiis, sibi, & omnibus suis membris, seu Professoribus, concessis - - - assensum nostrum expressum & benevolum accessisse &c. Ubi *Lambecius*, in notis: *Notabile est, Erectionem Academiæ Vindobonensis hic attribui Duci Austriæ, Alberto III, cognomine cum Trica, sine ulla mentione Fratris Ipsius, natu majoris, Ducis Rudolphi IV; nempe, quoniam sub Hoc inchoata quidem est fundatio ejus, sed sub Illo consummata &c.* Jung. Ejusdem Ducis *Alberti* Diploma *Statutorum*, cit. An. 1384, 5 Octob. promulgatorum, & quidem Procemium *Cholmanni*, tunc Academiæ Rectoris, circa finem scribentis, pag. 94: *Ea propter, gravi solicitudine, & maturo ac diuturno ratiocinationis disputationisque libramine, præviis, juxta Sereniss. Principis providum & laudabile desiderium, Universitatem Wiennensem, per Eundem, nuper magnifice exaltatam, curavimus diligenter, pro temporis & rerum qualitate, Statutis, laudabilibus, & Ordinationibus decentibus, per omnia ordinare &c.* Nec non Particularia Statuta *Facultatis Theologicæ*, prout 1 April. An. 1389, ab omnibus quatuor Facultatibus, sub Rectore M. *Gerhardo Vischbeck*, confirmata sunt, apud eundem l. c. pag. 125, ab initio Procemii: *Cum ab irriguæ fœcunditatis scientiarum diluvio almæ Matris, Universitatis Studii Parisiensis, nova in agro Ecclesiæ plantata Universitas litterarum Wiennensis, in hac mundi vespera, (qua Deus, Scientiarum Dominus, decrevit rivum aliquem fontis Sapientiæ in Germanos divertendum, ut fluminis impetus lætificet Civitatem Dei haustibus aquæ sapientiæ, de fontibus Salvatoris,) dinoscatur profluxisse, quam proinde Illustriss. Princeps, Dn. Dux Albertus III, Fundator præcipuus & Erector ejusdem Universitatis, in suis Ducalibus Privilegiis & Ordinationibus - - - - - in Statutis, & laudabilibus Consuetudinibus singularum Facultatum, juxta Parisiensis Studii ritum, disposuit ordinandum &c.* Add. Exordium Statutorum *Facultatis Philosophicæ*, ibid. pag. 194, mentione facta dicti Ducis: *Postquam Studium Omnium Facultatum Wiennense sublimiter erexit - - - cordialiter concupivit, quatenus singulæ Facultates ordinarent, prout ipsis, & ad quietem suorum, magis conveniens videretur, Statuta quædam &c.* Ut & Instrumentum publicum Notarii Imperiales, *Gundakeri Aspeck*, Viennæ, eod. die & anno, desuper confectum, ibid. pag. 233: *Attendentes & considerantes, quam sincera devotione & affectione, quamque gravibus laboribus & expensis, Sereniss. & Metuendiss. Princeps, Dominus Noster, Dux prædictus (Albertus) erexit hanc sublimem Universitatem Studii Wiennensis, ad laudem & gloriam Dei &c. volens, ut, sicut Magnificentia sua Universitatem ipsam ad extra fundavit ac stabilivit, tam bonis temporalibus, quam Privilegiis efficacibus, necessariis & utilibus, faciens, quod in Se erat, ita & Universitas se ipsam ad intra stabiliret bonis Regulis, Ordinationibus & Statutis &c.* Eodem faciunt testimonia *Henrici Gundelfingensis*, in *Chronico suo Austriaco* inedito, ibid. pag. 239: *Tertius Alberti Contracti Filius, Albertus, Universitatis Wiennensis Fundator, circa Brunn, in Moravia, diem obiit, ad S. Stephanum sepultus &c.* & *Alberti de Bonstetten*, itidem in Chronico Austriaco MS. l. c. *Albertus Dux Austriæ, Frater Leopoldi* (Probi) *fundavit Studium Wiennense &c.* & Anonymi Autoris Chronici mortualis Principum Austriæ MS. ibid: *An. 1395, an dem 18 Tag des Augst, ist gestorben der Durchleuchtigst Fürst Hertzog Albrecht von Osterreich, der ein Sun ist gewesen des vorgenanten Hertzogen Albrechten Seel. der hat gestifft die Hoch-Schul zu Wienn &c.* & ipsius *Lambecii* l. c. pag. 239, in fine, qui Codicum quorundam MSS. Statuta Universitatis Parisiensis complectentium memor ait: *Posterior hic membranaceus bonæ notæ est, &, ut ego arbitror, ille ipse, quem Duces Austriæ, Rudolphus IV & Albertus III, Lutetiæ curarunt describi, priusquam, Anno 1365, Fundationem Academiæ Vindobonensis aggressi sunt &c.* Add. idem l. c. Cap. VIII, §. 61, pag. 778, in margine. Non sine fundamento igitur provocat *Petrus Bertius*, lib. 3 *Commentar. Rerum German.* Cap. 2, pag. 21, ad An. 1365, quamvis, non satis accurate, Academiam hanc tunc restauratam duntaxat existimet, quam instaurationem *Conringius*, de *Antiquitatibus Academicis*, p. 156, An. 1360, & *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Academia*, pag. 10; *Europ. Heroldt*, Tom. I, pag, 890, Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* part. spec. Sect. I, Cap. VI, §. 3, pag. 317 &c. An. 1361, inscribendam arbitrantur. *Wolfgangum Lazium*, lib. 2 *Rer. Viennens.* Cap. VI, quod *Rudolphum IV* Ducem, An. 1366, Nominis sui gloriam, hoc titulo, perennem reddidisse tradat, carpit *Lambecius* l. c. Cap. V, p. 83, ex præfatis *Henrici Gundelfingensis*, & *Alberti de Bonstetten* MS. *Chronicis Austriacis*, alioque Codice MS. inter Historicos Latinos Cæsareæ Bibliothecæ ducentesimo vigesimo sexto, (quorum verba pag 88 sistit,) eruens, memoratum Ducem *Rudolphum*, An. 1365, *Dominica proxima post Festum Jacobi*, adeoque die ultimo Julii, mortales exuvias jam deposuisse, sicque an. 1366, nec fundare, nec instau-

instaurare Academiam potuisse. Non minori studio debellat *Lambecius* l. c. pag. 82, 84. 115, in margine, & lib. 4, Additam. 4, pag. 303 &c. *Lazium* l. c. lib. 2, Cap. V, & lib. 3, cap. 5; *Georgium Ederum*, in Catalogo Academiæ hujus Rectorum, an. 1559, typis *Raphaëlis Hofhalteri* vulgato; *Middendorpium*, de *Academiis* lib. 5, pag. 299; *Bertium*, l. c. *Conringium* l. c. pag. 156; *Bucholzerum Indic. Chronol.* ad An. 1237, pag. 353; aliosque plures, fundamenta, seu initia, sæpefatæ Academiæ *Friderico II*, Imp. accepta referentes, ostendendo, Diploma hujus Cæsaris, An. 1237, Mens. Aprili, *Viennensibus* datum, cujusque tenorem apud *Lazium* cit. lib. 2, cap. 5, *Lambecium* ipsum cit. lib. 2, Cap. V, pag. 79 &c. & Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, I *Fortsetzung*, VIII *Absatz*, §. 168 Supplem. pag. 265 offendimus, non respicere *Academiam*, sed Scholam saltem Ecclesiæ *S. Stephani*, cujus in præfato Diplomate *Alberti III*, An. 1384 v. 115, mentio fit. Id autem non reticendum, præter laudatos Duces *Rudolphum IV*, & *Albertum III*, Romanum Pontificem, *Urbanum V*, Diplomate 13 Kal. Julii, An. 1365, *Avinioni* dato, vigore cujus omnes Facultates licitas, præterquam *Theologiæ*, instituit, formulam suppeditante *Lambecio* l. c. pag. 84 &c. novæ huic Academiæ prospexisse, quibus *Urbanus VI*, P. R. sub dato *Neapoli*, 10 Kal. Mart. An. 1384, *Facultatem Theologicam* addidit, cujus Diploma *Lambecius* l. c. pag. 88 &c. posteritati reliquit, a quo demum tempore *Generale Studium Viennense* consummatum dici meretur.

An. 1376, *Heidelbergensis*; A *Ruperto* sen. cogn. *Rufo*, Electore Palatino, ad instar *Parisiensis*, cujus vel propterea *Pedissequa* audit. De Anno testatur *Breve Chronicon Heidelbergense*, ad h. a. apud *Freherum*, Part. 2 *Originum Palat*. Cap. 20, pag. 94, ibi: *Sub Urbano* P. P. & *Wenceslao Imp. fundata est Academia Heidelbergensis, Germanicarum Antiquissima, à Ruperto Seniore; vid. Thrithem. Chron. Hirsaug*: Alii tamen referunt ejus initia ad An. 1346, veluti: *Münsterus*, lib. 3 *Cosmographiæ*, Cap. 346. pag. m. 869, ajens: *An. 1346, ist, durch Hertzog Ruprechten den Aeltern, oder den Roten, aufgericht zu Heydelberg die Hohe Schul &c.* *Lehmannus*, Lib. VII *Chron. Spir.* Cap. 38, pag. 783; *Bucholzer*, *Ind. Chronolog.* h. a. pag. 373; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Academia*, pag. m. 10; *Petrus Bertius*, lib. 3 *Rer. German.* Cap. 2, voc. *Heidelbergensis*, pag. 15, & Cap. VI, voc. *Heidelberga*, p. 157; *Schilterus*. Diss. de *Investitura Principum simultanea*, Cap. 3. §. 1, in calce Commentarii ad *Jus Feudale Allemannicum*, pag. 526; Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 31, §. 4, pag. 440; *Europ. Heroldt*, Tom. I, pag. 889; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. VI, §. 3. pag. 315; pluresque alii. Enimvero, *Rupertus Rufus*, quem non solum laudati Doctores, sed & *Jacobus Wymphelingus*, in *Epitoma Rerum Germanicarum*, Cap. 56, apud *Schardium*, Tom. I *Scriptorum Rer. German.* pag. 194; *Conringius*, de *Antiquitatib. Academicis*, pag. 47; cæterique omnes, qui de *Academiis* scripserunt, pro Conditore hujus Studii Generalis agnoscunt, anno demum 1353, Fratri *Rudolpho* in Electoratu successit, ut proinde annus 1346 non sine dubitatione producatur. Id minimum certum est, concessa novæ Academiæ à Serenissimo Fundatore, sub dato *Heidelberg*, in die B. *Remigii* Confessoris, An. 1386, insignia, & quidem eadem, quibus *Parisiensis* gaudet, Privilegia; Diploma suppeditante Dn. *Tolnero*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 179, pag. 123 &c. & paucis immutatis, Dn. *Lunigio*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, I Absatz, in Supplemento, §. 99, pag. 137; inde huc referri meretur: *Rupertus Senior, D. G. Comes Palatinus Reni, Sacri Imperii Elector & Dux Bavariæ; ne libertate, Nobis concessa per Sedem Apostolicam, super Studio Heidelbergensi, ad instar Studii Parisiensis, fundando, videamur abuti, & ex hoc, divino Judicio subjacentes, concesso Privilegio privari mereamur, provido consilio perpetuis temporibus in illo statuimus observari, ut Universitas Studii Heidelbergensis regatur, disponatur & reguletur modis & materiebus, in Universitate Parisiensi solitis observari, ac ut Parisiensis Studii, ut pedissequa, utinam digna, modis convenientibus, gressus imitetur; videlicet, ut quatuor in ea sint Facultates: prima, Sacræ Theologiæ, seu Divina; Secunda Juris Canonici & Civilis; quæ, propter sui propinquitatem, pro una Facultate disponimus æstimari; Tertia, Medicinæ; Quarta Facultas Artistarum, seu Artium Liberalium, triplicis scil Philosophiæ, primæ, Naturalis & Moralis, subservientium Filiarum. Quam in Quatuor Nationes, sicut Parisiis est, volumus dividi & distingui; quodque omnes hæ Facultates unam faciant Universitatem, singulique Studentes eum quacunque dictarum Facultatum, ut Filii legitimi unius Matris, indivise ad illam reducantur. Item, quod illa Universitas uno Rectore gubernetur - - - - quodque singuli Magistri & Doctores, antequam ad actus communes Studii Nostri admittantur, jurent, quod servabunt Statuta, Jura, Privilegia, libertates, immunitates & franchisias ejusdem Studii, & non revelare secreta illius, ad quemcunque Statum devene-*

devenerint &c. Reliqua Privilegia, quibus idem Fundator Universitati prospexit, recenset Dn. *Tolnerus* l. c. §. 180, 181, 182 & 183, pag. 125 &c. nec non Dn. *Lunigius* l. c. §. 100, 101, 102 & 103, pag. 137 & seqq. Primus Rector, *Marsilius* de *Ingben* (non *Ingenheim*, ut *Bucholzerus* l. c. ad An. 1387, pag. 379 legit) Ultrajectinus, illuc Lutetia evocatus, ubi Magistrum Artium egit, electus fuit An. 1386, 17 Novembr. defunctus An. 1396, 20 Aug. & *Heidelbergæ*, in æde D. Petri, in choro ante Altare magnum, 18 Octobr. tumulatus; ceu, ex *Davidis Parai* S.S. Theol. Doctoris & Professf. Heidelbergens. *Historia Academiæ Heidelbergensis MS.* Dn. *Tolnerus* l. c. §. 179, lit. b, pag. 123, annotavit; l. c. §. 185, lit. a, pag. 129 &c. recensens simul omnes Ejus successores, ad *Petrum de Spina* usque, Medicinæ Doctorem An. 1624, fasces assecutum.

An. 1388, Coloniensis, cura & opera Senatus; primo Rectore constituto *Hertelino de Marca.* Vid. *Besoldus* l. c. *Matth. Dresserus, Sächsische Chronick*, ad h. a. pag. 378; *Hornii Orb. Polit.* p. m. 182; *Petrus Bertius*, l. c. lib. 3, Cap. 2. pag. 11; *Bucholzer* l. c. ad h. a. pag. 379; *Schweder* l. c. Quamvis *Urbani VI*, P. R. auctoritas multum eo contribuerit; teste *Jacobo Middendorpio*, Academiæ hujus Pro-Cancellario, lib. V, de *Academiis celebribus universi Terrarum Orbis*, p. 141 & 142, cujus verba *Lambecius* l. c. lib. 4, p. 305, repetit.

An. 1403, Herbipolensis, à *Johanne ab Egloffstein*, Episcopo ibidem; vid. *Conringius* l. c. Dn. *Schweder* l. c. *Europäischen Herold* l. c. pag. 890; Annum 1404 ponit *Besoldus* l. c. Privilegia, sub dato *Würtzburg, am Donnerstag nach S. Michaëlis Tag*, An. 1410, Academiæ novæ concessa, suppeditat Dn. *Lunigius* Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. IV, Tit. *Würtzburg*, §. 62, p. 967 &c.

An. 1409, Lipsiensis, à *Friderico Bellicoso*, Misniæ Marchione, posteaque Electore Saxoniæ, Ejusque Germano, *Wilhelmo*; solenni ritu, mense Novembri, inaugurata, *Johanne Ottone* de *Münsterberg*, Silesio, S. Theol. Professore, Collegiique B. Virginis Fundatore, primo Rectore constituto. vid. *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, §. 230, p. m. 211: *Anno Domini 1409, erecta est. Universitas Lipsiensis, de Magistris Pragensibus, per Fridericum, Marchionem Misnensem, & postea Ducem Saxoniæ &c.* Conf. *Crantzius*, lib. X *Saxoniæ*, Cap. 24, Academiæ Pragensis memor: *Tandem, octavo, post mille quadringentos, tumultuatim Theutonici Doctores & Scholares, ad duo millia emigrarunt, & in Opidum Misnæ, Lipez, sese collocavere: quo loco, ex illo tempore, annitentibus Marchionibus, solenne cœpit esse Gymnasium, usque hodie florens &c.* Inaugurationem pridie Idus, (i. e. 12,) Novembris, factam, tradunt *Fabricius*, lib. VII *Originum Saxonicar.* pag. 687, *Dresserus* l. c. pag. 395; *Bucholzerus* l. c. ad An. 1409, p. m. 385; *Petrus Bertius* l. c. pag. 17; & Dn. *ImHoff*, *Tab. Geneal. Electorum Saxoniæ*. *David Peiferus* vero, lib. 3 *Rer. Lipsiens.* §. 12 & 13, pag. 303, profert, hoc titulo, 30 Nov. & Dn. *Joh. Fridericus Francus*, in Panegyrico Seculari, originem & incrementa hujus Academiæ complectente, pag. 25 &c. ut & Dn. *Joh. Sebastianus Muller*, *Annal. Saxon.* ad An. 1409, pag. 5, 2 Decemb. Annum comprobant: *Besoldus* l. c. *Conringius* l. c. *Europäischer Herold* l. c. *Schweder* l. c. *Seyfrid*, in *Poliologia*, voc. *Leipzig*, pag. 264; Alii. *Rupertus* Imp. sub dato *Pisis*, 9 Sept. 1409, solenne Studium hoc confirmavit, simulque privilegium impertiendi consuetos Honores & Gradus Academicos largitus est; idem fecit *Alexander V*, P. R. sub dato *Pisis*, 5 Id. Sept. an. eod. cujus Diploma Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im andern Theil; in der Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, X *Absatz*, §. 7, p. 594, sistit, vigore cujus, Episcopus *Merseburgensis* perpetui Academiæ Cancellarii munere fungitur. Leges Sereniss. Fundatorum, *An. Dn. 1409. secunda Feria post primam dominicam Adventus dominici, hora quasi nona, in Refectorio Canonicorum Regularium Cœnobii S. Thomæ in Lipzek*, novæ Universitati præscriptæ, habentur ibid. §. 6, pag. 593.

An. 1415. Rostochiensis, à *Johanne* & *Alberto*: Megapolitanis Ducibus, & Senatu Oppidano; vid. *Besoldus* l. c. *Conringius* l. c. *Bertius* l. c. Cap. 2, p. 21; *Europäischer Herold* l. c. Dn. *Schweder* l. c. *Dicelius*, *Compend. Geograph.* voc. *Rostock.* Alii habent 1419, ut *Chronicon Slavicum Lindenbrogii*, h. a. pag. 212; *Bucholzer* l. c. ad h. a. pag. 389, addens 12 Nov. *Seyfrid* l. c. voc. *Rostock*, pag. 382. Alii An. 1420; ita *Körberus*, *Tabb. Chronol.* pag. 27. *Ferdinandus I* Imp. sub dato *Viennæ*, 18 Aug. 1560, consueta Privilegia addendo, eam confirmasse noscitur.

An. 1426, Lovaniensis, à *Johanne IV*, Duce Brabantiæ, accedente *Martini* P. R. confirmatione. Vid. *Bucholzer* l. c. ad h. a. pag. 392 *Europ. Heroldt* l. c. *Dicel.* l. c. voc. *Louvain*; *Seyfried* l. c. voc. *Löven*, p. 279; annum præcedentem 1425, mavult *Bertius* l. c. pag. 17.

An. 1457, 18 Oct. *Grypswaldensis*, à *Vratislao IX*, Duce Pomeraniæ; vid. *Dresserus* l. c. pag. 454; *Besoldus* l. c. Alii ponunt An. 1456, & quidem 16 Oct. quo, impetratis a *Friderico III* Imp. privilegiis, solenniter instituta; ita *Bertius* l. c. pag. 14; conf. *Europ. Heroldt* l. c. *Boecler*, de *Rebus gestis Sec. XVI*,

pag. 418, annectens, eam a Duce *Philippo*, An. 1547, instauratam. *Conring* l. c. *Schweder* l. c. solus *Dicelius*, l. c. voc. *Gripswald*, habet An. 1450.

An. 1459, *Basileensis*, 11 Nov. ab Episcopo, *Johanne de Venningen*, & Senatu Basileensi, Privilegia dante *Pio II*, P. R. An. 1460. vid. *Bucelinus German. Sacr.* in *Catalogo Episcopor. Basil.* pag. 57; *Bertius* l. c. pag. 13, primum Rectorem nominando *Georgium ab Andlo*, Canonicum; *Besoldus* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. *Conring.* l. c. *Bucholzer* l. c. ad An. 1460, pag. 426. Dn. *Schweder* l. c. ponit An. 1495, quod vitio typographiæ vertendum.

An. 1460, *Friburgensis*, in Brisgovia, ab *Alberto VI*, Archiduce; vid. *Besoldus* l. c *Europ. Heroldt* l. c. *Conring* l. c. *Schweder* l. c. Ast *Bertius* l. c. pag. 14 & *Seyfried* l. c. voc. *Freyburg*, pag. 178, id referunt ad An. 1450; *Körberus* contra, l. c. pag. 27, ad An. 1472. *Constantiam* eam translatam, patet ex testimonio Ejus 1 Oct. 1691, apud *Tentzelium*, *in Vindiciis censuræ Conringianæ Diplomatis Lindaviensis*, Cap. 15. p. 350.

An. 1472, *Ingolstadiensis*, à *Ludovico* divite, Ejusque Filio, *Georgio*, Bavariæ Ducibus. vid. *Hungeri Orationes* Part. 1, Orat. 7, & Part. 2, Orat. 39; *Hundius*, Tom. 2 *Metropol.* f. 416; Et Edit. noviss. pag. 289; *Bucholzer* l. c. ad h. a. pag. 433; *Conring.* l. c. *Schweder* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. ast *Seyfried* l. c. voc. *Ingelstatt*, p. 245, habet An. 1471; & *Bertius* l. c. pag. 16, An. 1413.

An. 1477, *Tubingensis*, ab *Eberhardo* Comite, postea Duce, Würtembergico, 3 Jul. introducta: primo Rectore, *Johanne Nauclero*; *Friderico III* Imp. & *Sixto V* Papa, Privilegia porrigentibus. vid. ipse *Nauclerus*, Vol. 2, Generat. 50, pag. 1102; *Münster*, *Cosmograph.* lib. 3, Cap. 326, p. m. 838; *Zeiler*, *Topogr. Suev.* voc. *Tubingen*, pag. 187; *Bucholzer* l. c. ad h. a. pag. 437; *Dresserus* l. c. pag. 470; *Bertius* l. c. pag. 21, & Cap. VI, pag. 288; *Hornius*, *Orb. Polit.* p. m. 251; *Conring* l. c. *Besoldus* l. c. Id. de *Majestate*, pag. 186; Id. de *Jure rerum*, pag. 64; *Europ. Heroldt* l. c. *Schweder* l. c. *Seyfried* l. c. voc. *Tübingen*, p. 430; *Dicelius* l. c. voc. ead.

An. 1482, *Moguntina*, à *Dietherro* ab *Isenburg*, Electore, vid. *Serrarius*, lib. 1 *Rer. Mogunt.* cap. 34; *Dresserus* l. c. ad h. a. pag. 474; *Besoldus*, *Thes. Pract.* l. c. *Conring.* l. c. *Europ. Heroldt* l. c. *Schweder* l. c.

An. 1502. *Wittebergensis*, à *Friderico III*. Saxonum Electore; *Martino Pollichio*, Mellerstadio Franco, primo Rectore, 18. Oct. solenniter introducta; Vid. *Chytræus*, lib. 2. *Chronici Saxoniæ*, ad An. 1502, p. m. 52. laudati Electoris memor: *Wittebergensem Academiam, veræ de Deo, & omnis elegantioris doctrinæ, domicilium, omniumque piarum in Germania Scholarum metropolim postea factam, fundavit &c.* &, lib. V, an. eod. pag. m. 145 &c. *Circumibat tum in Saxonia Raimundus Payrandus, Gallus Natione, Cardinalis, & Episcopus Gurcensis in Carinthia, Alexandri VI, P. P. Legatus, Indulgentias circumferens, & Principum ac Civitatum controversias componens, & singulos Magistratus, ad suscipiendum communi consensu, adversus Turcas, Bellum, excitans. Is Ernestum, Magdeburgensem Episcopum, gravissime admonuit, ut Fratri Friderico, Saxoniæ Electori, hortator esset, ut Academiam in sua ditione tandem institueret. Quare, cum aliquot jam annos deliberationes, de condenda Academia, multis debortantibus, agitatæ in Aula fuissent, tandem Fridericus, Saxoniæ Dux Elector, cum ingenio & sapientia excelleret: & literas Ipse intelligeret & amaret, easque in gubernatione maximo usui ac præsidio esse perspiceret: & Maximiliani Imperatoris, Qui omnium liberalium Artium, ac præcipue Historiarum, studia in Germania excitavit, & aliquoties, in Comitiis, Electores hortatus erat: ut singuli, in suis Ditionibus, Academiam conderent; autoritate & exemplo invitaretur: & Fratrem, Ernestum Archi-Episcopum, monitorem assiduum haberet: post diuturnam consultationem, multis debortantibus, sed D. Mellerstadio, Ipsius Medico, & Johanne Staupicio, in primis negotium urgentibus, Witteberga, ad Albim, Academiam ---- die decimo octavo Octobris, solenni ritu introductam, inchoavit. ---- Rector Academiæ primus, Martinus Polichius, Mellerstadius, fuit, excellentis ingenii & doctrinæ fama eo tempore celebris, trium facultatum Doctor, & Principis Electoris Friderici Medicus &c.* Conf. *Fabricius*, lib. VII *Origin. Saxon.* pag m. 797. *Pantaleon*, Part. 3. *der Teutschen Helden.* pag. 71; *Matthæus Dresserus*, *Sächsische Cronick*, ad An. 1502, pag. 488; *Gothofredus Suevus*, pecul: Tract. de hac Academia, quam ab Anno fundationis 1502, usque ad Annum 1655, descripsit; *Bucholzeri Index Chronologicus*, ad An. 1502, pag. m. 461; *Petrus Bertius*, cit. Lib. 3 *Commentariorum*, Cap. 2, pag. 12, & Cap VI, pag. 307, voc. *Witteberga*; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Academiæ*, pag. 10; *Daniel Otto*, Cap XXIV. *Jur. Publ.* pag. m. 703; *Bœclerus*, l. c. pag. 276; *Europäischer Heroldt*, Edit. prior. pag. 549; Dn. *Schweder*, Part. spec. *Introductionis Jur. Publ.* Sect. I, Cap. VI, pag. 317; Dn. *Datt*, l. c. §. 124, pag. 618; Dn. *Müller*,

Müller, Annal. Saxon. ad An. 1502, pag. 61 &c. *Seyfridus*, in cit. *Poliologia*, voc. *Wittenberg*, pag. 459; multique alii, solo *Hornio*, in *Orbe Politico*, pag. m. 217, initia ejus ad an. 1501, & *Conringio*, dissert. I de *Antiquitatibus Academicis*, pag. 47, ad An. 1503, referentibus. Laudatum Imperatorem, sub dato *Ulm, pridie Nonarum Julii*, An. eod. Academiam novam confirmasse, & consuetis Privilegiis donasse, ex Dn. *Müllero* l. c. discimus. Potentissimi Fundatoris Ipsius Confirmationem Statutorum hujus Academiæ, sub dato *Wittenbergæ*, Cal. Oct. 1508, sistit Dn. *Gribnerus*, in *Opusculis Juris Publici* Tom. 3, Sect. 4, pag. 71, ibi: *Gymnasium nostrum, quod pridem, ad laudem Dei optimi Maximi, ad Christianorum augmentum, & communem Studiosorum utilitatem, approbante Julio 2, Pontifice Maximo, & Maximiliano Imperatore, instituimus &c.*

An. 1506, Francofurtensis ad Viadrum, à Potentissimo Electore Brandenburgico, *Joachimo I*, Ejusque fratre, *Alberto*; 27. April. inaugurata; de qua ita *Chytræus* l. c. lib. VI, ad An. 1506. p. m. 169. (al. 148) *In Marchia Brandeburgensi, Francofordiæ ad Viadrum, Academia, à Joachimo I, Electore Brandenburgense, & Fratre Alberto, postea Cardinali & Archi-Episcopo Moguntino & Magdeburgensi &c. fundata, & solenni ritu, die 27 Aprilis, introducta est: Professoribus primis ex Academia Lipsiensi plerisque accersitis, ex quibus Rector Academiæ primus, Conradus Wimpina, Theologus, ex Fagis*, (Buchen) *Franconiæ Oppido, oriundus, electus est &c.* & pag. 170: *Privilegia vero Academiæ, & potestatem tribuendi gradus, in superioribus Scholis usitatos, Maximilianus I Imp. sexennio ante, literis Norimbergæ datis: & Alexander VI, P P. contulerant, & Conservatorem ac Cancellarium Academiæ, Theodoricum à Bulow, Episcopum Lebusiensem, constituerant &c.* Serenissimi Fundatores ipsi, in diplomate Privilegiorum, sub dato *Cölln an der Spree, am Sontag Esto Mihi*, An. 1506, novæ Academiæ concessorum, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im 2 Theil; in der Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, V *Absatz*, §. V, pag. 483, ajunt: *Von GOttes Gnaden, Wir: Joachim, des H. R. Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürst &c. Und Albrecht, Gebrüder, Marggrafen zu Brandenburg &c. Bekennen und thun kund, vor Uns, Unsere Erben und Nachkommen, den Marggraffen zu Brandenburg, mit diesem Unserm offenen Briefe, vor allermänniglichen, die ihn sehen, hören oder lesen: Als Wir, dem Allmächtigen GOtt zu Lobe, der Jungfrauen Marien, und allem Himmlischen Heere, zu Ehre und Lobe, und gemeinen Nutz und Frommen der Christlichen Kirchen, und des H. R. Reichs, mit Bestätigung etwan des allerheiligsten Vaters und Herrn, Herrn Alexanders des VI, Babsts, und des Allerdurchleuchtigsten, Großmächtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Maximiliani, Römischen Königs &c. in Unser Statt Franckfurt an der Oder, eine löbliche Universität aufgerichtet und verordnet haben* &c. Diploma Cæsareum, cujus hic mentio fit, *datum in Civitate Imperiali Nurnbergensi, die 26 Mensis Octobris, Anno Domini 1500*, legitur apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 3, pag. 479; inde notanda verba: *Maximilianus &c. Ex liberalitate Nostra Regia --- animo deliberato ---- præfatorum Joachim & Alberti, Marchionum, honesto desiderio atque laudabili, annuentes, plurimumque id ipsum commendantes, hujusmodi Ipsorum petitioni inclinati, ad Divini Nominis, Fideique orthodoxæ propagationem universalem, profectum & laudem, Imperiique Romani, ac dictorum Dominiorum privatam exaltationem, in dicto Oppido Franckfort, Generale Studium, tam in Sacra Theologia, quam in Jure Canonico & Civili, Artibus & Medicina, ac quavis alia licita Facultate, sicut in aliis Generalibus Studiis, ut etiam Laici Doctores & Magistri legant & doceant, & studere volentes, undecunque fuerint, studeant, & Gradus solitos conferre & suscipere valeant, eadem authoritate Nostra Regia, tenore præsentium, erigimus &c.* Romani Pontificis *Julii II* Diploma, sub dato *Viterbii*, An. 1506, Idib Mart. eundem in finem editum, sistit idem, §. IV, pag. 481; & aliud, sub dato *Romæ*, 6 Id. Maji, An. 1507, l. c. §. VI, pag. 485. Conf. *Dresserus* l. c. ad h. a. pag. 490; *Andreas Angelus, Annal. Brandenburg.* lib 3, p. m. 265; *Bertius* l. c. voc. *Francofurtum ad Oderam*, p. 118, qui tamen, sibi non constans, Cap. 2, pag. 13, inaugurationis diem 6 April. fuisse tradit; *Bucholzer* l. c. ad An. 1506, pag. 466; *Besoldus* l. c. *Otto* l. c. *Bœcler* l. c. pag. 277; *Schweder* l. c. *Datt* l. c. *Europäischer Herold* l. c. *Seyfried* l. c. voc. *Franckfurt an der Oder*, pag. 174; *Conring* l. c. *Antoine Teissier*. Tr. *des Vies des Electeurs de Brandenbourg*, in vita *Joachimi I*, pag. 40; *Dicelius. Compend. Geograph.* voc. *Franckfurt an der Oder*. Alii. Solus *Paulus Langus*, in *Chron. Citizensi*, apud *Pistorium*, p. 888 &c. rejicit Academiæ initia in annum 1501. De *Instauratione* ejus pergit *Chytræus* l. c. lib. XV, ad An. 1541, p. m. 455 (al. 397) *Academia Francofordiensis ad Viadrum, post motas à Luthero, de Doctrina Religionis, controversias, deserta & vasta, Joachimi II, Electoris Brandenburgensis, authoritate & mandato, per Georgium Sabinum,*

Collegasque illi adjunctos, cœpta est instaurari, edito publice Studiorum & Lectionum ordine &c. *Zeilerus*, in *descriptione Circuli Saxoniæ Superioris*, voc. *Franckfurt an der Oder*, pag. 394 inquit: *Der ietzige Herr Churfürst, Fridericus Wilhelmus, hat ---- An. 1653, den 26 Julii, verwilliget, einen Ordinarium Professorem Theologiæ, Lutherischer Religion bey dieser Universitæt zu bestellen, zu schützen und zu besolden &c.*

An. 1526, Marpurgensis, a *Philippo*, Hassiæ Landgravio, Anno sequente solenniter introducta; vid. *Chytræus* l. c. lib. 12, pag. 298; *Swertius*, in *Athenis Belgicis*, pag. 80; *Bucholzer* l. c. ad An. 1526; *Bertius* l. c. Cap. 2, pag. 17; *Conringius* l. c. *Besoldus* l. c. *Bœclerus* l. c. pag. 418; *Europ. Herold* l. c. *Schweder* l. c. pag. 315; *Daniel Otto* l. c. *Seyfried* l. c. voc. *Marpurg. Zeiler*, descript. *Circuli Rhenani Superioris* voc. ead. pag. 838; & in *Topographia Hassiæ*, voc. ead. *Carolum V*, Imperatorem, sub dato *Regenspurg*, An. 1541, 16 Julii, eandem confirmasse, & consuetis privilegiis exornasse, patet ex Ejus Diplomate, desuper dato, apud Dn. *Lunigium*, l. c. IV *Abtheilung*, VIII *Absatz*, §. 4, pag. 773; inde huc faciunt: *Wir Carl der V ---- thun kund allermänniglich, als Uns der Hochgebohrne Philips, Landgraf zu Hessen, Unser Lieber Oheim und Fürst, unterthäniglich vorbringen lassen, wie S. Ld. verschienener Jahr, gemeinem Nutz der Jugend, auch dem* Studio *zum Guten, in Seiner Statt Marpurg, eine Universitæt und Hohe Schul aufrichten lassen, mit unterthanigster Bitt, daß Wir, als Römischer Kayser, Ihm dasselb gnädigst zu* confirmiren, *und zu bestätten, auch sie mit denen* Privilegien, *Begnadung und Freyheiten, damit andere Universitäten im H. Reich versehen wären, zu begnaden gnädigst geruheten; Darauf haben Wir angesehen solch Sr. Ld. unterthänig ziemliche Bitt, und deren, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechtem Wissen, die obgedachte Sr. Ld. aufgerichtete Universitæt und Hohe-Schul zu Marpurg gnädigst* confirmirt, *und bestättigen sie auch mit denen Freyheiten*, Privilegien *und Gnaden, so, wie obgemelt, andere Universitæten und Hohe-Schulen im H. Reich haben &c. Und gebieten darauf allen und jeglichen Churfürsten, Fürsten ---- daß Sie obgedachte Universität zu Marpurg bey dieser Unserer Kayserlichen* Confirmation, *Begnadigung und Freyheit gäntzlich bleiben, sich deren ruhiglich gebrauchen und geniessen lassen &c.*

An. 1544, Regiomontana, in Prussia, ab *Alberto* Duce; introducta solenni cerimonia, 17 Aug. primo Rectore, *Georgio Sabino*, antea *Schulero* dicto, Brandenburgensi, J. U. D. vid. *Dresserus* l. c. ad h. a. pag. 584; *Chytræus* l. c. lib. 16, ad An. 1544, p. 409; *Thuanus*, lib. 41, ad An. 1568, p. m. 429; *Hartknoch*, lib. 2 *Hist. Eccles. Borus.* Cap. I, & in *Selectis Dissertationibus Historicis* de *Rebus Prussicis*, Differt. XIV, §. 25, pag. 248, nec non Part. 2 *Prussia antiqua & nova*, Cap. 3, §. 9, & Cap. 5, §. 11, fin. *Besoldus* l. c. *Petrus Bertius* l. c. Cap. 2, pag. 18. & cap. 6, voc. *Regiomontum*, pag. 241. *Bœclerus* l. c. pag. 419; *Bucholzer* l. c. ad An. 1544; *Daniel Otto* l. c. pag. 704; *Conringius* l. c. p. 48; *Schweder* l. c. p. 316; *Seyfried* l. c. voc. *Königsberg*; *Europ. Herold*, l. c.

An. 1548, 25 Januar. *Jenensis*, a *Johanne Friderico I*, Saxonum Electore; ab Ejus Filiis, *Joh. Friderico II*, *Johanne Wilhelmo I*, & *Joh. Friderico III*, sub tit. *Pædagogii Provincialis*, quo adhuc vocabatur. An. 1549, 19 Mart. inaugurata; postea vero, impetratis Privilegiis Cæsareis, more solenni An. 1558, 2 Febr. *Studii* instar *Generalis*, seu *Academiæ*, introducta; pompam recitante *Adriano Beyer*, in *Dedicat. nov. Syllabi Rectorum & Professorum Jenensium &c.* an. 1659, edit. Primo Rectore constituto, *Johanne Schrœtero* Vinariensi, Medic. Doct. Conf *Chytræus* l. c. lib. 19, ad An. 1558, pag. 499; *Dresserus* l. c. ad An. 1558, pag. 284: *Paullini*, *Annal. Isenacens.* ad eundem Annum, §. 168, pag. 174; *Sagittarius*, *Hist. Johannis Friderici*, Electoris, §. 23, pag. 56 &c. *Swertius*, in *Athenis Belgicis*, p. 79; *Besoldus* l. c. *Bœclerus* l. c. pag. 418; *Daniel Otto* l. c. pag. 704; *Conringius* l. c. *Bucholzer* l. c. ad An. 1548; *Europ. Heroldt* l. c. *Schwederus* l. c. pag. 315; *Korberi Tabb. Chronol.* pag. 28; *Seyfried* l. c. voc. *Jena*. *Zeiler*, *Descript. Circuli Saxoniæ superioris*, voc. ead. pag. 410. Dn. *Müller*, *Annal. Saxon.* ad An. 1548, pag. 112, ubi Introductionem Ejus an. 1548, 19 Mart. Rectore *Victorino Strigelio*, factam, & ad An. 1558, pag. 129, solennia inaugurationis 2 Febr. celebrata tradit. *Hornio*, in *Orbe Politico*, p. m. 242, Judice, cœpit hæc Academia demum anno 1555; quo Eandem d. 25 Januar. solenniter introductam arbitratur *Petrus Bertius* l. c. voc. *Jena*, p. 168, licet l. c. Cap. 2, pag. 16, eam An. 1548, d. 25 Januar. fundatam, &, decennio post, 2 Febr. impetratis ab Imperatore, *Carolo V*, Privilegiis, solenniter inauguratam asseruerit.

An. 1561, Duacensis (Doüay) in Flandria, a *Philippo II*, Rege Hispaniæ, qua Duce Burgundiæ; vid. *Otto* l. c. *Besoldus* l. c. alii ponunt an. 1562, 6. Oct. vid. *Bœcler* l. c. pag 511; *Zeiler descript. Circuli Burgundici*, voc. *Douay*, pag. 161; & alii An. 1563, vid. *Dicel.* l. c. voc. *Dovay*; & *Seyfried* l. c. voc. ead.

An. 1564, Dillingana, in Suevia, ab *Ottone Truchsessio de Waldpurg*, R. E. Cardinali & Episcopo Au-

po Augustano, vid. *Besoldus* l. c. *Bucholzer* l. c. ad h. a. *Schweder* l. c. pag. 314; *Daniel Otto* l. c. Alii. *Zeiler* vero in *Topograph. Sueviæ*, voc. *Dillingen*, p. m. 57, ut & in *Descriptione Circuli Suevici*, voc. ead. pag. 641, nec non *Bertius* l. c. Cap. 2, pag. 13, primordia jam ad annum 1549, referunt, addendo, an. 1563, eam Jesuitis fuisse creditam.

An. 1566. *Argentoratensis*, à Senatu Oppidano; Gymnasio, An. 1538 fundato, in Academiam converso; vid. Crusius, Part. 3 *Annal. Suev.* lib. 12, c. 12, pag. 227; *Bœclerus* l. c. pag. 580; *Zeiler*, *descript. Circuli Rhenani Superioris*, voc. *Strasburg*, pag. 855; diploma *Maximiliani II.* Imp. sub dato Augustæ Vindelicorum, An. 1566, 30 Maji, quo Ei similes Prærogativæ, quibus Universitates *Heidelbergensis*, *Tubingensis*, *Friburgensis* in Brisgavia, & *Ingolstadiensis*, fruantur, concessæ, reperitur apud *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 3 pag. 100 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, *im* II. *Theil*, 58 *Absatz*. §.68, p. 777 &c. ibi: *De Cæsareæ potestatis Nostræ plenitudine*, *Scholam Argentinensem*, *jam pridem erectam*, *& in decem Classes distributam*, *à Quarta Classe inclusive*, *in Studium Generale*, *seu Gymnasium*, *ereximus*; *atque sic erectæ ac institutæ Academiæ*, *nec non illius Professoribus*, *Magistris & Doctoribus*, *seu aliis in ea legentibus*, *& Scholaribus studentibus*, *aliisque illius personis quibuscunque*, *hoc Privilegium*, *hancque gratiam concessimus*, *& indulsimus*, *ut iis æquiparentur*, *qui in aliis Universitatibus Germaniæ*, *maxime vero Heidelbergensi*, *Tubingensi*, *Friburgensi in Brisgavia*, *aut Ingolstadiensi in Bavaria*, *liberalibus Studiis operam navarunt*, *ac*, *tenore præsentium*, *erigimus*, *& privilegium atque gratiam*, *ut præfatur*, *concedimus*, *& indulgemus*, *volentes*, *& eadem authoritate*, *Nostra Cæsarea decernentes*, *quod Rector*, *ac Visitatores*, *aut Professores*, *& personæ idoneæ*, *ad id*, *per sæpe nominatum Senatum*, (Argentoratensem) *& ejus Successores*, *vel quibus id ipsi demandarint*, *deputandæ*, *possint & valeant*, *in prædicta Schola*, *seu Universitate*, *omnibus Facultatibus*, *in Sacra Theologia*, *in Jure & Medicina*, *nec non in Philosophia*, *& quibuscunque scientiis*, *legere*, *& Lectiones*, *Disputationes*, *& Repetitiones publicas facere*; *Conclusiones palam sustinere*; *ac prædictas scientias docere*, *interpretari*, *glossari & dilucidare &c.* addita in fine facultas creandi *Magistros & Baccalaureos*. Minus accurate hinc Universitatis hujus initia vindicantur anno 1538, a *Dressero* l. c. ad h. a. pag. 577; *Daniele Ottone* l. c. pag. 703. & *Besoldo* l. c. nisi Gymnasium, tunc, ut monui, institutum, hoc titulo intelligas; Vice versa, ad annum 1567 ea referunt *Europ. Heroldt* l. c. pag. 549, *Conring* l. c. pag. 48; & *Schweder* l. c. pag. 314. Opus consummavit *Ferdinandus II.* Imp. diplomate, An. 1621, 5 Febr. *Viennæ* scripto, cujus copiam *Limnæus* l. c. pag. 104 & 105 & Dn. *Lunigius* l. c. §. 71, pag. 782 &c. exhibet; scribens, inter alia: *Als uns die Ehrsame Unser und des Reichs Liebe Getreue*, N. *Meister und Rath der Statt Strasburg*, *unterthänigst und Gehorsambst Vorbringen lassen*, *wie daß Sie Willens und Vorhabens*, *der Jugend*, *auch dem Studio zu gutem*, *ihre jetzthabende Schul in eine Universität und Hohe-Schul zu* transferiren, *und aufrichten zu lassen*, *und sich darinnen nachfolgender Freyheiten*, *und benantlich* Doctores, Licentiatos, Magistros, Poëtas Laureatos, *und* Baccalaureos, *in allen* Facultæten *zu* creiren, *und sich deren zu gebrauchen*; *mit unterthänigster Bitt*, *daß Wir*, *als Römischer Kayser*, *Ihnen dieselbig gnädigst zu* confirmiren *und zu bestättigen*, *auch erstangezeigter massen zu* extendiren; *und Sie mit den obbestimpten* Privilegien, *Begnadungen und Freyheiten*, *als andern Universitäten im H. Reich*, *zu begaben*, *gnädigst geruheten*; *das Wir demnach mit Gnaden angesehen solch vorberührter N. Meister und Rath der Statt Straßburg unterthenigst*, *demütigst*, *zimliches Bitten*, *auch die ansehnliche* intercessiones, *so*, *von etlichen fürnehmen*, *Gehorsamen und Getreuen Chur-Fürsten und Ständen des Reichs*, *für Sie beschehen*, *und eingewendet worden*; *und darumb*, *mit wohlbedachten Muth*, *guten Rath*, *und rechtem wissen*, *die obgedachte Ihre vorhabende Schul zu Strasburg*, *nicht allein gnädigst confirmirt*, *und bestättiget*, *sondern auch dieselb zu einer Universität* transferirt, extendirt *und erhebt*, *sie auch mit den Freyheiten*, *Privilegien und Gnaden*, *so wie obgemelt andere Universitæten und Hohe-Schulen im H. Reich haben*, *am fürstendigsten haben begnadet und befrewet &c.* Promulgatio Privilegii hujus novi facta est 14 Aug. solemni Actu celebrato, Cancellario Academiæ *Adamo* de *Zorn* & Prætore *Georgio Jacobo Wurmsero* de *Vendenheimb*; dieque sequenti nonnullis Doctoribus creatis. Vid. *Theatr. Europ.* T. I. ad h. a. pag. 519 &c. & *Meteran Contin.* h. a. pag. 337.

An. 1575, 8 Febr. *Lugdunensis Batavorum*, ab Ordinibus Hollandiæ, & *Wilhelmo* Nassovio, Arausionensium Principe. Vid. *Martini Schoockii Belgium Fœderatum*, lib. 16 c. 2, *Thuanus*, lib. 60 *Histor.* pag. 81; *Spondanus*, *Contin. Annal. Baron.* h. a. §. 4, pag. 754; *Grotius*, *Annal. Belg.* lib. V, pag. m. 377, *Bertius* l. c. pag. 17; *Bucholzer*, *Ind. Chronol.* h. a. *Zeiler*, *descript. Circuli Burgundici*, voc. *Leyden*, pag. 176; *Besoldus* l. c. *Conringius* l. c. pag. 47, *Bœclerus* l. c. pag. 581; *Daniel Otto* l. c. referens autem inaugurationem ad 1 Febr. *Seyfrid* l. c. voc. *Leyden*, p. 268; *Korber* l. c. pag. 28.

An.

An. eod. Helmstadiensis, a *Julio*, Duce Brunsuicensi & Luneburgensi, (inde dicta *Julia*,) Illustri Schola *Gandersheimio Helmstadium* translata: vid. *Meibomii Chron. Riddagshusense*, T. 3. *Rer. German.* pag. 391; quamvis inauguratio anno demum 1576, 15. Octob. processerit. Vid. *Chytræus* l. c. lib. 23, ad h. a. pag. 639 &c. exhibens simul Serenissimi Fundatoris literas patentes, sub dato *Henricopoli*, d. *Petri & Pauli Apostolorum*, An. 1576, quibus Ipsemet futuram Introductionem festivam omnibus notam fecit; *Thuanus*, lib. 62 *Hist.* an. eod. pag. 123; *Besoldus* l. c. *Bertius* l. c. pag. 16; *Bucholzerus* l. c. an. eod. *Conring* l. c. pag. 48; *Europ. Heroldt* l. c. p. 549; *Daniel Otto* l. c. pag. 704; *Bœclerus* l. c. pag. 137, & 582; *Schweder* l. c. pag. 315; *Zeiler, descript. Circuli Saxon. Infer.* voc. *Helmstätt*, pag. m. 1065 &c. & in *Topographia Ducatus Brunsuic. & Luneburg.* voc. ead. pag. 112 &c. *Seyfried* l. c. voc. ead. *Historica Narratio de illius introductione*, an. 1579 excusa est. Diploma *Maximiliani II.* Imperatoris, Academiæ recens institutæ Privilegia complectens, jam An. 1575, 9 Maji *Pragæ* datum sistunt *Conringius* l. c. in *Supplementis*, pag. 383 &c. & Dn. *Christophorus Schraderus*, in *Oratione Seculari*, An. 1676, Idib. Octob. cum *Julia* primum seculum finiret, habita; ibi: *Nos igitur, Prædecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, petitione Illustris Julii, Ducis Brunsuic. & Luneburg. Consanguinei & Principis Nostri charissimi - - - - qua continebatur, ut, ad præfatorum Studiorum liberalium & bonarum Artium incrementum, Collegium Scholamque in Civitate sua hæreditaria Helmstat, à se cœptum & institutum, authoritate Nostra Cæsarea, confirmare, atque Juribus, Privilegiis & immunitatibus Studii Universalis, seu Gymnasii, communire, adeoque illi Scholæ Juliæ nomen facere dignaremur; permoti - - - - maturo Procerum Aulæ Nostræ Cæsareæ habito consilio, animo bene deliberato, ex certa scientia & motu proprio, authoritate Nostra Cæsarea, & ex plenitudine Potestatis, præmemoratum Collegium, à dicto Consanguineo & Principe Nostro, in Civitate Helmstat nuper cœptum & institutum, confirmavimus, adeoque de novo in Studium Generale, & Universitatem Publicam ereximus, prout, tenore præsentium, confirmamus, & de novo instituimus & erigimus; volentes, &, dictæ Cæsareæ Nostræ Potestatis & authoritatis plenitudine, decernentes, quod ea ipsa Schola in Helmstat in posterum Gymnasium Universale esse, & ab omnibus sic haberi, dicique Schola Julia debeat; & Doctores quarumcunque Facultatum, & personæ idoneæ, ad id, per dictum Ducem, Ejusque Successores, vel quibus Illi demandaverint, deputandæ, possint & valeant, in præfata Universitate, in omnibus Facultatibus, videlicet in Sacra Theologia, in utroque Jure, tam Canonico quam Civili, in Artibus & Medicina, nec non in Philosophia, & quibuscunque scientiis, legere, & Lectiones, Disputationes & Repetitiones publicas facere, Conclusiones palam proponere, & præfatas scientias docere, interpretari, glossare & dilucidare, omnesque Actus Scholasticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qui, in cæteris Universitatibus & Gymnasiis Publicis, observari solitus est. Et quoniam ipsa Studia eo feliciori gradu sument augmentum, si ingeniis & disciplinis ipsis suus honor, suus dignitatis gradus, statuatur, ut emeriti aliquando digna laborum suorum præmia reportent, statuimus & ordinamus, ut, per Collegia Doctorum, a prænominato Illustri duce, in unaquaque Facultate instituenda, doctis, & ad id idoneis, & præ cæteris excellentioribus in ipsis Facultatibus Doctoribus, hi, qui ad sumendam palmam certaminis sui idonei judicati fuerint, adhibito per ipsos Doctores Collegii in unaquaque Facultate, prius, pro more & consuetudine, atque solennitatibus & ritu in cæteris Universitatibus adhiberi solitis, rigoroso & diligenti Examine, - - - - possint ad ipsum Examen admitti, &, invocata Spiritus Sancti gratia, examinari, &, si hoc modo habiles, idonei & sufficientes ad id, reperti & judicati fuerint, Baccalaurei, Magistri, Licentiati, sive Doctores, pro unicujusque scientia & doctrina, creari, & hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non per bireti impositionem, & aurei annuli ac osculi traditionem, cæterisque consuetis solennitatibus investiri, & consueta ornamenta atque insignia dignitatum prædictarum tradi & conferri &c.*

An. 1578, *Altdorffina*, à Senatu *Norimbergensi*; Privilegia & facultatem bene merentibus in ea *Baccalaureatus* & *Magisterii* titulos honoresque conferendi, impertiente *Rudolpho II* Imp. cujus diploma, An. 1578, 26 Nov. Pragæ, hunc in finem, exaratum, *Limnæus*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 35, §. 31, pag. 419 &c. Dn. *Wagenseil*, Comment. de *Civitate Norimbergensi*, Cap. 27, pag. m. 268 &c. & Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4. 2 *Theil*, 35 *Absatz*, §. 82, pag. 173 &c. sistunt. *Ferdinandus II*, sub dato *Viennæ*, 3 Oct. 1622, adjecit creandi *Utriusque Juris & Medicinæ Doctores, Licentiatos, Poëtasque Laureatos*, potestatem; diplomate Ejus teste apud *Limnæum* l. c. §. 32, p. 423 &c. *Wagenseilium* l. c. pag. 271 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 87. pag. 184 &c. Sacratissimus tandem Imperator *Leopoldus*, sub dato *Viennæ*, 10 Decemb. An. 1696, Academiam hanc per omnia æquiparavit Universitatibus: *Coloniensi, Viennensi, Heidelbergensi, Ingolstadiensi, Friburgensi, Rostochiensi, Helmstadiensi*,

diensi, Argentoratensi, Kiloniensi, & Hallensi, ita,ut iisdem plane cum hactenus nominatis Studiis Generalibus, Privilegiis posthac frueretur, gavisura Jure, præter *Baccalaureos, Poëtas & Magistros,* renunciandi & creandi *Licentiatos* atque *Doctores* in *omnibus Facultatibus,* proinde etiam in *Theologica;* diploma suppeditat Dn. *Lunigius,* l. c. §. 95, p. 195 &c. Solennis Inauguratio facta An. 1623, 29 Junii. Vid. *Actus Publicationis Privilegiorum Doctoralium* An. 1624 impressus. *Zeiler, Topograph. Franconiæ,* voc. *Altorff* pag. 20; & *Descript. Circuli Franconici,* voc. ead. p. m. 495; *Europ. Heroldt* l. c. Alii rejiciunt ejus initia ad annum 1575; vid. *Conring,* l. c. pag. 48, & *Schweder* l. c. pag. 314; alii contra, in annum 1581; ita *Besoldus* l. c. *Daniel Otto* l. c. p. 704; *Bœcler* l. c. p. 692, *Bertius* l. c. Cap. 2, pag. 12.

An. 1607, Giessensis in Hassia, à *Ludovico* Landgravio; solenniter introducta, 7 Octob. vid. *Zeiler, Topogr. Hass.* voc. *Giessen* pag. 76, & *Descript. Circuli Rhenani, Super.* voc. ead. pag. 821; *Schweder* l. c. pag. 315; *Daniel Otto* l. c. pag. 704; *Petrus Bertius* l. c. pag. 14; *Europ. Heroldt* l. c. docens, eam jam anno 1605 erectam, ast an. 1607 demum inauguratam; *Seyfried* l. c. voc. *Giessen;* Diploma confirmationis *Rudolphi II* Imp. *Pragæ*, An. eod. 19 Maji, scriptum, suppeditat Dn. *Lunigius,* Part. spec. *des Teutschen Reichs-Archivs,* Contin. 2, IV *Abtheilung,* VIII *Absatz,* §. 16, pag. 816 & 817; ibi: *Wir Rudolph der Andere ---- thun kund allermänniglichen, daß Uns der Hochgebohrne Ludwig, Landgraf zu Hessen ---- Unser Lieber Oheimb und Fürst, untertbäniglich vorbringen lassen, wie S. Ld. verschiener Jahr, gemeinem Nutz der Jugend, auch den* Studien *zugutem, in seiner Statt Giessen, eine Universitæt und Hohe-Schul ufrichten lassen, mit unterthänigster Bitte, daß Wir, als Römischer Kayser, Ihm dieselbe gnädigst zu* confirmiren, *und zu bestättigen, auch Sie mit den* Privilegien, *Begnadigungen und Freyheiten, damit andere Universitäten im H. Reich versehen wären, zu begaben, gnädigst beruheten; darauf haben Wir angesehen solche Sr. Ld. unterthänigst ziemliches Bitten, und Erbiethen, auch die ansehnlichen* Intercessionen, *so von unterschiedlichen Chur- und Fürsten, so wohl der Catholischen Religion, als Augspurgischen* Confession, *vor S. Ld. beschehen; Und darumb, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechten Wissen, die obgedachte Sr. Ld. aufgerichtete Universitæt und Hohe-Schul zu Giessen, gnädigst* confirmirt *und bestättiget, sie auch mit den Freyheiten,* Privilegien *und Gnaden, so, wie obgemelt andere Universitæten und Hohe-Schulen im H. Reich haben, amfürständigsten begnadet und befreyet; thun das auch hiemit aus Röm. Kayserl. Macht, wissentlich, in krafft dieses Briefs, also, daß Sie allenthalben vor eine Universitæt und Hohe-Schul gehalten und geehret werden, und sie alle Ehre, Würde, Vortheil, Recht, und Gerechtigkeit, und Gewohnheit, wie andere, haben solle &c.* Solemnitates primi Jubilæi, an 1707, 17, 18, 19 & 20 Octob. ibidem celebrati, offendis *in der dritten* Function *des Neu-bestellten* Agenten, §. 360 *der Ersten* Depeche, pag. 67 &c. ubi simul varii nummi in rei memoriam cusi, interque eos, referens *anticâ* inscriptionem: *ACADEMIA LUDOVICIANA, AUTORE LUDOVICO VI FUNDATA, ET ERNESTO LUDOVICO, EJUSQUE FILIO, LUDOVICO, RECTORE MAGNIF. CONSERVATORIBUS, LÆTISSIME FLORENS, PRIMUM JUBILAEUM CELEBRAT, A. CIↃ DCCVII. D. XVII OCT.* & postica, versum:

TEMPORA LABUNTUR FLOS PRIMUS PERSTAT HONORQUE. C. W. F. C. PR.

In circumferentia legitur:

GIssIaCæ gaVDete CaMenæ.

An. 1616, Paderbornensis, à *Theodoro Fürstenbergio* Episcopo. Collegio Jesuitarum, an. 1592, ab eodem erecto, in Academiam converso; vid. Bulla *Pauli V* P. R. sub dato Romæ, apud S. Mariam Majorem, 2 April. 1615, hanc in rem edita, apud *Cherubinum,* Tom. 3 *Magni Bullarii Romani,* p. m. 314 &c. & Dn. *Lunigium,* in *Spicilegio Ecclesiastico,* Part. 2, Cap. 4 Tit. *Paderborn.* §. 86, pag. 748: ibi: *Nomine Venerabilis Fratris, Theodori, Episcopi Paderbornensis, S. R. I. Principis, Nobis nuper expositum fuit, quod ipse, à viginti annis, vel citra, ut Adolescentes suæ Civitatis Paderbornensis, in bonis literis, moribus, & sincera pietate instituerentur, ---- in eadem Civitate Unum Collegium Societatis Jesu, in quo humaniores literæ docerentur, per tunc existentem Præpositum Generalem dictæ Societatis, in vim Privilegiorum, sibi ab Apostolica Sede concessorum, erigi & institui curavit, illudque opportuno ædificio construi fecit, & competentibus redditibus annuis dotavit &c.* Sequentibus laudat fundatoris institutum, vel propterea, quod in tota veteri Saxonia nulla adesset *Academia Catholica,* bene vero *propinqua Hæreticorum Gymnasia, in quibus omnia Studia* (hæc genuinum Patrem infallibilitatis trophæo intumescentem redolent,) *ad hæreses, & falsa dogmata propaganda dirigerentur,*

ac sa-

ac sapientia hujus seculi gubernarentur, & ad ea meliora sæpe ingenia, cum magno spiritualium & temporalium rerum damno, proficiscerentur &c. addens tandem eadem Privilegia, quibus aliæ Universitates fruerentur, cum Facultate docendi *Theologiam & Philosophiam*, tam *Scholasticam* quam *positivam, naturalem*, ac *moralem*, Linguasque *Latinam, Græcam & Hebræam*, aliasque artes ingenuas, non minus bene merentibus conferendi titulos honoresque *Baccalaureorum, Poëtarum, Magistrorum, Licentiatorum & Doctorum &c.* Conf. *Europ. Heroldt* l. c. pag. 549. Non satis accurate refert *Bœclerus* l. c. pag. 693, initia Academiæ hujus ad annum 1592, utpote quo non nisi Gymnasium Jesuitarum erectum.

An. 1618, Molsheimensis in Alsatia, à *Leopoldo* Archiduce, Episcopo Argentoratensi. Conf. *Zeiler, Descript. Circuli Rhenani Superioris*, voc. *Molsheim*, p. 840.

An. 1619, Stadthagensis, in Comitatu Schauenburgico, ab *Ernesto* Comite Holsato-Schauenburgico; Gymnasio, an. 1610 fundato, consensu & auctoritate *Friderici V*, Electoris Palatini, qua *Vicarii Imperii*, in Academiam mutato. Diploma Serenissimi *Vicarii*, sub dato *Heidelberg*, 19 Julii An. 1619, desuper editum, extat apud *Johannem Justum Winckelmannum*, P. 4 *Rer. Hassiacarum*, c. 7; Dn. *Fridericum Lucæ, im Uhralten Graffen Saal*, pag. 541 &c. Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Teutschen Reichs-Archivs*, Contin. II, *IV Abtheilung, VIII Absatz*, §. 64, pag. 934, &, ex parte, in Programmate Dn. *Caspari Henrici Hornii*, ad disputationem Inauguralem Dn. *Adami Conradi Garbii*, de *Sensu vero Legis Anastasianæ*, 23 Aug. 1711, Wittebergæ ventilatam; ibi: *Wir Friderich, von Gottes Gnaden, Pfaltzgraf bey Rhein, des H. R. Reichs Ertz-Truchseß und Churfürst, und in den Landen des Rheins, Schwaben- und Fränckischen Rechtens Fürseher und Vicarius, Herzog in Bayern &c. Thun kund hiemit jedermänniglich, daß der Wohlgebohrne Unser Lieber Gesandter, und des Reichs getreuer, Ernst, Graf zu Holstein, Schauenburg und Sternberg, Herr zu Ghemen &c. Uns in Unterthänigkeit zu erkennen gegeben, welcher Gestalt Er --- für die höchste Nothdurfft zu seyn erachtet, ein Gymnasium --- in Seiner Stadt Graven-Alveshagen anzustellen und aufzurichten, welches dan also auch* effectuirt *worden. Weil nun der* Event *erwiesen daß sich seine Unterthanen, wie imgleichen die benachbarten, dabey wohl befunden, und der Zulauff der Studirenden Jugend je länger je mehr sich hauffe, so habe Er bey sich entschlossen, solches Gymnasium zu einer Gemeinen Academie und Hohen-Schule gebührlich erhöhen und* privilegiren *zu lassen; und wäre demnach seine fleissige Bitte, Wir, als Vicarius des H. Reichs, obgenandte Sadt Graven-Alveshagen, oder, welche unter Seinen Städten darzu für die bequemlichste und tauglichste zur Zeit möge erachtet werden,* pro loco & sede Universalis Studii, *zu* qualificiren, *und sein aufgerichtetes* Collegium Professorum *alda* ex Gymnasio *in* Academiam, *GOtt zu sondern Ehren, zur Wohlfart des H. R. Reichs Teutscher* Nation, *und der Christlichen* Studirenden *Jugend, als Pflantzen aller Geist- und Weltlichen Regimenter, zum besten, gleich andern* Universitæten *und* Academien, *auf gewisse Maaß zu* erigiren *und zu erhöhen ---- Wan Wir nun solch Vorhaben löblich, und, also beschaffen befunden, daß es der Beförderung würdig, als haben Wir dem deßwegen beschehenen Anlangen gnädiglich willfahren wollen.* Erigiren *und erhohen demnach, in Krafft tragenden Vicariats, obgedacht zu Graven-Alveshagen angeordnetes* Gymnasium *zu einer* Universitæt *und* Academie *und* General Studio, *und geben Ihm, Graf Ernsten von Schaumburg, genugsame Macht und Gewalt, zu mehrgedachtem Graven-Alveshagen, oder in einer andern seiner zu solchem Werck bequemen Satt, eine* Universitæt *und* General Studium *anzustellen, und zu ordnen, also und der Gestalt, daß Ihm, Seinen Erben und Nachkommen, Regierenden Grafen zu Holstein und Schauenburg,* concediret *und erlaubt seyn solle,* Idoneos Professores trium Facultatum nempe Theologiæ, Juris Utriusque & Medicinæ, nec non Magistros Artium & Linguarum *zu bestellen, dieselbe ein- und abzusetzen, nachdem es die Nothdurfft erheischen und erfordern möchte, auch die bestelte* Professores, pro legitimo Collegio publico Imperiali, *von jedermänniglich sollen* respectirt, *gehalten und geehret werden, auch aller* Privilegien, *Freyheiten und Begnadigungen fähig seyn, so andere Hohe-Schulen im H. Reich Teutscher* Nation *geniessen, und mit denen sie von Römischen Kaysern und Königen hochlöblich* honorirt *und begabet worden sind --- zum Vierten, solle das gantze* Collegium Professorum *Macht haben, einen* Rectorem Universitatis, seu Academiæ --- *zu erwählen, dessen* Magistratus legitimus & Annuus *seye. Immassen auch, zum Fünfften, Er, Graf Ernst zu Holstein-Schauenburg, seine Erben und Nachkommen, Macht haben sollen, einem* Cancellarium Academiæ *zu ordnen und zu bestellen, der Gewalt habe alle* Actus Academicos, *an Statt und im Nahmen der Röm. Kayserl. Maj. zu* confirmiren *und zu bestättigen. Es solle auch, zum Sechsten, den* Professoribus *der dreyen* Facultæten, *wie auch denen* Magistris Philosophiæ & Artium, concedirt *und zugelassen seyn,* Gradus Academicos *zu* confirmiren *(conferiren) nemlich* Doctores *und* Licentiatos *in ermelten dreyen* Facultæten, *so dan* Magistros & Baccalau-

calaureos Philpsophiæ, *zu* promoviren, *und sollen solche* promoti *alle* Actus dictis gradibus convenientes exerciren. *auch aller* Privilegien *und Freyheiten, so diejenige haben und geniessen, die auf andern* Universitæten promovirt *werden, sich zu erfreuen haben, und, ohne männigliches Zutrag, zu gebrauchen &c.* Vigore Diplomatis hujus, transtulit Illustrissimus Comes, Princeps interea declaratus, An. 1620, novam hanc Academiam, *Stadthaga*, *Rintelium*, novum confirmationis diploma sub dato, *Viennæ*, 9 Maji, 1620, subministrante *Ferdinando II* Imperatore, cujus formulam Dn. *Lucæ* l. c. pag. 544 &c. & Dn. *Lunigius* l. c. §. 65, pag. 936 &c. exhibet; Verba, huc inde spectantia, sunt: *Ab Illo, Nostro, & Sacri Imperii Principe, Fideli Dilecto, Ernesto, Comite Holsatiæ &c. humiliter rogati, ut, quam, magno labore, gravibusque impensis, in Oppido suo Rinteleno, ad Visurgim sito, instituit atque erexit Academiam ---- auctoritate Nostra Cæsarea confirmare, nec non Privilegiis, Libertatibus, Honoribus, franchisiis, immunitatibus & prærogativis Academicis, clementer munire & exornare dignaremur; Nos, maturo super hoc adhibito consilio & deliberatione, precibus ejusmodi, per sese honestis & æquis, benigne deferendum duximus, ac proinde, ex certa scientia, ac de Cæsareæ Potestatis Nostræ plenitudine, in vim motus proprii, ante dictum Studium, ab eodem Illustri Principe Ernesto erectum ac fundatum, quoad Professionem Artium Liberalium, & Philosophiæ, nec non Medicinæ & Jurisprudentiæ,* (Theologia, ob causas notas, omittitur, nihilominus autem & *Doctores Theologiæ* hic creari, quotidiana docet experientia) *omni meliori forma & modo approbamus, ratificamus & confirmamus, & in Gymnasium Academicum erigimus, illudque, una cum Personis, ibidem & nunc & olim profitentibus & studentibus, privilegiis omnibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, franchisiis, exemptionibus & gratiis, quibus aliæ Universitates, earumque membra, utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, donamus, insignimus, exornamus &c.* Attamen solennis Inauguratio demum Anno 1621, 27 Julii, processit, Primo Rectore creato, *Johanne Eichrodio*, J. U. D. & Consiliario Schauenburgico; hinc ratio, cur multi originem Academiæ hujus Anno 1621 vindicent. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. I, ad An. 1621, pag. 520; Dn. *Lucæ* l. c. pag. 147. *Europ. Heroldt*, Edit. Veter. pag. 550; Dn. *Schweder* l. c. pag. 316; *Seyfried* l. c. voc. *Rinteln*; *Zeiler*, *Descript. Circuli Westphalici*, voc. ead. pag. 941; *Eur. Heroldt* l. c. pag. 550; *Ditelius* l. c. voc. ead.

An. 1620. Saltzburgensis, à *Paride* Com. de *Lodron*, Archi-Episcopo ibidem. vid. Dn. *Schweder* l. c. pag. 316. Conf. *Zeiler*, *descript. Circuli Bavarici*, voc. *Saltzburg*, p. m. 297. *Europ. Heroldt* l. c. pag. 550, ait, Cæsarea Privilegia demum anno 1625 accessisse.

An. 1649, Bambergensis, à *Melchiore Ottone Voit à Saltzburg*, Episcopo ibidem.

An. 1655, Duysburgensis, in Ducatu Cliviæ, à *Friderico Wilhelmo* Electore Brandenburgico, 14 Octob. præsente *Johanne Mauritio*, Principe Nassovio, Pro-Duce Clivensi, solenniter introducta. vid. *Europ. Heroldt* l. c. *Theatr. Europ.* Tom. VII, ad h. a. pag. 849; *Thulden*, lib. V *Hist. Europ.* pag. 154; *Handlung der Welt Alter*, p. m. 479; *Schweder* l. c. pag. 314; *Zeiler*, *descript. Circuli Westphal.* voc. *Duysburg*, pag. 912; *Körber Tabb. Chronol.* pag. 31. Cæsarem *Maximilianum II* jam, sub dato *Augustæ Vindelicorum*, An. 1566, 26 Maji, ad preces *Guilielmi*, Clivensium Ducis, Privilegium erigendæ hujus Academiæ dedisse, patet ex Diplomate desuper confecto, apud Dn. *Justum Christophorum Dithmarum*, in *Codice Diplomatico*, *Teschenmacheri Annalibus Cliviæ &c.* annexo, §. XXI, pag. 10, &c. nec non, Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. Continuat. 2, IV *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. XV, pag. 418 &c. ubi inter alia: *Maximilianus II, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ---- notum facimus, tenore præsentium, universis, postea quam ---- Nobis Illustris Guilielmus Dux Juliacensium Clivensium & Bergensium ---- humiliter supplicavit, ut Gymnasium, Universitatem quam vocant, seu Studium Generale, quod in Oppido suo Duysburg, prope flumen Rheni, in umbilico fere Ditionum suarum sito, --- authoritate Nostra Cæsarea erigere, & specialibus privilegiis, gratiis, indultis, & immunitatibus, quibus alia Gymnasia Germaniæ potiri fruique hactenus consueverunt, ornare atque donare --- clementer dignaremur; Nos igitur --- adhibito sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum & aliorum Aulæ Nostræ Nobilium consilio, animo deliberato, ex certa scientia, & de Cæsareæ Potestatis Nostræ plenitudine, Universitatem, seu Studium Generale, & Gymnasium, in prædicto Oppido Duysburg instituimus, ereximus, ---- atque insuper sic erectæ & institutæ Universitati, ac illius Magistris & Doctoribus, seu aliis in ea legentibus, & Scholaribus studentibus, aliisque illius personis quibuscunque, omnia & singula privilegia, gratias, indulta, favores, immunitates, quibus aliæ Universitates Germaniæ, maxime vero Heidelbergensium,*

Friburgensium in Brisgoja, Ingolstadensium in Bavaria, hactenus usæ sunt, seu quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, concessimus & indulsimus, ac, tenore præsentium, Universitatem illam, seu Gymnasium Publicum, in Oppido Duysburg, erigimus, instituimus - - - volentes, & eadem autoritate Nostra Cæsarea decernentes, quod Doctores quarumcunque Facultatum, & personæ idoneæ, ad id, per sæpe nominatum Ducem Juliacensium, & Ejus in eodem Ducatu Successores, vel quibus id Ipsi demandarint, deputandæ, possint & valeant in præfata Universitate, in omnibus Facultatibus, videlicet in Sacra Theologia, in utroque Jure, tam Canonico quam Civili, in Artibus & Medicina, nec non in Philosophia, & quibuscunque scientiis, legere, & lectiones, disputationes & repetitiones publicas facere, conclusiones palam sustinere, ac præfatas scientias docere, interpretari, glossare & dilucidare, omnesque actus scholasticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qui in cæteris Universitatibus, & Gymnasiis Publicis observari solitus est. His annectitur facultas creandi *Doctores* omnium Facultatum, *Licentiatos, Magistros & Baccalaureos;* eligendi *Rectorem* Universitatis, *Syndicum* & alios quoscunque Officiales &c. Quoniam vero res effectu caruit, notum fecit Sereniss. Elector Brandenburgicus, sub dato *Cölln an der Spree, am* 15 Octob. An. 1654, publico Edicto, cujus formulam Dn. *Lunigius* l. c. §. XIX, pag. 428 & 429, suppeditat, se eam ad finem perducturum, sicuti etiam, sub dato *Cleve,* 6-16 Aug. An. 1655, ad festivam inaugurationem celebrandam, solenne Diploma publicavit, dicens, inter alia: *Von GOttes Gnaden, Wir Friederich Wilhelm, Marggraf zu Brandenburg, des H. R. Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürst - - - thun hiemit kund und zu wissen, was maßen Wir jederzeit vor nützlich und nöthig erachtet - - - eine sonderbahre und eigene Universitæt und Hohe-Schule, in diesen Unsern Clevisch-Gülich-Bergischen und angehœrigen Landen zu stifften, zu begaben und anzurichten; Gestalt dann, zu einem solchen Ende, Unsere geehrte Vorfahren, die vorige Lands-Fürsten erwehnter Unserer hiesigen Lande, albereit vor längst stattliche* Privilegia, *zu Aufrichtung einer solchen Hohen-Schule, außgebracht, krafft deren dieselbe aller derjenigen* Privilegien, Authoritæten, Prærogativen, *Freyheiten und Gerechtigkeiten, womit die aller-vornehmsten Universitäten in gantz* Europa *begabt sind, habhafftig seyn und genießen sollen. Nachdem nun angeregte Unsere Löbliche Vorfahren, und Wir Selbsten, durch die weltkündige so lang gewährte Kriege, an diesem guten Vorhaben, nun sehr geraume Zeit von Jahren, mercklich gehindert gewesen, und aber die Zeiten sich, GOtt Lob! nunmehro in etwas gelinder und sanffter anlassen, haben Wir - - - den gefaßten heilsamen Vorsatz endlich durchdringen, und zu Werck richten wollen; wie Wir dan auch in der That selbst eine solche Universitæt und Hohe-Schule, in Unserer Stadt Duisburg, in Unserm Hertzogthumb Cleve gelegen - - - aufgerichtet, dieselbe mit allen hierzu nöthigen Unsern* Privilegiis, *auf den Fuß, und nach Inhalt obangezogener Kayserlichen* Privilegien, *ingleichen mit guten und tüchtigen* Professoribus *in gemelten* Facultæten, *und andern auf Universitäten gewöhnlichen und ersprießlichen* Professoribus *und* Studiis, *versehen und versorgt haben - - - Und dieweil Wir Vorhabens sind, diese von Uns also aufgerichtete und gestifftete Universitatem, Academiam und Hohe-Schule, üblichem Gebrauch nach, mit gewöhnlicher und hergebrachter* Inauguration, *und allen darzu gehörenden* Solennitæten, *vornemlich mit dem Gottes-Dienst, demnächst mit gewöhnlichen* Orationen, *auch würcklichen* Promotionibus *zu den* Gradibus *in den* Facultæten, *auf den 4-14 Tag des Monats* Octobris *schierst künfftig einführen, einleiten und bestättigen zu lassen; So haben Wir nicht umbgehen wollen, solches alles hiemit zu Jedermanns, welcher* Religion, *die nur im H. R. Reich zugelassen ist, er auch seyn mag, Wissenschafft zu bringen; auf daß männiglich, wer Lust und Liebe darzu trägt, sich, auf ietztbenanten Tag, in Unserer Stadt Duisburg, einstellen - - - möge &c.* vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. XX, pag. 429 &c. Privilegia *Electoralia*, sub dato *Clivis,* 22 Sept. 1655, novæ huic Academiæ concessa, habentur ibidem l. c. §. XXI, p. 430. Conf. Dn. *Dithmarus* l. c. §. XXII, p. 12.

Anno 1665, Kiloniensis, à *Christiano Alberto*, Serenissimo Duce Holsato-Slesvicensi, 5-15 Octobr. solenni more introducta. vid. *Theatr. Europ.* Tom. IX, pag. 1493 &c. ubi Inaugurationis solennia; *Diarium Europæum*, Contin. XII, pag. 219 &c. *Europ. Heroldt*, Edit. Veter. pag. 550; *Handlung der Welt Alter*, p. m. 452 &c. *Seyfried*, *Poliologia*, voc. *Kiel; Dicel* l. c. voc. ead. Annum sequentem 1666 ponit *Zeiler*, *Descript. Circuli Saxon. Infer.* voc. ead. pag. 1072, ut & Dn. *Schweder* l. c. pag. 315. Quali Privilegio Imperator *Ferdinandus III*, Serenissimo Duci *Friderico*, Academiam hanc erigere jam cogitanti, sub dato *Viennæ* 26 April. 1652, prospexerit, ostendunt Ejus tabulæ apud Dn. *Lunigium* l. c. X *Absatz*, §. 138, pag. 298 &c. ibi: *Cum igitur Serenissimus Fridericus, Hæres Norwegiæ - - - demisse Nos - - - rogarit, cum pene solus inter omnes*

Imperii

Imperii Principes, tali aliquo utilissimo Seminario destitutus sit, quatenus Sibi potestatem concedere clementer dignaremur, ut, in Ducatus sui Holsatiæ, & Territorii Sacro Romano Imperio subjecti, commodo quodam loco, tale Sublimius Gymnasium, *sive Academiam, erigere possit, quæ, quoad Privilegia & immunitates, cum aliis per Germaniam, Italiam & Gallias privilegiatis Studiis --- æquo Jure censeatur, in qua erigenda Academia singularum Facultatum Professores potestatem habeant, prævio & rigoroso Examine,* Doctorum, Licentiatorum, Magistrorum & Baccalaureorum *titulos dignis & bene meritis elargiendi, qui quidem, per eos promoti, singulis gratiis, favoribus & Privilegiis, prout in aliis Universitatibus ejusmodi gradibus insigniti, utantur, fruantur, & gaudeant: præterea Doctores & Scholares, in erigenda Academia, cum consensu sæpe fati ducis, & Successorum suorum, Statuta condere, Ordinationes facere, nec non Pro-Rectorem & Pro-Cancellarium (manente penes ducem, uti Fundatorem, & Successores suos, dignitate Rectoris & Cancellarii) aliosque officiales Universitatis creare possint & valeant; ut insuper in eadem Universitate Rectoratus munere functurus* Comitiva Palatina *exornetur, sibique, Duci supplicanti, venia concedatur conferendi arma & insignia singulis in Academia constituendis Facultatibus. Nos, pro singulari & benigna Nostra, quam erga Serenissimum Holsatiæ Ducem gerimus, affectione, Ejusdem precibus ---- hisce clementer annuimus, ac dilectioni suæ potestatem erigendi, in Ducatus Holsatiæ, Nobis & Sacro Romano Imperio subjecti, Territorio, sublimius Gymnasium, sive Academiam, ac Studium Universale omnium Liberalium Artium ac Scientiarum, in quovis Gymnasio, Universitate, sive Academia, per universas Nostras & S. R. Imperii Ditiones, publice proponi ac doceri solitarum, clementer concessimus, prout hisce, animo deliberato, ac maturo desuper habito consilio, ex certa scientia, facultatem & potestatem præfatam concedimus & elargimur &c.* Primum Pro-Rectoratum gessit *Petrus Musæus*, SS. Theol. D. vid. *Theatr. Europ.* l. c.

An. 1678, *Coburgensis* erigendæ Serenissimum Ducem Saxoniæ, *Fridericum*, curis fuisse agitatum, testatur Dn. *Müllerus*, *Annal. Sax.* ad h. a. pag. 528, sub 8 Januar. *Hat Hertzog Friederich zu Sachsen-Gotha gegen die sämptliche Vettern Fürstl. Weimarischer Linie, uf dero Veranlassung, Sich dahin in Antwort erklæret, daß, wan, über kurtz oder lang, es mit der Universitæt Coburg zum Stande kommen würde, solches der Jehnischen Academie in keinem præjudicirlich seyn solle &c.* & l. c. sub 10 Januar. *Ist vom Kayser das von Sachsen-Gotha gesuchte Privilegium Universitatis, & Comitivæ Palatinæ auf Coburg, cum annexis & consuetis Juribus vor den jedesmahligen Rectorem Academiæ, verwilliget worden.*

instantiam tertii, sive motu proprio, à Principe, seu Domino suo, indebitis obsequiis, insolitarum operarum exactionibus, pœnis pecuniariis, nimiis contributionibus &c. gravetur, videndum: Num Princeps id faciat *vi Jurisdictionis, tanquam Magistratus?* an vero *tanquam Pars*, utputa, si cum subdito aliquid negotii habeat, hocque intuitu ei gravamen inferat? *Priori* casu, tentanda præviis Memorialibus restitutio in integrum, quibus à Domino spretis, Jure poterit gravatus querelas suas aut *Cameræ*, aut *Judicio Aulico*, exponere; Arg. R. J. *Ratisbon.* de An. 1594, §. 94, *Wann aber von gemeiner Interlocutori &c.* Conf. *Gailius*, cit. Lib. I, *Observat.* 17, §. 1 & seqq. pag. 33 &c. & *Observat.* 120, §. 1. p. 211; *Reinkingius*, cit. Lib. 2, Class. 2, Cap. XVI, §. 30, pag. 975; *Petrus Friderus* cit. Lib. I. Cap. 20, §. 3 pag. 79; & Lib. 2, Cap. 45, §. 16, §. 19, pag. 256; *Mynsinger* Centur. V, *Observat.* 8, §. 4 &c. pag. m. 320 &c. *Joh. Meichsnerus, Decis. Cameral.* XXVII, Tom. 4, n. 63; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. 2, §. 56, pag. m. 48; *Blumius* l. c. Tit XXIX, §. 259, pag. 202; *Schützius*, Vol. 2. *Jur. Publ.* Exercit. XI, §. X, pag. m. 771; *Mylerus* l c. §. 36, pag. 216; qui omnes uno fatentur ore, subditos, ad insolitas & non consuetas collectas, servitia, impositiones, exactiones, mulctas, aliaque onera similia, à Dominis suis compulsos; Imperatoris auxilium omnino implorare posse, ut Domino, sub gravi etiam pœna, mandetur, ne, in fraudem Privilegiorum, aut compactatorum, eos amplius vexet. Non malè hinc, (nomine *der Mecklenburgischen Ritter- und Landschafft,*) Auctor *der Abgenöthigten Apologiæ*, in causa prætensæ Feloniæ, contra Sereniss. Ducem *Fridericum Wilhelmum*, An. 1705. Viennæ, loco *Duplicarum*, productæ, Cap. 2, Quæst. 3, memb. 2. p. 66: *Es sind ferner auch eben dazu die Höchsten* Dicasteria *im Römischen Reich angeordnet, daß, wann Unterthanen in dergleichen Fällen,* contra Principes suos & Immediatos Imperii *zu klagen haben, daß, wann von Ihnen ungebührliche, ungewöhnliche*, excessive, *ruinir- und verderbliche* Onera & præstanda exigiret *und* exequiret *werden, solches alda*, tanquam via legitima, & in Legibus præscripta, *vorbringen sollen &c.* Quæstio erat de collectis ad sustentationem & reparationem Præsidii Castrique *Dömitz*, nec non ad onera Legationum & Imperii, solvendis, quibus Ordines Provinciales nimium se gravatos querebantur; re ad *Judicium Aulicum* delata, emanavit 7 Julii. 1698. Decretum, *daß gedachte Ritter- und Landschafft, Ihres aus dem* Assecurations-Recess *und* Reversalen de An. 1621, *auch anderen beschehenen Einwendens ungehindert, zur Besser- und Erhaltung der Vestung Dömitz, auch deren* Guarnison, *die Kosten, wie nicht weniger die* Legations-*Kosten zu Reichs*-Deputations- *und Crayß-Tägen, auch Kammer-Ziehlern, zu bezahlen, und zu erstatten schuldig erkannt, und darzu verdammet werden &c.* Vid. *Gravatorial-Urthel von* 7 Julii An. 1698, in Appendice dictæ Apologiæ, §. 8. Documentorum, pag. 27; Vigore cujus sententiæ, cum Sereniss. Dux adhuc eodem anno, 14 Octobr. à dictis Ordinibus 69164 taleros, *Werbe-Gelder, Verpflegungs-Gelder und* Service *vor die* Guarnison *in Dömitz, auf ein Jahr;* It. 24446 taleros, Legations-*Kosten zu Reichs-Crayß- und* Deputations-*Tägen*, quoad præteritum, salvâ summâ, quoad præsens, denominandâ; It. 4520 taler: *Kammer-Ziehler*, quoad præteritum, & 139 taler: quoad præsens &c. &c. exigeret, (teste *specificatione*, ibid. §. 10 *document.* pag. 29,) & proxime seq. 5 Novemb. Contributionis Edictum hunc in finem promulgaret, (ibid. §. 11, pag. 30 &c.) appellarunt Ordines laudati ad Imperatorem, Justitiam sibi fieri efflagitantes, quorum rationibus rectè perpensis, decrevit Imperator, 16 Novembr. 1699, *daß*, pendente lite, salvaque Judicii Aulici sententia d. 7 Julii 1698, *wegen Unterhaltung der Vestung Dömitz, es bey der in denen* Actis *sich erzeigenden, und von Hertzog* Christian Ludwigs *zu Mecklenburg Durchl. geforderten* Summa *der* 35394 talerorum, *biß auf weitere Kayserliche Verordnung, oder beyder Theilen andere Vergleichung*, provisionaliter *zu lassen, dergestalt, daß an sothaner* Summa *der Hertzog den dritten Theil über sich nehmen, die Ritter- und Landschafft aber, zwey Drittel beytragen, und im übrigen die Kammer-Ziehler, Reichs- und Crayß*-Legations-*Kosten bezahlen sollen &c.* Vid. *Rescriptum Inhibitorium*, sub dicto dato, ibid. §. 14. *Document.* pag. 35 &c. Mandatum hoc excepit aliud, sub dato *Neustadt*, 13 Aug. An. 1700, *alle* Execution *einzustellen, das, über erwehnte Kayserl.* Provisional-*Verordnung*, exequirte excessive Quantum *zu* restituiren, *oder sich, an künfftigen Anlagen, befundenen Dingen nach, abkürtzen zu lassen, und gegen Kläger auf so harte Weise nicht ferner zu verfahren, auch zu schärffern Verordnungen kein Anlaß zu geben, noch Ritter- und Landschafft, an Eintreibung der nöthigen Mittel zu dem Proceß, nicht zu hindern &c.* Vid. ibid. §. 15. Document. pag. 37 & 38; Insistente vero Duce prætensis suis Juribus, evolavit, sub dato *Wien* 17 Novembr. 1700, *Mandatum Pœnale, bey Straf 30 Marck löthigen Goldes, bey annoch* in Revisorio *Rechts-hängigen unerörterten Streitigkeiten, in die Kläger, über das, von Ihr Kayserl. Majest.* pro interim, provisionaliter *angesetztes* Quantum, *weiter nicht zu dringen, noch weniger gegen Sie mit der angedroheten* Execution, *und dabey mit unterlauffenden Landes-Verderblichen* Proceduren, *zu verfahren, sondern im Gegentheil, das, über erwehnte*

Provisional-*Verordnung schon* exequirte, *oder auch noch inzwischen etwa* exequirende Quantum *zu* restituiren, *oder Ihr, an künfftigen Anlagen, befundenen Dingen nach, abkürtzen zu lassen, auch sich künfftig hin all dergleichen verfahrens und* exequirens *gäntlich zu äussern und zu enthalten &c.* vid. ibid. *§.16 Document.* pag. 38 &c. Quomodo hæc res tandem finita sit, docet *die Vorstellung der länger unerträglichen Noth und Bedruckung des Mecklenburgischen Adels, mit vorläuffiger Beantwortung des Herrn Hertzogs Carl Leopold, zu Mecklenburg Fürstl. Durchl. sub dato 3 Sept. 1717 gedruckten --- sehr harten Declaration,* lit. D. documentor. p. 14, ubi:

Extract-Vergleichs, de dato Schwerin, den 16 Julii, 1701.

§. 3. Ausser oberwehnt behandeltem Quanto *derer Jährlichen Hundert und Zwantzig tausend Reichsthaler, wollen Wir,* ex capite vel causa *derer* Guarnisons- Legations -*Kosten zu Reichs* - Deputations-*und Crayß-Tagen, auch Kammer-Ziehlern, zu keinerley Zeit, weise und wege, von einer Ehrbahren Ritter- und Landschafft Unserer beyden Hertzogthümmer Schwerin und Güstrow, ein mehrers fordern, oder, unter keinerley Vorwand, Nahmen, weniger* via facti, *zu mehrerm Erlag Sie nicht anhalten*; *auch soll dieselbe,* ex hoc fundamento, vel causa, *derer* Guarnisons- Legations -*Kosten, zu Reichs-* Deputations- *und Crayß-Tagen, auch Kammer-Ziehlern, obgleich mehr oder weniger Vestungen im Lande Mecklenburg-Schwerin und Güstrow, jetzo oder in künfftiger Zeit, seyn, oder angeleget, viel oder weniger Mannschafft, Proviant, Munition, oder andere Kriegs-*Requisiten, *zu des Landes und derselben Beschütz- Erhalt- Besserung und Baw, oder sonst darzu nöthig möchten erfunden werden, nicht verbunden, sondern von solchen allen und jeden, unter was Nahmen, Vorwandt,* Concession, Indulto generali vel speciali, aut horum extensione, *gegenwärtig oder künfftig hin,* per novas Constitutiones Imperii, *es beschehen könte, durch Erlag mehr angeregten jährlichen* Quanti *derer 120000 Reichsthaler, (welches einer Ehrbahren Ritter- und Landschafft eigenem Erbiethen nach, in Unserer freyen, zu des Landes Sicherheit abziehlenden* Disposition, *gestellet und gelassen wird,) gäntzlichen nnd überall befreyet seyn und bleiben; über diesem auch zu keinen andern* Collecten, *als die im Land rechtlich, gewöhnlich und üblich seynd, gehalten seyn &c.*

His non obstantibus, Serenissimo Duce *Carolo Leopoldo,* sub tit. *einer Reichs-* Constitutions-*mäßigen Beschützung und Sicherheit Ihrer Lande und Getreuen Unterthanen,* post fata Serenissimi Fratris, *Friderici Wilhelmi,* ultra dictum Quantum 120000 talerorum, majorem longe summam Ordinibus Provincialibus imponente, recruduit controversia Viennæ, qua durante, Cæsar, per Rescriptum d. 4 Febr. 1716, præfatum Recessum Suerinensem d. 16 Julii 1701, confirmavit; Dux contra, sub dato *Schwerin* 3 Sept. 1717, solenni declaratione è suggestibus promulgata, & in locis publicis aliis affixa, rebelles declaravit omnes & singulos, mandatis suis reluctantes; contra quam, Apologiæ loco, nomineque oppressi Ordinis Equestris obtulerunt, sub dato *Ratzeburg,* 14 Sept. An. eod. *Land-Räthe und* Deputirte *von Ritter- und Landschafft der Hertzogthümmer Meklenburg zum Engern Außschuß,* Imperatori dictam *Vorstellung der länger unerträglichen Noth und Bedruckung des Mecklenburgischen Adels;* inter alia, p. 7, scribentes: *Die Waffen, wieder seinen angebohrnen, denen Reichs- und Landes-Verfassungen, in führender Landes-Regierung, sich Landes-Vätterlich- und gemäß bezeigenden, und nichts mehr, als was diesem* conform, *von seinen Unterthanen fordernden Landes-Herrn, zu ergreiffen, oder in Händen zu haben, oder die Unterthanen dazu anzureitzen, mag ein* seditieuses *Unternehmen, ein der* Rebellion *ähnlicher Frevel, und gottloser Muthwill, auch was man sonst vor harte Nahmen erdencken will, heissen: aber, wenn man bey äusserster Verfolgung, unleidlichen und unverschuldt, von seinem eigenem Landes-Herrn zugefügten, und, zu Erhaltung eines gantz unumbschränckten, im H. R. Reich unbekandten Landes-*Dominats *abziehlenden Drangsahlen, zu Ew. Kayserlichen Majest. allerhöchsten Richter-Stuhl auf Erden, den, nach Gött- und weltlichen Rechten, offen stehenden allerunterthänigsten* Recours *zu nehmen,* forciret *wird; so kan man dadurch umb so vielweniger freveln, als klärer Ew. Kayserliche Majestat sothanen bedrängten* Mediat-*Ständen, in Dero Kayserlichen Wahl-*Capitulation, Art. XV, *solchen Weg, zu der allergerechtesten Rettung, allergnädigst eröffnet, und Ihnen Dero allerhöchsten Schutz und Hülffe angedeyen zu lassen, Reichs-Vätterlich versichert haben &c.* Nec præjudicia fundatæ Summorum Tribunalium, in hujusmodi casibus, Jurisdictionis deesse, testantur *Sententiæ Camerales* An. 1715 à Dn. Assessore *Ludolphi* editæ, ubi §. 119, *eine Urthel, in* Causa *Heimbürger und Gemeine der vier Grossen Dörffer in Hattgau,* contra *Hanau, daß denen Klägern die Steuren unrechtmäßiger weise auferlegt;* & §. 703, in eadem causa, *daß die Kläger über ihre* Quote *nicht* gravirt *werden könten, sondern das mehr erhobene von ihnen, bey künfftigen Steuren, in Abrechnung gebracht werden müßte*

müßte &c. Sic §. 749, aliud Judicatum, in causa *der Haupt-Leuthe und Gemeine zu S.* Corneli *Münster*, contra *den Abt und das Capitul daselbst, in* Puncto *der Land-Steuren*; It. §. 798, Paritoria, in Causa *der sämptlichen Unterthanen der Grafschafft Veldentz*, contra *den Pfaltz-Grafen, die Unterthanen, wieder das Herkommen, und die* Possession, *mit nichten, noch weniger mit* extraordinairen *Auf-und Anlagen zu* molestiren &c. Exceptio tamen est, si *Reus* Privilegio *Electionis Fori* fruitur, ceu de Rege Sueciæ, respectu Provinciarum, quas in Germania possidet, ex *Instrumento Pac. Westphal.* Art. X, §. 12, constat, aut de Serenissima Domo Brunsuicensi & Luneburgensi, vigore Diplomatis *Ferdinandi III*, Imp. sub dato *Wien*, 24 Nov. An. 1648, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, IV *Abtheilung*, IV *Absatz*, §. 54, p. 138 &c. tunc enim *Actor* necessario illud Judicium supremum adire cogitur, quod *Reus* eligit; Conf. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Juris Publ.* Dissert. XXIV, §. 29, pag. 530. Attamen & hic attendendus Art. XIX *Capitul. Caroli VI*, verb: *Wann auch Land-Stände und Unterthanen &c.*

Si vero Princeps non *ut Magistratus*, sed *ut Pars*, subditum ita gravet, tenetur gravatus *Principis Austregas* adire, ne *Prima* Ejus *Instantia* injuria fiat; Vid. *Gailius* l. c. Lib. I, *Observat.* 120, §. 3 & 4, pag. 211 & 214, ubi Præjudicia; *Reinking* l. c. §. 31, p. 975; *Mylerus* l. c. §. 37, p. 216.

Quinto, vice versa, si *Princeps Civitatem Municipalem, aliumve ex Subditis suis, conveniat*, competens Forum *Camera* erit. Vid. *Gailius*, cit. Lib. I, *Observat.* I, §. 18, pag. 4, ubi Præjudicia; & de *Arrestis*, Cap. IX, §. 2, pag. 249; *Mynsinger* Centur. V. *Observat.* I, p. 314 &c. ubi Præjudicia; *Blumius* l. c. Tit. 27. §. 166, p. 136; *Reinking* l. c. §. 18, p. 974.

Sexto, *Si Status Imperii, aut immediate Imperatori & Imperio subjectus Nobilis, alterius Status, aut immediati Nobilis Imperii, subditum judicialiter interpellet*, Ordinarius *Rei* Judex, quisquis Ille sit, adeundus erit, arg. *Ordin. Camer.* Part. 2, Tit. I; Conf. *Blumius* l. c. §. 164, pag. 136 &c. Illustriss. Comes de *Wurmbrand*, cit. Dissert. de *Foro S. R. Imperii Principum*, Cap. 2, Class. 3, §. 14, p. 52.

Septimo, *Si Prælato, Comiti, Baroni, aut Nobili, mediate Imperatori & Imperio subjectis, lis sit cum extraneo Imperii Principe, qui scil. Actoris Dominus non est*, Austregæ *Primam* constituunt *Instantiam*. Vid. Illustriss. Comes de *Wurmbrand* l. c. §. 15, pag. 52 & 53, ubi tamen Casus *Mandatorum sine clausula*, eosque, *in quibus periculum subest*, excipit, quippe qui confestim, non obstantibus Austregarum privilegiis, ad *Cameram* evocentur; conf. *Textor*, ad R. I. de An. 1654, Dissert. 3. §. 71. *Petrus Friderus*, cit. Lib. I, Cap. 20, §. 6 &c. p. 78, ubi Exceptiones aliæ.

61. Sed quæritur: An absque Paribus Curiæ? (*a*) Quæstio fusissime tractatur apud Limnæum, Lib. 2, Cap. 2, §. 32 &c. Vid. Blumius, Process. Cameral. Tit. 41, §. 2. Omnes, qui Jus, seu Judicium Principum, dari affirmant, (*b*) statuunt, (*c*) hoc fieri debere cum Paribus Curiæ.

NOTÆ.

(*a*) PARIBUS CURIÆ &c. Intelligi hoc titulo regulariter omnes ejusdem Domini immediatos Vasallos, in eadem Curia, cui Feudum controversum subjacet, tenentes Feuda, non attento qualitatis, dignitatis, seu conditionis, discrimine, proinde, in Imperio nostro Immediatos Status, tradunt *Schrader* de *Feudis*, Part. X, Sect. 2, §. 27, pag. 79 & Sect. 7, §. 40, pag. 235; *Mynsinger*, Centur. 4, *Observat.* 89, §. 12, & seqq. pag. 302; *Vultejus* de *Feudis*, Lib. I, Cap. 7, §. 24 pag. m. 118; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feudal.* Cap. 16, aphor. 6, pag. 594; *Stryckius*, *Exam. Jur. Feudal.* Cap. 25, Quæst. 2, pag. 325.

(*b*) AFFIRMANT &c. Veniunt hoc nomine: *Die* Possedirende *Fürsten der Gülichischen Lande, in ihrem Außschreiben*, de An. 1610; Author *der Beständigen Information Facti & Juris, wie es mit denen am Kayserlichen Hoff, wieder des H. R. Reichs-Statt Donawert außgegangenen Processen, und darauf vorgenommener Execution, eigentlich und im Grund der Wahrheit, beschaffen, de An. 1611*, Part. I, pag. 142, & Part. 2, p. 256, §. 10. *Correspondentes Imperii Status Protestantes*, in Responsione, ad Cæsaream Propositionem in Comitiis prælectam, Ratisbonæ data 7 Aug. 1613, apud *Lundorpium* Tom. I, *Act. Publ.* Lib. I, Cap. 38, §. 2, pag. 119, verb: *Zweiffeln darneben auch nicht, daß Ew. Kayserliche Majestat in hoch und wichtigen Sachen, die etwa gantze Fürstenthumb-Graff- und Herrschafften betreffen, nach dem Exempel Dero Hochlöblichen Vorfahren am Reich, und wie vor diesem es gebräuchlich gewest, mit Rath und Zuziehung Chur-und Fürsten, zu handeln. Ihr nicht*

entgegen seyn lassen werden &c. Marquardus Freherus in kurtzen und gegründetem Bericht, über die Frag: Ob die Römische Kayserliche Majestat, in Sachen, Fürstenthumb, Hertzogthumb, Grafschafften &c. belangend, so vom Reich zu Lehen rühren, und einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen; allein, und zwar durch Dero Reichs-Hof-Rath, oder, mit Zuziehung der Chur- und Fürsten des Reichs, als Parium Curiæ, *zu erkennen und zu sprechen?* apud *Lundorpium*, Tom. I *Actor. Public.* Lib. I, Cap. 5, pag. 23. ad 37; & *Thucelium*, in *Electis Juris Publici curiosis* de An. 1694, Cap. I, pag. 3 &c.

Justus Georgius Schottelius, de *Singularibus quibusdam & Antiquis Germaniæ Juribus*, Cap. V, tot. pag. 150 &c. *Christophorus Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Fürsten-Recht*, pag. m. 283 &c. *Limnæus Jur. Publ.* Lib. 2, Cap. 9, §. 33 ad 42, pag. 109 & 110, & in Addit. ibid. Tom. V, pag. 92 &c. *Thomas Merckelbach*, in Consilio in Causa Juliacensi dato, apud *Klockium*, Vol. I, *Consilior.* Consil. VII; *Conringius*, de *Republica*, Exercit. VI, de *Judiciis Reipublicæ German.* §. 49 & 50, pag. 259; *Johannes Strauchius*, *Differt. Exoter. Juris Publici*, 3, §. 9, pag. 76 &c. *Nicolaus Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. I, Cap. 20, §. 12 & 13, pag. 197 &c. *Joh. Wolfg. Textor*, ad *Rec. Imp.* de An. 1654, Disp. I, §. 66; *Hippolythus à Lapide*, de *Ratione Status German.* P. I, Cap. 10, Sect. 2 &c. *Philip. Andr. Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, P. 2, Disc. 20, §. 3. f. 181 &c. *Joh. Wilh. Itter*, de *Feudis Imperii*, Cap. 25, §. 8 &c. pag. 1040 &c. *Monzambano*, Cap. V, §. 15; *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. 4, Tit. 5, §. 3, pag. 363; *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* part. spec. Sect. I. Cap. 9, §. 12, pag. 375 &c. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feud.* Cap. XVI, aphorism. 5, §. 3, p. 592, aliique plures.

(*c*) STATUUNT &c. Ob rationes, (ut de sententia, in solenni curia *Herbipolensi*, An. 1216, lata, & à *Friderico II* Imp. promulgata, apud *Hundium*, T. 2, *Metropol. Salisb.* Tit. *Nieder-Münster zu Regenspurg*, pag. 591 & 592, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VII, Tit. *Nieder-Münster*, §. 4, pag. 176, taceam, qua Cæsar testatur, ad querelas Abbatissarum *Superioris & Inferioris Monasteriorum Ratisbonæ*, quæ, pro quibusdam aliis bonis, cum *Conrado*, Episcopo Ratisbonensi, permutaverat, sententiam Principum desuper fuisse rogatam, factaque inquisitione, ab iis judicatum: *Nullum Principatum posse vel debere, nomine concambii, vel cujuscunque alienationis, ad aliam personam transferri ab Imperio, nisi de mera voluntate & assensu Principis Præsidentis, & Ministerialium ejusdem Principatus &c.* Mox annectens: *Decernimus, & perpetua firmitudine observandum judicavimus, quod non liceat ulli Successorum Nostrorum, Romanorum Regi, seu Imperatori, Principatum aliquem, ut superius sententiatum est, ab Imperio aliquo modo alienare, sed omnes Imperii Principatus in suo Jure & honore illæsos observare &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 17, lit. g, pag. 1323,) à *Marquardo Frehero*, in modo dicto *kurtzem und gegründetem Bericht, Limnæo* l. c. reliquisque nominatis adductas, quarum præcipuæ sunt:

(1) R. I. *Nordlingensis*, de An. 1466, apud *Lundorpium* l. c. pag. 36, & *Thucelium* l. c. pag. 41, ubi: *Daß alle Lehen, es seynd Ober- oder Unter-Lehen, berechtet werden sollen vor dem Leben-Herrn, und Seinen Mannen, davon sie zu Lehen rühren &c.*

(2) Testimonium *Sigismundi* Imperatoris, cujus sententia, in causa Patruelium, Bavariæ Ducum, *Ludovici* Barbati Ingolstadiensis, & *Henrici* divitis, Landshutani, hæreditatis intuitu invicem litigantium, sub dato *Costentz*, An. 1417, *den nächsten Mitwoch nach S. Ulrichs-Tag*, lata, apud *Lundorpium*, l. c. pag. 28, & *Thucelium* l. c. pag. 17 &c. inter alia hæc continet verba: *Wir Sigmund, von GOttes Gnaden, Römischer König ---- bekennen --- daß Wir zu Gericht gesessen sind zu Costnitz --- und bey Uns etwa viel Unsere und des Reichs, Geistlicher und Weltlicher Fürsten, und daß für Uns kame daselbst im Gericht, der Hochgebohrne Henrich, Pfaltzgraf bey Rhein, und leget Uns für --- als, von seiner Klag wegen, der Hochgebohrne* Ludwig, *Pfaltzgraf ---- für Unsere Königl. Majest. geladen wäre, als, bat er Uns zu verhoren diesen nachgeschriebenen Anlaß-Brief ---- da nun die vorgeschriebene Brieff alle, also vor Uns, im Gericht gelesen und verhöret worden --- bitt er Uns, Unsere Fürsten, die da bey Uns sassen, zuzusprechen: Ob der jetzt genante Hertzog* Henrich *bey solchen Brieffen und Sprüchen icht billig und von Rechtswegen ungehindert bleiben solle? ---- und da Wir, nach Verhörung derselben* Appellation, *oder Beruffung, und beyder der vorgenanten Theil Rede, oder Wieder-Rede, völliger und redlicher Verhörung, die Fürsten, Geist- und Weltlich, die bey Uns an dem Rechten sassen, des Rechten fragten, da nahmen Sie in ein Bedencken, biß auf ---- den nechsten Mittwoch, (nach S. Ulrichs-Tag) ---- da sprach aus, von Ihrer aller wegen, einhelliglich, der Ehrwürdig* Ulrich, *Bischoff zu Verden, Unser Fürst und Lieber Andächtiger, zum Rechten also: Sintemahl Hertzog* Ludwig *solchen Sachen, als nur Ihm Hertzog* Henrich

rich *zuspricht, veranlaßt hat, --- und die Sach zu Aussprüchen kommen ist, bedünckt mein Herrn, als mich, --- und sprechen zu Rechten, daß Hertzog* Ludwig *die Sach von einem Theil kundten Rechten nicht mächte fürbaß beruffen, und daß die Sach vor Unsern Gnædigen Herrn, dem Ræmischen Kœnig, und seinen und des Reichs Fürsten, verbleiben, und berechtet werden soll. &c.* Conf. Ejusdem sententia, in eadem causa, sub dato *Costentz*, an. 1417, *des nächsten Montags nach* Vincula Petri, apud *Goldastum*, Part. 2. *der Reichs-Satzungen*, pag. 98 & 99; *Lundorpium* l. c. pag. 29. & *Thucelium* pag. 19: *Nach Unserer Frage, ward von denen Fürsten, die bey Uns an dem Rechten sassen, zu Rechten gesprochen &c.* & rursus: *Also ward darauf, nach Unserer Frag, von den Fürsten einhelliglich zu den Rechten gesprochen, also: Sintemahl die Sach Weltlich --- so solle die Sach vor Unserm Herrn dem Kœnig, und Seinen und des Reichs Fürsten, bleiben, und mit Weltlichen Fürsprechern, und nach Teutschen Rechten, ausgetragen werden &c.* & ad finem: *Hierauf ward, nach Unserer Frage, von den Fürsten allen, einhelliglich zum Rechten gesprochen: Nachdem und Wir hie in Teutschen Landen zum Rechten sässen, als ein Römischer König, und Hertzog* Ludwig, *und Hertzog* Henrich *vorgenandt, beyde Teutsche Fürsten wären, und zum Reich gehörten, und die Sach Teutsch, und umb des Reichs Lehen wäre, die in Teutschen Landen gelegen wären, und Wir in beyderseits ein Teutsch Recht, und mit Teutschen Fürsten, besetzt hatten, und beyde Theil mit Teutschen Fürsprechern fürgestanden, und Ihre Sachen, nach Teutscher Rechtens Gewohnheit, fürgelegt hätten, so sprechen Sie zum Rechten, was jeglicher Theil fürlegen wolte --- daß er das in Teutsch, und nach Teutscher Rechtes Gewohnheit, durch seinen fürsprecher, thun und fürlegen solte &c.* nec non alia, sub dato *Costentz*, An. eod. *des nechsten Zinßtag nach S. Gallen-Tag*, apud *Lundorpium* l. c. pag. 31, & *Thucelium* l. c. pag. 25: *Also sind die vorgenandten Fürsten auf diesen Tag, als dieser Brief geben ist, fur Uns kommen in Gericht, und haben einhelliglich zum Rechten gesprochen also: Nachdem und die vorgenandte Hertzog* Ludwig *an einem, und Hertzog* Henrich *an den andern, beyde für Uns, und Unsere und des Reichs Fürsten, zum Rechten kommen seyn, und Ihr jeglicher Theile sein Zuspruch, Klage, mit Wort, Rede und Wiederrede, durch seinen Fursprecher, zu voller genügter, geludert und fürgelegt hat, und auch sein Brieffe, Schrifft, und was er wolt, fürbracht, verhören lassen, übergeben, und sich die vorgenandten Fürsten darauff entsinnen, berathen, und die für Hand zu nehmen, gebetten, ----- so sprechen Wir alle, die hernach geschrieben sind, einhelliglich zum Rechten, daß der jetztgenandte Hertzog* Ludwig *denselben Ablaß- oder Hintergangs-Brief, und den vorgenanten Spruch-Brief, halten und dabey bleiben solle; so soll der vorgenante Hertzog* Henrich, *bey seinen Landen und Leuthen, alsdann die sein Vatter Seel. auf Ihne geerbet hat, und Er in Besessene und Gewehr herbracht hat, auch bleiben &c. Und diß vorgeschrieben Recht und Urthel haben gesprochen: Der Ehrwürdig* Johannes, *Bischoff zu Riga*; Georg *zu Passaw*, Georg *zu Tryent*, Johannes *zu Lübus*, Albrecht *zu Regenspurg*, Nicolaus *zu Morsburg*, Johannes *zu Brandenburg*, *Bischoff*, Seyfrid *Abt zu Clorpygen, und* Conrad *Abt zu Begaw &c.* & alia, sub dato *Nürnberg*, An. 1431, *des nechsten Donnerstag vor dem H. Palmtag*, apud *Lundorpium* l. c. pag. 31. & *Thucelium* l. c. pag. 27, in eadem causa: *Darumb unterreden Wir Uns, mit Unsern Churfürsten und Fürsten, die bey Uns zu Gericht sassen --- also haben Wir mit Unsern Churfürsten, und andern Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, die bey Uns zu Gericht gesessen sind, Uns gründlichen und wohl darinn entsunnen &c.*

(3) Ejusdem Literæ ad Concilium *Basiliense*, sub dato *Ulmæ*, An. 1434, Feria quarta post Jacobi, in causa *Erici* Lauenburgici, & *Friderici*, Misniæ Marchionis, secum invicem de Electoratu Saxoniæ contendentium, scriptæ, apud *Lundorpium* l. c. pag. 27, & *Thucelium* l. c. pag. 13: *Insinuatione literarum vestrarum, ac relatione Illustris Frederici, Ducis Saxoniæ, Sacri Nostri Imperii Archi-Marschalli --- nuper accepimus, quod Illustris Ericus, Dux Lauenburgensis --- eundem Fredericum coram Synodo Vestra, seu Judicibus ab ea deputatis, super Ducatu, officio & jure supra dictis, trahere nititur in causam, non erubescens de Nostra Majestate publicas proponere querelas, quodque sibi, licet crebrè postulanti, Justitiam in Foro Nostro denegaverimus, seu ministrare neglexerimus, unde, perpendentes in primis authoritati Nostræ derogari, pro eo, quod causas, ad examen Nostræ Imperialis Majestatis, & Procerum Nostrorum, immediatè spectantes, ad alienum Forum producere conatur &c.* &, paucis interjectis: *Cumque, juxta formam Juris, ac Stylum & observantiam Sacri Nostri Imperii, Feudales Quæstiones coram Dominis Feudorum, etiamsi Minores Valvaso-*

vasores essent, ac Paribus curiarum suarum, respectu Feudi, de quo agitur, decernendæ sint; quod etiam Jus in Nostra Cæsarea Majestate, & Sacro Imperio Nostro, & Paribus Curiæ Nostræ, respectu Feudi talismodi, meritò debeat illæsum conservari; consequens esse, causam prælibatam ad Forum Nostrum pertinere &c. Aliæque, in eadem causa, ad dictum Concilium, sub dato Ulmæ, An. eod. 28 Julii, apud *Goldastum*, Tom. 3. *Constitutionum Imperial.* pag. 441; *Lundorpium* l. c. pag. 27, & *Thucelium* l. c. pag. 14 &c. ubi: *Notum facimus, --- quod ad Nostræ Majestatis notitiam pervenerit, qualiter Illustris Ericus, Dux Lauenburgicus, Illustrem Fridericum, Saxoniæ Ducem --- coram Sacro Basileensi Concilio, super Ducatu Saxoniæ, & Archi-Mareschalatu, prædictis, ac jure eligendi Romanum Principem, trahere nititur in causam, prætendens, Principatum, officium & jus supra dicta sibi --- jure deberi --- cum itaque Principatus, Officium ac jus supradicta à Nobis & Imperio Nostro in Feudum immediatè descendant, ac, secundum Juris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylum & consuetudinem S. R. Imperii, Feudalis contentio per Dominum Feudi & Pares Curiæ terminanda sit, liquet, hanc quæstionem, si qua prætendi poterit, ad Nostram & Illustrium Archi-Principum Nostrorum, S. R. J. Electorum pertinere notionem --- quos utique Pares, legitimè requisiti, prompti sumus, in ore Imperialis Majestatis, intra fines Alemanniæ vocare, ubi de causis & quæstionibus Principum Alemanniæ, ex stylo Imperii Nostri, Nos convenit judicare &c. --- quo liquidius cunctis innotescere queat, causam hujusmodi ad Curiæ Nostræ, ad Nostrum & Parium, respectu ipsius Feudi, examen pertinere, Nosque Justitiam ei nunquam denegasse --- de quo publicè ac solenniter protestamur; quam insuper protestationem Sacræ Basileensi Synodo intimare curabimus, ac ipsam requirere, quatenus causam ipsam, à se penitus abdicet, & ad Forum Nostrum remittat, more, stylo & consuetudine Imperii Nostri, & Parium Curiæ Nostræ, terminandam &c.*

(4) Ejusdem Constitutio, cum consensu Electorum Principumque Imperii, Basileæ facta, apud *Lundorpium* l. c. pag. 36, & *Thucelium*, pag. 43: *Die obgenannten Fürsten, Grafen und Herren, haben auf Ihr Eyd gerathen: Wann man einen Fürsten fodern wolle, das da antræff sein Leib, Ehre, oder die Lehen des Fürstenthums, da soll man Ihm drey Stund verkünden, und das erste Fürbott schiken bey einem Fürsten, er sey Geistlich oder weltlich, oder bey einem Gefürsteten Abt; und die andern zwey Fürbott mögen Ihm antworten ein Graf, Herr, Ritter oder Knecht, der des Reichs Mann ist; und auch sein Tag verkünden, als Recht ist. Es mag auch Unser Herr, der Kayser, umb die obgenannte drey Stück, wohl niedersetzen sein Fürsten, sie seyen Geistlich oder weltlich, oder Gefürst Abt &c.*

(5) Ejusdem literæ ad *Conradum* Moguntinum, sub dato *Blindenburg*, An. 1426, die S. Kiliani, in causa *Alberti* Austriaci, Ducumque Bavariæ, *des Niederlands in Bayern wegen*, apud *Buxtorffium*, in A. B. §. 83, lit. D. *Lundorpium* l. c. pag. 36, & *Thucelium* l. c. pag. 42: *Weil die Sach des H. Reichs treffentlichen Lehen anrühret, so haben Wir Fürsten, Grafen und Herren Rathe darümb gehabt, und meynen, daß billich sey, daß dieselb Sach vor des Reichs-Mannen außgetragen werd. Wan nun Deine Ld. Dechant ist unter den Churfürsten, und auch Ertz-Cantzler im Teutschen Landen, und wan das Recht etwas trefflichs zu schaffen gewinnet, so hab Deine Ld. die Churfürsten zu Tag zu kommen, zu besenden; Darümb begehren Wir von Deiner Ld. und gebieten dir, von Römischer Königlicher Macht, ernstlich, mit diesem Briefe, daß du andere Dein Mit-Churfürsten zu einen Tag und Stadt, die Deiner Ld. bedüncken werden, besenden, und Uns, den vorigen Bayerischen Fürsten, Unserm Lieben Sohn, Hertzog Albrechten von Oesterreich, und andern, die Recht zum Niederland meynend zu haben, denselben Tag und Stadt zu künden, und darauf heischen wollest, daß jederman käme, oder sein mächtige Bottschafft senden, mit seinen Rechten, daß er vor Dir, und andern Churfürsten und Fürsten, die des Reichs Mann sind, meynen zu genießen; und wollest die Sach so ernstlich für dich nehmen und treiben, und zu End bringen, daß Jederman, was sein Recht ist, und was Ihm an dem vorigen Niederland gebührt, wiederfahre, daß nicht Noth sey grösser Mühe darumb zu haben &c.* Quæ repetuntur in aliis literis, quas Imperator laudatus, in eadem causa, eodemque anno, ad eundem exaravit, apud *Lundorpium* l. c. pag. 34, & *Thucelium* l. c. pag. 36 &c.

(6) Ejusdem Literæ ad *Ludovicum* Bavarum, sub dato *Nürnberg* 1422, die Ægidii, apud *Lundorpium* l. c. pag. 34. & *Thucelium* l. c. pag. 36: *Darumb meynen Wir, und wollen der vorgenandten beyden Partheyen, in denselben vier Jahren, nemlich Tag für Uns, und die vorgenandten Churfürsten, und andere des Reichs Fürsten, die wir dann darzu haben*

haben mœgen, in Teutschen Landen bescheiden und setzen, und alles das suchen und thun, das Wir vermögen, die vorgenandte Zweytracht und Krieg mit der Gütigkeit zu versöhnen &c.

(7) Literæ *Friderici III* Imperatoris ad *Henricum*, Ducem Bavariæ, sub dato *Neustatt, am Sambstag vor S. Simon Judas Tag*, An. 1448, apud *Lundorpium* l. c. pag. 32, & *Thucelium* l. c. pag. 28: *Ob Wir mit gantzen Begierden darzu geneigt seyn, und gern Uns darzu schicken wolten, daß Wir, mit sampt Unsern und des Reichs Fürsten, solch Recht, darin Du, und der Hochgebohrne Albrecht, auch Pfaltzgraf bey Rhein, und Hertzog in Bayern, ---- vor Uns sind, zwischen einer Fürnehme zu vollenden &c.*

(8) Ejusdem literæ ad Eundem, sub dato *Neustatt, an S. Bartholomæus Abend*, An. eod. apud *Lundorpium* l. c. pag. 32, & *Thucelium* l. c. pag. 29: *So ist doch Unser Meinung nicht gewesen, und auch noch Unser Meinung nicht, daß solch Recht in Unserm Cammer-Gericht, daß wie mit niedern Persohnen von (dann) Fürsten, und ümb Sachen, die Unserer und des Reichs Fürsten und Leib oder Lehen nicht berühren, besetzen, zwischen Euer soll oder solte außgetragen werden, sondern allein vor Unser Majest. und Unsern und des Reichs Fürsten, die Wir zu Uns setzen werden &c.*

(9) Ejusdem literæ ad *Ludovicum* Barbatum, Bavariæ Ducem, sub dato *Wien*, An. 1440, *Sambstag vor S. Ulrichs Tag*, in causa ipsius, Filiique cognominis, *Ludovici Gibbosi*, (quem Pater exhæredare voluit, postea vero ab eo captus, An. 1441, ac *Alberto*, Marchioni Brandenburgico, pro 19000. flor. auri, venditus, & ab eodem, vicissim *Henrico* diviti, Duci Bavariæ, pro 32000 flor. auri, an. 1445, traditus, apud quem etiam An. 1447. obiit) apud *Lundorpium* l. c. pag. 35, & *Thucelium* l. c. pag. 38: *Solchem Unrath zu fürkommen, so haben Wir ein stetten Fried gesetzt der vier gantzer Jahr wahren soll, in der Zeit Wir die Sach, mit sampt Unsern und des Reichs-Churfürsten, und andern Fürsten, vor Uns nehmen, und euch zu beyderseits mit der Freundschafft, oder mit dem Rechten, entscheiden wollen, als sich gebühren wird &c.*

(10) Ejusdem prorogatio litis inter *Henricum* & *Albertum* Bavariæ Duces, sub dato *Wien, am Sambstag vor* Lætare, An. 1448, apud *Lundorpium* l. c. pag. 35. & *Thucelium*, pag. 39: *Daß Wir nicht statt haben --- der Sache und Recht Hertzogs Ludwigs --- verlassen Lande, Leuth und Gut betreffend, so dan zwischen den Hochgebohrnen Henrichen und Albrechten, Pfaltzgrafen bey Rhein --- vor Uns hangen, für Uns zu diesen Zeiten genehmen, und außgerichten mögen, auch gebrechen halb Unser- und des Reichs-Fürsten, der Wir zu diesen Zeiten bequemlich bey Uns nicht gehaben mœgen. Und darum so haben Wir solch Recht und Gericht ---- geschoben und erstreckt biß auf den nechsten Gerichts-Tag &c.*

(11) Ejusdem literæ ad dictum *Albertum*, quibus sub dato Wien, *am Montag nach* Lætare, Ann. eod. de dicta prorogatione Eum certiorem fecit, apud *Lundorpium* l. c. pag. 35. & *Thucelium* l. c. pag. 39: *Und lassen Deiner Ld. wissen, daß Wir solches Gericht und Recht, Hertzogen* Ludwigen *Seel. verlassen Land, Leuth und Gut antreffend, das zwischen Deiner Ld. und Unserm Lieben Schwager, Hertzog* Henrichen, *Deinem Vatter, nach laut Unser Ladung, vor Uns hanget, durch nöthlicher Geschäfft willen, die Uns jetzund anliegend seyn, auch Gebrechen halb der Fürsten, die Wir zu diesen Zeiten füglich zu Uns nicht bringen mœgen, geschoben und auffgeschlagen haben, biß auf* S. Bartholomæi *Tag nechstkünfftig &c.*

(12) *Henrici* divitis, sæpefati Ducis Bavariæ, sponsio, sub dato *Passaw*, in vigilia S. Andreæ Apostoli, An. 1418, quod sententiæ Imperatoris & Curiæ Ipsius Parium, in causa contra *Ludovicum* agnatum, stare velit, apud *Lundorpium* l. c. pag. 33 &c. & *Thucelium* l. c. pag. 33: *Wir* Henrich --- *Hertzog in Bayern --- bekennen --- daß Wir dem Allerdurchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn* Sigmund, *Römischen König --- geredet und versprochen haben, reden und versprechen auch, in Krafft dieses Brieffs, daß Uns gegen Hertzog* Ludwigen, *Grafen zu Mortani, eines Rechten wohl begnügen soll und will, vor Seinen Gnaden, und Seinen Teutschen Fürsten, ohn Gefährde, um all Sach, und was Wir zu Ihm zu sprechen haben; desgleichen sollen und wollen Wir ehegenanten Hertzog* Ludwig *vor Denselben auch eines Rechten seyn, auch umb alle Sach, was er dan zu Uns zu sprechen hat, also, daß Unser beeder Spruch und Recht daselbst vor Unserm Gnædigen Herrn, dem Rœmischen Kœnig, und Seinen Fürsten, zu End kommen, und nicht ferner gezogen werden sollen, in keinerley weiß &c.*

(13) Ducis *Johannis* Bavariæ fœdus cum *Ludovico* Agnato, de An. 1408, *am nechsten Sonntag vor dem H. Auffahrts-Tag*, apud *Lundorpium* l. c. p. 34, & *Thucelium* pag. 35: *Nun hat Uns derselb Unser Vetter* (Ludovicus) *sein anliegend Noth so offt beklagt, und daß er keines Rechtens nicht bekommen mag um sein vätterlich Erb, und auch üm andere*

Sprüch, die er dann zu seinen und Unsern Vettern, Hertzog Ernst, *und Hertzog* Henrichen *hat von Bayern, vor dem Ræmischen Kœnig, Unserm lieben Herrn und Vettern, und vor den Fürsten, da solch Sach billig fürgehœren &c.*

(14) Instructio sæpe fati *Henrici* Bavari, Legatis suis data, apud *Lundorpium* l.c. pag. 35, & *Thucelium*, pag. 31: *Ob der Richter, es wäre der König, oder aber andere, an die Partheyen fragen würde, und sprechen, Seine Königl. Gnad sätz alda zu Gericht, so sehen die Partheyen wohl, wer bey Ihm sæsse, ob sie ein begnügen an solchen Gericht und Besatzung desselben Gerichts haben wolten? Darauf ist ein Berath zu nehmen.* ---- Item, *ob geschehe, daß Unser Herr der Kœnig so viel Geistlicher und Weltlicher Fürsten, und Gefürsteter Grafen, bey Ihm hætten, daß sie Sendboden nicht gereuen möchten, sie müßten zu der Erleuterung kommen, und erkennen lassen, ob die Ladung rechtlich geantwortet worden wäre?* & rursus, apud *Lundorpium*, pag. 37. & *Thucelium*, pag. 44: *Es sey eine Gerechtigkeit, auch, mit löblicher Gewohnheit, in dem H. Reich herkommen, daß, wer mit Fürsten zu schicken hab, und Sie vor Ihre Majest. rechtfertigen wolle, nemblich in Sachen, die Ihr Land, Leut, Fürstenthumb, und Kœnigliche Lehenschafft, oder das Ihr Leib, oder Ehr, antreffend seye, daß dieselben Fürsten durch keine andere Persohnen, dann durch Ihre Genossen, zu Rath gefordert, geladen, und zu Ihrer Majest. Königl. Ladung verkündigt werden sollen &c.*

(15) Propositio, à sæpe dicti *Ludovici* Bavari Legato in Aula Cæsarea facta, apud *Lundorpium* l. c. pag. 33, & *Thucelium*, pag. 32: *Darzu verstehet Unser Herr, der Kayser, und sein Beysitzer, wohl, ob die billich, die da sassen, über solch Fürsten Regalia zu sprechen hætten? wan aber seine Herren von Bayern, als Fürsten des Reichs, fürgenommen und geladen werden, als Recht ist, und das Recht besetzt werde mit denen, die über solch Fürsten-Regalia zu sprechen haben, so hoffe er, seine Herren werden darzu antworten &c. Aldieweil und die Herren von Bayern nicht darzu verkündet und geladen seyn, als Fürsten des Reichs, und das Recht besetzt sey mit denen, die über solch Hohe Regalia zu sprechen haben, und daß solches den Herren, und dem Hauß von Bayern gantz ohne Schaden seyn solle &c.*

(16) *Ablehnung* Marchionis *Alberti* Brandenburgici, de dato *Nürnberg*, an. 1461, *am Sambstag* Assumptionis Mariæ, apud *Lundorpium*, l. c. pag. 34, & *Thucelium*, pag 35: *Auch weiß männiglich, daß Grafen, Herren, Ritter, Knecht und Stätte, die mit den Churfürsten und Fürsten in seinem Hertzog* Ludwigs *Recht vermenget seyn, um was sein Ehr und Regalia berührt, nicht zu sprechen haben &c.* Et in aliis literis ejusdem, apud *Lundorpium* l. c. & *Thucelium*, pag. 36: *Das alles Hertzog* Ludwigen *seine Würden berührt. Nun mag Niemand über seine Würde erkennen, dann sein Genoß. Er beuthet aber, derselben Sach halber, Recht auf Grafen, Herren, Ritter und Knecht, und auf des H. Reichs-Stätte, und hauffet die in Recht, hat zusammen zu des H. Reichs-Churfürsten und Fürsten; deßhalben das recht-Gebott, nach der Sachen Gelegenheit, unbeständig ist.*

(17) Feuda Regalia non ab Imperatore solo, sed etiam ab Imperio, dependent, proinde cognitio de iis, nec soli Imperatori, sed & Imperio, vindicanda. Vid. Auctor *der Donawertischen* Information, P. 1, pag. 139 &c.

(18) Capitulatio *Ferdinandi IV*, Art. 40: *Wir sollen und wollen auch --- in wichtigen Sachen, so das Reich betreffen, und von Hohem* Præjuditz, *und weitem Aussehen, bald anfangs der Churfürsten, auch, nach Gelegenheit der Sachen, Fürsten und Stænden Raths-Bedenckens Uns gebrauchen, und, ohne Dieselbe, hierinnen nichts vornehmen &c.* Quæ repetita, *Capitul. Leopoldi*, Art. 39: nec non *Capit. Josephi* Art. 38, & *Caroli VI*, Art. XI, in fine.

(19) In rebus longè minoris momenti Statuum auctoritas & consensus requiritur. Vid. Dn. *Schweder*, cit. Part. spec. Sect. I, Cap. IX. *Introduct. in Jus Publicum*, §. 12, pag, 375.

(20) Veteri Jure Romanorum, Senatorum Judices Senatores erant. L. ult. C. *ubi Senatores vel Clarissimi*, & L. 1. C. de *Tutela & Cura Illustr.*

(21) Vigore Juris Gallorum, *Pares Regni* non nisi coram *Paribus Curiæ*, nec coram *Parlamentis*, conveniuntur; vid. *Bodinus*, lib. 4, c. 6. *Andreas Fauyn, de Premiers Officiers de la Couronne de France*, Lib. 3. c. 2. pag. 255.

(22) Praxis & Observantia Imperii, teste sententia *Friderici I*, in causa *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniæ, & *Henrici*, Ducis Austriæ, *ob Ducatum Bavariæ*, de An. 1156; apud *Lundorpium* l. c. pag. 29, & *Thucelium* l. c. pag. 21. Ejusdem sententia, qua An. 1180, lis inter dictum *Henricum Leonem*, & *Albertum*, Episcopum Frisingensem, terminata, apud *Lundorpium* l. c. pag. 30, & *Thucelium*, l. c. pag. 22; Sententia *Henrici*, Regis Romanorum, in causa *Henrici*, Episcopi Basileensis, & *Eginonis*, Com. de Friburg, argentifodinas & custodiam ferarum in Brisgovia, respiciente, de Ann. 1234, apud *Lundorpium* l. c. pag. 30, & *Thucelium*, pag. 24. Sententia

Rudol-

Rudolphi I. Imp. ad dirimendam, inter Bohemiæ Reges, Bavariæque Duces, *ob jus eligendi Romanorum Regis*, controversiam, in Comitiis Augustanis lata, An. 1275, vid. præced. Lib. I, Tit. 13. Procem. lit. b, pag. 1026. Sententia *Wladislai*, Teschinensium Ducis, *in causa Jurisdictionis Electorum in Vasallos*, ab ipso Cæsare *Carolo IV*, (qui in propria causa noluit esse Judex,) ad hoc constituti, *Ruperto* C. P. R. & *Johanne*, Comite de *Spanheim*, desuper controversantibus, in solenni Curia Spirensi, pronunciata, Ann. 1353, apud *Schilterum*, Comment. ad *Jus Feud. Alleman.* Cap. 120, §. 4, pag. 416, & *Tolnerum, Cod. Dipl. Palat.* §. 141, pag. 91. Aurea Bulla *Sigismundi* Imp. pro Jure eligendi, Domui Palatinæ competente, sub dato *Aquisgrani*, An. 1414. 8 Novembr. apud *Tolnerum* l. c. §. 145, pag. 93 &c. Sententia Ejusdem, sub dato Constantiæ, An. 1417, die Jovis ante festum *S. Georgii*, in causa vertente inter Archi-Episcopum & Civitatem Coloniensem, & *Adolphum*, Ducem Montanum, *super erectione novi thelonii, & exstructione novarum Munitionum ad Rhenum*, apud *Goldastum* Tom. I. *Constit. Imper*, pag. 393 &c. de aliis ut taceam, de quibus *Conringius* cit. Diss. de *Judiciis Imperii German.* §. 48. & 49; *Burgoldensis* ad *Instrum. Pacis*, Part. 2, Discurs. 20, §. 3. p. 181 &c. aliique evolvendi.

Ad argumenta contra sentientium, præced. §. 61, lit. c, v. 14, producta, respondent, & quidem,

Ad (1) Non sequi; Episcoporum, Abbatum, Comitum, aliorumque Potentiorum causæ non alibi quam *coram Rege*, dijudicari possunt; ergo coram *solo Rege*.

Ad (2) Textus Feudales vires amittere, quoties aliud in Imperio constitutum, vel consuetudine introductum, teste *Schradero*, de *Feudis*, Part. X, Sect. 2, §. 14, pag. 74. & §. 43. pag. 83, & §. 65, pag. 87, & Sect. 12, §. 98. pag. 391; De hoc autem constare ex hactenus dictis. Vid. *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 2, Cap. 9, §. 56 & 57, pag. 112.

Ad (3) Perperam involvi: *der Kayser wolle selber richten*; Ergo *allein*; per vocem *Selber*, exclusum saltem fuisse *Judicem Aulæ*, *der Hoffrichter*, de cujus Jurisdictione ibi sermo. Vid. *Freberus*, apud *Lundorpium* l. c. pag. 23; *Schottelius*, de *singularibus quibusdam Juribus Germaniæ antiquis*, Cap. 5, pag. 156; *Strauchius*, Dissert. Exot. 3. §. 9, pag. 77; *Limnæus* l. c. §. 57. p. 112.

Ad (4) Rursus invalidum argumentum, ab exclusione *Regimenti & Cameræ*, ad exclusionem *Parium Curiæ*; *Regimentum & Cameram* Jurisdictionem aliam exercere non potuisse, nec posse, quam ab Imperatore & Imperio acceperint; ast cognitionem de Feudis Regalibus, per dictas Constitutiones, Eis ademptam; indeque perperam inferri, ergo nec *Pares Curiæ* de iis cognoscere posse, cum literæ Cæsareæ apud *Goldastum*, T. 2. *des Reichs-Satzungen*, pag. 155, expresse contrarium dicant: *Daß Fürsten-Sachen nicht an das Kammer-Gericht, sondern für den Kayser allein, mit Zuziehung der Fürsten Genossen, nach Fürsten Recht, sollen gewiesen werden.* Vid. *Limnæus* l. c. §. 58, 59, 60 & 61, p. 113, & §. 65. p. 114; *Freherus* l. c. pag. 24; *Strauchius* l. c, *Schwederus* l. c. §. 12, pag. 376.

Ad (5) Modo dictas Cæsareas literas aliud docere; pariter ac allegatum R. J. Nordlingensem, citatamque Constitutionem *Sigismundi* Imp. Basileæ factam, & reliqua annexa. Vid. *Schweder* l. c. pag. 377.

Ad (6) Male concludi: Cæsari competere jus prospiciendi de vacantibus morte Electoratibus, ergo Eum solum cognoscere posse de omnibus Feudis Regalibus, in contentionem tractis.

Ad (7) Infirmam esse argumentationem: Magnas causas requirere magnos Judices; ergo Principibus Imperii, qua Curiæ Paribus, non competere, una cum Cæsare, cognitionem de Feudis Regalibus; ac si inter eos, & magnos Judices, esset differentia. Vid. *Limn.* l. c. §. 55, p. 112.

Ad (8) ut ad *quartum*.

Ad (9) Aliud longe esse: de Feudo Regali invicem contendentibus, non licere inscio Cæsare, in tertium quendam compromittere Judicem; & controversiam ab Eo solo dirimendam.

Ad (10) Non præjudiciis, sed Legibus certandum, cum illa non probent, sed saltem illustrent; deinde, eis in contrarium multa opponi posse; quorum præced. arg. 22, facta mentio.

Vice versa, prioris sententiæ Patroni respondent ad argumenta, *pro Paribus Curiæ* adducta,

Ad (1) Judicatum in Curia *Herbipolensi* An. 1216, loqui de alienatione, seu permutatione Principatuum, invitis Dominis suscipiendis, nequaquam de casu proposito; Similiter Recessum *Nordlingensem* de casibus intelligendum, ubi posteriores Leges, vel Observantia Imperii, aliud non introduxerint.

Ad (2) Sententias *Sigismundi* Documento saltem esse, quod olim Imperatores, in dirimendis Illustrium Vasallorum controversiis, quandoque Principes Imperii in consilium adhibuerint; inde vero nondum probari, quod id necessitatis fuerit.

Ad (3) *Sigismundum*, in causa appellationis *Erici* ab Imperio ad Papam, merito ad Jura Regni provocasse; Principum mentionem ibi factam, quia res ad bellum spectabat; quo avertendo, Principum sententias omnino fuisse rogandas; licet etiam aliter se res tunc habuisset, tamen subsequentibus Seculis Observantia Imperiali aliud fuisse introductum.

Ad (4) Non esse quæstionem, quid tempore *Sigismundi, Basileæ* fuerit conclusum, sed quid hodie obtineat?

Ad (5) *Sigismundum* ex regulis prudentiæ duntaxat egisse, quod controversiam istam coram Imperii Principibus ventilari curaverit.

Ad (6) Partibus litigantibus ad arma progressis, litem securius decidi non potuisse, quam collatis ab Imperatore & Principibus in unum consiliis.

Ad (7) & seqq. usque ad (11) *Fridericum* Imperatorem, *Sigismundi* principiis inhærendo, controversiam istam, mediantibus Imperii Principibus, amicabiliter componi curasse.

Ad (12) Sponsione *Henrici* Ducis clare innui, judicium Principum non fuisse forum competens, quia alias, etiam omissa ista sponsione, nihilominus isti Judicio standum fuisset.

Ad (13) ad (16;) Recte statui, dirimendam fuisse istam litem coram Principibus, quia semel coram iis stare placuerit, præsertim orto inde bello.

Ad (17) Feuda Regalia non quidem à Solo Imperatore, sed & ab Imperio dependere, *materialiter* & *subjective*, quatenus scil. in Imperio sita sint, partemque Imperii constituant; non vero *efficienter*, cum ex A. B. Cap. 5 constet, solum Imperatorem jus investiendi Principes exercere; quicunque autem Feuda confert, is quoque de iisdem cognoscat. Vid. *Coler*, de *Jur. Imper.* Sect. 23; *Bertram*, de *Comitiis*, Membr. penult. §. 85; *Nitzschius, ad Capitul. Joseph.* Art. 38, §. 6, p. 605.

Ad (18) Capitulationes loqui de negotiis totum Imperium respicientibus, nec de Statuum singulorum, de Feudis invicem litigantium, causis. vid. *Nitzschius* l. c.

Ad (19) A negotiis quibuslibet, ad ea, quorum cognitio specialiter ad Cæsarem spectet, male concludi.

Ad (20 & 21) Argumenta à Senatoribus Romanis, Galliæque Paribus, desumpta, perperam ad Imperii Principes applicari, cum singulis Rebuspublicis specialia sint Jura. Vid. *Reinking* l. c. Lib. I, Class. 4, Cap. 19, §. 19, p. 466, & §. 38, p. 470.

Ad (22) *Primò*, rationibus pugnandum esse, non Exemplis; *Secundò*, multa in contrarium extare præjudicia; *Tertiò*, distinguenda judicia, in quibus Feuda possessoribus *ex delicto* sint auferenda, ab iis, ubi aliæ saltem controversiæ feudales dirimantur; de his sermonem hic esse, non de prioribus.

Quis arbitri munus hic, in se recipiat? In puncto *Juris*, omnino ratio temporis habenda esse videtur, cum multa olim obtinuerint, quæ notorie in præsentiarum sunt mutata; præter quod separanda probe Judicia veniant, in quibus ex capite *criminis* actum, (qualia præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 77 &c. consignavi, & l. c. pag. 172, compendio exhibui,) vel adhuc hodie agendum, v. g. quando Status Imperii in Bannum declarandus, de quibus seq. Tit. IV, §. 8, loquar; ab iis, ubi aliæ duntaxat controversiæ feudales dijudicandæ; ita ut, quoad *judicia criminalia*, verior sit eorum sententia, qui Cæsarem, absque consensu *Parium Curiæ*, litem decidere non posse, arbitrantur; quoad reliqua vero, eorum, qui *solum Cæsarem* competentem esse Judicem tradunt. Ast in quæstione *Consilii*, tutius agere Cæsarem, si & alias controversias feudales magni momenti, communicato cum Imperii Statibus, duobus præsertim Collegiis superioribus, consilio, ad finem perducat, recte judicare puto *Reinkingium* l. c. §. 48, pag. 471; conf. *Petrus Heigius*, P. I. Quæst. 2, n. 17; *Daniel Otto*, J. P. Cap. XI, pag. m. 369; Dn. *Nitzschius* l. c. §. 6. v. 32 &c. pag. 604 & 605; Dn. *Brunnemannus*, *Exam. Jur. Publ.* Lib. V, Cap. I, Qu. 2 & 3, pag. 135 & 136; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Dissert. 24. §. 22 & 23, pag. 526 &c. *Titius*, *Jur. Publ.* Lib. 7, Cap. I, §. 23, pag. 686 &c. *Joh. Franc. Berndes*, Diss. Inaug. de *Negotiis Capitulat. Cæsarea annullatis*, Præside Illustri *Stryckio*, An. 1703 Halæ habita, Cap. 3, §. 21, p. 66.

62. Jus, seu Judicium Principum, secundum ipsos, est Judicium, in quo causæ Principum, concernentes vel vitam, (*a*) vel Feuda Ipsorum, Judice Imperatore, consensu Parium Curiæ, deciduntur.

NOTÆ.

(*a*) VITAM &c. Add. vel *Honorem*. *Solche Sachen, die eines Fürsten Leib, Ehr, oder Lehnschafft betreffen.* Vid. *Schottelius*, de *singularibus quibusdam Juribus Germaniæ*, Cap. V, §. 1, pag. 150; *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. I, Cap. 20, §. 12, pag. 197; *Dietherr*, Addit. ad *Besoldi Thesaur. Pract.* voc. *Fürsten-Recht*, pag. 285; quo pertinet Instructio Legatorum *Henrici*, Ducis Bavariæ, ut & *Alberti*, Marchionis Brandenburgici, *Ablehnung*, præced. §. 62, lit. c, arg. 14 & 16.

63. Pares Curiæ (*a*) ſunt Status Imperii. *Conſtit. Imperat. Sigismundi Baſileæ facta, ibi: ſo wol geiſtliche als weltliche Fürſten, ja auch wol gefürſtete Æbt niederſetzen mæge.* Jure communi feudali Pares (*b*) Curiæ, in genere, dicuntur, qui *eandem* (*c*) curtem, curiam, ſeu aulam, Domini, h. e. eundem Dominum recognoſcunt: unde etiam vocantur *Pares Domus. 1. F. 11. Pares de Domo Domini. 1. F. 26. §. ſi quib. Pares Curtis Domus. 1. F. 4. §. 3. 2. F. 2. pr.* Alii definiunt, quod ſint, *qui ab eodem* Domino in eodem ejus territorio feuda poſſident. Quos refutat *Struvius Syntagm. Jur. Feud. cap. 4. §. 18.* cujus ſententia quidem, ſecundum Jus commune Feudale, verior eſt: interim tamen mores cujusque Regni conſulendi ſunt; ſic *Angli*, licet ſub eodem Domino, eodem Rege cum Scotis ſint, tamen in cauſa alicujus Scoti, Pares cenſeri non poſſunt, nec è contra: nec Pares unius feudi longe diſſiti, in controverſiis, quæ de alio feudo incidunt, ad judicandum admittuntur. Sic in *Scotia* moris eſt, ut in inquiſitionibus & aſſyſis primo eligantur, qui ex eadem Provincia ſunt Pares, quod ſi hi non adſint, aut numerus non ſufficiat, qui ſint ex Provinciis vicinioribus ſubſtituantur. *Cragius lib. 3. Feud. Diegeſi 7. p. 377.*

NOTÆ.

(*a*) CURIÆ &c. Curia Nomen habet à cura, quia in Curiis, Reipublicæ cura habetur. Sic *Feſtus*, apud *Philippum Jacobum Vintherum*, Durlacenſem, in Diſſert. Inaugurali, de *Paribus Curiæ*, an. 1670. Argentorati habita, §. 3, pag. 3. *Curia eſt locus, ubi publicæ curæ geruntur &c.*

(*b*) PARES &c. *Vintherus* l. c. derivat hanc vocem, ab adjectivo *Par*, unde, in plurali, *Pares, die gleiches Recht haben, und mit gleicher Treue einem Lehn-Herrn verbunden.*

(*c*) EANDEM &c. Dn. *Stryckius*, in *Exam. J. F.* Cap. 25. quæſt. 2, pag. 325. eos definit, quod ſint ejusdem Domini vaſalli, in eodem territorio, ita dicti, quod pares ſint inter ſe, reſpectu ejusdem Curiæ Domini. Conf. *Vultejus*, de *Feud.* lib. 1, c. 7. §. 26. Requiruntur hæc, ad differentiam Vaſallorum, qui quidem unius Domini vaſalli ſunt; in uno eodemque territorio vero feuda non poſſident, conſequenter nec Parium cenſu in alia Provincia venire valent; ſic in Boruſſia, non niſi Boruſſi, è vaſallis Regis Boruſſiæ, & Electoris Brandenburgici, Pares eliguntur; idem de aliis Provinciis, uni eidemque Domino ſubjectis, dicendum, modo non peculiaria adſint Judicia, coram quibus feudales cauſæ ventilentur. Vid. *Vintherus* l. c. §. 16. 17. & 22. Add. præced. §. 62, lit. a.

64. Hoc Judicium Principum probatur, *primo*, quia Conſtitutiones Imperatorum hunc cum Paribus Curiæ judicandi modum, claris verbis exprimunt: (1) Conſtitutio Friderici II. 1236. facta, ubi dicit: *Daß er in dergleichen Sachen ſelber wolle richten, auf die Weiſe, wie es vor alten Zeiten herkommens. Lundorp. Tom. 2, Act. Publ. Lib. 1, p. 11.* (2) Reſcriptum Friderici III. Henrico Duci Bavariæ datum, ubi in hunc modum loquitur: *Iſt unſere Meynung nicht, daß ſolche Sache*, nempe cauſa ipſum Principem concernens, *in unſerem Cammer-Gericht, daß wir mit den Perſohnen, von Fürſten, und um Sachen, die unſere und des Reichs oberſte Ehre, Leib oder Leben nicht betreffen, beſetzen, zwiſchen euch ſoll oder ſolte ausgetragen werden, ſondern allein vor unſerer Majeſtæt und unſern und des Reichs Fürſten, die wir zu uns ſetzen werden: Lundorp. dicto loco.* (3) Reſcriptum Sigismundi, ad Concilium Baſileenſe, in cauſa *Erici, Lauenburgici, & Friderici* Saxoniæ Ducis, Electoratum Saxoniæ concernente, ubi dicit: quæſtionem illam ad ſuam & Illuſtrium Archi-Principum S. R. Imperii pertinere notionem, & quod Juſtitia hæc aliter expediri non poſſit, niſi per Parium Curiæ arbitrium, *Lundorp. dicto loco.* (4) Conſtitutio ejusdem Imperatoris Baſileæ facta, ubi ita loquitur: *Daß der Kayſer in Sachen, ſo eines Fürſten Leib, Ehr und Lehnſchafft betreffen, ſowol geiſtliche als weltliche Fürſten, ja auch wol gefürſtete Æbte niederſetzen mæge. Secundo*, quia perpetua obſervantia, à temporibus *Ottonum*, usque ad tempora *Caroli V.* hunc judicandi modum obſervatum eſſe teſtatur, (*a*)

 adeo,

adeo, ut Dominus *Conringius* non dubitet, lege publica id fuisse constitutum: idque probet ex Ottone Frising. *Lib. 1. de Gest. Friderici cap. 31.* ubi asserit, quod Cæsar de Ducibus & Comitibus sententiam non ferat, nisi de consensu Parium. *Tertiò*, quia Feuda Regalia ab Imperatore & Imperio dependent. E. & Imperator & Status Imperii in iis judicare debent.

Alii hoc negant, (1) quia in nulla lege publica, nec in Aurea Bulla, nec alibi, hujus juris fit mentio, quod tamen propter rei gravitatem fieret, si tale judicium daretur. (2) quia LL. publicæ contrarium probant. *Ordnung des Regiments de anno 1521. §. 7. Ob auch Sachen fürfielen, Fürstenthum, Grafſchafften &c. belangend, so vom Reich zu Leben rühren, so einem Theil gantzlich und endlich abgesprochen werden solten, derselben Erkantnis wollen wir uns hierinnen auch vorbehalten haben, doch sonst in andern Sachen diesem unserm Regiment und der Cammer-Gerichts-Ordnung unabbrüchig:* In Ordinatione Cameræ *1555, part. 2, tit. 7.* verba, circa medium tituli, hanc rem ita exprimunt: *Derselbigen Erkantnis wollen wir der Kayserlichen Majestæt, oder Ihrer Kayserlichen Majestæt Abwesens, Uns, als Ræmischen Kœnig, vorbehalten haben &c.* (3) Quia in Instrumento Pacis liberum relinquitur Imperatori, in causis majoris momenti, & unde tumultus in Imperio oriri possunt, sententiam Statuum exquirere *art. 5. §. 20. inf.* (4) Quia historiæ plura exempla nobis exhibent, ubi Imperatores soli judicarunt: scilicet *Carolus V. (b) Rudolphus II. (c) &c. (d).*

Ad *primam & secundam* rationem affirmantium respondent: Constitutiones Imperatorum & exempla, non probare hujus Judicii necessitatem, sed Imperatorum prudentiam & consilium. Ad *tertiam:* quod collatio feudorum, & Judicium in ipsis, sint diversa, à quibus argumentum ducere non liceat; nec enim omnis, qui confert feudum, judicat de feudo; nec omnis, qui judicat de feudo, illud confert. *(e)*

Qui hoc Judicium dari affirmant, respondent ad argumenta negantium: quod in ordinatione Regimenti, *(f)* & Cameræ Imperialis, non excludantur Status Imperii, sed Assessores Regimenti & Cameræ Imperialis, tanquam Judices dependentes, & Magistratus, qui non debeant judicare de Statibus Imperii, & de iis, à quibus constituti erant; & quod non sequatur: *Wir wollen selber richten.* E. *wollen Wir allein richten*, ad exemplum formulæ: *Der Kayser hat selbsten unterschrieben*, E. *hat er allein unterschrieben.* Ad Instrumentum Pacis, dicunt, illud loqui, (1) indeterminatè, & proinde exponendum esse, de iis causis, de quibus aliter dispositum non sit. (2) Illud abrogari per Capitulat. Leopoldi *art. 39.* in fin. ubi fere eadem verba habentur, & obligatur Imperator, adhibere in talibus causis, vel Statuum, vel Electorum consensum. Ad Exempla, quæ ultimis his seculis evenerunt, quod istis, (1) perpetuo sit contradictum, (2) quod sint facta in Statu turbido.

Rationibus ab utraque parte ponderatis, non dubitamus, quin argumenta adfirmantium satis probent, fuisse ante tempora *Caroli V.* jus Principum; non tamen putamus, legem scriptam fuisse, quod affirmantes tantopere urgent; sine dubio enim alias in A. B. vel alibi, ejus legis mentio fieret: sed non scriptam, seu consuetudinem. Quia, (1) plura Imperii Statibus cum Imperatore facta sunt communia, per consuetudinem. (2) Quia *Fridericus II.* in constitutione, quam supra allegavimus, claris verbis provocat ad consuetudinem. *(g)* Post tempora *Caroli V.* distinguendum videtur, quomodo agatur de feudo regali, an criminaliter, an verò civiliter. Si illud, & forte Status sit declarandus in bannum, usque ad tempora *Instrumenti Pacis*, vehementer, inter Imperatorem & Status Imperii, fuit disputatum, an Imperator solus declarare possit Statum Imperii in bannum,

bannum, an verò hoc debeat fieri consensu Statuum? & in I. P. decisio totius hujus negotii in proxima Comitia dilata est. *art. 5. §. 3.* In *Capitulationibus (h)* vero Imperator promisit, se Electorum consensum tali in casu adhibiturum, ut infra videbimus. Si hoc, videtur dicendum, quia in Judiciis, à temporibus *Maximiliani I.* magna mutatio accidit, etiam hic aliquid mutatum esse, &, si *civiliter* agatur, jus Principum nullum dari. Nec satisfacere videtur, quod affirmantes dicunt: (1) In Ordinatione Regimenti & Cameræ excludi tantum Assessores Regimenti & Cameræ; nam (1) in Ordinatione Regimenti, in fine, habetur vocabulum *auch*, scilicet *wollen wir uns hierinnen vorbehalten haben*; quod sine dubio se refert ad antecedentia, quæ Imperator sibi reservavit: antecedentia autem reservata sunt tantum ea, quæ concernunt investituram feudorum regalium; at vero horum regalium feudorum investituram sibi ita reservat, ut excludantur Status Imperii, ergo & Judicium in istiusmodi causis ita sibi reservat. (2) In Ordinatione Cameræ, hoc vocabulum *selbsten*, quod habetur in Ordinatione Regimenti, exponitur tantum de Imperatore, & in Casu absentiæ Imperatoris, de Rege Romanorum. Instrumentum Pacis, quamvis generaliter loquatur, non tamen loquitur omnino indeterminate. Sermo enim est in dicto §. de Judicio Aulico & Camerali, causisque ad hæc judicia pertinentibus: quemadmodum ergo in prioribus Recessibus Imperii, ab horum Judiciorum jurisdictione, hæ causæ regales claris verbis sunt exceptæ, ita & in Instrumento Pacis videtur esse factum. Imò, non videntur posse esse aliæ causæ, in quibus judicandum est in judicio Aulico, & in quibus tumultus in Imperio oriri possunt, quam hæ causæ Regales. Neque Capitulatio *Leopoldi* hunc §. videtur abrogare; alia enim sunt negotia, quæ concernunt universum Imperium, de quibus dictus *artic. 39.* conceptis verbis loquitur; in his enim meritò id, quod universos concernit, ab universis etiam est approbandum; & alia sunt negotia, quæ concernunt hunc vel istum Principem, & de his I. P. loquitur: inque his jus Principum hodie obtinere non videtur. Et licet forte ad hæc, quæ diximus, responsiones non desint, non tamen dubitamus, hanc fuisse mentem Imperatorum, sub quibus hæ leges sunt latæ.

NOTÆ.

(a) *TESTATUR &c.* Multa præjudicia affert *Cassander Thucelius*, in *Electis Juris Publici curiosis*, Cap. 1. per tot. Conf. præced. §. 62, lit. c.

(b) *CAROLUS V. &c.* Qui *Johannem Fridericum*, Electorem Saxoniæ, & *Philippum* Hassiæ Landgravium, solus proscripsit. Vid. *Sleidanus*, de *Stat. Relig.* l. 17. p. 479. ad 495. Author *der Grundveste des H. R. Reichs*, part. 3. Cap. V. p. 244.

(c) *RUDOLPHUS II. &c.* Qui *Christianum*, Ducem Holsatiæ, in bannum declaravit; nec non an. 1607. *Donawerdam*, Civitatem Imperialem. Vid. Author *der Grundveste* l. c. Conf. ad præc. lib. 2. Tit. VI. §. 16. lit. A.

(d) *&c.* Subintelligitur *Ferdinandus II.* qui sub initium tricennalis belli, non saltem *Fridericum V.* Electorem Palatinum, sed & *Johannem Ernestum*, Ducem Saxo-Vinariensem; *Joh. Georgium*, Marchionem Brandenburgicum Jægerndorfensem, *Christianum*, Ducem Brunsf. & Luneb. *Christianum* Anhaltinum Principem; *Ernestum* Mansfeldium; *Georgium Fridericum*, Com. ab Hoënlohe & postea, *Adolphum Fridericum*, & *Johannem Albertum*, Duces Megapolitanos, feloniæ damnavit. Vid. *Lundorp.* Tom. 1. *Act. Publ.* lib. 3. p. 552. & 553. & Tom. 2. Lib. VI, Cap. 1, p. 306, & Cap. 2, p. 311, & Cap. 7, p. 375. &c. Conf. *Meterani Histor.* ad an. 1619. p. 266. & 267. & ad an 1621. p. 319.

(e) *CONFERT &c.* V. g. si controversia ipsum Dominum & Vasallum inter agitetur, Paribus Curiæ competit Jurisdictio, qui tamen feuda non conferunt. Vid. Dn. *Struvius Synt. J. F.* c. 16. §. 6. *Crügerus* de *Novemvir.* Discurs. XIX. §. 12. pag. 399. Sic in Gallia, licet Pares à solo Rege investiantur, tamen ab Eo solo non judicantur; Vid. *Limnæus*, lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 70, pag. 116.

(f) *REGIMENTI &c.* Wormatiensis, de An. 1521.

(g) *CONSUETUDINEM &c.* Conf. Epistola *Sigismundi* Imp. ad Concilium Basileense, de An. 1434, præced. §. 62, lit. c, Argum. 3. ubi *styli & observantiæ Imperialis*, expresse mentio fit.

(h) CA-

(*b*) CAPITULATIONIBUS &c. Puta, *Ferdinandi III*, Art. 30; *Ferdinandi IV*, Art. 28; *Leopoldi*, Art. 28; *Josephi*, Art. 27, & *Caroli VI*, Art. 20.

65. Summa Imperii Prætoria, seu Judicia, solus (*a*) instituit. Vid. Lampadius, Part 3, Cap. 16. Quomodo Germanorum Judicia fuerint constituta antiquis temporibus, scil. à Carolo Magno, usque ad Ottones; ab Ottonibus, usque ad Maximilianum Primum, videbimus suo loco (*b*)

NOTÆ.

(*a*) SOLUS &c. Hodie, per Art. XVI *Capitul. Caroli VI*, cautum: *Wir sollen, und wellen auch, kein Altes Gericht verändern, noch ein Neues aufrichten, es wäre dan, daß Wir mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, solches, auf einem Allgemeinen Reichstag, fürgut befinden &c.* Quæ sine dubio, ex *Projecto Perpetuæ Capitulationis* de An. 1711, desumpta, apud *Fabrum* Tom. XVII *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, §. 14, pag. 719, Art. XVI: *Es soll und will auch der Römische Kayser kein Altes Gericht verändern, noch ein Neues aufrichten, es wäre dann, daß Er, mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, solches, auf einem Allgemeinen Reichstag, für gut befünden &c. Num consultum sit, crescente in dies litium cumulo, Tribunalium Imperii numerum augeri?* Quæsitum fuit tempore Tractatuum Pacificationis Westphalicæ, ubi Augustanæ Confessioni addicti Status proposuerant, *daß, weil es mit der* Administration *der* Justiz *am Hochlöblichen Reichs-Hoff-Rath, und Kayserlichen Cammer-Gericht, dermaßen langsamb und verzüglich daher gehet, daß die Gerichtliche Proceß, bey eines Menschen, ja offtermahls Kinder und Kindes-Kinder gantzen Leb-Zeiten, kaum zu ihrem endlichen Beschluß, zu geschweigen Urthel und* Execution, *gelangen können --- und die Schuld --- vornemblich* immensæ Causarum multitudini *zuzuschreiben, ---- kein ander außträglich* Remedium *und Mittel, beschaffenen Sachen, und des H. R. Reichs* Constitution *und Zustand nach, erscheinen will, dann daß, weilen ermeldte beyde Höchste und* Universal-*Gerichte einer solchen fast unzähligen Menge der tæglich sich vermehrenden Rechts-Händel, des H. R. Reichs sich so weit außstreckenden Grentzen nach, nicht gewachsen, und benebenst auch dieses* inconveniens *sich ereygnet, daß, wegen weit Entlegenheit unterschiedlicher* Provincien, *denen darinn gesessenen Partheyen, so lang und geraume* Terminen *von 6, 8, 10, biß in 12 Monathen, zu mercklicher Aufhaltung der Sachen, auf Begehren, nicht füglich abgeschlagen werden mögen ---- neben solchen beyden Gerichten, im Römischen Reich, noch zwey andere, als etwan Eines in den beyden Sæchsischen, neben dem Westphælischen; Das Andere, in den Frænckisch- und Schwæbischen Craisen, beyde an wohlgelegenen Orten, darüber, so wohl wegen des nothwendigen Unterhalts, sich die Stande in jeden Craißen unter sich selbst zu vergleichen wissen werden) besonders angeordnet: und also dem Hochlœblichen Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath, jetzigen Umbständen nach, der Oesterreichisch- und Bayerische; dem Hochlœblichen Kayserlichen Cammer-Gericht aber, die beyden Rheinische, sampt dem Burgundischen, zugetheilet und überlassen; im übrigen aber der Stände hergebrachte* Privilegia, primæ Instantiæ, Austregarum, Appellationis in qualitate & quantitate, *in unverhindertem Stand gelassen würden, also, daß besagte Viere, als Kayserliche und des Reichs Hœchste Gerichte, und Universalia Dicasteria, in gleicher* Jurisdiction, Potestæt *und* Dignitæt *bestehen: Denen bißher wohlbedächtlich gemachten Cammer-Gerichts-Ordnungen, und deren Verbesserungen, auch* Revisionen, *unterworffen seyn, keine* Concurrentz, *noch* Prævention *zwischen denenselben, vielweniger einige* Avocation, *oder* Inhibition, *statt haben, sondern ein jeder* Actor, *als* Rei forum, *in denen Craisen, da selbige gesessen, umb Verhütung allerhand besorgender* Confusion, *Ungleichheit, und, von Weite des Weges, oder sonst herrührenden Verzugs, Kostens, und anderer Ungelegenheiten, nachzufolgen, schuldig seyn solten &c.* Vid. *Fritschii*, *Electa Juris publici Romano-Germanici*, Cap. IX, §. I, pag. 104 &c. Add. *Pfanner, Histor. Pacis Westphal.* Lib. 2, §. 71, pag. 190 &c. *Nitzschius*, ad Art. XVII *Capitulat. Josephi*, §. 8, pag. 388 & 389; Author *Observationum ad Capitulationem Caroli VI*, Art. XVI, verb: *Auch kein altes Gericht verändern*, p. m. 241 &c. Salubre autem propositum hoc effectu hactenus caruisse, in propatulo est.

(*b*) SVO LOCO &c. Scil. seqq. Lib. 4, Tit. 3 & 4.

66. Hic

66. Hic inquirendum nobis eſt, *an judicia ſumma in Imperio noſtro, dependeant à ſolo Imperatore, ſeu, ab ipſo ſolo ſint inſtituta; an ab Imperatore & Statibus ſimul?* De Judicio Camerali communiter DD. poſterius: de Judicio Aulico autem prius affirmant. (1) Quia Judicium Aulicum cœpit cum ipſo Imperio Romano-Germanico, quo tempore ſine dubio omnis jurisdictio adhuc fuit penes Imperatorem ſolum. (2) Quia in hoc Judicio ſolus Imperator eſt Præſes & Caput. *Ord. jud. aul. tit. 1. in pr. ibi: deſſen obriſtes Haupt und Richter Wir allein, und ein Ræmiſcher Kayſer ſelbſt iſt.* (3) Quia Conſiliarii ſoli Imperatori præſtant Juramentum: (4) Quia hactenus Imperatores ſoli huic judicio præſcripſerunt Ordinationes. Cæterum, an hodie idem adhuc aſſerendum ſit? quidam ambigunt, poſtquam in Inſtrumento Pacis Cæſareo-Svecico, de Aſſeſſoribus *Auguſtanæ Confeſſionis (a)* adſciſcendis cautum ac definitum, ut proceſſus ratio, qualem Cameræ ſequendam injunxere Ordines Imperii, & ibi per omnia obſervanda ſit; poſtquam remedium, ut vocatur, ſuſpenſivum litigantibus conceſſum, ac viſitatio à Moguntino, ad eum modum, qui in Comitiis placuerit, præſcripta. *I. P. art 5. 20.* Cui etiam Cancellaria hujus Judicii juramentum præſtare tenetur: cumque inſuper Ordinatio hujus judicii, anno 1654. ab omnibus ideo recepta non fuerit, *Weilen ſie denen Stænden nicht ordentlich communiciret, noch dieſelben darüber, in ihren* monitis, *vernommen worden, derowegen ſolche ordentlich dictiret, und bey nechſtbevorſtehendem Reichs-Tage davon weiter gehanhelt werden ſolle. Limn. tom. 2. add. lib. 9. c. 4. in f.* An hæ rationes ſufficiant, ut de priori opinione ambigere debeamus? videri poterit ex rationibus, quas ex Lampadio adducemus.

NOTÆ.

(a) CONFESSIONIS &c. Vid. lib. 4. Tit. VII. §. 10. 11. ad 14. Conf. *Schützii* Vol. 2. *Jur. Publ.* Exerc. 2. §. 7. *Fritſch.* ad *Limn.* lib. 9. c. 4. §. 5. p. 397.

67. *Judicium Camerale ab Imperatore & Statibus ſimul inſtitutum eſſe, ab iisque jurisdictionem ſuam accepiſſe, plurimi affirmant. (1.) Quia Camera repræſentat Imperatorem & totum Imperium. Ord. Cam. de anno 1555. part. 1. tit. 8.* ubi dicitur: *Daß die Beyſitzer, von der Kayſerlichen Majeſtæt, auch Chur-Fürſten und Stænden des Heiligen Ræmiſchen Reichs, an ſolche hohe Juſtitien geordnet, und an ihrer Statt ſitzen. (2) Quia ipſi Status Imperii, qui eorum jurium, quæ ipſis ſunt communicata, non ſunt ignari, hoc ita interpretantur, daß Cammer-Richter und Beyſitzer ihre Jurisdiction von Kayſerlicher Majeſtæt, auch Chur Fürſten und allgemeinen Stænden des Reichs, ſammentlich haben. Lundorp. Tom. 2. Act. publ. cap. 1. (3) Quia in Receſſu Imperii de anno 1654. & in I. P. art. 5. §. 2. in hoc judicio, ab Imperatore & Statibus ſimul, plura ſunt immutata. (4) Quia in I. P. art. 5. non dicitur Camera Imperatoris, ſed Camera Imperialis. (5) Propter Receſſum Imperii, de anno 1654. §. 165. ubi ita dicitur: Damit aber auch Unſer und des H. Reichs Cammer-Gericht, als welches Uns, ſamt Chur-Fürſten und Stænden des Reichs, repræſentiret, und nun wiederum ſo anſehnlich und ſtattlich erſetzet wird, Inhalts der vorigen Reichs-Abſchiede und Ordnung, ſeine Autoritæt, Jurisdiction und Gewalt, wie ſichs gebühret, erhalten. Lampadius de Rep. Rom. Germ. part. 3, cap. 16. §. 7. 8. & ſeqq. Inſtitutionem Cameræ & expediendæ jurisdictionis modum & rationem à communi Cæſaris & Ordinum conſenſu eſſe, Jurisdictionem autem, ſeu reddendi Juris poteſtatem, à ſola Cæſarea Majeſtate promanaſſe, exiſtimat* (a). *Quia novum Imperio univerſo Magiſtratum præficere, qualis eſt Judicium Camerale, eſt legem condere, quæ teneat univerſos; quæ poteſtas ſoli Cæſari non competit: Ut autem hic Magiſtratus habeat jurisdictionem, hoc deſcendere ab eo, qui eam habet; at vero jurisdictionem in Imperio Imperator ſolus habet, & eam nunquam cum Statibus communicavit: ergo Judicio Ca-*

merali eam Imperator solus communicavit, non autem cum Statibus Imperii: quia hi eam non habuerunt. Hæc Lampadii opinio satis subtilis, & non inelegans est; si tamen ad normam legum Imperii fundamentalium examinetur, eæ non tantum non ita distingvunt, sed & eam claris verbis refutant. (*b*) *Vid. allegat. Recess. Imp. de anno 1654. §. 165.* Imo, cum Imperator *Maximilianus I.* in Ordinat. Camerali, ipse confiteatur, se, Statuum consensu, judicem & Assessores constituisse; & verò ad omnem Judicem verum requiratur, ut habeat Jurisdictionem, *t. t. C. de jurisd. omn. judicum.* certum est, se, consensu Statuum, Jurisdictionem Judici & Assessoribus tribuisse, eoque ipso, licet Status Jurisdictionem ante non habuerint, ipsis Jurisdictionem communicasse. Hæc quæ *Lampadius* habet, quamvis non probent, Jurisdictionem Cameræ non esse à solo Imperatore, tamen forte non ineleganter opponi poterunt iis, qui Jurisdictionem Judicii Aulici hodie ab Imperatore & Statibus simul esse, affirmari posse existimant.

NOTÆ.

(*a*) EXISTIMAT &c. Imperialem Cameram *à solo Cæsare* Jurisdictionem accepisse, sententia est *Tobiæ Paurmeisteri*, lib. 2. de *Jurisdictione Romani Imperii*, Cap. IV, §. 121, & Cap. VI, §. 18, p. 641. Edit. poster. (nam in *priori*, contrarium defendit.) *Stamleri, de Reservatis Imperatoris*, §. 34; *Fritschii*; Addit. ad *Limnæum* lib. 9. c. 2. §. 52, pag. m. 368, omniumque, quibus *Lampadii* distinctio, inter *subjectum, locum, formam & modum expediendæ Jurisdictionis*, atque *Jurisdictionem ipsam*, cujus Dn. Auctor hic meminit, placet, ad quam Classem Dnn. *Bœclerum, Notit. Imper.* lib. 13, Cap. 2. p. 231; *Kulpisium*, ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. XVI, §. 8, pag. 374, & ad *Monzambano*, Part. 2, Cap. 5, §. 20, p. 123; *Scharschmidium*, ad *Jus Publ. Schützii*, Vol. 2, Exercit. 2, §. VI, lit A. B. C & D. pag. 67; Dn. *Dattum*, Lib. 4. *Rer. German.* Cap. I, §. 177 &c. p. 718; Illustr. Auctorem *des Europ. Heroldts*, Tom. I, pag. 909; Dn. *Nitzschium*, ad Art. 4. *Capitul Joseph.* §. 3, pag. 645 & seqq. &, qui eos sequuntur, plures alios, referimus, quibus nuper Auctor *der Deduction, daß die Römische Kayserliche Majest. allein und privativè einen von Ihro Majest. auch allein constituirten, und nicht nur præsentirten Cammer-Gerichts Præsidenten suspendiren, und gar abschaffen können*; (apud *Fabrum*, Tom. IX. *der Staats-Cantzley*, Cap 3. §. 13, pag. 212 &c.) & novissime, Per-Illustris Dn. *Franciscus Reginaldus*, L. B. ab *Andlern*, in Diss. *de Jurisdictione, ex usu inprimis Fori hodierni*, Præside JCt. Celeberrimo Dn. *Joh. Henrico Feltz*, An. 1716, Mens. Febr. Argentorati, habita, p. 27 & seqq. accessere, ex rationibus, quod:

(1) Cæsar sit summus Imperii Judex, omnisque Jurisdictionis fons, testibus imperii Statibus ipsis, quippe qui, in *Comitiis Norimbergensibus* An. 1467, ubi de Judicio quodam in Germania ordinando, consultatio institueretur, ingenuè professi sunt: *Nachdem alle Recht und Gerichtszwang von Unserm Herrn, dem Römischen Kayser, entsprieſſen, daß Unser Herr, der Kayser, einen Richter zu den benanten vier und zwantzig Urtheilern an solch fürgenommen Gericht setze &c.* Vid. *Datt* l. c.

(2) Omnia imperandi Jura, in quorum consortium Imperii Status non admissi noscuntur, soli Imperatori competant.

(3) Nullibi constet, *Maximilianum I.* Cameram instituendo, in communionem *Jurisdictionis in eam conferendæ* Juris assumsisse Status.

(4) *Rudolphus II.* Imp. in Declaratione ad Electorum Protestantium Religionis, Palatini, Saxonis & Brandenburgici, gravamina, sub dato 27 Julii 1590, apud *Lundorpium*, Tom. 2. *Act. Publ.* Lib. 1, Tract. 4, §. 3. pag. m. 55, ultrò scribat: *Sintemahl Ihr Majest. dem Cammer-Gericht gleichwohl Ihre Jurisdiction, in etlichen Fällen, communicirt, aber sich dieselben darumb nicht abdicirt noch begeben haben &c.*

(5) Tribunal hoc, vel adhuc hodie vocetur *das Kayserliche Cammer-Gericht*, Consistorium Summi Principis, Imperatorem repræsentans; vid. *Mynsinger*, Centur. 4, Observat. 5, pag. 228; *Gailius*, lib. I, *Observat.* I, §. 7. pag. 3. Ipsi tres laudati Electores Protestantes, in dictis Gravaminibus Imperatori *Rudolpho* exhibitis, apud *Lundorpium* l. c. §. 2, pag. 50: *Wegen Bestellung Ew. Kayserl. Majest. Cammer-Gerichts zu Speyr, Cammer-Richter, Præsidenten, Beysitzer und Cantzley-Personen Aempter &c.*

(6) Judex & Præsides Cameræ à solo Cæsare constituantur: teste *Ordin. Camer.* P. 1, Tit. 4, in princ. & *Instrum. Pac. Westphal.* Art. V, §. 53, verb: *Placuit, præter Judicem, & quatuor Præsides, & quidem duos horum ex Augustana Confessione, à sola Cæsarea Majestate constituendos &c.*

(7) Sceptrum Imperiale, in signum exercitæ Jurisdictionis Cæsareæ, à Judice Cameræ teneatur.

(8) Solus Cæsar Judices & Assessores, officiis non

bene

bene fungentes, puniat. *Ordin. Camer.* P. 3, T. 53, §. 6, *Ob sich aber &c.*

(9) Omnia Rescripta & Decreta Cameralia sub nomine & Sigillo solius Imperatoris expediantur. Vid. cit. *Ordin.* P. 1, T. 27. & P. 3. Tit. 12. §. *Und solche &c.* *Gailius* lib. I. Observat. 14. §. 1. p. 28.

(10) Officiales Cancellariæ Cameralis omnes in Cæsaris, nec simul in Statuum, verba jurent. *Ordin.* cit. P. 1. Tit. 58 &c. *Petrus Denaisius, Jur. Cameral.* Tit. 6. verb: *Cancell. Offic.* §. 4 &c.

(11) Status Imperii, tanquam inter se pares, mutuam invicem Jurisdictionem in se non habeant, proinde nec eam Cameræ committere potuerint &c. &c.

In diversas partes, cum Domino Auctore Nostro, eunt: *Besoldus, Thes. Pract.* voc. *Cammer-Gericht.* p. m. 138. *Blumius, Processʃ. Cameral.* Tit. 25, §. 6, p. 89; *Gailius*, lib. I, Observat. 41, §. 4 & 5, pag 79; *Daniel Otto*, Cap. XI. *Jur. Publ.* p. m. 345; *Wurmser*, Exercit. Jur. Publ. VII, Quæst. 22, pag. 326, & Quæst. 25, pag. 335; *Speidel Spec.* voc. *Cammer-Gericht*, p. m. 166; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XIX, §. 12. pag. 432; *Limnæus*, ad *Capitulat. Ferdinandi III*, Art. 30. voc. *Churfürsten*, §. 5 & 6, p. 723. & *Jur. Publ.* lib. IX, Cap. 2, §. 55 &c. p. 69 & 70; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 26, §. 6. p. 788 &c. Dn. *Strauchius, Differt. Exot.* XIII, §. 5, pag. 364; Dn. *Schweder*, Part. spec. *Introduct. Jur. Publ.* Sect. 1, Cap. 13, §. 8, p. 436 & 437; Illustr. Dn. *Thomasius*, ad Cap. V, §. 20, *Monzambani*, pag. m. 282 &c. Dn. *Struvius, Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XXIV, §. 58. pag. m. 546, docentes: *Cameræ Jurisdictionem à Cæsare & Statibus*, (conjunctim sumptis) *simul fuisse delatam*, vigore Legis scilicet, communi utrinque consensu, desuper latæ, id est, ipsius *Ordinationis Cameralis*; proinde per viam contractus, in ipsa Ordinatione Part. 3. Tit. 55, §. 1, expressi, verb: *Solches alles und jedes, so beschrieben stehet, haben Wir König Ferdinand, in Krafft Hochgedachter Rom. Kayserl. Majest. --- auch für Uns Selbst, als Römischer König; Uns mit der Churfürsten Räthe, erscheinenden Fürsten und Ständen, und der abwesenden Bottschafften und Gesandten, und Sie Sich hinwiederumb mit Uns, also zu halten und vollenziehen, vereiniget und verglichen &c.* Ob rationes, quod:

(1) Judicium hoc non à solo Imperatore, sed ab omnibus simul Imperii Statibus, conjunctim sumtis institutum legatur, teste hac ipsa *Ordinationis* formula juncto ejusdem proœmio, ubi: *Mit zeitigem Rath Eure, der Churfürsten, Fursten, und gemeiner Versamblung &c.* Add. R. J. *Ratisbon.* de An. 1541, §. 31, *Und damit ausserhalb &c.* verb: *Daß Unsere Kayserl. Cammer-Gericht im H. Reich, und wie das durch Uns, und gemeine Stände, auf jüngst gehaltenen zweyen Reichs-Tägen, aufgericht und geordnet ist &c.*

(2) Ordinationes Camerales, earumque Reformationes, extensiones, explicationes &c. ab iisdem conjunctim fiant. Vid. *Ordin. Camer. Wormat.* de An. 1495, §. 28, Item, *so hernach &c. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg*, de Ann. 1500, princ. *Cammer-Gerichts Reformation zu Speyer*, de An. 1531, princip. & §. 14, *Demnach ordnen Wir &c.* & §. 58, *Demnach thun Wir hiemit &c.* R. J. *Ratisbon.* An. 1532, Art. 3, *Das Cammer-Gericht betreffend*, §. 1, *Weiter, nachdem Wir &c. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Speyer*, An. 1533. princip. & §. 16 *obgemeldten Abschied &c.* R. J. *August.* 1551, §. 27, *Neben diesem &c.* §. 28, *Dieweil nun &c.* §. 29, *Und auf diesem Fall &c. Ordin. Cameral. Augustana*, An. 1555, passim; R. J. *August.* An. 1566, §. 84, *Dieweil aber recht und billig &c.* & §. 143, *Als aber ferner &c.* verb: *Wann dan Cammer-Richter und Beysitzer ermessen würden, daß Ihnen etwas weiters, zu Ihrer* Information, *von nöthen wäre; so geben Wir Ihnen hiemit, auf der Chur-Fürsten, erscheinenden Fürsten und Standen, und der abwesenden Bottschafften und Gesandten, vergleichen und bewilligen, Gewalt und Macht, daß sie dasselbig, durch gebührliche* Compulsoriales, *denen auch männiglich* pariren *und gehorsamen soll, an Orten da es behalten, zu Handen bringen möchten &c.* R. J. *Spirens.* An. 1570, §. 42. *Weiters, nachdem auch &c.* R. J. *Ratisbon.* An. 1594, §. 50, *Weiter, und als Wir &c.*

(3) Revisio *Cameræ*, & sententiarum à Cameralibus latarum, non soli Cæsari, sed & Electori Moguntino, & Imperii Statibus, quos ordo tangit, competat; *Ordin. Camer.* An. 1555, Part. 3, Tit. 53, §. 1, *Damit auch Cammer-Richter &c.* Conf. seq. Tit. X, §. 12, lit. e.

(4) *Cameræ* ab Imperatore & Statibus simul mandetur; Vid. *Ordin. Camer. August* An. 1500, Tit. 2, *Von der Verwesung Cammer-Richters und Beysitzern &c.* verb: *Von Uns, und des Reichs-Standen wegen, befohlen worden &c. Reformat. Cameral. Spirens.* Ann. 1531, §. 58. *Demnach thun Wir &c.*

(5) Cæsar Cameralibus potestatem largiatur, *auf der Churfürsten, Fürsten, und Ständen vergleichen und bewilligen &c.* R. J. *August* 1566, §. 143, *Als aber ferner &c.* verbis modo prolatis.

(6) Camerales nomine Imperatoris & Statuum judicent; arg. R. J. *Ratisb.* an. 1654, §. 165, verb: *Damit aber auch Unserm und des H. Reichs Cammer-Gericht, als welches Uns, sampt Chur-Fürsten und Standt repræsentirt ---- seine* Auctoritæt,

ritæt, Jurisdiction *und Gewalt, wie sichs gebührt, erhalten - - - - werde &c.* Conf. *Strauchius* l. c.

(7) Camera, sine consensu Statuum, à Cæsare transferri nequeat. R. J. *Augustan.* An. 1530, §. 83, *Darzu meynen und wollen Wir &c.* & *Ordin. Camer.* An. 1555, Part. 2, Tit. 34.

(8) Totum Imperium ad sustentationem Cameræ quotas conferat. Vid. *Ordin. Camer.* Part. I, Tit. 42, §. *Damit aber &c.* Conf. Electorum Protestantium Gravamina *Rudolpho II* Imp. exhibita, apud *Lundorpium*, T. 2 *Actor. Publ.* Lib. I, Tr. 4, §. 2, v. *Wann dann Ihr Chur- und Fürstl. Gn.* pag. 50.

(9) Status Imperii majorem Assessorum numerum constituant. Vid. *Instrum. Pac. Westphal.* Art. V, §. 53, & R. J. Ratisb. An. 1654, §. 169, *Demnach in dem Frieden-Schluß &c.*

(10) Audiat *des Kaysers und des H. Reichs Cammer-Gericht.* vid. *Ordinat. Camer. Wormat.* An. 1495, princ. ibi: *Unser und des H. Reichs Cammer-Gericht &c.* Et *Handhabung des Landfriedens zu Wormbs,* an. eod. Tit. 4, verb: *Unser des Reichs Cammer gen Franckfurt legen &c.* It: *Satzung von gemeinen Pfennizg zu Wormbs*, an. eod. Tit. XVI verb: *Als Wir Unser und des Reichs Cammer-Gericht &c. Rec. Imp.* 1654, §. 165, *Damit aber auch Unserm und des H. Reichs Cammer-Gericht &c.* passimque alibi.

(11) Laudati Electores Protestantes, in *Replica*, ad *Rudolphi II* Imperatoris Resolution de An. 1590, apud *Lundorpium* l. c. §. 4, pag. 59, ingenue scribant: *Aus welcher* (Ordinatione Camerali) *wie auch dem kündlichen Herbringen, offenbar, daß Herren Cammer-Richter und Beysitzer Ihre Jurisdiction von Ew. Kayserlichen Majestæt auch Chur- und Fürsten und allgemeinen Stænden des Reichs samentlich, haben, in massen dieselb von Ew. Kayserlichen Majestæt und Stænden, wie die in unterschiedenen Creysen gesessen,* præsentiret, *unterhalten, und, ihrer Ordnung nach,* visitirt *werden; auch ermelter Kammer-Richter und Beysitzer jederzeit ihre gehabte* Dubia *an Ew. Kayserl. Majest. und gesambte Stænd, als Statuentes, gelangen lassen, und Außschlags begehret &c.*

Hancque esse mentem reliquorum simul Electorum, documento est Electoralis Collegii Conclusum, de 18 April, 1704, in causa Reverendiss. Episcopi Herbipolensis, contra Dn. *Wigandum*, Cameræ Assessorem, læsi respectus Principis accusatum, apud *Fabrum* cit. Tom. IX, Cap. 4, §. 2, pag. 255, ubi: *Wobey doch* expresse, *von Reichs wegen,* reservirt *wird, daß dieser gegenwärtige Schluß, dem Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gericht, an der von Kayserlicher Majestæt und Gesamten Hochlœblichen Stænden des Reichs, per Leges Pragmaticas, sorgsamb und wohlbedæchtlich, zugelegter Autoritæt, Gewalt und Respect, - - - - nicht nachtheilig seyn solle &c.* Imo, omnium Imperii Statuum, teste Concluso trium Collegiorum, signato *Regenspurg*, 28 April 1704, in eadem causa, apud *Fabrum* l. c. §. 4, pag. 259. verbis totidem repetitis: *Wobey jedoch* expresse *von Reichs wegen* reservirt *wird, daß dieser gegenwärtige Reichs-Schluß dem Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gericht, an der von Kayserlicher Majestæt und Gesamten lœblichen Stænden des Reichs, per Pragmaticas, sorgsamb und wohlbedæchtlich zugelegter Autoritæt, Gewalt und Respect - - - - nicht nachtheilig seyn - - - solle &c.* Quo etiam Articulus X *Instructionis*, Visitatoribus Cameræ, An. 1706, præscriptæ, & 30 Mart. Ratisbonæ, in Comitiis, dictatæ, verbis seq. Tit. X, §. 12, lit. c, occurrentibus, pertinet.

Ad distinctionem *Lampadianam*, respondet Dn. *Thomasius* l. c. se comprehendere non posse, qualis sit Jurisdictio, *sine subjecto, forma & modo.* Quid Dn. ab *Andler* hic regerendum arbitratur, exponit l. c. pag. 32.

68. Judicium Rotwilense quin à solo Imperatore dependeat, nullus est, qui dubitet. vid. infra Lib. 4, Tit. 8.

69. Jus Belli Imperator sibi soli (*a*) etiam reservat, in causa necessitatis, si bellum sit defensivum, (*b*) Capitul. Leopoldi, Art. 13, circa finem, ubi dicitur: *Wo Wir aber, von des Reichs wegen, oder das H. Reich, angegriffen und bekriegt würden, alßdann mægen Wir Uns aller Hülffe gebrauchen &c.*

NOTÆ.

(*a*) SIBI SOLI &c. Cæsares omni tempore Statuum suffragia libere expetiisse, quoties, *Imperii nomine*, bellum gerendum fuit, testantur quæ præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Annos, quos pag. 171, v. 15, expressos habes, in medium protuli, cum quibus conferas *Limnæum* ad *Capitulationem*

Caroli

Caroli V, Art. XI, voc. *die Reichs-Stænde*, pag. 184 &c. Postea verò Legibus ad id obstringebantur; Hinc *Maximilianus, in der Handlung des Landfriedens zu Wormbs*, de An. 1495, Art. 5, *die Königliche Majestæt soll kein Krieg anfahen &c. Auch sollen Wir, und Unser lieber Sohn, Ertz-Hertzog Philips, auch Unser Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, ohn Wissen und Willen jährlicher Versamblung, keinen Krieg, oder Vähd, anfahen, noch einig Bündnis, oder Einigung, mit frembden* Nationen, *oder Gewalten, machen, die dem Reich zu Schaden, Nachtheil, oder zu wieder seyn möchten &c.* Per *jährliche Versamblung*, intelligi *Comitia*, patet ex ejusdem *Handhabung* procemio, verb: *Daß auf Unser Lieben Frauen Abend Purificationis nächstkommend, Wir und Unser Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, und des Reichs Ständ, gen Franckfurt persöhnlich kommen &c.* Hocque sensu responderunt Electores, in Conventu Collegiali Ratisbonæ, an. 1630, 19 Julii, ad Punctum Cæsareæ Propositionis, de *reducenda Pace*, apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.* Lib. I, Cap. XVII, §. 3, pag. 35: *Hierzu vermeinen Höchstermeldte Churfürsten, und die Churfürstliche Abgesändten, würde wohl zu kommen seyn, wan --- in wichtigen, und sonderlich in denen Sachen, darauß, über kurtz oder lang, dem H. Reich einiger gefährlicher Anhang zuwachsen kan, mit denselben (Churfürsten) zeitlich* communiciret, *Ihres Raths mehrers gefolgt, ohn Ihr und anderer Stænde Vorwissen und Einwilligung, Niemand, das Reich anzufeinden, Ursach noch Anlaß gegeben ---- und wan es zu Kriegs-Verfassung kommen müßte, darin mit der Stænde, oder zum wenigsten der Herrn Churfürsten Vorwissen, darzu nach den Reichs-Ordnungen, verfahren, ---- werde &c.* Et pag. 56, ad Punctum tertium, de *adhibendis contra Hollandorum molimina remediis: Was aber dißfalls für Mittel an die Hand zu nehmen, insonderheit wie denselben (Holländern) mit Kriegs-Macht zu begegnen seyn möchte, darüber wissen sich die anwesende Gesandten, als in einer des gantzen Ræmischen Reichs, und alle dessen Stænde, berührende Sache, welche, von vorigen Ræmischen Kaysern auch, jederzeit auf allgemeinen Reichs-Versamlungen proponirt und tractirt worden, für sich absonderlich, und ungehært Ihrer Mitt-Stænde, nichts beständigs zu erklæren; Dann, weil hierzu aller Stænd Hülff und Beystand von næthen, so müssen dieselbe auch billich darüber gehæret werden &c.* Quæ ratio sane fundamentalis; exigentibus æquitatis regulis, ut omnes in rem consentiant, quæ omnium interesse respicit. vid. *Nitzschius*, ad Art. XIII, *Capitul. Joseph.* §. I. pag. 336; Merito proinde Electores, in *Conventu Norimbergensi*, An. 1640, 10-20 Mart. ad Propositionem Cæsaream, apud *Lundorpium* l. c. Lib. 4, Cap. 3, §. 7, pag. 797: *Uber dieses sehen auch der Hochlöblichen Herren Churfürsten Räthe und Abgesandte nicht, wie dasjenige, was Ihre Kayserliche Majestæt durch dero Abgesandten, der Kriegs-Mittel halber,* proponiren *und suchen lassen, mit rechtem Bestand zu berathschlagen, und wann schon was bedacht und beschlossen werden möchte, hernach zu einigem* Effect *zu bringen seyn werde, da das Churfürstliche Collegium solches werde allein vor sich, ohne Zuziehung anderer Stænde, vornehmen, und sich darüber was entschliessen wolten &c.* Nec minus recte *Fridericus Augustus*, & *Christianus Ludovicus*, Duces Brunsuic. & Luneburg. in responsione ad literas Electoris Saxoniæ, sub dato *Zell*, 28 Maji, 1641, apud *Lundorpium* Tom. V, Lib. I, §. 109, pag. 348: *Da auch --- man, vermög der Reichs-Satzungen, zu* belligeriren, *und*, conjunctis viribus, *wieder Frembde, die Waffen zu führen schuldig wære, so müßte man dannoch* causas, medium & finem belli, *auf dem Reichstag zuvor* deliberiren, *und, vor allen Dingen, die Stænd unter einander einig seyn ---- Wann aber, ohne Zuzieh- und Einwilligung der Reichs-Stænd, Krieg beschlossen, und angefangen wird, so ist solches eine in den Fundamental-Satzungen verbottene Sach, und seind die Stænd gar nicht verbunden, solche Ungebühr außführen zu helffen &c.* Sequentibus provocantes ad modo dictam responsionem Electorum, Cæsareo Legato Norimbergæ An. 1640 datam: *Was dan ferner, das aller Stænde Unterthanen wahl und wehe nach sich führende Jus Pacis & Belli anlanget, gehæret solches, vermög der Reichs-Abschied, und Königl. Wahl-*Capitulation, *unstreittig für die gesampte Reichs-Stænde; inmassen solches das Churfürstliche* Collegium *selbst, in seinem An. 1630, den 13 (19) Julii übergebenen Gutachten, gerne gestehet, und* urgiret, *und auf die dahin gehörige Frage, als eine das gantze Ræmische Reich, und dessen Stænde berührende Sache, welche von vorigen Römischen Kaysern, auch jederzeit auf gemeinen Reichs-Versamblungen* proponirt *und* tractirt *worden, für sich absonderlich, und ungehært der andern Stænde, sich nicht erklären wollen, sondern dafür gehalten, daß, weilen darzu aller Stænde Hülffe und Bey-*

stand von nœthen, dieselbe auch billich darüber gehœrt werden müssen; wie solches die klare Wort angezogenen Gutachtens bezeugen; und giebt es die dem Kayserlichen Gesandten, von dem Churfürstl. Collegio, *auf jüngsten* Collegial-*Tag zu Nürnberg ertheilte* Resolution, *noch deutlicher zu verstehen, indem mit hellen klaren Worten darin gesetzt wird, daß der Hochlöblichen Herren Churfürsten Rath und Abgesandten nicht sehen könten, wie dasjenige, was Ihre Kayserliche Majestat durch Dero Abgesandte, der Kriegs-Mittel halber,* proponiren *und suchen lassen, mit rechtem Bestand zu berathschlagen, und wan schon was bedacht oder beschlossen werden möchte, hernacher zu einigem* Effect *zu bringen seyn würde, da das Churfürstliche Collegium für sich solch Werck allein, ohne Zuziehung anderer Stand, vornehmen, und darüber was entschliessen wolte &c.* Clarius firmiusque ut hæc stabilirentur, insertum fuit Art. VIII *Instrum. Pac. Westphal. §.* 2, *Gaudeant*, competere Statibus Imperii Jus suffragii, in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, *præsertim, ubi Bellum decernendum &c.* & Imperator insuper *Leopoldus*, Art. XIII Capitulationis suæ jurato promisit, *keinen Krieg, noch Vehde, inn- oder ausserhalb des Reichs, von desselben wegen, unter keinerley Vorwand, wie der auch sey, ohne der Churfürsten, Fürsten und Standen, oder zum wenigsten der sæmptlichen Churfürsten, Vorwissen, Rath und Einwilligung, anfangen, oder vornehmen, noch, ohne jetztgedachten Consens, einiges Kriegs-Volck ins Reich führen, oder führen lassen &c.* Ad quod ipsum *Josephus*, quoque Art. XIII. & *Carolus VI.* Art. IV, Capitulationum suarum se obstrinxerunt; Status quidem reliquos, jam in Monitis ad Art. XIII *Capitul. Leopoldi*, clausulam: *oder zum wenigsten der sæmptlichen Churfürsten*, delendam existimasse, præced. Lib. I, Tit. VII, *§.* 2, lit. b, pag. 845; monui, quam propterea nec *Projecto Capitulationis Perpetuæ*, An. 1711, Art. IV, insertam notavit, Dn. Auctor *Observationum ad Capitulationem Caroli VI*, Art. 4, pag. 112; nihil autem Principum monitis hac in parte delatum fuisse, testantur Art. XIII *Capit. Josephinæ*, & Art. IV, *Carolinæ*, eadem continentes, quæ ex *Leopoldina* modo adduxi, cum de *casu extraordinario* loquantur, unde Statuum Juri quæsito nihil timendum. Hactenus dicta illustrat Belli declaratio, non nisi prævia deliberatione omnium Imperii Statuum, in Comitiis desuper instituta, sub dato *Ebersdorf*, 6 Octob. An. 1702, à *Leopoldo* Imp. adversus Gallos, eisque junctos fœdere Hispanos, Bavaros &c. promulgata, apud *Fabrum* l. c. Tom. VII, Cap. 13, *§.* 14, pag. 707 &c. inde huc sufficiunt: *Nachdem auf Unsere, den* 17 Julii *nächsthin, in Unserer und des H. Reichs-Statt Regenspurg, gethanen allergnädigsten Vortrag, Churfürsten, Fürsten und Stände, durch Ihre bey aldasigem Reichs*-Convent *versammelte Räthe, Bottschafften und Gesandte, uber gegenwærtige weit aussehende und hœchst gefæhrliche Krieges-Empœrungen, reiffe Berathschlagung gepflogen, und in allen dreyen Reichs*-Collegiis *befunden worden, daß der Kœnig in Franckreich nicht allein den letztern, vor wenig Jahren, zu Ryswick in Holland, geschlossenen allgemeinen Frieden ---- übertretten, sondern auch ---- gebrochen ---- und an Uns geziemend gebracht haben, daß obgemeldte, gegen diese so offt wiederhohlt- und feyerlich geschlossene Frieden-Schlüsse, unternommene* Infractiones, Contraventiones, Occupationes *und* Detentiones *für unstrittige Friedens-Brüche zu achten, mithin der Konig in Franckreich, und dessen Enckel, der Hertzog von* Anjou, *auch Dero* Alliirte --- *ohne Unterscheid, für Reichs-Feinde zu halten, und der Krieg gegen Dieselbe, von Reichs wegen, zu decerniren, zu declariren, und ins Reich zu verkündigen; solchem nach auch, der Uns abgenöthigte Krieg nunmehro, von Reichs wegen, aufs kräfftigste und verbundlichste, für einen allgemeinen Reichs-Krieg zu halten ---- Wir alles dasjenige, was von Churfürsten, Fürsten und Standen also stattlich überleget, gut gefunden, und eingerathen worden &c. Unsers Allerhöchsten Orts gnadigst* approbiret ---- *erklären demnach &c. &c.* Conclusum trium Collegiorum, sub dato Regenspurg, 28 Sept. 1702, cujus Cæsar meminit, extat ibidem, *§.* XI, p. 665 &c. Conf. *Mandata Avocatoria & Inhibitoria* 10 Octobr. An. eod. eundem in finem publici juris facta, ibid. §. XIV, num. 2, pag. 715 &c. & num. 3, pag. 723 &c. Thesin comprobant *Mylerus* ad *Rumelinum*, in *Auream Bullam*, Part. 2, Differt. VI, *§.* IX, lit. b. pag. 632; *Bœclerus, Differt. Polit.* V, *§.* 1, pag. 348, & *Institut. Polit.* lib. 2, c. 7. pag. 163; Dn. *Khetius, Instit. Jur. Publ.* lib I, Tit. 4, *§.* 63, pag. 181; Dn. *Kulpisius*, ad *Monzamban*. Part. 2, c. 5, *§.* 8, pag. 87; Dn. *Schweder, Introduct. Jur. Publ* part spec. Sect. 1, c. 26, *§.* 2, pag. 593; Dn. *Multzius, Corp. Juris Publ.* Part. 2, Cap. V, §. 1, pag. 287; & §. 3, pag. 305 &c. Alii. Ex Projecto *Perpetuæ Capitulationis*, Art. IV, (apud *Fabrum* Tom. XVII, Cap. XII, §. 14, pag. 691, monendum adhuc, quod Majestaticum jus hoc magis adhuc limitatum fuerit, in tantum, ut ne quidem *intuitu propriæ Domus*, sive *Ditionum hæreditariarum*, sine consensu Imperii Ordinum, bellum ordiri Imperatori permittatur, ibi: *Der Regierende Romische Kayser soll, und will auch, keinen*

Krieg,

Krieg, weder inn- noch ausserhalb Reichs, so wohl von Desselben, als Seines Hauses wegen &c. anfangen &c. Quæ tamen clausula in *Capitulatione Carolina* non apparet. Conf. seq. Tit. 3, §. 5, lit. a.

(*b*) DEFENSIVUM &c. Ex *Capitulatione Leopoldina*, hic adducta, habentur jam in anterioribus, veluti *Caroli V*, Art. XI, *Ferdinandi I*, Art. X, *Maximiliani II*, Art. VII, ubi notanter: *Defensivè mögen Wir Uns aller Hülffe gebrauchen &c. Rudolphi II*, Art. X; *Matthiæ*, Art. XI, *Ferdinandi II*, Art. IX; *Ferdinandi III*, Art. XI, & *Ferdinandi IV*, Art. XI; similiter repetuntur in posterioribus, ut *Josephina*, Art. XIII, fin. & *Carolina* Art. IV, addita restrictione: *Wo Wir aber, des Reichs wegen, angegriffen würden, mögen Wir Uns aller, dem Reich ohnnachtheiligen, Hülff gebrauchen &c.* Quæ ex cit. *Projecto Capitulationis Perpetuæ*, haud dubiè desumpta sunt, utpote in quo eadem occurrunt; vid. *Faber* l. c. pag. 691. Cæterum, cum defensio Juris sit Naturalis & Gentium, neminique, proinde nec Imperii Statui, quibus omnino fas est, etiam irrequisito Cæsare, oppugnanti cuilibet, sive Exterus sit, sive Con-Status, se opponere, armisque sua tueri, (arg. *Ordnung von Landfrieden zu Augspurg de An. 1548*, Art. 3, in fine) auferenda, multo minus Imperator jure hoc careat; præsertim bello ex improviso quasi gerendo, ubi instituendis deliberationibus sæpè occasio & tempus deficiunt; quare & extraneum Militem hic adhiberi posse, ob verba generalia: *Aller Hülffe*, modo nihil damni Imperio inde obducatur, rectè docent *Lampadius*, de *Republ.* Part. 3, Cap. XIX, §. 17, pag. m. 129 &c. *Limnæus* ad *Capitulat. Caroli V*, Art. XI, verb: *Wo Wir aber von Reichs wegen*, p. 189, & verb: *Aller Hülffe*, p. 190 &c. *Nitzschius*, ad *Capitulat. Josephi*, Art. XIII, §. 7, pag. 340; Ne quidem *Turcas* hic excipiendos esse, eorum licet auxilium, non nisi magna circumspectione & prudentia adhibitis, implorandum veniat, patet ex iis, quæ de *Fœderibus, cum Infidelibus contrahendis, Grotius* Lib. 2, de J. B. & P. Cap. XV, §. IX, X, XI & XII. pag. 270 &c. ibique in *Annotatis* suis, ad §. IX, pag. 277; *Mylerus*, ad *Rumelinum* in *Auream Bullam*, Part. 2, Dissert. 4. §. 35, pag. 562 &c. *Simon*, in *Grotium* l. c. §. X. pag. 424 &c. *Limnæus* l. c. ad verb: *Aller Hülff*, pag. 190 &c. aliique, quos *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* Lib. 2, Class. 3, Cap. 3, §. 62, pag. m. 1033, hoc titulo nominat (quamvis ipse l. c. §. 63 & seqq. contrariam sectetur sententiam) in medium proferunt. Ut igitur *defensio* legitima nemini mortalium denegatur, ita nemini vicissim permittitur *bellum offensivum* in Imperio, propria auctoritate moliri; quod *Leopoldus* Imp. in literis ad Electorem Bavariæ, sub dato *Wien*, 20 Junii An. 1673, cum quæstio esset de purgando Germaniæ solo à Gallorum turmis, apud *Lundorpium*, Tom. X. *Act. Publ.* Lib. XI, Cap. 46, pag. 76, vel Ipse agnovit, scribens: *Ich lasse aber Ew. Ld. und die gantze Ehrbahre Welt, erkennen, weilen der weitere Einbruch in das Römische Reich, und Meine Erblande, --- mir angedrohet wird, was Ich, bey so bewandten Dingen zu thun habe, und ob Ich zu verdencken, wan Ich die in allen Rechten erlaubte Defensions-Mittel, so gut als Ich kan, ergreiffen solte; Ew. Ld. werden hoffentlich Mir, als einem Ræmischen Kæyser, und Ihrem nahen Vettern, dasjenige nicht verunbilligen, was die Natur selbsten einem jeden zulæst und gestattet &c.* & rursus, rationes mittendi in Imperium Militis An. eod. 30 Aug. mediante solenni dictatura in Comitiis patefactas proferendo, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 85, §. X, pag. 125: *Gestalten dan auch, zum Sechsten, gantz unverantwortlich, indem keinem Reichs Stand, ja so gar einem Ræmischen Kæyser selbsten, nach Ausweisung des* Instrumenti Pacis, *nicht erlaubt ist, einen Offensiv-Krieg, wieder einen auswærtigen Potentaten, oder Gewalt, anzufangen, daß dennoch so wohl der Hr. Churfürst zu Colln, als Hr. Bischoff zu Münster --- sich angemasset, die General-Staaten der vereinigten Niederlanden, mit einem Offensiv-Krieg, ohne vorberührten* (Imperatoris & Imperii) *Consens, anzugreiffen, und in solchen Beginnen, biß auf gegenwertige Stund, zu verfahren &c*, Quæ simul responsionis loco inservire possunt, ex *Monzambano*, Cap. 5, §. 8, objicientibus, quid Status nonnunquam propria auctoritate suscipiant, dandæ.

70. Jus Legationis (*a*) adimunt quidam (*b*) Imperatori, illudque Imperatori & omnibus Statibus commune esse asserunt, (1) quod, Regimento sublato, hæc potestas iterum ad Ordines Imperii rediit; (2) quia R. J. de An. 1576, Legatio ad Moschum (*c*) ab Imperatore & omnibus Statibus Imperii, decreta est, §. 106, 107 &c. Item, quod duplex Legatio, 1594. ad Belgas & Hispanos, ab Imperatore & Statibus Imperii simul missa sit; Vid. R. J. Ratisb. de An 1594, §. 43 & 44. It. quod, 1603, de continuandis ejusmodi Legationibus, deliberatum fuerit; vid. R. J. de An. 1603, §. 29. usque ad 36; Strada, decad. 2, lib. I. p. 453. Verum non probant (1) ita hoc Jus fuisse apud Regimentum, (*d*) ut Im-

premiers à visiter les nouveaux Elus, parceque cela est ainsy etabli dans les Cours de Vienne & de Madrid, ou les Ambassadeurs de Venise ne manquent pas, de rendre la premiere visite, à ceux, que ces Monarques destinent pour la Republique; ainsy chaque Etat, ayant, comm'il a eté remarqué cy dessus, ses coutumes particulieres, il n'y a pas lieu de pretendre, de pouvoir les reformer; & quand meme on trouveroit à propos d'y changer quelque chose, de ce qui concerne les Ambassadeurs, il y auroit bien plus de le faire, à leur avantage, qu'à leur prejudice, puisceque c'est un Interest, commun à tous les Princes, & que l'eclat de leur grandeur chez les Etrangers, consiste principalement aux egards, & aux honneurs, qui sont rendus à Celuy, qui ont celuy de les representer.

Mais pour entrer en quelque consideration particuliere, à cet egard, n'est il pas permis, d'alleguer icy la difference des Droits, Prerogatives, Franchises & Emoluments, dont tous les Ambassadeurs jouissent en Espagne, & bien loin, qu'aucun d'Eux ait la possession en France, ils n'y en ont pas meme la pretension; quelles marques de respect ne donnent ils point au Roy, en se faisant honneur de Luy faire leur Cour, d'etre attentifs aux occasions de se montrer souvent, avec tous les autres Courtisans, à son lever, à son diner, & à son coucher, au lieu, qu'à Vienne, & en Espagne, ils ne paroissent jamais à la Cour, qu'avec toutes les formalités, requises à la dignité de leur Caractere, & ne se presentent jamais à leurs Majestés Imperiales & Catholiques, qu'en joignant à l'honneur de se couvrir, toutes les autres marques essentielles de leur distinction.

Que si l'Introducteur a la main en Espagne, & non en France, c'est l'effet de quelque raison particuliere, qui, bien que sans consequence, pour les autres, n'ira pas neantmoins sans quelque fondement, car outre que l'Introducteur porte en Espagne un nom distingué de celuy de France, en se qualifiant Conducteur, il y a encore une difference d'autant plus grande, entre l'employ de l'un & de l'autre; qu'en Espagne l'Ambassadeur est presenté au Roy par l'Introducteur qui le presente, mais que c'est seulement à faire faire place, quand l'Ambassadeur, accompagné d'un Marechal de France, entre dans le lieu, ou est S. M.

Wiquefort remarque tres bien, dans le meme chapitre, allegué cy devant, que dans la Cour de France il y a un nombre infini d'Officiers du Roy, beaucoup au dessus de l'Introducteur, auxquels les Ambassadeurs ne refusent pas, chez eux, la place d'honneur, comme sont, entre autres, le Marechal, & le premier Gentilhomme de la Chambre, qui viennent leurs faire compliment de la part de S. M. & le meme Auteur conclud, que la pretension des Introducteurs, à cet egard, est vaine, ridicule & inadmissible.

Il faut encore ajouter icy, qu'en Espagne, le rang de Conducteur, c'est d'autant plus considerable, que celuy, qui le remplit à present, a eu l'honneur d'etre Envoyé de S. M. C. en France, & a place dans un des Conseils de cette Cour là, prerogatives, dont le Sr. de Saintot ne sçauroit se parer, bienqu'il se vante d'etre parent, de quelqu'un des Ministres d'Etat.

Toutes les raisons, cy dessus deduites, font voir assez clairement, que chaque Cour, ayant ses coutumes particulieres, on ne doit pas les changer, & moins encore, en ce qui est prejudiciable aux Ambassadeurs, lesquels etant des personnes publiques, & d'un caractere si distingué, doivent, selon toutes les regles de la Politique, de la prudence, & de l'honneteté, etre tellement menagés, qu'ils ayent tousjours sujet d'en etre contens, ainsy que l'on void, que S. M. douée de tant de merite, & de vertu, le pratique, avec des manieres si Royales, & tout ensemble, si honnetes, & si engageantes.

Ce qui rend encore la pretension du Sr. de Saintot moins recevable, & plus digne de correction, c'est de la tourner directement, comm'il fait, contre le droit des Ambassadeurs, à l'exception du Nonce du Pape, auquel il reconnoit devoir ceder, sans aucune contradiction.

Tous les Princes, & tous ceux, qui ont ecrit sur cette matiere, conviennent, que le Nonce, est l'Ambassadeur du premier Prince de la Chretienté, mais que ce Titre, qui luy donne la preeminence du poste, n'a rien de commun avec celle du traitement, qui est seulement accordé au Caractere de son Ministere, & non à celuy du sacerdoce. La Jurisdiction Ecclesiastique s'exerce ordinairement par l'Eveque, & si le Nonce y intervient, pour quelque partie, ce n'est pas à cette occasion, qu'il jouit des honneurs des Couronnes, & ce seroit un grand sujet de raisonnement & de reflexion, si le Nonce en France jouissoit d'un privilege superieur à celuy des autres Ambassadeurs, parcequ'en tel cas, de meme que l'Ambassadeur de Venise peut assurer S. M. que jamais la Republique ne le permettroit, au prejudice de celuy de France, qui est pres d'Elle, les autres Couronnes, & celles de la maison d'Autriche en particulier, pourroient se prevaloir avantageusement de cet exemple, & diminuer au representant de S. M. T. C. quelques portions des privileges, dont leur Caractere est par tout en possession.

Il paroit donc, par toutes sortes de raisons, que les pretensions du Sr. de Saintot, sont vaines, & non recevables, en tous les chefs; & l'on peut ajouter, que ce n'est pas icy le seul endroit, ou il se fait connoitre, pour homme capricieux, & difficile, puisceque on dit, que c'est ce meme caractere, qui l'a contraint à quitter la charge de Maitre des Ceremonies, qu'il a exercée, avant celle d'Introducteur, de laquelle s'il etoit encore d'humeur à se defaire, l'Ambassadeur

deur de Venise veut bien luy avouer, qu'il luy en seroit tres obligé.

Mais pour reprendre la matiere, & conclurre par l'argument le plus fort, & le plus propre, à justifier les convenances des Ambassadeurs de Venise, il ne faut, que representer icy les Traités, que les Augustes predecesseurs de S. M. ont fait avec la Serenissime Republique, à l'effet de quoy, je diray, qu'il y a deux cents ans, ou environ, que Louis XII. se ligua contr' Elle, avec tous les Princes de l'Europe, & que comm' elle etoit deja forte & puissante, (ainsy, que, graces au Ciel, elle se maintient encore aujourd'huy) Elle etoit aussy dans une possession ancienne, non seulement de ses Etats de terre & de Mer, mais aussy de la dignité Royale, qu'elle conserve tousjours. Les Princes s' aviserent, pour lors, de luy demander la preuve de la possession de ses Domaines, alleguans, qu'ayant appartenu anciennement à l'Empire, il etoit juste, qu'il y rentrat comme dans un bien, qui luy avoit eté usurpé.

Comme ce n'est pas icy l'endroit, de rapporter les raisons, & les defences de la Republique à ce sujet, il suffira d'en inferer, ce que l'Eveque de Paris, pour lors Ministre de Louis XII. representa à S. M. en luy disant : Sire, Tous declarent la Guerre à Vos anciens Amys & alliés, Vous voulez les depoüiller de Leurs Etats, & renverser leur puissance, pour les joindre à ceux de vos perpetuels & plus fiers ennemis, & Vous ne reflechissez point, sur les consequences, que cela produira infailliblement. *Ce fut là une prophetie, dont François I. & les Princes de la branche de Valois, qui l'ont suivi, ont eprouvé l'effet, jusq' au Regne glorieux du Grand Henry, qui, par le merite de sa Valeur, & de ses armes, a commencé a retablir la fortune & l'honneur de la France, & la mise en Etat de recevoir le comble de puissance & de grandeur, que Nous voyons aujourd'huy souz le Regne incomparable de Louis XIV. Monarque infiniment au dessus de tous ceux, que la France, & tout le monde entier, ait jamais produit. Enfin, pour revenir à la Ligue de Cambrai, la Republique de Venise soutint la guerre, & fit la paix, & quand il fut question d'en conclurre le traité, Elle n'y voulut jamais consentir, à moins, que, par un article particulier, tous les Princes Ligués ne la reconnussent, pour Independante, & souveraine, & ne tenant ses Etats, que de Dieu seul. De là vient, que s'etant depuis, tant de fois, unie avec la France, ou y ayant conservé la neutralité, jamais les troupes Allemandes, ny celles d' aucun autre Potentat, qui soyent passés dans l'Italie, n'ont pretendu sur Elle, ni les contributions, ni les quartiers d'hyver, auxquels les autres Etats de cette Province, sont malheureusement assujeti. Cependant, quand ces Princes ainsy ligués, luy firent cette grande guerre, il la commencerent par depoüiller ses Ministres de leurs caracteres, & du traitement y attaché.*

Il y ût encore dans ce traité un article essentiel, qui fût, que dans toutes les Cours, les Ministres de la Republique y seroient traités, comme ceux des Tetes Couronnées, & y recevroient les memes bonneurs, qu'ils rendroient chez eux, à ceux, de leur meme Caractere.

Que, si le Nonce *joüit en France du privilege d'etre introduit par un Prince, pendant que l'Ambassadeur de Venise, ne l'est, que par un Marechal de France, la raison en est, que le Nonce y vient, avec une patente d'Ambassadeur Extraordinaire. & que celuy de Venise, n'y a que celle d'Ambassadeur Ordinaire; Car les Ambassadeurs Extraordinaires de la Republique ont la meme prerogative, & c'est un fait, si bien fondé sur la possession, & sur l'exemple, qu'il a meme eté pratiqué depuis peu de tems, en la personne du Chevalier & Procurateur Nani, introduit par le Comte de Soissons, Prince de la Maison de Savoye.*

L'Ambassadeur de Venise, appuyé de tant & de si bonnes raisons, ne doute point, que S. M. ne commande au Sr. de Saintot, de s' abstenir desormais de toutes pretensions nouvelles, & reparer sa derniere faute, par des excuses convenables, etant d'ailleurs une chose entierement absurde, & deraisonnable, que les Introducteurs pretendent l'egalité avec les Ambassadeurs, & qu'ils soyent, pour ainsy dire, comme à leur gage, puisceque les cent pistoles, que ceuxcy sont obligés de leurs donner, en s'en allant, ne doivent etre regardés, que comme la recompense, duë au service, qu'ils en ont reçeu, pendant leur sejour.

Le dit Ambassadeur est encore bien aise, de faire observer, qu'il n'y a rien, qu'il n'employe, en toutes occasions, pour éviter, & meme prévénir, les moindres inconveniens, et qu'en celle cy, il pria non seulement, le Sr. de Saintot, de Fontainebleau, de ne se pas presser, de Luy porter le Magnifique present, dont il avoit oüi dire, que Sa Maj. vouloit honorer sa fille; mais il luy manda encore, le jour même du facheux incident, dont il s'agit, qu'il se rendroit chez luy, en personne, à dessein de luy en renouveller l'instance, & d'avoir lieu par là, d'attendre de Sa Republique la permission de le recevoir. Cependant, quels qu'en soyent les ordres du Roy à cet égard, il proteste & supplie treshumblement S. M. de croire, qu'il conservera toute sa vie, avec les sentiments du plus profond respect, ceux de sa reconnoissance, qu'il doit avoir, pour les faveurs excessives, qu'il reçoit, en tou-

tes recontrer, de la Generosité & des bontés Royales de Sa Majesté.

Fin.

Quibus cerimoniis Oratores publicæ salutationis officio invicem sint functi tempore Tractatuum Pacificationis Noviomagensis, Fasciculo VIII, T.I *der Staats-Cantzley*, annotavit *Faber*, pag. 620 ad 678.

Coronidis loco de *Nunciis Romanæ Curiæ* addendum, quod sint vel (1) *Legati Nati*, respectu scil. Ecclesiarum, quibus præsunt, veluti *Saltzburgicus* Archi-Episcopus, in Germania; *Rhemensis*, in Gallia; *Toletanus*, in Hispania; *Gnesnensis*, in Polonia; *Strigoniensis*, in Hungaria &c. Vel (2) *Legati à Latere*, Hique Cardinales sunt; (3) *Nuncii, cum potestate Legati à Latere*, qui character illis confertur qui actu Cardinales quidem non sunt, spe tamen obtinendi proxime Pilei fruuntur; vel (4) *Nuncii Apostolici*, qui ad tres priores classes referri nequeunt, plerumque ejusmodi instructi Mandatis, ut *Legatorum Extraordinariorum* censu habeantur. Vid. *Conring*, Diss. de *Legatis*, §. 6. *Witzendorf*, de *Legatis*, p. 3.

Legati Helvetiorum modo nominantur *Abgesandte*, modo *Gesandte*, modo *Ehren-Gesandte*. Exempla habes apud *Fabrum*, Tom. I *der Staats-Cantzley*, Fascicul. IX, §. 3, pag. 695; §. 5, pag. 701; §. 9. pag. 736, §. 11, pag. 739, §. 12, pag. 740, §. 14, p. 744 &c.

(c) NON DEBENT &c. Huc etiam referri possunt;

(1) *Jus confirmandi Senatus-Consulta trium Collegiorum Imperii Ordinum*, *aller dreyer Reichs-*Collegiorum *gemeine Gutachten*.

(2) *Jus rata habendi gesta Vicariorum, durante Interregno*.

(3) *Jus concedendi Protectoria, Einen in Sein (des Kaysers) und des H. R. Reichs sonderbahren Schutz, Schirm, und Salvaguardiam, zu nehmen*, (olim vocabatur: *In Mundeburdem & defensionem Imperialem aliquem suscipere*; testibus tot Diplomatibus, queis sacra præsertim loca in tutelam Imperii recipiebantur; vid. Du *Fresne*, Gloss. voc. *Mundeburdis*, pag. 695 &c.) de *Protectoriis Cæsareis*, *von der Römischen Kayserlichen Majest. Schutz- und Schirm-Brieffen*, scripsit *Johannes Burcardus Kœslerus*, Consil. Saxo-Coburgicus, An. 1688, Francofurti ad Mœnum; huc etiam faciunt: *Franciscus Salgado de Somaza*, Coruensis Gallæcus, Abbas Alcalitanus in Granatensi Regno, An. 1664 defunctus, Tract. de *Regia Protectione*; *Martinus Bœckel*, Comment. de *Jure Protectionis clientelaris*, Lubecæ, 1656; Dn. *Georgius Dœring*, Diss. de *Salva-Guardia*, Præside Dn. *Georgio Engelbrechto*, An. 1702, Helmstadii habita; Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publici*, Part. 2, Cap. VI, pag. 321 &c. Docens simul, l. c. §. 6, pag. 332, ubi Protectio majoris momenti deprehenditur, eam, non nisi accedente Statuum Imperii consensu, ab Imperatore impetrari posse, tum ob imminens belli periculum, cum quod clientela fœderis rationem habeat, quod, nomine Imperii, absque Statuum consensu, pangi nequit. Ejusmodi *Protectoriis specialibus* subinde prospexerunt Imperatores Imperii Statibus, v. g. *Albertus I*, sub dato Norimbergæ, 1304, 14 Kal. April. *Henricis* Advocatis de *Plauen*; vid. Dn. *Lunigius*, Part. special. *des Reichs-*Archivs, Continuat. 2, VI *Abtheilung*, XVIII *Absatz*, §. 115, p. 202.

Fridericus III, sub dato *Cölln*, An. 1475, 3 Julii, *Hedwigæ*, Abbatissæ *Quedlinburgicæ*; apud eundem, l. c. V *Abtheilung*, §. 39, p. 866.

Carolus V, sub dato *Hall in Sachsen*, An. 1547, 20 Junii, *Annæ*, Abbatissæ *Quedlinburgicæ*. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. 48, pag. 877.

Ferdinandus II, sub dato *Franckfurt am Mayn*, An. 1619, 13 Sept. *Ernesto*, Comiti *Holsatiæ* & *Schaumburgi*: vid. Dn. *Lunigius* l. c. IV *Abtheilung*, X *Absatz*, §. 149, pag. 315; add. Tom. IV *Electorum Juris Publici*, pag. 42; & triduo post, *Christiano* & *Walratho*, Comitibus de *Waldeck*; vid. Dn. *Lunigius* l. c. VI *Abtheilung*, XXV *Absatz*, §. 245, pag. 385.

Idem, sub dato Pragæ, 1623, 18 April. Capitulo & Civitati *Osnabrugensi*; vid. *Lundorpius*, Tom. 2 *Actor. Publ.* Lib. 6, Cap. 197, pag. 755, & Dn. *Lunig* l. c. Continuat. I, *Dritte Fortsetzung*, XVI *Absatz*, §. 122, pag. 238 &c.

Ferdinandus III, sub dato Ratisbonæ, 1643, 6 Nov. & 1653, 4 Nov. Civitati *Bremensi*. Vid. *Lundorpius* l. c. Tom. VII, Lib. VI, §. 350, pag. 331.

Idem, sub dato *Wien*, 1650, 16 Nov. *Christiano*, Comiti de *Rantzow*, in perpetuum; vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 2, VI *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. 109, pag. 195.

Leopoldus, sub dato *Wien*, 18 Sept. 1690, *Wilhelmo Friderico*, Com. *Sainensi* & *Witgensteinio*; vid. Dn. *Lunigius*, *Spicileg. secular.* Part 2, 43 *Absatz*, §. 178, pag. 1158.

Idem, sub dato *Wien*, 1693, 7 Januar. *Annæ Dorothea*,

thea, Abbat. *Quedlinburgica*. Vid. Dn. *Lunigius*, *Reichs*-Archiv l. c. V *Abtheilung*, §. 62, p. 907.

Ejusmodi Protectoria, in præjudicium Superioritatis Territorialis Statuum Imperii concedi non posse, late deducit *Robertus Kolbius*, in *Aquila certante*, Confutat. Signi I Solmensis, Art. XXVI, §. I, pag. 101 &c.

(4) *Jus prospiciendi Conservatoriis seu Salvatoriis*; quale *Leopoldus* Imp. sub dato *Wien*, 1679, 24 Mart. *Mariæ*, Ducissæ Simmerensi, dedit, Conservatores constituendo Electorem Moguntinum, & *Ludovicum* Marchionem Badensem, injungendo eis, *daß Sie, so bald mehrgemeldte Wittib, Maria, Pfaltzgräfin bey Rhein &c. mit Todt abgeben, und Sie dessen benachrichtiget werden solten, Dero Diener, und gantze Verlassenschafft, in Dero (Kayserl.) Nahmen, in ihren Schutz und* Protection *nehmen, ihre nach sich gelassene liegende und fahrende Güther --- bewahren, und, biß nach Eröffnung ihres Testaments, Niemanden, wer der auch sey --- abfolgen, sondern alles in dem Stand, wie es sich nach Ihrem Abschied finden wird, biß zur* Publication *des Testaments, in Dero (Kayserl.) Nahmen* conserviren *und erhalten solten.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 2, *IV Abtheilung*, *I Absatz*, §. 118, pag. 170 &c. De *Salvatorio, Johannis Georgii III*, Elect. Saxon. quoad Jura in *Erffordiam*, vid. seq. Tit. XIX, §. 147, lit. b. Novissime, *Carolus VI*, sub dato *Wien*, 22 Octobr. 1718, in causa Ordinum Provincialium Megapolitanorum, contra ipsorum Ducem, *Conservatores* oppressorum constituit Potentiss. Regem Magnæ Britanniæ, *Georgium*, qua Electorem Brunsv. & Luneb. & Sereniss. Ducem Guelferbytanum, *Augustum Wilhelmum*, volens, ut, in liquidis, Decreta Cæsarea executioni traderent, in illiquida vero, per Subdelegatos Ministros, inquirerent, & Acta Viennam mitterent, quo sententia definitiva tota lis terminaretur. Quam male habuerit laudatus Imperator, quod Sereniss. Dux *Würtenbergicus*, se inscio, protectionem Civitatis *Spirensis*, adversus Episcopum cognominis, in se susceperit? patet ex ejus Rescripto ad dictum Ducem, de dato *Wien*, 9 Mart. 1720, apud *Fabrum* Tom. 36 *Staats-Cantzley*, Cap. I, § 9, pag. 89, ibi: *So gestalter Eingriff in die Kayserliche Unsere alleinige allerhœchste Jura Majestatica, & Reservata Imperatoria &c.*

(5) *Jus cognoscendi de Privilegiis à solo Cæsare concessis*; Vid. *Kurtze Vorstellung, warumb der, an Seiten Hochfürstl. Würtenbergischen Theils, gegengesetzte Status Controversiæ*, (in Puncto Juris collectandi Nobilitatem Suevicam) *weder bey Lindach, noch bey andern Hochfürstlichen Würtenbergischen Lehen-Güthern, vorgebender massen fundiret seye*, apud *Fabrum*, Tom. IX *Staats-Cantzley*, Cap. VIII, §. 4, pag. 609; conf. *Schweder*, Introduct. Jur. Publ. part. spec. Sect. I, Cap. 4 §. 5, pag. 282; *Schilter* Instit. Jur. Publ. Lib. I, Tit. XV, §. 8, pag. 169.

(6) *Jus confirmandi Uniones Provinciarum, à Principibus Imperii factas*; Vid. apud Dn. *Lunigium*, l. c. Continuat. 2, IV *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. XI, pag. 411, Privilegiorum Unionis *Kaysers* Ferdinandi I, *vor Hertzog Wilhelm zu Jülich, Cleve und Berg, daß dessen Fürstenthümmer und Lande bey einander ungesondert, und unzertrennet bleiben sollen*, sub dato *Augspurg* An. 1559, 21 Junii, una cum Confirmatione Maximiliani II, sub dato *Augspurg* An. 1566, 21 April. pariterque *Eorum pactiones de mutua successione initas*, vulgo *Confraternitates, Erb-Verbrüderungen; Erb-Verträge &c.* Vid. *Gailius*, Lib. 2, Observ. 127, §. 5, pag. 550; *Petrus Heigius*, Part. I, Quæst. 23, n. 24; *Clapmar*, *Arcan. Rerumpubl.* Lib. 2, Cap. 21; *Daniel Otto*, Cap. XI *Juris Publici*, pag. 368; necnon, *Oppignorationes, Cessiones, Transportationes &c.* Vid. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* P. 2, Cap. 13, §. 2, v. 30, pag. 469.

(7) *Jus impertiendi Privilegii de Non appellando*; vid. seq. Tit. XVIII, §. 29. Conf. *Rumelinus* ad *Auream Bullam*, Part. 3, Dissert. 3, §. XVI, pag. 772.

(8) *Jus dandi Salvi Conductus*; Exempla suppeditat *Lundorpius*, Tom. IV *Act. Publ.* Lib. 4, §. 19 & 20, pag. 935, ubi formulæ *Salvorum Conductuum Ferdinandi III* Imp. sub dato *Regenspurg*, 1640, 9 Oct. Serenissimis Ducibus Brunsuicensibus & Luneburgensibus, nec non Landgraviæ Hassiæ, concessorum. Conf. Ejusdem *Salvum Conductum* pro Fœderatis Sueciæ, Lubecam vel Hamburgum versus, sub dato Ratisbonæ, 2 Oct. ejusdem anni; apud *Lundorpium*, Tom. V, Lib. I, Cap. I, pag. 28; alios offendis apud eundem l. c. §. 60, p. 35, & §. 157, p. 625.

(9) *Jus Statibus Imperii largiendi Insignia*; Documento est *Caroli V*, *Wapen-Brief*, sub dato *Augspurg*, 17 Maji 1548, *denen Grafen von Stollberg ertheilet*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXIII *Absatz*, §. 210, pag. 332 &c. Nec non *Ferdinandi I Wapen-Brief*, sub dato *Prag*, 6 Dec. 1561, *vor die Herren Reussen von Plauen*; ibid. XVIII *Absatz*, §. 163, p. 245.

(10) *Jus tribuendi facultatem mit vollem Wachs zu siegeln.* Diploma *Caroli V*, sub dato *Augspurg* 21 Oct. An. 1530, Comitibus *Schwartzburgiis*

burgicis hoc titulo ſcriptum, extat apud Dn. *Lunigium* l. c. XXIII *Abſatz*, §. 190, p. 295.

Eodem referendum *Jus tradendi licentiam ſigillandi cera rubra*, qualem, à *Friderico III*, ſub dato *Gretz*, An. 1447, *Freytag nach S. Veits-Tag*, nacta Civitas *Memmingenſis*; apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, 31 *Abſatz*, Tit. *Memmingen*, §. 7, pag. 1418.

Lindavia, ab Eodem, ſub dato *Neuenſtatt*, An. 1452, *an* S. Bartholomæi *Tag*; Vid. Dn. *Lunig*, l. c. XXIX *Abſatz*, Tit. *Lindaw*, §. 17, p. 1311.

Nordlinga, ab Eodem, ſub dato *Newenſtatt*, An. 1463, *Mittwoch nach* S. Ambroſien *Tag*. Ibid. Part. 2, Tit. *Nordlingen*, XXXIII *Abſatz*, §. 36. p. 29.

Campidunum, ab Eodem, ſub dato *Ulm*, 1488. 12 Decemb. Ibid. Part. I, in Addendis, Tit. *Kempten*, §. 18, p. 1516.

Biberacum, à *Maximiliano II.* ſub dato *Wien*, 1568, 8 *Märtz*; ibid. l. c. Tit. *Biberach*, IV *Abſatz*, §. 30, p. 203.

Hermannus, Com. *Manderſcheidius*, à *Rudolpho II*, ſub dato *Prag*, An. 1583, 5 Novemb. apud eundem, *Spicileg. Secular.* Part. I, XXII *Abſatz*, §. 9. pag. 529.

Ravenſpurgum, à *Matthia*, ſub dato *Prag*, 1615, 30 Octobr. apud eundem, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4. Part. 2, Tit. *Ravenſpurg*, XXXVIII *Abſatz*, §. 46. p. 245. &c. &c.

(11) *Jus eximendi à Vectigalibus.* Diploma *Maximiliani I*, datum Wormatiæ 16 Septemb. 1495, quo *Woldemaro, Georgio, Erneſto, Rudolpho, Magno* & *Philippo*, Principibus Anhaltinis, eorumque Poſteris in perpetuum, *die beſunder Gnad und Freyheit gethan und gegeben, daß Sy, und ihre Erben, für und für, in ewig Zeyt, alle und yegliche* Profiand, *Stein, Kalckh, Holtz, und anders ſo Sy zu Ihrer Haußhaltung und Bau Ihrer Wohnungen, Güther und Beveſtigung jetzo nothdürfftig, oder hinfür werden allenthalben auf Waſſer und Lande, für alle Zoll und Zollſtete, zu Ihnen anheim füren und bringen laſſen, und davon keinen Zoll, oder ander Beſchwerung zu geben ſchuldig ſeyn, noch darumb angelanget, bekümmert, noch verhafft werden ſollen noch mügen, in dhem Weiſe &c.* reperitur apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, IV *Abtheilung*, XIII *Abſatz*, §. 14, pag. 181 Quæſita tamen Tertii jura hic ſemper ſalva præſupponuntur.

(12) *Jus moderandi, remittendique penitus collectas*; Civitas *Wimpina* ex Privilegio *Ludovici Bavari*, ſub dato *Ingolſtatt*, An. 1323, 4 Kal. Mart. ad *conſuetam Imperii ſteuram*, non niſi ducentas libras Hallenſes annuatim ſolvere tenetur; Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 4, 2 *Theil*, 52 *Abſatz*, §. 2, pag. 644; *Carolum V*, ſub dato *Augſpurg*, ult. Januar. 1548, *Ditericum*, Com. *Manderſcheidium*, Ejusque poſteros & hæredes, liberos declaraſſe *aller und jeglicher Reichs-Steuer, Anlagen, Hülff, Reiſe und Folge*, reſpectu Comitatus *Schleidani*; docet Diploma apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Secul.* Part. I, XXII *Abſatz*, §. 3, p. 520. hodie, circa Collectas, juxta Imperii decreta, procedendum.

(13) *Jus prohibendi, ne novi mercatus, in præjudicium veterum privilegiatorum, inſtituantur*; v. g.

Carolus IV, ſub dato *Praga*, An. 1368, *am nechſten Dienſtage nach dem Sonntage, ſo man ſinget: Judica*; conſtituit, *daß binnen einer Meile der Statt Nordhauſen, kein Neuer Marckt gehalten werden ſolle*; Dn. *Lunig* l. c. 34 *Abſatz*, §. 7. pag. 70; ſimiliter, ſub dato *Oppenheim*, An. 1378, *an S. Matthias Tage: Daß, in einer Meil rings umb Nürnberg, keine Statt, Marckt, oder Veſte; dergleichen, kein Statt-Recht, Marckt-Recht, oder Halß-Gericht, gebauet oder aufgerichtet werden ſolle*; Dn. *Lunig* l. c. 35 *Abſatz*, §. 22, p. 101. Nec non,

Fridericus III. ſub dato *Neuenſtatt*, Anno 1463, *am Montag vor Unnſer lieben Frauen Tag der Verkhündung, daß zwey Meil Wegs, weit und breit, umb die Statt Nœrdlingen, kein Jahr- oder Wochen-Marckt gehalten werden ſolle &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. 33 *Abſatz*, §. 37, pag. 30; quod Ann. 1479, ſub dato *Gratz*, 10 Maji, confirmavit l. c. §. 39. pag. 33, Rurſus, ſub dato *Newenſtatt, am Montag vor S. Jœrgen Tag, des H. Ritters, An.* 1464, *daß inner einer Meile um Ravenſpurg, kein Jahr- oder Wochen-Marckt angeleget werden ſoll &c.* Dn. *Lunig* l. c. 38 *Abſatz*, §. 30, pag. 226; quod *Ferdinandus II*, ſub dato *Newſtatt*, 16 Sept. 1625; *Ferdinandus III*, ſub dato *Wien*, 19 Nov. 1637, & *Leopoldus*, ſub dato *Wien*, 19 Dec. 1659, confirmarunt; Vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. 49, p. 249. §. 51, pag. 251, & §. 53. pag. 260. Et,

Maximilianus I, ſub dato *Coſtantz*, 23 Junii An. 1507, *daß hinführo kein Jahr-Marckt, Meſſe oder Niederlage, inner XV Meilen gerings ümb die Statt Leipzig, aufgerichtet und gehalten werden ſolle, in keinerley weiſe*; vid. Dn. *Lunig* l. c. Contin. 4. 2 *Theil, in der Fortſetzung*, IX *Abtheilung*, X *Abſatz*, §. 13, pag. 601; abrogans quoque, ex hoc capite, ſub dato, *Hall im Inthal*, 22 Dec. An. 1514, *Nundinas Naumburgenſes*, paulo ante ab Ipſo conceſſas, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 17, pag. 605, ibi: mentione facta querelarum, quas *Lipſienſes*, virtute memorati

rati privilegii sui, in Aula Cæsarea, adversus *Numburgenses*, movebant: *Wan Wir nu tzu der Zeit, als Sie* (Numburgenses) *Uns umb ein Jahr-Marckht erdücht, der gemelten* (Lipsiensium) *Unser ersten Freyheit, ander mergklichen Geschefft halben, nit gedacht, und dann die Statt Naumburg nit über Sechs Meil von Lipsigk gelegen ist, haben Wir itztgedachten Bürgermeister und Rath der Statt Naumburg ernstlich gebothen, daß Sie Sich, aus oberzcelten Ursachen, solchs Irs erlangten Jarmarckts nit geprauchen, sondern damit gentzlichen styl steen sollen &c.* Eodem pertinet Mandatum Inhibitorium *Leopoldi* Imp. de dato *Wien*, 18 Mart. 1665, contra Mercatus *Weisenfelsensem*, *Numburgensem*, & *Schkeudietzciensem*, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 33, pag. 626: *Uns haben Bürgermeister und Rath der Statt Leipzig, in Unterthänigkeit klagend zu vernehmen geben, obwohln Sie, von Unsern Vorfahren am Reich --- mit einem ansehnlichen Marckt-Niederlags- und Stapels* - Privilegio, *dergestalt begnadiget, daß, innen XV Meilen, gerings ümb dero Statt, bey Straff 30 Marck löthiges Goldes, und des H. Reichs Acht und Ober-Acht, dergleichen Niemand gestattet, noch darwieder zu handeln, zugelassen seyn solte ---- Daß deme doch schnur stracks zu wieder, der* (tit.) *Augustus, Postulirter Administrator des Ertz-Stiffts Magdeburg, --- in Dero Statt Weissenfels, so nur 4 Meilen von gedachter Statt Leipzig gelegen, einen auf 5 Tage wahrenden Vieh- und Roß-Marckt auszubieten; so dan, der Hochgebohrne Moritz, --- des Stiffts Naumburg Postulirter Administrator, ---- gleichfals in Dero, von gedachter Statt* (Leipzig) *Sechs Meil entlegenen Statt Naumburg, den daselbst Ihro, auf den Grünen Donnerstag zugelassenen Jahr-Marckt* (An. 1661.) *auf den Sonntag* (Montag) *nach Sexagesimæ, zu verlegen; nicht weniger auch der Hochgebohrne Christian ---- des Stiffts Merseburg Postulirter Administrator --- in Dero von mehr erwehnter Statt Leipzig nur 2 Meil entfernten Stattlein Schkeuditz, einen Neuen Jahr- und dabey 6 Wollen Marckte ---- außzuschreiben sich unterstanden haben --- als haben Wir --- krafft dieses Unsers offenen Kayserlichen Briefs, von Röm. Kayserl. Macht, ernstlich gebieten wollen, daß Sie* (laudati 3 Duces) *durch Sich selbst, noch die Ihrige, obgedachte Jahr-Märckte besuchen, noch derselben sich gebrauchen, in keine Weiß noch Wege, als lieb einem jeden sey, Unser und des Reichs Ungnade zu vermeiden.* Quomodo hæc res, Anno 1667, 7 Februar. amicabiliter inter *Lipsienses* & *Numburgenses* fuerit composita, docet Transactio apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 34, p. 627. ubi simul confirmatio Cæsarea, sub dato *Wien*, 23 Junii 1667, desuper expetita.

Carolus V, sub dato *Ulm*, 1547. 20 Februar. *daß, binnen 2 Meil Wegs kein Jahr- Korn- oder Saltz-Marckt, ümb Uberlingen, aufgerichtet werden soll &c.* Vid. Dn. *Lunig*, cit. Contin. 4. 2 *Theil*, 45 *Absatz*, §. 12, pag. 554.

(14) *Jus, certis casibus, in Statuum Territoriis, concurrentem Jurisdictionem exercendi*, v. g. cum eorum Subditos, absque Juris subsidio, testimonii, vel litis causa, evocet; vid. *Gailius*, lib. I, Observ. 98, §. 2, pag. 171, addens tamen, à nonnullis Statibus quandoque fuisse contradictum; *Richter*, Decis. XV, §. 14, p. 149; *Monzambano*, Cap. V, §. 6; Dn. *Multzius* l. c. *Limnæus*, lib. 4. J. P. Cap. 8, §. 184, p. 237. *Monitoria & bannimenta in eorundem Territoriis, propria auctoritate affigat & publicet*; Vid. *Rulandus* de *Commiss.* Part. I, lib. I, c. 4. §. 6; *Paurmeister* de *Jurisdict.* I. Cap. 27, §. 39. *Limnæus* l. c. Vel Eorum subditorum *Privilegia & Jura confirmet &c.* Vid. *Limnæus* l. c. *Multzius* l. c. Auctor *Meditationum in Instrumentum Pacis, Cæsareo-Suecium*, Mantiss. 1. ad *Specimen Quartum*, §. 3, pag. 3 &c. & §. 25, p. 16, & seqq. &c. &c.

TIT. III.
DE
JURIBUS COMMUNIBUS IMPERATORI ET STATIBUS SIMUL.

Jura communia Imperatori & Statibus simul, sunt vel communia cum aliquibus, vel communia cum omnibus.

1. Communia Jura cum aliquibus Statibus Imperii, sunt ista Jura, quæ ipsi sunt communia cum Electoribus.

2. Com-

2. Communia cum omnibus Statibus Imperii sunt ista jura Majestatis, quæ exerceri non debent, nisi in Comitiis Imperii. In Instrumento Pacis *Westphal. Cæsareo-Suec. art. 8. §. 2. ita recensentur: Gaudeant sine contradictione jure suffragii, in omnibus deliberationibus, super negotiis Imperii, præsertim ubi leges ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum ditiones extruenda, nomine publico, veterave firmanda præsidiis, nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum, aut quicquam simile, posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu. §. 3. Habeantur autem Comitia Imperii, intra sex menses à dato ratificatæ Pacis, postea vero, quoties publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis verò Comitiis emendentur inprimis anteriorum conventuum defectus; ac tum quoque de Electione Romanorum Regum, certa constantique Cæsarea Capitulatione concipienda, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in Constitutionibus Imperii descriptus est, tenendo, redintegrandis circulis, renovanda matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remissione collectarum Imperii, reformatione Politiæ & Justitiæ, taxæ sportularum in Judicio Camerali, Ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reipublicæ ritè formandis, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverunt, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur.*

3. Jura Electoribus tantum communia: communia ipsis sunt, vel quia aliter legibus Imperii de iis dispositum non est, vel sunt communia ipsis, quamvis in aliis Imperii legibus aliter sit dispositum.

4. Jura Majestatis communia cum omnibus Statibus, sunt I. *Jus ferendi LL. universales,* (*a*) easque interpretandi (*b*) quo refertur jus constituendi ferias generales, & emendatio Calendarii; (*c*) quæ enim dierum ratio esse debeat, dependet ab eo, qui jus habet ferendi legem, non minus ac jus præscribendi processum, in Judiciis observandum. *Vid. Lamp. part. 3. c. 16.* Hinc Protestantes meritò Calendarium Gregorianum, neque ad Summi Pontificis, neque ad ipsius Imperatoris mandatum, inviti recipere voluerunt, neque receperunt.

NOTÆ.

(*a*) UNIVERSALES &c. Jus ferendi Leges universales, competere, in Imperio, Cæsari & Statibus simul sumtis, probavi præced. Lib. I, Tit. 2, §. 11, lit. a, pag. 226. Fundamentis ibi adductis jungas Capitulationem *Caroli VI,* Art. IV, §. 1, verb: *In allen Berathschlagungen über die Reichs-Geschæfften, insonderheit diejenige, welche in dem* Instrumento Pacis (Art. VIII) *nahmentlich* exprimirt, (præsertim, ubi Leges ferendæ, vel interpretandæ) *und dergleichen, sollen und wollen Wir die Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs Ihres* Juris Suffragii *sich gebrauchen lassen, und, ohne derselben Reichstægige Freye Beystimmung, in selbigen Dingen nichts fürnehmen, noch gestatten &c.* Quæ, sine dubio, ex *Perpetuæ Capitulationis Projecto* desumta. Recte inde infert Dn. *Nitzschius,* ad *Capitulat. Josephi,* Cap. VII, §. 2, p. 167, consensum Ordinum in ferendis Legibus adeo necessarium esse, ut sine eo valide ferri nequeant. Conf. *Conringius* de *Republica,* Exercit. VIII, de *Negotiis Conventuum Imperii,* §. 68 &c. pag. 543 &c. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. I, §. 2 & 3, pag. 252. Contrarius hic est Ill. Baro de *Lyncker,* Comment. ad eandem Capitulationem, Art. XXXVII, voc. *Consilio & ope faciendis,* pag. 98 & 99; potestatem hanc *Soli Imperatori* vindicans.

(*b*) INTERPRETANDI &c. *Authentice* scil. ob cit. verba Art. VIII *Instrum. Pac. Westphal.* & *Capit. Caroli VI* l. c. Qui enim Legem ferre potest, eidem profecto facultas *authentice* eandem interpretandi tribuenda; cum quilibet verborum suorum optimus sit Interpres; & ejusmodi interpretatio eandem virtutem habeat, quam Lex ipsa. Vid. Dn. *Bohmer, Introduct. in Jus Publicum Universale,* part. spec. Lib. 2, Cap. 3, §. 40, lit. d, pag. 417. Optime hinc Protestantes, *im ungefæhrlichen Begriff, was auf der Herren Catholicorum überge-*

übergebene vermeinte Gravamina, tam generalia, quam specialia, bey bevorstehender gütlichen Conferentz, kürtzlich mœchte zu antworten seyn, signato *Regenspurg*, 13 Julii An. 1641, apud *Lundorpium*, Tom. V *Actor. Public.* Lib. I, §. 130, pag. 424, ad IV & V: *Nun haben auch ferner Ihre Majest. sich der sonst benöthigten* Declaration *in Religions-Sachen, krafft mehr angezogener* Constitution - -- *außtrücklich begeben, und solche, zu beyderseits* interessirten *Ständen freund-fried- und endlicher Vergleichung, gestellet, und zwar nicht unbillich, dan sonst, wan ausser diesem in andere Wege einige* Declaratio, *oder* Interpretatio Constitutionis, *vorgeben solte, würde dieselbe auf eine Neue* Constitution, *oder* Legem, *hinaußlauffen, dessen sich weder Ihre Kayserliche Majest.* ex prædictis *anzumaßen begehret, noch auch die* Camera Imperialis, *deren weder* potestas legis condendæ, *noch* interpretandæ, *zustehet, anmaßen will, noch kan; Vielweniger können eines theils Stände allein der* Declaration, *oder* Interpretation *derselben* dubiorum, *sich unterfangen; sintemahl, wann in* Transactionibus *ein Zweiffel, oder Fall, der in derselben nicht gedacht, oder gesetzet worden, fürfället, so wird, zu desselben* Interpretation *und Erläuterung, bekanten Rechten nach, aller* Transigenten *Will und Meynung erfordert &c &c.* Conf. Eorundem Gravamina Cæsareis Plenipotentiariis ad Tractatus Pacis Westphalicæ, An. 1645, exhibita, apud *Lundorpium* l. c. Lib. 2, Cap. 114, pag. 1046, §. *Nun ist ja &c. Nun ist ja einem jeden, der von Teutschen Sachen nur ein wenig Wissenschafft trägt, nicht unbekandt, und aus jetzt außgelassener Kayserl.* Resolution, Art. V, *mit mehrern zu ersehen, daß in dem Römischen Reich kein Neu Gesetz gegeben, noch die Alten interpretirt werden kœnnen, es geschehe denn mit Einwilligung der gesambten Reichs-Stand &c.* Nec non *Correspondentium Principum* literæ ad Cæsarem, in causa proscriptorum Coloniensis & Bavariæ Electorum, Ducisque Mantuani, translatorumque insuper *superioris Palatinatus*, in Electorem Palatinum, & *Landgraviatus Leuchtenbergici*, in Principem Lambergium, sub dato *Regenspurg*, 12 Julii, 1709: seq. Tit. 4, §. 8, lit. d. v. 27. De *Interpretatione Scholastica*, quatenus nimirum Legum Doctores *vim* saltem earum Auditoribus, aliisque informari cupientibus, ostendunt, hic non est sermo. vid. Dn. *Bohmer* l. c. lit. e, pag. 417 &c.

(c) EMENDATIO CALENDARII &c. *Paulus Eberus* scripsit Wittebergæ An. 1571, *Calendarium Historicum*, æque ac *Procopius Lupacius*, Pragæ, An. 1584; magis ad rhombum faciunt: *Wolfgangi Bachmeyeri Calender-Vereinigung: Jacobi Elrodii, gedruckter* Confirmations- *und Mittel-Calender*, de An. 1659; *Weigelii, Speculum temporis civilis &c. Christiani Bock*, Oelsnensis, Diss. de *Calendario*, An. 1674, Præside *Henrico Lincken*, Altorffii habita.

(2) Vocari *Calendarium* à *Calendis*, i. e. primo die cujuslibet mensis, à Græcorum vocabulo *καλεῖν*, quod idem est ac *vocare*, ita nuncupato, quia Pontifex, post Novilunium, singulis mensibus, Populum in Urbem vocaverat, quot dies, ad *Nonas* usque, definiendis per mensem illum celebrandis sacris, vacantes adhuc superessent, significaturus, docet *Rosinus*, Lib. 4 *Antiquit. Romanar.* Cap. 4; *Romulus*, Urbe condita, primus Annum *decem Mensibus* distinxit, *Ovidio* teste, Lib. I *Fastorum:*

> *Tempora digereret cum Conditor Urbis, in Anno*
> *Constituit Menses quinque bis esse suo.*

Primum, in *Martis* Dei honorem, cujus Filium se esse arbitrabatur, *Martium* vocabat. Vid. *Francesco Scoto*, part. 2 *dell' Itinerario d' Italia*, pag. 266. *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. 34, voc. *des Monats Julii*; §. 4, pag. 365; *Secundo* nomen *Aprilis* imposuit, in memoriam aperti tunc Templi Deæ *Veneri* dicati, quasi *apri'l Tempio di honor di Venere, Dea dell' Amore*, vid. *Scoto* l. c. (sive, quod Terram aperiat. vid. *Limnæus* l. c. §. 5.) *Tertius*, à *Majoribus* aut *Senioribus*, (sive, à formosa Dea *Maja*) *Majus*; & *Quartus*, à *Junioribus*, aut *Plebe*; (sive à *Junone*, Divitiarum Dea,) *Junius*, dicti sunt; reliqui, juxta Ordinem, *Quintilis*, *Sextilis*, *September*, *October*, *November*, *December*, appellabantur. vid. *Scoto* l. c. *Limnæus* l. c. §. 7, 8 &c.

(3) Defuncto *Romulo*, rerum potitus *Numa Pompilius*, adjecit adhuc duos, nimirum *Januarium*, in honorem bifrontis *Jani*, Latinorum Regis; & *Februarium*, in memoriam *Februorum*, h. e. Sacrorum, pro defunctorum Manibus hac anni parte celebratorum, ita vocatos, teste *Johanne Baptista* Carmelita, Lib. 2 de *sacris diebus*, qui *S. Ignatii* memor canit:

> *Tempore lustrabant animas antiquitus illo,*
> *Atque adeo Mensi fecerunt Februa nomen.*
> *Februa nam Prisci dixere piacula Patres &c.*

Conf. *Keckermannus*, Lib. 2, *System. Astronom.* Cap. 5, pag. 386; *Hunnius*, in *Apostasia Romanæ Ecclesiæ*, §. 451, p. m. 663 & 664; *Limnæus* l. c. §. 15.

(4) Duo-

(4) Duodecim hisce *Mensibus lunaribus* totum annum nondum describentibus, ortaque desuper magna rerum confusione, partiebatur *Cajus Julius Cæsar*, Perpetuus Romæ Dictator, opera *Sosigenis* Astronomi utendo, Annum in 365 dies, & sex horas, ita, ut singulis Quadrienniis 6 Cal. Mart. (24 Febr.) dies *intercalaris*, simul & *Regifugio* celebris, propterea bis numerandus, insereretur; vid. *Celsus*, L. 98, ff. de V. S. (quamvis verus annus solaris ultra 365 dies, 5 horas, 43 primas, & 17 secundas, se non extendat; Vid. *Faber* Tom. 4 *der Staats-Cantzley*, Cap. 13, Fascic. I, §. IV, pag. 772. aut, juxta alios, 365. dies, 5 horas, 49 primas; vid. *Ozanam, Recreations Mathematiques*, pag. 228, Probl. 12.) Abrogata insuper *Quintilis* appellatione, suo nomine, mensem illum *Julium* nuncupavit; ad cujus imitationem, *Octavius Augustus Sextilem*, *Augustum* vocari jussit. Vid. *Scoto* l. c. Introducens postmodum in *Germaniam* Calendarium hoc *Carolus Magnus*, primus Germanica Vocabula adhibendo, (ut *Eginharti*, in Ipsius vita, apud *Freherum*, T. 2. *Rer. Francic.* p. 442. verbis utar) *Januarium appellavit Windermonot*; (ab hyeme, Germanis *Winter* dicta,) *Februarium*, *Hornung*, (cujus vocis etymon se ignorare fatetur *Keckerman* l. c. p. 388) *Martium*, *Lentzmonot*, (à Verno tempore, Germ. *Lentz*) *Aprilem*, *Ostermanot* (à Festo Paschatos, *Ostern*, cui ipsi Saxonum Deam *Osteram*, cujus festa tunc celebrabantur, nomen peperisse, Venerabilis *Beda*, de *Ratione Temporum*, Cap. 13, *Cluverius*, *German. Antiq.* lib. 1. c. 27, pag. 195; *Schildius*, lib. 2, de *Caucis*, c. 3, p. 119, *Henricus Besselius*, Not. ad *Eginharti Vitam Caroli Magni*, c. 7, pag. 32; *Mushardus* Diss. de *Ostera Saxonum* An. 1700, Bremæ ventilata, §. 10, pag. 12, aliique, perhibent) *Majum*, *Wunnemonot* (à gaudio, Germ. *Wonne*, quia, hoc mense, formositas anni se explicare incipit,) *Junium*, *Prachmanot*; (ab agris ad culturam revocandis, *vom Brechen*, hinc agros incultos vocamus *Æcker die Brach liegen.*) *Julium*, *Hewmonet* (à secando fœno, *von der Hew-Erndte*) *Augustum*, *Arnmanot*, (à spicis, *Ahren*, quia messis tempus in eum incidit,) *Septembrem*, *Herbstmonet* (ab Autumno, Germ. *Herbst*) *Octobrem*, *Wynmanot*; (à Vino, German. *Wein*, quod in eo vindemiæ fiant) *Novembrem*, *Wyndumanot*, (à Ventis, *Winden*, maximè tunc spirantibus) *Decembrem*, *Heiligmanot*, (à Sacro Nativitatis Christo festo,) Conf. *Keckerman* l. c. *Limnæus* l. c. §. 18 &c. pag. 366; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. 3, Class. I, Cap. 2, §. 24, pag. 1068.

(5) Nihil autem omni ex parte beatum cum dici queat, & huic *Calendario* suos æque nævos esse, dudum observarunt Viri Eruditi. De *emendatione* igitur ejus sæpius actum in Conciliis, præcipue in *Constantiensi*, An. 1414, *Petro de Alliaco*, Cardinale & Præsule Cameracensi, Insigni Mathematico, *termini Paschales ad Æquinoctium vernum ut revocarentur*, proponente; quamvis Bulla desuper edita non fuerit. Eandem ursit *Nicolaus Cusanus*, itidem Cardinalis, Brixiensis Episcopus, & Mathematicarum scientiarum Fautor summus, in Concilio *Basiliensi*, An. 1436; ast pari eventu. In *Lateranensi*, An. 1512 inchoato, idem tentatum negotium, pariter ac in *Tridentino*; hæserat autem res, in Annum usque 1577, quo *Gregorius XIII* P. R. exemplar *emendati Calendarii*, ab *Antonio Lilio*, Medicinæ Doctore, nomine omnium Mathematicorum, qui, hunc in finem Romam vocati, per decennium calculos suos secum invicem communicaverant, donec illud conficeretur, sibi oblatum, examinavit, ponderatisque tot Virorum Celeberrimorum rationibus, eo abeuntibus, ut *decem Dies* inde auferrentur, vulgavit Anno 1582, 6 Cal. Mart. *Tusculi*, Bullam, (cujus formula apud *Laërtium Cherubinum*, Tom. 2. *Magni Bullarii Romani*, §. 74. Constitutionum *Gregorii XIII*, pag. 454 &c. nec non, quamvis sub Anno 1581, apud Dn. *Bockium* l. c. Cap. 3, §. 18, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, Part. I, §. 105, pag. 296 &c. reperitur) abrogans penitus *Calendarium* vetus *Julianum*, hocque novum, ab Eo *Gregorianum* dictum, ubique servari mandans, verbis, sat insolenter enunciatis: *Tollimus autem & abolemus omninò Vetus Calendarium, volumusque, ut omnes Patriarchæ, Primates, Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates, & cæteri Ecclesiarum Præsides, Novum Calendarium --- in suas quisque Ecclesias, Monasteria, Conventus, Ordines, Militias & Diœceses, introducant, & eo solo utantur ---- Pro data autem Nobis à Domino autoritate, hortamur & rogamus Clarissimum in Christo Filium Nostrum, Rudolphum, Romanorum Regem Illustrem, in Imperatorem Electum, cæterosque Reges, Principes ac Respublicas, iisdemque MANDAMUS, ut, quo studio Illi à Nobis contenderunt, ut hoc tam præclare opus perficeremus, eodem, imò etiam majore, ad conservandam, in celebrandis Festivitatibus, inter Christianas Nationes concordiam, Nostrum hoc Calendarium & Ipsi suscipiant, & à cunctis sibi subjectis Populis religiose suscipiendum, inviolateque, observandum, curent &c.* Emendationem hanc revera, consentientibus Imperatore aliisque Potentiis, contigisse, testatur ipse Cæsar *Rudolphus*, in Edicto, quo sub dato *Wien*, 4 Septemb. 1583, Senatui Populoque Augustano, *Novum Calendarium* ut susci-

susciperent, præcepit, apud *Lundorpium*, Tom. 3. *Act. Publ.* lib. VIII, Cap. 87, §. 2, p. 889 &c. *Limnæum*, ad *Capitulationem Ferdinandi III*, Mantiss. 2, pag. 780 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 106, pag. 298 &c. Inter alia inquiens: *Derowegen dann unlängst, nicht allein mit Unserm Vorwissen, sondern auch nicht weniger auf etlicher Unserer, als anderer Christlichen Potentaten und Herrschafften Fürnehmen* Mathematicorum *fleissiges Nachdencken und Gutachten, ein Neues* Calendarium *verfasset, und von Ihnen, als derselben Sachen verständigen, einhelliglich für gut, auch die vorberührte Mängel wiederumb ab, und alles in eine beständige immerwährende Richtigkeit zu bringen für nothwendig geachtet worden; und dan hierauf weiter erfolget, daß verschienen 82 Jahrs solch Neu* Calendarium, *hin und wieder, und nicht allein in Italien, sondern andern mehr, nit den geringsten, Christlichen* Nationen, *Königreichen und Landen,* publiciret *und ins Werck gerichtet worden, auch nunmehr, als nemblich, Franckreich, Engelland, Schottland, Irrland, auch den Staaten in Holland &c.* Item, *in Ungarn, Bæhmen, Mæhren &c. bey denenselben ungehindert, deren zum Theil unterschiedlichen* Religionen, *üblich gebraucht wird - - - Wann nun dem also, und dan mehrberührtes Neu-*Calendarium, *neben dem, daß es seine* rationes Mathematicas *hat, anders nicht, dan, wie oben angeregt, für gut, nützlich und nothwendig kan angerichtet werden, so haben Wir Uns, dem allem nach, dahin beschlossen, solch Neu-*Calendarium, *so wohl als Römischer Kayser, im Reich Teutscher* Nation, *als in Unsern Kœnigreichen und Landen, zu gebrauchen, und dasselb, auf den* October *dieses jetzt lauffenden Jahrs, ins Werck zu richten, dergestalt, daß es, nach den zehen Tagen, welche von demselben Monat, allermassen, wie in den obgemelten andern* Nationen, *Königreich- und Landen, verschienen 82 Jahrs beschehen, zu nehmen und außzulassen seyn, anfahen, und von derselben Zeit furter* continuirt *und gebraucht werden solle; und hierauf, neben andern des H. Reichs Churfürsten, Fürsten und Standen, auch Euch dieser Unserer* Resolution *hiemit erinneren - - - wollen, der gnädigen ungezweiffelten Zuversicht, Ihr werdet eures Theils - - - euch solcher Unserer* Resolution *und Erinnerung zu* accommodiren, *und derselben gemäß zu halten wissen &c.* Protestantes id potissimum torserat, quod Romanus Pontifex Calendario *nomen suum* affigeret; irritatus propterea Saxoniæ Elector, *Augustus*, ubi Cæsar in Comitiis, An. 1582. *Augustæ* celebratis, de eo recipiendo, sententiam ejus rogasset, prolixa Oratione, Imperii Majestatem hac ratione summopere violari, ex quo Romana Curia toti Imperio præscribendi Leges auctoritatem sibi arrogaret, clamabat, insuperque Religiosæ Paci, quoad suspensam Pontificis Jurisdictionem Ecclesiasticam in Protestantium ditionibus, hoc modo fieri injuriam; præter quod innumeræ confusiones in Judiciis, Nundinis, Contractibus, aliisque negotiis civilibus, inde nascerentur: nævorum astronomicorum, qui in eo adhuc reperirentur, ne quidem mentione facienda &c. Vid. *Thuanus*, lib. 76, pag. 518 &c. prodens simul *Wilhelmi*, Hassiæ Landgravii, votum; *Reinking* l. c. §. 27 &c. pag. 1069 & 1070, ubi adhuc aliæ rationes, ob quas Protestantes ad lyram Pontificis saltare renitebantur; cujus factum ab initio & ipsi Cæsari displicuisse, testatur *Gailius*, in epistola quadam ad amicum, quam ex *Gylmanno*, *Justus Springer* (sub nomine *Petri Syringii* latens) de *Pace Religiosa* Cap. 6. citat, scribens: *Mit dem Newen Calender ist es Narrenwerck, es haben die Kayserl. Majest Chur- und Fürsten, auf des Papsts Begehren, den nicht haben, noch annehmen wollen &c.* & postea: *Wann man eine durchausgehende Gleichheit allenthalben im Reich anrichten wolte, muß solches mit Vorwissen und Verwilligung der Kayserl. Majest. und Standen, geschehen &c.* Conf. *Reinking* l. c. §. 31, pag. 1069 & 1070. Ipse *Spondanus Contin. Annal. Baron.* ad An. 1582, §. 17, pag. 801, enarrando, qua pietate, voluntati Pontificis, tam in *Gallia*, Regio Edicto An. 1582, ad principium Novembris, condito, & in Senatu Parisiensi promulgato, quam *in Hispania, Polonia*, alibique, fuerit hac in parte factum satis, Cæsarem negotium distulisse fatetur. Sed & *Jeremiam*, Constantinopolitanum Patriarcham, *Ruthenis*, sub Dominatione Polonorum habitantibus, *Græcisque* reliquis, emendationem *Gregorianam* ne admitterent, interdixisse, idem agnoscit l. c. §. 18; Conf. *Thuan.* lib. 83; *Philippus Nicolai*, de *Regno Christi*, lib. I. Cap. I, p. 35 & 36; *Reinking* l. c. §. 32 & 33. p. 1070; *Fritschius*, in Supplemento *annotationum ad Pacis Ryswicensis tabulas*, Mantiss 2, §. 3, pag. 150; Ad saniora verò consilia nondum ea propter rediens Antistes Romanus, ut cœptum opus ad finem perduceret, novam edidit Romæ, Anno eod. 1582, 7 Novemb. Constitutionem, qua denuo omnes & singulos, qui *Calendarium* suum, mense Octobri dicti anni nondum suscepissent, hortabatur, ut ad sæpefatam emendationem se accommodarent, à proximo *die decimo* Februarii An. 1583. statim ad *vigesimum primum* ejusdem mensis, omissis *decem diebus* interpositis, transituri. Vid. *Cherubinus, Magn. Bullar. Roman.* l. c. pag. 455 & 456. Jejunas rationes in medium profert *Spondanus* l. c. §. 19. pag 802, quibus Erudito Orbi persuadere conatur, *Calendarii correctionem* inter Reservata Pontificis referendam esse. In gratiam ejus cuncta quidem non tentabat *Rudolphus* Imp. aliis ac ab initio principiis imbutus, vel

Edicto ejus, cujus modo memini, teste, eo tamen negotium perducere non valuit, ut etiamsi Romanis Sacris addicti Status Imperii devote in *Gregoriani fœtus* susceptionem consentirent, simul & Protestantes ei assurgerent.

(6) Vestigiis fraternis inhærens *Matthias* Imperator, Comitia celebrando Ratisbonæ, An. 1613, inter reliqua Propositionis capita publice prælecta, & hoc inseruit: *Die Calender, dahero grosse Unordnung, so wohl* in Camera, *als sonsten im H. Reich, wegen der* Commercien, *und andern, erfolgen, abzustellen*; vid. *Lundorpius*, Tom. I *Act. Publ.* Lib. I, Cap. 38, pag. 115; miror proinde Dn. *Schilterum*, de *Libertate Ecclesiastica* Lib. 7, Cap. 12, §. 2. pag. 1072, scribere, negotium hoc in Comitiis tunc non fuisse propositum; quamvis fateri cogar, nihil circa illud fuisse conclusum. In Conventibus *Pacificationis Westphalicæ*, Auctore *Ferdinando III* Imperatore, eadem materia in deliberationem venit, non minus ac in Comitiis *Ratisbonensibus*, An. 1654, conformitate vero nondum inde secuta, per §. 158 *Recessus Imperii* tunc conscripti, res ad proxima Comitia remissa noscitur; ibi: *Ob auch wohl, mit und neben Uns, Chur-Fürsten, und Stände vor gut befunden, daß in alle wege, zu Abwendung vielerley* Confusionen, *Unordnungen und Mißverständnissen, sonderlich an denen Orten, wo beyderley Religionen in Ubung, und vermischet, zu nöthiger Beforderung der* Justiz *und* Commercien, in Puncto Calendarii, *eine gemeine Reichs-Vergleichung hochnöthig, so hat man sich doch dißmahl, aus gewissen Ursachen, weiter nicht vergleichen können, als daß, bey bevorstehender* Extraordinari-Visitation, *ob und was gestalt bey Unserm Cammer-Gericht, und in der Statt Speyer, hierunter eine Gleichheit einzuführen?* conferiret, *benebenst die Handlung obbedeuter durchgehender Reichs-Vergleichung* reassumiret, *und, auf næchster prorogirter Reichs-Versamblung, ein gewisses* statuiret *werden solle &c.*

(7) Decisioni huic ut deferretur, commendabat Imperator *Leopoldus*, mediante solenni Decreto Ratisbonæ 4 April 1664 signato, publicis in Comitiis, negotium Universis Imperii Ordinibus, formulam exhibentibus *Lundorpio*, Tom. IX *Act. Publ.* Lib. X, Cap. 27, §. 15, pag. 250: *Fritschio*, in *Electis Juris Publici Romano-Germanici*, Cap. XV, pag. 144 &c. Nec non in *Additionibus ad Limnæum*, Lib. I, Cap. 13, pag. m. 87, & Dn. *Lunigio*, *Reichs*-Archive, Contin. I, Part. 2, §. 283, pag. 637; præmissis incommodis, quæ Calendarii diversitas in Judiciis & communi vita, quotidie gigneret, ajens: *Dahero Allerhöchstgedachte Ihre Kayserliche Majestæt aus tragender treu-vatterlichen Sorgfalt, zu Abwendung all dergleichen höchstschädlichen* Inconvenientien, *und Erhaltung beständigen guten Wohlvernehmens im Reich, und zur Beforderung der Reichs-Geschaffte, Gerichtssachen, und Gemein-nützigen* Commercien *mit den Benachbarten, allergnädigst gern wünschen und sehen möchten, als es auch die höchste Nothdurfft erfordert, damit, weilen zumahl dieses keine Religion- sondern vielmehr eine pure Policey-Sache, und Antheil der gemeinen Reichs-Wohlfahrt, und Niemanden zu* Præjudiz *gereichig ist, nach dem Exempel der benachbarten Königreiche und* Republiquen, *als Polen, der vereinigten Niederlanden, theils der Eydgenossenschafft, und anderer mehr angräntzenden Herrschafften, ein gleichfœrmiger Calender, annoch unter wæhrendem diesem Reichs-Convent, verglichen, und durchgehend im Reich eingeführet werden mœge; Als wird hiemit, von Allerhöchst-gedachter Römischer Kayserlichen Majestät das Chur-Mayntzische Reichs-*Directorium *ersuchet, solches den Anwesenden Chur-Fürsten und Ständen, und der Abwesenden Räthen, Bottschafften und Gesandten, zu dem Ende förderlichst vorzutragen, damit Deroselben, mit allerunterrhänigsten Gutachten, an Hand gegangen werden möge, was hierinn für ein zulängliches Mittel zu ergreiffen, wordurch, zu Abstellung vorangeführter* Inconvenientien, *der Neue Calender, in Kayserlicher Majestæt und des Reichs Nahmen, eingeführet und angenommen werde, biß ein anders ins künfftig, wegen des Calenders, durchgehends verglichen seyn wird; Deme vorwohlbesagtes Chur-Mayntzisches Reichs-*Directorium *alsso weiter Verfügung zu thun wissen wird &c.*

(8) Attamen nihil effectum. Subinde quidem Viri docti consilia Imperii Ordinibus reformandi Calendarii obtulerant, interque eos M. *Jacobus Ellrodius*, cujus Relationem summariam ad Legatos Corporis Protestantium, sub dato *Gefreß*, 10 Julii 1669, *Fritschius* l. c. pag. 146 &c. sistit. Sed cum nec hoc modo aliquid impetraretur, rogabat Cæsar An. 1676, *Electores singulos*, ut minimum ipsi Novum interea Calendarium susciperent, vid. *Schilter* l. c. pag. 1073; quo itidem frustra tentato, *haben Ihre Kayserliche Majestat allen Evangelischen Chur- und Reichs-Fursten, (die grosse* inconvenientien, *welche aus dem Unterscheid des Alten und Neuen Calenders entstünden, und daß, durch die* Mathematicos *eine genaue Gleichheit dieser beyder gar wohl zu wegen gebracht werden könte, (*Anno 1679)

1679) *durch Crayß-Screiben vorstellen lassen. Worauf beyde Churfürsten von Brandenburg und Pfaltz geantwortet, daß solches kein Werck wäre, solches absonderlich und für sich allein anzufangen, sondern es müßte von allen Reichs-Ständen zu Regenspurg zugleich darüber deliberiret und resolviret werden.* &c. Sunt verba *Diarii Europæi* Part. 40, ad An. 1679, p. 444.

(9) Substitit ita res ad annum usque 1697, quo, conclusa Pace *Ryswicensi*, cum in Palatinatu, Suevia, aliisque Imperii locis, ubi, sub Dominis Romano-Catholicæ Religioni addictis, Protestantes habitant, ob *Calendarii Gregoriani introductionem*, novæ turbæ exorirentur, varii Status Protestantes diu multumque inter se, *de tertio introducendo*, de novo deliberarunt, operam curamque præ aliis offerente Mathematico insigni, *Erhardo Weigelio*, Professore Jenensi, cujus consilium *de instituendo*, hunc in finem, *Norimbergæ Artis Consultorum Collegio*, vel Ipse Cæsar sub dato *Wien*, 27 Julii 1697, peculiari decreto ratum habuit, apud *Fabrum*, Tom. 4 *der Staats-Cantzley*, Cap. 13, Fascic. I, §. I, Lit. A. documentorum, pag. 748. Quid *Weigelius*, sub dato *Regenspurg*, 4-14 Octob. 1698, Corpori Evangelico, in gratiam perducendi ad bonum finem operis, in Comitiis obtulerit, peti potest ex *Fabro* l. c. §. I, pag. 744 &c. Posteriores ejusdem literæ, sub dato *Jena*, 10-20 Januar. 1699, ad idem Corpus Illustrissimum, habentur l. c. §. 3, p. 757 &c. Consultationibus interim necessariis desuper institutis, commune tandem laudatorum Protestantium Religionis Imperii Statuum, conclusum d. 23 Sept. 1699, (testibus Dn. *Fritschio*, cit. *supplemento adnotationum ad Instrumentum Pacis Ryswicensis* l. c. pag. 164 &c. & Dn. *Lunigio*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, 2 *Abtheilung*, §. 133, p. 363 &c. eo abiit:

Nachdem die Calender-Verbesserung bey dem Corpore Evangelico *in behörige* Deliberation *gestellet worden, so hat man einmüthig vor gut befunden, und geschlossen, daß,*

(1) Die, nach dem 18 Febr. St. V. folgende XI Tage des 1700ten Jahrs, in denen Calendern außzulassen, und das Matthiæ Fest auf besagten 18 Febr. zu legen seye.

(2) Die Oster-Fest Rechnung, und was davon dependiret, *in Zukunfft, weder nach dem im Julianischen angenommenen Dionysianischen, vielweniger Gregorianischen* Cyclo, *sondern nach dem* Calculo Astronomico (*wie ehemahls zu Zeiten des* Concilii Niceni *geschehen*) *gemachet werde.*

(3) Die Evangelische Sonn- Fest- und Gemeine Wochen- und Werck-Tage, wie bißhero, also jederzeit, in eine besondere columnam *gebracht werden, mit darüber gesetzter* Inscription: *Verbesserter Calender.*

(4) Allerseits Mathematici Evangelici *dahin angewiesen werden, mit denen Königlichen Schwedischen, über die von selbigen gethane Vorschläge, fleissig zu* communiciren, *ob? und wie, so wohl gedachte Vorschläge, als das gantze Werck vollends zu Stand zu bringen seyn möchte?*

(5) Denen Mathematicis *ebenmäßig aufzugeben, daß selbige darauf gedencken sollen, wie künfftighin, und mit der Zeit, der bißherige* abusus *der* Astrologiæ Judiciariæ *aus denen Calendern bleiben könne. Wie nun*

(6) Diese Calender-Veränderung aus der denen Evangelischen Ständen des Reichs, in Sacris & Profanis, zustehenher Hohen Macht und Gewalt, bey dem Corpore Evangelico resolvirt und beschlossen worden, also wäre solches in denen, dieser Calender-Veränderung wegen, in denen Landen auszufertigenden Publications-Edictis, *insonderheit anzuführen, und*

(7) Die Publication *dieses Schlusses in allen Evangelischen Landen, den letztern Sonntag vor dem Advent dieses 1699sten Jahrs, zu bewerckstelligen.*

Concluso huic annexum aliud eorundem Statuum, *was künfftig, bey den zu drückenden Calendern, zu beobachten,* dictatum per *Chur-Sachsen,* 30 Sept. (10 Oct.) 1699, apud *Fritschium* l. c. p. 165 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 134, p. 364:

Demnach, aus denen mit Fleiß angestellten Observationibus *der berühmtesten* Astronomorum, *biß anhero wahr zu nehmen gewesen, wie daß, bey beständiger und unveränderter Beybehaltung des Julianischen, oder so genanten Alten Calenders, und der darinn biß* dato *gebrauchten Dionysianischen Cyclischen Fest-Rechnung, je länger je mehr, von dem eigentlichen* Termino *der* Æquinoctiorum, *und zugleich dem Lauff der Sonnen und des Monds, abkommen, und die von der Christlichen Kirch geordnete, und auf bestimte Tage gelegte Feste, zurück weichen, solchem nach haben die auf dem noch fürwehrendem Reichs-Tag allhie zu Regenspurg versammlete Evangelische Reichs-Stände allerseits einmüthig geschlossen, in diesem instehenden 1700 Jahr, die, von der Zeit des* Concilii Niceni *her, biß auf gegenwärtige Zeit, nach und nach zu viel eingeschaltete* XI *Tage nunmehro auf einmahl außzulassen, nemblich auf folgende Weiß, daß, nach Verfliessung des 18* Februarii *Alten Calenders, so gleich der* 1 Martius *darauf gezählet, das*

sonsten auf den 24 Febr. *gewöhnliche Fest des H. Apostels Matthiæ aber, vor dieses Jahr, auf erstgedachten* 18 Febr. *(so ohne diß ein Sonntag ist) verleget, und hinkünfftig die Fest-Rechnungen (wenn je kein* perfecter *und beständiger* Cyclus *auszufinden seyn solte) nach dem* accuraten *Astronomischen* Calculo, *eingerichtet werden sollen. Welche Verander- und Verbesserung des Alten Julianischen Calenders, gleichwie sie erstgenannte Gesammte Evangelische Reichs-Stände, aus der Ihnen so wohl in Sacris als Politicis zustehender Hoher Gewalt und Bottmæßigkeit, in Ihren Landen, und bey Ihren Angehœrigen und Unterthanen, angeordnet; also ist dieselbe zu keinem andern Ende geschehen, als daß man dadurch, so viel immer möglich, die Zeit- und Fest-Rechnungen mit dem wahren Lauff der Sonnen und des Mondes vereinbahret, und vor das künfftige alle* Confusion *vermieden sehen möge. So man jedermänniglich zur behörigen Nachricht hiermit anzufügen keinen Umbgang nehmen sollen.*

(10) Qua formula Publicatio emendati sic à *Protestantibus* feliciter Calendarii 26 Novembr. (6 Dec.) 1699. Ratisbonæ è suggestibus facta sit, docet *Fritschius* l. c. pag. 166 &c. & Dn. *Lunigius* l. c. §. 135, §. 364 &c. Literas laudatorum Statuum, in hac materia, sub dato *Ratisbonæ*, 17 - 27 Maji, 1699, suppeditat *Fritschius* l. c. pag. 161 &c. ut & alias, ad Regem Angliæ, &, mutatis mutandis, ad Hollandiæ Ordines, sub dato Ratisbonæ, 30 Dec. St. V. 1699, l. c. pag. 159 &c. Aliæ, sub eodem dato, ad Cantones Helveticos Protestantes scriptæ, occurrunt in *Germani Sinceri* Curieusen *Hoff- und Staats-Schreiben*, de An. 1707, pag. 324; Responsionem Cantonum, sub dato *Zürch*, 18 April 1700, offendis ibidem, pag. 329 &c. Mandatum Potentissimi Poloniarum Regis & Electoris Saxoniæ, *Friderici Augusti*, circa receptionem præfati Calendarii, in Terris Electoralibus, publici Juris factum, reperimus apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. IV *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 78, pag. 245 &c. Sic satis vindicatum cernimus competens Protestantium Religionis Ordinibus Imperii hoc Jus Majestaticum.

§. II. Jus decernendi Bellum, (*a*) id quod jam olim (*b*) cum Statibus Imperii communicatum, (vid. *Handhabung des Land-Friedens* de An. 1495, Tit. *die Kœnigl. Majest. soll keinen Krieg anfangen*,) in Capitulationibus (*c*) postea, & Instrumento Pacis (*d*) confirmatum est. Capitulationes tamen alios Imperii Recessus, de hoc Jure sine ulla distinctione & limitatione disponentes, varie limitant & distinguunt. Primo quidem, in Bello defensivo, (*e*) in causa necessitatis, Imperatori, sine consensu vel Electorum, vel reliquorum Statuum, omnis generis media eligere permissum est; ita tamen, ut, durante hac defensione, nec nova Munimenta intra Statuum Territoria erigere, nec collapsa reparare, nec ipsis ullum incommodum metationibus adferre possit; Capit. Leopold. Art. XIII, in fin. Secundo, ubi bellum forte inferendum est, Electorum & reliquorum Imperii Statuum, vel ad minimum Electorum consensus (*f*) requiritur; Dict. Capit. Leopold. Art. XIII. Tertio, ubi necessitas efflagitat, ut munimenta erigantur in Statuum Territoriis; vel vetera reparentur; vel hospitationes Militum instituantur; vel ejusmodi negotia peragantur, omnium Statuum consensus requiritur. Instr. Pac. Art. VIII, §. 2, supra allegato.

NOTÆ.

(*a*) BELLUM &c. Hoc Jus Imperatori & Statibus hodie commune esse, præced. Tit. 2, §. 70, lit. a. probavi; hic legi meretur Differt. de *Copiis Auxiliaribus Statuum Imperii, von der Reichs-Hülffe*, Præside Dn. *Petro Müllero*, à *Martino Schirmero* An. 1685, Jenæ habita. Hinc est, quod

(1) Ejusmodi Exercitus audiat: *Der Rœmischen Kayserlichen Majestæt und des Heil. R. Reichs Heer*; It. *Des Reichs Volck &c.* Vid. *Ordnung des Regiments zu Augspurg, de An. 1500*, Tit. *Wo dem Reich Glück und Sieg zustunden &c. Der Rœmischen Kayserlichen Majest. und des H. Reichs Kriegs-Heer.* Vid. *Pacif. Pragens. 1634*, §. 64, *Zu dessen allen &c.* Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. V, §. 2, v. 15, pag. 288. Quia, communi Imperatoris & Imperii nomine, conscribitur; arg. R. J. *Norimberg.* §. 11. *Und sollen solche Knecht fürderlichst, von wegen Unser, und gemeiner Reichs-Stand angenommen, hinab gen Wien geschickt werden &c.* & R. J. *Ratisb.* An. 1598, §. 9. *So viel Kriegs-Volck zu Roß und Fuß, als weit sich solch Geld ohngefehr erstrecken wird, allenthalben*

im Reich, wo die am besten zu bekommen, in Unserm und des H. Reichs Nahmen, werben &c.

(2) Belli Duces, (*die Reichs*-Generalitæt,) non nisi à toto Imperio constituantur; vid. R. J. *August.* An. 1500, Tit. *des Reichs-Hauptman betreffend &c.* verb: *So ist der Hochgebohren Fürst,* Albrecht, *Pfaltz-Graf bey Rhein, und Hertzog in Obern und Niedern Beyern, Unser Lieber Schwager, von dieser Versamlung, zu einem Gemeinen Hauptman des H. Reichs, erwæhlt &c.* Conf. R. J. *Ratisb.* An. 1541, §. 55: *Und dieweil Uns &c.* Recentiora tempora ut tangam, munus *Supremi Campi-Mareschalli Imperialis* adversus Turcas, demandatum fuisse An. 1664, *Leopoldo Wilhelmo*, Marchioni *Badensi*, à toto Imperio, pariter ac *Locumtenentis Generalis*, *Georgio Friderico* Comiti *Waldeccio*; *Supremi ductoris Equitatus*, *Ulrico*, Duci *Würtenbergico*; *Præfecti Peditatus, reique Tormentariæ* simul, *Francisco* Comiti de *Fugger*; *Supremi, apud Equitatum, Vigiliarum Directoris, Johanni Adolpho*, Duci *Holsatiæ*, & *Supremi Vigiliarum Præfecti Peditatus*, *Friderico* Marchioni *Bado-Durlacensi*, ex *Lundorpio*, Tom. IX. *Act. Publ.* Lib. X, Cap. XXVII, §. 21, pag. 257 &c. constat. Anno 1704, cum Imperialis Exercitus Gallis, eorumque belli Sociis, objiceretur, *hat man (in allen dreyen Reichs*-Collegiis) *für höchst nothwendig erachtet, daß eine Hohe Reichs-Generalitæt zu bestellen, und, zum Generalissimo, Ihre Römische Konigliche Majest.* (Josephum) *allerunterthänigst von Reichs wegen zu erbitten; Die General-Feld-Marschall-Stelle, dem Regierenden Marggraffen* Ludwig *zu Baaden-Baaden, und dem Regierenden Marggraffen* Christian Ernst *zu Brandenburg-Bayreuth: Die Reichs-General Feld-Zeugmeister-Stelle aber dem* General-*Feld-Marschall Freyherrn von Thüngen, zu übertragen. Und obschon zum Reichs-Generalat bey der Cavallerie, der Regierende Marggraff von Onoltzbach benennet, und würcklich angenommen worden, nachdem aber Selbiger, für das Vatterland --- das Leben jüngsthin aufgeopffert, --- die General-Feld-Marschall-Lieutenant-Stelle auch dem Groß-Creutz, Kayserl.* General-*Feld-Marschall* Lieutenant, *und* Commendanten *zu Maÿntz, Grafen von Schœnborn, würcklich aufgetragen gewesen, dieser aber ebenfals, vor weniger Zeit, mit Tod abgangen, so sollen dargegen andere* capables *Hohe* Subjecta *angenommen werden, wobey für gut befunden und geschlossen worden, daß so wohl zum Generalat der Cavallerie als der General-Feld-Marschall-Lieutenants-Stelle, zwey, und zwar zu jener, der Regierende Hertzog zu Würtemberg, und der Regierende Fürst zu Hohenzollern-Hechingen; Zu dieser aber, der älteste Printz zu Sachsen-Meinungen, so dann der Kayserl. und Hochfürstl. Würtzburgische* General-*Feld-Marschall* Lieutenant, *Freyherr von Bibra, zu bestellen seye &c.* Hæc ex Conclusio trium S. R. Imperii Collegiorum, (*die Kriegs-Verfassung bey der Reichs*-Armée, *insonderheit bey denen* Operationen, *bey denen* Marchen *und* Remarchen, *zu beobachten, mit Herstellung der Reichs*-Contingentien *und andern Nothwendigkeiten, betreffend,*) Signato *Regenspurg* 11 Mart. 1704, apud *Fabrum*, Tom. IX *der Staats-Cantzley*, Cap. X, pag. 752 &c. Gratiarum actiones horum Belli Ducum Imperio relatas, nominatim *Ludovici*, Marchionis *Badensis*, sub dato *Aschaffenburg* 3 Mart. 1705; *Christiani Ernesti*, March. *Brandenburgici*, sub dato *Bayreuth*, 15 Februar. 1705; *Johannis Caroli*, Baronis de *Thüngen*, sub dato *Freudenthal*, 8 April, An. eod. *Friderici Wilhelmi*, Principis *Hohenzollerani*, sub dato *Hechingen*, 30 April an. eod. & *Ernesti Ludovici*, Ducis *Saxoniæ*, sub dato *Meinungen*, 16 April, an. eod. offendis, hoc ordine, in *Germani Sinceri Hoff- und Staats-Schreiben*, de An. 1707, pag. 162 ad 169. Quod si, urgente summa necessitate, Imperator solus *Imperiali Militi* Prncipem præficiat, non solum id (per Decretum,) Imperii Statibus notum facere tenetur, sed & consensum eorum desuper expetere. *Josephus* Imp. ubi An. 1707, summam rerum bellicarum Imperii, ad oras Rheni Superioris, Potentissimo Electori Brunsuicensi & Luneburgensi, *Georgio Ludovico*, demandasset, peculiare Decretum, Ratisbonæ 13 August. an. eod. à Principali Commissario suo, *Johanne Philippo* Cardinali *Lambergio*, signatum, postridiè, in Comitiis, ad dictaturam publicam promoveri curavit, formulam sistentibus Dn. *Lunigio*, Part. Gener. *des Reichs*-Archivs, pag. 748 &c. & *Fabro*, Tom. XII. *der Staats-Cantzey*, Cap. VI, §. 21, pag. 493 &c. ubi, inter alia: *Nachdem des jetzt* commandirenden *Reichs*-General-*Feld-Marschalls Herrn Marggrafens zu Brandenburg-Culmbach Hochfürstl. Durchl. ---- wegen zugestossener* Indisposition, *von der* Armée *zu gehen ---- umb die Kayserliche Allergnædigste Erlaubniß angesuchet --- Als haben Allerhöchst erwehnte Seine Kayserl. Majest. bey solcher Beschaffenheit, und da des Hrn. Printzens von Savoyen Hochfürstl. Durchl. als würcklich bestættigter Reichs-Feld-Marschall, bey dermahlig Seiner in der* Provence *vorgenommener* Expedition, *von dannen nicht abkommen mögen; auch in Bedencken, daß der hefftige Reichs-Feind diesen instehenden Feldzug albereit mitten in das Reich, und biß tieff an die Donau, gebrochen, und leichtlich, zu* inevitabler total Ruin *aller hier-obiger Reichs-Crayse, noch-*

se, nochmahlen und noch tieffer herein zu tringen versuchen dörffte, der hœchsten Nothdurfft zu seyn erachtet, das Commando *Dero Kayserlichen und des Reichs – Armée, gegen alles auch nur besorgliches* Incidens, *sicher zu stellen, und solches auf die beste und fördersambst weiß, als, in gegenwærtigem Frangenti, wo salus publica das einige Augenmerck seyn muß, und allen mindesten Verzug abschneidet, nur immer Menschlicher Weiß mag abgesehen werden; welchem nach dann Ihr Kayserl. Majest. aus sothaner Dero Reichs-Vætterlichen Sorgfalt, auch auf instændiges Verlangen Dero Hohen* Alliirten, *Ihro Churfürstl. Durchl. zu Braunschweig-Lüneburg ersucht haben, daß dieselbe Sich zu obgedachter Reichs-*Armée *erheben, das* Commando *alsofort übernehmen, und mit solchem des Reichs Beste und* Interesse, *nach Dero bekanten Treu,*patriotischen *Eyfer, und in vielen Feldzügen erworbener Hohen Kriegs-*Experientz, *versorgen möchten. Und gleichwie Seine Churfürstl. Durchl. ---- sich darzu nicht nur endlichen willig erkläret, sondern auch erboten, so viel Sie noch Mannschafft bey sich hætten, oder noch aufzubringen wüßten, mitzuführen; Als hat, auf Ihrer Kayserl. Majest. Allergnädigsten Befehl, Dero Geheimer Rath, und bey noch fürwehrender Allgemeiner Reichs - Versamblung Höchst - Ansehnlicher* Principal - Commissarius, *der Hochwürdigste Fürst und Herr, Herr* Johan Philip *--- Cardinal von Lamberg --- solches der Churfursten, Fürsten und Stænden des Reichs allhier anwesenden Fürtrefflichen Ræthen, Bottschafften und Gesandten hiemit eröffnen, und anzeigen wollen, nicht zweifflend, daß solche, ob periculum in mora, & gravitatem momenti, unumbgængliche und unverschiebliche Vorsorg und Disposition, aller Orten im Reich, und allhie --- billigsten hohen Danck und Erkentlichkeit* meritiren *und finden werden &c.* Ad quod, tria Imperii Collegia, sub dato *Regenspurg,* 17 Aug. an. eod. (referente *Fabro* l. c. §. 22. p. 496 &c. & Dn. *Lunigio* l. c. p. 749.) responderunt: *Nachdem in allen dreyen Reichs-Collegiis vorkommen, was gestalten Kays. Majest. aus höchst-ruhmwürdigster Vætterl. Vorsorge, sonderlich aber auf Einrathen und Begehren der Hohen* Alliirten, *in gegenwærtiger hœchster Noth und Gefahr, worinn der grœste Theil des Reichs, durch den letzten Feindlichen Einfall, gesetzt worden, dem Gemeinen Wesen zum besten, das* Commando *der Reichs-*Armée *am Obern-Rhein, Ihrer Churfürstl. Durchl. zu Braunschweig aufgetragen, diese solches auch, Kayserl. Majest. zu Ehren, und dem Vatterland zu Lieb, übernommen, von Allerhöchstgedachter Sr. Kayserl. Majest. aber dem Reich hievon, durch das am* 14 hujus, dictirte *Kayserl.* Commissions-Decret, *Nachricht gegeben; So ist, in allen dreyen Reichs-Collegiis, dafür gehalten und geschlossen worden, daß in die, dem Publico zum besten, ob moræ periculum, gemachte allergnædigste Verordnung und Anweissung der Armée, zu willigen, solche anzunehmen, und dafür Ihrer Kayserl. Majest. so wohl als Ihrer Churfürstl. Durchl. zu Braunschweig, wegen des übernommenen Commando, der resp. allerunterthænigste und schuldigste Danck, von gesamten Reichs wegen (wie hiemit beschiehet) zu erstatten wære &c.* Quod Conclusum Cæsar 19 Sept. 1707, per omnia ratum habuit, teste Dn. *Lunigio* l. c. p. 750.

(3) Iidem, *Imperatori & Imperio* juramentum præstare teneantur. Vid. R. J. *August.* Ann. 1500, Tit. *des Hauptmans Eyd &c.* & R. J. *Ratisb.* Anno 1541. §. 55 &c. Quibus solemnitatibus An. 1664. 2 - 12 April, Ratisbonæ, (præsentibus Commissario Cæsareo, Principe *Lobkowizio*; Electoribus Moguntino & Saxoniæ, nomineque Electoris Bavariæ, Comite de *Wolffegg*; nec non Deputatis Collegii Principum, Archi-Episcopo *Saltzburgensi* & Duce *Saxo-Altenburgico*, ut &, è Civitatensi Collegio, *Colonia & Norimberga*) in ædibus Moguntini, laudatus Marchio Badensis, *Leopoldus Wilhelmus*, qua *Supremus Imperii Campi-Mareschallus*; *Georgius Fridericus*, Comes de *Waldeck*, qua *Locum-tenens Generalis*; *Ulricus*, Dux *Würtenbergicus*, qua *Summus Equitum Ductor*; *Franciscus* Comes de *Fugger*, qua *Peditatui, reique simul tormentariæ, Præfectus*; Dux *Holsatiæ, Johannes Adolphus*; & *Fridericus*, Marchio *Durlacensis*, qua resp. *Supremi apud Equitatum & Peditatum Vigiliarum Directores*, Sacramento Imperatori & Imperio se obstrinxerint, docet *Lundorpius* l. c. pag. 257 & 258; Idem factum an. 1704, discimus ex citato *trium Imperii Collegiorum* Concluso d. 11 Mart. 1704, apud *Fabrum* l. c. p. 753. verb: *Und hætten die obgedachten Reichs-*Generalen, *nach Anleitung der in* Annis 1672, 73, *und* 74, *ergangenen Reichs-Gutachten, auf die damals* concertirte Formulam Juramenti, *denen* Instructionen *gemäß, Ihre Pflichten Kayserl. Majest. und dem Reich abzustatten &c.* Reliquos Belli munia obeuntes, pariter ac Gregarios omnes, non minus, toti Imperio Sacramento se devincire teneri, patet ex R. J. *August.* An. 1500, Tit. 55, 57 &c.

(4) Instructiones à toto Imperio suscipiant; teste eodem *Concluso Imperiali*, apud *Fabrum*, l. c. pag. 736 &c. &c. Conf. R. J. *August.* An. 1555, §. 85, *derwegen Wir dan auch &c.*

(5) A toto Imperio dimittantur; vid. *Reichs-Schluß,*

Schluß, de An. 1664, 21 Octobr. per Moguntinum in Comitiis dictatum, apud *Lundorpium* l. c. §. 58, p. 283: *Vors Vierte, haben alle drey Reichs-Collegia vor eine unümbgängliche Nothdurfft gehalten, daß, nach nunmehr, GOtt Lob, erhaltenen Anstand der Waffen, so wohl die Herren Reichs-Kriegs-Raths-Directores, als auch die Hohe Generalitæt, und zwar ein jeder absonderlich, durch höffliche Aufkündigungs-Schreiben, welche ebenmeßig das Chur-Mayntzische Reichs*-Directorium, *zu begreiffen hat, nebens gebührender Dancksagung Ihrer bißher getragenen Chargen und Pflichten, zumahlen Ihre Kayserliche Majest. albereits darein gewilliget, auch von Reichs wegen zu erlassen &c.*

(6) Salaria à toto Imperio accipiant. Cum sæpe laudatus *Generalis Campi-Mareschallus Imperii, Leopoldus Wilhelmus*, Marchio *Badensis*, Anno 1664, 2-12 April, Ratisbonæ, (ut dictum,) juramentum Imperatori & Imperio, in manus Moguntini Electoris, præstitisset; *Danebenst aber umb Besserung Ihrer, und der übrigen Herren* Generalen, Gage *angesuchet, haben Sie, von Ihrer Churfürstlichen Gn. keine andere* Resolution *erhalten, dann daß, wie Chur-Fürsten und Stände Dero Nachtheil und Schaden nicht begehren würden, als solte solches Ihrer Durchl. Ansuchen in den Collegiis* proponiret, *und weiter davon geredet werden &c.* Vid. *Lundorpius* l. c. §. 21, pag. 257 &c. Ubi simul eandem responsionem reliquis quoque Belli Ducibus, salariorum augmentum petentibus, datam affirmat. De reliquis *Officialibus*, ut & *Gregariis*, idem testatur R. J. *Wormat.* An. 1521, §. 33, *Und haben Wir Uns mit Ihnen &c.* nec non R. J. *Augustan.* An. 1555, §. 85. *Derwegen Wir dann auch &c.*

(7) Cæteris necessariis omnibus toti Exercitui ab Imperio prospiciatur. Vid. *Chur-Mäyntzische* Notification *an den Reichs*-Convent, *wegen übernommenen Ober*-Commando *der Reichs-Armée, Ihrer Churfürstlichen Durchl. von Braunschweig-Lüneburg* dictat. 20 Aug. 1707, apud *Fabrum* l. c. T. XII, Cap. VI, §. 20, pag. 489 &c. Add. Conclusum trium Collegiorum Imperii, *die Reichs-Operations-Casse betreffend*, de 12 Oct. an. eod. ibid. §. 25, pag. 505 &c. Laudati Electoris literæ ad Comitia, sub dato *Etlingen*, 6 Nov. an. eod. *die Reichs-Armée frühzeitig in bessern Stand zu setzen*; ibid. §. 26, pag. 511; Literæ Hollandorum ad Comitia, sub dato *Haag*, 5 Nov. an. eod. *Umb bessere Anstalt, und Vorsehung der Campagne auf das Früh-Jahr zu machen &c.* ibid. §. 28, p. 523 &c.

(*b*) JAM OLIM &c. Huc facere videtur locus *Ottonis Frisingensis*, Lib. 2 de *Gestis Friderici I* Imp. Cap. VI, pag. m. 449, verbis præc. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1152, pag. 127, occurrentibus, ubi: *Cum assensum super hoc* (Bello Hungaris indicendo) *Principum, quibusdam de causis latentibus, habere non posset &c.*

(*c*) CAPITULATIONIBUS &c. Vid. præced. hujus Lib. 3, Tit. 2, §. 70, lit. b. pag.

(*d*) INSTRUMENTO PACIS &c. Art. VIII, §. 2, Gaudeant &c. vid. supra l. c. lit. a, pag.

(*e*) DEFENSIVO &c. Vid. ibid. lit. a, pag.

(*f*) CONSENSUS &c. Tempore scil. necessitatis; vid. *Capitulat. Ferdinandi IV*, Art. XI: *Wir sollen und wollen --- kein Gezanck, Vehde noch Krieg, in- oder ausserhalb des Reichs, von desselben wegen, anfangen, oder vornehmen, noch einigfrembdes Kriegs-Volck ins Reich führen, oder führen lassen, ohne Vorwissen, Rath und Bewilligung der Reichs-Ständen, oder zum wenigsten der Sieben Chur-Fürsten*, (NB.) *in Sachen, da in dem Verzug Gefahr stünde, biß man zu einer Reichs-Versamblung, so Wir, solchen falls, zum förderlichsten außzuschreiben, gelangen kan &c.* Quamvis clausula: *In Sachen, da in dem Verzug Gefahr stünde*, in *Leopoldina*, Art. XIII, ut & *Josephina*, Art. XIII, & *Carolina*, Art. IV, omissa reperiatur, reliquis per omnia confirmatis. vid. præc. Tit. 2, §. 70, lit. a, pag. Perperam hic sugillat Electores *Hippolytus à Lapide*, P. I. c. 15, Sect. 2, de *Ratione Status*, quasi reliquorum Statuum fundato juri, hac in re, aliquid detraxissent; cum hic sermo sit de *casu extraordinario*, qui Regulas non subit. Vid. Dn. *Nitzschius*, ad Art. XIII *Capit. Joseph.* §. 2, pag. 336 & 337.

6. Cum itaque Repressaliæ (*a*) sint species Belli, (*b*) & simile negotium; non immerito videtur dici posse, & Jus concedendi repressalias omnibus Imperii Statibus communicatum esse (*c*).

NOTÆ.

(*a*) REPRESSALIÆ &c. Huc faciunt: *Bartholus Carolo IV* coævus JCt. de *Repressaliis*; *Johannes* de *Lignano*, JCt. Mediolanens. an. 1383 mortuus, Tract. de *Repressaliis*; *Johannes Jacobus à Canibus*, Patavinus JCtus, An. 1490 defunctus, Tract. de *Repressaliis*, (qui in Tractatu Anonymi de *Pignoribus & Hypothecis*, An. 1585, apud *Antonium de Harsy*, Lugduni excuso, pag. 520 & seqq. oc-

seqq. occurrit;) *Martinus Laudensis*, de *Repressaliis*; ibid. p. 533 &c. *Henricus Arnoldus de Landsberg*, Tr. de *Repressaliis*; *Joh. Theodoricus à Rabenstein*, Eq. Franc. Disp. de *Repressaliis*. An. 1615, Præside *Andrea Dinnero* Altdorfii ventilata; *Augustinus Seidenmeltzer*, Disp. de *Repressaliis*, quæ apud *Arumaeum* Vol. 2. *Discursus Academici*, Discurs. 8, habetur; *Marcus Otto*, Diss. Inaug. de *Repressaliis*; *Gothofredus de Peschwitz*, de *Repressaliis*, Jen. 1661. *Henricus Hahn*, Diss. de *Repressaliis*, quæ in Vol. 2. Fritschiano extat; *Johannes Fridericus Muffel ab Ermreuth*, Diss. de *Repressaliis*, Præside *Johanne Richardo Malcomesio*, An. 1668, Giessæ habita; *Joh. Georgius Spælin*, Heilbronnensis, Dissert. Inaugur. *De Repressaliis, earumque Jure*, An. 1673, 20 Decemb. Argentorati ventilata. Dn. *Wernherus*, Diss. de *Jure Repressal. inter Principes Imperii*. Conf. *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Repressalien*, pag. m. 816; *Dietherr*, *Continuat. hujus Thesauri*, voc. ead. pag. 514; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. ead. p. m. 415; *Johannes Rudinger*, *Singular. Observationum*, Centur. 4. Observat. 32, *von Repressalien*, p. 681; *Spelmann*, Glossar. voc. *Represalia*, p. m. 485; *Du Fresne* Glossar. voc. *Repræsaliæ*, p. m. 582 &c. *Gailius*, de *Pignorationibus*, Observat. 2, p. m. 178 &c. *Mynsinger Observat.* Centur. VI, Observat. 1. p. m. 419 &c. *Colerus*, de *Processib. Executivis*, P. 1. c. 2, §. 303 &c. *Petrus Friderus* Mindanus, de *Processibus*, Lib. I, Cap. 46 ad 50, p. 166, ad 184; *Struvius*, de *Vindicta Privata*, Cap. XII, de *Repræsaliis*, pag. 186 &c. *Einsiedel* de *Regalibus*, Cap. 2, *Regale* 4, §. 43 &c. pag. 112 &c. *Grotius* de J. B. & P. lib. 3, Cap. 2, §. 4, p. m. 452; *Caspar Ziegler*, Disp. XI. *de Jurib. Majestat.* Witteberg. 1666; *Sixtinus* de *Regalibus*, Lib. 2, c. 1, §. 30; *Pruckmannus*, *Consil.* XVII, num. 164, Vol. I; *Limnaeus Jur. Publ.* lib 4, Cap. 8, §. 313 &c. pag. 273, & Lib. VIII, Cap. 9, §. 25 &c. pag. 138 &c. *Schützius* Vol. I. *Juris Publ.* Exercit. VI, §. 21, lit. i, pag. 407 &c. & Vol. 2, Exercit. 5, lit. a, pag. 268, ibidemque *Scharschmidius*, in Notis; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. I. Class. V, Cap. VI, §. 126 &c. pag. 616; *Mylerus*, *Addit. ad Rumelinum*, *in Auream Bullam*, Part. 3, Diss. 3, §. 20, p. 777; Idem, Tr. de *Principibus Imperii*, Part. 2, Cap. 56, p. 513 &c. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 14, §. 10, pag. 933 &c. Interpretes Juris Publici reliqui.

Vocem *Repressaliarum* origine barbaram esse, vix ante Seculum XIII in Germania auditam, fatentur omnes. Multi eam ab Italorum vocabulo *Presa*, quod *capturam* denotat; vel à *reprimendo*, quod aliorum injustitia iis reprimatur, deducunt; vid. *Petrus Friderus* l. c. Cap. 46, §. 1, v. 4, p. 167; *Besoldus* l. c. *Dietherr* l. c. *Wehner* l. c. *Struvius* l. c. aphor. 1, §. 1. p. 187; Aliis dictæ videntur à verbo Gallico *Reprendre*; vid. *Du Fresne* l. c. & *Ludovicus à Peguer*, *Quæst. Crimin.* 11, §. 4. Hinc Anglorum *Reprisels*, quasi *Reprises*; vid. *Spelman* l. c. Juxta *Damhouderum*, *Prax. Criminal.* C. 98, §. 1. nomen habent à *repradando*, quod sint re vera *repradationes*; quæ tamen etymologia ut nimis remota, sic nimis dura. Forte non male eas ita dictas censueris, quod subditi Magistratus illius, qui Civibus Magistratus, eas concedentis, Justitiam denegat, vel protrahit, easdem *repressiones* subire teneantur, donec Actoribus satisfiat. Germanice vocantur *Fehd- und Pfandungen der Persohnen und Güther*; Item: *Rechtliche Hemmung*; *Aufhaltung*; *Kummer &c.* Gallis: *Lettres de Marque*; It. *Le Droit de Marque*; Batavis: *Letteren off te Brieve van Marcke*; sine dubio, quod plerumque in *Marchiis*, sive finibus Regnorum, Provinciarum &c. exerceri soleant; vid. *Spelman* l. c. Romano sermone varie scribuntur, veluti: *Præsaliæ*, ut apud *Petrum* de *Vineis*, *Friderici II.* Imp. Cancellarium, Lib. V, Epist. 48, cui titulus: *Concedit licentiam quibusdam mercatoribus faciendi Præsalias, contra rebelles, qui eos disrobaverunt &c.* & Lib. I. *Constitut. Sicular.* Tit. 8: *Ut nullus, auctoritate propria, de injuriis & excessibus factis, vel faciendis, in posterum se debeat vindicare, nec Præsalias, seu Repræsalias, facere, vel Guerram in Regno movere &c.* Modo: *Pressaliæ*, ut in *Constitutionibus Neapolitanis*, Tit. de *Repressaliis puniendis*; vid. *Besoldus* l. c. *Rudinger* l. c. Modo: *Repræsaliæ*, vid. *Petrus de Vineis* l. c. Epist. 24: *Propter quod, licet frivolam, occasionem assumens, de bonis ipsorum Tudertinorum, Repræsalias te velle facere, comminaris &c.* Conf. *Concilii Avenionensis* An. 1279, C. 2: *Si contingat, vel Homines, vel res quaslibet ---- abduci per aliquos, aut aliquas, in prædictam sive Pignorationem, aut Repræsaliam &c.* Modo: *Repressaliæ*, ut *Gregorius X*, P. R. in Concilio Lugdunensi, in Decretali, quæ Lib. V. *Decretalium Bonifacii VIII*, in VI, Tit. VIII. de *Injuriis*, Cap. Unic. ut & apud *Henricum Steronem*, *Annal. Altahens*: ad An. 1277, Tom. I. *Scriptor. German. Freheri*, pag. m. 391, nec non *Johannem Jacobum à Canibus* l. c. Part. I, ab initio, pag. 520,

520, habetur: *Etsi Pignorationes, quas vulgaris elocutio Represſalias nominat, in quibus alius pro alio prægravatur &c.* &, interjectis paucis: *Illi vero, qui contra fecerint, adversus personas easdem, Pignorationes, seu Represſalias, concedendo &c.* Modo: *Represaliæ*, teste *Concordia*, inter *Henricum* Castellæ, & *Johannem*, Portugalliæ Reges, de An. 1411, apud Dn. de *Leibnitz*, P. I. *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. 123, v. 24, p. 299: *Quod in tali casu Justitia sit habita tanquam denegata, & ipse possit & mandet facere Represalias in bonis mobilibus &c.* Pro Synonymis venditantur (1) *Pignorationes Rerum & Personarum*; teste Decretali *Gregorii X*, modo nominata; quo etiam trahenda verba *Henrici Steronis* l. c. *In partibus Alemaniæ, in qua consuetudo inoleverat de Pignorationibus, in quibus unus pro alio, sive innocens pro nocente, indebitè prægravatur &c.* ad quæ *Lehmannus* Lib. V. *Chron. Spir.* Cap. 98, pag. m. 617, Dn. *Dattus*, Vol. *Rer. German.* Lib I, Cap. 4, §. 40, pag. 25, aliique, provocant; Conf *Gailius*, de *Pignorationibus*, Observat. 2, §. 1, p. 178. (2) *Clarigationes*; vid. *Bodinus*, de *Republica*, lib. I, Cap. ult. §. 171 & 172, p. 269; *Heigius*, *Quæst. Jur. Civil. & Saxon.* P. I. Qu. 12, n. 6; *Einsiedel* l. c. §. 44, p. 113; *Struvius* l. c. (3) *Jus retorsionis &c.* Quam congrue? judicandum ex iis, quæ *Petrus Friderus* cit. Lib. I, Cap. 46, §. 2, v. 6 &c. p. 167, *Rudingerus* l. c. aliique, de differentia inter *Represſalias, Pignorationes, Arresta, Sequestrationes*, & *Spolia*, annotarunt; minimum in *pignorationibus* non nisi nocentes pati posse, æque ac in *Arrestis*, res nota est; nec mirum hinc *Theodoricum*, Italiæ Regem, jam suo tempore, sub pœna dupli, pignorationes illicitas prohibuisse, apud *Cassiodorum*, lib. 4. *Variarum*, Epist. 10, p. m. 131 & 132. Similiter, cum *Clarigatio* publica sit, bellique denunciationem involvat, perperam cum *Represſaliis* confunditur, quoniam hisce non utimur, ut bellum denunciemus, sed ut, ad justitiam civibus nostris administrandam, saltem eos constringamus, qui eam nostratibus malitiose denegant, vel protrahunt. Quomodo *Jus retorsionis* ab iis differat, docet; post *Mevium*, P. 2, *Decis. Wismar.* Dec. 59; *Rhetius Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 10, §. 3, pag. 413.

Personas à Represſaliis immunes recenset *Struvius* l. c. §. 6 & 7, p. 189, nominans, hoc titulo, (1) *Clericos*, eorumque bona, (2) *Studiosos*, eorumque supellectilem, (3) *Parentes*, filios Studiosos invisentes; (4) *Legatos*, eorumque bona; (5) *Ad solennes nundinas accedentes &c.* Conf. plurib. *Joh. Jacob. à Canibus*, l. c. §. 42 &c. p. 529, & Part. 2, §. 1, pag. 530. *Limnæus*, l. c. Lib. 4, Cap. 8; §. 325, pag. 281; *Petrus Friderus* l. c. Cap. 49, §. 8, pag. 181 &c.

(*b*) SPECIES BELLI &c. *Justi* ne, an *injusti*? in utramque partem disputatur. Posterius asserunt, qui omni Jure regulariter illicitas eas esse clamant, provocantes,

(1) *Ad Jus Naturæ*, quod vetet alterum alterius detrimento, fieri locupletiorem; teste L. 14. ff. de *Condictione Indebiti*, & l. 206, ff. de R. J. aut, pro alienis debitis, alios molestari; teste tot. Tit. 56, Lib. XI, C. *Ut nullus ex Vicaneis &c.* seu, quod idem est, alium pro alio obligari.

(2) *Ad Jus Canonicum*, juxta quod, nemo alterius odio prægravari debet; per *Regulam Juris* 22, in VI; nec, sine culpa, aliquis puniri; per *Regulam Juris* 23, in VI.

(3) *Ad Jus Civile*, vigore cujus,

Iniquum est, ut alieno odio alius prægravetur; L. 33, (Lib. 3, Tit. 28.) C. de *Inofficioso Testamento*.

Non debet alteri, per alterum, iniqua conditio inferri; L. 74, ff. de R. J.

Factum cuique suum nocere debet, per L. 9. ff. *Quæ in fraudem Creditorum*, & l. 155. ff. de R. J.

Pœnæ suos teneant auctores; per L. 22, C. de *Pœnis*.

Nemo præstare tenetur id, quod non accepit; L. 78, ff. de *Legatis I.*

Ob æs alienum, alterum inquietari, vel conveniri, fas non est; L. 12. (Lib. 4, Tit. 10.) C. de *Obligationibus*.

Rationem non habet, alium esse Debitorem, alium vero exigi; per *Novell.* 52, Cap. I.

Nulla possessio alterius, pro alienis debitis, publicis vel privatis, convenienda; L. 4. (Lib. 12, Tit. 61.) C. de *Executoribus*.

Uxor pro marito, maritus pro Uxore, Mater pro filio &c. non conveniantur; vid. tot. Tit. 12 (Lib. 4,) C. *Ne Uxor pro Marito*.

Pariter, *nec Filius pro Patre*; vid. tot. Tit. 13. (Lib. 4.) C. *Ne filius pro Patre*.

Inter alios acta aliis non noceant; vid. tot. Tit. 60. (Lib. 7.) C. *Inter alios acta vel judicata* &c. &c.

(4) *Ad Jus Germanicum*, quod *Represſalias* penitus proscribit; teste R. J. *Spirensi* de An. 1570, §. 84, *wan auch die* Arresta &c. Conf. R J *Ratisbon.* An. 1598, §. 72: *Ob Wir nun wohl &c.* R. J. *Ratisbon.* An. 1641, §. 94: *Nachdem auch die Stände &c.* *Instrum. Pac. Westphal.* Art. XI, §. 1. *Monita* communia omnium Statuum Imperii ad Capitulationem futuram, 17-27 April. 1658, Electori Moguntino exhibita, apud Auctorem *der Grundveste des H. R. Reichs*, Part. 3, c. 3, ad Art. VI, post verba. *Und jetzt gemelten Friedenschluß*; pag. m. 195; unde sua *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. 4, Tit. 12, §. 2, p. 389.

(5) *Ad auctoritatem tot Virorum Clarorum*, qui eas *regulariter* omni jure prohibitas esse, arbitrantur, quo titulo veniunt: *Ventura de Valentiis*, in *Parthenio litigioso*, Lib. 2, c. 2, §. 30 &c. *Henningius Gœden*, Consil. 106; *Hieronymus Schurff* Consil. 15, n. 1 &c. *Wesenbecius*, Consil 7; *Mynsinger*, Consil. 66; *Colerus*, de *Process. Executiv.* P. I. cap. 2, §. 303 &c. *Gailius*, de *Pignorationibus*, Observat. 2, §. 2, pag. 179; *Rudinger* l. c. pag. 681; Sexcenti alii.

Qui vero licitas eas esse censent, *Justi Belli* speciem inde formant, rationibusque utuntur, quod

(1) *Repressalia* nulli juri contrarientur; Non *divino*, per ea quæ tradit *Johannes Jacobus à Canibus*, l. c. §. 14, p. 523 & 524; nec *Naturali*, ceu probat idem l. c. §. 15, pag. 524; nec *Civili*, ut l. c. §. 16 habetur; nec *Consuetudinario*, quod ibid. §. 17, clarum facit, diluens simul §. 18, adversariorum argumenta.

(2) Eædem causæ ad eas requirantur, quæ ad bellum justum; vid. *Martinus Laudensis* l. c. §. 5, 8 & 9, pag. 534; *Hotomannus*, de *Feud. Disp.* Cap. 45; *Gailius*, Lib. I *Observat. Pract.* Observat. 28, §. 9, pag. 54; *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. 2, Cap. I, §. 30; *Heigius*, l. c. n. 21 &c. *Einsiedel*, de *Regalibus*, cit. Cap. 2, Regal. 4, §. 46, pag. 113; sequentibus pag. 114, 115 &c. *Ventura de Valentiis* fundamenta speciatim destruens: add. §. 48, pag. 118 ibid.

(3) Alias Populus in Populum quodcunque facinus impune patrare posset, sicque penitus periret Justitia; Vid. *Joh. Jacob. à Canibus*, cit. Tract. de *Repressaliis*, Part. I, §. 18, pag. 524; *Martinus Laudensis*, l. c. §. 7, & 8, pag. 534; *Gailius* l. c. *Petrus Friderus*, l. c. Lib. I, Cap. 48, §. 4, §. 12 & 13, pag. 178; *Mynsinger*, Centur. VI, Observat. I, pag. 420.

Quæ sententia justi quoque & decori regulis magis arridere videtur. Ad Argumenta contraria responderem; Ad

Primum, (1) *Repressaliis* utentem non locupletari alterius detrimento, sed suum saltem consequi; cum finis *repressaliarum* non sit *lucrum*, sed *indemnitas*, aut damni vitandi ratio; inter quæ duo magna differentia; arg. l. 41 ff. de R. J. & l. 21, §. 5 (Lib. VI, Tit. 30) C. de *Jure deliberandi* Conf. à *Canibus* l. c. *Einsiedel* l. c. §. 47, pag. 117. (2) Etiamsi nemo *regulariter*, pro alterius delicto, vel debito, obligari, aut molestari, queat, *regulam* tamen hanc, urgente publica necessitate, vel Statutis exigentibus, suas pati exceptiones, v. g. Juxta Statuta *Coloniensia*, *Norimbergensia*, *Gothana* &c. Uxores pro Maritorum debitis teneri, alibique Mercatorum filios pro Parentibus, citra Juris communis dispositionem contrariam, valida etiam pronunciante ejusmodi Statuta Camera Imperii, testibus *Mynsingero*, Cent. I, Observat. 29, pag. 21. *Gailio* Lib. 2, *Observat.* Observat. 90, §. 1, pag. 464; *Colero*, Decis. 31, n. 2; *Limnæo*, cit. Lib. 4, Cap. 8, §. 321, pag. 276. (3) Æque *Juris naturalis* esse, nec alteri facere, quod tibi fieri non cupis, adeoque omnibus & singulis administrandam Justitiam, neminem lædendum, & unicuique suum tribuendum; arg. §. 3, Instit. de J. & J; & L. 31, §. 1, ff. *depositi*; *Einsiedel* l. c. pag. 116. (4) Principi, alterius Principis justas querelas moventibus subditis, Justitiam deneganti, vel protrahenti, arma inferri posse, cum *jure fecisse existimetur, quod quis ob tutelam corporis sui, bonorumque, fecerit*, arg. l. 3, ff. de J. & J. add. *Martinus Laudensis* l. c. §. 5, p. 534; *justumque bellum* geratur, contra civitatem, *quæ vindicare neglexerit, quod à suis improbe factum, vel reddere, quod per injurias ablatum*, docente *Augustino*, Lib. VI *Quæstionum*, Quæst. 10, Tom. 4 Operum, p. m. 288, & ex eo, *Gratiano*, Caus. 23, Quæst. 2, Cap. 2, *Dominus noster*; sique *quis justum bellum susceperit, nihil ad Justitiam interesse, utrum aperta pugna, an insidiis vincat*, teste eodem *Augustino* l. c. proinde & homines, Principi Justitiam facere negligenti subditos, capi eorumque bona detineri posse.

Ad *Secundum*: (1) Jus Canonicum nolle quidem, sine culpa aliquem puniri, nec alterius odio quemquam prægravari, propterea tamen nemini indulgere, vel licentiam concedere peregrinis Justitiam denegandi protrahendive; sed (2) statuere potius, justum bellum adversus ejusmodi Principem geri, teste *Augustino* l. c. (3) Permittere, quod, propter delictum Administratorum, seu Gubernatorum, tota Provincia, Regnum vel Civitas quædam, puniatur; vid. *Alexander III*, P. R. apud *Gratianum*, Lib. 4 *Decretal. Gregorii*, Tit. I, de *Sponsalibus*, Cap. XI, *Non est vobis &c.* Add. *Joh. Jacob. à Canibus* l. c. § 16, pag. 524; *Limnæus*, cit. Lib. 4. c. 8, §. 323, pag. 280. (4) Judice *Ambrosio*, Lib. I de *Officiis*, Cap. 36, Tom. I Operum, Eum, *qui non repellit à socio injuriam, si potest, tam esse in vitio, quam eum qui faciat*; Conf. *Gratianus*, Caus. 23, Qu. 3, cap. 7, *non in inferenda &c.*

Ad *Tertium*, (1) deficientibus remediis ordinariis, viam ad extraordinaria, quo *Repressalias* omnino retuleris, nemini præcludi, arg. l. 3. ff. de *Operis novi nunciatione*, & l. 13, ff. de *Minoribus*. Hinc esse, quod *repressaliæ* non concedantur, quamdiu ordinarium quoddam Juris remedium supersit, arg. l. 4 ff. de *damno infecto*, & l. 33 ff. de *Con-dictione*

dictione indebiti; aut superior Judex adiri queat; vid. *Bartolus* de *Repressaliis*, Quæst. 3 principal. *Martinus Laudensis* l. c. §. 4 & 10, pag. 534; *Cothman*, Vol. 2, Resp. 52, n. 353; *Petrus Friderus* l. c. Lib. I, Cap. 49, n. 1 &c. *Einsiedel* l. c. §. 47, p. 115, & §. 49, pag. 118; *Limnæus* l. c. (2) Nemini *repressaliis* fieri injuriam, nec magis inferri damnum, ac tempore *justi belli*, quo, citra injuriam, innocentes pariter ac noxii patiuntur; præsertim cum (3) ejusmodi sine culpa prægravatus non solum principalem debitorem, sed & Magistratum ipsum, qui Justitiam *repressalias* efflagitanti denegavit, vel protraxit, obligatum habeat, donec perpessum damnum sibi restituatur, etiam ratione lucri cessantis, vid. *Joh. Jacobus à Canibus* l. c. §. 18, pag. 524; *Petrus Friderus*, l. c. Lib. I, Cap. 48, ϑ. 4, §. 12, & 13, pag. 178; *Mynsinger*, Centur. VI, Observat. I, pag. 420; *Einsiedel*, l. c. pag. 117. (4) Utilitatem publicam, ob quam Gentes, ubique fere, *Repressalias*, vel remedia similia, infringendæ injustitiæ gratia, introduxerunt, Legibus Civilibus longe præferendam esse; vid. *Joh. Jacobus à Calibus*, l. c. §. 8, pag. 522; *Paulus Busius*, de *Subtilitatibus Juris*, Lib. I, Subtil. 17; *Limnæus* l. c. §. 321, pag. 277, notans insuper eas *Hotomanno* non ineleganter propterea *Jus Gentium* vocari.

Ad *Quartum;* In Germania Repressalias saltem prohiberi, quoad Status, respectu *Con-Statuum*, quatenus scil, ut subditi considerantur, cum summa adsint Tribunalia, ubi de injuriis experiri queant, si alter alterum in Judicium vocare necesse ducat; non vero respectu *Exterorum*, contra quos eas valide decerni posse, docent *Petrus Friderus*, l. c. Cap 49, ϑ. 4, in fin. pag. 180; *Pruckman*, Vol. I, Consil. 17, n. 104; *Dietherr*, Addit. ad *Besoldi Thesaurum*, voc. *Repressalien*, pag. 816; *Limnæus* l. c. §. 324, pag. 280; *Mylerus*, de *Principib. Imperii*, Part. 2, Cap. 56, §. 1 &c. pag. 513 & 514; & §. 4, p. 515 & 516; conf. Ill. *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, ϑ. 21, lit. i, pag. 407 & Vol. 2, Exerc. V, ϑ. 2 & 3, ibique *Scharschmidius*, in Notis, pag. 271 &c. *Schweder* l. c. §. 10, p 934.

Ad *Quintum;* Auctoritatibus auctoritates opponi posse, nimirum *Johannis Jacobi à Canibus*, per tot. Tract. de *Repressaliis; Martini Laudensis* l. c. §. 4 & seqq. pag. 533; *Mynsingeri*, cit. Centur. VI, Observat. I, pag. 420; *Petri Frideri* l. c. Cap. 48, ϑ. 2, §. 5, pag. 167, & ϑ. 3, §. 7 & 8, pag. 176 & 177; *Sixtini*, de *Regalib.* Lib 2. Cap. I. §. 30, p. 10; *Gailii*, de *Pignorationib.* Observat. 2, §. 2, pag. 178, & Lib. I *Observat. Pract.* Observat. 28, §. 9, pag. 54; *Struvii*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. IX, ϑ. 8, pag. 307, & de *Vindicta Privata*, Cap. 12, aphorism. I, §. 3, pag. 187; *Grotii*, de J. B. & P. Lib. 3, cap. 2, §. 2; *Einsiedel* l. c. *Limnæi*, l. c. §. 321, pag. 276, & Lib. 8, Cap. 9, §. 26, pag. 138; *Myleri* l. c. §. 4, pag. 515 &c. *Scharschmidii*, ad Vol. 2 *Schützii*, Exercit. V, ϑ. 2, lit. A, p. 272; *Schwederi*, l. c. p. 933 & 934.

(*c*) COMMUNICATUM ESSE &c. Soli Imperatori jus concedendi Repressalias vindicant, post *Bartolum*, de *Repressaliis*, Quæst. 3, n. 4. *Martinus Laudensis* l. c. §. 4; *Wesenbecius*, Consil. 46, §. 7 & 19; *Colerus*, de *Processſ. Executiv.* Part. I, cap. 2. n. 269 & 280; *Sixtinus*, de *Regalib.* Lib. I c. 2. n. 12; *Gailius*, de *Pignorationib.* Observat. 2, pag 178; *Reinkingius*, de *Regim. Secul. & Eccles.* Lib. I, Class. 5, cap. 6. §. 127, pag. 616; *Einsiedel*, de *Regalib.* Cap. 2, Regal. 4, §. 46, pag. 113, & §. 50, pag. 119 &c. &c. Ea potissimum ratione utentes, quod *Repressalia* belli speciem constituant; at belli indictionem spectare ad solum Cæsarem. Enimvero, hoc ipso fundamento contrarium deduci posse, ostendunt dicta ad præced. §. 5. ubi de Bello actum. Statibus Imperii, respectu Exterorum, omni procul dubio, jus eas concedendi competere, præced. lit. b, monui; nec est, quod cum *Quirino Cubachio*, Cent. 3, *Quæst. Illust.* Decur. 2, quæst. 2, timeamus, facile hoc modo toti Imperio bellum inferri posse, si subditos Extranei Principis, eorumve bona, detineamus; cum nemo injuriam alteri faciat, qui jure suo utitur; deinde, omnis injustitia, ob eandem rationem, stolide semper perferenda esset; ne dicam, hostilem animum eum satis jam nobis declarare, qui subditis nostris Justitiam denegat, vel protrahat, quo respectu *Repressalias* concedi, tralatitium est.

(7) Repressaliæ autem sunt remedium extraordinarium, (*a*) quo, ob denegatam vel protractam Justitiam, à Magistratu alterius Reipublicæ, in re non modica, & causa liquida, læsi Magistratus, si ejus præcedens monitum alter Magistratus negligat, detinet istius loci Civem quemlibet, (*b*) seu res, usque dum læso, ab altero Magistratu, satisfiat; (*c*)

NOTÆ.

(*a*) EXTRAORDINARIUM &c. *Gailio*, de *Pignor.* Observ. 2, sunt: *Detentio rei, vel hominis innocentis, illius Provinciæ, in qua Justitia apprehendenti denegata est, pro Juris & debiti sui liquidi & probati, ad quod aliter perveniri nequit, conservatione, à Magistratu suo permissa, & usu Populorum*

(2) Principes, etiam summos, male nonnunquam instrui posse; teste Tit. 22, Lib. I. C. *Si contra jus, vel utilitatem publicam, per mendacium, fuerit aliquid postulatum, vel impetratum &c.* & Text. notiss. in Cap. XV, *Quia per ambitiosam importunitatem petentium &c.* de *Rescriptis*, in 6. Conf. *Gailius* l. c. Lib. I. *Observat.* 14, §. 6, pag. 28; proptereaque

(3) Non quamlibet Principis sententiam pro Lege habendam esse, sed eam saltem, quæ Generali Juri, & utilitati publicæ, non adversa; arg. l. 6, C. *Si contra Jus vel utilitatem publicam &c.* & L. 7. C. de *Precibus Imperatori offerendis &c.* Hinc etiam,

(4) Exceptiones *sub- & obreptionis* valide opponi posse; testibus *Gailio*, cit. Lib. I. *Observ.* 14, pag. 28; *Petro Fridero* Mindano, Lib. I de *Processib.* Cap. XV, p. 59 &c.

(5) Ipsosmet Imperatores quandoque sententias suas retractasse, & in melius reformasse; arg. *Novel.* 22 præf. & text notab. l. 17, princ. ff. de *Jure Patronatus*.

(6) Cujuslibet Ecclesiæ, imo Summi Præsulis Romani, sententias per subreptionem datas, rationabiliter revocari posse; vid. *Caus.* 35, *Quæst.* IX, c. 9, *sicut ergo*.

(7) Multa dari præjudicia hujusmodi appellationum, à sententiis Summorum Principum interpositarum, quorum Dn. Auctor quædam adducit, quibus addi possunt alia, v. g. *Machetæ*, à *Philippo*, Macedonum Rege, pro tribunali dormitabundo, ad eundem expergefactum, attentiusque causæ momenta ponderaturum, provocantis, æquiorem etiam longe priori sententiam obtinentis; quamvis Rex, quo minus inconstantiæ argueretur, pecuniam qua *Machetes* damnatus fuerat, Ipse, in præclarum Justitiæ exemplum, persolverit; vid. *Erasmus* in *Apophtegm.* *Bodinus* l. c. Lib. I, Cap. X, §. 163, pag. 256; *Reinking* l. c. Lib. I, Class. 5, c. 9, §. 50, pag. 661; *Einsiedel* l. c. Cap. 2, *Regal.* V, §. 55, pag. 123; *Daniel Otto* l. c. pag. 361; *Rumelinus* l. c. §. 18, pag. 389.

Wigandi, Episcopi *Bambergensis*, An. 1552, 27 Mart. à sententia *Caroli V* Imp. in favorem *Alberti*, Marchionis Brandenburgici, lata, ad melius informandum Imperatorem; facto an. 1555, 9 Junii, repetito; vid. *Sleidanus* Lib. 24 *Commentar.* vers. *Galli interim*, & vers. *hoc ipso tempore &c.* *Mylerus*, ad *Rumelinum* l. c. Part. 2, Diss. 2, §. 19, pag. 390 & 391; *Reinking* l. c. §. 51, pag. 662; *Dauth Junior* l. c.

Ludovici Borbonii, Condæi Principis, An. 1560, à sententia *Francisci II*, Regis Galliæ, provocantis; vid. *Bodinus* l. c. *Reinking* l. c. §. 50, pag. 662; *Daniel Otto* l. c. *Joh. Norderman*, Diss. de *Jur. Principat.* Conclus. 89, lit. c; *Georgius Christoph. Meyfisch*, in Thematib. de *Potestate & Jurisdict Imperat.* §. ult. *Rumelinus* l. c. p. 389.

An. 1569, Mens. *Aug.* *Henrici & Wilhelmi*, Ducum *Brunsuicensium & Luneburgensium*, in causa *contra Hamburg & Magdeburg*, à sententia *Maximiliani II* Imperatoris; vid. *Einsiedel* l. c. §. 55, pag. 123; *Reinking* l. c. §. 51, pag. 662: *Mylerus* l. c. *Joh. Dauth*, de *Testamentis*, pag. 37, in fin. *Limnæus* l. c. §. 110, pag. 122; *Carpzovius*, de *Privilegio non appellandi Domus Saxonicæ*, §. 78.

An. 1576, 7 Aug. Ducum *Megapolitanorum*, in causa Sessionis in Comitiis, à sententia ejusdem Imperatoris, pro Duce Juliacensi lata; vid. *Reinking* l. c. *Mylerus* l. c. *Carpzovius* l. c.

An. 1585, *Capitularium* quorundam *Argentoratensium*, à sententia *Rudolphi II* Imp. vid. *Heigius*, P. I, Quæst. X, §. 19; *Besoldus*, de *Appellat.* c. 2, n. 10; *Limnæus* l. c. §. 111, p. 123.

An. 1601, 17 Sept. *Büloviorum & Wackerbartiorum*, ab Ejusdem Imperatoris sententia, in gratiam Ducis Lauenburgici pronunciata. vid. *Mylerus* l. c. *Reinking* l. c.

An. 1608, 12 Febr. *Dorotheæ Mariæ*; Princ. Anhaltinæ, tanquam Tutricis *Johannis Ernesti*, *Friderici*, *Wilhelmi*, *Alberti*, *Johannis Friderici*, *Ernesti Pii*, *Friderici Wilhelmi*, & *Bernhardi*, Filiorum suorum, in thoro *Johannis* Ducis Saxo-Vinariensis, progenitorum, à sententia laudati Cæsaris, sub dato *Prag*, 27 Sept. 1607, in *puncto Præcedentiæ*, in favorem liberorum *Friderici Wilhelmi*, Ducis Saxo-Altenburgici, dicti *Johannis* Vinariensis, Germani, latæ; Appellatione hac 24 Aug. ejusdem Anni, decenter Pragæ insinuata, annoque 1613 repetita. Vid. *Wahrhaffter Bericht, was, in Sachen der zwischen Weimar und Altenburg erregten Præcedentz- und Primogenitur-Streit vorgefallen*, pag. 27; *Reinking* l. c. *Mylerus* l. c. Dn. *Müller*, *Annal. Saxon.* ad An. 1607, 27 Sept. pag. 240 &c. & An. 1608, 10 Febr. p. 241; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diss. 24, §. 55, p. 545.

An. 1612,

An. 1612, Senatus Civitatis *Friedbergensis*, in causa Status, contra Burggravium cognominis; vid. *Myler* l. c. *Reinking* l. c. aliorumque plurium, à Cæsaribus male informatis appellantium.

Eorum sententia æquior mihi videtur, qui ejusmodi provocationes licitas quidem esse arbitrantur, ne Summos Principes *infallibilitatis* privilegio frui, nec ullam in eos imprudentiam cadere, fingamus; ast *appellationum* censu eas venire neutiquam posse, quippe quæ non nisi ad Superiorem deferantur, per tradita; bene tamen *supplicationum* nomen mereri, cum de his constet, quod eidem Judici tuto offerri queant, qui sententiam, quæ reformari petitur, tulit arg. Tit. 42 Lib. VII C. de *Sententiis Præfectorum Prætorio*, l. un. *Litigantibus in Amplissimo Prætorianæ Præfecturæ Judicio, si contra Jus se læsos affirment, non provocandi, sed supplicandi licentiam ministramus* & Auth. *Quæ Supplicatio*, C. de *Precibus Imperatori offerendis*, Lib. I, Tit. XIX. Conf. *Otto Melander*; ad *Processum Meureri*, Part. I, *Supplic.* 77, pag. 201; *Carpzov.* de *Privilegio non appellandi Domus Saxonicæ*, §. 79; *Rumelinus* l. c. §. 18, p. 389; ibique *Mylerus*, in Addit. pag. 392: *Einsiedel* l. c, §. 56, pag. 123 & 124; aliique plures, hoc titulo ab eis allegati. Qui ad Classem *Appellationum irregularium* ejusmodi libellos supplices referunt, ceu faciunt *Cothman* Vol. 4 *Consil.* Respons. 4. n. 45; *Carpzovius* de *Lege Regia German.* Cap. IX, Sect. 2, n. 18 & 19, p. 216; *Dauth* jun. cit. *Quæst. Miscell.* 2; Auctor *der gegründeten Außführung, warumb der Statt Braunschweig das Recht nicht zu versagen &c.* vel propterea non audiendos esse docet *Einsiedel* l. c. §. 63, p. 128, quod in toto Jure nihil de distinctione inter *Appellationem Regularem & Irregularem*, occurrat, sed palam sit, non nisi unicam dari, scil. ab Inferiore ad Superiorem Judicem dirigendam. Ad Præjudicia respondendum, (1) non exemplis, sed legibus pugnandum; at Leges dicere, *à Principe appellare fas non esse*, arg. l. 1, §. 1. ff. *à quibus appellari non licet.* (2) Prætensas appellationes vel interpositas fuisse statu publico Reipublicæ turbato, vel (3) rejectas, vel (4) instar supplicum libellorum duntaxat admissas.

(*d*) OMNESQUE IMPERII STATUS &c. A sententiis *Imperatorum malè informatorum, ad Imperatores melius informandos, totumque simul Imperium*, sive, quod idem est, ad *Universalia Comitia*, appellare licere, præter Dn. Auctorem nostrum, negant quoque, Ill. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. 3, §. 24, p. 210; *Reinkingius*, de *Regim. Secul. & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. IX, §. 40, p. 660; *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 2, *Regal.* V. §. 57 & 58, p. 125, & §. 61, p. 126; *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. 2, Discurs. 20, §. 19, pag. 228; *Rumelinus* ad *Auream Bullam*, Part. 2, Dissert. 2, §. 32, Corollar. I, p. m. 426; ibique *Mylerus*, in Addit. p. 427; Dn. *Schweder*, Introduct. J. P. Part. spec. Sect. I, Cap. XI, §. 5, p. 410, Dn. *Struvius*, Syntagm. *Jur. Publ.* Dissert. 24, §. 54, p. 544; aliique multi, eo quod,

(1) Omnis appellatio, juxta tradita præced. lit. c, fiat a Judice Inferiori ad superiorem; nec dici queat, Status Imperii, simul etiam consideratos, esse majores Imperatore;

(2) Appellationes *Georgii Friderici*, Marchionis *Durlacensis*, à sententia *Ferdinandi II* Imp. de An. 1622; *Mauritii*, Landgravii *Hasso-Casselani*, à Decreto ejusdem Cæsaris, An. 1623, 18 Octobr. in causa Marpurgensi, in favorem Landgraviorum *Hasso-Darmstadensium*, promulgato, (Vid. *Acta, die Marpurgische Succession betreffend*, post Documenta ad deductionem nullitatis pertinentia, pag. 139; *Limnæus*, lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 111, p. 123; *Burgoldensis* l. c.) *Ferdinandi*, Electoris *Coloniensis* per sententiam Cæsaream, An. 1637, ad restitutionem Præfecturæ *Hachenburg*, (vid. *Informatio Juris & Facti Sayn, contra Cölln, Haggenburg betreffend*; *Burgoldensis* l. c. Dn. *Schweder* l. c. Dn. *Struvius* l. c.) condemnati, ad totum Imperium directæ, fuerint rejectæ, insuperque Notarius, qui Coloniensis Instrumentum appellationis conscripserat, per integrum annum ab officio suspensus.

(3) Monente Dn. Auctore Nostro, *Judicium Aulicum*, An. 1628, ejusmodi Appellationes pro nullis habendas esse, semel decreverit.

(4) Eædem nequidem eundem finem habere videantur, quem regulariter Appellationibus intendimus, id est, non spem victoriæ, sed animum saltem eludendi adversarios; cum non omni tempore Comitia celebrentur, intereaque aliquid novi fieri queat, de quo JCtus quidam, in Consilio ad Amplissimum quendam Senatum, apud *Syringium*, de *Pace Religiosa* cap. 2. pag. 12: *Die Appellation, so zugleich ad Status Imperii geschicht, hat, biß auf eine Reichs-Versamblung, dilation und Aufschub*, cum Tribunal aliud, quam in Comitiis Imperii, constituere non possit, *und möchte immittelst sich eine Verenderung zutragen &c.* Conf. *Einsiedel* l. c. §. 61, pag. 126; addens, rem valde indignam esse, consultam litis extensionem, satis jam odiosam, cum tanta Imperatoriæ Majestatis & Supremæ Potestatis imminutione conjungi.

His autem non obstantibus, in diversas partes ivisse Serenissimum Electorem Palatinum, *Carolum Ludovicum*, sub dato *Londen in Engelland*, 12 Januar. 1637, ab Imperatore *Ferdinando II*, *male infor-*

informato, praeoccupato, & irato, ad Caesarem, Electores, & Ordines Imperii, tanquam Pares Curiae, melius informandos, & affectibus vacuos, appellando, documento est *Manifestum* Ejus, hunc in finem editum, apud *Lundorpium*, Tom. 4. *Act. Publ.* lib. 3, Cap. 95, pag. 642 &c. ecce, quae Ejus sint Argumenta, pag. 661: *Weiln dan die Sach also, wie hie oben*, ex Actis & actitatis publicis, *aus Kayserlichen, Königlichen, Chur- und Fürstlichen* Rescriptis, Votis & literis, referiret, *und außgeführet worden, in Wahrheits Grund beschaffen, und gestaltet, so lassen Wir nun einen jedweden Vernünfftigen urtheilen: Ob Wir, die Wir, neben Unsern Brüdern und* Agnaten, *so hoch* interessirt, *und denen man Ehr*, Dignität, *Land und Leut, und alles, was Uns von GOtt und Recht, eigentlich* & proprio Jure, *gebühret, in Unserm Minderjährigen Stand*, de facto *entziehen, und benehmen will, nicht grose und wichtige Ursach haben, Uns eines solchen unerhörten frembden Proceß der praejudicirlichen* Translation *und Vorenthaltung Unserer Churfürstlichen Würde, Land und Unterthanen, auch rechtlosen* privationis *Unsers* Juris Primogeniturae, & debiti ex stipulatu Majorum, & ex Lege immutabili, *billich und zum Höchsten, gegen GOtt, gegen alle Christliche Potentaten und Obrigkeiten, auch bey der gantzen Ehrbarn Welt, und lieben Posterität, zu beschwären, zu beklagen, und darwieder, wie es der Sachen Gerechtigkeit erfordert, zum zierlichsten zu* protestiren? *Inmassen Wir auch hiemit, und in Krafft dieses offentlichen Ausschreibens, darwieder* solenniter, *und in der allerbesten Maß, Form und Weiß, es immer von Rechts- und Gewohnheit wegen, geschehen kan und mag*, protestiren, *und lassen einen jedweden Unpartheyischen selbsten* judiciren; *Ob Uns nicht zu viel, Unrecht und Gewalt, geschiehet? bezeugen zugleich für GOtt, daß diß Unser* Manifest, *und was darinnen vorgebracht*, deducirt, allegirt *und bewiesen wird, keines wegs, zu einiges Menschen, wessen Stands er auch sey*, Offension, Despect, *Verkleinerung oder Nachtheil, sondern einzig und allein, zu Erweisung, Verthätig-* Conservir- *und Erhaltung Unsers, Unserer Brüder und* Agnaten, *von GOtt, und von der Natur, Uns gegebenen, und von Unsern Vor-Eltern auf Uns anererbten, und* proprio & singulari jure *erlangten und* acquirirten *Rechtens, und Unsers gantzen Chur- und Fürstlichen Hauses Gerechtsame, Gebührnüß, Anwartschafft, und hergebrachte Posseß, angesehen. Nehmen hierauf, zu Ew. Kayserl. Majest. Ew. Königl. Würde, Chur und Fürstl. Ld. und Euch, als* respective *der heylsamen Gerechtigkeit Statthaltere, der Unschuldigen und Gewalt-leydenden Beschirmern, und der Unmündigen und Waysen Vormündern, Unsere Zuflucht*, *appelliren, à Caesare malè informato, praeoccupato, & irato, ad Caesarem, Electores & Ordines Imperii, tanquam Pares Curiae, melius informandos, & affectibus vacuos*, *und geleben diesem allen nach, der tröstlichen unterthänigsten Hoffnung, wie Wir dan auch gehorsambst bitten und begehren, Ew. Kayserl. Majest. wollen, nach dem löblichen Exempel vieler vornehmer Ihrer Vorfahren am Reich, wann Sie sich selbsten besser* informiren *lassen, diese Sache, allen Rechten und der Billichkeit gemäß, in einen bessern, beständigern und glücklichern Stand zu richten &c.* Quod Manifestum, cum augmento, An. 1639, recusum. Cumque *Maximilianus* Bavarus, in Refutatione (*Ableinung*) hujus Manifesti, 24 August. An. 1639. publici juris facta, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 108, p. 711 &c. id Ei exprobraret, scribens sub finem, p. 729: *Viertens, lässet Er* (Elector Palatinus) *Sich auch, mit höchster Vermessenheit gelüsten*, *à Caesare scil. malè informato, praeoccupato & irato, ad Caesarem, Electores & Ordines Imperii melius informandos, & affectibus vacuos*, *vermeintlich zu* appelliren, *alles und jedes dahin angesehen, daß Er, mit seinem anererbten und selbst gefaßten sträfflichen Hochmuth, gern eine gantz völlige und* unconditionirte Restitution per forza *hinaus trücken, und dardurch, so viel an Ihm gelegen, so wohl den Christ-seeligst abgelebten- als jetzt regierenden Römischen Kayser, und seine mit der Pfältzischen Chur und Landen rechtmässig vorgenommene* privation *und* translation, *als auch dadurch die Herren Chur-Fürsten und Stände des Reichs, welche solche* privation *und* translation approbiret, *vor aller Welt zu Schanden, und denselben gleichsamb das offene* Stigma *und Brandmahl anhengen, und* respective *ein* Testimonium *in sein Hand bringen wolte, als ob alle diese Kayserliche* legitimae Actiones *nichtig und ungerecht, hingegen Er, Pfaltzgraf, und sein Vatter, sich wie gantz unschuldige Kinder verhalten, nie kein Wasser betrübt, noch einigen* motum *im Reich jemahln erweckt, sondern sich allezeit der höchsten* modestie *und Sitsamkeit beflissen, und also die gegen Sie vorgenommene billichmässige* Proceduren *mit nichten* meritiret *hätten &c.* respondit laudatus Elector, in alio Manifesto An. 1640. vulgato, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 109, p. 737 &c. nominatim, p. 764: *Dieweil die Wage der lieben Justitz und Gerechtigkeit, weder mit der* Translation *und* Extension, *noch mit der* praetendirten Alternation, *auf die Bayerische Seite ausschlagen will, so leget der* Author *der Ableinung, über den allbereit, von dem Gegentheil, darzu bißher gebrauchten, und stets* continuirten *Gewalt der Waffen, noch andere* Ge-

Gewichter in die Schale, nemblich allerley hefftige Anzüge, und Verleumbdungen, mit welchen sein Büchlein, fast durch und durch, vom Anfang biß zum Ende, angefüllet ist, wieder Pfaltzgraff Carl Ludwig, Churfürsten, dessen Herrn Vatter ---- daß sein Zweck seye gewesen, den Ræmischen Kayser, und den Hertzog in Bayern, an Dero Hoheit und Stand, mit seinem Manifesto, auf das hefftigste anzugreiffen, und allenthalben, inn- und ausserhalb des Reichs, wegen verübten Gewalts, calumniose zu traduciren, und daß Er die Kayserl. Majest. mit hœchster Irreverentz beym Har genommen; Item, der sich, mit hœchster Vermessenheit, habe gelüsten lassen, a Cæsare male informato, præoccupato & irato, ad Cæsarem, Electores, & Ordines Imperii, melius informandos, & affectibus vacuos, vermeintlich zu appelliren, zu dem Ende, damit Er Ihrer Kayserl. Majest. und Standen des Reichs, welche die Privation und Translation approbirt haben, dadurch ein Stigma und Brandmahl anhængen mœge. Nun hat man, gleich im Eingang, dieser mit solchen Calumnien *außgepreßten Ehren-Rettungs-Schrifft* protestiret, *daß, gleichwie dasselbe Sr. Churfürstl. Durchl.* Intention *niemahls gewesen, also seye man auch diß Orts mit nichten gemeinet, jemanden, Hohen oder Nieder Stands, an seiner Ehr und Würden, zu nahe zu reden, oder zu schreiben. Wer das Churfürstliche* Manifestum, *wie auch diese Schrifft, mit unpartheyischen Augen ansiebet, und lieset, wird verhoffentlich gar anders darvon urtheilen,* siquidem defensio est Juris Naturalis, & nemini facit injuriam, qui jus suum tuetur; etiam, qui à sententia Imperatoris provocat, non lædit Ejus Majestatem ---- *dann es je keine Vermessenheit, wie der* Author exclamirt, *da man der in Recht erlaubten Mitteln, zu Erhaltung seines Rechtens, sich gebrauchet; besonders und da dieses* Appellation-*Mittel von vielen andern Standen, in weit geringern Sachen, nützlichen ist eingeführet und vorgenommen worden. Man besichtige den Passauischen Vertrag* de An. 1552, *da wird man befinden, daß diese* Appellatio *an unpartheyische Richter, & a Cæsare male informato, ist gut geheissen, und unpartheyische zu ordnen versprochen, auch gehalten worden. Der Bischoff von Bamberg hat ebenmässige* Appellation, *gegen Marggraff* Albrechten, *eingeworffen (dessen* Formalia *zu sehen in der Braunschweigischen Außführung* de An. 1612. p. 31.) *welcher auch das Cammer-Gericht zu Speyer* deferirt, *den Marggrafen* proscribirt, *und die Kayserl. Majest.* non attenta prima sententia, *die* Executoriales *ertheilet. Chur-Maintz hat sich dergleichen beflissen; wie ingleichen Chur-Sachsen;* Item, *Würtzburg; Churfürst Friederich der Erste Pfaltzgraf &c. Ja, die Hertzogen, von Braunschweig haben wohl à Papa male informato ad melius informandum* appelliret; *die* Appellationes *werden auch von Rechtsgeleherten, mit guten Gründen, bewehret, davon sehe Zypæum,* ubi, multis rationibus & exemplis, eleganter firmat, addens, quod Princeps & Papa peccarent, si talem Appellationem non admitterent, quia Justitiam denegarent; *und, nachdem aus* Hortledero *erscheinet, daß Bayern, wohl aus geringen Ursachen, das Kayserliche und des Reichs-Cammer-Gericht gantz* recusirt, *und unpartheyische* Commissarios *erlangt, so hat Er sich über diese Chur-Pfaltzische höchst-abgetrungene* Appellation, *bey so äussersten Nöthen, und da Kayserl. Maj.* in propria causa *verfahren, im wenigsten nicht zu verwundern, weniger vor eine höchste Vermessenheit anzuziehen &c.* Exemplum Palatini secutus *Philippus Christophorus* Archi-Episcopus & Elector *Trevirensis*, & quidem *Viennæ*, ubi custodiam subibat, 18 Jul. eod. An. 1640, itidem *à Cæsare, & Electoribus male informatis, ad Cæsarem omnesque Status Imperii melius informandos*, provocavit, tabulas ejus suppeditantibus *Lundorpio* l. c. lib. 4, Cap. 31, p. 839; *Theatro Europæo*, Tom. 4, ad An. 1640, p. 357. & 358, & Dn. *Lunigio*, Part spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, 3 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 36, p. 70. Patet minimum ex his, & præced. lit. c, dictis, circa Quæstionem propositam, non unam eandemque omnium Imperii Statuum esse mentem, sed, pro ratione circumstantiarum, ab aliis eam affirmari, ab aliis negari; proinde privatis hominibus fas non esse agere Arbitros.

Quibus argumenta *Negantium* officere videntur, respondent, ad (1) Cæsarem totumque Imperium simul, etsi non majus, tamen augustius constituere Judicium, quam si Cæsar solus cognoscat; ad (2) Rejectas laudatorum Principum provocationes nemini fraudi esse posse, cum turbido rerum Statu publico, omnia tunc confuse in Germania peragerentur; nec esse quæstionem: *Num Cæsar eas rejecerit?* sed, *num valide rejici potuerint?* præsertim, ubi eas quandoque admissas fuisse constet; nec Lex adsit prohibitoria, cujus respectu interponi nequeant; ad (3) Quæstione hac totum respiciente Imperium, decisionem quoque ejus ab Imperatore & universo

verso Imperio expectandam; ad (4) Audacter satis hoc asseri; nunquam probari posse, sic appellantibus animum semper fuisse eludendorum Adversariorum, protrahendæve litis; suspicionem hanc in virum bonum, multoque minus in Imperii Status ad gubernacula sedentes, adeoque ipsos Justitiæ Patronos & defensores, non cadere.

Utrique Parti satisfacere studentes, ejusmodi Instrumentis non *Appellationis*, sed *supplicationis*, aut *Memorialis* nomen præfigendum censent, cum nemini vitio verti queat, Acta, quibus, præter æquum & fas, se læsum arbitratur, accuratiori diligentia revideri petere.

(e) AD PONTIFICEM &c. E *dictatibus Gregorii VII* P. R. an. 1076, publico in Consistorio promulgatis, apud *Baronium* Tom. XI *Annal. Eccles.* ad h. a. §. 24, pag. m. 475. liquet, inter enormia Romani Antistitis Privilegia, & hoc reperiri: *Quod sententia Ejus à nullo debeat retractari, Ipse vero omnium solus retractare possit.* Quam absurda vero hæc sit doctrina, vel inde patet, quod,

(1) Communi Gentium Jure Dominia sint distincta, separatæque Summarum Potestatum invicem Jurisdictiones.

(2) Nullo Jure, neque divino neque humano, probari queat, supremos Rerumpublicarum Moderatores subesse in temporalibus Pontifici Romano. Rectius *Philippus Pulcher*, Galliæ Rex, an. 1303, in Responsione ad *Bonifacii VIII* Breve, ubi inter alia: *Scire Te volumus, quod in Spiritualibus, & temporalibus nobis subes*; reponebat: *Sciat Tua maxima Fatuitas, in Temporalibus Nos alicui non subesse &c.* vid. præc. Lib. I, Procem. §. 16, lit. d, pag. 21.

(3) Non minus absurdum sit, dicere: in Ecclesiasticis & Spiritualibus, ab Episcopis appellari posse ad Magistratus Civiles; quam, in Civilibus, seu Politicis, à Judice seculari, ad Ecclesiasticum.

(4) Episcopi seculares curas plane non suscipiant, secundum Canonem *Apostolicorum Sextum*, juxtave alios, *Septimum*; quandoquidem (1) nemo militans Deo negotiis secularibus se implicet; *2 Timoth.* 2, v. 4; unde sua *Cyprianus* Lib. I, Epist. IX; *Nicolaus I*, P. R. Epist. 7 ad *Michaëlem* Imp. apud *Gratianum*, Dist. X, c. VIII, *Quoniam*, & dist 96, C VI, *Cum ad verum &c.* (2) Imperium Deus Imperatori (Regibus & Principibus) & Episcopis Ecclesias commisit; vid. *Hosius*, Epist. ad *Constantium* Imp. apud *Athanasium*, in Epist. *ad solitariam vitam agentes*, Tom. I Operum pag. m. 840; (3) Imperator (Reges, Principes) humana administret, Episcopi divina; vid. *Symmachus* P. R. in Libello apologetico contra *Anastasium* Imperatorem, de An. 503; præced. Lib. I, Procem. §. 16, lit. d, p. 18; (4) Imperium Cæsaris (Regum, Principum) invadens Ordinationi divinæ contradicit; vid. *Hosius* l. c. (5) Episcopis fas non est in Terris Imperium tenere; idem l. c. (6) Omnis anima Potestatibus sublimioribus (proinde Imperatori, Regibus &c.) subdita sit; vid. D. *Paulus* ad *Romanos* XIII, §. 12, ibique Patres, præced. Lib. I, Tit XV, §. 5, lit. a, pag. 1112 &c.

(5) Vel ipse *Alexander III* thesin hanc rejecerit, percunctanti: *Num appellatio à Judice Seculari ad Papam teneret?* respondendo: *Tenet quidem in his, qui sunt NOSTRÆ TEMPORALI JURISDICTIONI SUBJECTI*; *IN ALIIS vero, etsi de consuetudine Ecclesia teneat, NON TENERI*; vid Lib. 2, Tit. XXVIII, X. de *Appellationibus*, c. 7, *Si duobus*, §. *Denique*.

(6) Romani Imperatores, Sacrique Imperii Proceres, provida circumspectione, perversis hisce principiis nunquam, occasione data, non obviam iverint, testibus:

CONRADO III, qui vel propterea *Trajectenses* Majestatis reos declarasse legitur, quod ad Romanum Episcopum appellaverint; vid. *Otto Frisingens.* Lib. I de *Gestis Friderici I*, Cap. 62, pag. m. 446, commemorans, ab obitu *Hartliebii*, Trajectensium Antistitis, (quem *Bucelinus* part. I *German. Sacr.* pag. 60, in Catalogo Episcoporum Ultrajectensium, *Herebertum Borenum*, & *Bertius*, Lib. 3 Comment. *Rerum German.* Cap. VI, Tit. *Trajectus*, p. m. 274 &c. *Eribertum de Byrum*; & *Magnum Chronicon Belgicum*, apud *Pistorium*, pag. m. 165, *Hardebertum de Beren*, vocant,) circa annum 1150, orto schismate inter *Fridericum*, *Adolfi* Comitis Filium, & *Hermannum*, Ecclesiæ S. *Gereonis* suburbii Coloniensis Præpositum, insimul electos, secessisse Cæsarem *Noviomagum*, secum invicem contendentium causam judicatum; eodemque venientibus partibus inter se litigantibus, eos, qui *Fridericum* elegerant, *viaticum redeundi postulavisse, dicentes: se, eo quod causa ipsa, tanquam Ecclesiastica, ad Ecclesiasticum Judicem, id est, ad aures Summi Pontificis, translata esset, respondere coram cincto Judice non posse*; (utor verbis *Ottonis*, immediate annectentis) *contra quos, utpote adversus Romanorum Principem agentes, Majestatis reos, quia in continenti, propter præstitum commeatum, ulcisci non valuit, acerba Rex usus conquestione: mox etiam, pro hujus temeritatis debita vindicta sumenda, ad Civitatem ipsorum processisset, nisi quod, propter quorundam Noricorum Comitum insolentiam, in eandem revocabatur Provinciam &c.* Cap. 63, l. c. pergit: *In Gallias rediens*, (Imperator) *Trajectensium negotium, revocatis omnibus ad subjectionem Hermanni,*

manni, cum Imperii honore terminavit; *ac, ne aliquis inposterum ejus facti scrupulus haberetur, à Romana Sede ratihabitionem obtinuit &c.* Conf. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exerc. 3, §. 24, lit. B, p. m. 210; *Limnaus, Jur. Publ.* Lib. 2. cap. 9. §. 99. pag. 121.

FRIDERICO I; Quem laudatus *Otto* Frisingensis l. c. Lib. 2, Cap. 4, pag. 448, non obstante quod Patruus Ipsius, præfatus Imperator *Conradus III*, *Trajectensium* petulantiam jam castigaverit, nihilominus adhuc mulctam eis irrogasse docet, verb: *Trajectensium contumaciam, qua in Patruum suum, Conradum Regem, usi fuerant, ulturus, inferiores Rheni partes adiit, ipsisque pecuniaria pœna multatis, ac Hermanno Episcopo confirmato, ad superiora remeando, Sanctum Pascha Colonia Agrippina celebravit &c.* Ex *Radevico*, de Gestis ejusdem Imperatoris, Lib. I, cap. 23, pag. 491, discimus, Eum *Hadriani IV* P. R. Legatos non prius in gratiam recepisse, quam *ad nutum Ipsius, & per omnia, bene respondissent, Præsulemque Romanum in nullo Regia dignitati derogaturum, sed honorem ac Justitiam Imperii semper illibatam conservaturum, essent polliciti.* De controversia inter eos agitata vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1157, pag. 130 &c. & Tit. V, in vita *Friderici I*, an. eod. pag. 578.

FRIDERICO II &c. cujus literæ ad Gallos, de *Usurpatione Pontificis Romani Jurisdictionis Secularis*, de An. 1245, 22 Sept. *Cremonæ* scriptæ, apud *Goldastum* Tom. I *Constit. Imperial.* pag. 306, §. 3, inter alia hæc continent: *Item in eo*, (gravatos censemus Principes Orbis) *quod prædicti Summi Pontifices, in præjudicium Jurisdictionis & honoris Regum, & Principum prædictorum, ad petitionem Clericorum, seu Laicorum, cognitionem causarum de rebus temporalibus, possessionibus feodalibus, seu burgensalicis, in Ecclesiastico Foro tractandas recipiunt, & committunt &c.*

LUDOVICO BAVARO, qui, Constitutione notissima, de *Juribus Imperii*, occasione diffidii inter Ipsum, & *Benedictum* XII, P. R. anno 1338, promulgata, sub amittendorum Feudorum, Privilegiorum, Gratiarum, Jurisdictionum, omniumque ab Imperatore & Imperio dependentium, pœna, non *nisi Imperatoris Jurisdictionem in Imperii subditos agnoscendam* præcepit. Extat ea præc. Lib. I, Tit. V, in vita Ejus, p. 667.

SIGISMUNDO, qui Appellationi *Erici*, Lauenburgensium Ducis, in causa translati Saxoniæ Electoratus in *Fridericum*, Misniæ Marchionem, an. 1433, ad *Basileense Concilium* interpositæ, perægre tulit, scriptis ea propter, sub dato *Ulmæ, Feria quarta post Jacobi*, 1434, rursusque 28 Julii, An. eod. binis ad Concilium literis, causam ad suum Forum remitti petens, utpote cujus cognitio unice ad se, & Imperii Proceres, spectaret; Verba huc pertinentia habentur præced. Tit. 2, §. 62, lit. c; conf. *Chytraus, Chron. Saxon.* Lib. 7, pag. 696; *Conringius*, de *Republ.* Exercit. VI, de *Judiciis Reipublicæ Germanicæ*, §. 50, p. 265; *Limnæus* l. c. §. 100, p. 121; Ipse Dn. Auctor noster.

FRIDERICO III, qui, non minori animo, *Osnabrugenses* majori Banno Imperii oneravit, quod ab Ipsius sententia, (qua *Johannem*, Hojensium Comitem, ab eis captum, salvum & incolumem, *Juliacensium* Duci, aut Hassiæ Landgravio, tradi mandaverat, donec causa ejus rite examinaretur,) ad idem Concilium provocassent. Vid. *Erdmanni Chron. Osnabrug.* apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* pag. 256. Similiter, nullam declaravit, An. 1476, *Gebhardi*, Halberstadensium Præsulis, appellationem, ab Ipsius sententia, in favorem *Hedwigis*, Abbatissæ Quedlinburgensis, in causa Pagi *Ditfurt*, lata, ad *Sixtum IV*, P. R. directam, quod nulla Romanæ Curiæ de Germanorum Regalibus, Bonisque Ecclesiasticis, cognitio competeret, injungendo insuper ei, per Decretum 6 Nov. sub pœna privationis omnium Regalium & Privilegiorum, intra quindecim dies, ab insinuatione computandos, à cœptis desistere. Vid. Scriptum, cui tit. *In Sachen Braunschweig, contra Hildesheim, Remissionis außführliche Relation und Bericht*, pag. 359; *Conring* l. c. §. 73, pag. 291; Dn. *Schweder Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. I, Cap. XI, §. 5, pag. 410; Dn. *Ockel*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. 4, §. 38, pag. 224. Nec aliam Imperii Statuum tunc fuisse mentem, documento sunt eorum *Gravamina* de An. 1442, apud *Goldastum*, Part. 23 *Politicorum Imperialium*, pag. 1038, quorum *decimum* sic sonat: *Causæ, quæ in Germania, in qua & docti & justi Judices sunt, terminari poterant, ad Tribunalia Romana indistincte trahuntur; quod S. Bernardus, ad Eugenium Papam scribens, valde reprobare videtur &c.* Ut & Epistola *Martini Meyr*, Cancellarii Moguntini, qua, sub dato *Haschaffenburg*, prid. Kal. Sept. An. 1457, *Æneæ Sylvio*, recens creato Cardinali, de purpura gratulabatur, apud eundem l. c. pag. 1039, ubi: *Causæ, quæ tractandæ terminandæque in his partibus fuerant, ad Apostolicum tribunal indistincte trahuntur.*

MAXIMILIANO I, cujus Edictum, *wieder des Pabsts angemaßte* Jurisdiction *im Reich Goldastus*, T. I *der Reichs-Satzungen*, pag. 179 subministrat. Conf. Ejusdem Rescriptum, de An. 1505, ad *Philippum*, Filium, Castellæ Regem, qua Austriæ Archiducem;

ducem; *Jacobum* Trevirensem & *Hermannum* Coloniensem Electores; *Richardum*, Lotharingiæ Ducem; *Alexandrum* & *Johannem* Badensium Marchiones; *Wilhelmum*, Hassiæ Landgravium &c. contra Actionem Præpositi, Decani & Capituli Trevirensis, adversus *Philippum*, *Virneberga* Comitem, coram *JulioII*, P. R. institutam, editum, quo gravis Actoribus dictata pœna, apud eundem, Tom. 3 *Constit. Imper.* pag. 659; inde huc faciunt: *Quoniam ergo Nobis, ut Romanorum Imperatori, convenit providere, ne Nostræ & Sacri Imperii Jurisdictioni & Superioritati, per spontaneam Actionem, in locis & Judiciis incompetentibus institutam, fraus fiat, & ipsum etiam sæpe dictum Præpositum, Decanum & Capitulum Ecclesiæ Trevirensis, propter eorum contemptum, inobedientiam & contumaciam, punire decreverimus; ideo mandamus, ex plenitudine Romanæ Cæsareæ Majestatis, & potestate Imperiali, vobis omnibus ac singulis, sub comminatione Nostræ & Sacri Romani Imperii indignationis, & pœnæ gravissimæ, insuper privationis omnium Regalium, Feudorum, Gratiarum, Privilegiorum & libertatum, quæ à Nobis & Sacro Imperio habetis, & mulcta centum marcarum auri puri, Cameræ Nostræ irremissibiliter persolvendarum, severiter, ac volumus, ut omnes ac singuli, simulacque hoc Nostro Mandato, aut ejus debita copia, requisiti fueritis, sæpe dicti Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ Trevirensis, proventus, reditus, census, decimas, curtes, prædia & Jurisdictionalia, ubicunque in Vestris, aut aliis ditionibus, possident, & vos ea consequi poteritis, arrestetis, & sisti curetis, vel ipsi detineatis, &, pro eorum æquis expensis, custodiatis, aut custodiri Nostro Nomine jubeatis, neque exinde, sive multum, sive parum, illis exhiberi aut repræsentari sinatis, usque dum à temerario & contumaci proposito destiterint, Mandatis ac jussis Nostris obedienter pareant, & super nominatum Comitem Virnenbergæ, coram Nostro & Sacri Imperii Camerali Judicio, ut ordinario & legitimo ejus Judicio, si causam & Actionem suam cedere nolint, conveniant, & simul expensas atque sumptus, quos dictus Comes, propter injustos eorum processus, facere coactus fuit, juxta Nostram & Cameræ Nostræ cognitionem, refundant &c.* Meminit ejus *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pac.* Part. 2, Discurs. 2, §. 19, pag. 229, ut & *Schilterus*, de *Libertate Ecclesiarum German.* Lib. VII, Cap. I, §. 1, pag. 820. Valde quidem exprobrat *Goldasto* Jesuita, *Jacobus Gretserus*, in *Rejectione insipientiæ & falsimoniæ Goldastinæ*, *in Tertio Tomo Constitutionum Imperialium*, Syntagmati *Gerhohi*, *Reicherspergensis* in Bavaria Præpositi, de *Henricis* IV & V Imperatoribus, & *Gregorio VII*, nonnullisque consequentibus Romanis Pontificibus, annexa, Cap. VI, pag. m. 126, quod dicto Rescripto titulum præfixerit *Edicti, contra Bannum Papale, & ut distringantur Sacerdotes, qui Homines Imperii ad Judicium Pontificis Romani evocare auderent*, prætendens, simplicem fuisse epistolam ad quosdam Imperii Status, qua Cæsar saltem declaraverit, Trevirensium Actionem sibi displicuisse, quod negotium istud commodius in Germania, quam in Italia, judicari potuisset, nequaquam vero, ac si nulla causa Romam perferri posset; inanis autem hæc sugillatio; (1) quod *Goldastus* nunquam asseruerit, *nullam causam perferri Romam licere*, cum & vulgo notum sit, causas Romano-Catholicorum, mere spirituales, ad istud Forum omnino pertinere; bene vero, quod causæ, Jurisdictiones Clericorum in Imperio, eorumve Gratias, Privilegia, Honores, Bona, Possessiones, Jura & Regalia, &c. quæ litigantes ab Imperatore & Imperio recognoscunt, concernentes, non nisi in summis Imperii Dicasteriis, nequaquam coram Pontifice Romano, ventilari, examinari, & decidi queant; (2) Reverendus Pater nunquam probaverit, Cæsarem Trevirensi Capitulo non alio animo fuisse iratum, quam quod *Virnenbergicum* negotium Romam detulerit, commodius in Germania terminandum; sermo sane non fuit de commodiori via, qua controversia ista in Germaniæ Judiciis ad finem perduci potuisset; sed, de Jurisdictione Imperii, per ejusmodi Actiones, *in locis & Judiciis incompetentibus* institutas, non violanda. Ut adeo figmentum *Gretserianum* penitus corruat. Quam adversa etiam suppositio hæc Germanorum Genio, Imperiique Legibus, sit, docet R.J. *Augustanus* de An. 1500, Tit. 30: *Nachdem auch hiebevor in gehaltenen Reichs-Tagen, von etlichen weltlichen Standen, der geistlichen Gericht halben, Ordnung* (Dn. Dattus, Vol. Rer. German. lib. 3, Cap. XV, §. 6, p. 640, rectius legit: *Ahndung*) *geschehen ist, sollen sich die Geistliche und Weltliche, so deß mit- oder gegen einander vermeinen zu thun zu haben, unterstehen, mit einander gütlich zu vertragen: möchten sie sich aber gütlich nicht vereinigen, so soll Unser verordnet Reichs-Regiment* (ergo, non Papa) *auf einiges Theil Klag, oder Anruffen, nach Ziemlichkeit zu handeln, fürnehmen &c.* Imo, paucis annis post, scil. 1512, 20 Febr. in causa *Appellationis*, à *Camera* ad Pontificem, Cameram rigide in Appellantes animadvertisse, ex *Raphaëlis Seileri decisionibus Cameralibus*, Tit. *Appellare quibus, & a quibus, liceat?* (ubi hoc Senatus Consultum: *daß den Beklagten ihre* Appellation *von einem Urtheil, am Kammer-Gericht gesprochen, an Päbstliche Heiligkeit gethan, demselben Kammer-Gericht* insinuiret, *alsso zur Schmach, Veracht- und Verletzung*

letzung Kayserl. Majest. Hoheit, und zu Abbruch derselben Majest. und des H. Reichs oberster Jurisdiction, *fürgenommen, keines wegs geziembt, sie auch derhalben die* Peen *der Rechten, und andere merckliche Buss und Straf verwirckt haben, darein wir sie gefallen zu seyn erklären, und solche* Peen *auf Hundert Marck lötiges Golds, in den Kayserlichen und Reichs* Fiscum *zu bezahlen, massigen &c.)* annotarunt *Reinking*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. I, Class. 2, Cap. 4, §. 10, p. 183; *Limnæus* l. c. §. 102, p. 121 & 122. Recessui insuper *Trevirensi* & *Coloniensi*, ejusdem anni, insertum fuit, Part. I, §. 2: *Ob jemands, wer der, oder die waren, so Uns, als Römischen Kayser, das H. Reich, oder die Glieder desselben, die demselben anhangig und gehorsam sind, von wegen des H. Reichs, an Ihren Ehren, Freyheiten, Recht und Gerechtigkeiten, beschadigen, vergewaltigen, verdrücken, Theilung im H. Reich machen, oder, ihnen zum Vortheil, sie dem H. Reich entziehen und abbrechen wolten, wieder die, ihre Helffer und Anhanger, sollen und wollen Wir einander getreulich verholffen und berathen seyn &c.* & Part. 2, §. 22: *Nachdem Graffen und Herren sich, auf diesem Reichstag, beschwart haben.--- der geistlichen Gericht, und anders, als soll, auf nechstkünfftigen Reichstag davon, der Billigkeit nach, gehandelt werden &c.*

CAROLO V, in Cujus *Ordinatione Camerali Wormatiensi* de An. 1521, Tit. XXX, cautum legimus: *Ferner ist auch betrachtet, dass alle des Reichs Verwandten bey ordentlichen Innlandischen Rechten --- gelassen --- und mit allen Obrigkeiten verschafft würde, dass die Missbrauche an beyden, geistlichen und weltlichen Gerichten, abgestellt, die beyderseits formlich und ordentlich gehalten, je eins das ander bey seinem gebührlichen Process und Lauff, ohn Eintrag und Verhinderung, liess, allerhand Unrath, Wiederwill und Unwesens, so daraus erwachsen, fürzukommen &c.* Memorabile non minus est Privilegium, quod eod. an. 27 Jul. *Leodiensibus* concessit, apud *Fabrum*, Tom. IV *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, Fascic. 2, pag. 681, ubi: *Quoniam gladium temporalis Jurisdictionis, Nobis ab Altissimo creditum, suscepimus, tenemurque ex debito illum, & Sacri Imperii jura, conservare, abusus & usurpationes reprimere; cum itaque acceperimus, Jurisdictionem Nostram temporalem & ordinariam, per Patriam & Dominia Ecclesiæ Leodiensis, multifariam turbari, & quasi ex integro confundi, multitudine Conservatoriarum, Exemptionum, Bullarum & Rescriptorum, pro singulis passim Civitatibus, Oppidis, Villis, Collegiis, Monasteriis & Conventibus, ac particularibus etiam personis, emanantium, quorum vigore, Conservatores, & Executores, in illis deputati, inter personas Laicas, in causis mere prophanis, realibus, feudalibus, ac alias ad Forum Nostrum seculare pertinentibus, cognoscere, & Jurisdictionem exercere, Justitiis & Judicibus Secularicus, ac Ordinariis dictæ Patriæ passim inhibere, & quoslibet Reos ad Forum extraordinarium evocare, aliasque falcem spiritualem in messem Jurisdictionis Nostræ secularis immittere, fimbriasque suæ Jurisdictionis ultra terminos præfinitos extendere. Nos igitur, cupientes Jurisdictionem & Statum secularem, Nostro Gubernio, tuitioni & protectioni Imperiali à Deo commissum, in sua custodire integritate, atque abusibus, inconvenientiis, & admodum periculosæ consequentiæ, obviam ire &c.* De qua usurpatione, & abusibus, conquestos etiam in *Comitiis Norimbergensibus* An. 1523, Imperii Status, produnt *Centum* proposita ab iis *Gravamina*, apud *Schilterum* l. c. lib. VII, Cap. 2, quorum *Nonum*, p. 865, ita sonat: *Quum nedum Juris ratio, sed & rei ipsa series postulet, ut distincti sint Jurisdictionum limites, &, ut quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterumque in exercenda Jurisdictione non disturbet; minime tamen Pontifices Romani, pro tempore existentes, æquitatem hanc communem consideraront, sed, neglecta hac, ad petitionem personarum Ecclesiasticarum, Laicos, non raro, in causis etiam profanis, puta Hereditatum aut pignorum; & prima quidem instantia, coram se Romam citari, ac in Jus vocari fecerunt; quæ res, nedum ita, ut prædictum est, in Jus vocatis, sed & totius Romani Imperii Ordinibus, cedit in jacturam, perniciem, contemptum, ac Jurisdictionis dehonestationem diminutionemque*, & decimum, p. 866, ita: *Quum Romæ, quispiam etiam Laicus, interposito juramento, asserit, se non sperare Justitiam apud Judicem Competentem, in Germania, assequi posse; protinus ad tale juramentum admittitur, ac Citatio ei, contra Partem adversam, decernitur; sicque Processus, à Judice Ordinario, ex Germania, Romam, nec Judice interpellato, nec Parte adversa monita, protrahitur; inde, juramenti prætextu, nec Fori declinatio, nec ulla admittitur probatio, etiamsi plane doceri posset, Actorem illum pejerasse. Quæ res si altius radices ageret, nec principiis resisteretur, omnes tandem causæ ad Romanæ Curiæ tribunal devolverentur, Ordinariique Universi sua privarentur Jurisdictione &c.* Conf. *des H. R. Reichs Stande Beschwärden, so Sie gegen den*

Stuhl

Stuhl zu Rohm, und den gantzen Geistlichen Stand, haben, apud Goldastum, Tom. 2 *der Reichs-Satzungen*, fol. 197, & in *Rescriptis Imperialib.* fol. 60, Cap. V, VI, XXVII, XL, ad XLIV, XLVII, XLVIII, LII, LIII, LIV &c. Cui malo, ut aliquatenus obex poneretur, promulgavit laudatus Cæsar, sub dato *Bruxellis*, 3 Oct. 1548, generale Mandatum, præcipiens: *ut omnes Imperio subjecti, Ejusdem Superioritatem, Jurisdictionem, Feuda & Jura conservarent, neque se, neque suos Vasallos & Subditos, ad externa & foranea Tribunalia, in jus vocari, trahive finerent, neque citati comparerent, &, si quid à quopiam extraneo Principe, vel quovis alio, attentari contigerit, ei, pro virili, resisterent, atque suam Cæsaream Majestatem, & Fiscalem Judicii Cameræ, citra ullam cunctationem, certiorem redderent, quo, in omnem casum, de congruo remedio possit provideri &c.* Vid. *Faber* l. c. p. 681; Firmius robur ut hæc consequerentur, decretum fuit, Part. 2 *Ordinationis Cameralis*, de An. 1555, Tit. VII, sine exceptione, causas *Fürstenthumb, Hertzogthumb, Graffschafft &c. belangend, so vom Reich zu Leben rühren, und einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen*, extra Imperium non trahendas, sed à Cæsare judicandas; & Part. 3, Tit. 51, nullam penitus Appellationem à *Sententiis Cameralibus* (multo minus apud Pontificem interpositam) valituram. Qua saluberrima Lege, cataractâ veluti dejectâ, aditus ad Papale molendinum, una vice omnes claudebantur.

FERDINANDO III; quo Auctore, fortiora repullulanti nihilominus malo adhibita remedia, Art. 164 R. J. *Ratisb.* An. 1654, teste, quo omnis recursus *in temporalibus*, ab Archi- & Episcoporum *Trevirensis, Coloniensis, Leodiensis* & *Monasteriensis, Officialibus*, nomine Principum suorum, jurisdictionem pariter Ecclesiasticam, atque secularem, seu civilem, (diverso licet respectu, *illam*, veluti à Papa, *hancque* ab Imperatore, promanantes, adeoque toto cœlo inter se distinctas, nec, ut *Johanni* à *Chockier*, in *vindiciis libertatis Ecclesiasticæ*, An. 1630, & *Josepho Sacripante*, in *defensione Jurisdictionis Ecclesiasticæ*, An. 1688, Jurisdictionem Officialis Leodiensis, in causis etiam profanis, pro *ecclesiastica*, ex consideratione scil. personæ judicantis, quæ Ecclesiastica est, habendam existimantibus, videtur, invicem confundendas) exercentibus, ad Rotam Romanam, interdictus: *Als sich dan auch die Stände zum höchsten beschwäret, daß in den Ertz- und Stifften Cölln, Lüttich und Münster, wie auch andern Orten des Reichs, allerhand Mißbräuche, wegen Vornehmung der Appellationen und Recursen, von den Officialibus ad Pontificem, und die Nuncios, entstehen, indeme man sich derselben, fast von allen Urtheilen, ohne Unterscheid, es betreffe gleich Civil- oder Profan-Sachen, bedient, die* Jurisdictiones, *wieder die Ordnung, confundirt, die Civil-Sachen, ausserhalb des Reichs, zu frembden Gerichten gezogen, und die Partheyen, mit Verspielung vieler Zeit und Unkosten, ümbgetrieben werden, daher erfolget, daß nicht allein viel* Mandat-Procefs de cassando *entspringen, sondern die* Nuncii *vielmahln, durch gegen-*Mandata-Cassatoria, *den Partheyen die Cammer-Gerichtliche Verbot aufzuheben, bey starcker Geld-Pœn, oder Geistlicher* Censur, *anzubefehlen pflegen ---- So wollen Wir --- an den Päbstlichen Stuhl zu Rohm hierinn die Nothdurfft dahin beweglich gelangen lassen, damit den* Nunciis *dergleichen ohnzulässiges Verfahren im Reich, und über dessen Glieder und Unterthanen, mit Ernst verbotten, und fürters nicht mehr gestattet, und, da dargegen ichtwas attentirt, oder gehandelt würde, solches keine Krafft haben, sondern wiederumb cassirt, aufgehaben, auch, ins gemein, die Evocationes vor frembde Gericht, und ausserhalb des Reichs (wie sie dan ohne das bey Unserm Reichs-Hoff-Rath, und Kammer-Gericht, nit geachtet) keines wegs zugelassen ---- seyn sollen &c.*

LEOPOLDO, Qui in Capitulatione, 1658 Ipsi præscripta, Art. XVII, promittere tenebatur: *Gleicher Gestalt, wollen Wir auch etlicher Orten eingerissene Mißbräuche, dadurch die Causæ Civiles, von ihrem ordentlichen Gericht ab- und ausser dasselb, ad Nuncios Apostolicos, oder wohl gar ad Curiam Romanam, gezogen worden, abschaffen, vernichten, und ernstlich verbiethen, auch Unsern Kayserlichen Fiscaln, so wohl bey Unserm Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath, als Kammer-Gerichte, anzubefehlen, wieder diejenige, so wohl Partheyen, als Advocaten, Procuratoren und Notarien, die sich hinfüro dergleichen anmaßen, und darinn einiger Gestalt gebrauchen lassen würden, mit behöriger Anklag, von Ampts wegen, zu verfahren, damit die Ubertretter den næchsten gebührend angesehen, und bestrafft werden mægen &c.* (quæ in Capitulationibus *Josephi*, Art. XVIII, & *Carolinæ* An. XIV, adhuc magis extensa, occurrunt;) vigore hujus Legis, edidit *Camera Spirensis* An. 1677. Mandatum ad Sereniss. *Maximilianum Henricum* Electorem, Decanum & Capitulum, Officialem, & Senatum *Colonienses, de conservandis Juri-*

Quo tempore Regale hoc cum Imperii Statibus communicari cœperit, certo definiri nequit. Id verum eſt, Clericis, antiquiſſimis jam temporibus, illud fuiſſe, conceſſum; ob rationem à *Vadiana* modo allatam, ad quam & *Schilterus*, in Commentario ad cit. Cap. 42 *Juris Feudalis Alamannici*, §. 9, pag. 243 & 244, provocat; non quidem omnibus, ſed quibusdam; nec liberum atque plenum, ſed ad certas ſpecies limitatum. Bene *Daniel Heiderus*, Lindavienſis Syndicus, *in dem Bericht, von den Reichs-Vogtheyen*, Diſcurſ. I, p. 11: *Obwoln ---- endlich den Biſchöffen, und vielen mæchtigen Prælaten, durch Erlangung gantzer Hertzogthümer, Graff- und Herrſchafften, oder, durch Erhebung in Fürſtlichen Stand, eine völlige* Adminiſtration, *und alle Obrigkeit, eingeræumet worden iſt; ſo ſeynd doch darümben die Caſten-Vogtheyen Ibnen nicht allerdings damit abgenommen, weniger die ---- Kayſerliche Güther*, Regalia, *als: Zœll, Müntz, und andere Cammer-Gefæll, in Ihren Gebieten eingeræumet, und überlaſſen, ſondern dem H. Röm. Reich noch eine ebene Zeit vorbehalten, und eingeheimbſet; biß ſolche Caſten-Vogtheyen endlichen von den Stifft- und Clöſtern gar, wie auch zum guten Theil die reſtirende Kayſerliche Güther*, Regalia *und Gefælle, auß- und abgebethen, auch erkaufft und in andere Weg erhandelt worden &c.* & pag. 74, lit. ccc; *Quamvis argenti ſignandi facultas Epiſcopis aliquot, nec non Collegiis & Monaſteriis Germaniæ, mature conceſſa eſt ---- attamen jus iſtud monetæ cudendæ non fuit liberum atque plenum, ſed ad pantigos tantum (auf den Pfennig-Stempffel, oder Stampff) reſtrictum &c.* Conf. *Stumpffius* Lib. VI, Cap. 14: *Hie achtend etlich, daß dieſer* Carolus *der Feiſt*, (Craſſus) *in Zeiten ſeines Kayſerthumbs, der Statt Zurych habe geben die Freyheit zu müntzen; welche Freyheit man vor Zyten pflägt allein den allernahmhaffteſten und verrümpteſten Statten ze geben. Soliche Freyheit zu müntzen hat Er auch der Apptiſſin geben, doch allein den Pfenning-Stempffel &c.* *Knipſchildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. V, c. 3, §. 19, pag. m. 1052; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 106, pag. m. 101. Exiſtimat Dn. *Tentzel*, in *Vindiciis Cenſuræ Conringianæ Diplomatis Ludoviciani Lindavienſis*, Cap. XIV, §. 1, pag. 312, ante *Carolum Craſſum* vix Cœnobium Germaniæ reperiri, jure hoc præditum, *Ludovici Pii* (ajens) *temporibus, nullum adhuc Monaſterium in Alemannia ejusmodi privilegio gaudebat, ſed à Carolo demum Craſſo accepit &c.* Ampliſſima Facultas Juridica *Tubingenſis*, in Reſponſo de An. 1697, 6 Mart. ſuper valore ejusdem Diplomatis, dato, quod Dn. *Tentzelius*, citatis vindiciis ſuis annexuit, Quæſt. 2, §. 15, pag. m. 142, ait: *Denn daß Wir, mit Vorbeygehung anderer* inconvenienten *Dinge, nur dieſes gedencken, ſo iſt keinem Grafen, Kirchen, oder Cloſter, vor* Carolo Simplice, *in Franckreich; und, vor* Henrico Aucupe, *in Teutſchland, das Müntz-Recht vergönnet worden &c.* Quod reſponſum *Facultas Juridica Gieſſenſis*, d. 10 April, 1700, (teſte *Tentzelio* l. c. pag. 155.) per omnia approbavit. Ecce, quid de hac re doctiſſimus *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, Lib. 3, Cap. I, §. 6, pag. m. 220; memor Regularum quarundam cognoſcendi genuina Diplomata, à Viro docto quodam, ipſi haud noto, propoſitarum: *Una eſt: Omnia Diplomata, quibus in jus proprium alicui, Ducatus, aut Comitatus, conferatur ante Carolum Simplicem, in Gallia, & Henricum Aucupem, in Germania, falſa eſſe, uti & ea, quæ Eccleſiis Monaſteriisve jus cudendæ monetæ, ante id tempus, concedunt. Hæc regula, ut vera ſit, quantum ad Ducatus & Comitatus; mihi falſa videtur, ſecundum alteram partem, de tempore conceſſi juris cudendæ monetæ; nam in Actis translationis S. Sebaſtiani, quæ ab Odilone Monacho ſcripta ſunt, Carolo Simplice regnante, legimus: Ludovicum Pium Cœnobio S. Medardi Monetam publicam, cum incudibus, & trapezetam, perpetuo famulatu ſacris ipſius deſervituram, ſubdidiſſe. Quidni Diploma hac de re à Ludovico Pio confici potuit, ut ab Odone Rege, in gratiam Trenorchienſium confectum legitur, in Hiſtoria Trenorchienſi; Quid? quod Carolus Simplex Waloni, Æduenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Monetam ejusdem Urbis, dudum ab eadem Eccleſia, pravitate quorundam, indebite alienatam, ſua innovatione redintegrat, & reſtituendo reſtaurat, ut teſtatur Diploma in Hiſtoria Familiæ Vergiacenſis* (verſ. 7, pag. 22) *relatum. Sed illud in primis rem conficit, quod Ludovicus Pius Aldrico, Cenomannenſi Epiſcopo, reſtituit idem privilegium, à Genitore Ejus, Carolo, &* Pippino, *avo, aliisque, antea conceſſum.*

cessum. Precepti hujus exemplar, extat in Actis ipsius Aldrici, quæ nuper publici juris fecit Eruditus Baluzius, Tom. 3 Miscellan. pag. 100. Ludovici verba hæc sunt: Notum fieri volumus cunctis Fidelibus, ---- quia Vir Venerabilis, Cenomanicæ Urbis Episcopus, Aldricus nomine, nobis innotuit, eo quod Antecessores sui, Merolus scilicet & Gauziolenus, atque Prædecessores eorum, in prædicta Urbe, Monetam publicam, per præcepta bonæ memoriæ Domini & Genitoris Nostri, Karoli, & Pippini, Avi Nostri, sive Theoderici Regis, atque Anteriorum Regum, plena eorum auctoritate concessam, prædictam monetam habuissent &c. Theoderici Regis hac de re exemplum refert Corvaiserius, nescio an usque quaque sincerum. At Ludovici hac de re Diploma omni exceptione majus est, probatque monetæ cudendæ morem Carolo Simplice antiquiorem esse, contra quam nonnulli opinantur, adducti forsan Capitularium Auctoritate Caroli Magni, (apud Sirmundum, ad Capitul. Caroli Calvi, pag. 71) *& Caroli Calvi* (Cap. 12 Edicti Pistensis) *quæ hoc jus ad Palatium, certasque Civitates, redigunt. Sed hæc Ecclesiarum Privilegiis non præjudicant &c.* Hinc sua Hyperaspistes sæpefati Lindaviensis Diplomatis, Cap. XIV, §. I, pag. 311. Francorum Reges, *Merovingicæ* stirpis *monetandi jus* omnino Ecclesiis contulisse, sine hæsitatione asserit *Stephanus*, Leodiensis Abbas, in vita *S. Modaldi*, Trevirorum Antistitis, Cap. XIV, apud *Surium*, d. 12 Maji, pag. m. 168 & 169, verbis præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1123, jam extantibus. Dn. *Joh. Nicol. Hertius*, in Dissert. *de Origine & Progressu specialium Romano-Germanici Rerumpublicarum*, An. 1701, Giessæ defensa, §. V, pag. 15, inquit: *Carolus Magnus, nonnulla Jura Imperii, quæ Regalia vocamus hodie, Episcopis quibusdam concessit, ut cudendi nummos; quod laudatus Mabillon, Lib. 3, de Re-Diplomatica, c. 1, §. 6. exemplo Cenomanensis Episcopi, probavit &c.* Audiamus adhuc Dn. *Reinhardum Wegelinum*, J. U. L. in *Prærogativa Antiquitatis S. R. I. Liberæ Civitatis Lindaviensis, præ Ill. ad D. Virginis Cœnobio, contra Vindicationis Maximiliani Rassleri argumenta*, An. 1713, Sect. 3, §. 45, pag. 330: *Equidem vix negari posse confiteor, secus ac Olearius,* (*in Isagoge ad Nummophylacium Bracteatum, cap. 4*) *Sperlingius,* (*in Ep. De Nummor. Bracteat. & eav. origine & progressu,*) *Dn. Ludwig* (*in der Einleitung zu dem Teutschen Müntz-Wesen, cap. 7, 8.*) *aliique existimant, jam ante Ottonum tempora, etiam in Germania, jus monetandi, uni alterive Ecclesiæ specialiter concessum esse, licet rarissime nec nisi ultimis Carolingorum temporibus &c.* Quæ mihi de hac re cognita, ita se habent, ut jus hoc, pedetentim à Francorum, Germaniæque Regibus & Imperatoribus, Reipublicæ Proceribus, utriusque, tam sacri quam secularis Ordinis, concessum fuisse, inde appareat.

Florens, sub THEODEBERTO, ejusque ex Fratre Nepote, SIGEBERTO, Austrasiorum Regibus, Sec. VII, *Cunzo*, Alamanniæ Dux, monetam, ab Eo *Cuntzen-Pfenning* vel adhuc nominatam, fabricasse legitur; vid. *Chronicon Constantiense*, apud *Pistorium*, in Vita *Johannis I*, Episcopi, pag. 629, verbis præced. Lib. I, Tit. XVI, in Catalogo *Ducum Alamanniæ*, v. 8, pag. 293, occurrentibus.

De Civitate *Spirensi*, inquit *Lehmannus*, lib. 3. *Chron. Spir.* Cap. 12, pag. 220: *Die Statt Speyr insonderheit belangend: befindet sich, daß dieselbe allbereit zu Königs* DAGOBERTI *Zeiten, sonderbahre Freyheit zu müntzen gehabt, sich auch derer gebraucht, und die alhier gemüntzte Sorten im gantzen Gau, gäng und geb gewesen &c.* Diploma tamen, de An. 624, quo id probat, sublestæ esse fidei, docuerunt alii.

Sub CHILDEBERTO III, formasse *S. Hubertum, Leodiensem*, Episcopum, *monetam imaginis suæ impressione*, præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, pag. 1203, monui.

THEODORICUM IV, Galliæ Regem, eodem Jure Donasse, Sec. VIII, *Aiglibertum*, *Cenomannorum* Præsulem, modo adducta testantur verba *Mabillonii*. Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1121.

De CAROLO MAGNO inquit *Caspar Bruschius*, in *Chronologia Monasteriorum Germaniæ*, voc. *Campidona*, in vita *Andegarii*, primi Abbatis, p. m. 102: *Imperator Carolus eidem Abbati, Andegario, ad Principis dignitatem evecto, monetæ etiam cudendæ potestatem dedit &c.* Conf. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. 11, §. 68, fol. 520; vide tamen *Danielis Heideri* Tract. *von den Reichs-Vogtheyen*, lit. c c c Fundamentorum discursus, pag. m. 74, qui, horum memor, subjicit: *Quibus contradicere videtur Cæsar, Chron. Augustani, part. 2, Cap. 2, fol. 22, istud privilegii Landfrydo, Octavo Abbati, anno demum 877, à Ludovico, Bojoariæ Rege, collatum esse affirmans &c.* cui etiam sententiæ inhærere videtur *Bucelinus*, in *Chronologia Constantiensi*, ad An. 892, notante *Tentzelio* l. c. pag. 313. Conf. Dn. *Henricus* de *Bünau*, Dissert. de *Jure circa rem monetariam in Ger-*

Germaniæ, §. 30, pag. 47. Minimum chartam integræ fidei, hanc in rem scriptam, hactenus nondum vidi. Tutius autem id asseritur de *Cenomanica* Ecclesia, vel ipso *Ludovico Pio* teste, in Diplomate, sub dato *Carisiaci*, Anno Imperii XXIII, Indict. XIV, proinde An. 836, *Aldrico*, Cenomanicæ Urbis Episcopo, tradito, apud *Baluzium*, Tom. 3. *Miscellaneorum*, pag. m. 100; verbis huc facientibus præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1121, productis. Ex Laicis, *Grimoaldum*, *Beneventanorum* Ducem, à *Carolo Magno*, idem jus nactum, auctoritate *Erchemperti*, Cassinensis Monachi, in *Epitom. Historiæ, de Gestis Principum Beneventanorum*, ad An. 788, pag. 22. docet Dn. de *Bünau* l. c. §. 36, pag. 53.

LUDOVICI PII diploma, modo laudatum, de *Moneta*, *Cenomanicæ* Ecclesiæ datum, esse genuinum, fatentur omnes.

Ejusdem gratia, idem jus consecutum *Corbejense* Cœnobium, Anno Imperii Ejus XX, Indict. XI, proinde, An. 833. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c.

A LUDOVICO *Germanico*, sub dato *Aquisgrani*, 2 Id. Jun. Regni Ejus XXXVI (rectius XXXIV,) Indict. VI, adeoque An. 873, idem Regale nacta est *Ecclesia Argentoratensis*, teste diplomate apud *Mabillon*, in *Appendice Supplementi* Operis de *Re Diplomatica*, pag. m. 97. ubi: *Concessimus quoque Venerabili Episcopo Ratoldo, vel Successoribus Ejus, Rectoribus scil. jam dictæ Ecclesiæ, ut, in quacunque placuerit Villa Episcopii sui, Monetam statuat, quatinus, pro mercedis Nostræ augmento, utilitati ipsius Ecclesiæ deserviat &c.*

CAROLUS *Calvus* idem Privilegium impertivit *Divionensi Ecclesiæ*, in Burgundia, An. 874, teste Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 4, §. 119, voc. *Pontiliacum*, pag. 318: *Pontiliacæ Regiæ meminit unicum Caroli Calvi Diploma, in Monumentis Burgundicis relatum à Perardo, pag. 48, quo Isaac, Lingonensis Episcopus, Ecclesiis S. Michaëlis & S. Stephani apud Divionem, Monetæ jus, quam antea habere non consueverant, obtinuit. Chartam Audacer Notarius, ad vicem Gausleni, recognovit, & subscripsit. Data 12 Kal. Septembr. Indict. 2.* (rectius 7.) *An. XXXIV, Regnante Carolo, Gloriosissimo Rege. Actum Pontiliaco, Palatio Regio.*

CAROLO *Crasso* idem jus acceptum ferre Abbatissas *S. Felicis*, & *S. Regulæ*, *Tiguri*, auctor est *Guillimannus*, lib. 3. *Rerum Helveticarum*, Cap. V, pag. m. 152: *Carolus Crassus* (ajens) *Imperator, Ludovici supradicti Filius, rogatu Bertæ, Sororis, quæ Hildegardi* (in dicta Abbatia) *successerat, primus cudendæ Monetæ licentiam, quæ non nisi locis antiquis, & singulari Privilegio, permittebatur, indulsisse fertur &c.* Conf. *Gabriel Bucelinus*, l. c. pag. 160: *Anno Christi 885, Carolus Imp. Berthæ Sorori, Abbatissæ SS. Felicis & Regulæ, Tiguri, potestatem cudendæ Monetæ concedit &c.* nec non *Vadianus*, de *Collegiis* & *Monasteriis Germaniæ*, sub finem Libri I, pag. m. 29, & *Stumpfius*, lib. VI, Cap. XIV, verbis utriusque modo prolatis; quibus simul patet, Civitatem *Tigurinam* ipsam, ab eodem Principe Privilegium hoc obtinuisse; *Conringius*, in *Censura Diplomatis Lindaviensis Ludoviciani*, Cap. XVI, pag. m. 298 & 299; *Tentzelius*, in *Vindiciis* hujus Censuræ, Cap. XIV, §. 1, pag. 312 & 313; quamvis *Bruschius* l. c. Tit: *Dominarum Monasterium*, p. m. 141, illud demum *Giselæ*, Abbatissarum tertiæ, datum perhibeat, inquiens: *D. Gisela successit Dn. Berthæ. Consequuta est jus cudendæ Monetæ, à Carolo Crasso Imperatore.* Add. *Crusius*, *Annal. Suev.* Part. 2, lib. 2, c. 7. p. 45; *Heiderus* l. c. Dn. de *Bünau* l. c. §. 32, p. 50 &c.

LUDOVICI IV. liberalitatem *Corbejensibus* Monachis, in Villa *Horohusun*, An. 900, hoc titulo exhibitam, celebrat charta, cujus præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, memini.

Idem, in Charta, sub dato 13 Kal. Octobr. An. 902, *Ratbodo*, *Trevirensium* Archi-Episcopo, scripta, apud Dn. *Lunigium*, Part. I. *Spicilegii Ecclesiastici*, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Trier*, §. 9, pag. 196, ait: *Omnium --- comperiat agnitio, quod Conrardus & Geberardus, Illustres Comites, Nostræ Mansuetudini suggesserint --- ut Trevericæ Civitatis Monetam, Telonium, censuales, tributum atque medenam agrorum, cum Fiscalibus omnibus, quæ quondam, tempore Weomadi, obstricta, & in Comitatum conversa noscuntur, eidem Episcopo Nostræ Majestatis authoritas restitueret; quorum petitionem justam, nostraque saluti proficuam esse censentes --- pro dilectione Ratbodi, memoratæ Civitatis Venerabilis Episcopi, per consensum Wigerici Comitis ---- universa supra scripta, Monetam scil. ipsius Civitatis, Telonium, omneque tributum, intra Civitatem & extra, per omnem Comitatum, de Monasteriis, & Villis, & Vineis, sed & cunctos censuales, atque fiscales, & medenam agrorum, de Comitatu, ad Episcopatum, cum omni integritate, convertimus, &, de Nostro Jure, ad partem & potestatem S. Petri reddidimus, ejusque Dominio ---- perpetua stabilitate, firmiter nuncupavimus &c.*

Idem,

Idem, in diplomate, quo ſub dato *Aquisgrani*, 5 Cal. Febr. An. 908, donationes quasdam & Privilegia Eccleſiæ *Leodienſis* confirmat, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 9, pag. 485, inquit: *Noſtræ confirmationis Præceptum fieri juſſimus, per quod Laubacenſem Abbatiam, à Dn. Patre Noſtro, Arnulpho, Rege Glorioſiſſimo, datam. in Pago ac in Comitatu Huinuenſi ſitam, cujus ad præſens Comes videtur adeſſe Sigahardus, ac Fiſcum, nomine Tectis, à Rege Suendipoldho, Fratre Noſtro, conceſſum, in Pago ac Comitatu Liuvienſi poſitum, cujus etiam in præſentiarum idem Comes dignoſcitur exiſtere Sigebardus: atque Abbatiam, nomine Foſſas, per Præſtariam à Giſſa Abbatiſſa, Noſtra Conſanguinea, Noſtræ voluntatis conſenſu acquiſitam, in Pago ac in Comitatu Lummenſi conſtitutam, cujus nunc adeſt Comes Berengarius: inſuper Teloneum ac Monetam de Trajecto, Noſtra donatione, cum conſenſu Albuini, eo tempore illius Comitis, conceſſam: pariter quoque Abbatiam, Heribotesheim nomine dictam, quæ à Gerhardo, quondam Comite, proprio Jure habita, poſtea, pro culpa infidelitatis contra Noſtram Serenitatem exhibita, Noſtro ceſſit donatui* (dominatui) *verſa, quam prælibato Stephano, ipſius proprio affini, quandoquidem manſit ſemper fidelis, dare volentes: tamen ſæpe jam dictæ Eccleſiæ, ipſius precatu, dedimus &c.* Confirmationis diploma *Ottonis Magni*, de An. 972, extat ibidem, §. 13, pag. 488; ut & *Ottonis II.* ſub dato *Gruona*, 8 Id. Januar. An. 981, ibid. §. 14, pag. 488 & 489; & *Ottonis III.* ſub dato *Gilenheim* Non. Junii, An. 985, ibid. §. 15, pag. 489; & *Henrici S.* ſub dato *Erſtem*, 4 Id. Junii An. 1006, ibid. §. 18, p. 490. aliorumque.

OTTO MAGNUS contulit idem Regale, An. 940. Eccleſiæ *Cameracenſi*; Vid. *Carpentier*, *Hiſtoire de Cambray*, Part. 4, pag. 5, Leidæ 1644; &, ſub dato *Magdeburg*, 5 Kal. April. An. 941, Eccleſiæ *Magdeburgicæ*, vigore Diplomatis quod *Leuberus*, de *Stapula Saxonica*, §. 1184, *Meibomius* Tom. I, *Rer. German.* p. 742; *Sagittarius*, de *Antiquitatib. Magdeburgicis*, §. 51, pag. 23, & Dn. *Lunigius*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs,, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, XV *Abſatz*, §. 4. pag. 340, ſuppeditant, ubi: *Fratribus, in loco Magdeburg nominato, ---- congregatis, totum, quod à Vectigali, & Teloneo, vel Moneta ejusdem loci, venire potuit, ex hoc in antea, ad uſus illorum, hoc Imperiali Regiæ auctoritatis Præcepto, jure perenni, in proprium conceſſimus &c.* ut &,

An. 945, ſub dato *Dalahem*, 4 Cal. Januar. *Bovoni*, *Corbejenſium* Abbati, in *Meppia*, apud *Shatenum*, cit. *Annal. Paderbornenſ.* lib. 4, ad h. a. pag. 288; & Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Eccleſiaſtici*, Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 30, pag. 78: *Per interventum dilecti Fratris Noſtri, Heinrici, & Venerabilis Abbatis, Bovonis, ad Monaſterium SS. Martyrum Stephani, atque Viti, Monetam atque Thelonium, in loco, Meppia nominato, ſito inter aquas, Emiſa & Haſa dictas in Pago Agratingum, in Comitatu Duringi Comitis, jure perenni, in proprium donavimus &c.*

An. 946, non ſolum confirmavit, ſed & *Mercatu*, & *Banno* ſuper duas Villas, *Meppen* nominatas, auxit. vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad An. 946; &

An. 952, *Drogoni*, Epiſcopo *Osnabrugenſi*, in *Wyddenbrugge*; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad An. 952; &

Reginobaldo, *Spirenſium* Epiſcopo, de quo ita Advocatus Spirenſis, *in Sachen Dudenhofen, contra Statt Speyer*, an. 1554, in Judicio Camerali, apud *Lehmannum*, *Chron. Spirenſ.* Lib. I, Cap. 4, pag. 6; §. 11: *Wahr, daſs die Müntz, und alle Zölle, dem Biſchoff Reginbaldo, und ſeinen Stifft, von Hertzog Conraden, den Sohn Werneri, eines Hertzogen zu Worms, anno 12* (forte 21) *der Regierung Ottonis des Erſten, An. 956, geben, und mildiglich zugeſtelt*: Ipſum Diploma reperiri in Chronico *Guilielmi Iſengrini* Lib. X, fol. 168, annotavit *Dn. Henricus de Bünau*, in Diſſ. de *Jure circa rem monetariam in Germania*, an. 1716 24 Julii, Lipſiæ habita, §. 41, pag. 62. Ejusdemque memor *Bucelinus*, Part. I *Germaniæ Sacræ*, in Catalogo Epiſcoporum Spirenſium, pag. 9: *B. Reginobaldus, Monachus Hirſaugienſis, Sanctitate, Genere, & eruditione Illuſtriſſimus, ſub quo Eccleſia liberaliſſime, decimis, reditibus, vectigalibus, facultate cudendæ monetæ, & ampliſſimis Juribus, donata eſt, obiit, 13 Oct. 958.* (Confirmaſſe Privilegium hoc *Ottonem III*, An. 989, in favorem *Ruperti* Epiſcopi, ex Diplomate diſcimus, cujus præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. c, p. 1150, memini) &,

An. 961, ſub dato *Burchem*, (rectius *Forchem*) 7 Id. *Landwardo*, Epiſcopo *Mindenſi*, apud *Piſtorium*, in *Chronico Mindenſi*, pag. m. 734, Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 307, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, *im Anhang zu den Hoch-Stifftern*; Tit. *Minden*, §. 1, pag. 102, ubi: *Quicquid vero Fiſcus exinde ſperare potuerit, pro æterna remuneratione, dictæ Eccleſiæ, ad ſtipendia pauperum, & lumi-*

& luminaria continuanda, concessimus &c. In margine illustrat hunc locum *Pistorius* l. c. ponendo vocabula: *Bannum, Moneta, Telonium, Macellum &c.* id quod clarius liquet ex Diplomatis *Ottonis II* de An. 976, & *Henrici S.* de An. 1009, de quibus suo loco.

An. 965, sub dato *Magdeburg*, 7 Idus Julii, Ecclesiæ *Magdeburgicæ* in *Magdeburg*, vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad h. a.

An. eod. sub dato *Brugghein*, 2 Id. Decemb. Villæ *Getlide*, in Comitatu *Lisgo*, addita lege, ut omnes reditus inde provenientes Ecclesiæ Magdeburgicæ traderentur, teste charta apud *Sagittarium*, de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 84, p. 49. *Interventu dilectæ Conjugis Nostræ, Adalheidis, ob spem divinæ remunerationis, pro Statu Regni, vel Imperii Nostri, pro sanitate quoque Nostra, dilectique Filii Nostri, Ottonis, prædictæque Nostræ carissimæ Conjugis, Adalheidis, in Villa Getlide, in Comitatu Lisgo, cui Burchardus, Comes præesse videtur, publicam monetam esse concedimus, omnesque ex eadem Moneta reditus, vel utilitates, quoquo* (modo) *acquirendas, ad Ecclesiam S. Mauritii Magdeburg:* (in autographo additur: *Cui Richarius Abbas præesse videtur*) *tradimus & donamus. Teloneum vero de Mercatu, quod ibi fieri concessimus, in quibuscunque rebus, vel mercimoniis, accipiendum, prælibatæ Ecclesiæ S. Mauritii, munifica largitate, offerimus, &, quicquid inde fructuum, vel utilitatum, ad nostrum jus pertinere posse videbatur, totum & ex integro eidem Ecclesiæ, vel Fratribus Deo Sanctoque Mauritio famulantibus Magdeburg, perpetualiter utendum concedimus &c.* Eandem chartam exhibet Dn. *Lunigius* Part. I *Spicilegii Ecclesiastici*, Continuat. I, Cap. 2 *im Anhang zu denen Ertz-Stifftern*, Tit. *Magdeburg*, §. 34, pag. 9. Confirmationem *Ottonis II*, sub dato *Magdeburg* 2 Non. Junii, An. 973, sistit idem l. c. §. 63. pag. 22 & 23. Verbis præced. Tit. 2, §. 38 lit. c, ad An. 965 occurrentibus.

An. 966, sub dato *Mersburg*, 4 Id. Augusti, *Adaldago, Hamburgensium* Archi-Episcopo, in Civitate *Bremensi*; vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. c, p. 1148; & præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad h. a.

Ecclesiam *Gemblacensem*, ab Eodem, Privilegio hoc donatum fuisse, præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. c, p. 1150, monui.

An. 972, idem Privilegium confirmavit *Notkero*, Episcopo *Leodiensi*, ceu sub *Ludovico IV*, ad An 908, modo monui.

OTTONEM II, eandem munificentiam, sub dato *Quedlinburgi*, Kal. April. An. 973, exhibuisse *Hildiwardo*, Episcopo *Halberstadensi*, docet Dn. *Leuckfeld, im Historischen Bericht, von Bracteaten einiger Halberstættischen Bischœffe*, §. 14, lit. H, pag. 32 & 33; qua formula *Henricus* Sanctus, sub dato *Trajecti*, An. 1002, 6 Kal. Sept. hoc jus, in loco *Saligenstadt* exercendum, *Arnoldo* Præsuli confirmaverit? ex eodem discendum, l. c. lit. aaa, p. 34; similiter,

An. 974, 14 Kal. Septemb. Arviti, *Volckmaro*, *Werdinensi* Abbati, in Villis *Werdina* & *Lindinghausen*. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad hunc annum; ut &,

An. 976, sub dato *Threke*, 14 Kal. April. *Miloni*, Episcopo *Mindensi*, teste charta, apud *Pistorium*, in *Chronico Episcoporum Mindensium*, pag. m. 738, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, *im Anhang zu denen Hoch-Stifftern*; Tit. *Minden*, §. 4, pag. 104, ubi: *Milo, Mindensis Ecclesiæ Episcopus, Nostram humiliter adiit Clementiam, quatenus eidem Ecclesiæ, quæ est in honorem B. Petri, Principis Apostolorum, & S. Gorgonii Martyris, constructa, & Nostræ Imperiali Providentiæ commissa, quicquid ibidem Nostræ Regiæ Potestati legaliter subjaceret, hoc est, Bannum Nostrum, & ut Monetam, Macellumque publicum, ibi construi liceret, concederemus; Nos itaque, piis ejus supplicationibus assensum præbentes ---- Bannum Nostrum, Teloneumque, & quicquid hactenus ad Nostram potestatem pertinere videbatur, Mindensi Ecclesiæ donavimus, &, de Jure Nostro, & Dominio, in Ejus Jus & Dominium, ea ratione transfundimus, ut perenniter ---- tam prædictus Episcopus, quam sui Successores, in posterum habeant, teneant, firmiterque, per futura Secula, possideant &c.* Cuncta habentibus rata, *Henrico Sancto*, sub dato *Trutmanniæ*, 4 Id. Mart. An. 1009, in favorem *Thiederici* Episcopi, teste charta apud *Pistorium* l. c. pag. 735, & Dn. *Lunigium* l. c. §. VI. pag. 105; *Conrado Salico*, sub dato Noviomagi, 12 Kal. Maji, 1031, in gratiam *Sigeberti* Episcopi, apud *Pistorium* l. c. pag. 740, & Dn. *Lunigium* l. c. §. X, §. 107; & *Henrico III*, sub dato *Anternachi*, 10 Cal. Julii, An. 1039, rogante, *Brunone* Episcopo, apud *Pistorium* l. c. pag. 737; Dn. *Schatenum*, Lib. VI *Annal. Paderbornens.* ad h. a. p. 515; & Dn. *Lunigium* l. c. §. XII, p. 108 &c.

Idem, *pauperem adhuc Episcopatum Merseburgensem,*

gensem largiflua pietate respexit, & ejus Provisori, Gisilero, quia hunc multum dilexerat, Suencam Civitatem, cum appertinentibus cunctis, ad servitutem S. Joannis Baptistæ, tradidit, & quicquid Merseburgensis murus continet Urbis, cum Judæis, & Mercatoribus, de Moneta, & Foresto, inter Salam ac Mildam fluvios, & Suisuli atque Plisni Pagos jacenti &c. Sunt verba *Ditmari*, lib. 3. *Chronici Merseburg.* ab initio, pag. m. 27, unde sua *Conringius* de *Republica*, Exercit. 3, de *Urbibus Germanicis*, §. 114, p. 139 & 140.

Idem, An. 983, Jus monetandi largitus & *Willigiso*, Archi-Ep. *Moguntino*, vid. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

Ab OTTONE III. idem Privilegium acceperunt:

An. 985, *Erpo*, Episcopus *Verdensis*, teste *Chronico Verdensi*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2. *Scriptorum Rer. Brunsuic.* pag. 215, verbis, præced lib. I. Tit. XVI, § 11, in vita *Bernhardi I.* Saxonum Ducis, p. 114, ad hunc annum, occurrentibus; Conf. *Crantzius*, lib. 3. *Metropolis*, Cap. 36, pag. m. 80, cujus verba, ad quæ etiam Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 62, pag. 54, provocat, præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ottone III*, habentur. *Bucelinus*, Part. I. *Germaniæ Sacræ*, in *Catalogo Episcoporum Verdensium*, sub *Herpone*, pag. 22, ait: *Herpo electus, Anno Christi 994*, (quæ Chronologia omnino falsa) *Vir Eruditissimus, cui Ottho III Imperator facultatem cudendæ Monetæ dedit &c.*

An. 990, 2 Non. Aug. *Gerbirga*, Abbatissa *Gandersheimensis*. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub hoc Cæsare.

An. 993, 9 Kal. Decembr. *Mechtildis*, Abbatissa *Quedlinburgensis*; vid. ibidem.

An. eod. 4 Kal. Augusti, *Adaldagus*, *Niwenburgensis* Ecclesiæ Abbas; vid. ibid.

An. 996, 9 Kal. Junii, *Goteschalcus*, Episcopus *Frisingensis*; ibid.

An. eod. 9 Kal. Julii, *Ansfridus* Comes, in Villa *Medemelacha*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, V *Abtheilung*, §. 75, pag. 921, ubi: *Ad petitionem dilectæ Genitricis Nostræ Theophani - - - - Fideli Nostro, Ansfrido Comiti, dedimus in proprium, portionem Telonei, Monetæ & Census, quem ipse, Nostro consensu, in Villa, quæ dicitur Medemelacha, ad Regium Jus legaliter respicientem, hactenus in Beneficium tenuit; & quicquid in Comitatu Frisiæ, vocato Nostræ Ducissæ Beneficia, in aliquibus, hujusque usibus, habuit &c.*

An. eod. sub dato *Magdeburg*, Non. Octobr. idem Comes, in *Casallo*, teste charta, à *Ferdinando I*, Augustæ Vindelicorum, 28 Jul. An. 1559 confirmata, apud Dn. *Lunigium* l. c. pag. 921; Verb: *Interventu Nostri Fidelis, Conradi Ducis, Mercatum, & Monetam, cuidam Vasallo Nostro, Ansfrid nominato, in loco, qui dicitur Casallo, sito in Pago Moselano, in Comitatu Rudolphi, singulaque ea, quæ ad hæc necessaria sunt, in proprietatem donavimus; & Telonium, quod hactenus in Villa Ehti sumendum fuit, illi præfato Ansfrido, in supra dicto loco, videlicet Casallo, suscipiendum tradidimus, quæ ipse, ejusque ventura posteritas, potestatem habeat, in prædicto loco Casallo, sine ullius contradictione, Mercatum agendi, usumque Monetæ possidendi, Teloniumque illic sumendi, quod prius in præfata Eht Villa sumebatur &c.*

An. 999, 3 Non. Januar. *Christianus*, Episcopus *Passaviensis*. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ottone III.*

Hildewardus, Episcopus *Halberstadensis*, anno incerto. Vid. ibid. post An. 985.

HENRICUS SANCTUS paria liberalitatis Regiæ documenta reliquisse legitur, confirmando Antecessorum donationes Ecclesiis factas, veluti:

An. 1002, *Osnabrugensi*, præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Henrico Sancto*.

An. eod. *Halberstadensi*, l. c. sub *Ottone III*, post An. 985.

An. 1003 & 1014, *Bremensi* l. c. sub *Ottone Magno*, ad An. 966.

An. 1009, *Mindensi*; cujus chartæ, sub *Ottone II*, ad An. 976, modo memini.

CONRADUS SALICUS eandem gratiam exhibuit:

An. 1029, Ecclesiæ *Frisingensi*; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c. sub *Ottone III*, ad An. 996.

An. 1030, Ecclesiæ *Herbipolensi*, ibid. sub *Conrado Salico*.

An. eod. Cuidam *Manegoldo* Fideli; ibid.

An. 1031, *Sigeberto*, Episcopo *Mindensi*; ceu, sub *Ottone II*, ad An. 976. modò monui.

An. 1033, *Winoni*, *Helmwardeshusano* Abbati. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub hoc Cæsare.

An. 1035, *Bucelino*, Archi-Episcopo *Hamburgensi*; vid. ibidem, sub *Ottone Magno*, ad An. 966.

An.

An. 1038, Eidem, respectu *Heslingoa.* Vid. ibid. sub *Conrado Salico.*

HENRICUM III, eodem titulo celebrant:

An. 1039, *Nikerus*, Episcopus *Frisingensis.* vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c., sub *Ottone III*, ad An. 996.

An. eod. Bruno, Episcopus *Mindensis*, ut, sub *Ottone II*, ad An. 976 jam indicavi.

An. 1040, *Becelinus*, Archi-Episcopus *Hamburgensis*; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Conrado Salico*, ad An. 1038.

An. eod. Nithardus, Episcopus *Leodiensis*, quoad Comitatum *Hasbingam*, teste Charta, sub dato *Ulmæ*, 9 Kal. Februar. desuper confecta, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 22, pag. 493, verb: *Nithardus, S. Leodiensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopus, Nostram Regalem adiit Sublimitatem, humiliter deprecans, ut ---- Comitatum Arnoldi Comitis, nomine Hasbinga, in Pago Hasbingow situm, cum tali Jure, talique districtu, quali Parens Noster, aut Nos, hactenus in illo visi sumus habere, in Moneta, vel Telonio, imò cum omni utilitate, quæ scribi, aut excogitari potest, prædictæ Leodiensi Ecclesiæ ---- ea Lege in proprium concederemus, ut hanc proprietatem, quam hactenus in illo habuimus, præfatus Episcopus Nithardus, suique successores, abhinc potestativè habeant. Et ut hæc Nostræ concessionis auctoritas stabilis & inviolata omni permaneat ævo, hanc chartam inde conscribi, eamque manu Nostra propria corroborantes, sigilli Nostri impressione præcepimus insigniri &c.*

An. 1056, sub dato *Botvelt*, 17 Kal. Octob. *Theodoricus*, Abbas de *S. Maximino*, in Villa *Billich.* Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Henrico III.*

HENRICI IV munificentiam eodem jure prædicant.

An. 1057, *Adalbertus*, *Hamburgensis* Archi-Episcopus, quoad loca *Winechun* & *Gerlewiswert*; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Henrico IV.*

An. eod. Ellenhardus, Episcopus *Frisingensis*; vid. ibid. sub *Ottone III*, ad An. 996.

An. 1062, *Adalbertus*, modo laudatus, respectu Comitatus *Bernhardi*, per Pagos *Emisgoa, Westfala*, & *Angeri*; vid. ibid. sub *Henrico IV*, ad hunc annum.

An. eod. Idem Præsul; quoad Comitatum *Udonis*, in Pago *Wimodi*; vid. ibid.

An. eod. Regulares Ecclesiæ *Bambergensis*, in loco *Furth.* vid. ibid. ad h. a.

An. 1064, *Fridericus*, Com. Palat. in loco *Sulza.* vid. ibid. ad h. a. Ecclesia *Laurishamensis*; ibid.

An. 1065, sæpefatus *Adalbertus Hamburgensis*, respectu Villæ *Sinziche*, in Pago *Archgowe*; ibid. ad h. a.

An. eod. sub dato *Goslariæ*, 17 Kal. Novemb. *idem*, quoad Curtem *Tusburch*, apud *Maderum*, in *Appendice ad Adamum Bremensem*, §. XVIII, pag. 218; *Lindenbrogium*, in *Auctario Diplomatum quorundam, Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis* annexorum, §. 80, pag. m. 180, & Dn. *Lunigium*, Part. I. *Spicilegii Ecclesiastici*, Contin. I, *im Anhang zu denen Ertz-Stifftern*, Tit. *Bremen*, §. 42, pag. 89, verb: *Adalbertum, Hammaburgensem Archi-Episcopum, dignè remunerantes, ad Archi-Episcopalem Ecclesiam, scilicet Hammaburch ---- Curtem Nostram, Tusburch dictam, in Pago Ruriggouve, in Comitatu Herimanni, Comitis Palatini, sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, Sylvis, Forestis, Forestariis, Venationibus ---- Piscationibus ---- Monetis quoque, Theloniis, omnique districtu, in proprium dedimus, atque tradidimus &c.* Conf. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

An. 1067, *Altmannus*, *Passaviensis* Episcopus. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Henrico IV.*

An. 1069, *Ellenhardus*, *Frisingensis* Præsul, respectu variarum Villarum. vid. ibid. ad h. a.

An. 1083, *Liemarus*, Archi-Episcopus *Hamburgensis*, quoad Abbatiam *Altene.* Vid. ibid. ad h. a.

An. 1085, Idem, quoad Abbatiam *Fredena.* Ibid. ad h. a.

LOTHARIO imperante *Stadam* jus cudendi nummos habuisse, documento est charta *Adalberonis*, *Bremensis* Archi-Episcopi, super fundatione Ecclesiæ & Conventus *S. Georgii* ibidem, de An. 1132, à Dn. *Georgio Roth*, in Programmate, quo ad celebranda *Stadæ*, in Lyceo, sibi credito, Sæcularis Anni reformatæ Religionis solennia, Honestos quoslibet invitavit, An. 1717, publici juris facta, ubi, pag. 17: *decimam Predii, de quo, ex consensu & gratia Venerabilis Domini Thitmari, Verdensis Episcopi, solvuntur annuatim octo solidi Stadensis monete &c.*

Ad quæ verba Dn. *Roth*, p. 19, hæc commentatur: *Constat ex his, Stadam, jam Sæculo XII, & prius, jus cudendi monetam habuisse. Ergo non primus concessit, sed confirmavit Hildeboldus Archi-Episcopus Bremensis, An. 1272, & Albertus, 1371 &c.*

Sub eodem Cæsare reperiri nummos Bracteatos, cum epigraphe: KVNRAD D. SVEV. discimus

mus, ex Dn. *Leuckfeldi Nachricht von den Bracteaten, oder Blech-Müntzen*, §.5, lit. o, p.12.

CONRADI III gratia, eodem Privilegio gavisi sunt: Ecclesiæ *Cameracensis* Præsul, *Nicolaus*, teste Cæsareo diplomate, sub dato *Aquisgrani*, 3 Kal. Januar. An. 1146, apud Dn. *Tolnerum*, in *Codice Diplomatico Palatino*, §. 51, pag. 45, ubi: *Dilecti Nostri, Nicolai, Venerabilis Cameracensis Episcopi precibus annuentes, collata Ecclesiæ suæ, à Prædecessoribus Nostris, privilegia, pietatis intuitu, dignum duximus confirmare - - - jura & honorem Cameracensi Ecclesiæ roborantes, subsignatas possessiones præfatæ Sedi Cameracensi, ad honorem & utilitatem præfati Episcopi, & successorum suorum, irrefragabiliter assignavimus, Civitatem scilicet, quæ Cameray nuncupatur, cum Justitiis, districtibus, Moneta, molendinis &c.* Conf. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

Ortliebius, Episcopus *Basiliensis*, de quo *Daniel Heiderus*, Lindaviensis Syndicus, in Tract. *von den Reichs-Vogtheyen*, lit. ccc Fundamentorum sui discursus, pag. 75: *Episcopus Basiliensis, Ortliebius, anno demum 1149, à Conrado III, Imperatore, jus monetæ in Basilea cudendæ (quod postea, anno 1373, Episcopus Johannes Urbi mille aureis vendidit, Urstisen, Chron. Basil. Lib. 2. cap. 15, fol. 114, & Lib. 4, cap. 3, fol. 185.) - - - - impetravit.*

Reinhardus, *Reinehusensis* Abbas. vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Conrado III.*

A FRIDERICO I, idem Privilegium impetrarunt;

An. 1153, sub dato Treveris, 4 Kal. Januar. laudatus modo *Nicolaus*, *Cameracensis* Præsul; testibus *Miræo*, in *Dipl. Belg.* §. 59, & Dn. *Tolnero*, l. c. pag. 46.

An. 1155, sub dato *Constantiæ*, 5 Kal. Septemb. *Hermannus*, *Constantiensis* Episcopus; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Friderico I.*

An. 1156, sub dato *Wirceburg*, 15 Kal. Jul. *Gerhardus*, *Pergamensis* Ecclesiæ Episcopus; vid. Diploma Cæsareum apud Dn. *Tolnerum* l. c. §. 56, pag. 50: *Præfato dilecto Nostro Pergamensi Episcopo, ob devotum & fidele servitium, quod Nobis exhibuit, potestatem Ei concedimus, ut liceat ei, in Civitate sua, Monetam publicam cudere, quam, per omnem Episcopatum & Comitatum ejus, dativam & acceptam esse præcipimus &c.*

An. 1158, 17 Cal. April. *Hartwicus*, *Bremensis* Archi-Episcopus; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c. sub *Carolo Magno*, nec non 10 Kal. Maji; ibid. sub *Ottone Magno*, ad An. 966.

(Hoc tempore, Serenissimum *Saxoniæ Bojoariæque* Ducem, *Henricum Leonem*, eodem jure jam fuisse gavisum, vel inde constat, quod Anno 1157, *Lubecæ*, tam *Monetam*, quam *Teloneum*, ab Eo acceperit; *Helmoldo* teste, cujus verba præced. Lib. I, Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, in vita *Henrici Leonis*, ad An. 1157, pag. 163, exhibui.)

An. 1179, sub dato *Augustæ*, 16 Kal. Octob. *Henricus*, *Brixiensis* Episcopus. vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Friderico I.*

PHILIPPUS, confirmando fœderis tabulas inter Bavariæ Ducem, *Ludovicum*, & Episcopum *Ratisbonensem* icti, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Regensburg*, §. 9, pag. 825, ait: *Cum Ratisbonensis Episcopatus, cum Ducatu Bavariæ, ab Imperio Monetam, Telonea, & quædam in judicio, habeat communia, super quibus dissensiones, & bellorum asperitates, frequenter exurgere consueverant &c.* Et, paucis interjectis: *De Moneta Ratisbonensi statuerunt, quod nulla unquam post eam fiat; quod si factum fuerit, Dux, ad consilium & velle Episcopi, prohibebit &c.*

OTTO IV, concesso Archi-Præsuli *Magdeburgensi*, *Alberto*, sub dato Brunsuigæ, 14 Kal. Junii 1209, diplomate, apud *Meibomium*, T. 3 *Rer. German.* pag. 128, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. LXXI, p. 62, confirmavit *Monetam Magdeburgensem*, verb.: *In Terris quoque, ubi, ex antiquo, Magdeburgensis Numismatis percussio currere consueverat, statuimus, nec Thelonium, nec Monetam, aut per Nos, aut unquam per aliquem alium, nisi de voluntate & consensu ipsius Archi-Episcopi, vel successorum suorum, ponendam &c.* Immediate antecedentia singulare jus Cæsareum depromunt: *Cum Romanorum Imperatores & Reges, Antecessores Nostri, in omnibus Civitatibus & Oppidis Ecclesiarum Imperii, durantibus Curiis Imperialibus, in illis accipere consueverint Thelonium & Monetam, & in suos usus convertere: Nos, propter sinceram dilectionem, quam ad memoratum gerimus Archi-Episcopum, eandem consuetudinem, ejusque debitum, prorsus abolere decrevimus, & tam Magdeburgensi Civitati, quam universis Oppidis, ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, illius onus obsequii liberaliter in perpetuum relaxamus &c.* Quibus docemur, Romanorum Imperatores Regesque, in Oppidis ad Ecclesias spectantibus, *durantibus Curiis Imperialibus*, si quæ ibi celebrarentur, facultatem *exigendi, the-*

di, thelonei, cudendæque monetæ, sibi reservasse, etiamsi Præsules eorum, extra hunc casum, juribus his sint gavisi.

FRIDERICUM II, sub dato *Herbipoli*, 5 Idus Maji, An. 1216, hæc omnia habuisse rata, docet Ejus Diploma, apud *Meibomium*, l. c. Tom. 2, pag. 377, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 78, pag. 67; laudato Præsuli porrectum: *Cum autem Magdeburgensis Ecclesia, quæ nonnullas, pro exaltatione Nostra, passa est solicitudines & labores, in subscriptis articulis, à quibusdam Antecessoribus Nostris, privilegio promeruit honorari: Nos, privatæ libertatis ipsius nolentes restringere terminos, sed potius ampliare, ad preces dilecti Principis Nostri, ejusdem Ecclesiæ Archi-Episcopi, Adelberti, qui principalis & præcipuus Nostræ sublimationis Auctor existit & Promotor, Nostra Auctoritate statuimus, innovantes, ut (cum in Civitate Magdeburgensis Ecclesiæ, vel Oppidis, pertinentibus ad eandem, à Nobis, & Successoribus Nostris, Curias Regales celebrari contigerit,) universa, quæ in aliis Civitatibus aut locis, in Moneta, Teloniis, & cæteris utilitatibus quibuscunque, Imperiali Jure provenerint, ab eisdem, in præfati Archi-Episcopi, & Successorum ejus, bonis & fructibus, libera semper existant, prædictæ Ecclesiæ profutura; in omnes etiam homines Civitatis, Oppidorum seu Villarum ipsius, Regales tallia, petitiones, aut exactiones, nulla unquam occasione, præter ejusdem Archi-Episcopi, & successorum ipsius, exerceantur assensum; nec quisquam, præter ipsum Archi-Episcopum, & dictos successores ejus, aliquid Juris habeat in eosdem. Et, ubicunque percussio Magdeburgensis numismatis hactenus currere consuevit, nullus unquam præsumat cudere de novo Monetam, sed præfati cursus numismatis large, per prædictos terminos, in suo robore perseveret &c.*

An. 1219, *Norimbergenses Denarios* jam fuisse cognitos, ex Ejusdem diplomate, hoc anno, Civitati *Norimbergensi* dato, præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Friderico II*, liquet.

Idem, in generali confirmatione Privilegiorum Principum Imperii Ecclesiasticorum, sub dato *Francfurt*, An. 1220, 6 Kal. Maj. à *Rudolpho I* Imp. An. 1275, 3 Id. Martii, *Spiræ* restaurata, apud Dn. *Lunigium*, Part. I *Spicilegii Ecclesiastici*, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. 39, pag. 40, ait: *Nova Telonia, & novas Monetas, in ipsorum Territoriis, sive Jurisdictionibus, eis inconsultis, seu nolentibus, non statuamus de cætero, sed antiqua Telonia, & Jura monetarum, eorum Ecclesiis concessa, inconvulsa & firma conservabimus, & tuebimur, nec ipsi ea infringemus, nec ab aliis lædi permittemus, modis aliquibus &c.*

An. 1224, HENRICUS, Romanorum Rex, Ejus Filius, idem jus concessisse legitur *Hermanno*, *Dorpatensium*; &, An. 1226, *Alberto*, *Livoniæ*, Episcopis. vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 12, lit. g, pag. 1172.

An. 1226, laudatus Cæsar, FRIDERICUS, in Diplomate Privilegiorum, Mense Junio *Lubecensibus* oblatorum, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, XXX *Absatz*, Tit. *Lübeck*, §. 2, pag. 1332, ait: *Concedimus insuper eis, ut in ipsa Civitate Monetam, sub charactere Nostri nominis, facere & cudere debeant &c.*

An. 1230, *Ratisbonensis monetæ*, cujus sub *Philippo* jam memini, mentio rursus fit, in Ejusdem Cæsaris, FRIDERICI, charta, de dato *in Castris apud Anagniam*, 1230, Mens. Septemb. apud Dn. *Lunigium*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, 2 *Theil*, 39 *Absatz*, Tit. *Regenspurg*, §. 1, pag. 263.

An. 1232, laudatus Cæsar, sub dato *Portenau*, 10 Maji, largitus est *Henricis*, Comitibus *Ruthenis*, Privilegium *cudendi aureos argenteosque nummos*; teste diplomate, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXIX *Absatz*, §. I *Supplement*. p. 589, ibi: *Friderich von GOttes Gnaden, Römischer Kayser &c. Bekennen, daß Wir denen Edlen und Getreuen, Unsern und des H. R. Reichs Voiten, Heinrichen dem Eltern, Herrn von Plauen, Ritter, auch Unsers Kriegs-Heers Feld-Hauptman bey dem Christlichen Heerzug von Regenspurg, und seinem Sohn, Heinrich dem Jüngern - - - - die Macht gegeben, Güldene und Silberne Müntzen zu schlagen, auch Gold, Silber, und ander Ertz, zu graben &c.* Latino, idiomate sistit diploma hoc *Peckenstein*, *Theatr. Saxon.* f. 271 &c. & Dn. *Tentzel*, *in Vindiciis censuræ Conringianæ Diplomatis Ludoviciani Lindaviensis*, Append. 3, §. 4, p. 85; vid. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a.

An. eod. sub dato *Sibidatum*, *in Foro Julii*, *mense Maji*, confirmando in genere Statuum Jura, apud *Schilterum*, Tom. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. XVI, p. 117, §. 14, inter alia, inquit. Idem Cæsar: *Nullam novam monetam in Terra alicujus Principis cudi faciemus, per quam moneta ejusdem Principis deterioretur &c.*

An. eod. In Privilegio, apud *Portum Naonis*, mens. Majo, *Henrico*, Misniæ Præsuli, concesso, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, *im Anhang zu den Hoch-Stifften*, Tit. *Meissen*,

Meissen, §. V, pag. 98. ait Idem: *Adjicientes, de Majestate Nostra Cæsarea, quod, si, Fortuna sibi, Ecclesiæ, & Successoribus suis, arridente, montana auri & argenti, vel cujuslibet alterius Metalli, contigerit suscitari, Monetam auri, vel argenti, ipse, suique Successores, cudi facere valeant & fabricari.* Quod *Carolus IV.* sub dato *Molberg*, An. 1372, 2 Id. Dec. confirmavit. Vid. ibid.

An. 1242, sub dato, *In Castris apud Avezanum, in Cellano*, Mens. Junio, ejusdem juris participem reddidit *Henricum*, Episcopum *Bambergensem*, respectu *Villach* & *Griven*; Diplomate teste, apud Dn. de *Ludewig*, Tom. I. *Scriptorum Rerum Germanicarum*, pag. 1143, §. XXI, & Dn. *Lunigium Spicileg. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Bamberg*, §. 34, pag. 31. ubi: *Damus Ei* (Henrico Præsuli) *licentiam, ut, apud Villacum, novam monetam cudi faciat, quæ Frisacensi monetæ æquipolleat in pondere & valore; & apud Griven, eandem sibi gratiam, de simili moneta cudenda, duximus faciendam.* Conf. *Martini Hoffmanni Annales Bambergenses*, lib. 4, in Vita *Henrici*, XVII Episcopi, apud Dn. de *Ludewig* l. c. pag. 160: *Fridericus Imperator --- novum Henrico, apud Villacum, & Griviacum, Carinthiæ Oppida, cudendæ monetæ jus concessit &c.* Quod Privilegium *Ludovicus Bavarus*, sub dato *Babenberg*, 8 Cal. Dec. An. 1331, confirmavit, diploma Ejus sistentibus Dn. de *Ludewig* in *Appendice Diplomatum Bambergensium*, §. XXIII, pag. 1154, & Dn. *Lunigio* l. c. §. 43. p. 41.

CONRADO IV, & WILHELMO HOLLANDO, in schismate Rempublicam administrantibus,

An. 1252, *Thomas*, *Sabaudiæ* Comes, nanciscitur à *Wilhelmo*, jus *cudendi monetas, per totam Terram suam*; vid. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1253, *Otto, Dux Bavariæ, novam monetam in Lantshut fabricari jussit, circa initium messis, mandans, ipsos* (nummos) *demum, & non alios, recipi in toto suo districtu, & exercitu, versus Austriam, movens &c.* Sunt verba *Chronici Augustensis*, apud *Freherum*, Tom. I. *Scriptorum Rer. German.* p. 376, ad h. a. Conf. *Aventinus*, lib. VII. *Annal. Boicorum*, Cap. VI, §. 9, pag. m. 657: *Otto, rejecta pecunia Veteri Reginoburgensium* (*sexaginta nummi drachmam auri valebant*) *novum numisma Landshutæ ferit, eosque nummos, nec alios, in Bojaria recipi, Edicto jubet &c.* & Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe*, lib. V, Cap. I, §. 15, pag. 17. Hæc autem, biennio post, iterum abolita, testatur *Chronicon Augustense* citatum, ad An. 1255, pag. m. 378: *Hainricus Dux cum Alberto, Episcopo Ratisbonensi, plene concordans, Monetam Lantshuten, quam Pater suus fabricari jusserat, cassavit, innovatam Monetam Ratisponensium denariorum dare, sicut prius, per suum districtum permisit, & præcepit &c.*

Sub RUDOLPHO Habspurgico Imperatore,

An. 1273, *Theodoricus*, Marchio, de *Landsberg*, sub dato *Grenetz*, contulit, pro triginta Marcis, *Burgensibus suis & Civitati Lipzk* (Lipsiæ) *opus fabrile Monetæ* (*Müntz Hammer*) *proprietatis titulo perpetuo possidendum &c.* Vid. Dn. *Lunigius* cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, 2 *Theil, Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, X *Absatz*, §. 5, p. 593.

An. 1289, jus monetandi *Erfurti* competiisse Electori Moguntino, discimus ex Concordatis, inter *Gerhardum* Archi-Episcopum, & dictam Civitatem, sub dato *Mayntz*, *an dem nechsten Sambstage nach* S. Catharinen *Tag*, h. a. apud Dn. *Lunigium* l.c. 4 *Absatz*, §. 34, pag. 436. ubi: *Es soll auch niemand Schlegeschatz ledig seyn, er sey Pfaffe, oder Leye, oder Edel, oder Gemeine Leute, ohne den Müntzmeister des Ertz-Bischoves, und die Haußgenossen &c.* & pag. 437: *Der Müntzmeister soll, zu allen Zeiten, neun Pfennige haben zu dem Wechsel &c.*

ADOLPHUS NASSOVIUS *jure cudendæ monetæ* donavit *Henricum*, Comitem *Luxenburgicum*; teste charta apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2. *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, in Mantissa, §. 37, pag. 196: *Henricus, Comes Luxenburgensis, ac Rupensis, & Marchio Arlunensis, more Progenitorum suorum, Fidelitatem, & Fidelitatis homagium, fecit Domino Adolpho, Regi Romanorum; Idemque Dominus Rex Ipsum in Vasallum & Fidelem Regis & Sacri Imperii recepit, & eum investivit, jure Feodi perpetui, de --- Jure Monetæ cudendæ, in Terra ipsius Comitis, ubicunque voluerit &c.*

HENRICUS VII, sub dato, *in Castris ante Brixiam*, 4 Id. Julii, An. 1311, confirmando Privilegia *Ordinis Teutonici*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Teutschen Reichs*-Archivs, Contin. I, 3 *Abtheilung*, in Addend. Tit. *Von Teutschen und Johanniter Orden*, § 4, pag. 6, ait: *Concedentes iisdem Fratribus, qui pro tempore fuerint, Jurisdictionem, ac Merum & Mixtum Imperium exercendi, Monetas cudendi, prout hactenus consuetum est observari, ac constituendi & destituendi, plenam & liberam potestatem &c.*

Sub LUDOVICI BAVARI Imperio;

An. 1317, feria secunda post Dominicam Quasimodogeniti, *Rudolphus, Miles de Novo Gatersleve* recognoscit, *quod, acceptis quatuor Marcis*

argenti Stendalgensis, ab Honorabili Viro, Dn. Wernero, Preposito Ecclesiæ S. Mariæ in Magdeburg, & suo Conventui, donaverit, & contulerit ipsis proprietatem duorum mansorum, in campis Ville Escherstede sitorum &c. Vid. Dn. *Leuckfeld, Antiquitat. Præmonstratens.* Dipl. 49, p. 126.

An. 1323, Henricus, D. G. *Magnopolensis* & *Stargardt* Dominus, in Privilegio, sub dato *Rostock*, Sabbato post Octavas Corporis Christi, h. a. Civitati *Rostochiensi* concesso, apud Dn. *Lunigium* Contin. 4, 2 *Theil*, *Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, XVII *Absatz*, §. 6, pag. 685, inquit: *Adjicientes* (eorum Privilegiis) *quod Monetam Nostram in ipsa Civitate habeant, &, de Nostro consensu ac scitu, custodiant, & nusquam alias in Terris Nostris, in locis inconsuetis, denarii fabricentur &c.* Quam monetam, biennio post, sub dato *Stargardt*, in die B. Luciæ, *cum consensu heredum suorum; suorumque Fidelium Militum ac Vasallorum consilio, Consulibus & Universitati Civitatis Rostoch, pro mille Marcis denariorum usualium, temporibus perpetuis, jure hereditario obtinendam, vendidit.* Vid. ibid. §. IX, p. 686.

Laudatum Imperatorem idem Jus tribuisse *Castruccio de Altelminellis, Lucano* Duci, docet Diploma erectionis hujus Ducatus, sub dato Romæ, 15 Februar. 1328. apud *Meibomium*, T. 3. *Rer. German.* pag. 210, verb: *Monetæ, tam auri & argenti, quam æris, cudendæ, justi & recti ponderis, in ipso Tuo Ducatu, Tibi, prædictisque tuis Successoribus, præsenti privilegio, facultatem liberam indulgemus &c*, nec non.

An. 1339, sub dato Francofurti, 19 Mart. *Rainoldo, Geldriæ* Duci, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 1. Cod. *Diplom. Juris Gentium*, §. 78. pag. 152. v. 4: *Item, concedemus Ipsi Jus cudendi monetam auream, juxta valorem Monetæ Archi-Episcopi Coloniensis, Ducis Brabantiæ, & Comitum Hannoniæ, atque Hollandiæ &c.* pariter ac,

An. 1340, sub dato *Monaci*, 28 Nov. Civitati *Lubecensi*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, XXX *Absatz*, Tit. *Lübeck*, §. IX, pag. 1336, verb: *Concedimus, & tenore præsentium perpetuo indulgemus, quod ipsi valeant nummos & denarios, aureos & argenteos, in Civitate, Lubicensi, fabricare, & licite monetare, sicut ipsis videbitur, quod eis, & eorum communitati, utilius fuerit & melius opportunum; ita sane, quod unus aureus Lubicensis non sit gravior pondere & valore, quam florenus aureus de Florentia; Argenteus vero sex bonorum & dativorum Hallensium non excedat &c.* Conf. supr. sub Friderico I, ad An. 1158.

(9) *Mediatos* quoque *Imperii Status*, veluti *Municipia*, ex privilegio, vel immemoriali præscriptione, Regale hoc exercere posse; quo pertinent verba cit. Capitulationis: *Wofern sich aber dergleichen bey mediat-Standen, und andern, so dem Reich immediate nicht, sondern Churfürsten, Fürsten und andern Reichs-Standen, unterworffen, begebe &c.* Documento sunt: *Huxaria, Halberstadium, Hannovera, Luneburgum, Brunsniga, Göttinga, Northemium, Minda, Hildeshemia, Osnabruga, Monasterium, Magdeburgum, Stendalia, Rostochium, Stetinum, Stralsunda* &c. Vid. cit. *Ferdinandi Neue Müntz-Ordnung*, de An. 1559, præsertim §. 44, *der Statt Hildesheim Thaler*, & §. 48: *Aber die hernach gesetzt &c.* *Arnisæus*, de *Jur. Majest.* Lib. 2, c. 7, n. 6. *Limnæus*, ad *Capitulationem Matthiæ*, Art 34, verb: *So dem Reich* immediate *nicht unterworffen*, pag. 572; *Knipschildt* l. c. §. 13, pag. 454; Dn. *Schweder* l. c. §. 2, pag. 556; Dn. *Nitzschius* l. c. §. 6, pag. 542; Dn. *Hornius* l. c. §. VI, pag. 394; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Differt. XII, §. 33, pag. 256 &c. Dn. *Henricus de Bünau*, cit. Diss. *de Jure, circa rem monetariam in Germania*, Cap. 2, §. 46, p. 69 & 70. Adeoque ut Regula non valet: *Hic est Status Imperii immediatus, Ergo fruitur jure monetandi*; ita falsa nititur hypothesi: *Hic non est Status Imperii immediatus, ergo nec fruitur jure monetandi.*

(10) Discrimen esse, quoad pœnam, propter abusum hujus Regalis, infligendam, inter *Status Imperii Immediatos*, & *Mediatos*, in tantum, ut, si *Status Immediatus* eo abutatur, propterea que ejus jacturam incurrat, consentientibus Electoribus, in integrum à Cæsare restitui queat; secus ac *Status mediatus*; arg. verborum cit. Capitulationis: *Sondern auch einen solchen privirten Stand &c.* usque ad: *Ferners nicht ertheilet werden &c.* Nec obstant sequentia Articuli verba: *Massen Wir dann auch den mittelbahren Ständen mit dergleichen, und andern hohern Privilegien, ohne Mit-Einwilligung der Churfürsten &c. nicht willfahren wollen &c.*

len &c. quippe quæ de *conferendo primum Regali hoc*, nec de *ablato restituendo*, loquuntur. Illud, accedente Electorum consensu, auditisque prius Circulo, cujus Civem constituit is, qui Privilegium cudendæ monetæ ambit, omnibusque reliquis, de quorum *Interesse* agitur, fieri potest; ast non hoc; cum *Status Mediatus* semel Jure hoc legitime exutus, in integrum amplius restitui nequeat; præfata teste formula.

(11) Etiamsi Cæsares in diplomatibus hodie *Regale* hoc in aliquem conferant, id non valere, nisi prævio consensu necessario (de quo hactenus egi) accedente. Requisitum hoc inevitabile cognoscens Illustriss. Comes *Ranzovius, Christianus*, (cui Cæsar, *Ferdinandus III*, sub dato Wien, 16 Novembr. An. 1650, teste charta apud Dn. *Lunigium. Spicileg. Secular*. Part. I, XXXVII *Absatz*, §. 2, pag. 842 &c. Præfecturam Holsato-*Barmstadiensem*, in immediatum Imperii Comitatum erectam, beneficiali Lege contulerat, annexo inter alia, *cudendæ monetæ* Jure, adhibita, pag. 850. formula: *Daß Er und seine Erben, und Erbens-Erben, wann Ihnen solches, über kurtz, oder lang, gelegen, oder gefällig, in Ihren Landen, Graffschafften und Herrschafften, und Gebiethen, so Sie jetzt haben, oder in künfftiger Zeit überkommen, eine, oder mehr Müntz-Stætte bauen und aufrichten lassen, und darinnen, durch Ihre Ehrbare Redliche Müntz-Meister, die Sie zu einer jeden Zeit darzu verordnen, allerley, Güldene, und Silberne, Müntz-Sorten, klein und groß, in allermassen solches Unser und des H. Reichs Müntz*-Edict *und Ordnung zuläßt, und andere, so aus Unsern und Unserer Vorfahren, Kayserl. und Königl. Begnadigung, zu müntzen Macht haben, mit Umbschrifften, Bildnüssen, Wappen und Geprägen, auf beeden Seiten, müntzen und schlagen lassen, darmit treulich gefahren, und handeln sollen und mögen, von allermänniglich ungehindert; doch sollen alle solche Güldene und Silberne Müntzen, die Sie, wie obstehet, schlagen und müntzen lassen, von Strich, Nadel, Korn, Schrot, Gran, Gehalt, Wehrt und Gewicht, vorberührter Unserer und des H. R. Reichs, Müntz Ordnung gemäs, und nicht geringer seyn &c.*) Electoralem Consensum, sequenti Memoriali, Electori Moguntino exhibito, & ab Eo etiam 11 Octobr. 1653, ad publicam dictaturam promoto, efflagitavit, (tenorem subministrante *Lundorpio* Tom. VII *Act. Publ.* Lib. VI, Cap. 301, pag. 283.)

Es haben die Röm. Kayserl. Majest. mein Allergnädigster Herr, im verwichenen 1650 Jahr, das von dem Fürstl. Hauß Hollstein mir verkaufftes Ampt Barmbstett, dem vorgangenen Contract *gemäß, nit allein für gantz frey und* exempt *erklärt, und, aus Kayserlicher Vollmacht, zu einer Reichs-Dorfschafft* (leg. *Reichs-Graffschafft*) *gewürdiget, und erhaben, sondern auch mich, neben andern mehr allergnädigst ertheilten Regalien zugleich des Juris monetandi dergestalt versichert, daß mir dißfalls nichts anders, als, nach Inhalt der Kayserlichen Wahl-Capitulation, eines Hochlœblichen Churfürstlichen Collegii Mit-Einwilligung, ermangelt; als gelanget an Ew. Churfürstl. Gn. hiemit mein unterthänigst Bitten, daß Sie, Dero Hohen wohlvermögen, und mir stets zugetragenen Gnädigsten* Affection *nach, beym Hochlœblichen Chur-Fürstlichen Collegio, diß mein gehorsambst Suchen dahin zu* secundiren *geruhen wollen, damit die darzu nothwendige Bewilligung darüber erfolgen mœge. Solche absonderliche Churfürstliche Gnade werde ich, die Zeit meines Lebens, unterthänigst zu verdienen, beflissen seyn, und thun Ew. Churfürstl. Gn. mich zugleich hiemit gantz gehorsambst empfehlen.*

Ew. Churfürstl. Gn.

unterthänigst und gehorsambster Diener,

Christian Graff zu Rantzau.

Nec aliter intelligenda Ejusdem charta, qua similiter, *An. 1654*, sub dato *Eberstorf*, 4 Septembr. *Melchiori* & *Hermanno* Comitibus de *Hatzfeld* & *Gleichen*, facultatem cudendi auream argenteamque monetam indulsit, apud Dn. *Lunig, Spicileg. Secular.* Part. 2, Supplement. §. 6, pag. 1934; pariter ac diplomata *Leopoldi* Imperatoris, hoc titulo, v. g. An. 1670, 23 Octobr. in favorem *Georgii Friderici* Comitis de *Sparr*; An. 1675. sub dato Viennæ, 15 Octob. in gratiam *Leopoldi Wilhelmi* Com. de *Königseck*, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg. Secular*, Part. I, XVII *Absatz*, §. 4, pag. 370 &c. & Anno 1679, 20 Mart. ad preces *Diterici Adolphi* & *Philippi Emerici*, Comitum de *Metternich*. &c. &c. edita, pariter ac *Josephi* Imperatoris Diploma, sub dato *Wien*, 17 Decembr. An. 1707, Illustrissimo Comiti, *Johanni Casimiro Kolb* de *Wartenberg*, scriptum, apud *Fabrum*, Tom. XIII *der Staats-Cantzley*, Cap. XIX, §. 2, pag. 797 &c. inter alia, hæc continens: p. 809: *Deßgleichen verleihen Wir Ihm, Grafen von Wartenberg, seinen Ehelichen Leibes-Erben, und derselben Erbens-Erben, diese besondere Gnade, und Freyheit, thun und geben Ihnen auch die, von Röm. Kayserl. auch Königl. und Landsfürstlicher Macht, Vollkommenheit, wissentlich, in Krafft dieses Brieffs, also, daß Er, oder seine Erben, und Erbens-Erben, wann Ihnen solches, über kurtz oder lang, gelegen und gefällig, aller-*

allerley, goldene und silberne Müntz-Sorten, klein und groß, allermassen solches Unser und des H. Reichs Müntz-Edict *und Ordnung zuläßet, und andere, so, auf Unsere und Unser Vorfahren, Kayser-König- und Landes-Fürstlichen Begnadigung, zu müntzen Macht haben, mit Umbschrifften, Bildnüssen, Wapen und Gepräge, auf beyden Seiten, müntzen und schlagen lassen, damit treulich gefahren, und handlen sollen und mægen, von allermänniglich ungehindert, doch sollen alle solche Goldene und Silberne Müntzen, die Sie, wie obstehet, schlagen und müntzen lassen, vom Strich, Nadel, Korn, Schrot, Gran, Gehalt, Werth und Gewicht, vorberührter Unser und des H. R. Reichs, auch anderer Unserer Erb-Königreich, Fürstenthümer und Länder (darinnen dergleichen Müntzen geschlagen werden) Müntz-Ordnung gemäs, und nicht geringer seyn &c.* reliquaque omnia, hunc in finem, concessa.

(*e*) PROMITTIT &c. Vid. præced. lit. d.

(*f*) IV Jus investiendi de Feudis Regalibus &c. Capitulat. *Leopold.* Art. XXX &c. (*a*)

NOTA.

(*a*) ART. XXX &c. Add. Capitul. *Josephi*, Art. XXIX & XXXI, ut & *Caroli VI*, Art. XI, §. *Wann auch ins künfftig Lehen dem Reich &c.* ubi præcipuè notanda verba: *Auf den Fall aber zukünfftiger Zeit, Churfürstenthumb, Fürstenthumb, Graffschafften, Herrschafften, Affter- und Lehenschafften, Pfandschafften, und andere Güter, dem H. R. Reich mit Dienstbarkeiten, Reichs-Anlagen, Steuren und sonsten, verpflichtet, dessen* Jurisdiction *unterwürffig und zu gethan, nach Absterben der Innhaber, Uns, durch Erbschafften, oder in andere Wege heimfallen, oder anwachsen, und Wir die zu Unsern Händen behalten, oder, mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürsten, die Churfürstenthümmer; denn, die Fürstenthümmer, Graff- und Herrschafften, mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürstlichen und Fürstlicheu Collegiorum; so dann auch, wann es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thäte, des Stættischen, andern zukommen lassen würden &c.* Conf. præced. Tit. 2, §. 60, lit. a. & lit. e. & Tit. 3, §. 26, lit. b. nec non præced. Lib. 2, Tit. 1, §. 16, lit. b, p. 964.

6. V. Jus *Vectigalia erigendi.* (*a*) *Capit. Leopold. art.* 21. *Imperator ita promittit:* (*b*) *Wir sollen und wollen auch, insonderheit, dieweil die Teutsche Nation und das H. Ræmische Reich zu Wasser und Land, zum hæchsten damit beschweret, und hinfüro (jedoch ohnbeschædigt deren, vor diesem von dem mehrentheil des Chur-Fürstl. Collegii bewilligter Zoll*-Concessionen, Prorogationen *und* Perpetuationen, *sampt deroselben aus der Kæyserlichen Reichs-Hof-Cantzeley, oder auch von dem Chur-Fürstlichen Collegio, zwar also geschlossener, aber daselbsten, wegen entzwischen kommenen Kæyserl. Todes-Falls, oder anderer Verhindernissen, noch nicht ausgefertigter* respective *Gutachten,* Consens-*Brief und Diplomaten) keinen Zoll von neuen geben, noch einige alte erhæhen oder prorogiren lassen, auch vor uns selbsten keinen aufrichten, erhæhen oder prorogiren, es sey dann die benachbarte und interessirte Stande, und dero erfordertes, auch in gebührende Consideration ziehendes, Gutachten, vorhero darüber vernommen, und hernacher aller und jeder sieben Chur-Fürsten, Wissen und Willen, Zulassen, und Collegial-Rath, mit einhelligem Schluß, also und dergestalt, in diesem Stück vorgangen, daß keines Chur-Fürsten Wider-Rede, oder* Dissens, *dargegen, sondern alle und jede dero Collegial-Stimmen einmüthig seyen, massen wir dieses falls die* Majora *nicht attendiren, auch ohne vorhergehende* Unanimia, *zu keinem Stand bringen, und den Supplicirenden, mit seinem Begehren, gäntzlich hinweg und abweisen &c.* Sic Imperator Ferdinandus II. consensu Electorum, *Anthonio Günthero*, Comiti Oldenburgensi, anno 1623. die ult. Mart. novum telonium in Visurgi fluvio, in feudum Imperii concessit, & diploma hujus novi vectigalis Cameræ Spirensi, in vim legis publicæ & pragmaticæ sanctionis, insinuari fecit, ut imposterum secundum illud pronunciaret. Et Comes 1624. prope *Elsfleth*, signum novi telonii in territorio suo erigi curavit, ac vectigal exigi jussit, ut ita quasi possessionem novi Juris occuparet. *Ferdinandus III.* anno 1638. & 1643. Comitibus hoc Jus confirma

firmavit, eosque de illo investivit; ac, ut eo firmius Dominis Comitibus tale jus stabiliretur, Instrumento Pacis 1647. cum duorum interessentium Regum, Daniæ scilicet & Sueciæ, consensu, illud insertum, & ita plenissime corroboratum est. *Vide I.P. art. 9.* Cum autem anno 1649. die 8 Febr. ratificationes Pacis Imperatoris, Regis Sueciæ, & Statuum, invicem commutarentur, nomine Civitatum, Lubeca cum ratificationem exhiberet, ita circa hunc articulum excepit: *Weil bewust, daß das Reichstättische Collegium den prætendirten Oldenburgischen Wasser-Zoll, niemahlen approbiret, sondern deshalben einige Declaration und Protestation-Schrifft, von denen Stadt-Cœllnischen Gesandten, als* pro tempore *Reichstadtischen Directore, eingeliefert, so wolte man sotbane* Declarationem *und* Dissensum, in solennissimo hoc actu, & conventu, *hiemit nochmaln wiederholet, benebenst feyerlich contestiret haben, daß durch die extradirende Reichstädtische Ratificationes man davon keines weges abgewichen, noch ermeldtes Zolls insertionem darunter begriffen, wenigers aber zu selbiger Guaranda, sich einiger massen verbunden haben wolte*, de eo semel pro semper protestando. Ad hæc Imperii Directorium ita respondit, *daß man dergleichen Exception nicht geständig seyn kœnte, es wære einmal eine verglichene Sache, auch bey der Subscription nicht widersprochen, dannenhero es nochmalen dabey gelassen werden solte.* Civitates deinde declarationis illius, quam Moguntinus, à Coloniensium Legato, recipere recusarat, contenta publice repetierunt, eamque publicis actis inseri petierunt: id quod tamen Moguntinus constanter negavit. *Vid. Theatr. Europ. Tom. 6, pag. 656.* Exactioni hujus vectigalis Bremenses se semper, summa vi, & animorum contentione, opposuerunt, prætendentes: Civitati, à quingentis & amplius annis, competere privilegium protegendi, ac defendendi *Stratam regiam Weseram*, ex utraque parte litoris, à Civitate, usque ad salsum mare, nec non mercatores, cum suis navibus & mercimoniis, Civitatem adeuntes, & ab ea recedentes, conducendi, neque Comiti competere jus ea, quæ telonium in Instrumento Pacis sibi confirmatum non respiciunt, exercendi in aliena jurisdictione, sed solummodo in suo territorio, & hinc in concessione, semper hanc subintelligi conditionem, si ipsius in Visurgi aliqua Jurisdictio esset. Quum autem, ut dictum, Comiti in Instrumento Pacis telonium illud plene esset confirmatum, Imperator 1650. Civitati mandatum paritorium misit, ad quod cum exciperet, declarationemque ulteriorem peteret, & interea temporis in quasi Possessione Juris sui se armis defenderet; tandem anno 1652. die 12 Octobr. Pragæ in bannum (*c*) declarata, eique pœna 200 marcarum puri auri adjudicata est. Publicatio banni à Cæsareo Heroldo, Dn. Joanne Carolo Oelman, die 20 Decembr. st. vet. facta, ante civitatem; sub dio patente, atque libero cœlo. *Ist*, (ut habent verba,) *aus dem Frieden in Unfrieden gesetzet, und ihr Leib, Haab und Gut dem beklagten Theil und manniglich erlaubet worden:* postea, Ratisbonæ anno 1653, die 18. Septembr. rursus fuit à banno absoluta, (*d*) sub cautione, de non amplius Comitem in exactione vectigalis turbando.

NOTÆ.

(*a*) VECTIGALIA ERIGENDI &c. Evolvi hic merentur: *Johannes Bertachinus*, T. XII *Tractatus Tractatuum. Johannes Kœppen*, decif. 50. *Tobias Paurmeister*, de *Jurisdictione Imper. Roman.* Lib. I, Cap. 4. n. 26 &c. *Joachimus Clutenius*, Differt. de *Jure Vectigalium*, Argentorati, 1618. *Henricus Klockius*, disceptatio, de *Vectigalium Jure*, Giess. 1621. *Georgius Christophorus à Gœlnitz*, Differt. de *Regali Vectigalium Jure*, Tubing. 1652. *Laurentius Zimmermann*, Disp. de *Vectigalibus*, Præside Dn. *Conringio*, An. 1663 Helmstadii habita. *Johannes Strauchius*,

chius, de *Regali Vectigalium Jure*, Jenæ, 1669, extat Vol. I Fritſchiano. *Johannes Fridericus Bœckelman*, de *Vectigali, à vectore defraudato, von Verfahrung des Zolls*; Heidelberg. 1660. Interpretes Lib. 39, Tit. 4 ff. de *Publicanis & Vectigalibus*; ut & Lib. 4, Tit. 61, Cod. de *Vectigalibus & Commiſſis*; & Tit. 62, *Vectigalia nova institui non poſſe*. Scriptores *Regalium*, veluti: *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. 2, Cap. 6. *Einſiedel*, de *Regalibus*, Cap. 2, Regal. XXI, §. 228, pag. 241, ibique allegati. *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 2, Regal. XVI, pag. 88 &c. & de *Lege Regia Germanorum*, Cap. VIII, Sect. I & ſeqq. pag. 195 &c. *Beſoldus*, de *Regalibus*, Cap. IX, Regal. VII, pag. m. 1135. Lexicographi: Laudatus *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Zoll*, pag. m. 1029, ibique *Dietherr*, in Additionibus. *Rudinger*, *Obſervat. Singular.* Centur. V, Obſervat. 88, *vom Zoll*, pag. 734. *Wehner*, *Obſervat. Pract.* voc. ead. pag. m. 529. *Speidelius*, *Loc. commun.* voc. *Vectigal. & Gabella.* Doctores Juris Publici omnes, præſertim: *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſiaſtico*, Lib. I, Claſſ. 2, Cap. 2, §. 17 &c. pag. 56; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. 4, §. 12 & ſeqq. pag. 248 &c. *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Diſſert. 8, §. 19, &c. pag. 253, ibique *Mylerus* in *Additionibus*; Idem *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. 2, Cap. 64, pag. 582 &c. *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli* V, Art. XVIII, voc. *Beſchwert*, pag. 238; *Bœclerus*, *Notitia Imperii*, Lib. XVII Cap. 3, pag. m. 252 &c. *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, Regal. VI, pag. 420 &c. Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. I, Cap. 20, pag. 531 &c. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XVI, pag. 511 &c.

Pertinuiſſe quondam *Vectigalia* privative ad Regum Imperatorumque *Regalia*, non ſolum ex L. 10 ff. de *Publicanis*, patet ſed & variis Capitularibus probari poteſt, v. g. *Pipini*, Regis Franciæ, de An. 755, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Conſtit. Imperial.* pag. 119, Cap. 4, ubi: *de Teloneis, ſic ordinamus, ut nullus de victualia, & carnalia, quod abſque negotio eſt, Toloneos non prehendat &c.* & *Caroli Magni*, de An. 778, Cap. XIX, apud eundem l. c. pag. 122: *de Tholoneis, qui jam antea furbanniti fuerunt, ut nemo tollat, nec novos, ubi antiquo tempore conſuetudo* (non) *fuit* (exigere) *præſummat &c.* Ut & de An. 807, Cap. XI, ibid. p. 150: *De Theloneis & ciſpaticis, ſicut in alio Capitulare ordinavimus, teneant id, ut, ubi antiqua conſuetudo fuit, exigantur, & ubi nova fuerint inventa, deſtruantur &c.* Add. Capitulare *Ludovici Pii*, de An. 819, Cap. XIX, ibid. pag. 234: *Ubi, tempore Avi Noſtri, Dn. Pipini, conſuetudo fuit Theloneum dare, ibi & in futurum detur; nam, ubi noviter inceptum eſt, ulterius non agatur &c.* & *Lotharii I*, de *Pace conſervanda*, Cap. XIII, ibid. pag. 157, & apud eundem, de *Conſuetudinibus Imperial.* pag. 119: *Placet Nobis, ut antiqua & juſta Thelonea à negotiatoribus exigantur, tam de Pontibus, quam de navigiis, ſeu Mercatis; Nova vero, ſeu injuſta, ubi vel funes tenduntur; vel cum navibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adjutorium itinerantibus præſtatur, ut non exigantur &c.* Eodem facit Transactio *Henrici V* Imperatoris, cum *Paſchali 2*, Pontifice Romano, de An. 1110, nec non diploma *Friederici I* Imp. An. 1159, *Aſtenſibus* datum; pariter ac Textus 2 Feud. 56, & *Radevici* auctoritas, quorum omnium præced. Tit. 2, ad *Rubric.* memini. Nec abludit *Güntherus* Poëta, Lib. 4 *Ligurini*, apud *Reuberum*, p. m. 344:

> - - - *Paucique latrones*
> *Improba Romano poſcunt à Rege tributa,*
> *Cujus ad arbitrium diſponitur omne tributum &c.*

jung. idem, Lib. 8, pag. 408, verbis cit. Tit. 2, ad Rubric. lit. a, occurrentibus. Quæ ex *Speculo Suevico*, (*Schwäbiſchen Land-Recht*,) *Speculo Saxonico*, & *Codice Juris Alamannici Feudalis*, huc adduci merentur, itidem, præced. §. 4, lit. c, jam notavi. Unde ſua quoque *Daniel Otto*, Cap. XI *Jur. Publ.* §. VI, pag. m. 420 &c. Hujus inſuper loci eſt ſententia, ſub dato *Auguſtæ*, An. 1208, Id. Januar. rogante *Friderico*, *Tridentino* Epiſcopo, varias ſuper quæſtiones, ab *Ottone IV* Imperatore lata, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Specilegii Eccleſiaſtici*, Cap. 4, Tit. *Trident.* §. 6, pag. 916, verb: *Conſtitutus igitur, in præſentia Noſtra, in ſolemni Curia apud Auguſtam, in multorum hominum, & aliorum Principum præſentia, dilectus Fidelis Noſter, Fridericus, Tridentinus Epiſcopus, quæſivit in ſententia* —— *Si aliquis, ſine Regia licentia & authoritate, novum poſſit inſtituere Teloneum? & data eſt ſupra hoc ſententia: Quod nullo modo hoc fieri poſſit, vel debeat, &, ſi factum fuerit, irritum ſit & inane &c.* Similiter & Diploma, quo, ſub dato *Regenſpurg*, *am Montag nach S. Margreten Tag*, An.

1471, *Fridericus III* Imperator, *Carolum*, Marchionem *Badensem*, *Kochenheimensis Vectigalis* immunitate donavit, apud Dn. *Schilterum*, inter Diplomata hujus Augusti, pag. m. 100, ubi: *Wir Friederich - - - - bekennen, daß Uns der Hochgebohrne Carle, Marggrave zu Baaden - - - - fürbracht hat, wie vergangen Zeiten, durch weiland Bischoffen Wilhelmen von Dietsch, Bischoff zu Straßburg, ohn Unser Vorfahren am Reiche willen, und Erlaubnüß, ein Zoll zu Hittenheimb, unnd Matzenheimb fürgenommen, unnd nu, durch den Erwürdigen Ruprechten, Bischoffen zu Straßburg - - - - Unsern halb auch unerlaubt, unnd unverwilligt, gen Kogenheim gelegt, da solchen Zoll von seinen Unterthanen gefordert und genommen, dadurch Er - - - - merckhlichen beschwehrt werde - - - - wann Uns nun nicht gemeint were, daß der genant Marggraff Carln, seine Erben, unnd die Ihre, also mit solchen Zolle, dieweil der, weder von unsern Vorfahren am Reich, noch Uns, nicht verliehen, gegeben, noch bestättigt ist, unbillichen Beschwerd und zu Schaden bracht werden solten, so haben Wir &c.* Imo R. J. *Ratisbon.* de An. 1576. §. *Dadurch dan,* 119, verb: *Will auch das alles, zu Unserer Kayserlichen besondern Hoheit, und Reservaten, dann so wohl zu Unserer Kayserlichen als auch der Churfürsten Reputation, Veracht, Schmälerung und Abbruch, de facto durchgebracht, und fortgesetzt werden &c.* Sermo est, de novorum Teloniorum exactione, veterumque augmento, prohibendis. Conf. *Baldus*, in L. 3. C. de *Jure Fisci*; *Rumelinus* l. c. pag. 253, ibique *Mylerus* in *Additionib.* lit. b. *Carpzovius*, ad *Legem Regiam*, cit. Cap. VIII, Sect. I, §. 6, p. 195; alii plures.

Ab antiquissimis tamen temporibus, cum Statibus Imperii jam communicatum noscitur, & primitus quidem Ecclesiis; cujus rei documenta quædam hic suppeditabo:

Secul. VII.

SIGEBERTUS II, Austrasiæ Rex, in Diplomate, *Remaclo*, *Stabulensi* Præsuli, dato, apud *Gretserum*, de *divis Bambergensibus*, §. XVIII, p. 531, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. V, Tit. *Stablo*, §. 2, pag. 181, ait: *Sanctum ac Venerabile Monasterium Stabulaus ---- decrevimus aliquantulum de Fisco Nostro consolari, Teloneum igitur, quod ad Portum super fluvium Legeris pertinere videtur, pro stabilitate Regni Nostri, ad Monasterium superius scriptum, Nostri muneris largitate, concedimus &c.* Conf. Dn. *Lunigius*, Contin. I *Spicilegii Ecclesiastici*, § *Absatz*, Tit. *Stablo*, §. 2, p. 1061.

Secul. VIII.

Constantiensi Sedi prædia sua, & Tributum, sive Vectigal, quod in Vico Imperiali, nunc Urbe, Colmariensi, dotis nomine possidebat, liberaliter largita est BERTRADA, Caroli Magni Mater, Regina, juxta *B. Rhenanum*, *Rer. German. lib. 2. sub Rubr. Pietas Francorum*, f. m. 93 &c. Hæc *Daniel Heiderus*, *von den Reichs-Vogtheyen*, Cap. 4. Apologiæ, pag. m. 213. Ejusdem donationis tacite meminit *Constantiense Chronicon*, apud *Pistorium*, pag. m. 630, in vita *Erenfridi*, XIII Præsulis (quem An. 736. floruisse, *Hermannus Contractus*, ad h. a. pag. m. 296, testatur,) verb: *Sub hoc* (Episcopo) *Vertrada, Caroli Magni Mater, Constantiensem Ecclesiam locupletavit.*

PIPINUS, *Caroli* laudati Pater, Francorum Rex donavit Cœnobium *S. Dionysii* Inf. Franciæ, *Teloneo, de Mercato anniversali S. Dionysii ibi tollendo*; diplomate teste *Ludovici Pii*, quo, sub dato *Monasterii S. Dionysii*, 7 Kal. Sept. An. XIX Imperii sui, adeoque An. 832, dicti Cœnobii partitionem Bonorum, ab *Hilduino* Abbate factam, confirmat, apud Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. V, §. 26, pag. 392, & Dn. *Tentzelium*, in *Vindiciis Censuræ Conringianæ diplomatis Lindaviensis Ludoviciani*, Append. 1, §. 8, pag. 17, ubi: *Confirmamus illis ---- omne Teloneum, atque Censum, quod de Mercato anniversali, per festivitatem S. Dionysii, exire consuevit; sicut, bonæ beatæque memoriæ, Domnus Avus Noster, Pippinus, per suum Præceptum, eis dedit, quicquid exinde pars Fisci poterat exactare &c.*

Secul. IX.

CAROLUM MAGNUM simili Privilegio prospexisse Archi-Episcopo *Saltzburgensi*, discimus ex Imperatoris *Philippi* confirmationis charta, qua, sub dato *Maguntiæ*, An. 1199, 3 Kal. Octob. donationes Antecessorum dictæ Sedi factas, in favorem *Alberti* Præsulis, ratihabet, apud *Gewoldum*, Tom. 1 Addit. ad *Hundii Metropolim*, in Historia *Archi-Episcoporum Saltzburgensium*, pag. m. 51. (in veteri Edit. pag. 78.) & Tom. 2, in Historia Cœnobii *Berchtolsgadensis*, pag. m. 123 &c. (in vet. Edit. pag. 179;) & Dn. *Lunigium*, Part. 1, Continuat. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2. Tit. *Saltzburg*, §. 26, pag. 964 & 965: *Constituimus, quod ex Præcepto Ludovici Imperatoris agnovimus, cujus Præcepti exemplum Ipse quoque à Sui Genitoris, sacratissimæ memoriæ, Domini*

Domini Caroli, Præcepto traxerat - - - - *ut videlicet ea, quæ prætaxata Ecclesia hactenus recto titulo possedit & tenuit, & ea, quæ Nostris diebus possidet ac tenet, &, quæ in futurum, Deo annuente, rationabiliter acquiret, in quibuslibet Pagis, vel Territoriis, infra ditionem Imperii Nostri constitutis, per hanc Confirmationem Nostram, absque alicujus contrarietate, de cætero possideat, ac teneat, ita liberè, ac cum Jurisdictione, quod nullus Judex publicus, nec quisquam Judiciaria fungens potestate, ad causas audiendas, vel ad freda, aut Tributa, aut Telonea, (quæ à vulgo dicuntur Muta) exigenda* - - - - *prædictæ Ecclesiæ possessiones ingredi audeat. Sed hæc Jura, & cætera similia emolumenta, quæ Fiscus Regalis inde sperare poterit, aut exigere, in usum & facultatem Archi-Episcopi, quicunque prædictæ Sedi præfuerit, in integrum cedant &c.* Conf. mox sub *Ludovico IV* ead. an. 908; & seq. Tit. XVIII. §. 8, lit. b, ad An. 1199.

Idem Cæsar, suasu *Hildegrimi, Halberstadensis* Ecclesiæ Episcopi, sub dato *Seligenstatt*, 6 Kal. Majas, An. 802, *Helmstadensi* Cœnobio *Villam in Karlstorff, & agrum ejusdem, cum omni Jure & integritate, ac sylvarum attinentiis*, dono dedisse legitur, apud *Bucelinum* l. c. Part. 2, Tit. *Werthinense*, pag. 307 & 308. Nulla quidem *Telonii* mentio fit specialis, attamen phrasi, *cum omni Jure*; vocabulo *appendiciarum* alias expressa, *jus exigendi vectigalis* simul comprehendi, varia documento sunt diplomata, v. g. *Henrici IV, Adelberto Hamburgensi*, an. 1062, datum, verbis præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Henrico IV.* occurrentibus; aliud, ejusdem anni, *Ellenbardo, Frisingensi*, (ceu mox, sub Seculo XI, probabo) concessum; alia duo, An. 1065, præfato Præsuli *Hamburgensi*, & An. 1067, *Altmanno, Pataviensi*, scripta; cit. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad hos annos.

LUDOVICUS PIUS, confirmando concessionis chartam, qua Ipsius Pater Cœnobio *Montis Oliveti*, in *Carcassonensi* Diœcesi, *Septimaniæ Superioris*, sub dato *Aquisgrani*, 6 Id. Decembr. Anno Imperii *Domni Ludovici* secundo, Indict. VIII, proinde, An. 815, prospexit, apud *Baluzium*, in Append. *Capitularium Francicorum*, §. 28, & *Tenzelium*, in citatis *Vindiciis Conringianis*, Append. 2, §. 2, pag. 48, ait: *Præcipimus, atque jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate, in Ecclesias, vel loca, aut agros, seu reliquas possessiones prædicti Monasterii* --- *ad causas audiendas; vel Freda exigenda; aut mansiones vel paratas faciendas; aut Fidejussores tollendos; aut homines Monasterii, tam ingenuos, quam & servos, super Terram ipsius Commanentes, injuste distringendos; nec ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones, requirendas, nostris & futuris temporibus, ingredi audeat* - - - - & *quicquid de rebus præfati Monasterii Fiscus sperare poterat, totum Nos, pro æterna remuneratione, præfato Monasterio concedimus, ut in alimoniam pauperum, & stipendia Monachorum, ibidem Deo famulantium, perpetuo proficiat in augmentum &c.* Quæ locatio, quoad Fisci jura in Ecclesiam translata, in aliis quoque diplomatibus Ejus occurrit v. g. sub dato *Aquisgrani*, 4 Non. Junii, An. 816, quo *S. Michaëlis* Cœnobio, prope *Virodunum* in Lotharingia, libertatem pristinam & immunitatem ratas habuit, apud *Mabillonium*, T. 2. *Veterum Analectorum*, pag. 408. & Dn. *Tenzelium*, l. c. §. 3, p. 49; sub dato *Aquisgrani*, 4 Non. April. An. 822, quod, *Baderado* Episcopo rogante, *Paderbornensi* Ecclesiæ impertivit, apud *Conringium*, in cit. *Censura Diplomatis Ludoviciani Lindaviensis*, pag. 13 & 14; & *Tenzelium* l. c. §. 5, pag. 51; rursus, sub dato *Ingilinheim*, 6 Kal. Aug. An. 823, *Adalardo, Corbejensium* Abbati, concesso, apud *Mabillonium*, de *Re diplomatica*, lib. VI, §. 68, pag. 514 &c. & *Tenzelium* l. c. Append. 1, pag. 7; sub dato *Aquisgrani*, 8 Kal. Septemb. An. 833, quo statuit, ut bina asceteria Ordinis *S. Benedicti*, nempe *Fossatus*, in Agro Parisiensi, & *S. Mauri*, ad Ligerim, in Andegavensi Pago, perpetuo sub regimine unius ejusdemque Abbatis consisterent, immunitateque ab omnibus publicis exactionibus, judiciariis Potestatibus, & expeditione militari, fruerentur, apud *Baluzium* l. c. §. 52, & *Tenzelium* l. c. Append. 2, §. 10, pag. 56; passimque alibi; vid. *Baluzius* l. c. §. 29 & 30; *Tenzelius* l. c. §. 17 & 18, pag. 66 & 68.

ARNOLPHO Jus *exigendi Telonii* acceptum refert *Pataviensis* Ecclesia, teste diplomate An. 898, cujus præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a. mentio facta.

LUDOVICI IV munificentiam eodem titulo celebrant:

Corbejensis Abbas, respectu Villæ *Horohusun*, ab An. 900. vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c. sub Ludovico 4, ad h. a.

Ratbodus, Trevirensis Archi-Episcopus; ab An. 902; vid. præced. §. 4, lit. c, sub eodem, ad h. a.

Pilgrimus, Archi-Episcopus *Salisburgensis*, sub dato *Waipillinga*, 19 Cal. Januar. An. 908, apud Dn. *Lunigium*, Part. 1. *Spicilegii Ecclesiastici*, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Saltzburg*, §. 3, pag. 948, ubi: *Pro amore Dei, & Sanctorum Ejus, videlicet Petri, Principis Apostolorum, & S. Ruperti, Confessoris Christi, atque Pontificis, & omnium Sanctorum Dei* - - - - *quasdam*

res

res proprietatis Nostræ, ad Monasterium, quod dicitur Saltzburg, in potestatem prædictorum Sanctorum, & in Pastoralem Dominationem Pilgrimi, ibidem constituti Archi-Episcopi, in Pago Saltzburghove dicto, in Comitatu Sigibardi, h. e. Curtem Nostram, Saltzburghov vocatam, quam ipse Archi-Episcopus tunc in ministerium habere visus est, potestative in proprietatem concessimus, atque transfudimus, totam cum integro, cum curtilibus, omnibusque ædificiis, campis, agris, pratis, pascuis, sylvis, lacis, aquis, aquarumque decursibus, Venationibus, Molendinis, Piscationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, Terris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipiis quoque omnibus utriusque sexus, parscalcis, cum omnibus Censibus, in Halla, & extra Hallam, in Salina & extra Salinam, circa fluvios Sala & Saltzaha vocatos, in auro & sale, & pecoribus, cum Teloneis duobus, qui vulgo Muta vocantur, & cum omnibus appendiciis, & adjacentibus rebus suis &c. - - - - ut ulterius nullius personæ homo ausus sit, hanc donationem confringere; & si hoc quis facere cogitat, Dei judicium incurrat &c. Quam donationem *Philippus* Cæsar, sub dato *Maguntiæ*, An. 1199, 3 Kal. Octob. in favorem *Alberti* Præsulis, confirmasse legitur, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 1, p. 53; & Tom. 2, pag. 123; (& Edit. vet. pag. 179) & Dn. *Lunigium*, l. c. §. 27, p. 968.

Leodiensis Ecclesia, quoad *Trajectum*, ab eodem Anno. Vid. præced. §. 4. lit. c, sub *Ludovico IV*, ad h. a.

OTTO MAGNUS, An. 937, Congregatione SS. *Mauritii* & *Innocentii*, *Magdeburgici*, in proprium dedit *Teloneum omne, quod in Magdeburg constitutum est*. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, pag. 1143; Conf. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, XV *Absatz*, §. 2, p. 339.

An. 941, novum desuper edidit diploma, cujus præced. §. 4. lit. c. sub Eo, ad h. a. memini.

An. 945, concessit *Thelonium Meppense* Abbati *Corbejensi*. Vid. ibid. ad h. a, idemque jus,

An. eod. Reginobaldo, Episcopo *Spirensi*; Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, ad h. a. pag. 1144; ut &

An. 952, Drogoni, Episcopo *Osnabrugensi*, in *Wyddenbruge*; præc. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a; &

An. eod. Cœnobio *Poledano*, in Principatu Grubenhagensi, in Villa *Göttingen*. Vid. præced. lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, p. 1145.

An. 959, sub dato *Fritislaræ*, 17 Kal. Februar. *Luitholfo*, Episcopo *Curiensi*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Chur*, §. 2, pag. 154: *Teloneum vero omne, quocunque modo à negotiatoribus exigatur in ipso loco* (Curiæ) *& integritatem Monetæ, similiter ad ipsam Ecclesiam* (Mariæ Virginis & S. Lucii Confessoris) *condonamus, perpetualiter habendum, ac juste servandum Episcopis ibidem omnibus &c.*

An. 960, Telonium, quod hactenus in villa Ethi sumendum fuit, Ansfredo, Vasallo suo, in loco Casallo suscipiendum tradidit; apud Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, V *Abtheilung*, §. 78, p. 924 & 925.

An. 961, contulit in *Landwardum*, Episcopum *Mindensem*, quicquid Fiscus ex bonis dictæ Ecclesiæ sperare potuit. vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, pag. 1145.

An. 963. Largitus est jus *telonei* Cœnobio *Laurishamensi*; vid. ibid. ad h. a. p. 1146.

An. 965; Confirmavit idem jus Ecclesiæ *Magdeburgicæ*; vid. ibid. ad h. a. pag. 1147, & præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub *Ottone Magno*; etiam quoad Villam *Getlide*; vid. cit. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a.

An. eod. largitus est *Teloneum in Wezinloch*, *Gerbodoni*, Abbati *Laurishamensi*; Præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, p. 1147; & præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a.

An. 966, facultatem dedit Ecclesiæ *Hamburgensi* construendi Mercatus *Bremæ*, addendo *Bannum & Theloneum*. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, ad h. a. pag. 1148; & præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a, ubi simul confirmationum Cæsarearum memini.

An. eod. Jure *Telonei* dotavit *Otgerum*, *Spirensem* Episcopum. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, ad annum 973, pag. 1150, ubi confirmatio *Ottonis III*, de An. 989.

An. 972, Idem jus confirmavit Ecclesiæ *Leodiensi*. Vid. præced. §. 4, lit. c, sub *Ludovico IV*, ad An. 908.

OTTO II, ratum habuit idem jus Ecclesiæ *Magdeburgicæ*, in Villa *Getlide*. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub *Ottone Magno*, ad An. 965; nec non,

An. 974, sub dato *Walbech*, 5 Id. April. Abbatissæ *Herifordensi*, in loco, *Adonhusa* nominato; vid. ibid. sub *Ottone II*, ad hunc annum; &,

An. 976, *Miloni*, Episcopo *Mindensi*; vid. præced. §. 4, lit. c, sub *Ottone II*, ad h. a.

An. eod.

An. eod. sub dato *Ratisbonæ*, 2 Kal. Aug. in charta *Piligrino*, *Pataviensi* Episcopo, scripta, apud *Gewoldum* ad Tom. I *Metropolis Hundii*, in *Catalogo Episcoporum Patavensium*, pag. 239, &, Edit. vet. p. 358, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4. Tit. *Passau*, §. 10, pag. 764, ait: *Comperiat omnium Fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, industria, qualiter Vir Venerabilis, dilectus ac fidelis Noster, Piligrinus, S. Laureacensis Ecclesiæ Pontifex, Serenitatis Nostræ Magnificentiam adiit, intimando: Antecessorem suum, Adalbertum, piæ record. Episcopum, quandam partem Thelonei in Patavia Civitate, à beatæ mem. Domino & Genitore Nostro, Ottone Imperatore Augusto, in Beneficium, usque ad obitum vitæ suæ, tenere, & ut ipse, ob restaurationem destructæ Ecclesiæ S. Stephani, Protomartyris Christi, eandem partem prædicti Thelonei, Nostræ largitatis munificentia, in proprium possideret, omnimodis imploravit. Unde, divino amore succensi ----- eundem jam dictum Theloneum, cum tali lege & integritate, quali eum Adalbertus Episcopus in Beneficium, & Bruno postmodum, Nepos Noster, in proprium habere videbantur, ad Pataviensem Ecclesiam - - - Jure Imperiali donamus, ita, ut Rectores ejusdem ---- per cuncta volventis Mundi curricula ---- in proprium teneant, atque possideant &c.* Confirmationem *Ottonis III*, sub dato *Romæ*, An. 999, 3 Non. Januar. suppeditat Dn. *Lunigius* l. c. §. 19, p. 770.

Eandem liberalitatem exhibuisse legitur Ecclesiæ *Wormatiensi*, teste Confirmationis charta *Ottonis III*, sub dato *Duisburg* 3 Kal. Maji, An. 985, desuper confecta, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Tit. *Worms*, §. I, pag. 922, ubi: *Vir Venerabilis Hildeboldus, S. Wangionensis Ecclesiæ Episcopus, ad Nos venit, secum deferens Præceptum b. m. Genitoris Nostri, Ottonis, Imperatoris Augusti, in quo continebantur, qualiter Ipse ad Ecclesiam S. Petri, Principis Apostolorum, prælibatæ Civitate Wangione constructam, pro divino amore, suæ authoritatis Privilegio, perpetim, sub jure Ecclesiæ, & præfati Episcopi, Successorumque illius, habendum condonavit, quidquid suus Nepos, ac Noster æquivocus, Otto, intra Urbem Wangionensem, vel in suburbio, tam in Bannis, quam Toletis, visus est, Regia & Imperiali parte, tenuisse; nam traditione, ac permissu decessorum suorum, usque in sua tempora, eadem Ecclesia, tam in Toletis, quam Bannis, duas tantum totius utilitatis partes tenuit, tertia, ut omnibus illius Provinciæ Optimatibus notum est, Regio & Imperiali Fisco fuit reservata; pro rei tamen firmitate jam dictus præfatæ Ecclesiæ Hildeboldus, magni erga Nos meriti Episcopus, petiit Celsitudinem Nostram, ut Genitoris Nostri traditionem, nova Dominationis Nostræ præceptione, confirmaremus; cujus petitionem --- benigne suscipientes --- omne, quod præscriptus Genitor Noster, Imperator Augustus, intra ductum Novæ & Antiquæ Urbis, tam Bannis, quam Toletis, à suo Regio & Imperiali Jure, in ejusdem Ecclesiæ jus tradendo transtulit, hoc Nostræ Celsitudinis Regio Præcepto, Nos noviter donamus, ac confirmamus, Regia potestate firmiter præcipientes: ut omnes cujuscunque negotiationis utilitates, Toletis videlicet, & Bannis, sive ex ipsa Urbe, vel de suburbio Villæ, vel circumjacentis confinio, provenientes, idem Hildeboldus Episcopus, suique Successores, & reliquarum Ecclesiarum, Moguntiæ, atque Coloniæ Præsules, pleno jure possideant; & nullus Comes, vel Judex, aut aliqua Judiciaria persona, in prædicta Civitate Wangione, ullam deinceps exerceat potestatem, præter nisi is solus, quem Pastoralis dignitatis solertia præfecerit Advocatum &c.* Discimus hinc simul, etiam *Ottonem*, Vangionum Ducem, de quo præced. Lib. I, Tit. XVI, inter *Duces Franconiæ*, §. 33, pag. 371 &c. quædam notavi, *Telonei Wormatiensis* fuisse participem.

An. 981, sub dato *Gruonæ*, 8 Id. Januar. confirmando donationes Ecclesiæ *Leodiensi* factas, memor locorum *Hoyum*, *Fosses*, *Lobies*, *Tungres &c.* apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Lüttich* §. XIV, pag 489, inquit: *Imperiali Edicto præcipimus, ut nullus Comes, nullus Judex, nisi cui Episcopus commiserit, audeat potestatem exercere super ea loca, neque Placitum habere, aut Freda, aut Tributa, aut Bannos; aut Telonia, aut reditus de statione navium, exigere, neque in quibuslibet aliis, quæ vel nunc habentur, vel de cætero habenda sunt &c.* Conf. supra, sub *Ludovico IV*, ad An. 908, & inferius, sub *Henrico S.* ab An. 1006.

An. 983, Jus exigendi nauli in *Rheno* & *Navo*, largitus est *Willegiso*, Præsuli *Moguntino*; vid. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

Eundem ditasse *Merseburgensem* Ecclesiam *Suenca* Civitate, *cum appertinentibus cunctis*, præced. §. 4, lit. c, monui.

OTTONEM III eodem titulo laudant:

An. 985, *Notgerus*, *Leodiensis*, sub dato *Gilenheim*, Non. Jun. vid. supra, sub *Ludovico IV*, ad An. 908.

An. eod. *Hildeboldus*, Præsul *Wormatiensis*; ceu sub *Ottone II*, modo commemoravi.

An. 989, *Rupertus*, Episcopus *Spirensis*. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, p. 1150.

An. 993, *Adaldagus*, *Niwenburgensis* Abbas. Præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub *Ottone III*, ad h. a.

An. eod. *Mechtildis*, Abbatissa *Quedlinburgensis*; ibid.

An. 994, *Notkerus*, Episcopus *Leodiensis*, in *Fossis*. Vid. ibid. ad h. a.

An. 996, *Gotschalcus*, Episcopus *Frisingensis*, ibid. ad h. a.

An. eod. *Ansfridus*, in Villa *Medemalacha*. Præced. §. 4, lit. c, sub *Ottone III*, ad h. a.

An. 999, *Christianus*, Episcopus *Pataviensis*; Præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub *Ottone III*, ad h. a.

Hildewardus, Episcopus *Halberstadiensis*, resp. *Halberstatt* & *Osterwick*; ibid. post an. 985.

An. 1000, *Erisco*, *Niwenburgensis* Abbas. Ibid. ad An. 993.

Secul. XI.

Ab HENRICO SANCTO, idem Privilegium confirmatum obtinuere:

An. 1002, *Arnoldus*, Episcopus *Halberstadensis*. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub *Ottone III*, post An. 985.

An. eod. *Wodilulphus*, *Osnabrugensis*; Ibid. sub *Henrico S.* ad h. a.

An. 1003, *Libizo*, Archi-Episcopus *Hamburgensis*; ibid. sub *Ottone Magno*, ad An. 966.

An. 1006, *Notkerus*, Episcopus *Leodiensis*, sub dato *Erstem*, 4 Id. Junii, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Lüttich*, §. XVIII, pag. 490 & 491, ubi, mentione facta donationum in dictam Ecclesiam collatarum in *Lobiis*; *& in loco, qui dicitur ad S. Hubertum*; *Bronio*; *Gembluos*; *Fossis in Malonia*; *Namurco*; *Dionante*; *Geumaco*; *Edla*; *Tungris*; *Hoyo*; *Trajecto*; *Malinas*; *vel in cæteris locis*, annectit Cæsar: *Firmissime jubemus, ut deinceps nullus Comes, nullus Judex, nisi cui Episcopus commiserit, in prædicta loca, vel eorum Territoria, quæ in quibuslibet Pagis, infra Regni Nostri ditionem, & nunc habent, & in futuro habenda sunt, ad causas audiendas, vel ad Freda, aut Banna, aut Tributa, aut, de statione navium, vel de qualibet alia re, Telonia, exigenda, aut aliqua districtionis negotia, super Homines, tam ingenuos quam servos, in eis manentes, exercenda, nostris & futuris temporibus, ingredi audeat, vel quicquam in eis, contra voluntatem Episcopi, successorumque ejus, attentare audeat. --- & quicquid, de præfatis rebus Ecclesiarum, jus Fisci exigere poterat, prædictæ Ecclesiæ esset &c.* Conf. supr. sub *Ludovico IV*, ad An. 908, & *Ottone II*, ad An. 981.

An. 1007, Idem, quoad Abbatiam *Thorensem*. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c., sub *Henrico S.* ad h. a.

An. 1009, *Godehardus*, Abbas *Altahensis*; ibid. ad h. a.

An. 1014, *Unati*, Archi-Episcopus *Hamburgensis*; ibid. sub *Ottone Magno* ad An. 966.

CONRADUS SALICUS, sub dato *Aquisgrani*, 8 Kal. Maji, An. 1028, ejusdem Juris participem reddidit, *Hartwicum*, Episcopum *Brixiensem*, teste diplomate apud *Gewoldum*, in Addit. ad Tom. I. *Metropolis Salisburgensis Hundii*, in Catalog. *Episcoporum Brixinensium*, pag. m. 471, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Brixen*, §. 5, pag. 147, ubi: *Notum esse cupimus, qualiter dilectus Noster, Aribo, Moguntinæ Sedis Venerabilis Archi-Episcopus, & Bruno, Augustensis Episcopus, Celsitudinem Nostram adierunt, humiliter obsecrantes, ut Clusas, sitas in loco Sebona, in Pago Orital, in Comitatu Engelberti, cum Thelonio, & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, ad Monasterium Sebona ---- per Nostrum Imperiale Præceptum, traderemus; quorum petitioni pium, sicut justum erat, assensum præbentes --- suprascriptas Clusas, ad præfatum Monasterium, per hoc Imperiale Præceptum, firmissime tradimus, ea videlicet ratione, ut Hartwicus, ejusdem Ecclesiæ Episcopus, suique successores, liberam dehinc potestatem de eisdem Clusis habeant tradendi, vendendi, commutandi, vel, quid sibi placuerit, inde faciendi, ad usum tamen præscripti Monasterii &c.*

An. 1029, Idem jus confirmavit *Engilberto*, Episcopo *Frisingensi*. Vid. præced. Tit. 2, §. 37. lit. c. sub *Ottone III*, ad An. 996; ut &,

An. 1030, *Mainhardo*, Episcopo *Herbipolensi*, ibid. sub *Conrado Salico*, ad h. a. &,

An. eod. Cuidam *Manegoldo* Fideli; ibid. &

An. 1033, *Winoni*, Abbati *Helmwardeshusano*; ibid. ad h. a.

An. 1035, *Becelino*, Archi-Episcopo *Hamburgensi*, quoad *Bremam*; ibid. sub *Ottone Magno*, ad An. 966.

An. 1038, Eidem, quoad *Heslingoam*; ibid. sub *Conrado* nostro, ad h. a.

HENRICI III. munificentiæ idem Privilegium debent:

An. 1039, *Nikerus*, Episcopus *Frisingensis*. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c. sub *Ottone III*, ad An. 996.

An.

An. 1040, Becelinus, Præsul *Hamburgensis,* quoad *Heslingoam ;* vid. ibid. sub *Conrado Salico,* ad An. 1038.

An. eod. Nithardus Leodiensis, quoad *Haspingam.* Vid. præced. §. 4, lit. c, sub *Henrico III,* ad h. a.

An. 1049, Dietmarus, Abbas *Altahensis.* Præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub eodem, ad h. a.

An. 1056, Theodoricus, Abbas *S. Maximini,* ibid. ad h. a.

HENRICUM IV. eodem titulo celebrant:

An. 1057, Adelbertus, Præsul *Hamburgensis,* quoad *Winechun & Gerleviswert ;* ibid. sub hoc Imperatore, ad h. a.

An. eod. Ellenbardus, Episcopus *Frisingensis,* ibid. sub *Ottone III,* ad An. 996.

An. 1062, Adalbertus, modo laudatus, quoad *Liestmuonam,* nec non quoad Comitatum *Bernhardi,* in Pagis *Emisgoa, Westfala,* & *Angeri ;* ibid. sub *Henrico IV,* ad h. a.

An. eod. Ecclesia *Babenbergensis ;* ibid.

An. eod. sub dato *Augustæ,* 9 Kal. Octob. *Ellenbardus,* modo nominatus *Frisingensis* Antistes, resp. Marchiæ *Histriæ &c.* apud *Gewoldum,* l. c. pag. 151 & 152, in *Catalogo Episcoporum Frisingensium,* & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Frisingen,* §. 31, pag. 229: *Ob devotum fidele servitium Ellanbardi, Frisingensis Sedis Episcopi, quasdam Nostri Juris proprietates, ad Fiscum Nostrum pertinentes, in Marchia Histria, & Comitatu Mar. Wodalda, inque locis subnotatis inter Piriam & Newburg sitis, cum omnibus utilitatibus ad eas rite pertinentibus, h. e. mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, Terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, stationibus navium, Theloneis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ ullo modo dici aut nominari possunt, ad Monasterium S. Andreæ Apostoli, in Civitate Frisingen, à prefato ejusdem Civitatis Episcopo, in Dei nomine iniciatum & constructum, ex proprio, in proprium donamus &c.*

An 1064, Fridericus, C. P. Saxoniæ. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub hoc Cæsare, ad h. a.

An. 1065, Adalbertus, Præsul *Hamburgensis,* quoad Villam *Sinziche ;* ibid. ad h. a.

An. eod. Idem, respectu Curtis *Tusburch.* Vid. præced. §. 4, lit. c, ad h. a.

An. 1067, Altmannus, Episcopus *Patavinus,* Præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a.

An. 1069, Ellenhardus, Frisingensis, quoad Villas *Cubida, Counca, Ozpe, Bazari, Trusculo, Steina &c.* ibid. ad h. a.

An. 1083, Liemarus Præsul *Hamburgensis,* resp. Abbatiæ *Altene ;* ibid. h. a.

An. 1085, Idem, quoad Abbatiam *Fredena ;* ibid. h. a.

Sub HENRICO V, *Moguntinos* Præsules *Theloneum Moguntiæ* exegisse, documento est Charta *Arnoldi* Moguntini, An. 1155 Civitati *Duisburgensi* concessa, apud Dn. *Dithmarum* in *Codice Diplomatico, Teschenmacheri Annalib. Cliviæ* annexo, § V, pag. 3, ubi: *Noverint universi Christi fideles, qualiter Mercatores de Duisburg --- Civitatem Nostram Moguntinam, cum mercibus suis, dudum frequentabant --- accidit autem, quod tempore Querre, quæ habita est inter Prædecessorem Nostrum, Albertum, & Henricum V, Imp. An. 1121, prædicti Pagi Negotiatores, non ob suam culpam, sed propter Domini sui, Regis videlicet, apud Civitatem Nostram, vim paterentur, adeo, ut theloneum, contra jus & pratu solitum, ab ipsis immoderatum exigeretur --- Nos itaque --- causam illam tamdiu ventilavimus, donec, secundum jus Civile, accepto Judicio, Mercatores illi ---- comprobaverunt, quod, ad portam Nostram applicantes, secundum Jus primitivum, & legitimum, quatuor nummos ad theloneum de Vari deberent persolvere; &, si forte naves ibi suas onerarent, de uniuscunque navis onere, unum tantum nummum, ad theloneum esse persolvendum ; si autem navem vacuam deferrent, 4 nummos thelonaros exinde persolverent &c.*

Secul. XII.

CONRADUS III. idem Regale confirmavit *Reinhardo,* Abbati *Reinehusensi.* Vid. ibid. sub hoc Cæsare;

FRIDERICUS I. contulit idem jus,

An. 1155, in Hermannum, Constantiensem Episcopum. Vid. ibid. sub hoc Principe, ad h. a.

An. eod. in *Hartmannum,* Episcopum *Brixinensem,* apud Dn. *Lunigium,* cit. Part. 2. *Spicilegii Ecclesiastici,* Cap. 4, Tit. *Brixen,* §. 2. pag. 1089, verb: *Statuta Antecessorum Nostrorum firma esse decrevimus, quapropter jubemus ---- ut nullus Judex publicus, Dux, vel Comes, aut Exactor, sive Decanus, sive Centenarius, vel quislibet ex Judiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memoratæ Sedis ---- ad causas audiendas; vel Freda exigenda; aut mansiones faciendas vel paratas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ ad Vectigalia, sive ad aliud aliquod servitium, sine jussu Episcopi, injuste distringendos, aut*

nullas redhibitiones, seu illicitas exactiones requirendas, ullo unquam tempore, ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat, &c.

An. 1158, ratum habuit idem jus *Hartwico*, Præsuli *Bremensi*. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub *Ottone Magno*, ad An. 968.

An. eod. confirmavit Transactionem inter *Henricum*, Saxoniæ Bavariæque Ducem, atque *Ottonem*, Episcopum *Frisingensem*, ratione *Telonei Monacensis*. Vid. ibid. sub *Friderico I*, ad h. a. Laudatum Ducem Regale hoc Lubecæ etiam exercuisse, præced. Lib. I, Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, in vita Ejus, ad An. 1157, pag. 163, nonotavi.

An. 1179, concessit idem Privilegium *Henrico*, Episcopo *Brixiensi*; vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, sub hoc Cæsare, ad h. a.

An. 1180, sub dato, *apud Civitatem Argentinensem*, 3 Non. Januar. confirmavit *teloneum* Episcopo *Wormatiensi Wormatiæ* solvendum. Vid. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4. Part. 2, Tit. *Worms*, §. 2, p. 680.

gemeine Gewerb, Commercien, Victualien, *und alle Handthierungen, zu noch höherm Auffschlag, Werth und Theurung, mercklich getrieben, auch leichtlich Ursach zur Ungedult, und schädlicher Empörung, geben möchte, sondern will auch das alles, zu Unserer Kayserlichen besondern Hoheit und* Reservaten, *dann so wohl zu Unserer Kayserl. als auch der Churfürsten, Reputation Veracht, Schmælerung und Abbruch*, de facto *durchgebracht, und fortgesetzt werden, wie Uns etliche unterschiedliche Fälle, auf dem Rhein, dann auch an der Donau, Elben, Weser, und andern Flüssen mehr; gleichfals zu Land, an vielen Orten; fürgenommen, angezeigt worden seynd &c.* (& §. 120.) *Derohalben, damit auch in diesem Fall Unsere und der Churfürsten* Reputation *zu keinem Veracht- noch Schmälerung gerathe ---- haben Wir gantz nötig zu seyn gnädiglich ermessen, derentwegen mit Unserm Kayserl. Schreiben, alle und jede Creyß-Obersten, Zu- und Nachgeordneten, insonderheit zu ersuchen, und ihnen zu befehlen ---- darzu die andere Creyß-Stände selbst, in Krafft dieses Reichs-Abschieds, gnädigst ersuchen, vermahnen, Ihnen samt und sonders gebieten und befehlen, bey denen Pflichten und Gehorsam, damit sie Uns und dem H. Reich verwandt, auf nechstkommenden Creyß-Tagen, so wohl in Ihren, als auf dero benachbarten Creysen, fleissig nachfragen, auch Erkundigung zu thun: Ob? Wo? und welcher massen, ungebührliche Neue Zölle, oder der Alten Zölle Ersteigerung, in den Creysen, zu Wasser, oder zu Lande, von einem oder mehr Ständen, unter was Schein dasselbig auch bedeckt werden wolte, fürgenommen seyn solten? wann, und wie lange das alles ungefæhrlich angefangen? was und wie viel Zolls, oder auch unterm andern Nahmen, den Leuten, zu Wasser und zu Lande, abgenommen? ---- das alles sollen Sie ---- selbst beschrieben und verschlossen, zu obberührtem Franckfurtischen* Deputations-*Tag, in die Maynzische Cantzley daselbst, überantworten lassen; welches alßdann Unsere Anwesende* (ita, sine dubio, legendum, non *Abwesende*, ut Codex Recessuum Moguntinus de An. 1692, pag. 865, mendose habet.) *Kayserliche* Commissarien, *und der Sechs Churfürsten abgeordnete Räthe, erbrechen, verlesen, was darinn ferners zu thun, sich vergleichen, und Uns dessen zum förderlichsten berichten sollen; darauff Wir alsdan die gebuhrende Nothdurfft fürnehmen und verschaffen wollen &c.* Ad quæ Cæsar *Rudolphus*, in literis ad Ducem Brunsuicensem & Luneburgensem, d. 8 Mart. 1578, apud *Goldastum*, Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, pag. 325, & *Limnæum*, ad Art. XIX, Capitulationis *Rudolphi II*, pag. 515 & 516, provocat, scribens inter alia: *Die andern neu-angestellte Beschwerungen aber, des Weg- und Stettgelts, dermassen beschaffen, daß sie Unsern und des H. Reichs Abschieden und Satzungen, fürnemlich der Gülden Bullen, und Unser Selbst Kayserlichen und des H. Reichs Churfürsten Præminentz, stracks zu wieder lauffen, und derwegen, weder Deiner Ld. noch jemand andern im H. Reich, zu ihren selbst Nutzen, und Steigerung der* Commercien *und* Victualien, *also eigenes Fürnehmens, ohn Unser, und gedachter des H. Reichs Churfürsten, sondern austrücklichen Consens, und Verwilligung, anzurichten gebühren; Uns auch, in Krafft des jüngsten Regenspurgischen Reichs-Abschied, und darauf neulich zu Franckfurt erfolgter Churfürstlichen Räth Bedencken, und Vergleichung, Ampts halber obliegt, solche Neuerung abzuschaffen. Hierumb so ermahnen Wir Deine Ld. hiemit ernstlich befehlende, und wollen, daß Deine Ld. vor allen Dingen, jetzo angeregte neue ungewöhnlich- und unleidliche Auffsätze, die Sie, unter dem Schein eines Wegs- und Stettgelts, Ihres Gefallens, wider des H. Reichs* Constitutiones, *angericht, also gleich, und ohne einige Einrede, und Auffzug, gäntzlich wieder abstelle, und sich darinnen also gehorsamb erzeige, daß Ihrenthalben kein fernere Klag fürkomme, und also andern Einsehens nöthig sey &c.*

An. 1612, eadem servare promisit *Matthias*, Art. XIX, XXI & XXII Capitulationis suæ, quæ *Carolus V*, Art. XVIII; *Ferdinandus I*, Art. XVII; *Maximilianus II*, Art. XVIII, XIX & XX, & *Rudolphus II*, Art. XVII, XVIII & XIX, & quidem cum additamento Art. XXIII, *und wäre es Sach, daß in solchen Fällen, neuer Zöll, oder Auffsatz halber, dardurch der Churfürsten Zöll geringert und geschmälert werden möchten, die Churfürsten, zu rechtlichem Außspruch*, active *oder* passive, *geriethen, demnach solche Zolls-* Regalia *und* Privilegia *allein von dem Römischen Kayser und König, mit Bewilligung der sechs Churfürsten im Reich, ertheilt und gegeben werden, und also der darüber einfallenden Stritten Entscheidung, vor Niemand anders, als Uns, gehörig, sollen solche Außsprüche vor Uns außgeführet, und erlediget werden, und kein Churfürst schuldig seyn, sich derenthalben, weder an Unserm und des Reichs Cammer-Gericht, oder andern Gerichten, mit* ordinariis Actionibus *anstrengen zu lassen; Gestalt Wir dan hierüber, bey gedachten Cammer-Gericht, gebührende Errinnerung und Verfügung zu thun, nicht unterlassen wollen &c.* Nec aliud definitum An. 1619, in Capitulatione *Ferdinandi II*, Art. XVII, XX, XXI & XXII, nisi quod Art. XVIII, additum reperiatur: *Deßgleichen wollen Wir auch diejenigen Ständ, denen, von Unsern Vorfahren, Römischen Kaysern, mit Verwilligung der Reichs-Churfürsten,* mit

mit dieser Maß und Vorbehaltung, *entweder neue Zoll gegeben, oder die alten erhöht, oder* prorogirt *worden, daß Sie jetztgedachte Churfürsten, Ihre Unterthanen, Diener, zugewandte, und andere gefreite Persohnen, auch derselben Haab und Güter, mit solchen, von neuem gegebenen, erhöheten, und* prorogirten *Zöllen, nicht beschweren, sondern an allen und jeden Orten Ihrer Fürstenthumb und Lande, mit ihren Wahren und Gütern, Zollfrey durch* passiren, *verfahren und treiben lassen: sich auch sonst, der Zoll-Erhöhung halben, gewisser verschriebener massen verhalten, und darüber, vermittelst eines sondern verglichenen* Revers, *gegen die Churfürsten, kräfftiglich verbinden sollen: die aber solche* Revers *noch nicht von sich gegeben, mit allem Ernst dahin erinneren, und vermahnen, sich hierinnen der Schuldigkeit zu bequemen, und angeregten* Revers, *ohn längern Verzug, heraus zu geben, und den Churfürsten einzuhändigen. Denen aber, so ins künfftig, obgeschriebener massen, neue Zöll, oder der alten Ersteigerung und* Prorogation *erhalten werden, wollen Wir, vor Heraußgebung solcher* Revers, *Unsere Kayserliche* Concessiones *keines wegs außfertigen noch ertheilen lassen &c.* Horum vigore Pactorum.

An. 1623, non nisi accedente Electorum consensu, datum ab hoc Imperatore, Comiti Oldenburgico, *Anthonio Günthero*, jus exigendi vectigalis in Visurgi, annotavit ipse Dn. Auctor noster; cujus assertum non modo literis dicti Comitis, ad Fœderatos Belgas, de An. 1657, nititur, apud *Lundorpium*, Tom. VIII, *Act. Publ.* Lib. VIII. Cap. 89, pag. 158, quibus tale initium: *Zu gründlicher Information, berichte Ew. Hoch-Mögenden dienstlich; nachdem die Röm. Kayserliche Majest. Weyland Ferdinandus der II, allerglorwürdigst Gedächtniß, mit einhelliger Bewilligung deß gantzen Churfürstlichen Collegii, An. 1623, mir einen Zoll auf dem Weser-Strohm, rechtmässiger, und im Reich hergebrachter Weise, allergnädigst erlaubet &c.* Sed & ipso diplomate Cæsareo desuper confecto, sub dato *Regenspurg*, ult. Mart. 1623, *in der Bremischen unvermeidlichen Verantwortung und erwiesenem Bericht, wieder die Hochgräffliche Oldenburgische also genandte Abgenöthigte Anmerckung de An. 1657*, pag. 2, lit. A. documentorum; & apud Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, IV *Abtheilung*, X *Absatz*, *§.* 127, pag. 274 &c. ubi: *Gestalt Er* (laudatus Comes) *dann, bey Unserm, An. 1619, in Unserer und des H. Reichs-Statt Franckfurth vorgangenen Königl. Wahl- und Crönungs-Tag, der Churfürsten Ld. Ld. Ld. Ld. Ld. Ld. einhelligen Consens, und wohlbedachtliche Einwilligung, nicht allein damahls, sondern auch anitzt, bey gegenwärtigem Kayserlichen- Chur- und Fürstlichen* Convent *allhier, (ungeachtet aller bißher von ethlichen seinen benachbarten ein- und fürkommenen Beschwerungen,) gleichwohl nochmahls dasjenig, und nemblich dieses, erhalten, daß Ihme, auf seiner Ober- und Herrlichkeit, an dem Weser-Strohm, der gesuchte Zoll anzustellen und aufzurichten, bewilliget worden &c.* Imo, jam à *Matthia*, teloneum hoc Ei fuisse indultum, ast nondum in literas redactam concessionem, docet *Anselmi Casimiri*, Moguntini Præsulis, responsio, sub dato *Cölln*, 19 Sept. An. 1633, Hollandorum Legatis, *Rutgero Huygens, & Simoni de Beaumont*, data, apud *Lundorpium*, l. c. Tom. 4, Lib. 2, Cap. 52, pag. 367, verb: *Darauf können nun Ihre Churfürstliche Gn. den Herren Abgesandten nicht unbeantwortet lassen, daß Sie sich erinnern, welcher Gestalt vor vielen Jahren, und noch von weyland Kayser Matthias, allerhöchstseel. Ged. dem vorbesagten Herrn Grafen zu Oldenburg, gedachter Zoll auf der Weser allergnädigst* concediret, *auch von hœchstgedachtem Churfürstlichen Collegio, der færmliche und sæmptliche Consens darüber mitgetheilet, und außgefertiget worden ist &c.* Quo etiam respicit scriptum *Johannis Wachmanni*, Syndici Bremensis, apud *Oldenburgerum*, in *Limnæo Enucleato*, Addit. pag. 215 &c. & *Gastelium*, de *Statu Publico Europæ noviss.* Cap. 32, *§.* 57, pag. 1090 &c. inter alia proferentis: *Der weyl. Hochgebohrne Graff und Herr, Herr Anthon Günther, Graf zu Oldenburg ---- hat bey seinem Leben, im Jahr 1612, einen neuen Zoll auf dem Strohm der Weser gesuchet, ---- und zwar zu einem Lehen, davon er,* in ipso memoriali *diese Wort setzen lassen: Dagegen will ich, da es Ew. Kayserlichen Mayestat, und des H. Reichs Chur-Fürsten, allergnædigst und gnædigst gefallet, diesen Zoll von Ew. Kayserlichen Majestat und dem Reiche, zum neuen Mann-Leben, für mich, und meine Mænnliche Leibes-Lehens-Erben, annehmen, recognosciren und erkennen &c. Worauf Er, nach gantz abschläglichen* Decreten, *doch endlich einen Churfürstlichen, auch zulezt, Kayserlichen Consensum,* ad ipsa petita, *erlanget, ist auch darauf, von Kayserlicher Majest. weyland* Ferdinando II, *höchstrühmlicher Gedächtniß, im Jahr 1623, am letzten* Martii, *ein Kayserlich* Diploma *heraus gelassen, worinnen die* formalia *befindlich, daß der gesuchte Zoll ---- Graffen Antoni Günthern, seinen Leibes- und Lehens-Erben ---- zu einem freyen Erb-Lehen, Erb-Lehens weise verliehen seyn --- soll &c.* Conf. Dn. *Obrecht*, ad *Instrum. Pac.*

Westphal. Art. IX, §. 2, p. 185. Lites desuper ortæ, recensentur à Dn. Authore.

An. 1636, 24 Dec. Art. XX Capitulationis suæ hac formula, ad eadem se adstrinxit *Ferdinandus III: Wir sollen, und wollen auch insonderheit, dieweil die Teutsche Nation, und das H. R. Reich zu Wasser und zu Land, zum höchsten vorhero damit beschwert, nun hinfüro keinen Zoll von neuem geben, noch einige alte erhöhen oder* prorogiren, *ohne besondern, und zwar* Collegial-*Rath, Wissen, Willen und Zulassen der bemeldten Churfürsten ---- gestalt Wir dann alle diejenige, so ümb Neue Zöll, oder der Alten Erhöhung, oder auch solcher Erhöhung* prorogation, *anhalten werden, einer* Collegial-*Versamlung zu gewarten, erinnern, und sie unterdessen zu Ruh weisen wollen. Dieweil sich aber zuträgt, daß zwar der Name des Zolls bißweilen nicht gebraucht, sondern, unterm* prætext *einer Niederlag, Stappel-Gerechtigkeit, oder sonsten, von den auff- und absteigenden Schiffen und Wahren, eben so viel, als wann es ein rechter Zoll wäre, erhaben wird; so sollen alle und jede, ohn ordentliche Verwilligung des Churfürstlichen Collegii, also außgebrachte* Concessiones, *unter was Schein und Nahmen auch dieselbe immer erhalten worden, null und nichtig seyn, auch einem jedwedern des H. R. Churfürsten, welcher sich damit beschwert befindet, frey und bevor stehen, sich solcher Beschwerung, so gut er kan, selbsten zu entheben &c.* Art. XXI, XXIII, XXIV & XXV, repetuntur, quæ in Capitulatione *Ferdinandi II*, Art. XVIII, XX, XXI & XXII, jam continentur. Hinc, cum An. eod. Daniæ Rex, *Christianus IV*, prorogationem concessi sibi, An. 1633. in quadriennium Telonei *Glückstadiensis*, efflagitaret, ad preces maxime Legatorum *Hamburgensium*, Dnn. *Johannis Christophori Meureri*, & *Georgii Utenboschii*, qui Privilegia sua & immunitates in Albi, de An. 1628, 3 Junii, hac ratione pessundari querebantur, respondit non solum Cæsar Hamburgensibus, sub dato *Regenspurg*, 16 Januar. 1637, *daß, nach Verlauff der vier Jahren, mehrgemelte an die Königliche Würde in Dennemarck verwilligte Zoll-Erlaubnüs, den 23 Julii nechstkommend, zu Ende gehend, von sich selbst aufhören und erlöschen soll, auch keine fürdere* prolongation, *oder neue Erlaubnüß, zugelassen noch verwilliget, sondern daß mehrgenandte Bürgermeister und Rath der Statt Hamburg, bey vorgedachten Ihnen den 3 Junii An. 1628, mitgetheiltem, auch andern Ihren* Privilegien, *und von Alters hergebrachten* Immunitæten, *ruhiglich verbleiben sollen; wie dan auch mehrgemelte vier jährige Zoll-Erlaubniß Ihnen nicht* præjudicirlich, *noch nachtheilig seyn soll &c.* (Vid. *Lundorpius* l. c. Tom. 4, Lib. 3, Cap. 91, pag. 637;) sed &, sub dato *Wien*, 14 Nov. an. eod. ipsis Legatis Regiis, *Christiano* Comiti de *Pents* & *Friderico Günthero*, *daß die von Ihrer Kayserlichen Majestät beschworene* Capitulation *Selbige dahin verbinde, keine neue Zoll zu erlauben, noch einige Alte zu erhöhen, oder zu erlängern, ohne special- und Collegial-Rath, Will und Zulassung der Churfürsten, derohalben Ihr Königliche Würde umb so viel mehr entschuldigt halten würde, daß allerhöchstgedachte Kayserliche Majestät Dero gemeltes Ansuchen nicht* deferiren *könte &c.* teste *Lundorp.* l. c. Cap. 98, pag. 689. Defuisse autem Collegii Electoralis consensum, discimus ex Ejus responsione Legatis Danicis, 15 Januar. An. eod. Ratisbonæ data, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 92, pag. 638, ubi: *Was aber angehet die* Prorogation *des Glückstädtischen Zolls, kan sich Ihro Königliche Würde wohl versichern, daß Ihre Churfürstliche Gnaden und Durchläuchtigkeit gewißlich ihres theils gantz geneigt und bereit wären, in allem, was möglich ist, Ihre Königliche Würde zu* gratificiren; *weil aber gegen diß Werck so viel* Contradictores *vorhanden, die Statt Hamburg dargegen* opponirt, *und ihre* Privilegia allegirt, *auch andere Stände deßgleichen thun, und man nicht befindet, wie es müglich, daß, zu der gemeinen Reichs-Ständen so mercklicher Beschwernüs, in gegenwertigen beschwerlichen Zeiten,* in præjudicium Tertii, *solche* prorogatio *solt können bewilliget werden; da ohne das der* Commercien *Niederlag, an allen Plätzen, so hoch beschwert, daß es ohnverantwortlich seyn würde, selbige noch mehr zu beschweren, und also gantz nieder zu werffen; Darümb man in diesem Collegial-Convent hat müssen resolviren, insgemein, keine solche Erlaubnüssen zu verleyhen; gleich dann, eben dieser Ursachen halber --- Anno 1522, bey dem damahligen Regierenden Kayser --- der Cron Dennemarck, zur selben Zeit solches suchend, es* expres *ist abgeschlagen worden &c.*

An. 1653, ubi *Julius Henricus*, Dux *Lauenburgicus*, augmentum *Telonei Lauenburgici*, sibi concedi petiisset, ante omnia rem Electorali Collegio commendasse noscitur, Memoriali teste, quod An. eod. 3 Oct. Ratisbonæ ad dictaturam promotum *Lundorpius*, Tom. VII, Lib. VI, Cap. 292, p. 269 & 270, sistit, ubi statim ab initio: *Ew. Ld. Ld. und Gn. Gn. Gn. Gn. Gn. ist, ohne weitläufftige Erinner- und Wiederholung, guter massen wissend, aus was hochwichtigen und höchstringenden Ursachen, bey Denenselben Wir, ümb eine Erhöhung Unsers Fürstlichen Hauses auf dem Elb-Strohm, zu*

Lauen-

Lauenburg, und der Orten, wohl inhabenden Zolls, auch Zollens-Gerechtigkeiten und Rechten, bald zu Anfang dieses instehenden Reichs-Tags, Ansuchung gethan und gebetten; wann Wir dan vernehmen, daß diese Sache, unlängst, im Hochlœblichen Churfürsten-Rath, zwar vorkommen, aber, unwissend aus was Ursachen, zu weiterer Deliberation außgesetzt und verschoben worden ---- als gelangt an Ew. Ld. Ld. und Gn. Gn. Gn. Gn. Gn. Unser dienst- und freund-vetterliches hochfleißiges Bitten, dieselbe geruhen ---- sothanen Unsern höchst befugt- und benöthigt- auch Recht und Billigmæßigen Petitis, *in Gnaden zu* deferiren, *und die gebethene* Concession - - - *Uns nunmehr allerehist wiederfahren zu lassen &c.* Pariter ac *Aichstadiensis*, Præsul, *Marquardus Schenck de Castel* ab eodem Collegio Privilegium Telonei in Episcopatu suo exigendi, petens, cujus Legati *Memoriale*, hunc in finem exhibitum, & 25 Octob. an. eod. in Comitiis dictatum, *Lundorpius* l. c. Cap. 332, pag. 316, subministrat, initio ejus sic se habente: *Ew. Churfürstl. Gn. auch Ew. Hoch-Ehrw. Gn. und meine Hochgeehrte Herren, belieben sich ohnbeschwerdt zu erinnern, aus was höchst antringenden beweglichen Ursachen, der Hochwürdige Fürst und Herr, Herr Marquart, Bischoff zu Eychstätt, mein Gnädiger Fürst und Herr,* necessitirt *worden, die Röm. Kayserl. Majest. Unsern Allergnädigsten Herrn, umb allergnädigste Verleihung eines Zolls-*Privilegii, *in Sr. Fürstl. Gn. angehörigen Hoch-Stiffts Landen, allerunterthænigst zu belangen; inmassen dan das, dessentwegen bey allerhœchstged. Kayserl. Majest. überreichte unterthænigste Memorial ----- einem Hochlœblichen Churfürstl. Collegio, bereits vor geraumer Zeit, pro voto, communicirt worden ----- so viel aber die, der Zoll-Stätten halber, begehrte fernere Erleuterung belangt, da wollen zwar oblochernante Ihro Fürstl. Gn. von Eychstätt der tröstlichen Hoffnung geleben, es werden Ew. Churfürstl. Gn. auch Ew. Hoch-Ehrw. Gn. und meine Hochgeehrte Herren sich nit zu wieder seyn lassen, dero Consens dahin wohlmeynend zu ertheilen, damit Sr. Fürstl. Gn. in billigmässiger Behertzigung dero Stiffts alzugrosser Ruin und Unvermögenheit, in welche Selbiger, durch den fürpassirten unseligen Krieg, leyder gestürtzt worden, wenigst mit zweyen unterschiedlichen Haupt-Zollen, deren der eine nacher Eychstætt, in dem Untern, der ander aber nacher Orupar, im Obern Stifft, geleget werden könte; willfahret werden möchte ---- wann aber ---- Ew. Churfürstl. Gn. Ew. HochEhrw. Gn. und meinen Hochgeehrten Herren, die Bewilligung sothaner verschiedener Haupt-Zœllen bedencklich fallen solte, so müssens zwar mehr Hochbesagte Ihro Fürstl. Gn. für dißmal dahin gestellt seyn lassen, wollen aber gleichwohl ohnzweiffentlich verhoffen, hierumben auch* eventualiter *hochfleissig gebeten haben, Ew. Churfürstl. Gn. auch Ew. HochEhrw. Gn. und Meine Hochgeehrte Herren, werden und wollen das gebettene Zoll-Privilegium, vermittels dero willfæhrigen Consens, dergestalt einzurichten sich gefallen lassen, daß ein durchgehender gemeiner Land-Zoll bewilliget, und zwar der Hauptzoll in die* Residentz-*Statt Eychstätt gelegt werden möge &c.*

An. eod. spopondit denuo *Ferdinandus IV*, Romanorum Rex, Art. XIX & seqq. *Capitulationis* suæ, se servaturum omnia, quæ hactenus, circa vectigalia, ex anterioribus allata sunt; non minus, ac

An. 1657, Leopoldus Imperator, Art. XXI & seqq. *Capitulationis*, verba referente Dn. Auctore; ex quibus notanda maxime extensior clausula: *Wir sollen und wollen auch ---- nun hinfüro ---- keinen Zoll von neuem geben, noch einige Alte erhöhen, oder prorogiren lassen, es seyen dan die benachbarte, und interessirte Stænde, und Dero erfordertes, auch in gebührende Consideration ziehendes Gutachten, vorhero darüber vernommen, und hernacher aller und jeder Sieben Churfürsten Wissen, Willen, Zulassen und Collegial-Rath, mit einhælligem Schluß, also und dergestalt in diesem Stück vorgangen, daß keines Churfürsten Wiederrede, oder Dissens, dargegen, sondern alle und jede Dero Collegial-Stimmen einmüthig seyn &c.* Prima vice desideratur hic, ut, præter unanimem Electoralis Collegii consensum, Status quoque vicini, & ii, de quorum interesse agitur, debite audiantur, priusquam Privilegium hoc alicui concedatur; procul dubio occasione Monitorum Collegii Principum, tempore conscribendæ Capitulationis *Leopoldinæ*, Directorio Moguntino exhibitorum, & quidem ad Art. XIX: *Daß keine Zoll von neuem gegeben, noch ein Alter erhöhet, oder* prorogirt *werden möge, ehe und bevor jedesmahls die benachbarte und interessirte Stænde vernommen, und Dero Bedencken in gebührende Consideration gezogen worden &c.* apud *Lundorpium*, l. c.

Tom. VIII, lib. VII, Cap. 184, pag. 259. Hocque fundamento, datæ in Comitiis Circuli Saxonici Inferioris, *Brunsuigæ* celebratis, d. 10 April, An. 1677, Daniæ Rege *Vectigali Glückstadiensi* summopere inhærente, ad Cæsarem literæ, ubi: *Demnach nunmehro Reichskündig, welcher gestalt Ihro Königl. Majest. in Dennemarck-Norwegen, so wohl bey Ew. Kayserl. Maj. als auch dem Churfürstlichen Collegio, wegen Verstattung eines Neuen Zolls auf der Elbe, bey Glückstadt, bißhero inständigst Ansuchung thun lassen, und daß von solchem Verlangen noch nicht abgestanden würde ----- weilen aber dieses Verlangen von solcher Beschaffenheit, daß, da es werckstelliggemacht, und erhalten werden solte, diesem Nieder-Sächsischen Crayse einen unwiederbringlichen Schaden und Nachtheil verursachen würde: als werden Ew. Kayserl. Majest. Dero hohen Groſsmüthigkeit und* Æquanimitæt *nach, allergnädigst ermessen, wann mit solcher Zolls*-Concession *verfahren; so gar auch nicht einmahl dasjenige, so gleichwohl noch in der Wahl*-Capitulation *enthalten*, observiret; *diejenige, so, wegen Situation ihrer Lænder, und theils wegen der auf dem Elb-Strohm, titulo onerosissimo, albereit erlangter Zœllen und Privilegien, hierbey interessiret, nicht vernommen; noch Dero Bedencken, der Gebühr, attendiret, und ihre Rechte und Befugniß in keine Consideration gezogen werden solte; zu was hoher Beschwerde Unsern Gnädigsten und Gnädigen Principalen und Obern solches gereichen würde &c.* Vid. *Lundorpius* l. c. Tom. X, Lib. XI, Cap. 169, pag. 407; add. ejusdem Circuli literas ad *Electorale Collegium*, eorundem anni & diei, apud eundem l. c. pag. 408 & 409, aliasque ad ipsum Daniæ Regem, ibidem tunc exaratas, l. c. pag. 409, in quibus rursus habetur: *Als aber hiebey sonderlich in* Consideration *kommen, welcher gestalt Ew. Königl. Majest. durch einen Dero Ministern, wegen eines Zolles auf der Elbe vor Glückstatt anzulegen, bey der Rœm. Kayserl. Maj. wie nicht minder bey dem Hochlœblichen Churfürstlichen Collegio, und zwar wegen einiger bey jezigem Krieg, dem H. R. Reich zum besten, aufgewendeter Kosten, außzuwircken, inständigste Ansuchung thun lassen ----- So können Ew. Königl. Majest. wir unterthänigst zwar wohl versichern, daß Unsere Gnädigst und Gnädige Herren* Principalen, *auch Geehrte Obern, alles dasjenige, was zu Ew. Königl. Majest. Hohem Vergnügen gereichen kan, auff alle Maß und Wege zu befordern, geneigt und geflissen seyn, auch in diesem* desiderio *alles dienliche beytragen würden, dafern solches Gesuch nicht der Eigenschafft wære, daß nicht allein alle bey dem Elb-Commercio interessirte aufs hœchst beschwæret, sondern auch die Jura Statuum sehr hart hierunter angegriffen würden, in Betracht, daß, bey Concession eines Neuen Zolls, vermœge des Rœm. Reichs Fundamental-Satzungen, die interessirte Stande vernommen, und mit ihrer dawieder habenden Nothdurfft genugsam gehœret, und Dero Bedencken, der Gebühr beobachtet; dann auch, wann, wegen Auffbringung der Mittel, wodurch ein Krieg geführet worden, oder geführet werden soll, sie haben Nahmen wie sie wollen, in dem H. R. Reich gehandelt wird, es, mit gemeinem Zuthun pflege* resolvirt *zu werden, und also, solchem Falls, nicht weniger die gesampte Fürsten und Stände des Reichs, als das Hochlöbliche Churfürstliche* Collegium, *dazu mit gezogen werden müsse &c.*

An. 1690, 24 Januar. Augustæ Vindelicorum, *Josepho*, recens electo Romanorum Regi, Art. XX & seqq. *Capitulationis* suæ, omnia, quæ Art. XXI & seqq. *Leopoldinæ* habentur, non minus solenni juramento præstito, servaturum se, polliceri placuit.

An. 1711, Art. VIII *Capitulationis* suæ, *Carolo VI* Imperatori eadem tuenda præscribebantur, in quæ etiam solenni more consensit, & quidem, cum additamento: *keinen Zoll von neuem geben, noch einige Alte erhoben, oder* prorogiren *lassen, auch vor Uns selbst keinen aufrichten, erhoben, oder* prorogiren, *es seye dann, nicht allein mit aller und jeder Churfürsten Wissen und Willen, Zulassen und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß, also in diesem Stück verfahren, daß keines Churfürstens Wiederrede oder dissens dagegen, und dergestalt alle und jede in Dero Collegial-Stimmen einmüthig seyen, (massen dißfals die* Majora *nicht zu* attendiren, *und, ohne die* Unanimia, *nichts zum Stand zu bringen) sondern auch die interessirte Benachbarte, und derjenige Craiß, in welchen der Neue Zoll aufgerichtet, oder ein Alter erhœhet, prorogirt oder perpetuirt werden will, darüber gehœret, deren darwieder habende Bedencken, und Beschwerden gebührend erwogen, und, nach befundener Billigkeit beobachtet worden &c.* nec aliud *Projecto Capitulationis Perpetuæ*, An. eod. Art. VIII, apud *Fabrum*, Tom. XVII *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, pag. 696 &c. insertum deprehendimus, ibi: *Der Regierende Römische Kayser soll und will auch insonderheit, dieweil die Teutsche* Nation, *und das H. R. Reich, zu Wasser und zu Land, zum höchsten damit beschweret, nun hinführo (doch unbeschädigt der, vor Aufrichtung gegenwärtiger Wahl-*

Wahl-Capitulation, *mit Beobachtung der, zu selbiger Zeit erforderlichen* Requisiten *gewilligter Zoll*-Concessionen, Prorogationen) (Omissæ hic voces: *und Perpetuationen*, quas Dn *Gerlacus Adolphus de Münchhausen*, in sæpe laudata Tractatione Academica de *Capitulatione Perpetua*, Cap. 3, pag. 119: supplevit, integram hanc Clausulam sic reddens: *Doch unbeschädiget, deren vor diesem, vom mehrern Theil der Churfürsten verwilligter Zoll-Concessionen, Prorogationen und Perpetuationen &c.* Dn. *Mäldener*, de *Capitulatione Harmonica*, pag. 153, eandem refert hoc modo: *Doch unbeschädiget deren, vor aufgerichteter dieser perpetuirlicher* Capitulations-Formul, *mit Beobachtung der zu solcher Zeit erforderlichen* Requisiten *gewilligten Zolls*-Concessionen, Prorogationen *und* Perpetuationen) *keinen Zoll von neuem geben, noch einige Alte erhöhen, oder* prorogiren, (Dn. de *Münchhausen* addit. verbum: *lassen*) *es seye dann (1) nicht allein mit aller und jeder Churfürsten Wissen und Willen, Zulassen und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß, also in diesem Stück verfahren, daß keines Churfürsten Wiederrede, oder diffens, dagegen, und dergestalt alle und jede, in Dero Collegial-Stimmen, einmüthig seyen, (massen dißfalls die* Majora *nicht zu* attendiren, *und, ohne die* Unanimia, *nichts zum Stand zu bringen,*) *sondern auch (2) die interessirte Benachbarte, und (3) derjenige Creyß, in welchem der Neue Zoll aufgerichtet, oder ein Alter erhöhet, prorogirt oder perpetuirt werden will, darüber gehöret, deren darwieder habende Bedencken und Beschwerdten gebührend erwogen, und, nach befundener Billigkeit, beobachtet worden;* (Dn. de *Münchhausen* l. c. legit: *es seyen dann die* interessirten *darüber gehöret, und mit aller und jeder Sieben Churfürsten Wissen und Willen, Zulassen und* Collegial-*Rath, durch einhelligen Schluß, also und dergestalt in diesem Stück verfahren, daß keines Churfürsten Wiederrede, oder* dissens, *dagegen, sondern alle und jede der* Collegial-*Stimmen einmüthig seyen; massen Er dißfalls die* Majora *nicht* attendiren, *auch, ohne vorgehende* Unanimia *zu keinem Stande bringen, und den* supplicirenden *mit seinem Begehren gäntzlich hinweg- und abweisen &c.*) *Gleicher gestalt soll und will Er auch allen denjenigen, so umb Neue Zölle, es seyen gleich zu Wasser oder Land, oder der Alten Erhöhung, oder auch solcher Erhöhung* Prorogation, *anhalten werden, keine Vertröstung, oder* Promotorial-*Schreiben an die Churfürsten, geben, noch außgeben lassen, sondern dieselbe schlechter Dingen, einer* Collegial-*Versamlung der Churfürsten zu erwarten, erinnern, und, neben dem Churfürstlichen* Collegio, *jedesmahl dahin sehen, damit, durch die ertheilende Neue Zolle und* Concessiones, *andere Churfürsten, Fürsten und Stände, in ihren vorhin habenden Zoll-Einkünfften, und Rechten, keine Verringerung, Nachtheil oder Schaden zu leiden haben &c. &c.*

Hinc Axiomata:

(1) Regale hoc radicitus solius esse Imperatoris;

(2) Pedetentim Imperii Statibus communicatum fuisse.

(3) Quosdam illud titulo præscriptionis immemorialis, emptionis Venditionis, hypothecæ &c. legitime possidere.

(4) *Maximiliani I.* Imperatoris tempore placuisse primum, sine consensu Electoralis Collegii, nullum teloneum recens, erigendum, nec vetus augendum, nec alio transferendum, quam ubi primitus concessum.

(5) *Maximilianum II.* An. 1562, primum se obligasse, novum teloneum, veterisve augmentum, expetentibus, *keine Vertröstung*, promotoriales *oder vorbittliche Schreiben an die Churfürsten, zu geben, noch außgeben zu lassen.*

(6) Nova telonea, citra Electoralem consensum erecta, abroganda esse.

(7) Ab anno 1612, cautum, controversias circa vectigalia recens erecta ortas, Electoresque respicientes, coram solo Cæsare ventilandas.

(8) Ab anno 1619, fassos Cæsares, Electoralem consensum, non solum ad novi telonei concessionem, veterisve auctionem, sed & ad auctorum prorogationem, seu continuationem, extendendum.

(9) *Ferdinandi III.* Capitulationi, An. 1636, prima vice insertum, ad institutionem Telonei novi, aut veteris auctionem, auctive prorogationem, *Collegialem Electorum consensum* requiri, id est, talem, qui in *Conventu Electorali* sit impetratus; nec quem quis ab Electoribus sejunctim, mediantibus literis, efflagitaverit, ceu antea fieri potuit.

(10) Ab anno 1657, *Collegialem Electorum consensum* ita debere esse comparatum, ut ne unicus quidem Principum Electorum dissentiat, seclusis *Majoribus*, utut alias sufficientibus.

(11) Præter *unanimem Electorum Collegialem consensum*, audiendos quoque vicinos, eosque quorum interest, novum teloneum non erigi, aut vetus augeri, auctumve continuari.

(12) Ab anno 1711, Capitulatione *Carolina* teste, rationes insuper *totius Circuli*, in quo novum teloneum instituatur, vel vetus augeatur, auctumve prorogetur, in contrarium, vel ut mature minimum examinentur, allatas, rite prius esse ponderandas, quam implorantibus satis fiat.

(13) Regale hoc perperam simpliciter ad *Superioritatis Territorialis* Jura referri, nisi prius doceatur (1) Eos Status Imperii qui jure hoc, hodiernum in diem, destituuntur, vel multa cum restrictione exercent, antiquitus illud, vigore *Superioritatis*, in Terris suis justo titulo acquisitæ, pro lubitu exercuisse, vel minimum exercere potuisse; (2) Privilegia, hunc in finem, ab Imperatoribus pedetentim Imperii Statibus concessa, pro supervacaneis esse habenda. (3) Cæsares vectigalibus, absque suo consensu exactis, sine ratione contradixisse; (4) Injuste quondam ea *Cæsarei Fisci* juribus fuisse annumerata; (5) Recentioribus Imperatorum Capitulationibus, quibus tantus consensus requiritur, priusquam aliquis particeps Regalis hujus fieri queat, quæsito Juri Statuum fieri injuriam &c. Vid. Dn. *Wegelinus* in *Spicilegio Observationum ad Capitulationem Carolinam*, Art. VIII, Membr. 2, voc. *In Observantz gebrachter Concessionen*, pag. 169 & 170. Contrariam sententiam prodit Auctor *der Hochfürstlichen Brandenburgischen Culm- und Onoltzbachischen Compendiosa Repræsentationis Justitiæ, in Sachen, den Zoll zu Beringsdorff, Beyersdorff, Guntzenhausen &c. betreffend*, contra Civitatem *Norimbergensem*, sub Imperio *Josephi* vulgatæ, Tom. I *Electorum Juris Publici*, de An. 1709, pag. 1009, verb: *Die Jura vectigalium sind eigentlich der Superioritati Territoriali anhängig, wie solches apud Gillmannum, Tom. I Symphorem. Part. 5, Vot. 23, & apud Johannem Tilemannum, de Benignis, Synt. 2, Dec. 4, Vol. 3. n. 53 & 54, sub Zoll und Glait, eben pro Burggraviatu Norimbergensi, wohl außgeführt ist &c.* Medium forte conciliationis est, statuere: Jus hoc originem debere Privilegio Cæsareo, (modo necessarius hodie consensus, hactenus descriptus, accedat) ast semel concessum constituere partem Superioritatis Territorialis.

(14) Ex his judicandum, quid de Disputatione *Stamleri & Limnæi*, super hac re, cujus *Limnæus*, ad Art. 24 *Capit. Leopoldi*, pag. 834 & 835, vel ipse meminit, censendum sit? Conf. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XVI, §. 3, pag. 518 &c.

(*c*) IN BANNUM &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. XVIII, §. 2, lit. e, p. 799.

(*d*) ABSOLUTA &c. Formulam suppeditantibus *Lundorpio*, Tom. VII *Act. Publ.* Lib VI, Cap. 268, pag. 229 & 230; *Knipschildio*, de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 3, Cap. 6, §. 75, p. 670 &c. & *Limnæo* Tom. V, *Addit. Jur. Publ.* Lib. 7, c. 7, §. 10, p. 108:

Nachdem Bürgermeister, Rath, Alter-Leute, Bürger, Einwohner, Unterthanen, und gantze Gemeinde der Kayserlichen Majestät und des H. Reichs Statt Bremen, auch Deroselben Schiff- und andere Capitaines, Officiers, Beambte und Soldaten, so sie auf ihren Kriegs-Schiffen, auf der Weser, und sonsten, gebraucht, verrückter Zeit, von der Römischen Kayserlichen Majest. auf Anruffen und Rechtliche Verfolgung Herrn Anthon Günthers, Grafens zu Oldenburg &c. aus Ursachen, daß Sie ermelten Grafen, an Einhebung und Genoß dessen Ihme, von der Römischen Kayserlichen Majestat, mit Consens *des Churfürstlichen* Collegii, *verliehenen, und durch den, zu Münster und Osnabrück, den 24 Octob. 1648, aufgerichteten Frieden-Schluß, bekräfftigten Weser-Zolls, des, derenthalben außgegangenen, verkündten und* reproducirten *Kayserlichen* Pœnal-Mandats *ungeacht, gewaltthätiger weise, durch Ihre auf der Weser gehabte Kriegs-Schiffe, verhindern und abhalten lassen, in Ihrer Kayserlichen Majestät und des H. Reichs-Acht, mit Urthel und Recht erkant, erklärt und öffentlich* denunciirt *worden, auch biß anhero darinnen verharret; und aber nunmehr die verwürckte Straffe zum theil entrichtet, und ümb dasjenige, was Ihnen, über den verwürcktem Pœn-Fall der zweyhundert Marck löthiges Goldes, so wohl dem Kayserlichen* Fisco, *als dem Grafen, noch zu* præstiren *oblieget, genugsam* cavirt, *auch sich wiederumb zu Kayserlicher Majestät und des Reichs Gehorsam erbothen; so ist demnach, auf solche* Caution *und Erbiethen, zu Recht erkant, daß gedachte Bürgermeister, Rath, Alter-Leuthe, Bürger, Einwohner und gantze Gemeinde zu Bremen, auch Deroselben Schiff- und andere Capitaines, Officiers, Beambte und Soldaten, so Sie auf ihren Kriegs-Schiffen, auf der Weser, und sonsten, gebraucht, von berührter Acht wiederumb absolvirt und erlediget werden sollen; als Sie dann hiemit auch absolvirt, erlediget, und aus dem Unfriede wiederumb in den Frieden, zu Kayserl. Majest. und des H. Reichs Gnade, Schutz und Schirm, und in den Stand, darinnen Sie, vor berührter Acht, gewesen seyn, wieder restituirt, und nothdürfftige Proceß darüber erkant werden.* Signatum *zu Regenspurg, unter Ihrer Kayserlichen Majestät hervorgetrückten Secret-Insiegel, den 18 Sept. An. 1653.*

(L.S.)

Vidit

Ferdinand, Graff Kurtz.

Wilhelm Schrœder.

7. Non tantum Imperatori & Electoribus jus instituendi nova vectigalia commune est: sed etiam jus concedendi immunitatem (a) à Vectigalibus Electorum ad Rhenum (b) vid. Capit. Leopoldi, Art. XXV.

NOTÆ.

(a) IMMUNITATEM &c. Ut Imperii Statibus Imperatores subinde *vectigalis exigendi* facultatem largiti sunt, ita alios à *solvendis Teloneis immunes* declaratos deprehendimus.

CAROLUS MAGNUS ejusmodi quidem Privilegio, sub dato *Moguntiæ*, in Penthecoste, An. 769, *Totoni, Ottenburano* Abbati Ordinis D. Benedicti, Augustanæ Diœceseos, prospexisse fertur, tenorem suppeditantibus *Casparo Bruschio*, de *Monasteriis Germaniæ*, Tit. *Utenburga*, pag. m. 629 &c. *Magero*, de *Advocatia Armata*, Cap. V, §. 401, p. 152; *Conringio*, in *Censura Diplomatis Ludoviciani Lindaviensis*, Cap. XVI, pag. m. 307 &c. *Tenzelio*, in *Vindiciis hujus Censuræ Conringianæ*, Append. 3, §. 1, pag. 73 &c. & Dn. *Lunigio* Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, Tit. *Ottobayern*, §. 2, p. 838, ubi, inter alia: *Amplius præsenti sane Abbati, ejusque Successoribus, Monachis & hominibus ac negotiatoribus præfati Monasterii, qui à Nostra authoritate frequentia Populi ad Reliquias sacras venientes, inibi statuimus, hanc libertatis gratiam concedimus, ut, ubicunque in Regno Nostro ad negociandum perrexerint, sive in Civitates, vel in Oppida, seu Pontem navesque petant, sive venientes, seu redeuntes, sine exactione Telonii, cum pace, securi transeant & pergant &c.* Fictitium autem illud esse, solidis argumentis demonstrarunt *Conringius* l. c. pag. 310 & seqq. & *Tenzelius* l. c. pag. 75 ad 77.

Eundem exemisse Cœnobium *Murbacense* à telonio, de necessariis Monasterii solvendo, docet Confirmationis charta *Ludovici Pii*, An. 816, apud Dn. *Lunigium*, Contin. I *Spicilegii Ecclesiastici*, 5 *Absatz*, Tit. *Murbach*, §. 12, p. 958.

LUDOVICO PIO Chartam, sub dato *Aquisgrani*, 6 Id. Febr. An. 821, acceptam fert Abbatia *Monasterii S. Cornelii ad Indam*, in Sylva *Ardenna*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, Tit. *S. Cornelii Münster*, §. 2, pag. 725, ubi: *Monasterio Nostro, quod dicitur Inda --- & omni congregationi, ibidem Deo famulanti, omne Theloneum, tam de navibus, quæ, per diversa flumina Imperii Nostri, pro qualibet re, discurrunt, quam & de curris, & saginariis, necessaria ipsius Monasterii, vel Congregationis ibidem Deo famulantis, deferentibus, vel de quolibet alio negotio, undecunque Fiscus Theloneum exigere poterat, in integrum concessimus, &c.* & paucis interjectis: *Jubemus atque præcipimus, ut naves, vel curra, & saginarii, seu qualibet alia vehicula, ad diversa negotia ipsius Monasterii peragenda, & ad necessitates ejus sublevandas, per universum Imperium Nostrum, libere discurrant, & nullus publicus Judex, vel quilibet exactor Judiciariæ potestatis, aut Thelonarius, de navibus, aut de omnibus, quæ supra memorata sunt, undecunque videlicet Fiscus Theloneum exigere potest, ullum Theloneum, aut ripaticum, aut portaticum, aut pontaticum, aut tranaticum, aut ullum occursum, vel ullum censum, aut ullam retributionem, ab eis requirere, aut exactare præsumat &c.* Quam immunitatem *Otto Magnus*, sub dato *Aquisgrani*, An. 948, 6 Non. Maji, confirmasse legitur, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 4, pag. 726; pariter ac *Otto III*, sub dato *Noviomagi*, 13 Cal. Sept. An. 985, ibid. §. 6, pag. 727. Quo etiam sententia respicit, Imperante *Friderico I*, An. 1155, in favorem Abbatis, contra Coloniensem Archi-Episcopum, lata, apud eundem l. c. §. 8, p. 728 &c.

Idem, in diplomate, quo, sub dato *Aquisgrani*, Idib. Maji, An. 834, S. *Anschario* Ecclesiam *Hamburgensem* commisit, apud Dn. *Mabillon*, Part. 2 *Actor. Sanctorum Ordinis D. Benedicti*, Sec. IV, fol. 121; *Maderum* in *Appendice Adami Bremensis*, §. 2, pag. 184; *Lambecium*, in *Chronologia & Auctario Libri I Rerum Hamburgensium*, ad An. 834, pag. m. 107, & *Tentzelium* l. c. Append. I, §. 10, pag. 27, ait: *Res quoque præfatæ Sedis, & præscripti Monasterii, sub plenissima defensione, & immunitatis tuitione, volumus ut consistant, ac tueantur, ita, ut nullus Judex publicus, aut alia qualibet potestate publica prædita persona, de eorum rebus Freda, Tributa, mansionaticos, vel paratos, aut Teloneum, vel Fidejussores, tollere ---- vel exigere præsumat &c.*

LOTHARIUS Imp. sub dato *Aquisgrani*, 14 Kal. Majas, An. 844, eximit Abbatem *Monasterii in Valle S. Gregorii*, à teloneo *Moyenvici*, sive *Marsalii*, solvendo. Vid. Dn. *Lunigius*, Contin. I *Spicilegii Ecclesiastici*, 5 *Absatz*, Tit. *Münster in S. Gregorien Thal*, §. 8, p. 1098.

Idem confirmavit, sub dato *Argentorati*, Id. Maji, An. 845, diploma *Childerici III*, Francorum

 Regis,

Regis, Cœnobio *S. Stephani* Argentorati concessum, vigore cujus *nullus Judex publicus, vel quislibet ex Judiciaria potestate, in loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas* (dictum Monasterium) *in quibuslibet Pagis, vel Territoriis, possidet, nisi defensor, quem ipsius loci Congregatio, vel Abbatissa, voluntarie à Palatio impetraverit, audeat ingredi, ad causas audiendas, vel Freda, aut Tributa exigenda &c.* Vid. Dn. *Lunigius* cit. *Spicilegio Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Straßburg*, §. 4. pag. 868. & reliqui, præced. lib. I, Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Alamannicorum*, §. 11, pag. 296. hoc titulo commendati. Quod Privilegium à *Ludovico*, Germaniæ Rege, sub dato *Straßburg*, 2 Id. Septemb. An. 861, confirmatum extat apud *Lunigium* l. c §. 5, p. 869, aliisque, præced. lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1132, hunc in finem laudatos.

LUDOVICUS I, *Germaniæ* Rex, in confirmationis charta Privilegiorum *Argentoratensis* Ecclesiæ, *Rataldo* Episcopo, sub dato Aquisgrani, 2 Id. Junii, an. Regni XXXVI, Indict. VI (adeoque An. 873.) concessa, apud Dn. *Obrechtum*, in *Prodromo Rer. Alsaticar.* Cap. XII, pag. m. 292, ait: *Ut nullus Hominum, vel Judex Publicus, seu quislibet ex Judiciaria Potestate, in Ecclesias baptismales, vel oracula, curtes, Villas, loca vel agros, seu reliquas possessiones memorati Episcopii ---- ad causas, judiciario more audiendas, vel freda, aut Telonea exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, seu homines ipsius Ecclesiæ, tam liberos, quam servos, fiscalinos & tabellarios, distringendos --- ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat &c.*

In Charta LUDOVICI II, *Germaniæ* Regis, sub dato *Bisestat*, XI Kal. Junii, An. 877, *Werthinensi* Cœnobio concessa, apud *Bucelinum*, T. 2. *Germania Sacra*, voc. *Werthinense*, pag. 309, & Dn. *Lunigium* Part. 3. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, Tit. *Werden*, §. 5, pag. 693, habetur: *Hildegrimus, Halverstadensis Ecclesiæ Episcopus, quoddam Monasterium, Werthina nuncupatum, cum petitione Fratrum, ibidem Deo servientium, Nostro commendavit Patrocinio, & Nostræ defensionis tuitioni ---- Hominibus itaque prædictorum Fratrum nulla Judiciaria Potestas, vel Judex Publicus, præsit: non ab eis Freda, sive parata facienda, exigantur; præfati Monasterii Fratres, hominesque ipsorum, ab omnium Vectigalium exquisitione securi permaneant &c.* Ratum habuere Privilegium hoc, *Arnolphus*, sub dato *Gerenesheim*, An. 888, 10 Cal. Septembr. apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 6, pag. 693; *Henricus Auceps*, sub dato *Werlaha*, An. 931, 7 Cal. Martii, apud eundem l. c. §. 8, pag. 694; *Otto Magnus*, An. 937; aliique Imperatores; vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, ad An. 888, pag. 1138; & ad An. 931, pag. 1140, & ad An. 937, pag. 1143.

ARNOLPHUS, sub dato Id. Decembr. An. 898, in diplomate *Waldoni, Frisingensium* Episcopo, exarato, apud *Gewoldum*, Addit. *Hundii Metropolis*, T. 1. Catal. Episcopor. Frisingens. p. m. 87, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4. Tit. *Freysingen*, §. 4, pag. 214, inquit: *Quasdam res proprii Juris Nostri S. Dei Genetrici Mariæ, Sanctoque Ejus Confessori, Corbiniano, ad quorum laudem & honorem Frisingensis Ecclesiæ, Episcopatus, constructa ac dicata cognoscitur ---- in proprium concessimus, h. e. sal, quod, ab hac die, deinceps vel à sartaginibus, aut locis sartaginibus, vel de arcis* (areis) *ejusdem jam dictæ Ecclesiæ redimatur, ut homines jam præfatæ Ecclesiæ licentiam habeant, hoc, sine Muta, sive navigio, sive cum cæteris,* (carris) *afferre, quodcunque eis debetur, sine ulla alicujus Judiciariæ Potestatis contradictione &c.*

QUENTEBOLDUS Lotharingiæ Rex, sub dato Aquisgrani, An. 898. 5 Id. Maji, immune declarat Monasterium *S. Luthgeri Werthinæ*, ab omnibus teloniis, in Mercatibus ad Rhenum solvendis. Vid. seq. Tit. XV, §. 1. lit. a. ad h. a.

OTTONEM MAGNUM immunem declarasse, An. 947, *Trevirensem* Ecclesiam, à *Teloneis, Rheno* & *Mosellæ* impositis, testatur *Browerus*, Part. I. *Annal. Trevir.* lib. 9, §. 99, ad h. a. p. 456.

An. eod. sub dato *Aquisgrani*, 2 Kal. Maji, confirmando Abbati *Porcetano* (Bortscheid) antiquas possessiones & Privilegia, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Bortscheid*, §. 2, pag. 300, scribit idem Augustus: *Firmam & liberam, absque ullius contradictione, habeant potestatem, ita, ut, ab hac die, & deinceps, nullus Judex publicus, quicquid super hoc ædificaverint, aut ampliaverint, infringere valeat, nec homines illorum distringere, aut redhibitiones, vel Freda, exigere, vel Teloneos tollere, ullo modo præsumat &c.*

An. eod. Franckenfurti simile Privilegium dedisse fertur Abbatissæ *Assindiensi* (Essen) vid. Dn. *Lunigius* l. c. Tit *Essen*, §. 3, pag. 326. verb: *Præcipimus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex Judiciaria potestate, in loca prædicti Monasterii --- ad causas audiendas, vel Freda, aut tributa, aut convictus aliquos exigendos --- ingredi audebit, neque Thelonium, --- penitus exigere præsumat &c.* Quod *Otto II*, sub dato *Aquisgrani*, 10 Kal. August. An. 974, ratum habuit; vid. ibid. §. 5, pag. 327 & 328;

328; pariter ac *Otto III*, sub dato *Assinde*, Non. Februar. An. 994, ibid. §. 6, pag. 328; & *Henricus Sanctus*, sub dato *Noviomagi*, An. 1003, 7 Kal. Mart. ibid. §. 7, p. 329, & §. 8, p. 330, & *Conradus II*, sub dato *Teutinarium*, An. 1028, 14 Kal. Junii, ibid. §. 9. pag. 331.

Ab Eodem, simile Privilegium nactus est *Goslinus, Pataviensis* Episcopus, An. 963; vid. *Meibomius*, Tom. 1. *Rer. German.* pag. 747; Conf. praeced. lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, ad An. 963, pag. 1147; ut & *Laurishamense* Coenobium; quod ibidem notavi; conf. seq. Tit. XV, §. 1, lit. a.

Diploma, quo, sub dato *Ravennae*, 3 Cal. April. An. 970, Abbatiam *S. Maximini* Treviris ejusdem immunitatis reddiderit participem, sistit Dn. *Lunigius* l. c. Part. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Trier*, §. 101, pag. 263. Confirmatio *Ottonis II*, sub dato *Wormatiae*, An. 974, 5 Kal. Jul. habetur ibid. §. 102, pag. 263 &c. nec non *Ottonis III*, sub dato *Franckonovurt*, 16 Kal. Julii, An. 990, ibid. §. 104, p. 265.

CONRADUS II, sub dato *Walahuson*, An. 1029, 10 Kal. Septemb. simile Privilegium concessit Coenobio *Gernrodensi*; apud Dn. *Lunigium* Part. 3, cit. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VII, Tit. *Gernroden*, §. 8, pag. 82; quod *Henricus III*, sub dato *Goslari*, 9 Kal. Mart. An. 1044, confirmavit; ibid. §. 9, p. 83.

HENRICO IV idem Privilegium debere *Wormatienses*, quoad *Francofurtum*, *Boppardiam*, *Hammersteinium*, *Tremoniam*, *Goslariam* & *Angariam*, testatur Ejus diploma, sub dato *Wormatiae*, An. 1073, 5 Cal. Februar. apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, *im Andern Theil*, Tit. *Worms*, LIV *Absatz*, §. 1. pag. 679, ubi: *Telonium, quod Teutonica Lingua interpretatum est Zoll, quod in omnibus locis Regiae Potestati assignatur, videlicet: Franckfurth, Boppartem, Hammerstein, Drutmond, Goßlarie, Angere, Wormatienses ne ulterius solvant, remisimus &c.* Confirmationem *Friderici I*, sub dato *Argentinae*, 3 Non Januar. An. 1180, habes, apud *Lehmannum*, lib. 4 *Chron. Spirens.* Cap. 22, pag. 356, & *Limnaeum*, lib. VII *Juris Publ.* Cap. 56, p. 509, & 510; & quidem cum extensione, verb. *Item, sub hac poena* (60 librarum auri puri) *statuimus, sicuti Privilegio Praedecessorum, & Proavi Nostri, Henrici IV* (cujus filia, Agnes, nupta erat Friderico, Sueviae Duci, laudati Friderici Imperatoris, Avo) *divi Imperatoris, indultum legitur, & eis Imperiali auctoritate confirmamus: ut Cives Wormatienses, in locis Imperio pertinentibus, nullum teloneum persolvant; nominatim in his: Francofordiae, Boppardo, Hamerstein, Tramoniae, Drutmundae, Goslariae, Angerae, Numagiae, Dusburgiae; & in reliquis locis ad Imperium spectantibus; similiter, earundem Civitatum, seu Oppidorum, Cives nullum apud Wormatienses persolvant Teloneum &c.* Originem forte inde repetit Judicium Tubicinum, vulgo *Pfeiffer Gericht*, quod annis singulis, *Francofurti ad Moenum* celebrari solet, de quo haec *Ludovicus ab Hornigk*, in Tract. *de Regali Postarum Jure*, Cap. XVIII, Theoremat. X, p. m. 265: *Das Pfeiffer-Gericht ist ein sehr altes Herkommen, und hat den Nahmen dahero, weil die drey Stätte: Nürnberg, Worms und Bamberg, (doch allein die Alte Statt) jährlichen in der Herbst-Meß, den nechsten Gerichts-Tag vor Mariae geburt, vor sitzendem Gericht, von des H. Reichs und Statt-Gerichts Schultheissen, als zu dessen Ampt solches, von Alters hero, gehörig, Ihrer Zoll-Freyheiten,* (omissum hic forte vocabulum *Bediente*, aut *abgesandte*, vel aequipollens) *so sie allhie zu Franckfurth haben, mit Pfeiffern aufholen müssen. Gegen solche Zollbefreyung, geben obbemelte drey Stätte, und jede besonder, dem Schultheissen einen weissen höltzernen Becher, ein Pfund Pfeffer, einen alten weissen Biber-Hut, zween weisse Handschuh, und ein weiß Stäblein. Den Hut, oder Filtze, welchen Wormbs allein giebt, lösen sie jedesmahls mit einem Goldgülden wiederumb auß, und verbleiben solche Stücke deß Schultheissen; die Pfeiffer unterhelt allein die Statt Nürnberg; hergegen geben die andere Stätte deroselben jährlich ein gewisses: und hat vor Zeiten eine jede Statt ihre eigene Pfeiffer gehabt. Die von Honigen, oder Hoingen, haben vor Alters solche Zollbefreyung auch gehabt, und, mit ebenmässigen* Ceremonien *und* Solennitäten, *auffholen müssen; habens aber, gleich denen von Colln, versaumt, und dieselbe damit verlohren &c.* Hinc sua Dn. *Wagenseilius*, in Comment. de *Civitate Norimbergensi*, Cap XXVII, pag. m. 276, &, ex eo, Dn. *Joh. Fridericus Scheidius*, in diss. Inaug, *de Jure in Musicos singulari Comitatui Rappolsteinensi annexo*, An. 1719, 19 Maji, Argentorati defensa, Sect. 2, pag. 28 & 29.

LOTHARIUS, sub dato *Quitelineburg*, 1134, 7 Maji, remittit *Negotiatoribus Quedlinburgicis telonei exactionem, per universum Imperium; exceptis tribus locis: Colonia, Thile & Bartinvich.* Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, *Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. 2, p. 673. Quod *Sigismundus*, sub dato *Constantz, des nechsten Freitags nach S. Ambrosien Tag*, An. 1418, confirmavit Vid. ibid. §. VII. p. 675: pariter ac *Fridericus III.* sub dato *Wien, am Montag S. Ulrichs Tag*, An.

An. 1446, ibid. §. X, p. 677; & *Josephus*, sub dato *Wien*, 20 Febr. 1710, ibid. §. XXIII, p. 680.

FRIDERICUS I, in Privilegio Civitatis *Duisburgensis*, de *Theloneo Ultrajectensi*, sub dato *Aquisgrani*, an. 1166, 5 Cal. Januar. apud Dn. *Dithmarum*, in *Codice Diplomatico*, *Teschenmacheri Annalib. Cliviæ &c.* annexo, §. VI, p. 3: *Fideles nostros Burgenses de Duisburg --- quos --- Episcopus Trajectensis, Godefridus de Renen, per injuriam & violentiam, sæpius vexaverat, & ad theloneum indebitum (cum ad Nos tantummodo & ad solum pertineat Imperium,) pro voluntate sua, jam diu compulerat, Nos, ex sententia Principum Curiæ, ab illa coactione, prorsus expedivimus & absolvimus --- quod ab omni theloneo, solvendo in Civitate & Terra Trajectensi, prædicti Burgenses de Duisburg omnino sint liberi & exempti; hoc solo reservato & excepto, quod de mensura, si indiguerint, unum denarium in Trajecto exhibeant & persolvant &c.*

In Privilegio Ejusd. Imp. sub dato *Geilnhusen*, 8 Cal. Aug. An. 1170, Civitati *Geilenhusanæ* concesso, legitur, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, Part. I, XVI *Absatz*, Tit. *Gelnhausen*, §. 2, pag. 784: *Omnes Mercatores de Gelnhausen, quocunque iverint ad negotiationes suas, nullum solvent telonium in locis Imperialibus &c.*

Idem Cæsar, sub dato: *Apud Castrum Lizenize, 13 Cal. Octob. An. 1188*, confirmando Privilegia quædam Civitatis *Lubecensis*, inquit inter alia: *Omnia Jura, quæ primus loci fundator, Henricus, quondam Dux Saxoniæ, eis* (Lubicensibus) *concessit, & privilegio suo firmavit, Nos etiam ipsis concessimus --- Adhæc, & cum mercibus suis libere eant & redeant, per totum Ducatum Saxoniæ, absque hansa, & absque telonio, preter Ertenburch, ubi quinque denarios de plaustro servent: hoc addentes, quot plaustra illuc transduxerint, pro quibus teloneum supradictum dederunt, si infra annum & diem redierint, tot plaustra inde, sine teloneo, reducent &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. XXX *Absatz*, Tit. *Lübeck*, §. I, p. 1330.

Ejusdem Privilegium, sub dato: *Nudeborch, super Danubium, An. 1189, Non. Maji. Hamburgensibus*, concessum, apud Dn. *Lunig* l. c. XXIII *Absatz*, Tit. *Hamburg*, §. I, pag. 921, suppeditat inter alia: *Ad petitionem dilecti & Fidelis Nostri, Comitis Adolphi de Schouwenborch, concedimus & donamus Civibus suis, in Hamburch degentibus, ut, una cum navibus suis, & mercandisiis, ac hominibus, de Mare, usque ad prædictam Civitatem, liberi sint ab omni teloneo, & Ungeldi exactione, veniendo & redeundo. Si vero aliqua bona duxerint hospitum, mittant nuncium idoneum Stadis, qui, per Juramentum suum, teloneum persolvat, secundum bonorum quantitatem. Si autem videtur Telonario, quod in aliqua parte teloneum neglexerit, sequatur ipsum Hamborch, ut, secundum Justitiam, satisfaciat & emendet. Et in omni districtu Dominii, præfati eorum Comitis, ipsos Burgenses liberos facimus de teloneo, & omnis ungeldi exactione &c.*

HENRICI VI munificentia, eandem immunitatem nacti sunt, sub dato: *Apud Franckfordiam, 8 Kal. April. An. 1190*, Cives *Colonienses* & *Novesiani*, quoad *Telonium Werdense*, teste charta, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Eccles.* Part. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Colln*, §. 22, pag. 338, ubi: Sancimus: *Ut Burgenses de Civitate Colonia, Nuissa, & aliis Oppidis, quæ Coloniensis Archi-Episcopus libere tenet ad manus suas, sint de cætero, apud Werdam, de omni Telonio absoluti &c.*

An. eod. sub dato *Franckenevort*, 8 Cal. Maji, simile Privilegium indulsit Abbati & Cœnobio *Corbejensi*; inquiens: *Notum fieri volumus, quod Nos Corbejensem Ecclesiam à teloneo Nostro, quod apud Werdam colligi solet, liberam dimittimus & exemptam &c.* Vid. Dn. *Schatenus*, *Annal. Paderborn.* Lib. IX, ad h. a. pag. 889; & Dn. *Lunigius* l. c. Part. 3, Cap. V. Tit. *Corvey*, §. 59, p. 100 & 101; nec non,

An. eod. sub dato *Franckenfurt*, 16 Cal Aug. Civitati *Gelnhusanæ*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. des *Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part I, XVI *Absatz*, Tit. *Gelnhausen*, §. 3, pag. 784: *Hoc amplius eis indulgemus, ut per totum Imperium transeuntes, vel negotiantes, ab omni telonio atque exactione, liberi permaneant &c.*

An. 1192, sub dato *Wizzenburc*, 9 Kal. April. rata habendo Privilegia *Weissenaviensis* Cœnobii, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccles.* Part. 3, Cap. VI, Tit. *Weissenau*, §. 1, v. 5, pag. 749, ait: *Concedimus præterea Fratribus, ibidem Deo servientibus, & eorum Subditis, & Ministris: Ut, per Universa Fora Nostra, negotiationes suas exerceant libere, sine thelonei pensione &c.*

An. 1193, sub dato *Selsa*, 8 Id. April. pari privilegio prospexit Cœnobio *Marchthalensi*; apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Marchthal*, §. 5, pag. 347, verb: *Præterea, liceat Monasterio memorato Mercatus suos, in omnibus Civitatibus Imperii, seu, aliis,*

aliis, sine qualibet telonei, ac omnis pensionis, exactione, libere exercere, nihilque omnino exinde persolvere. Ut &,

An. eodem, sub dato *Würtzburg*, 15 Kal. Junii, Cœnobio *Eberssperg*, teste charta apud Dn. *Gewoldum*, Tom. 2 *Metropol. Hundii*, Tit. *Eberssperg*, p. m. 191 (Edit. Vet. pag. 276) *Cuncta quoque ad præfatum Cœnobium pertinentia, vel quæ in futuro, munificentia Regum & Imperatorum, largitione Pontificum, oblatione fidelium, adipisci poterit, tam quæsitis, quam inquisitis, in pratis, & in alpinis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumve decursibus, Venationibus, Piscationibus, viis & inviis, cum decimatione Abbatiæ, & præsenti ac futura sylvarum extirpatione, sub Abbatis potestate loci ejusdem, absque omni personarum contradictione, perenniter esse constituit, &, ubicunque eorum naves, & carri, vel sonmarii, advenerint, absque telonei transeant exactione.* Conf. de hac charta seq. Tit. XVIII, §. 28, lit. a, ad h. a.

OTTONEM IV eodem titulo celebrant *Brunsuicenses*, chartam, sub dato *Brunswich*, An. 1199, mens. Januar. suppeditante *Limnæo*, Lib. VII *Jur. Publ.* Cap. IX, pag. 169, &, post eum, Dn. *Lunigio*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, *im andern Theil; in der Fortsetzung*; IX *Abtheilung*, I *Absatz*, §. 1, pag. 219, ubi: *Devotionem, ac fidei synceritatem familiarium Burgensium Nostrorum de Brunswich, Progenitori Nostro, fel. mem. Henrico, Duci Saxoniæ, exhibitam, attendentes, multimoda quoque obsequia Nobis, & Patribus Nostris, ab eis impensa, memoria revocantes, personas eorum, & res, in Nostræ securitatis defensionem suscepimus, eosque ab omni exactione, ac telonio, per Universas Imperii fines, Regali munificentia, liberos & absolutos esse volumus. Decernimus ergo, ut nulla deinceps persona, humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, in Nostra Jurisdictione constituta, præfatos Burgenses Nostros, in aliqua exactione, vel teloneo, fatigare præsumat &c.*

Idem, in Privilegio, sub dato: *Apud Iteramnem, in Partibus Spoletanis*, An. 1209, 9 Kal. Januar. Cœnobio *Walckenredensi* scripto, apud Dn *Meibomium*, Tom. 3 *Rer. German.* pag. 161, & Dn *Leuckfeldum*, *Antiquit. Walckenredens.* Cap. XVIII §. 6, pag. 360, ait: *Fratres præfatæ Ecclesiæ absolvimus ab omni exactione & collecta, quæ fit in Northusen, ad qualescunque Civitatis necessitates; ut nec de areis suis ibi dent, ad aliquam Civitatis Justitiam; neque de curribus, onera Ecclesiæ ferentibus, teloneum solvatur &c.*

FRIDERICUS II, sub dato *Goslariæ*, An. 1219, 3 Id. Julii, instaurando *Goslariensium* Privilegia, apud Dn. *Lunigium*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4. Part. I, XX *Absatz*, Tit. *Goslar*, §. I, pag. 856, utitur & hac formula: *Mercatoribus etiam sæpedictæ Civitatis, sicut & Antecessores Nostri fecerunt, perpetua stabilitate concedimus: quatenus, per totum Imperium, Mercaturas & negotia sua exercentes, ab omni thelonio liberi existant & absoluti, præterquam in tribus locis, i. e. Colonia, Thile & Bardewich &c.* Confirmatio *Leopoldi* Imp. sub dato *Wien*, 1659, 7 April. extat l. c. §. 15, p. 871.

An. eod. in Constitutione *de Juribus ac Privilegiis Civitatis Norimbergensis*, sub dato *Nuremberg*, 6 Id. Novemb. apud *Goldastum*, Tom. I *Constit. Imperial.* pag. 292; & *Limnæum* l. c. Cap. XXXV, §. 16, pag. 384, scribit idem Cæsar: *De Ratispona, usque Pataviam, nullum solvent Theloneum --- in Civitate Spirensi, nihil solvent Nurenbergenses: è converso, Spirenses nihil solvent apud Nurenberg &c.*

An. 1220, sub dato *Franckeforde*, Kal. Maji, varia largiendo Privilegia *Tremoniensibus*, apud Dn. *Lunigium* l. c. XI *Absatz*, Tit. *Dortmund*, §. I, p. 441, hæc profert: *Cum ipsi Cives necesse habeant, cum mercimoniis suis, ad diversa Provinciarum loca, sæpius transmeare --- concedimus eis, & permittimus, ut, sive per mare, sive per terram, cum negotiationibus suis necesse habeant proficisci, ab omni thelonio, & aliis indebitis exactionibus, ad perpetuum, liberi sint & absoluti, per totum Imperium Nostrum. Statuimus igitur, & Regia autoritate districte præcipimus: ne aliqua persona, humilis vel alta, Ecclesiastica vel Secularis, aliquod ab ipsis Civibus telonium exigere, vel accipere præsumat &c.* Confirmatio *Ludovici* Bavari, sub dato *Nürnberg*, *crastino B. Bartholomæi*, 1332, extat ibid. §. 3, p. 442.

In charta, qua sub dato *Hagenoæ*, 13 Kal. April. Indict IV, immunitatem *Aquisgranensium*, à *Carolo* Imp. repetitam, confirmat, apud Dn. *Lunigium*, l. c. I *Absatz*, Tit. *Aachen*, §. 2, pag. 57, inquit Idem: *Consuetam libertatem Eorum ---- per Privilegium Nostrum, confirmavimus, videlicet: ut, in omnibus finibus Imperii, ab omni exactione thelonei, liberi sint & immunes &c.* Annus deest.

HENRICUS, Romanorum Rex, Ejus Filius, sub dato *Ulmæ*, 15 Kal. Mart. An. 1227, simile contulit *Schussenriedensi* Cœnobio Privilegium, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Ecclesiast.* Part. 3, Cap. VI, Tit. *Schussenried*, §. 6, pag. 550. Inde huc faciunt: *Concedimus præterea Fratribus, ibidem Deo servientibus, & eorum subditis, & Ministris: ut, per universa Fora Nostra, negotiationes suas exerceant liberè, sine thelonii pensione &c.* Confirmatio *Conradi* Regis, sub dato *Biberaci*, Mens. Aug. 1240, habetur l. c. §. 7. p. 551.

Idem, sub dato *Eslingen*, 4 Non. Junii, An. 1233, in charta, apud *Lehmannum*, lib. V, *Chron. Spirens.* Cap. 86, pag. 595; *Limnæum* l. c. lib. VII, Cap. 46, pag. 448 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, 44 *Absatz*, Tit. *Speier*, §. 5, pag. 465, hanc immunitatem concessit Spirensibus: *Fidelibus Civibus Nostris Spirensibus --- talem gratiam fecimus, de mera benignitate Regia: Ut, absque qualibet exactione thelonii, cum bonis suis, apud Oppenheim transeant, in descensu & ascensu, libere & quiete. Quapropter, authoritate Regia, & sub obtentu Gratiæ Nostræ, destricte præcipimus: quatenus nullus, ausu ductus temerario, apud locum memoratum, à bonis Civium prælibatorum, exactionem thelonei requirere præsumat &c.*

An. 1234, sub dato *Nürnberg*, Id. Aug. similis immunitatis participem reddidit Abbatem *Salmansweileranum*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicileg. Ecclesiast.* Cap. VI, Tit. *Salmansweiler*, pag. 511, §. 25, scribens: *Hanc etiam Gratiam ipsis dedimus, quod, de omnibus rebus suis, emptis vel venditis, mobilibus & immobilibus, in omnibus Civitatibus Nostris, nullum theloneum dent, vel, quod vulgari dicitur, Umbgeldt.*

RICHARDUM Anglum, eodem titulo celebrant *Colonienses*, quorum immunitatis charta, sub dato *Coloniæ*, An. 1257, 26 Maji, apud *Limnæum* l. c. Cap. X, §. 18, pag. 187, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, IX *Absatz*, Tit. *Cölln am Rhein*, §. 3, pag. 342, sequentia continet: *Dilectorum nostrorum Nobilium Civium Coloniensium, Imperii Fidelium, Privilegia, Eis, ab Imperatoribus & Regibus Romanis, & ab Archi-Episcopis Coloniensibus, indulta, & coram Nobis recitata, & quosdam eorundem Privilegiorum articulos, inter cætera annotatos, vidimus & audivimus, in hac verba scilicet: Ut Burgeum: de Civitate Coloniensium, & Amissia aliis Oppidis, ad manus Archi-Episcopi libere partis, apud Bopardiam, nullum de cætero, nisi antiquum, persolvatur Thelonium, videlicet quoddam cujuscunque quantitatis, si sit magna, tantum duorum denariorum obuli Coloniensis monetæ thelonium persolvatur. Apud Werdam vero, ab omni theolonio liberi sint & absoluti. In Oppido quoque Duisberg, juxta Rhenum, hoc obtineat, quod, à tempore Imperatorum Henrici & Friderici, Antecessorum Nostrorum, & antiquo Jure ejusdem Civitatis, obtinuit, tali conditione interposita, ut, si forte præfati Cives, vel aliquis præfatorum Civium, aliorum merces cum suis deferre annuncietur, in his tribus Oppidis prænominatis, solo manuum juramento præfato, quod suæ sint, liceat auferre, amota omni moderatione & impedimento, si forte quisquam molestatur ea morari, vel impedire, sive infra nundinas, sive extra &c.*

Sub RUDOLPHO Habspurgico, nacti sunt *Hamburgenses*, sub dato *Lowenborch*, An. 1274, *in die Agathæ Virginis*, à *Johanne*, Duce *Saxoniæ*, immunitatis privilegium ab *Ungelto Lauenburgico & Eislingensi*; teste charta apud Dn. *Lunigium* l. c. XXIII *Absatz*, Tit. *Hamburg*, §. XX, pag. 929, ubi: *Johannes, D. G. Dux Saxoniæ, Angriæ & Westfaliæ ---- notum esse volumus --- Nos Civibus de Hamborch hanc dedisse libertatem, quam Pater Noster, piæ recordationis, Dn. Albertus, Dux Illustris, ipsis Civibus liberaliter dederat, videlicet: Ut, in Lowenborch & Eislingen, de omni exactione, quæ vulgariter Ungelt dicitur, omnium mercimoniorum suorum, quæ, vel traducendo, vel redeundo, ad loca deduxerint nominata, semper sint liberi & absoluti. De annona vero dimidiam dabunt partem exactionis, quæ Ungelt dicitur apud vulgum. Teloneum autem dabunt, sicut semper solitum dari fuerit, & sicut quivis illuc accedens, & extranei, dare solent &c.*

An. 1278, 13 Cal. April. *Luneburgenses*, ab Eodem Duce, immunitatem à *teloneo* & *ungelto* accepisse. præced. §. 6, lit. a, ad h. a. monitum.

Ipse Cæsar laudatus, sub dato *Wien*, 4 Cal. Maji, An. 1281, confirmando Privilegia *Leopoldi & Friderici*, Austriæ Ducum, *Passaviensi* Ecclesiæ concessa, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passau*, §. 43, pag. 790, ait: *Cum insignis Pataviensis Ecclesia & Capitulum, ab Illustribus Leopoldo & Friderico, quondam Austriæ & Styriæ Ducibus, b. m. Prædecessoribus nostris, in eisdem ducatibus, hac continua libertate sunt freti & gratia, quod ---- omnia victualia sua, tam vinum, quam frumentum, & quæcunque alia, ad communem mensam eorum spectan-*

spectantia, seu ad usum, per Danubium & Enum, undique sine muta & Fürfart, ac sine omni exactione, libere transducantur; Nos ---- prædictam libertatem & gratiam de novo donamus, & liberaliter confirmamus &c.

LUDOVICO Bavaro imperante, attestantur *Conradus Pfintzig*, Scultetus, Senatus Populusque *Norimbergensis*, sub dato *Nüremberg, an Sent Thomas, des zwelff Poten, Abent*, An. 1322, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, XXI *Absatz*, Tit. *Hailbrunn*, §. 6, pag. 885, quod *Heilbronnenses* immunes sint à teloniis *Norimbergæ*, &, vice versa, *Norimbergenses Heilbronnæ*; verb: *Tun kunt allen den, di disen Brif sehent, lesent, oder hörent lesen: daz Wir Uns ervaren haben, an den Elteren in unserer Stat, an Erbaren Lüten, daz alle Bürger von Heilsprunnen in Unser Stat ze Nürenberg, Zolfrei sint; und daz Unser Bürger von Nüremberg, auch Zolfrei sint in Ir Stat ze Heilsprunnen, von altem her, also, daz, alle Jar, Ir Bürger eyner, der Erste der in Unser Stat ze Nürenberg, mit Kauffmanschafft, chumt, nach Sent Michels Messe, schal bringen und geben, dem Zelner in Unser Stat: Eyn Phunt Pheffers; zwen wize Handschu, und ein Stebelin; und damit sint alle Bürger von Heilsprunnen jedes Jares Zollfrei in Unser Stat ze Nüremberg &c.*

A laudato Cæsare, sub dato *Paphei, des Freytags vor S. Peter und S. Pauls Tag*, An. 1329, impetravit *Francofurtensis* Civitas immunitatem à telonio per totum Imperium; apud Dn. *Lunigium* l. c. XIV *Absatz*, Tit. *Franckfurt*, §. XXII, pag. 564; ibi: *Wir Ludwig --- thun kundt --- daß Wir dieselben Bürger zu Franckenfurt, und Iren Nachkommen, wo die wohnend sind, die Bürger da sind, freyen und ledigen ewiglich, und jeglichen besonderlichen, von allen Zællen, und an allen Stædten; es sey auf Wasser, oder auf dem Lande, wo sie fahrend; es sey mit Kauffmanschafft, oder ohn Kauffmanschafft &c.*

CAROLUS IV, testibus Literis ad omnes Civitates Superioris Germaniæ, sub dato *Speir, Suntags, alß man singet Judica*, An. 1349, simile Privilegium indulsit Civitati *Augustæ Vindelicorum*, apud Dn. *Lunigium* l. c. 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. 13, pag. 95, verb: *Sie* (Augustanos) *von Unsern und des Reichs wegen, besundern Unsern Kunglichen Gnaden, ledig gelassen haben, ledig sagen und quit, aller Zolle, die sie schuldig weren ze geben, von allir ire Kauffmanschafft, wie die Nahmen haben möchten, in Euren Stetten; und Wellen, daz Sie, von Unsern und des Reichs wegen, von besunderen unsern Kuniglichen Gnaden, Zolles frey varen und wandern sullen und mugen, in Eweren Stetten, und dan ütz mit alle irre Kauffmanschafft; in sulcher Weise, daz Ihr, und alle Eweren Bürgern in Irre Statt ze Augspurg, allis Zolles, von alle ewern Kaufmanschafft, die Ir habent, auch frei sein sullent, ohn Widerrede, und ledig &c.*

Idem, in charta sub dato *Aquisgrani*, 3 Non. April. 1359, *Aquisgranensibus* indulta, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, Tit. *von der Kayserlichen Stiffts-Kirchen zu Aachen*, §. 6, pag. 879 & 880, inquit: *Declaramus prædictos Præpositum, Decanum & Capitulum, de vino, vel quibuscunque rebus suis propriis, quas, pro personarum, domorum & Familiarum suarum necessitatibus (non autem causa negotiandi) vehunt, vel vehi faciunt, tam super flumine Rheni, quam in quacunque Civitate, Oppido, via vel loco, ad præstationem thelonii, datii, tributi, pedagii, quidagii, sive assisiæ, seu quocunque vocabulo nominetur, nullatenus obligari, sed liberos esse debere ab his penitus & exemptos; mandantes, & præcipientes districte, Principibus, Ecclesiasticis & Sæcularibus, Comitibus, Baronibus ----- Fidelibus Nostris, & Sacri Imperii universis, præsentibus & futuris, quatenus, ex nunc in antea, de vino, vel aliis quibuscunque rebus prædictis, eorundem Confratrum Nostrorum vel à personis & nunciis ipsorum, vinum & res easdem vehentibus ---- nullum theloneum, dacium, tributum, pedagium, quidagium, aut assisiam, exigere, aut recipere audeant, ullo modo &c.*

WENCESLAUS, sub dato *Bettler*, An. 1394, *des Montags nach des H. Creutz-Tags, als es gefunden ward*, dedit *Fridbergensibus* tale Privilegium, apud *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. XVII, §. 17, pag. 295 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. I, XV *Absatz*, Tit. *Fridberg*, §. 39, pag. 745: *Haben Ihnen --- diese besondere Gnade gethan, und thun Ihnen die, in Krafft diß Briefs, und Römischer Königlicher Macht, were es Sachen, daß Ihnen neue Zölle, Weg-Geld, oder sonst eine andere Auffsetzung, auf der Strassen, zwischen Franckenfurt und Friedberg, auffstünden, oder aufgesetzt würden, daß den die ehegenanten Burggraff und Burgmann, und Bürger gemeinlichen der Statt zu Friedberg, die daselbst in der Burg, und Statt, mit Hauß sitzen, und wohnen, mit aller ihrer Haab und Güther, solches neuen Zolles, Weg-Gelds, oder ander Auffsetzung, frey, ledig und loß seyn, und die, so offt Sie daselbs wandern, und ziehen, ewiglichen nicht bezahlen dörffen, noch sollen, in keine Weiß &c.*

Idem, sub dato *Nürnberg*, An. 1397, *Donnerstags vor S. Simon, und Judas Tag*, concessit Civitati *Suinfurtensi*, hujusmodi privilegium: *Auch thun wir*

Ihn diese besondere Gnade, daß man von aller Haabe, welcherley die sey, die man in der Statt zu Schweinfurth verkauffet, oder von danne führet, und daselbst ufladet, keinen Zoll in der Statt geben solle, in keine Weiß, ußgenommen allein die gewöhnliche Brücken-Zoll. Auch setzen und wollen Wir, daß die ehegenanten Bürger und Innwohnere der Statt zu Schweinfurth, aller neuer Zölle und Ungeldt, und auch sonst anderer Uffetzung in dem Lande, zu Francken, oder anderswo, es sey uf Wasser, oder uf Lande, frey, ledig loß und überhaben sein sollen, gleich andern Unsern und des Reichs Stätten &c. Vid. Dn. *Lunig* l.c. Part. 2, 43 *Absatz*, Tit. *Schweinfurth*, §. 12, p. 401.

Ex FRIDERICI III Privilegio, sub dato *Neustatt, am Erichtag*, (*Frihtag*, die Veneris,) *nach dem H. Palmtag, An. 1463*, eximuntur, *Rothenburgenses ad Tubarim*, à solutione thelonei Herbipolensis, vulgo *Gülden-Zoll; von den Weinen, so Sie an der Tauber, an die Vorbach, und der Lüden daselbst ümb, verkauffen, oder sonst von dannen zu ihn führen und bringen lassen &c.* Vid. Dn. *Lunig* l.c. 41 *Absatz*, Tit. *Rothenburg an der Tauber* §. 13, pag. 345. Confirmatio *Caroli V*, sub dato *Worms* 11 Mart. 1521, habetur ibidem, §. 15, pag. 348.

Idem, An. 1464, in Privilegio *Norimbergensibus* dato: *Daß Sie für allen Vierrechten, und von Alter her ungewöhnlichen und neuen Zöllen, Mauten, Gleiten, Ungelten, wie die gesetzt, gemacht oder erfunden seyen, oder hernach fürbaß gesetzt, erfunden und außgebracht würden, von wem das wäre, ewiglich frey und ledig, auch solche Zöll und Ungeld zu bezahlen, von ihren Kauffmanschafften, und andern Sachen, welcherley die wären, nicht pflichtig seyn sollen &c.* Hæc ex *Caroli V*, confirmatione Privilegiorum quorundam laudatæ Civitatis *Norimbergensis*, sub dato *Worms*, 22 Maji, An. 1545, apud Dn. *Cortrejum*, Tom. IV *Corporis Juris Publici*, inter *Privilegia Statuum Imperii*, §. 82, pag. 339.

Ejusdem Cæsaris Privilegium immunitatis vectigalis *Kogenheimensis*, sub dato *Regenspurg, am Montag nach S. Margreten Tag*, An. 1471, *Carolo* Badensium Marchioni, indultum offendimus apud *Schilterum*, inter *Diplomata & Documenta* Historiam hujus Cæsaris illustrantia, pag. 100, ibi: *So haben Wir angesehen desselben Marggrav Carls diemütig zimlich Bete, auch die getreuen und nützlichen Dienste, die Er Uns, und dem Reiche, offt williglich gethan hat --- und darümb --- vorgemelten Zolle, wie der bißher von des vorgenanten Marggraven Carls, unnd seiner Vordern, Unterthanen genommen worden ist, oder fürhin von sein und seiner Erben Unterthanen genommen werden möcht, gäntzlich und gar wiederrufft, abgethan, wiederruffen, unndt thun den gegen In abe, von Römischer Kayserlicher Macht Vollkommenhait, und rechter Wissen, in Crafft diß Brieffs, unnd meynen, setzen und wollen, daß derselb Marggrav Karle, seine Erben, unnd Ir Unterthan, nu hinfür zu ewigen Zeiten, soliches Zolls gantz frey, ledig und unverbunden, unnd dem genanten Bischope zu Straßburg, seinen Nachkommen, und Irn Zoellnern, noch Nymand andern von Irn wegen, den fürbaß mer zu geben nicht schuldig, noch darumb zu antworten pflichtig sein, sondern daß dieselben Ir Unterthan, mit Ihrer Kauffmannschatz, Habe und Gut, an den vorgemelten oder andern Enden, auf dem Wasser der Ylle, oder auf der Landtstraß der gegen daselbs, Ihre freye Handl und Wandl triben und haben mögen und sollen &c.*

CAROLUS V, in Privilegio, quo, sub dato *Augspurg*, An. 1551, 16 April Comitibus *Nassoviis* prospexit, apud Dn. *Lunig, Spicileg. Secular.* Part. I, XXVIII *Absatz*, §. 26, pag. 651, ait: *Declariren, erklähren, ordnen und setzen hiemit, von Römischer Kayserlicher Macht Vollkommenheit, wissentlich, in Crafft dieses Briefs, also, daß Sie und Ire Erben und Nachkommen obbestimbt, nhun hinfüro, von allem Wein, Frucht und andern, so Sie zu Ihren Hæusern gebrauchen, gegen Anzeigung Ires glaublichen bekenlichen Scheins, daß Inen sollich Gut allein, und Niemands andern, zugehörig sey; an allen Zoll- und Maut-Stetten, gantz unbeschwert aynichs Zolls, Maut und Auflag, oder Anforderung, frey gelassen, und darumb nichts abgenommen werden soll, in keine Weiß noch Weg; Doch Uns, und dem H. Reich, an Unserer Oberkeit unvergriffen und unschädlich &c.*

Hodie vero, in præjudicium tertii, nemini ab Imperatore Solo ejusmodi immunitas concedi amplius potest. vid. seq. lit. b. Quæ *persona* alias in genere à vectigalium solutione exemptæ judicentur; tradit *Einsidel*, de *Regalibus*, Cap. 3. §. 29 & seqq. pag. 362; agens simul, §. 38 & seqq. p. 366, de *rebus*, quibus eadem immunitas vindicari solet; Conf. *Rumelinus*, in A. B. Part. I. Differt. VIII, θ. 21, pag. 258; Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ. German.* Part. 2, Cap. XVI, §. 1, v. 27 ad 51, pag. 514 & 515; Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. XI. §. 6, p. 537 &c.

(*b*) AD

(b) AD RHENUM &c. Capitulationis *Caroli V* Imperatoris Articulo XIX jam cautum: *Demnach, etliche Zeit her, die Churfürsten am Rhein, mit viel und grossen Zoll-Freyungen, über Ihre Freyheit und Herkommen, offtmahls durch Förderungs-Brieff, und in andere Wege, ersucht und beschwert worden, das sollen und wollen Wir, als unträglich, abstellen, fürkommen, und zumahl nicht verhengen, noch zulassen, fürter mehr zu üben, noch zugeschehen &c.*

Idque repetitum constat Art. XVIII, Capitulationis *Ferdinandi I*; Art. XXI *Maximiliani II* (apud *Zieglerum, von den Wahl-Capitulationibus der Römischen Kayser und König*, pag. 47) Art. XX, *Rudolphi II*; Art. XXIV, *Matthiæ*; Art. XXIII, *Ferdinandi II*; Art. XXVI, *Ferdinandi III*, & quidem cum additione *Danubii*, in gratiam, procul dubio, Bavariæ Electoris, *Rheno* subjuncti, verb: *Und nachdem, etliche Zeit hero, die Churfürsten am Rhein, und der Thonau, mit vielen und grosen Zoll-Freyungen &c.* Art. XXV, *Ferdinandi IV*, cum nova additione, *und andern Ströhmen*; ibi: *Und nachdem, etliche Zeit hero, die Churfürsten, am Rhein, und der Donaw, und andern Stræhmen, mit vielen und grosen Zoll-Freyungen, über Ihre Freyheit und Herkommen, offtermahls durch Beförderungs-Brieffe, auch Exemptions-Befelch, und Privilegia, zu Præjudiz der Churfürstlichen Zoll - Gerechtigkeiten*, (hæc etiam nova) *ertheilet, und in andere Wege ersuchet, und beschweret worden, das sollen und wollen Wir, als unerträglich, abstellen, fürkommen, und zumahl nicht verhengen, noch zulassen, furters mehr zu üben, noch zu geschehen &c.* Art. XXV *Leopoldi*, ubi tamen loco: *Die Churfürsten am Rhein, und der Donaw, und andern Ströhmen*, nude positum: *Die Churfürsten, an Dero an Schiffbahren Ströhmen habenden Zollen &c.* viceque versa, nova rursus additio conspicitur, quandoquidem verbo *Geschehen*, extensio annexa: *Auch keine Exemptions-Privilegia mehr ertheilen, und die, so darwieder, unter währenden Krieg, ohne des Churfürstlichen Collegii Bewilligung, ertheilt worden, sollen cassirt, todt und abseyn &c.* Quæ omnia etiam Art. XXIV Capitulationis *Josephi* habentur, pariter ac Art. VIII *Carolinæ*, cum extensione ad reliquos quoque Status: *Und nachdeme vormahls die Churfürsten, Fürsten und Stænde, an Dero an Schiffbahren Ströhmen, und sonsten, habenden Zöllen, mit vielen und grossen Zoll-Freyungen, über ihre Freyheit und Herkommen, offtermahls durch Beförderungs-Brieff, auch Exemptions-Befelch, und zum Præjudiz der Churfürsten, Fürsten und Stænden, Zoll-Gerechtigkeiten, ertheilte* Privilegia, *und in andere Wege ersuchet und beschweret worden; so sollen und wollen Wir solches, als unerträglich, abstellen, fürkommen, und zumahlen nicht verhengen, noch zu lassen, forthin mehr zu üben, noch zu geschehen, auch keine Exemptions-Privilegia mehr ertheilen, und die, so darwieder, ohne Consens des Churfürstlichen Collegii, bey vorigen Kriegen ertheilet worden, sollen cassirt und abseyn &c.* Fluit, ex hactenus dictis (1) non solum Electorum, sed & reliquorum Imperii Statuum, *Jure vectigalis* gaudentium, Privilegia, Juraque quæsita, à Cæsaribus, (mediantibus Ipsorum literis promotorialibus, vulgo *Recommendaticns-Schreiben, Beförderungs - Brieffen*; neque Mandatis Exemtionum, seu *Exemtions-Befehlen*; neque Privilegiis, in præjudicium telonei legitime cuidam concessi, exaratis, aliove modo) turbari nequaquam posse, sed illibata manere debere; (2) Privilegia exemptionis, durantibus *tricennali* & sequioribus bellis, sine consensu Electoralis Collegii, impetrata, esse invalida & nulla. (3) Quæstionem: *Num & reliqui Status, quibus telonia in fluminibus navigabilibus concessa sunt, eodem cum Electoribus jure gaudeant?* à *Limnæo*, ad Art. XIX *Capitul. Caroli V*, pag. 243, & Dn. *Nitzschio*, ad Art. XXIV *Capitulat. Josephi*, §. 5, p. 466, motam, non aliter quam affirmari posse.

8. Ad Jura, Electoribus cum Imperatore de facto communia, refertur

(1) Quod Imperator & Electores hactenus tantum faciant Pacta Capitulationum, (a) quæ tamen, cum postea fiant (respectu Statuum) Lex Imperii Universalis & Fundamentalis, secundum Instrumenti Pacis dispositionem, fieri deberent ab Imperatore & omnibus Statibus simul.

(2) Jus Belli (b) & ea, quæ huc pertinent.

(3) Jus Foederum. (c)

(4) Jus declarandi unum vel alterum Statum Imperii in bannum, (d) cum tamen

men in Comitiis novus declarandi unum vel alterum Statum Imperii in bannum, modus fieri debeat, cumque hoc in summum reliquorum Imperii Ordinum vergat præjudicium; *Gleich, als kæme dem Kayser, und den Churfürsten allein zu, über derselben Leib, Leben, Haab und Guth*, in puncto Banni, *zu* judiciren, *und zu erkennen.* Vid. Author *der GrundVeste*, pag. 275. (245)

NOTÆ.

(a) CAPITULATIONUM &c. Hinc reliquorum Ordinum querelæ, de *condenda, nomine omnium, Capitulatione perpetua.* Quousque negotium processerit, præced. Lib. I, Tit. VII, §. 2, lit.b, pag. 840 & seqq. ibidemque, in *Addendis*, pag. 16: 17, & 18, commemoravi. *Projectum*, cujus ibi facta mentio, reperitur etiam in *Joh. Christiani Mùldeneri Capitulatione Harmonica*, Halæ Saxonum, An. 1697 edita, pag. 145 &c. notandum tamen, exemplaria, quæ Dn. de *Münchhausen Mùldener & Faber*, locis ibidem designatis, suppeditant, non ubique ejusdem esse tenoris.

(b) JUS BELLI &c. Quid juris, circa bellum, *Imperii nomine* gerendum, hodie obtineat? præced. Tit. 2, §. 70, lit. a & b; nec non Tit. 3, §. 5, lit. a & f. exposui.

(c) JUS FOEDERUM &c. Sed & de hoc Jure, præced. Tit. 3, §. 21, lit. b & c, jam actum.

(d) IN BANNUM &c. Statuum Imperii *causas criminales* non nisi solemnibus in Comitiis decisas olim fuisse, testantur, qui hoc modo judicati leguntur v. g.

(1) *Anno 788*, *Thassilo, Bojorum* Dux. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 77.

Anno 818, Proceres varii, utriusque ordinis, conjurationis cum *Bernhardo*, Imperatoris *Ludovici Pii*, è fratre *Pipino*, nepote, rei, de quibus ita *Adelmus*, Benedictinus, in *Annal. Franc.* ad An. 817, apud *Freherum*, pag. m. 418: *Cum Imperator, venatione peracta, de Vosego, Aquasgrani reverteretur, nuntiatum est Ei, Bernardum, Nepotem suum, Italiæ Regem, quorundam pravorum hominum consilio, tyrannidem meditatum, jam omnes aditus, quibus ad Italiam intratur (i. e. Exclusas) impositis firmasse præsidiis: atque omnes Italiæ Civitates in illius verba jurasse; quod ex parte verum, ex parte falsum erat. Ad quos motus comprimendos, cum ex tota Gallia, atque Germania, congregato, summa celeritate, magno Exercitu, Imperator Italiam intrare festinasset, Bernardus, rebus suis diffidens, maxime, quod se à suis quotidie deseri videbat, armis depositis, apud Cabillonem se Imperatori tradidit; Quem cæteri secuti non solum, armis depositis, se dediderunt, verum ultro, & ad primam interrogationem, omnia, uti gesta erant, aperuerunt. Hujus conjurationis Principes fuere: Eggideo, inter Amicos Regis primus; & Reginhardus, Camerarius Ejus: & Reginharius, Meginharii Comitis filius, (cujus maternus avus, Hardradus, olim in Germania, cum multis ex ea Provincia Nobilibus, contra Carolum Imperatorem, conjuravit.) Erant præterea & alii multi præclari & Nobiles Viri, qui in eodem scelere deprehensi sunt: inter quos & aliqui Episcopi: Anselmus Mediolanensis, & Wolfoldus Cremonensis, & Theodulfus Aurelianensis &c.* &, ad An. 818, pag. 419: *Detecta fraude, & conjuratione patefacta, ac seditiosis omnibus in potestatem suam redactis, Imperator Aquasgrani revertitur; transactoque Quadragesimali jejunio, paucis post sanctum Pascha diebus, conjurationis auctores, simul & Regem, Judicio Francorum capitali sententia condemnatos, luminibus tantum jussit orbari: Episcopos, Synodali Decreto depositos, Monasteriis mancipari; cæteros, prout quisque vel nocentior vel innocentior apparebat, vel exilio deportari, vel detondi, atque in Monasteriis conversari &c.* Eadem confirmant *Annales Francorum Reuberiani* ad Ann. 817 & 818, pag. 43; ut & *Pithœani*, ad eosdem annos, pag. 25 & 26; & *Fuldenses*, apud *Freherum*, An. 818, pag. 13; *Theganus*, de *Gestis Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, pag. 307; *Ademarus*, Monachus *S. Eparchii*, in Chronico, ad An. 818, apud *Labbeum*, Tom. 2, *Biblioth. MS.* pag. 158; Auctor vitæ *Ludovici Pii*, ibid. pag. 370 & 371; unde sua mutuatus *Baronius*, Tom. IX *Annal.* ad An. 817, §. XV & seqq. pag. m. 710. pariter ac *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicor.* Cap. IX, §. 20 & 21, pag. m. 344. Conf. *Albericus*, Monachus trium fontium, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 2 *Accessionum Historicarum*, ad Ann. 818, pag. 164. dictum *Theodulfum* Aurelianensem in carcerem fuisse conjectum, tradit *Joachimus Cluten*, in *Heroicarum dissertationum Nona; Utrum Clericus in Imperatorem crimen L. M. committat?* Argentorati, Respondente *Christophoro ab Hardtlauw*, Livono, An. 1622, mense Majo, habita, scribens, §. IX. *Imperator Ludovicus Pius, in conjuratione, quam adversus Eum Lotharius filius cum complicibus Episcopis, aliisque fecerat, cum alios Episcopos omnes punivit, tum Theodulphum, Aurelianensem Præsulem, vinctum in carcerem cujusdam turris compegit, unde illum tandem liberavit, non alia de causa, quam ob can-*

ob cantilenam unius versiculi, cum, in solenni Paschæ processu, illac Imperator præteriens Theodulphum audivisset, concinentem è carcere:

Gloria, laus, & honor, Tibi sit Rex Christe Redemptor.

Confundi autem hac ratione *Theodulfum*, Abbatem *Floriacensem*, cum nostro; & conspirationem *Bernhardi*, Italiæ Regis, cum conspiratione *Lotharii*; docet *Baronius* l. c. ad An. 835, §. 3, pag. 881: *Cum Theodulphus, Abbas Floriacensis, una cum aliis in illa conjuratione Bernhardi, de qua supra, adversus Ludovicum Imperatorem, fuisset inventus implicitus, ob eamque causam Andegavi detrusus esset in carcerem: cum Poeticæ facultatis literis, præ cæteris hujus temporis, esset excultus, ibidem detentus scripsit Ecclesiasticum carmen ad diem Palmarum, in Ecclesia canendum accommodatum, observansque tempus, cum ea de re Ludovicus inde transiret, è fenestra carceris, uti licuit, illud cecinit in aures Ejus; quod cum Eidem Imperatori mirifice placuisset, eo permotus, ipsum jussit quamprimum à carcere liberari; quin etiam prærogativa non solum ipsius scientiæ, sed pietatis, permotus, postea ad Episcopatum Aurelianensem promovendum curavit. Ecclesiasticum autem melos sic se habet: Theodulphi hymnus, in die Palmarum:*

Gloria, laus & honor, Tibi sit, Rex, Christe, Redemptor,
Cui puerile decus prompsit osanna pium &c.

Cujus sententiam auctoritate *Sigeberti Gemblacensis*, ad An. 843, pag. m. 564, niti video, ubi: *His temporibus floruit Theodulphus, Abbas Floriacensis, postmodum Episcopus Aurelianensis, de quo refertur, quod illos versus, quos, in die Palmarum, singulis annis, Ecclesia Galliarum decantare in usu habent, ipse composuerit, id est: Gloria, laus & honor. Quos cum ipse, Ludovico Imperatore, secus domum, in qua exul detinebatur, apud Andegavum, transeunte, decantaret, audiens Imperator, & misertus, jussit eum absolvi &c.* Chronologia licet emendatione egeat, *Ludovico* Imperatore an. 840 jam defuncto; æque ac, ex altera parte, *Chronicon Vezeliacense*, apud *Labbeum* l. c. Tom. I, pag. 394, ad An. 804, verb: Obiit *Theodulfus, Abbas Floriacensis, & Episcopus Aureliacensis*; laudato Imperatore tunc nondum Regiminis habenas adepto. Conf. *Albericus, Monachus trium Fontium*, l. c. ad An 820, pag. m. 166; ast non soli huic Abbati, sed aliis quoque pœnas à Cæsare fuisse remissas, commemorat *Adelmus* l. c. p. 422, ad An. 821: *Medio mense Octobrio, Conventus Generalis apud Theodonis Villam, magno Populi Francorum frequentia, celebratur ---- eminuit in hoc Placito Piissimi Imperatoris misericordia singularis, quam ostendit super eos, qui cum Bernardo, Nepote suo, in Italia, contra Caput & Regnum suum, conjuraverunt. Quibus, ibi in præsentiam suam venire jussis, non solum vitam & membra concessit, verum etiam possessiones, judicio Legis in Fiscum redactas, magna liberalitate, restituit. Adalhardum quoque de Aquitania, ubi exulabat, evocatum, Corbejæ Monasterii, ut prius fuerat, Abbatem ac Rectorem esse jussit; cum quo & Bernardum Fratrem ejus, reconciliatum, eidem Monasterio reddidit &c.* Conf. *Annal. Franc. Reuberiani*, an. eod. pag. 46; *Pithœani*, an. eod. pag. 27 & 28; & *Fuldenses*, an. eod. pag. 13; *Auctor vitæ Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, pag. 376 & 377; unde sua *Aventinus* l. c. §. 36. p. m. 346.

An. 830, Rebellionis novæ adversus Imperatorem, ab ipsius Filiis *Pipino & Lothario*, an. 829, excitatæ, Principes, quorum nomina *Aventinus* l. c. Cap. X, §. 31, pag. 353, subministrat, verb: *Duces multitudinis atque Auctores conjurationis, qui tum in Francorum Imperio Sapientissimi, & Gallicæ rei columen censebantur: Hydolvinus, Dionysianus, Vala Corbejensis, Antistites Monachi: Ebbo, Archimysta. Rhemensis; Hugobertus, Lugdunensis; Bernardus, Viennensis; Jesse, Ambianensis, Helias, Tricassiorum Pontifex: Hique Celtarum Dynastæ: Machofridus, Hugo, Landbertus, Godofridi Pater, & filius Richardus, Hugbertus, Bergaretus &c.* Audiamus *Auctorem Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum* T. 2. *Rer. Franc.* pag. 461, ad An. 830: *Cum autem instaret autumnalis temperies, ii, qui Imperatori contraria sentiebant, alicubi in Francia Conventum fieri Generalem volebant. Imperator autem clanculo obtinebatur, diffidens quidem Francis, magisque se credens Germanis; obtinuit tamen sententia Imperatoris, ut Neomagum, Populi convenirent. Verens porro, ne multitudo contrariorum superaret paucitatem Fidelium suorum, jussit, ut unusquisque ad idem veniens Placitum, simplici uteretur commeatu ---- Tandem ergo Neomagum ventum est, omnisque Germania eo confluxit, Imperatori auxilio futura. ---- hii, qui Imperatori adversaturi erant ---- ad habitaculum Lotharii Imperatoris Filii convenientes, hortabantur, aut bello confligendum, aut aliquo secedendum, absque Imperatoris*

toris

toris voluntate. In qua deliberatione cum expendissent noctem, mane Imperator Filio mandat: Ne inimicis communibus credat, sed ad se, tanquam ad Patrem, Filius veniat. Quibus Ille auditis, licet dehortantibus qui circa illum erant, ad Patrem venit; à quo non est aspera increpatione invectus, sed modesta lenitate correptus ---- Imperator ad cunctorum, cum Filio, processit aspectum; quo facto omnis illa conquievit feralis commotio: Imperatoria enim audita oratione, omnis facessit popularis tumultus. Post hæc Imperator omnes illos hujus impiæ conspirationis Principes sub privata custodia præcepit adservari; quos postea, ad Judicium adductos, cum omnes Juris Censores, Filiique Imperatoris, (qui in Gratiam Patris redierant) *Judicio legali, tanquam reos Majestatis, decernerent capitali sententia feriri, nullum ex eis permisit occidi, sed usus, ut multis visum est, leniori, quam debuit, pietate, sibi tamen consueto benignitatis & Clementiæ more, Laicos quidem præcepit locis oportunis adtonderi; Clericos vero in convenientibus itidem Monasteriis custodiri &c.* Comprobant hæc *Annales Francorum Reuberiani*, ad An. 830, pag. 54 & 55; ut & *Pithœani*, quamvis ad An. 831, pag. 33; *Theganus* l. c. pag. 310 & 311; *Auctor Ludovici Pii Vitæ*, apud *Pithœum*, pag. 393 & 394; *Annales Fuldenses*, ad An. 831, pag. 16; *Sigebertus Gemblacensis*, ad eundem annum, pag. m. 563; *Albericus* l. c. an. eod. pag. 172; *Aventinus* l. c. §. 38, ad 44, pag. 354 & 355. Attamen & his malefactoribus crimen fuisse condonatum, testatur dictus Auctor *vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, pag. 462, ad An. 831: *Paschalibus peractis solennibus, ad Ingelinheim Imperator perrexit. Ipso denique tempore, consuetæ non immemor Misericordiæ ---- eos, quos dudum, exigentibus meritis, per diversa deputaverat loca, evocatos bonis propriis restituit, & si qui adtonsi fuerant, utrum sic manere, an in habitum redire pristinum vellent, facultatem contribuit &c.* Ita quoque *Annales Reuberiani* ad h. a. pag. 55; & Auctor vitæ dicti Cæsaris, apud *Pithœum*, p. 395; *Aventinus* l. c. Cap. XI, §. 1, p. 356.

An. 835, Proceres & Episcopi, à quibus, aliquot ante annos, Imperator sæpesatus de Solio deturbatus fuit, in Comitiis *Theodonvillanis*; teste Auctore *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum* l. c. ad h. a. Cap. XVI, pag. 467: *Solennitatem Purificationis S. Mariæ, in eadem Theodonis Villa agendam, constituit, ubi etiam Populus, cui præceptum fuerat, occurrit; quo consistens, contra quosdam Episcopos, de sui dejectione, conquerebatur. Sed, cum quidam in Italiam confugissent, quidam vocati obedire noluissent, solus Ebo,* (Rhemensis) *eorum qui impetebantur, affuit. Qui, cum rationis reddendæ causa, super talibus urgeretur, causabatur se solum, relictis omnibus, in quorum præsentia hæc facta fuerant, urgeri ----- tandem, moleste ferens talibus extædiari, consilio petito aliquorum Episcoporum, ipse in se quandam confessionem prædicavit, confirmavitque, se & indignum sacerdotio, & inrevocabiliter eo abstinere judicavit, quod & Episcopis, &, per eos, Imperatori contradidit. Quo facto, Agobertus, Lugdunensis Episcopus, qui, evocatus ad satisfactionem, venire distulit, cum ter esset evocatus, ab Ecclesiæ semotus est Præsulatu; cæteris, ut diximus, in Italiam fugientibus. Sequenti vero Dominica, quæ Sacra Quadragesimæ initium præcedebat, in Mettensem Civitatem Dominus Imperator, sed & Episcopi, nec non & Populus Universalis illius Conventus, venit, &, inter Missarum celebrationem, septem Archi-Episcopi septem reconciliationis Ecclesiasticæ orationes super Eum cecinerunt; atque omnes Populi, hoc viso, pro plenaria restitutione Imperatoris, multas Deo gratias reddiderunt &c.* Eadem offendimus in *Annalib. Francor. Reuberianis*, an. eod. pag. 59; add. Auctor *Vitæ Ludovici Pii* apud *Pithœum*, pag. 407. & 408; & *Sigebertus Gemblacensis*, ad eundem annum, pag. 563, verb: *Ebdo, Remorum Archi-Episcopus, deponitur, aliique multi, qui, cum eo, in dejectionem Ludovici Imperatoris conspiraverant, damnantur & exiliantur &c.* quæ *Albericus*, Monachus trium Fontium, an. eod. pag. 173, totidem verbis repetit. *Aventinus* l. c. Cap. XII, §. 4, pag. 362.

An. 836, Comites, qui in tuenda Pace Publica segnes reperti. Vid. cit. Auctor *Vitæ Ludovici Pii*, apud *Freherum*, ad h. a. pag. 468: *Post solennitatem Paschalem, atque Pentecostes venerabilem diem, Civitatem Vangionum, quæ nunc Wormatia vocatur, secundum condictum, ad celebrandum Conventum Generalem, adiit* (Imperator) *ubi etiam Filius, Pipinus occurrit: nec Ludovicus, alter Ejus Filius, defuit &c. ---- & quia aliqui Comitum, in reprehensione & exterminatione latronum, segnes reperti sunt, diversis sententiis, eorum segniriem, condigna invectione, castigavit: Filiosque, opprimentes bonos, & quos merito ab oppressione relevarent, corripiens, interminatus est etiam severiorem in Eos se libraturum sententiam, qui huic admonitioni non essent obtemperaturi &c.* Conf. *Annal. Reuberiani*, an. eod. pag. 60, & *Auctor vitæ Ludovici Pii*, apud *Pithœum*, p. 408 & 409.

An.

An. 861, Ernestus, aliique Proceres, de quibus ita *Aventinus* cit. Lib. 4, Cap. XIV, §. 39, p. m. 387: *Subsequenti anno, qui fuit Christianæ æra 861, Ludovicus*, (Germaniæ Rex) *post Paschalia, in Bojaria Reginoburgii Conventum egit. Ibi Ernestus, omnes amicos Regis dignatione vincens, & qui principem locum inter purpuratos & amicos Regis hactenus obtinuerat; item Uto, & Beringerus, Fratres, atque Sigardus, Præfecti Equestres; Valdo, Monachorum Antistes, cum pluribus aliis, tribu & decuriis moti, in ordinem redacti sunt, quod munera ab hostibus accepissent. Richerus quoque, Bojorum Dynastes, Ratobodus, Bojariæ Orientalis limitis Præfectus, perfidiæ condemnati, in exilium aguntur &c.* Hausit hæc ex *Annalibus Fuldensibus*, h. a. pag. 27: *Hludowicus Rex Conventum habuit in Reganesburg, tertia Septimana post Sanctum Pascha, in quo Ernustum, Summatem inter omnes Optimates suos, quasi infidelitatis reum, publicis privavit honoribus. Utonem quoque & Berngarium, Fratrem Ejus, atque Sigihardum, Comites, Waldonemque Abbatem, cum aliis nonnullis, quasi complices infidelitatis ejus, similiter exauctoravit &c.* Conf. *Annales Pithœani*, h. a. pag. 61.

An. 870. Hludovicus (Rex Germaniæ) *circa Kalend. Novemb. in Bajoariam profectus est, ibique cum suis Colloquium habens, Rasticen*, (Moraviæ Regulum) *gravi catena ligatum, Sibi præsentari jussit, Eumque, Francorum judicio, & Bajoariorum, nec non Sclavorum, qui, de diversis Provinciis, Regi munera deferentes, aderant, morte damnatum, luminibus tantum oculorum privari præcepit &c.* Ita *Annal. Fuldens. Freheri*, ad h. a. pag. 34; Conf. *Aventinus*, Lib. 4 *Annal. Boicor.* Cap. 16, §. 2, pag. m. 398, addens, *Rasticen*, quem *Ratislaum* vocat, *Ratisbonæ* fuisse judicatum; *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, Lib. 4, Cap. IX, §. 3, pag. m. 615.

An. 872, Adalgisus, Beneventanorum Dux, solenni in Conventu, Romæ, hostis Reipublicæ judicatus, & proscriptus. vid. præced. Lib. I, Tit. V, vita *Ludovici II* Imp. pag. 457; Conf. *Aventinus* l. c. Cap. XVI, §. 16, p. 401.

An. 892, Zundebochus (ita *Reginoni* ad An. 890 dictus, aut *Zuentibaldus* juxta *Annales Fuldenses*, ad An. 892; aut *Suatebogus*, secundum *Aventinum* l. c. Lib. 4, Cap. XX, §. 15, & 17 &c. pag. 434,) *Moraviæ, Bohemiæque* Princeps, in Conventu *Hengstofeldensi*; de quo *Aventinus* l. c. §. 24, ad an. 892, pag. m. 437, *Arnolphi* Imperatoris memor: *Is, primo vere, Austriacum Bojariæ limitem petit, mense Majo, celebrem Regni Conventum, apud Hengstoveld, agit; quò cum Suatebogus venire contemneret, Hostis Reipublicæ judicatur.* Conf. præced. Lib. I Tit. XVI, §. XI, Catal. *Ducum Venedorum*, v. 11, ad h. a. pag. 463. Add. *Goldastus* l. c. §. 5, pag. 615; *Carpzovius*, de *Lege Regia German.* Cap. IX, Sect. IX, §. 10 & 11, p. 227 & 228.

An. 905, Adelbertus, Comes *Babenbergicus*. vid. præced. Lib. I Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 905, pag. 88.

An. eod. Gerhardus & Matfridus Comites; vid. *Regino*, ad h. a. verbis præced. Lib. I. Tit. XVI, §. XI, Catalog. *Ducum Lotharingiæ*, v. 11, pag. 244, occurrentibus. Add. *Aventinus* l. c. Cap XXI, §. 16, pag. 448.

An. 916, 7 Oct. Arnolphus, Bojorum Dux, teste *Aventino* l. c. Cap. XXII, §. 10, pag. 455: *Conventu hoc* (Althaimensi, An. eod. 22 Sept. celebrato, in quo tam *Arnolphus*, quam *Erchangerus*, & *Berchtoldus*, Cameræ Nuncii, eorumque socii, banno Ecclesiastico constringebantur; ceu idem refert l. c. §. 9, pag. 455, verbis præced. Lib. I, Tit XVI, §. XI, Catalog. *Ducum Alamanniæ*, v. 27, pag. 307, expressis,) *peracto, Conradus in Bojariam, adversus Arnulphum, cum Exercitu, transitum facit - - - Nonis Octobribus, Reginoburgii, Concilium Procerum & Episcoporum cogit. Ibi Arnulphus proscribitur; Eidem Sacerdotes male precantur - - - Quoniam Arnulphus, & Socii ejus*, (inquiunt) *Regi & Principi suo parere detrectant, inferis perpetuo devoti sunto: nec ullo unquam piaculo resolvuntor; cum Juda proditore, cum malis Geniis, ignis æterni carnificina excruciantor &c.*

An. 917, dicti *Berchtoldus & Erchangerus*, eorumque ex Sorore Nepos, *Liutfridus*, in Moguntinis Comitiis, capitis damnati. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 89.

An. 937, Eberhardus, Franconiæ Dux; vid. *Lehmannus*, *Chron. Spir.* Lib. 5, Cap. 4, pag. 389: *Graf Eberhard bekriegt des Kaysers* (Ottonis Magni) *Bruder, Hertzog Henrich* (Bavariæ) *ward seiner machtig, und legt Ihn gefänglich, den hat der Kayser mit Kriegs-Gewalt wieder erledigt. Berührter Graf belägert auch Hertzog Brunigno; die Statt Elmer bezwang Er, und ließ alle Innwohner, Mann-und Weibs-Personen, jung und alt, darinn durchs Schwerdt hinrichten. Keyser Ott berufft die Fürsten und Stände des Reichs auf gemeine Versamm-lung*

lung, citirt *auch dahin Graf* Eberhard, *und alle seine Helffer, daselbst, wegen Erregung innerlichen Kriegs, vor Fürsten und Standen, Rede und Antwort zu geben; Demnach dieselbe erschienen, und ihre verübte Kriegs-Empörung nit können entschuldigen, hat der Kayser, sampt Fürsten und Standen des Reichs, erkennt, daß Graf* Eberhard, *sampt andern Fürsten, seinen Gehülffen, in die* ordinari *Straff der Land-Friedbrecher gefallen, das ist, daß sie, von einem Ort zum andern, Hündt aufm Rücken tragen sollen; welche Straff dieselbe würcklich zu vollstrecken angehalten worden. Graf* Eberharden *hat der Kayser, wegen seines uhralten Hohen Stammes, und grosen Ansehens im Reich, mit angeregter Straff verschonet, und umb ein stattliche Summ Pferdt, die Er dem Kayser müssen lieffern, gestrafft &c.* Conf. præced. Lib. I. Tit. XI, §. 1, lit. b, pag. 941; & Tit. XVI, §. XI, *Catal. Ducum Franconiæ*, v. 31, in *vita Eberhardi*, pag. 370; & in vita *Bertoldi*, Ducis *Bavariæ*, v. 33, pag. 415. Dn. *Joh. Werneri Gericken, Spicilegium*, ad *Schottelii* Tract. de *Singularibus & antiquis Juribus Germaniæ*, & quidem in *Append.* Cap. 4, pag. 186 &c. ubi, ex professo, de *Pœna gestandi canes*, agit.

An. 939, Otto I, Imperator, Boleslaum I, Bohemiæ Ducem, Spitignei Filium secundogenitum, parricidii convictum, in Germano suo, Wenceslao Duce, perpetrati, in Judicium vocavit, ut de impacto sibi crimine responderet: contumacem proscripsit, vita & ducatu abjudicavit &c. Hæc *Goldastus*, cit. lib. 4 de *Regno Bohemiæ*, Cap. 9, §. 6, pag. 616. Conf. de parricidio hoc, *Witichindus Corbejensis*, lib. 2, apud *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 643; *Sigebertus Gemblacens.* ad An. 938, pag. m. 580; *Æneas Sylvius*, *Histor. Bohem.* Cap. XV, pag. m. 129; *Dubrav. Hist. Bohem.* lib. V, pag. m. 34; *Baronius*, Tom. X. *Annal. Eccles.* An. 938, §. 8, pag. m. 704; aliique plures.

An. 943, Fridericus, Archi-Episcopus *Moguntinus*; conspirationis *Henrici Bavari*, adversus laudatum Imperatorem, accusatus; vid. *Chronographus Saxo*, ad h. a. cujus verba præced. Lib. I, Tit. XVI, §. XI, in Catalogo *Ducum Bavariæ*, v. 34, ad An. 943, pag. 417, habentur.

An. 954, Ludolfus Sueviæ, & Conradus, Franconiæ, Duces. Vid. præced. lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 92.

An. 974, Henricus, Bojorum Dux; *Abrahamus*, Episcopus *Frisingensis*, aliique plures, adversus *Ottonem II.* arma arripientes; de quibus *Aventinus*, l. c. Lib. V, cap. 2, §. 14, & 15, pag. 477: *Hainricus, Regulus Bojorum, consilio Berchtoldi, Principis Schirorum, & Præfecti Palatii Bojarici, --- item, suasu Hainrici, Augustensis Episcopi ---- Ottoni Augusto, Patrueli suo, rebellat, Regnum affectat: in partes suas trahit Hainricum, Charinorum Præsidem, cognatum suum; Regem denique se appellat, & ab Abraamo, Episcopo Fruxinensi, Reginoburgii, in templo D. Haimerani, inungitur ---- Otto Concilium Procerum convocat, Popponem, Episcopum,* (Herbipolensem) *Gebhardum, Magistrum Equitum, in Bojariam legat, qui postularent: Ut Hainricus, accepta fide publica, quam celerrimè ad Cæsarem se conferret; quod si recusaret, videri Eum contra Rempublicam fecisse. Paret mandatis Bojorum Rex* (Dux) *cum Abraamo Episcopo, ad Augustum proficiscitur; moxque Hainricus ad Ingelhaim, Abraamus Corobiam* (Corbejam) *relegatur &c.* Nituntur hæc auctoritate eorum, quos præced. Lib. I Tit. 2, §. 10, lit d, ad An. 974, pag. 93 & 94, & Tit. XVI, §. XI, in vita *Henrici II*, Bojorum Ducis, An. eod. p. 421, hoc titulo commendavi.

An. 976, Idem *Henricus, Bojorum* Dux, Ejusque asseclæ, teste rursus *Aventino* l. c. Cap. 3, §. 1, pag. 478: *Imperator* (Otto II.) --- *arma in Bojariam vertit. Nam Hainricus & Abraamus*, (Frisingensis Præsul) *interea custodia elapsi, ad Bojos redierant, seque adversus Augustum muniebant. Ad hunc ubi fines Bojariæ attigit, Episcopi Pontifices, Præsides, Dynastæ, Tetrarchæ, Cives, Populus Bojorum, quibus Bellum intestinum cordi non erat, provolant, Eum Reginoburgium deducunt. Ibi, habito Consilio, Ramboldus, D. Haimerani* (Emerani) *Præsul, quod Hainrico faveret; capitur, Treveros relegatur. Hainricus, Patruelis Augusti, proscribitur, hostis Reipublicæ judicatur. Hainricus, Augustanus Episcopus, Berchtoldus, capti, in exilium acti, Regnumque Bojariæ Ottoni, Duci Suevorum, itidem Patrueli Imperatoris, filio Luitolfi, commendatur &c.* Testimonia veterum produxi præced. lib. I Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 974, pag. 93, & Tit. XVI, §. XI, in vita *Ottonis I*, Ducis *Alemanniæ*, ad An. 976, pag. 319. conf. *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, lib. 2, Cap. 3, §. 23 & 24, p. m. 170, & lib. 4, Cap. 10, §. 20, p. m. 641.

An. 1015. Udalricus, Bohemorum Dux. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 99.

An. 1027, Ernestus, Dux *Alemanniæ*. Vid. ibid. ad h. a. pag. 102.

An. 1030, Idem. Vid. l. c. ad h. a. pag. 103.

An.

An. 1045, *Godefridus*, *Lotharingiæ Inferioris* Dux; ob denegatam sibi Lotharingiæ simul superioris præfecturam, fœdus cum Gallis, adversus Imperatorem, *Henricum III*, icens. *Posteaquam id Cæsari nunciatum est, Conventum Principum cogit, magna frequentia ejus ordinis, Godefridum, accersit, qui, quod, quæ moliebatur, clam adhuc esse opinaretur, apparet; interrogatusque de fœdere & conjuratione, primo fingebat, alia dissimulabat. Post, ubi dissimulantem testes introducti, conscii que, coarguunt, Senatus Procerum decrevit: ubi abdicatus Inferiore Lotharingia Godefridus filium obsidem daret, in liberaque custodia haberetur. Itaque dum utrique Principatui inhiat, ab utroque excidit &c.* Sunt verba *Aventini* l. c. Lib. 5, Cap. VII, §. 24, pag. m. 502. Auctoritatem veterum reperis præced. Lib. I, Tit. XVI, §. XI, in Catalogo *Ducum Lotharingiæ*, in vita *Gothelonis I*, & vita *Gothelonis II*, p. 273 &c. Non multo post, rediisse Eum in Imperatoris gratiam, repetitæ vero deinceps rebellionis intuitu, an. 1047. denuo Ducatu fuisse mulctatum, ibidem p. 274, ad an. 1047, commemoravi. Conf. *Aventinus* l. c. §. 25.

An. 1053, *Conradus*, Dux *Bojorum*. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 105.

An. 1054, *Gebhardus* Episcopus *Ratisbonensis*. Vid. *Aventinus* cit. Lib. V, Cap. IX, §. 9, pag. 516. facta mentione *Conradi*, exulis in Ungaria Bojorum Ducis, quod, in articulo mortis, totius conjurationis adversus Imperatorem, cujus ipse Caput erat, scenam detexerit, suppliciter veniam precatus: *Augustus, ubi hæc Ei nunciata sunt, ex Italia, in Bojariam contendit ---- Reginoburgium, Caput Bojariæ petit: Conventus ibi agit: Gebhardum, Patruum, Episcopum Urbis, frequenti Senatu, parricidii & Læsæ Majestatis accersit; crimen primo dissimulantem, negantemque, deinde manifestis indiciis convictum, in vincula conjicit, diligenti custodia asservari jubet &c.*

An. 1066, *Adelbertus*, *Bremensis* Archi-Episcopus. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d. ad h. a. pag. 106. Add. *Aventinus* l. c. Cap. XII, §. 1 & 2, pag. 531.

An. 1070 & 1071, *Otto*, Dux *Bojorum*. Vid. præced. lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad hos annos, pag. 107 & 108.

An. 1075, *Wernerus* (alio nomine *Wecel*) *Magdeburgicus* Præsul; *Bucco*, *Halberstadiensis* Episcopus; *Otto*, Dux *Bojorum*; *Magnus*, Dux *Saxoniæ*; *Hermannus*, Ejus agnatus; *Fridericus*, C. P. *Saxoniæ*, aliique Proceres, Cæsari, *Henrico IV*. cui ultima minabantur, commisso infeliciter ad *Unstrut* fl. prælio, dedere se coacti. Notanda hic, quæ *Saxonici Belli* descriptionis Auctore teste, apud *Freherum*, T. I. *Rerum German.* pag. 114. dictus *Wernerus*, nomine omnium, jam an. 1074. ad *Sigefridum* Moguntinum, in Aula Cæsarea magnæ auctoritatis Virum, in literis dederit: *Vestræ Sanctitati, simul omnes pedibus vestris advoluti, supplicamus, ut nobis iram Domini Nostri Regis mitigare velitis, Eique suadere, ut, quod uni faceret homini, facere dignetur universæ Genti: scilicet, ne prius nos furore bellico devastare quærat, quam nos, coram Principibus suis, criminosos, & crimen emendare nolentes, ostendat. Securitatem, quam Vos, & alii Principes Ejus, jusseritis, à nobis accipiat, ut ad Nos sine bello veniat, &, Vestro nos Judicio vel puniat, si meruimus, vel in pace, cum Gratia sua, dimittat, si innocentes inventi fuerimus. Sin hoc noluerit, in qualibet Regni sui parte, Principes suos convenire jubeat, ut, quotcunque ex nobis adesse voluerit, eis eundi redeundi securitatem tribuat, &, quicquid vos judicaveritis de nobis faciendum, faciat &c.* Et rursus, An. 1075, ad Eundem, ut & *Alberonem* Würtzburgicum, l. c. pag. 116: *Quod si me forte Majestas Ejus accusat, quod nuper, quasi pugnaturus cum Eo, venerim: hoc (quod ipsa Veritas, quæ Christus est, novit verum esse,) respondete: me nulla pugnandi causa venisse, sed ob hoc solum, sicut coram Legatis Ejus fuerat constitutum, ut eos, quos in nostris partibus suos vocaverat inimicos, volentes sive nolentes, Ei præsentarem, quatenus Vestro aliorumque Principum Judicio, vel in crimine deprehensi justo supplicio subjacerent, vel innocentes inventi, Vobis intercedentibus, gratiam Ejus reciperent &c.* & paucis interjectis: *Per totum fere annum, literis aliisque Legationibus nostris, omnes fere Principes Regni suppliciter adivimus, &, ut nobis copiam coram veniendi acquirerent, oravimus, quatenus Eorum Judicio vel noxii damnaremur, vel innoxii solveremur; quod quia nunquam impetrare potuimus, iterum Vos, & omnes Dei fideles, suppliciter oramus, ut saltem nunc ----- det nobis locum, ubi Vobiscum, & cum Rodolfo,* (Sueviæ) *Berchtaldo* (Carinthiæ) *Godefrido,* (Lotharingiæ) *Ducibus, convenire possimus, &, in quacunque re Vobis culpabiles esse videbimur, omni voluntate nostra deposita, Vestræ Prudentiæ Judicium volentes patiemur &c.* Add. Ejusdem literas ad *Fridericum* Monasteriensem, l. c. pag. 117: *Ut enim à Rege nostro, cunctisque Regni*

Regni Principibus, maximeque ab Episcopis, Nostris Confratribus, igni ferroque Terra Nostra vastaretur, quod crimen nostrum tale praecessit? vel, si ullum fuit, in quo Concilio Sacerdotum, in quo Palatio Principum, declaratum patuit? quando, vocati ad satisfactionem, venire contempsimus? à quibus accusati & convicti sumus? imo, postquam Domini Nostri Regis iram, licet sine causa, in nos exarsisse cognovimus, singulos Principes, Sacerdotes & Laicos, scriptis & dictis, oravimus, ut, coram veniendi copiam nobis impetrarent: quatenus aut criminosi, Ipsorum Judicio, damnaremur, aut, sine crimine, cum pace & gratia Domini Nostri, dimitteremur. Quod quum nobis nihil prodesse videremus, ipsi Domino Nostro Legationem, sicut humiles servi, saepe fecimus, supplicantes, ut nos, vel in crimine deprehensos, Judicio Principum, palam damnaret, vel, sine crimine repertos, Gratiae suae Serenitate donaret &c. Nec non Saxonum responsionem, *Goslariae*, eodem anno 1075, Caesareis Missis datam, apud *Lambertum Aschaffenburgensem* h. a. pag. 217, & *Monachum Herveldensem*, in *Chron. German.* an. eod. apud *Schardium*, T. I, *Rer. German.* pag. 416 (unde sua *Freherus*, Part. I, *Originum Palatin.* Cap. XVI. pag. 139: *Nisi Principes Nostri, de omnibus quae objiciuntur, juxta Magnificentiam Regiam, Ei satisfacere spondeant, Eos, sine mora, vel captos, & in vincula conjectos, Ejus examini reservabimus, vel, in favillam redactis omnibus, quae ad Eos pertinent, Saxonia procul effugabimus. Quod si, justis & Regio nomine dignis conditionibus, parati sunt vel objecta purgare, vel, quae peccaverunt, expiare, oramus, & per Deum obtestamur, ut honori potius suo, quam iracundiae, consulat, nec ante publicam Principum caeterorum audientiam, & legitimam discussionem, aliquid in Eos, quod se non deceat, decernat: diem potius statuat, locum designet, copiam det tuto coram veniendi, & tuto causam dicendi, ut, secundum PALATINAS LEGES, justa examinatione habita, vel puniat convictos, vel absolvat innocentes ----- Tunc Bucco, Halberstatensis Episcopus; Wecel, Archi-Episcopus Magdeburgensis, Magnus, Dux Saxoniae; Otto, Dux quondam Bojoariae ---- dixerunt: Nequaquam se sibi conscios esse, quod Pacem, quae, anno priore, in Gerstingun convenerat, facto aliquo, vel dicto, violassent. Nam, si Rex, instinctu Eorum, vel consilio, factum suspicaretur, ut Ecclesia in Hartesburg incenderetur ---- paratos se esse, ut, quavis conditione, quam modo caeteri Principes Regni aequam judicassent, crimen refellerent, & innocentiam suam assererent &c.* Jung. Eorundem, gesto infeliciter praelio ad *Unstrut*, Mandatum, *Bremensi*, Archi-Episcopo, & *Udoni* Marchioni, ad Imperatorem ablegatis, commissum, Eisque reddita Caesaris responsio, apud *Lambertum* l. c. pag. 224, & *Monachum Herfeldensem*, l. c. pag. 421, verbis, praeced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1075, pag. 110, occurrentibus. Deditionis eorundem Principum memor, pergit *Lambertus* l. c. pag. 228: *Rex Eos Principibus suis, singulis singulos, donec de Eis communi Consilio deliberaretur, servandos commisit &c.* idem ait *Monachus Herfeldensis* l. c. p. 424.

An. 1076, Iidem. vid. praeced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 110

An. 1097, *Ruthardus Moguntinus*, Praesul, in Conventu Moguntino, multorum Judaeorum caedis reus. Vid. *Schaten, Annal. Paderborn*, Lib. 7, h. a. pag. 642; *Aventinus* Lib. V *Annal.* Cap. 16, §. 16, pag. 563; *Crantzius* Lib. V *Saxon.* cap. 14; Dn. *Heineccius*, *Antiq. Goslar.* Lib. I, ad h. a. pag. 105.

An. 1099, *Conradus*, *Romanorum* Rex, Caesaris Filius. vid. praeced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 114.

An. 1106, *Henricus*, *Lotharingiae* Dux; vid. ibid. ad h. a. pag. 117. Conf. ibid. Tit. XVI, §. 11, Catalog. Ducum Lotharingiae, v. 15, pag. 281, *Aventinus*, l. c. Cap. XVIII, §. 18, p. 572 &c.

An. 1109, *Sigfridus*, C. P. *Rheni*. vid. supra Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d. ad h. a. p. 117.

An. 1112, *Lotharius*, Dux *Saxoniae*, & *Rudolphus* Marchio. Vid. ibid. h. a. pag. 118. & Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catal. Ducum Saxoniae*, v. 14, in vita *Lotharii*, p. 133.

An. 1126, *Sobieslaus*, *Bohemiae* Regulus, à Fratre *Ottone*, Moraviae Marchione, spolii, fractaeque pacis publicae accusatus. Vid. *Dubravius*, Lib. XI *Histor. Bohem.* fol. 85: *Ottho, Caesare in Conventu Principum Ratisponae reperto, causam suam publice agit, Caesarisque in primis opem, adversus illatam sibi à Sobieslao, & Bojemis, injuriam, submisse implorat.* Conf. *Tritthemii Chron. Hirsaug.* h. a. *Hagecius*, Part. I, *Chron. Bohem.* an. eod. *Fabricius*, Lib. 2, *Rer. memorabil. Saxoniae*, an. eod. *Goldastus de Regno Bohemiae*, Lib. 4, Cap. XI. §. 19, p. m. 659.

An.

An. 1130, *Hermannus*, *Wintzenburgicus*; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a, pag. 121.

An. 1135, dictus *Sobieslaus*, *Bohemus*, super fracta pace publica, à *Boleslao* Polono accusatus *Bambergæ*. Vid. *Goldastus* l. c. §. 20, pag. 659; *Boleslaus*, *Dux Poloniæ, ab eodem Sobieslao, Duce Bohemiæ, sæpe numero hostiliter infestatus, ad Justitiam Lotharii II Imperatoris confugit, Sobieslaumque, super vi, & fracta pace publica, accusavit. Imperator utrumque ad Comitia Procerum Imperii citavit: comparentesque, causa utrinque audita, & cognita, amicabiliter composuit &c.* Conf. *Dubravius* l. c. pag. 88; *Hagecius*, l. c. ad h. a. *Spangenberg. Chron. Saxon.* Cap. 218, an. eod. *Cromerus* Lib. 5, *Rer. Polon.* fol. 91.

An. 1153, *Henricus*, Archi-Episcopus *Moguntinus*; vid. supra, l. c. ad h. a. p. 127.

An. 1155, *Hermannus* C. P. R. pluresque Comites alii, ad gestandos canes damnati. vid. præced. Lib. I, Tit. XI, §. 1, lit b, p. 952; Add. *Goldastus* l. c. Lib. 4, Cap. X, §. 24, p 645 &c.

An. 1157, *Boleslaus*, *Polonorum* Dux. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 130.

An. 1165, *Conradus*, C. P. R. ibid. ad h. a. pag. 135.

An. 1174, *Albertus*, *Saltzburgensis* Præsul. vid. ibid. ad h. a pag. 137; Conf. *Aventinus* l. c. Lib. VI, Cap. VI, §. 10, pag. 615, *Augustus Reginoburgium, ad Conventus agendos, petit. Interfuere omnes Principes Regni, omnes Antistites Juvavenses. Omnium sententia, Albertus Pontificatu submovetur; Henricus, Berchtolgadensis Præsul, Salisburgio præficitur.*

An. 1178, *Sobieslaus* Dux *Bohemorum*, ob proditionis crimen ad Comitia vocatus & proscriptus. Meminit Ejus *Dubravius*, Lib. XIII *Histor. Bohem.* pag. m. 105: *Sobieslaus aliud facinus Cæsari, æque intolerandum, designat. Dissidium inter duos Fratres, de Regno Hungariæ, erat, quorum Emericus, ad Sobieslaum confugiens, fidem ejus implorabat, ut, ejusdem fiducia securus, ad Cæsarem perveniret, tanquam ad ultimum Regum Christianorum perfugium. At ille captum hospitem reduci in Hungariam ad Fratrem* (Andream) *jussit, quod certe ut erat indignum, sic etiam videbatur omnibus, Cæsari præterea minime talem ferendum, qui ad Se cujusquam profectionem impediret. Ita placuit Sobieslaum ad Concilium Principum vocari. Morbum Ille jurare, quam venire, maluit: ideoque præsentis Friderici,* (Uladislai II, Regis, Filii, ipsius agnati) *ratio ibi habita, ad Eumque Principatus Bojemiæ, à Cæsare, per vexilla, more solenni, delatus est &c.* Conf. *Æneas Sylvius Hist. Bohem.* Cap. XXV, pag. m. 134; *Hagecius*, Part. I *Chron. Bohem.* an. 1178; *Georgius Beati*, *Descript. Bohem.* An. 1138, fol. 31. *Carpzov.* de *Lege Regia German.* Cap. IX, Sect. IX, §. 12, pag. 228, *Goldastus* l. c. Lib. Cap. IX, §. 11, p. m. 621. En Schema!

Wratislaus, Rex Bohemiæ.

Uladislaus I. Dux. †. 1125.	Sobieslaus I, Dux, †. 1140.
Uladislaus II, Rex †. 1174.	Sobieslaus II, Rex 1174, Regno pulsus 1178.
Fridericus, An. 1178 à Cæsare, de Regno investitus.	

An. 1179 & 1180, *Henricus Leo*, *Saxonum Bojorumque* Dux. vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 140.

An. 1192, *Albertus*, Episcopus *Leodiensis*. vid. ibid. ad h. a. p. 144.

An. 1194, *Henricus IV Imp. Primislaum Ottocarum, Bohemiæ Regem, quod, pacem publicam violando, hostiliter in Bavariam irrupisset, in Generalibus Ordinum Comitiis proscripsit, lataque solemniter sententia, Ducatu privatum pronunciavit; factum id Wormatiæ An.* 1194. Ita *Goldastus* l. c. Lib. 4, Cap. IX, §. 12, pag. 621 &c. Conf. *Chronica Augustens.* ad h. a. & ad An. 1196, apud *Freherum* p. 364.

An. 1208, *Otto*, Com. à *Wittelspach*, qui *Philippum* Cæsarem jugulavit; *Ecbertus*, Episcopus *Bambergensis*; *Hainricus*, Ejus Frater, *Andeccius* Marchio, ejusdem conjurationis rei. vid. supra l. c. ad h. a. pag. 150; Conf. *Aventinus* l. c. Lib. VII, Cap. 2, §. 25, pag. m. 628: *Confestim Otto à Wittelspach, Eckbertus Episcopus Hainricus, Frater Ejus, proscribuntur, crimine L. M. condemnantur. Eckbertus, in Ungariam, ad Sororis* (Gertrudis, Andreæ Regi nuptæ) *Maritum; Hainricus in Palæstinam elabitur. Otto in Bojaria palabundus oberrat &c.* Ut & *Crusius*, *Annal. Suev.* Part. 2, Lib. 10; *Carpzovius* l. c. §. 17 & 18, pag. 228; *Goldastus* l. c. Lib. 4, Cap. 10, §. 23, pag. m. 647. §. 26, immediate annectens: *Heinricus, Marchio Histriæ ex Comitibus Palatinis Bavariæ, reus parricidii, quod Philippus Cæsar, ipsius consilio, cæsus fuisse*

fuisse diceretur, in exsilium XX annorum, ab eodem Ottone IV Imperatore, de Procerum Imperii sententia, trusus est &c.

An. 1212, *Odoacer*, Rex Bohemiæ, Norimbergæ; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 152, ad h. a.

An. 1223, *Wernerus* & *Hartmannus*, *Kiburgi* Comites. Teste *Goldasto*, Tom. I *Constit. Imper.* p. 295 & 296.

An. 1228, *Otto, C. P. Rheni, & Dux Bavariæ, Archi-Princeps Elector, à Friderico II Imp. in Conventu Egrano, perduellionis accusatus, omnium Procerum consensu fuit damnatus &c.* Ita *Carpzovius* l. c. §. 19, pag. 228; Conf. *Aventinus* l. c. Lib. VII, Cap. V, §. 5, pag. 647; *Goldastus* Tom. I *Constit. Imper.* ad An. 1227, pag. 298; & Lib. 2 de *Regno Bohemiæ*, Cap. VI, §. 13, ad eundem annum, pag. 205, & Lib. 4, Cap. X, §. 27, ad An. 1228, pag. 648.

An. 1235, *Henricus*, Rex *Romanorum*; vid. *Aventinus* cit. Lib. VII, Cap. 4, §. 8, pag. 637: *Imperator postbac Reginoburgium, Bojorum caput, petit, Hainricum Filium, Cæsarem atque Successorem jam pridem à se declaratum, parricidii accusat, sententia septuaginta Principum, condemnat, in vincula conjicit, in Siciliam, ubi, non longo post tempore, obiit, remotis Germanis, relegat &c.* Id *Moguntiæ* factum, docet *Albertus Stadensis* ad h. a. verbis præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 155, ad hunc annum, occurrentibus.

An. 1236, *Fridericus*, Dux *Austriæ*; vid. supr. l. c. ad h. a, pag. 156; Conf. *Aventinus* cit. Lib. VII, Cap. 4, §. 9, p. 637.

(2) Ab hoc tempore, in dijudicandis ejusmodi causis, liberiores manus nactos fuisse Imperatores, censent ii, qui Status Imperii Privatorum regulis hoc titulo subjiciunt, sententiam suffulcientes tam Constitutione laudati Imperatoris *Friderici II*, *Moguntinis* in Comitiis, ipsorummet Statuum beneplacito, An. 1236 condita, verbis præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 8, pag. --- prolatis, ibi: *Und soll (der Hoff-Richter) die Lüte richten, die ihme clagent, von allen Lüten, ohne Fürsten, und ander Hoch-Lüte, wo es geet an Ihr Lybe, oder an Ihr Recht, oder an Ihr Erbe, oder an Ihre Ehre, das wollen Wir Selber richten &c.* Quam Constitutionibus *Rudolphi* Habspurgici, an. 1278, *Herbipoli*, annoque 1291, *Spiræ*, promulgatis; nec non *Alberti I*, fine dato, ibidem commendatis; ut & auctoritate *Speculorum Suevici & Saxonici*, quorum ibidem facta mentio; Enimvero, præter quod aliud longe sit: *Cæsarem Ipsum velle judicare*; de quo casu adductæ Leges loquuntur; &, *Eum velle solum judicare*; tantum abest, ut pristinum hactenus servatum judicandi morem, in *causis Statuum Criminalibus*, dictis Constitutionibus abrogatum suspicemur, quin potius omnes, circa *Pacem Publicam*, Sec. XIV, XV &c. editæ, & apud *Lehmannum*, in *Chronico Spirensi*; Dn. *Dattum*, in Volumine *Rerum Germanicarum*; Dn. *Lunigium*, in *Archivo Imperii*, aliosque, passim occurrentes Constitutiones, quibus eam infracturis *dictata Banni pœna*, non nisi in Comitiis latæ noscantur. Manifestum insuper est, sub *Friderici II.* Successoribus, non aliter, quam antea, in causis Statuum criminalibus, fuisse in Imperio judicatum. Ex Fastis profecto constat.

CONRADUM Cæsarem, ita proscripsisse, An. 1251, *Albertum Ratisbonensem* Episcopum; *Ulricum*, Abbatem *S. Emmerani*; *Conradum ab Hohenfels*, & socios, qui an. 1250, 28 Decemb. in Monasterio D. *Emmerani*, Eum trucidare decreverant. Vid. *Aventinus*, cit. lib. VII, Cap. VI, §. 5 & 6, pag. m. 656: *Conradus Cæsar --- more majorum, in æde D. Haimerami, hospitio receptus est; atque dum quinto Cal. Januar. cubitum isset, nocte intempesta, Albertus, qui se Episcopum faciebat, Conradus ab Hohenfels, clam in cubiculum admissi, cum ante explorassent, non plures quam tres in eodem conclavi Cæsareo quiescere, stertentes, vino somnoque obrutos, tenebris adoriuntur, duobus occisis, tribus in vincula conjectis, arbitrantes Conradum cæsum esse, abeunt, Wilpeckium Suevum sextum, casu obvium, interficiunt. At Cæsar sub scamnum prorepserat, ibique delitescens evasit. Deinde Episcopum,* (Albertum) *percussores, Ulricum, Monachorum* (D. Emerani) *Præsulem, socios, hostes Reipublicæ judicat, parricidii condemnat, proscribit: opes, prædia D. Haimerami publicat. Verum Monachi, qui hujusce conscii non erant, pacem à Cæsare centum libris, ab Aulicis quinquaginta mercantur ---- Ulricus dignitate movetur. Albertus, capite deminuto, in Monachorum ordinem redigitur. Conradus, Princeps conjurationis, fulmine de cœlo tactus, sub dio equitans, interiit &c.* Conf. præced. Lib. I. Tit. V, in vita *Conradi IV*, ad An. 1250, p. 621.

RUDOLPHUS Habspurgicus sententiam dixisse legitur *Ottocaro*, *Bohemorum* Regi, Ejusque Socio, *Henrico*, Duci *Bojorum*, An. 1274, (al. 1275.) in Comitiis, *Augustæ Rhætiæ* celebratis. Vid. *Aventinus* l. c. Cap.

l. c. Cap. IX, §. 9, pag. 677: *Dies igitur à Cæsare, Hainrico,* (Bojorum Duci) *& ejus conjurato, Ottocaro* (Bohemo) *Wirzburgium dicitur, quibus venire detrectantibus, Augustam Rhætiæ tertio, sub pœna læsæ Majestatis, nisi obtemperassent, evocantur, Ottocarus Bernhardum, Seccovensem Episcopum, admodum sapientem, Hainricus, Hainricum, Utinensem Præpositum, Jureperitum, atque Historiographum, eo proficisci jubent. Qui, in Conventu Principum, Rudolphum sacrilegii atque impietatis accusant; proinde indignum esse, qui tantam dignitatem* (Cæsaream) *pollueret, arguunt. Sed hæc Legatio à nemine benigne audita est. Ludovicus, Præfectus Prætorio Rheni, Regulus Bojorum, primo, deinde cæteri, rogati sententiam, Ottocarum atque Hainricum, contra Rempublicam facere decernunt, hostesque publicos declarant, eisdem bellum indicunt. Oratoribus Bojemorum, atque Bojorum ægre tutis redire licuit &c.* Conf. *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 43. ad h. a. pag. 965 &c. *Goldastus*, lib. 2, *Regno Bohemiæ*, Cap. VII, §. 3, ad Ann. 1275, pag. m. 213; & lib. 3, Cap. XV, §. 3, pag. 513; & lib. 4, Cap. 4, § 36, an. eod. pag. 573; & lib. 4, Cap. 9, §. 14, pag. 625; & Cap. X, §. 10, pag. 635 &c. aliique, præced. lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Annum 1274, p. 162, & Tit. V. in vita *Rudolphi* Imperatoris, an. eod. p. 630, citati.

ADOLPHI Nassovii Imperatoris, *Conciliique*, (subacta Misnia, proinde An. 1293, ut ex præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Adolphi*, ad h. a. pag. 634, liquet) ab Eo coacti Decreto, *Ludovicus, Otto, Hainricus fratres, Maënardi, Athesinorum, Charionum, Noricorum Rectoris, Filii, quod ad conspectum Cæsaris venire gravabantur; in Ejus verba, more Majorum, jurare aspernabantur; denique sacris interdicti ultra annum fuissent, quod præterea Rudolpho, Ratenburgium, Urbem Bojorum, in ora Norici, Oeno conterminam* (*quam Ludovicus, Pater Rudolphi, Maenardo, Parenti illorum, millibus unciarum argenti quatuor ac viginti oppignorarat,*) *licet accepta pecunia, contra Parentis testamentum, reddere recusabant, crimine L. M. condemnantur, exauthorantur, in ordinemque rediguntur. Cæsar ad eos literas dat, quibus sententiam Principum renunciat, Nobiles à Tyrolio appellat, nec Ducis cognomen nominibus eorum, uti mos est, adscribit &c.* Sunt verba *Aventini*, cit. Lib. VII, Cap. XII, §. 6, p. 694.

Ab HENRICO VII Imperatore, in Comitiis *Spirensibus*, An. 1309, dictatam *Eberhardo* Comiti *Würtenbergico*, Imperiales Sueviæ Civitates armis lacessenti, Banni Imperialis pœnam, præced. Lib. I, Tit. V, in vita hujus Cæsaris pag. 646 & 647, commemoravi. Memor querelarum, contra dictum Comitem, præfatis in Comitiis prolatarum, *Lehmannus*, lib. VII. *Chron. Spir.* Cap. XI, pag. 734, ait: *Der Kayser ließ Ihme die Beschwernüß der Statt angelegen seyn, und ist daran gewesen, daß die Churfürsten, Fürsten und Stande Erkantnüß der Sachen, vermög des Reichs Rechten, und aufgerichten Landfrieden, fürgenommen; darauß sich befunden, daß Grafe* Eberhart *offentlich darwieder gehandelt, und des Reichs Straff verwürcket; ist derowegen die Kayserliche und des Reichs Acht wider denselben ergangen, eine gemeine Hülff der Reichs-Fürsten und Stände, zu Vollstreckung der Acht, beschlossen; und, dieweil der Kayser sein Reiß* in Italiam *angestellt, in dessen Abwesen, Herr Cunrad von Winßberg zum Obersten des Reichs, wieder Würtenberg, erwählt und verordnet worden &c.* Conf. *Æneas Sylvius*, Cap. 31. *Hist. Bohem.* p. m. 138. *Aventinus*, cit. lib. VII, Cap. XIV, §. 11, p. 706, addens, *Conradum* quoque *Oetingensem* ibidem tunc proscriptum.

In eisdem Comitiis, promulgatam esse feralem sententiam in *Johannem*, Austriæ Ducem, & complices, à quibus *Albertus* Imp. jugulatus; docet Dn. de *Gundling*, in Historia *Imperatoris Henrici VII*, VI *Abtheilung*, §. 1, pag 81; ex vita *Balduini*, Archi-Episcopi Trevirensis, idem docet *Browerus*, *Annal. Trevirens.* Lib. XVII, § XV, pag. 189, ad An. 1310: *Ubi Spiram, cum Balduino Archi-Episcopo, crebroque Principum ac Nobilium hominum Comitatu, Henricus ingressus est, Joanni Austriaco, Alberti Cæsaris percussori, capitis diem dixit; omnesque conjuratos, pro tribunali sententia lata, damnavit.*

An. 1310, Henricus, Carinthiæ Dux, ob invasum, (ab obitu *Rudolphi, Alberti* Imperatoris gnati, An. 1307, defuncti) *Bohemiæ* Regnum, in *Curia Francofurtensi* Feloniæ, fractæque pacis publicæ, reus judicatus legitur, apud *Dubravium*, lib. XIX. *Hist. Bohem.* pag. m. 159: *In Conventu Nymburgensi, palam etiam apertis vocibus alium, magis idoneum, Regem flagitabant,* (Bohemi, Civilis belli pertæsi) *Joanne denique, Præsule Pragensi, non dissentiente, quando intellexit, vota omnium & suffragia huc inclinari, ut Joannes Lucemburgensis, Henrici Cæsaris filius, ad Regnum Bojemiæ Rex postularetur, hac conditione: Si Elizabetham,* (mortui an. 1306, Wenceslai V. Regis Sororem) *Regni hæredem, in matrimonium acciperet. Oratores, ad hanc rem cum Cæsare agendam, delecti - - - Francfordiam venientes, cum ad Cæsarem essent deducti, & Conradus Abbas* (Braslaviensis) *totum primo Regni statum, deinde postulata Bojemorum, accurate exposuisset - - - - ex Conclavi secedere jussi, expectabant ad postulata respon-*

responsum. Interfuerant tunc Consilio Cæsaris Moguntinus & Coloniensis Archi-Episcopi, cum nonnullis aliis Episcopis, & praterea Rudolphus, Rheni Palatinus, & Bertoldus, Bavariæ Princeps, multi enim (etiam) *Proceres Nobilitatis, una omnes eademque sententia, Henricum Carinthium damnantes, tanquam Juris Cæsarei transgressorem, quod, absque autoritate Cæsaris, Regnum Bojemiæ, Imperio obnoxium, occupaverit, jamque non unum annum, sed plus triennium, labi passus fuerit, ex quo possessionem Regni à Cæsare, more aliorum Germaniæ Principum, non poposcerit. Ob quam noxam, Cæsari vacare Regnum Bojemiæ, Eique futuro Successori, qui puellam, Regni haredem, duxerit uxorem &c.* Ipsum Senatus Consultum suppeditat *Goldastus*, Part. 2. *der Reichs-Satzungen*, pag. m. 29, inde huc faciunt: *Hiemit fragte der Kayser* (Henricus VII.) *die beysitzenden Fürsten umb Rath, welcher gestalt das betrübte und beschädigte Königreich Böhmen geschützt, und zu Rechte gebracht werden möchte. Die Fürsten beredeten sich untereinander, und gaben dem Kayser diese Antwort: Ew. Kayserl. Majest. tragen gut wissen, was die Kaiserliche Rechte in halten, als nehmlich, daß deren jeglicher, so sich wider den Kaiser, oder das Kaiserthumb aufflehnet, in die Straff der Ungnaden fallen, und, neben seinen Gütern, des Lebens verlustig seyn soll. Derentwegen thun Wir hiemit diesen Außspruch: daß der* Henrich *aus Kärndten, welcher Ihme das Königreich Böhmen, den H. Röm. Kaiserthumb zu wieder, selbst, muthwilliger Weise, zugeeignet, und noch besitzt, durch diese That, alle sein Recht bey diesem Königreiche, sampt seines Gemahels* (Annæ, prædicti Wenceslai V. Regis Filiæ natu majoris) *Anfallen, verlohren hat. Dann es ist unbillich, daß derjenige, der sich wieder die Kaiserliche Recht aufflehnet, ein König, noch der, so das Lehen vom Kaiser nicht empfangen, ein Fürst genennet werden soll. Derhalben wollen Ew. Kaiserl. Majest. Ihme das Königreich Böhmen, sampt dem Fürstenthum Kärndten, nehmen, und dieselben anderweit versehen &c.* Conf. *Wenceslaus Hagecius*, Part. I. *Chron. Bohem.* ad An. 1310, p. 377, unde sua *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. IX, Sect. IX, §. 14, p. 228. Add. *Aventinus*, cit. lib. VII, Cap. XIV, §. 7, pag. 706; *Miræus*, de *Reb. Bohem.* Cap. 3; *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, lib. 3, Cap. XV, §. 5, pag. m. 516, & lib. 4, Cap. IX, §. 16, pag. 627 &c. *Strauchius*, Diss. Exot. XIII, §. 3, p. 363.

An. 1313, *Robertum, Siculorum* Regem, ab Eodem, in *Comitiis Pisanis*, declaratum Imperii hostem, præced. lib. I, Tit. V, in vita *Henrici VII.* ad h. a. pag. 648 & 649, probavi. Add. *Aventinus* l. c. §. 32, p. 711.

(3) Sub LUDOVICO BAVARO, læsæ Majestatis, in *Norimbergensibus Comitiis*, An. 1316 damnatos reperio *Austriæ Principes*. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in vita hujus Imperatoris, ad h. a. pag. 658.

An. 1331, *Johannes*, *Bohemiæ* Rex, criminis fractæ Pacis Publicæ accusatus, coram Eodem, in *Comitiis Ratisbonensibus*, purgare se coactus noscitur. Vid. supr. l. c. ad An. 1330, pag. 665. Conf. *Carpzovius* l. c. §. 20, pag. 228; *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, Lib. 4. Cap. IX, §. 17 ad An. 1330, pag. 629.

An. 1338, Cæsar noster, & congregati Status Imperii, in *Comitiis Rhensensibus*, communi Decreto sanxere (1) Romanum Imperium cœleste donum esse, (2) Imperatorem censendum, quem ii, penes quos id juris, legitime elegerint; (3) Summam potestatem ex Electione Ei competere, nulla approbatione, confirmatione, vel auctoritate Romani Præsulis indigenti &c. addentes: *Quicunque aliter docuerit, senserit factitarit, crimine L. M. reus, hostis Reipublicæ atque proscriptus esto, capite pœnas solvito, bona ejus publica sunto, prædia infiscentur &c.* Hæc *Aventinus*, cit. Lib. VII, Cap. 18, §. 15 ad 18, p. 740 & 741. Conf. præced. L. I, Tit. V, in vita Augusti Nostri, ad h. a. pag. 667. Quæ omnia, brevi post, in *Comitiis Francofurtanis* confirmata, ibidem asserui.

(4) *An. 1353*, *cum Cuno de Valckenstein, Minister Henrici de Virnenberg, Archi-Episcopi, Moguntini depositi* (ita vocatur *Alberto Argentinensi*, in *Chronico*, apud *Urstisium*, ad An. 1353, pag. 160.) proscriberetur, *in die B. Thomæ, Rex* (CAROLUS IV) *cum Principibus & Baronibus Moguntiæ præsidens, declaravit: Cunonem in multis contra Imperium fecisse, super quibus respondere, & Justitiam facere renuit coram Rege: exhibens omnibus, auctoritate Regia, ne quis assistat eidem. Et declaratum est per Principes, & Imperii Fideles, quod, quicunque scienter contra hoc fecerit, corpus & res, ad gratiam Regis, amisisset &c.* Sunt verba *Alberti* l. c. pag. 161.

(5) *Johanne XXIII*, P. R. ope *Friderici* Austriaci, an. 1415, *Constantiensi* Concilio clam se subducente, *haben Kayserliche Majest.* (SIGISMUNDUS) *sampt allen Chur- und Fürsten des Rœmischen Reichs, hierüber sonder ernstes Mißfallen getragen, den Hertzogen, umb solcher Handlung willen, für ein Zerstöhrer des allgemeinen Wohlstands und Friedens im Römischen Reich* publicirt, *denselben auch, uffm* Concilio, *ümb den Pabst zu* restituiren, *öffentlich* citirt. *Demnach Er aber aussen blieben, ist Er,*

ist Er, von den Reichs-Standen, in die Acht erklärt, und alle seine Land und Leut Preiß geben worden; und hat der Kayser selbst, mit des Reichs Hülff, und grossem Volck, dieselbe angreiffen, bekriegen, und unter sein und des Reichs Gewalt bringen lassen &c. Sunt verba *Lehmanni* l. c. Lib. 7, Cap. 84, pag. 872; Biennio post, Banni pœnam incurrisse *Henricum* Bavarum, *congregati* ab eodem Imperatore *Principes* judicarunt; vid. *Aventinus* Lib. VII *Annal.* Cap. 24, §. 9, pag. 779. An. 1433, idem Cæsar, arma in *Ludovicum* Bavarum, *Senatus Decreto, Ulmæ,* hostem Patriæ declaratum, movere meditatus fuit; vid. ibid. Cap. 25, §. 4, pag. 789.

A FRIDERICO III Imp. *Fridericum Palatinum,* eo quod, ab obitu Germani Fratris, *Ludovici Mansueti,* An. 1449, Electoratum Palatinum occupasset, nulla ratione habita defuncti hæredis proximi, *Philippi Ingenui,* ipsius Gnati, *in Comitiis Augustanis,* An. 1474, 21 Maji, in Bannum declaratum, testatur *Sigismundus von Bircken, im Oesterreichischen Spiegel der Ehren,* Lib. V, Cap. 22, ad h. a. pag. 789. Conf. *Lehman* l. c. Lib. 7, Cap. 113, pag. 977. An. 1504, *Rupertus,* Palatinus, stare nolens Cæsareis decretis, (in causa ultimarum tabularum *Georgii divitis,* Bojorum Ducis, an. 1503, ad plures abeuntis, scripto hærede laudato *Ruperto,* ex Filia unica, *Elisabetha,* genero, in præjudicium *Alberti* Bavari, proximi agnati, qui vacuefactum Bavariæ Ducatum, Imperii Legum vigore, ad se devolutum prætenderat, in cujus etiam favorem Cæsar sententiam tulit,) insuperque ad arma ruens, non nisi *solenni in congressu* Cæsaris *Maximiliani,* Electorum, Principumque Imperii, *Augustæ Vindelicorum,* Banni pœnam subiit, cui postmodum ipsius etiam Pater, *Philippus,* Elector Palatinus, ob lata Filio auxilia, subjectus legitur; testibus iis, quos præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Maximiliani,* ad An. 1504, pag. 716, hunc in finem citavi.

(7) Nec aliter processisse CAROLUM V, (qui, Art. 22, Capitulationis suæ, An. 1519, 3 Jul. promiserat: *Wir sollen, und wollen auch, fürkommen, und keines wegs gestatten, daß nun hinfüro hochs- oder nieders Stands, Churfürsten, Fürsten, oder andere ohne Ursach, auch unverhört, in die Acht- oder Ober-Acht gethan, bracht und erkläret werden, sondern in solchem, ordentlicher Proceß und des H. R. Reichs voraufgesetzte Satzungen, in dem gehalten und vollzogen werden;*) adversus *Johannem Hildesheimensium* Præsulem, sociosque, Patriæ hostes declaratos, discimus ex Ejus Mandato ad exequendum, sub dato *Gend,* 25 Julii, An. 1521, *Henrico Juniori,* Brunsuic. & Luneb. Duci missum, apud Dn. *Lunigium,* part. spec. *des Teutschen Reichs-Archivs,* Contin. 2, 4 *Abtheilung,* 4 *Absatz,* §. 15, pag. 268 &c. Ubi: *Wir haben in Krafft Unsers Kayserlichen* Decrets, *so Wir, mit Rath und Willen Unser und des H. Reichs Churfürsten und Fürsten, uff Unserm nechst gehalten Reichs-Tage zu Worms, in der Kriegs-Handlung, auch den Irrungen und Spoen, zwischen Deiner Ld. an einem, und NN. auch Bischoff Johansen zu Hildesheimb, dem Graffen von Schaumburg, und Ihr jedes Kriegs-Verwandten, andern Theils, gemacht und beschlossen, den genanten NN. und den Bischoff zu Hildeßheim, als die, so demselbigen Unserm Kayserlichen* Decret *nicht gelebet, und freventlich darwieder gehandelt haben, und damit, in Krafft solches Decrets, all Ihre Regalia, und Leben verwürcket und verlobren haben, und darzu in Unser und des Reichs Acht und Aber-Acht gefallen sein, und alle ihre Helffer und Anhänger, in Privirung und Entsetzung aller Ihrer Regalien und Leben, auch Unser und des Reichs Acht und Aber-Acht denunciiret und verkündet, und sie, aus Unser und des Reichs Gnad, Huld und Schirm, in den Unfrieden gesetzt, und ihr Leib, Hab und Güter allermenniglich erlaubt ----- so gebieten Wir Deiner Ld. von Römischer Kayserlicher Macht ernstlich, mit diesem Brief, und wollen, geben Dir des auch hiemit Unser Macht und Gewalt, Du wollest, an Unser Statt, und in Unserm Nahmen, gegen den genanten Unsern und des Reichs erkandten, erklärten und* denunciirten *Aechtern und Aber-Aechtern, auch dem Capittel, Ritterschafft und Landschafft des Stiffts Hildeßheimb, und den Städten Lüneburg und Hildeßheimb, deßgleichen den Graffen von Schaumburg und Dieffoldt, und andern, so Ihnen hierinn anhängig seyn und bleiben, und allen ihren Leiben, Haaben und Güthern, mit der That, und in ander Weg, alles das, so sich, gegen Unsern und des Reichs ungehorsamen freventlichen Verächtern, zu thun gebühret, fürnehmen und handeln &c.* Eodem facit proscriptio Civitatis *Magdeburgensis,* cujus Saxonum Electoris, *Johannis Georgii I,* Legatus, in Conventu Electorum Principumque *Ratisbonensi,* An. 1623, in causa proscripti à solo Cæsare, *Ferdinando II, Friderici* Palatini, mense Februario, votum exponens, hisce meminit apud *Lundorpium,* Tom. 2 *Act. Publ.* Lib. VI, Tract. 24. pag. m. 1161:

Was weiters deß Pfaltzgraffen Acht, Proceß und Execution *antrifft, darbey haben Ihre Churfürstl. Durchl. anziehen lassen, daß Sie dasselbe dahin stelleten: es wäre wieder Dero Rath geschehen, und hätte billich ein anderer* modus procedendi *hierin gehalten, und die Churfürsten des Reichs, Inhalt der* Capitulation, *als in einer schwären, wichtigen, weitaußsehenden Sache, darauß die* Ruin *des H. Reichs, wie die Erfahrung und der Augenschein bezeuget, erfolget, hierumb befragt werden sollen; bevorab, weilen es einen Churfürsten und* Membrum Collegii *betroffen, und gleichwohl die* Capitulation *klärlich besage: daß kein Chur- oder Fürst ohngehört, und ohne ordentlichen Proceß, in die Acht solte gethan werden: Und daß die vorige Römische Kayser darinnen so behutsamb gegangen, daß Sie nicht allein die Chur- und Fürsten, sondern auch das gantze Reich, hierunder zu Rath gezogen, unnd darauf die Acht, und deroselben Execution, angeordnet; wie solches ohnzehlich viel* Exempel, *sonderlich die Magdeburgische Acht (welche doch nur eine Statt betroffen;) und die Gottische Execution, deren eine* An. 1551, *die andere,* An. 1564 *und* 1566, *auf denen zu Augspurg gehaltenen Reichstägen, bey Lebzeiten deren in GOtt ruhenden Kayserl. Mayest.* Caroli V, Ferdinandi I, *und* Maximiliani II, *beschlossen worden, außweisen &c.* Quæ omnia ejusdem Electoris Palatini filius, *Carolus Ludovicus,* in Manifesto, sub dato *Londen in Engelland,* 12 Jan. An. 1637, apud *Lundorpium,* Tom. 4, Lib. 3, Cap. 95, p. 651 & 652, repetit. Imo, in ipso R. J. *Augustano*, de An. 1551, §. 17, *So sind Wir &c.* hujus rei mentio fit: *So sind Wir nothwendiglich bewegt, Uns, mit Churfürsten, Fürsten und Standten, auch der abwesenden Rath, Bottschafften und Gesandten, zu erinnern, wie solchem Ihrem* (Magdeburgensium) *unträglichen Friedbrüchigen Fürnehmen zu begegnen &c.* & rursus §. 20: *So haben Wir Uns ---- mit Churfürsten, Fürsten und Standen, auch der abwesenden Rath, Bottschafften und Gesandten, vereiniget und verglichen, daß vielgedachte* Rebellen *und Friedbrecher, durch mögliche Weg und Mittel, zu der Gebühr angehalten und gebracht würden &c.*

Postea vero idem Cæsar, Statibus inconsultis, multoque minus consentientibus, nonnullos & quidem ex Potentioribus, Imperiali Banno subjicere ausus fuit, veluti: (sub dato *Regenspurg,* 20 Julii, 1546.) *Johannem Fridericum,* Electorem *Saxoniæ,* & *Philippum* Magnanimum, *Hassiæ Landgravium*; (*Hortledero, von Ursachen des Teutschen Kriegs,* Tom. 2, Lib. 3, Cap. 16, pag. 312 &c. & Dn. *Lunigio* l. c. Part. spec. Contin. I, 1 *Abtheilung,* 1 *Absatz,* §. 85, pag. 253 &c. Banni tabulas sistentibus; ubi inter alia: *Demnach haben Wir, nach Erwegung aller Gelegenheit, und Gestalt dieser Sachen, aus Erheischung und Forderung der hohen unvermeidlichen Noth, und schuldigen Pflicht Unsers von GOtt befohlenen Ampts, die genanten* Johan Friderichen, *Churfürsten von Sachsen, und Landgraf* Philipsen *von Hessen, als Unsere Ungehorsame, Untreue, Pflicht- und Eyd-brüchige* Rebellen, *aufrührische Verächter und Verletzer Unser Kayserl. Hoheit und Majestät; Verbrecher des gemeinen außgekündigten Landfriedens, in Unser und des H. Reichs Acht und Aber-Acht, auch obgemelte* Pœnen, *Straffen und Büssungen, gefallen seyn, erkennet, erklärt und verkündet, und Sie, aus dem Frieden, in Unfrieden gesetzet; erkennen, erklären, und verkünden sie alßo, in Unser und des Reichs Acht und Aber-Acht, auch vorgemelte* Pœn, *Straf, und Büssen, setzen sie auch, aus Unserm und des Heil. Reichs Frieden, in den Unfrieden, alles von Römisch Kayserl. Majest. Macht, wissentlich, und in Krafft dieses &c.)* quam novitatem non solum Principum causæ Patronus, in ipsorum Apologia, apud *Hortlederum* l. c. Cap. 29. pag. 434, merito reprobans, & desuper conquestus ait: *Hette Er* (Cæsar) *Ihre Churfürstl. und Fürstl. Gn. je für gefordert, und, vor allen Reichs-Standten, Ihre Antwort, auf Sein gemein Beschuldigung, gehöret, so were darauß klar befunden worden, daß Er keinen Ungehorsamb gegen Ihre Chur- und Fürstl. Gn. hette mögen mit Grund fürgeben, noch sonst kein andere Ursach wieder sie haben mögen &c.* Sed & Principes Ipsi, in ulteriori Apologia *Gregorii Pontani,* laudato Electori à consiliis sacratioribus, opera, conscripta, eodemque anno 1546, 2 Septemb. in Castris Ingolstadiensibus vulgata, apud *Hortlederum* l. c. Cap. 30, pag. m. 455. nervose scribunt: *Und daß Ihme* (Cæsari) *nicht gebühret hat, Uns, als (GOtt lob und sonder Ruhm) ehrliche, unbescholtene Churfürsten und Fürsten des H. Reichs, Teutscher* Nation, *und aus Alten und Löblichen Churfürstlichen und Fürstlichen Häusern und Stämmen gebohren und herkommen, auch dem gesagten Kayser vom Geblüte ebenbürtig, ungefordert, und ungehœrter Unser Antwort, Defension und Schutzwehre, und sonderlich umb so großwichtige erdichte Auflagen und Sachen, in seine vermeinte Acht zu erklæren, und Uns, Unserer Leibe, Ehren, Standes, Würden, Lande und Leute, zu entsetzen, und zu priviren, das lassen Wir die Recht, und derselben Fürnehmste Außleger, auch alle unpartheyische, vernünfftige Rechts-Gelehrten und Verständigen, besagen und urtheilen. Dann so einem Römischen Kayser gebühren solte,*

solte, mit einem Churfürsten, Fürsten, oder Stand des Reichs, zu voran in solchen trefflichen, beschwerlichen, und nichtigen Sachen, also unerhört und ungefordert zu verfahren, wie sich dieser Carl, *vermeynter Kayser, gegen Uns unterstanden, so hätte es der hochgvernünfftigen* Constitution *Kayser* Henrich *des* VII, *nemblich, wie in Sachen verletzter Majestät, oder*, in crimine L. M. *und* Rebellionis, procediret *soll werden, nicht bedörfft, welche doch, mit trefflichem Hohen Rath, darumb gemacht, daß sie, sampt andern des Reichs Rechten, von Römischen Kaysern, und männiglich gehalten, und derselben soll nachgegangen werden.* (Innuunt Principes Constitutionem Henrici VII, quæ, sub tit. *Extravagantium,* Lib. V. Feudor. post *Constitutiones Friderici II,* & quidem sub Rubrica: *Quomodo in L. M. crimine procedatur?* habetur) *Und ob Er gleich sagen wolte: Er were der Rechte Satzungen nit unterworffen; so kan Er doch, und Niemands, dis mit Grund und Wahrheit wiederlegen, daß ein Römischer Kayser den Rechten nicht so weit unterworffen seyn solte, als dieselben in Göttlichen, Natürlichen, und der Völcker Rechten gegründet; wie dann Kayser* Henrichs Constitution, *dieser Puncten halben, sonderlich in jetztgemeldten Rechten, gewidemt ist, nemblich, daß der, so umb alle Sachen beschuldiget, in all wege citirt, erfordert, und seine Antwort, Defension und Schutz-wehr gehœrt, und was nicht gestanden, durch rechtmæssige Beweisung außgeführt, ehe dann er darumb condemnirt oder gestrafft solle werden; Und daß auf die Erforderung, und Citation, auch deß beschuldigten Antwort und Defension, gehœrt, und nicht durch blose narration eines Kaysers, sondern durch gebührliche Anzahl lebendiger Zeugen, oder mit glaubwürdigen schrifftlichen Uhrkunden, welche, nach Gelegenheit der beschuldigten Persohnen Stands, und der Sachen Großwichtigkeit, klærer dann die Sonne am hellen Mittage,* (L. 25. C. de Probat.) *überweiset soll werden, aus Gœttlichen, Natürlichen und der Vœlcker Rechten her fleußt, und derohalben in eines Kaysers Macht und Gewalt nicht ist, darwieder einige kræfftige oder bestændige Schaffungen zu thun, solches vermag weder Er, der genante Kayser* Carl, *noch jemands, mit wahrhafftigen vernünfftigen Gründen zu wiedersprechen. Und zu dem, daß ein jeder Kayser, nach beschehener Wahl, dem Reich einen Eyd schwöret, desselben Rechte vestiglich zu halten (in massen dan der Kayser, solche und andere des Reichs Rechte zu halten, auch geschworen) so ist Er doch darüber so vielmehr schuldig gewest, Uns nicht zu vergewaltigen, sondern wo Er zu Uns vermeynet hætte zu sprechen, solches zur Verhœr, und gebührlichen Rechten, zustellen und kommen zu lassen, Uns auch unverhœrt, und, ohne vorhergehenden ordentlichen Proceß, in die Acht und Aber-Acht, in keinem Wege zu erklæren; Dieweil Er solches zu halten, durch den offtberührten Franckfurtischen* Contract, (Capitulationem intelligunt) *darinnen gemeldte und andere mehr* Pacta *und* Condition *verleibt, mit Brieffen und Siegeln bewilliget und* confirmirt, *und, mit seinem leiblichen Eyd, unverbrüchlich zu halten, geschworen &c.* Quare & Part. 2. *Ordinat. Cameralis Augustana,* An. 1555. Tit. IX. definitum, qualis processus inposterum hic servandus sit?

(9) Anno 1558 14 Mart. Art. XXI. *Capitulationis* jurare iterum tenebatur FERDINANDUS I, circa Banni processum, omnia se servaturum, quæ in cit. ordinatione Camerali habentur, verb: *Nach Außweisung des H. Reichs, in bemeltem fünff und funfftzigsten Jahr,* reformirter *Cammer-Gerichts-Ordnung;* quibus additum: *Doch dem Beschädigten seine Gegenwehr, vermög des Landfriedens (zu Augspurg,* de An. 1548, Tit. 3, *von der* Pœn *der Friedbrecher) unabbrüchig.* Laudatus proinde Cæsar, non nisi consensu totius Imperii, pœnam Banni nonnullis irrogavit, de quibus R. J. *Augustanus,* Anno 1559. §. *Damit dan hinfüro,* 38. loquitur, ibi: *So haben Wir, auf Churfürsten, Fürsten und Stænden, auch der Anwesenden Ræthen und Gesandten, Ermessen und Bewilligung, obgemelte* Pœn *erweitert, dergestalt, daß die Uberfahrer solches Unsers Kayserl. Gebots, und gemeiner des H. Reichs Satzung, neben und über die benannte* Pœn-*Fäll, in Unsere und des H. Reichs Acht, ipso facto gefallen seyn sollen &c.*

(10) *An.* 1562, Art. XXIV Capitulationis suæ, eadem promisit MAXIMILIANUS II, (apud Dn. *Zieglerum,* de *Capitulationibus Imperatorum,* pag. 48.) quæ *Carolus V,* Art. XXII. & *Ferdinandus I* Art. XXI, spoponderunt; Legibusque conformem Eum se exhibuisse in proscriptione *Factionis Grumbachianæ,* testantur Ejus literæ, quibus Factionis Protector, *Johannes Fridericus, Saxonum* Dux, Anno 1566, 13 Decembr. in bannum declaratus legitur, apud *Goldastum,* Part. 2, *der Reichs-Satzungen,* pag. 294; nec non R. J. *Augustan.* An. 1566, §. 9, *Demnach haben Wir &c.* ut & R. J. *Ratisbon.* An. 1567. §. *Darauf hinwieder &c.* 26, & §. *Als wir dan ferner &c.* 38; & §. *So hätten wir &c.* 42 & seqq. add. Prœm. R. J. *Erfurtensis* Ann. eod.

votumque Saxonicum, An. 1623, in Conventu Electorum Principumque Ratisbonensi expositum, verbis modo adductis.

(11) RUDOLPHO II, Art. XXIII Capitulationis de An. 1575, 1 Nov. adhuc eadem, circa declarandos Status in Bannum, observanda scimus præscripta, ad quæ Antecessores Ejus, ut monitum, se obstrinxerant; notæque sunt querelæ, Circuli præsertim Suevici, ubi *Donawerdenses*, An. 1607, ab Eo solo proscriberentur, turbato insuper ordine, *Maximiliano* Bavaro Executione demandata. Vid. *Memorabilia* mea Seculi XVII, ad An. 1605, Cap. 4, §. 12, pag. 110, & An. 1607, Cap. 4, §. 14, p. 201 &c. Nec minori fundamento, pari censura, An. 1610, gravati *Brunsuicenses*, jura sua publicis scriptis tutabantur, id impetrantes, ut totum negotium ad instantem proxime Conventum Electoralem *Norimbergensem* remitteretur. Vid. ibid. ad An. 1610, Cap. 4, §. 15, p. 343 & 344, & An. 1611. Cap. 4, §. 11, p. 384.

(12) MATTHIAS, An. 1612, 18 Junii, Art. XXVII Capitulationis, eidem Legi se submisit; neminem tamen proscribens.

Wir sollen und wollen auch, in Acht- und Ober-Acht-Sachen, Uns demjenigen, was, vermög Instrumenti Pacis, *in dem jüngern Reichs-Abschied, §. Nachdem auch in dem Münster- und Oßnabrückischen Frieden-Schluß &c. verglichen und* statuirt *worden, allerdings gemäß verhalten, absonderlich aber auch darauf halten, daß hinführo Niemand, Hohen oder Niedern Stands, Churfürst oder Stand, oder anderer, ohne rechtmässig- und genugsamer Ursach, auch ungehört, und ohne Vorwissen, Rath und Bewilligung des Heil. Reichs Churfürsten, Fürsten und Standen, in die Acht, oder Ober-Acht, gethan, gebracht und erkläret, sondern, in denen künfftigen* casibus *darinn, nach Beschaffenheit des Verbrechens, auf die Acht, oder* Privation, *entweder von Kayserl. Fiscal-Ampts wegen, oder, auf anruffen des lædirten und klagenden Theils, zu* procediren, *und im Rechten zu verfahren, und darüber Wir, entweder an dem Reichs-Hoff-Rath, oder Unserm und des Reichs Cammer-Gericht,* pro administratione Justitiæ, *angeruffen und* implorirt *werden, zuvorderst, in* Decretirung, *oder Auslassung deren, auf die Reichs-Acht, oder* Privation, *gebethene Ladungen und* Mandaten, *so dann, in der Sach weitern Ausführung biß zum Beschluß, auf des H. Reichs hierüber vorhin gefaßte Gesetze, und Cammer-Gerichts-Ordnung, genau- und sorgfaltige Achtung geben, damit der Angeklagte nicht* præcipitirt, *sondern, in Seiner habenden rechtmässigen* defension, *der Nothdurfft nach, angehöret werde; Wann es dann zum Schluß der Sachen kömmet, so sollen die ergangene Acta auf öffentlichen Reichstag gebracht; durch gewisse hierzu absonderlich veraydigte Stande, (den* Prælaten- *und Graffen-Stand mit eingeschlossen,) aus allen dreyen Reichs-Collegiis, in gleicher Anzahl der Religionen, examinirt, und überlegt: deren Gutachten an gesampte Churfürsten, Fürsten und Stande referirt; von denen der endliche Schluß gefaßt; und das also verglichene Urtheil, nachdem*

dem es von Uns, oder Unserm Commissario, gleichfals approbirt, in Unserm Nahmen publicirt: auch die Execution, so wohl in diesen, als andern Fællen, anderst nicht, als, nach Innhalt der Executions-Ordnung, durch den Craiß, darinnen der Aechter gesessen, und angehœrig, fürgenommen und vollzogen werden. Was nun dem also in die Acht erklärten abgenommen wird, das sollen und wollen Wir Uns, und Unserm Hauß nicht zueignen, sondern es solle dem Reich verbleiben; vor allen Dingen aber, dem Beleydigten Theil daraus satisfaction *geschehen, jedoch, so viel die* Particular-*Lehen, so nicht* immediate *von Uns und dem Reich, sondern von andern herrühren, betrifft, dem Lehen-Herrn, auch sonsten der Cammer-Gerichts-Ordnung, und einem jeden an seinen Recht- und Gerechtigkeiten unbeschadet: Gestalten auch im H. R. Reich, bey verwürckten Güthern des Achters, desselben Verbrechen denen Agnaten, und allen andern, so Anwarthung und Recht daran haben, und sich des Verbrechens in der That nicht theilhafftig gemacht, an Ihrem jure succedendi in Feudum, und Stamm-Güthern, nicht præjudiciren, sondern das principium: als ob auch Agnati innocentes, propter feloniam des Æchters, des dadurch verwirckten Lehens, und anderen, zu priviren;* (ceu statuitur, 2. F. 24, *§. denique;* Conf. 2. F. 37, *§. si quis &c.* & 2. F. 38, *§. si Vasallus &c.*) *keines wegs statt haben soll; und da auch der Gewalt-thätiger Weise entsetzte und* spoliirte, pendente Processu Banni, *umb ohnverlängte* Restitution *anhalten würde, so sollen und wollen Wir daran seyn, daß dem Kläger, nach Befindung, ohne Verzug, und ohnerwartet des Außgangs des,* quoad pœnam Banni, *anhängig gemachten* Processus, *zu seiner uneingestelten* Redintegration, *durch zulängliche Mittel, vermög der Cammer-Gerichts-Ordnung, und anderer Kayserlichen* Constitutionen, cum pleno effectu, *verholffen werden solle. Und wann auch, auf vorbeschriebene Maaß, Form und Weiß, wie von Puncten zu Puncten versehen, nicht verfahren würde, so soll alsdann selbige ergangene Achts-Erklærung und Execution, ipso Jure vor null und nichtig gehalten werden. Und, so viel das* Bannum contumaciæ *belanget, wollen Wir selbiges, als ein, aus vielen* Considerationen, *unzulängliches Mittel, gar abthun, und es,* in civilibus causis, *auch bey denen* civilibus coërcendi & compellendi mediis *bewenden lassen. Wir sollen und wollen auch dasjenige, was, ein oder andern Orts, in den verwürckten Reichs-Landen und Lehen, vor Veränderungen vorgangen, gleich, nach angetrettener Unserer Regierung, genau untersuchen, und, mit Zuziehung, Bey-Rath und Gutbefinden, des Churfürstlichen* Collegii, *solche Vorsehung machen lassen, wie die vorhergehende* Capitulationes, *die* Constitutiones Imperii, *auch die* Justitz, *solches erfordern, und an die Hand geben thun.*

(30) Hac itaque stipulatione solenni, & sanctione pragmatica, futuro etiam Imperii Recessui inserenda, feliciter decisæ tandem sunt tot annorum lites & rixæ, nec amplius habent Principes Civitatesque, de quo, circa proscriptionis materiam, posthac querantur.

(9) Est enim Bannum *(a)* Judicialis censura, *(b)* qua violatoribus Pacis Publicæ, *(c)* aqua & igni interdicitur, *(d)* ita, ut à nemine in Clientelam recipi, *(e)* & tam in rebus, quam in persona *(f)* ab omnibus offendi queant. *Seind derowegen die Banniti so frey, als der Vogel in der Lufft;* unde & *Vogel-freye* dicuntur, *(g) in Ordinat. Camer.* Part. 2, Tit. X, §. *Und wo es deshalben.*

NOTÆ.

(a) BANNUM &c. Legi hic merentur *Nellus à S. Geminiano*, Tr. de *Bannitis; Hippol. Marsilius*, JCt. Bononiensis, an. 1528. defunctus, Tr. de *Bannitis; Andreæ Gailii* Libri duo de *Pace Publica, & ejus violatoribus, atque proscriptis, sive Bannitis Imperii*, Colon. 1661; *Joh. Frider. Böckelmann*, Diss. Inaug. de *Banno Imperii*, Heidelberg. 1663; *Georgius Adamus Struvius*, de *Banno Seculari & Eccles.* Jenæ. *Hermannus Brandt*, Differt. Inaug. de *Banno*; *Ernestus Gothofredus*, Noriberg. de *Proscriptione*, An. 1680; Lexicographi: *Arnoldus de Reyger*, *Thesaur. Jur.* voc. *Bannitus*, pag. m. 123 &c. *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Bann*, pag. m. 74 &c. *Dietherr*, *Contin. Besold.* voc. eadem, pag. m. 82 &c. *Spelman*, *Glossar.* voc. *Ban*, pag. m. 58 &c. & voc. *Bannum*, pag. m. 61; *Webner*, *Observat.* voc. *Acht*, pag. 5 &c. & voc. *Bann*, p. 40 &c. *Du Fresne*, *Glossar.* voc. *Bannum*, pag. m. 461 &c. *Speidel*, *Specul.* voc. *Bann*, pag. 89 &c. *Joh. Rudinger*, *Observat. Singular.* Centur. 1, Observat. 7, *von der Acht*,

Acht, pag. m. 543 &c. Add. *Georg. Everhard.* Vol. 2, Consil. 17, *Dietherro* l. c. laudatus; *Lehmannus Chron. Spirens.* Lib. 2, Cap. 44, p. 188 &c. Interpretes Juris Publici omnes. *Limnæus*, ad *Capitulat. Caroli V*, Art. XXII, voc. *In die Acht*, p. 249 &c. *Carpzovius*, *Pract. rerum Criminalium* Part. 3, Quæst. 140, p. m. 326 &c. *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. 2, Cap. 26, Membr. VI, pag. 836 &c.

(2) Variæ, de etymo vocis *Banni*, sententiæ. *Albericus* de *Rosate*, in dictionario, & *Nellus* l. c. part. I, T. 2, quæst. 5, eam à *Bannerio*, vel *Banderia*, h. e. *vexillo*, deducendam arbitrantur, eo quod *banniti* pro hostibus sint habendi, quos vexillis persequi solemus. Alii fontem ejus quærunt in voce Gothica *Band*, seu *vinculo*; unde *bannire* idem ac *ligare, obstringere &c.* Vid. *Dietherr.* in *addit. ad Besoldi Thesaurum*, voc. *Bann*, p. 75. Sic *Carolus Magnus*, in Capitulari An. 802, Cap. 32, apud *Baluzium*, T. I *Capitularium*, pag. 372: *Firmiter bannimus, ut Parentes interfecti nequaquam inimicitiam, super commissum malum, adaugere audeant &c.* & Cap. 39, pag. 374: *Iterum bannimus firmiter, ut nemo amplius faciat* (scil. feras furari audeat.) Alii eam derivant à voce Saxonica *Ban*, *Statutum*, seu *Edictum*, significante; hinc *Bannan*, veteribus idem ac *proclamare*; vid. *Spelman* l. c. pag. 61; Conf. seq. v. 3. Juxta alios, repetenda ejus origo, à voce *Bann*, seu *via publica*, quod *bannitis* via publica interdicatur; hinc *Gebanter Weg*, *gute Ban*, pro via trita. Vid. *Wehner* l. c. voc. *Bann*, pag. 40. Aliis arridet deductio à voce *Bann*, quatenus limitem, seu terminum, denotet. Vid. *Carpzovius* l. c. §. 10, pag. 328; *Dietherr*, *Contin. Thesauri Besoldiani*, voc. *Bann*, pag. 82. Recte *Cujacius*, in præfatione Commentariorum de *Feudis*, vocabulum hoc *Generale* olim fuisse, tradit, diversas res involvens; quandoque enim sumebatur, vel:

(3) Pro *Edicto publico*; *Mandato*; *solenni* & *publica citatione*; sicut adhuc hodie Gallis *Ban*, & Italis *Bando*, idem est, quod *præconium*, seu *proclamatio per præconem*. vid. *Cujacius* l. c. *Du Fresne* l. c. pag. 455 &c. *Wehner* l. c. voc. *Bann*, p. 40. *Spelman* l. c. *Lehman* l. cit. *Chron. Spirens.* Lib. 2. Cap. 44, pag. 189; *Besoldus*, voc. *Bann*, pag. 75, ibique *Dietherr* in addit. *Limnæus* l. c. §. 8, p. 249, & §. 13, pag. 250; Hoc sensu usurpavit vocabulum hoc *Ludovicus IV*, Germaniæ Rex, in diplomate An. 900, Cœnobio *Corbejensi* concesso, præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ludovico IV*, pag. verb: *Teloneum, quod ipsorum Advocatus Nostro exigat Banno*, Nec non, *Dudo Neustrius*, qui Normannorum res in Galliis gestas, ad annum usque 996, conscripsit, Lib. 2. *Histor.* ajens: *In Terra suæ Ditionis, Bannum, id est, Interdictum, misit, quod est prohibitio, ut nullus &c.* & *Ditmarus*, Lib. VI *Chronic.* haud longe ab initio, p. m. 61: *Interdicta est omnibus, per Bannum Regalem, à Palatino Comite, fuga, & resistentibus viriliter promittitur consolatio futura &c.* (Non te offendat dictio *per Bannum regalem*, legitur enim pariter *Bannus* & *Bannum*.) & Auctor vitæ *S. Godehardi*, *Hildesheimensis*, Lib. 2, Cap. 3, apud *Surium*, d. 4 Maji, pag. m. 60, & apud. Dn. de *Leibnitz* T. I *Rer. Brunsuic.* pag. 489; ad Annum 1022: *Ejus* (Godehardi) *Consecrator, Aribo,* (Moguntinus) *eodem die, ante Missarum solemnia, secretius eum cum Episcopis convenit; eique, in Gandesheimensi loco, & circumjacente Territorio, omnem Pontificalis officii provisionem, Banni sui interpositione, prohibuit. Quem quidem Bannum ipse, suæ simplicitatis more, nec approbavit, nec renuit, sed statim ad Imperatorem, ab Eo solummodo patrocinium in talibus quærens, confugit. Qui confestim, Archi-Episcopo cum Fratribus familiariter accersito, & dissimulata cordis molestia sui, hunc novum conflictum Banno soluto, sapienter pacificeque diremit &c.* In margine habetur: *Aribo S. Godehardum interdicit Jurisdictione Gandersheimensi.* Hinc *Bannire* idem ac publico Edicto jubere, statuere; teste *Capitulari I Caroli Magni* An. 802, Cap. 39: *Iterum bannimus, firmiter, ut nemo amplius faciat &c.* Conf. ejusdem *Capitular.* 2, Cap. 32; & *Capitular.* 7, An 803, Cap. I. It. *Ad Placitum bannire*, pro, in Judicium vocare, seu, publicum ad Conventum citare; sic Lib. 2, *Legis Longobard.* Tit. 42, §. 2, apud *Goldastum*, de *Consuetudinib. Imperialib.* pag. 75: *Ut nullus ad Placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit &c.* add. ibid. Lib. 3, Tit. 12, §. 4. pag. 97; Ut & *Capitul. Caroli Magni*, Lib. 3, Cap. 40 & 69, & *Capitul.* 3 An. 803, c. 20 &c. Vel,

(4) Pro *Jurisdictione*, *Justitia*, *Districtu*, *Territorio &c.* Quo sensu accipitur in Capitulari *Pipini*, Regis Italiæ, apud *Baluzium*, T. I. *Capitularium*, pag. 547, §. 26: *Quod si apparuerit ideo delegasse, ne Justitiam faciant, volumus, ut ipsæ res in Bannum nostrum mittantur, quousque ille, qui eas habet, auctorem in Placitum adducat &c.* Nec non in Diplomate *Lotharii I* Imp. de An. 845, Cœnobio *S. Stephani Argentorati* dato, præced.

præced. Tom. 1, Tit. XV, §. 5, pag. 1132; ut & in charta *Ludovici IV.* Regis, An. 903, Abbatiæ S. *Emmerani* Ratisbonensis concessa; ibid. pag. 1139: add. Diploma *Ottonis Magni*, anno 940, in eandem Ecclesiam collatum, apud *Gewoldum*, Tom. 2. *Metropolis Hundii*, pag. 372; & Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Eccles.* Cap. VI, Tit. *S. Emmeran*, §. XVIII, pag. 648: *Noverint omnes --- qualiter --- ad Monasterium, quod in Radesbona, in honore S. Petri, Principis Apostolorum, & S. Hemmerammi Martyris, constructum ---- locum, qui vocatur Helphindorf, cum Foresto & Forestariis, atque Venatione, nec non & Nostro Regio Banno, insuper etiam & Niuhinga, in Pago Sundergewe ---- in proprietatem donavimus &c.* Idem dedit An. 946, Cœnobio Corbejensi, *Bannum super duas Villas Meppen nominatas, ad Emisam & Hasam.* Vid. *Annal. Corbejens.* ad h. a. apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2, p. 300. Conf. *Schaten, Annal. Paderbornens.* lib. 4. An. 945, pag. 288. Ejusdem liberalitati, præter alia, *Bannum* quoque debet Ecclesia *Bremensis*, ab An. 966; vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1148; Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ottone Magno*, ad An. 966; Quod *Henricus II*, An. 1003, *Libizoni* Archi-Episcopo, rursusque An. 1014. *Unato*, Ejus Successori, pariterque *Conradus II. Becelino* Præsuli, confirmarunt, verbis ibidem occurrentibus. Sic *Otto III.* Imp. *Regium Bannum* in *Halberstatt & Osterwic*, concessit Episcopo Halberstadiensi, *Hildewardo*; vid. ibid. sub *Ottone III*; accedente *Henrici Sancti* confirmatione; vid. præced. §. 4, lit. c, sub *Henrico Sancto*. Eodem faciunt literæ Fratrum Cœnobii *Laurisbamensis*, ad *Paschalem* Papam, in *Chronico Laurishamensi*, apud *Freherum* T. 1. *Scriptorum German.* pag. 87: *Teloneo & Banno aquarum in Winenheim desspoliati sumus &c.* Clarerem exprimit *Gobelinus Persona*, in *Cosmodromio*, ætat. 6, Cap. 52, apud *Meibomium* T. I. *Rer. German.* pag. m. 258: *Meinwercus* (Paderbornensis Episcopus) *murum in circuitu Urbis intra Civitatem Paderbornensem construxit, & Domum Episcopalem à fundamento erexit; panem album, in quotidiana distributione, Canonicis consuetum, dandum de Banno Ecclesiarum, h. e. de Jurisdictione, primus ibidem ordinavit &c.* hinc,

Heribannum, pro Jurisdictione in Milites; sic in Capitulari *Caroli Magni*, apud *Baluzium*, T. 1. *Capitularium*, pag. 347: *Si quis Liber, contempta jussione nostra, ceteris in Exercitum pergentibus, domi residere præsumpserit, plenum Heribannum, secundum Legem Francorum, id est, solidos sexaginta, sciat se debere componere &c.* Conf. charta *Ottonis III.* Imp. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub Ottone III; & alia, *Henrici Sancti*, an. 1002, ibid. nonnunquam tamen & pro *Edicto bellico* sumitur; vid. *Gailius* de *Pace Publica* Lib. 2, c. 1, §. 3, pag. 84; interdum, pro *contributione bellica &c.* ut Lib. 3. *Legis Longobard.* Tit. VI. de *Heribanno*, apud *Goldastum* l. c. p. 93, ibi *Carolus* Imp. *de Heribanno volumus, ut Missi hoc à modo exactare fideliter debeant, absque ullarum personarum gratia, vel blanditia, sine terrore, secundum Nostram jussionem, id est, de Homine, habente VI libras in auro & argento, bruneis, ferramento, pannis, caballis, bobus, vaccis aut peculiis; ita, ut Uxores aut infantes non fiant exspoliati pro hac re, de eorum vestimentis: sed recipiatur legitimum Haribannum, vel libræ tres. Qui vero non habuerint amplius in suprascripto precio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur, id est, libra una & dimidia. Qui autem non habuerit amplius nisi libras duas: solidi decem; si vero unam libram: solidi quinque; ita ut iterum se valeat præparare ad servitium Dei, & in Nostram utilitatem &c.* Conf. *Lehman*, cit. lib. 2. *Chron. Spirens.* Cap. 44, pag. 189; *Gryphiander*, de *Weichbildis*, Cap. XXV, §. 8, p. 63.

Burgbannum, pro Jurisdictione intra limites Burgorum, Civitatum &c. exercenda; veluti in charta *Ottonis II*, sub dato *Tornburg*, An. 980, 4 Id. Mart. *Gerbirgi* Abbatissæ Gandersheimensi collata, apud *Bodonem*, in Syntagmate de *constructione Cœnobii Gandesiani*, Tom. 2. *Rer. German. Meibomii*, p. 496; Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2, pag. 376, & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersh.* Cap. 14, pag. 107, ubi: *Urbalem Bannum, quem vulgariter Burgban vocant, ante-Prædecessores Nostros, Reges videlicet & Imperatores, ad prædictam Civitatem pertinentem, hac Nostra præceptione noviter confirmamus. Et insuper duos Nostræ dominationis Urbales Bannos, unum in Seburg, & alterum in Grene, in jus præfatæ Ecclesiæ, & Abbatissæ, modo & in futuro ibi præsidentis, à novo concessimus, & illuc, hac nostræ auctoritatis confirmatione, ad integrum tradimus, ea videlicet ratione, ut prædicta Gerbirg, Venerabilis Abbatissa, suæque successores, præscriptorum locorum Bannos sub suo Jure perpetim teneant, nec ullus deinceps Comes, vel Advocatus, aut alia qualibet persona, sine voto aut jussu, super jus nominatæ Gandeshemensis Ecclesiæ Abbatissæ, aut sibi succedentium, potestatem super eosdem Bannos aliquo modo habere præsumat &c.* de Burgbanno *Coloniensium*, vid. Dipl. *Caroli IV.* Imp. An. 1356, apud Dn. *Lunigium*, Con-

Contin. 1. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 116, p. 490.

Bannum sanguinis, Blut-Bann; pro Jurisdictione animadvertendi in facinorosos, eosque coërcendi, vid. *Besoldus* voc. Bann pag. 75; *Speidel* l. c. voc. ead. pag. 92; *Wehner* l. c. voc. ead. pag. 40. Spectat huc charta *Adalberonis*, Sec. X. Metensium Episcopi, apud *Meurissium*, p. 308, notante *Du Fresne* l. c. voc. *Bannum*, pag. m. 464: *Bannum vero eidem loco tali tradimus conditione, ut, si quis super eandem terram fur, vel sanguinis effusor, deprehensus fuerit, per Officiales loci discutiatur &c.* Add. *Hermanni de Lerbeke*, *Chron. Episcoporum Mindensium*, in vita *Brunonis*, XVI Episcopi, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2, pag. 170: *Hic Antistes Gloriosus, An. 1039, ab Henrico III, Regales dignitates, Bannum, id est, quod Wigravius Episcopi potest judicare malfactores, & potest exercere secularia judicia - - - - impetravit &c.* Conf. seq. Tit. XVII, §. 44, lit. d.

Bannum ferinum, Wildbann, de quo seq. Tit. XVIII, §. 10.

Bann-Forst, Sylva privilegiata; vid. Lib. 2. *Speculi Saxon.* Art. 61, verbis mox v. 5. secuturis.

Molæ Bannales, Zwang-Mühlen, Frohn-Mühlen, *da man zu mahlen gehalten ist*. Vid. *Besoldus* l. c. & voc. *Zwang-Mühlen*, pag. 1035. *Schneidewin* ad Instit. Tit. de *Rer. Divis.* §. *Flumina*, 2, v. 15, & §. *Summa autem* I, v. 57 &c. nec non, §. *Possidere*, 5, v. 128, de *Interdictis*; *Wehner*, Observat. Pract. voc. *Mühlen &c.* pag. m 366 &c. In diplomate *Maximiliani I.* Imp. quo, sub dato *Hagenau*, 24 Novembr. An. 1516, *Philippo* Abbati, *Gengenbacensis* Cœnobii, Ordinis *D. Benedicti*, Diœces. Argentorat. Privilegia confirmat, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, Tit. *Gengenbach*, §. 12, pag. 314, habetur: Item, *so hat das Gottes Haus zu Gegenbach ein Frohn-Müllin zu Steinach, da sollen alle Leuth, die in dem Kirchspiehl gesessen seindt, und anderswo nit, als es von Alters her Recht, und Gewohnheit gewesen ist, (mahlen) &c.*

Furni Bannales, Zwang-Ofen, in quibus quis panem coquere tenetur. Vid. *Besoldus* l. c. voc. *Bann*, pag. 75.

Vinum Bannale, *Bann-Wein*; de quo *Wehnerus*, voc. *Bann-Wein*, pag. m. 41: *Olim Principes, & Domini Pagorum, jus habuere, uff Kirchmessen, oder Kirchweyen, in encaniis rusticorum, den Wein, Bier und Getränck, fürzulegen, und auszuschencken; quod & hodie, quibusdam in locis, observatur. Quod jus, non paucis in locis, per conventionem, remissum est Pagis & Villis, hac tamen limitatione, ut quotannis, pro eo, certam pecuniæ summam persolvant, quod Bannwein-Geld, It. Bann- und Schenckwein-Geld, dicitur; qua soluta, ipsi Pagorum Schulteti & Communitas vinum & cerevisiam præbent, ac divendunt &c.* Conf. idem, voc. *Kirchweyh*, pag. m. 315. In Privilegio *Friderici I*, sub dato *Moguntiæ*, An. 1182, 6 Kal. Junii, Civitati *Spirensi* concesso, apud *Lehmannum*, Lib. V. *Chron. Spirens.* Cap 64, p. 530, & Dn. *Lunigium*, Part. special. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, 44 *Absatz*, §. 2, pag. 464: *Nullus unquam Vinum, quod appellatur Banwein, præsumat vendere*, sic *Carolus IV*, in diplomate Civitatis *Vesontinæ* sub dato *Carlestein*, 1364, 2 Non. Martii, apud *Cortrejum*, Tom. 4 *Corporis Juris Publ. inter Privilegia Statuum Imperii* §. 57, pag. 188: *Quod Archi-Episcopus Bisontinus, qui pro tempore fuerit nec alius, qui Justitiam habeat in Civitate prædicta, non possit, nec debeat, Vinum vendere, quod Bannum vocatur exceptis 12 modiis, ad mensuram Bisontinam &c.* Similiter *Maximilianus*, in diplomate ann. 1516, Cœnobio *Gengenbach* scripto, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicileg. Eccles.* Cap. VI, Tit. *Gengenbach*, §. 12. pag. 314: Item, *so hat ein Abt von Gengenbach Recht Bann-Wein zu legen, in dem Kirchspiehl Gengenbach, zu dreyen Zeiten in dem Jahr, die ein diefahet an, an dem Montag nach* S. Martins-*Tag; die andergehet us an dem Sontag zu Nacht vor der Leuth Fast-Nacht; die dritt gehet us, an dem Sontag zu Nacht vor der Creutz-Wochen; und soll in den Bann legen dreyerley Wein, in die Heuser die die Geiß-Hut geben, ohn ihren Schaden, die in den Häusern seindt, und soll man dieselben Leuth sechs oder acht Tage fragen, bey ihrem Ayd, daß es recht Kauff seye: Wer das brichet, und wie dickh er daß brichet, der bessert dem Abt und dem Gottshaus fünff Schilling; und denselben Bann soll der Abbt, noch das Gottes-Haus, nicht verkhauffen. Ist aber, daß ein Abbt nicht Wein hette, so sollen alle Wein-Leuth geben dem Abbt, und dem Gotts-Haus, funff Schilling Pfenning, doch alsso, wann ein Abbt den Bann-Wein zu schenckhen, und zu legen furnimbt, so soll er solches einem Schultheiser, oder seinem Stab-Halter von Raths wegen, vorhin acht Tag verkhinden thuen. So hat auch gleicher Maß das Gottes-Hauß zu Gengenbach Recht in der Statt zu Offenburg, Win-Bann zu legen, als zu Gengenbach, und einen Meyer zu setzen yber daß Wasser, das da heißt die Küntzig, von Schwigenstein untz gan Willstett; in allen dem Recht, alß yber daß Wasser zu Gengenbach &c.*

Aqua Bannalis, *Bann-Wasser*; de qua *Fritschius*, in *Supplemento Speidel-Besoldiano*, voc. *Bann-Wasser*, p. m.

p. m. 19: *Bannwasser dicuntur, welche den Hohen Obrigkeiten zu gehören, und verbannet, das ist, verboten sind, dass Niemand darinnen, ohne Erlaubnüss, fischen darff &c.*

Bann-Pfenning. In cit. Diplomate An. 1182 *Spirensibus* dato: *Liberos statuimus* (Cives Spirenses) *& à solutione nummorum quos vulgo Bann-Pfenning --- appellarunt.*

Bann-Wart, pro custode Territorii. Vid. *Speidel*, voc. *Bann*, p. 92; *Wehner*, voc. *Bannwart*, pag 41, ubi: *Banwarten werden zu Pflichten angenommen, die Forstwäld &c. zu verhüten, und anzuzeigen, und zu rügen alle die, so dieselben mit Holtzhauen, oder sonst anders, denn ihnen erlaubt, oder billig zu thun gebühret, brauchen würden &c.* alibi vocantur *Land-Reuter, Bannschützen, Flurschützen, Feldschützen* &c. Quæ simul ratio, cur Vicariis Imperatoris, seu supremus *Croatiæ* Magistratus, *Banni* titulo insigniatur; quia Territorio *Croatiæ* præest. Vid. *Spelman*, voc. *Bannus*, pag. 62: *Ban Turcis & Hungaris, Præses alicujus Regni; proprie tamen Ungaris Banni sunt peculiares Gubernatores Regnorum, ad Ungariæ coronam antiquitus spectantium, ut Dalmatiæ, Croatiæ, vel Slavoniæ; propterea solent Turci Bannos Ungaricos suis cum Beglerbegis tum comparare, tum exæquare, quod hi quoque Regnis integris præficiantur &c.*

Bannum leugæ, (*Bannileuca, Banleuca, Banleuga*) pro *modo agri, cujus finibus, loci, seu Oppidi, vel Monasterii alicujus, immunitas terminatur.* Hæc *Du Fresne*, voc. *Bannum leugæ* pag. 465 &c. De *Banleuca Coloniensium*, ait *Carolus IV* Imp. in Diplomate, An. 1356, Non. Januar. Norimbergæ, in favorem Privilegiorum Archi-Episcopi Coloniensis, edito, apud Dn. *Lunigium*, l. c. pag. 490: *Concesserimus --- Jus habendi Banleucam, quæ dicitur Banmeile, circum circa Civitatem prædictam, & quod possent in violentias committentes, & delinquentes, & alias circa hoc excedentes ipsam Banleucam animadvertere, & ipsos punire in ipsa Civitate, & extra, infra Banleucam hujusmodi, Civesque suos, & convenientes ad Nundinas, & Forum hujusmodi, ac contrahentes & delinquentes in ipsa Civitate, & infra Banleucam puniri statuere, pœnis & mulctis vallare, & jam facta statuta mutare, & de novo statuere totiens, quotiens voluerint &c.* Conf. aliud Diploma *Friderici* Imp. de An. 1442, d. penult. Mens. Junii, ibid. §. 165, pag. 584; ut & *Maximiliani I*, An. 1495, 10 Mart. ibid. §. 189, p. 623; Vel

(5) Pro *Mulcta*, seu *Pœna*, quam luere cogebantur qui Edicto Regio non parebant. Vid. *Gailius*, de *Pace Publica*, Lib. 2, Cap. I, §. 4, pag. 84, *Du Fresne*, voc. *Bannum*, pag. 461; *Spelman*, voc. ead. pag. 61; *Magerus*, de *Advocatia Armata*, cap. 3. n. 252; *Lehman*, l. c. fol. 188; *Besoldus*, voc. *Bann*, pag. 75; *Wehner*, voc. ead. pag. 40; *Speidel*, voc. ead. pag. 91; *Dietherr*, *Contin. Besold.* voc. ead. pag. 83. Apud *Longobardos* denotabat *pœnam 60 solidorum*, aut *totidem ictuum*; vid. *Speidel* l. c. p. 92; *Gryphiander* l. c. Cap. 58, §. 22, pag. 147; *Limnæus*, ad *Capit. Caroli V*, Art. 22, voc. *In die Acht*, §. 12, pag. 250 &c. In calce Libri Feudorum extat Constitutio *Friderici II* Imp. in qua mentio occurrit *Banni mille marcarum*, ibi: *si de cætero similia attentaverint, ipso jure decernimus esse nulla, & eos sua Jurisdictione privatos, superiori protinus applicanda; nec non locum, ubi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subjacere &c.* In *Speculo Saxonico*, Lib. 3, Art. 64, fol. 174, habetur: *Cum Rex indixerit publicam Expeditionem, vel suam sententionando Illustribus, per sacra programmata, prius per sex ebdomadas declaraverit hanc eis querendam, in Terra Saxoniæ necessitatum est, quod si obmiserint, mulctando puniuntur. Illustres Principi centum talenta mulctam dabunt, qui pheoda habent vexillata; ceteri omnes, decem talenta, pro mulcta dabunt: ---- sexaginta solidi Comiti, sive Advocato, si Bannum a Rege susceperit, pro mulcta præstantur &c.* sic Lib. 2, Art. 61, fol. 115: *Tribus in Saxonia nemoribus, & in eis bestiis existentibus, (exceptis ursis, lupis & vulpibus) pax, per Bannum Imperii, nunciatur; quæ sunt: nemus Koynis, & Magetheyde, atque Hartus; si in istis nemoribus quis bestiam ceperit, Bannum Regis, scil. sexaginta solid. mulctam dabit &c.* German. *Doch sint dry Stede bynnen Sassen, dar den wilden Dyren vrede gewracht is, by Koninges Banne, (sunder Baren, unde Wulven, unde Vossen,) dit hetet Ban-Vorsten; dat eyne, dat is dy Heide thu Koyne; dat andere, de Hart; dat Drüdde, de Maget Heide; we so hir binnen wilt veit, de schal wedden des Koninghes Ban, dat sin sesstich Schillinge &c.* Vel,

(6) Pro *Excommunicatione*; *der Geistliche Bann*; vid. *Wehner*, voc. *Bann*, p. 41; *Spelman*, voc. *Bannum*, p. 62. Vel

(7) Pro *Proscriptione*, seu *Aqua & igne interdi-*

terdictione; ejectione in exilium, quo sensu hoc loco vocabulum accipimus. Germ. *eine Acht,* de cujus vocabuli etymologia, ita Glossator *des Sächsischen Leben-Rechts,* Cap. XII, pag. m. 27: *Und heisst darümb ein Acht, daß dis das Reich achten soll, und mercken, ob der Achter der Sachen schuldig sey, oder nicht? den alßdan so günnet Im das Reich, binnen ein Jar, sich seiner Unschuldt auszuführen &c.* Conf. *Wehner,* voc. *Acht &c.*

(*b*) JUDICIALIS CENSURA &c. Desumta videtur hæc definitio ex *Gailio* de *Pace Publica,* Lib. 2, Cap. I, §. 20, pag. 87, ubi: *Est autem Bannum Imperii, judicialis censura, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita, ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam, recipi, ab omnibus vero impune, tam in persona, quam rebus, offendi possint.* Eandem descriptionem suppeditant: *Besoldus,* Thesaur. Pract. voc. *Bann,* pag. 75; *Dietherr,* in *Continuat. Besold.* voc. ead. pag. 84; *Wehner* Observat. voc. *Acht,* pag. 5; *Speidelius,* voc. *Bann,* pag. 89; *Rudinger,* Centur. I *Observat.* Observ. 7, pag. 543; *Struvius,* de *Vindicta Privata,* Cap. 3, aphoris. 7, §. 1. *Schützius,* Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. 4. §. 8, lit. c, pag. m. 179: *Scharschmidius* ad *Schützium,* Vol. I, Diss. 4, §. 17, lit. A. B, pag. 266. Vocatur autem vel propterea *Judicialis Censura,* quia ad hoc, ut quis *Bannitus* dicatur, sententia declaratoria requiritur. vid. seq. lit. d.

(*c*) VIOLATORIBUS PACIS PUBLICÆ &c. In Banni pœnam incurrere quis potest, vel *committendo* aliquid, vel *omittendo; priori modo,* cum quis v. g. Religionis intuitu, alterum turbet; contra R. J. de An. 1555, §. 15, *Und damit solcher Fried &c.* & §. 16: *Dargegen sollen die Stände &c.* ubi in fine: *Alles bey Fürstlichen Ehren, wahren Worten, und Vermeydung der Pœn in dem aufgerichten Landfrieden begriffen &c.* Conf. *Instrum. Pacis Westphal.* Art. V, §. 1, *Transactio &c.* juncto Art. XVII, §. 4. *Qui vero huic &c.* aliove modo quietem publicam infringat, veluti: Civile bellum excitando; peregrinas Cohortes, propria auctoritate, & in detrimentum Con-Statuum, Imperii finibus obducendo; spreta Justitiæ via ordinaria, rem suam armata manu procurando &c. &c. Vid. *Königl. Landfried zu Worms,* de An. 1495, Tit. 3, *Die Pœn der Friedbrecher &c.* §. *Und ob Jemands &c.* verb: *Und ob Jemands, (in was Würden, oder Stand, der, oder die, wären) wider der eines, oder mehr, so vorgemelt im nächsten Articul gesetzt ist, handeln, oder zu handeln sich unterstehen würden, die sollen mit der That, von Recht, zusamt andern Pœnen, in Unser und des H. Reichs Acht gefallen seyn &c.* Quæ in der *Erklärung des Landfriedens zu Augspurg,* de an. 1500, Tit. 2, *von der Pœn der Uberfahrer dieser Ordnung &c.* pariter ac in *Ordinatione des Landfriedens zu Worms,* de An. 1521, Tit. 2, *die Pœn aller Friedbrecher &c.* §. I, *Und ob Jemands &c.* nec non *in dem Kayserlichen Landfrieden zu Augspurg,* de An. 1548, Art. 3, §. I, *Und ob Jemands &c.* & Part. 2 *der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg,* de An. 1555, Tit. IX, §. 2, *So Jemand &c.* toties repetuntur, & confirmantur. *Posteriori* vero, cum quis v. g. Collectas & tributa Imperio debita solvere recuset; vid. R. J. *Spirens.* An. 1542, §. 102, *würde sich aber Jemand &c.* & cit. *Cammer-Gerichts-Ordnung,* Part. 2, Tit. XX, §. 3, *Item, so Jemand &c.* aut Cameræ Citationibus, Sententiis, Mandatis, Decretis &c. refragetur &c. Vid. eadem *Ordinatio Cameralis,* Part. 2, Tit. IX, §. 2, *So Jemand hohen &c.* & §. 4, *wo aber der, oder die &c.* & Tit. XVIII, §. 1, *Item welcher &c.* & §. 2, *So dan auch &c.* & Tit. XX. §. 2, *Als nemlich für das Erste &c.* & Part. 3, Tit. XLIII, §. 1, *So der Antworter &c.* It. §. 2, *Doch wo der Kläger &c.* & §. 3, *Und so der Antworter &c.* & Tit. XLVI, §. 2, *Wo auch Jemand &c.* Conf. *Struvius,* Diss. de *Banno Secul. & Eccles.* §. 44 & 45. Dn. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. I. Cap. 21, §. 3, pag. 549 &c.

(*d*) AQUA ET IGNI INTERDICITUR &c. Mediante scil. *sententia declaratoria.* Licet enim violator pacis publicæ *ipso Jure,* (ceu præced. lit. c. vidimus,) in Banni pœnam incurrat, nihilominus tamen pro tali non habetur, priusquam *sententia declaratoria* accedat; hoc est, requiritur, ut (1) criminis fractæ pacis publicæ, vel alterius, quod Banni pœnam involvit, accusatus, legitime in Judicium vocetur, (2) ad Litis Contestationem admittatur; (3) essentialia causæ sufficienter expendantur; ubi ante omnia videndum: num revera ejusmodi crimen commissum sit? & quid reus, in sui defensionem, proferat? ne quis inauditus, aut de crimine non convictus, condemnetur; (4) juxta Ordinationem Cameralem, aliasque fundamentales Imperii Leges, secundum Acta & probata, *sententia* feratur *declaratoria,* qua crimen ejus publicum redditur, eique propterea solenni ritu pœna annunciatur, à Legibus jam dictata; quam tandem (5) ipsa executio subsequitur. Vid. *Ordinatio Cameralis Wormatiens.* de An. 1521, Tit. XXVIII, *wie auf die Acht procedirt werden soll &c.* §. *Darneben ist auch bedacht &c.* verb: *Demnach setzen, ordnen und wollen Wir, daß Niemands hinfür, in die Acht erkandt, erklärt, noch für ein Aechter gehalten werde, er sey dann zuvor darzu recht-*

rechtlich citirt &c. ut & *Ordnung des Landfriedens zu Wormbs*, ejusd. anni, Tit. 2, *die Pœn aller Friedbrecher &c.* ubi: *So bald die an Unserm Kayserlichen Cammer-Gericht, oder, durch Unsern Statthalter und Regiment, mit vorgehender Citation und Fürheischung, also in die gemelte Acht gefallen zu seyn, declarirt und erklärt werden &c.* vid. seq. lit. f. nec non *Kayserlicher Landfried zu Augspurg*, de An. 1548. Tit. 3. *die Pœn der Friedbrecher &c.* §. 1. *Und ob Jemandt &c.* It. *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg*, de An. 1555, Part. 2, Tit. IX, *von Personen und Sachen, die, von ihrer Art und Eigenschafft wegen, in Erster Instantz, an das Kayserlich Cammer-Gericht gehörig &c.* §. 2, *So Jemand Hohen &c.* præfertim quæ præced. §. 8, lit. d, v. 29, pag. hunc in finem protuli. Conf. Serenis. Ducum *Megapolitanorum*, *Adolphi Friderici* & *Johannis Alberti*, Apologia, An. 1630, *Lubecæ* edita, pag. 188. ad 201, & pag. 231, ad 246; *Marcus Antonius Peregrinus*, de *Juribus & Privilegiis Fisci*, lib. V, Tit. 1, n. 171 &c. *Gailius*, de *Pace Publica*, Lib. I, Cap. 19, §. 3, pag. 75, & Lib. 2, Cap. 3, §. 15, pag. 95; *Carpzovius*, *Pract. Criminal.* Part. I, Quæst. 36, §. 28 & 29, pag. 214; & Quæst. 41, §. 102, pag. 257; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 1. Cap. 10, §. 29, pag. 211 &c. *Blumius*, de *Processu Camerali*, Tit XXIX, §. 134. pag. m. 180 &c. Dn. *Schweder*, cit. *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. 21, §. 4, pag 551; sexcenti alii; quibus omnino jungas *Libellum Gravaminum Appellationis der Land-Räthe und Deputirten von der Mecklenburgischen Ritter- und Landschafft zum Engern Ausschuß*, contra Sereniss. Ducem Megapolitanum, *Carolum Leopoldum*, de An. 1718, §. 35, pag. 124 &c. in *Fasciculo III. Collectaneorum Mecklenburgicorum*, ejusdem Anni. Estque *Interdictio* hæc, primus Imperialis Banni effectus, ad imitationem instituti Romanorum, qui *mediam Capitis deminutionem* merentibus aqua & igni interdicere solebant, auctoque Imperio, deportare eos in Insulam; arg. §. 2. J. de *Capitis deminutione*; quamvis hodie Bannitos rectius cum *maxima Capitis diminutionis* pœnam luentibus comparaveris, *cum non solum Civitatem, ut deportati, sed etiam omnia humanitatis Jura, officiorumque vicissitudines, & commercia, amittant*; *sint extra protectionem, clientelam, & fidem Imperii; & pro hostibus, transfugis, & rebellibus habeantur*; *quos nemo Urbe, Domo, hospitio, mensave recipere potest*; *quibus tellus pontusque negatur &c.* ceu *Gailius* l. c. Lib. 2, Cap. 1, §. 24 & 25, pag 87, loquitur. Conf. Dn. de *Schütz*, cit. Vol. 2. *Jur. Publ.* Exerc. 4. §. 8. lit. c, pag. 179; *Blumius* l. c. §. 82, pag. 172, & §. 190 & 191, pag. 189; *Multzius*, *Corp. Juris Publici*, Part. 2, Cap. 26, Membr. VI, §. 1, v. 15. p. 837 &c. Add. seq. lit. e.

(e) IN CLIENTELAM RECIPI &c. Hic est alter effectus *Imperialis Banni*, fundatus *in den Königlichen Landfrieden zu Worms*, de An. 1494. Tit. V, *Friedbrecher, und solche Thäter, nicht zu hausen &c.* verb: *Es soll auch solche Thäter und Friedbrecher Niemand hausen, herbergen, ætzen, trancken, enthalten, Fürschub thun, in seiner Oberkeit, Eygenthumb und Gebiethen; sondern dieselben annehmen, und zu ihnen mit Ernst, von Ampts wegen, richten, und, auf männiglichs Klag, Recht, ungesaumt, von ihnen helffen &c.* Quæ, *in der Erklärung des Landfriedens zu Augspurg* de An. 1500, Tit 4, *Ob Jemands der Fried-Brecher heimblicher Zuschub verdacht wäre*; §. 1, *Und nemlich &c.* & Tit. 5: *die Friedbrecher sollen kein Geleyt haben, noch geben &c.* Ut & *in der Ordnung des Landfriedens zu Worms*, de An. 1521, Tit. VII, *Ob Jemands des Friedbrechers heimblichen Zuschubs verdacht wäre*; §. 1, *Und nemblich &c.* & Tit. VIII, *Friedbrecher und Thäter nicht zu hausen*, §. 1. *Es soll auch solche Thäter &c.* nec non, *in der Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg*, de An. 1522, Tit. XI, *So Jemand in der Nach-Eyl &c.* & Tit. XII: *Ob die Thäter in der Nacheyl &c.* & Tit. XIII, *So zu frischer That in der Nacheyl &c.* præsertim, *in dem Landfrieden zu Augspurg*, de An. 1548, Tit. XIV, *wie gegen denen, die des Friedbruchs, oder, daß sie den Friedbrechern heimbliche Zuschub gethan, verdacht sind, gehandelt, und ad purgandum procediret werden soll &c.* §. 1, *Und ob Jemand &c.* & Tit. XVI, *Friedbrecher, und solche Thäter, nicht zu hausen &c.* §. 1. *Es soll auch solche Thäter &c.* æque ac, *in der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg*, de An. 1555, Part. 2, Tit. X, *wie gegen denen, die deß Friedbruchs, oder, daß sie den Friedbrechern heimlich Zuschub gethan, verdacht sind, gehandelt, und ad purgandum procedirt werden soll &c.* §. 1, *Und ob Jemand &c.* & §. 3, *Und wo er deßhalben &c.* passimque alibi, confirmantur. Formulam sententiæ Cameralis, contra ejusmodi Receptatores, puta Universitatem, vel Civitatem aliquam, subministrat *Gailius* de *Pace Publica*, lib. 2, Cap. X, §. 37, pag. 129. Notandum autem, hujusmodi Constitutiones solos Imperii subditos constringere; nemo enim, extra Jurisdictionis suæ limites, peregrinis Civibus Leges præscribere potest; hinc est, quod *Maximilianus I.* Imperator *Leonhardum Loredano*, Venetorum Ducem, eo quod *Veronam* & *Vincentiam* Civitates, *Johanni de Scala*, Ejusque Majoribus, ab Imperatore & Imperio Feudali Lege concessas, occupaverit, proscribendo, apud *Goldastum*, Tom. 2. *Constitutionum Imperial.* pag. 117 &c. solis Imperii Statibus imperaverit, ut *pro Bannito* Eum haberent, verb: *Vobis omnibus & singulis jam memoratis* (i. e. Sacro-Sancti Romani Imperii Electoribus, Principibus Eccle-

Ecclesiasticis & secularibus, Prælatis, Comitibus, Liberis Baronibus, Dominis, Equitibus, Militibus, Capitaneis, Vicedominis, Burggraviis, Castellanis, Præfectis, Quæstoribus, Procuratoribus, Officialibus, Curatoribus, Prætoribus, Scabinis, Consulibus, Senatoribus, Rebuspublicis, Judicibus, Communitatibus, Civibus, aliisque sibi & Imperio subjectis,) *ex plenitudine Romanæ Cæsareæ Majestatis, & vi summi Nobis competentis Imperii, Jurisque & Judiciorum auctoritate, hisce Nostris Imperialibus, severe firmeque præcipimus, volumus & jubemus, ut Ducem illum Venetorum, non alium quam ejusmodi bannitum habeatis, nominetis, reputetis, vitetis, Illum etiam inposterum in Vestris Principatibus, Ducatibus, Regionibus, Provinciis, Districtibus, Territoriis, Civitatibus, Arcibus, Nundinis, Pagis, Villis, Bonis, Domibus, Castris, Receptaculis, nullatenus admittatis, recipiatis, foveatis & occultetis; nec Ipsum ad sodalitatem edendi bibendique, multo minus ad Jura promercalia emptionum, venditionum, Societatum, Commerciorum, Contractuum, Pactorum, Conventionum, Fœderum, aut ullorum aliquorum negotiorum communionem, coitiones, collegia, societatemve; assumatis & adhibeatis; nec tale quid, per vestros quocunque modo vobis subditos fieri concedatis, neque per vos ipsi, neque per alios, clam aut palam, quacunque tandem ratione, prætextu, modove id effectum dari posset, sed ipsius corpus, bona, fortunas, ubicunque terrarum illa solo salove transvehentur & deprehendentur, audacter & libere invadatis, rapiatis, occupetis, detineatis, manuum injectione vobis vindicetis, arrestetis, capiatis, usurpetis, vobis vestroque bono teneatis & possideatis ---- Ne quis autem, hac in re, ullam pœnam, censuram, mulctam, invidiam, damnum, aut quicquid ejus sit, temere & parum constanter, metuat --- decernimus, statuimus & volumus, ex plenitudine absolutæ Nostræ Potestatis Imperialis, ut, quicquid, supra scripto modo, adversus Ducis illius vitam, corpus, bona, & fortuna, deliberatur, constituitur, tractatur, & denique in effectu adimpletur, non censeatur in eo quicquam, à quoquam, contra Nos, & Sacrum Nostrum Imperium, aut ullum alium aliquem, injuste, illegitime, minusve recte factum, sed ab omnibus & singulis hæc omnia audacter, libere, fidenter, secure, absque omni metu, motuque, recto & constanti animo, sine justificatione facti, perfici & fieri posse & debere &c.* Quod si vero Imperator Banni effectum & extra Imperii fines sentiri cupiat, decentes prius literas ad Reges istos, Principesque, in quorum Regnis, & Territoriis bannitum in Imperio, pro tali ibidem habendum desiderat, dare tenetur, *Maximiliani II* exemplo, qui *Grumbachianæ Factionis*, in Bannum declaratæ, memor, in R. J. *Erfurtensi* de An. 1567, §. 37, *Wir wollen auch &c.* ait: *Wir wollen auch, wie dann allbereit theils beschehen, nach Gelegenheit, wie Wirs am besten zu seyn erachten mögen, dieser Achter, und ihres unziemlichen Anhangs halben, etliche zuvor in Unserm Augspurgischen Abschied benamete Könige, als Hispanien, Franckreich, Dennemarck, Polen und Schweden, auch die Gemeine Eydgenossen abermaln, entweder durch Schickung, oder in Schrifften, ersuchen, daß sie denen erklärten Unsern und des Reichs Achtern, und Betrübern Gemeines Friedens, kein Fürschub, Auffenthalt, oder Unterschleiff, in und bey ihren Königreichen, Landen und Leuten, nicht gestatten oder zulassen, auch mit Dienstgeld nicht unterhalten wollen &c.* Sententia proinde *Reinkingii*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Clas. V, Cap. VI, §. 151, pag. m. 618; *quod Imperialis Banni molestia proscriptos ubique comitentur;* non aliter vera est, quam quatenus de Imperii finibus & Jurisdictione, intelligatur. Id autem certum, eos, qui, in Legum injuriam, Bannitos recipiunt, alunt, fovent &c. condignis coërceri pœnis. Vid. *Schwaben-Spiegel*, Cap. 151: *Der Æchter hausset, oder hoffet &c.* apud *Goldastum* P. I. *Reichs-Satzungen*, pag. 63: *Wer den Æchter häusset, oder hoffet, in Stätten, oder uff den Bürgen, oder wo man sie beschirmet, mit Wissen, und ist er 14 Tag in der Acht gewesen, die sind alle in derselben Schulde begriffen, da der Æchter inne ist. Will aber sich deß jemand entschuldigen, daß er es nicht weiß, daß er in der Acht were, der schwert zu den Heiligen, und sey ledig &c.* & *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. 23, fol. m. 141: *Qui recipit alitve proscriptum scienter, hic mulctam præstet. Si vero ignoranter se hoc fecisse juraverit, impunitus erit.* Germ. *We herberget, oder spyset, wetenlike enen Vorvesten Man, he mot darumme wedden. Weit he des aver nicht, he untredet dat Gewedde met syner Unschult &c.* Add. *Erklärung des Landfriedens zu Augspurg*, An. 1500, Tit. 4: *Ob Jemands der Friedbrecher heimblicher Zuschub verdacht wäre &c.* §. 1, *Und nehmlich &c.* nec non cit. *Ordnung des Landfriedens zu Wormbs* An. 1521, Art. V. *von der Pœn der Uberführer dieser Ordnung &c.* & VI: *Wan die Thäter des Friedbruchs nicht offenbahr &c.* præsertim, Art. VIII, *Friedbrecher und Thäter nicht zu hausen &c.* §. 4: *Welche Oberkeit aber hierwieder Jemand enthielte, vergleydte, oder nicht (wie obsteht,) zu Pflichten annehme, so Sie des ermahnet würde, die soll, mit sammt dem Enthaltenen, vergleydten, für einen Friedbrecher, zur Acht und andern Pœnen, procediret und fürgenommen werden &c.* Item: *Erklärung*

klärung des Landfriedens zu Nürnberg de An. 1522, Art. XI, *So Jemand in der Nacheyl &c.* & XII, *Ob die Thäter in der Nacheyl &c.* & XIII, *So zu frischer That &c.* Ut & *Kayserlicher Landfried zu Augspurg* de An. 1548, Art. XVI, *Friedbrecher und solche Thäter nicht zu hausen &c.* §. 4, *welche Obrigkeit aber &c. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg*, de An. 1555, Part. 2, Tit. X: *Wie gegen denen, die des Friedbruchs, oder, daß sie den Friedbrechern heimlich Zuschub gethan, verdacht sind, gehandelt, und ad purgandum procedirt werden soll &c.* §. 1, *Und ob Jemand &c.* Conf. *Gailius* de *Pace Publica*, lib. 2, Cap. X, tot. pag. 123 &c. *Speidelius*, voc. *Bann*, pag. 90; *Diether Contin. Besold.* voc. ead. pag. 84. Notandum tamen, regulam hanc suas pati exceptiones, darique personas, quibus vel nulla, vel minimum non ordinaria pœna, ob susceptos Bannitos infligitur, quo titulo veniunt (1) Juramento se purgantes, se non dolose, sed ignoranter, proscriptum suscepisse; vid. *Gailius*, l. c. §. 6 &c. pag. 124; (2) *Parentes*, qui liberos bannitos, vel contra, recipiunt; ob naturalem affectionem, sanguinisque Jura, quæ nullo casu adverso immutentur. Vid. *Gailius* l. c. §. 19, pag. 125; (3) *Uxor*, maritum bannitum fovens, vel contra; ob matrimonii vinculum, quod nec aquæ nec ignis interdictione solvitur; vid. *Gailius* l. c. §. 16 &c. pag. 125. (4) *Consanguinei*; ob sanguinis necessitudinem, qua sibi invicem tenentur; vid. *Gailius* l. c. §. 25, pag. 126; (5) *Vi metuque coacti*; quia à dolo malo immunes sunt; Vid. idem, l. c. §. 33, p. 128 &c. (6) *Privilegio bannitos impune suscipiendi gaudentes*; cujusmodi acceperunt:

An. 1376, sub dato *Franckfurth auff dem Mayn*; *an S. Johannis-Tag des H. Tauffers*; *Francofurtum ad Mœnum*, à CAROLO IV; vid. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. IV, *Erster Theil*, XIV *Absatz*, Tit. *Franckfurth am Mayn*, §. 70, pag. 592; ibi: *Wer es Sache, daß jemands --- in Unser und des H. Reichs Acht gethan were, oder würde, nach Unsers Hoff-Gerichts Ausweisunge, also, daß man des, oder der, Leib und Guth, wo man die angewönne, mit Gericht, oder ohne Gericht, angreiffen möchte, und alle diejene, die den zulegten Gerichte versagten, sie husete, oder hielten, daß dieselben, und alle, die solche vorgenante zwene Jährlichen Märckte suchen, oder suchen werden, ihr Leib und Guth, in Unserm und des Reichs Schirm, Fried und Geleit, seyn bleiben und seyn sollen, nun und hernach ewiglichen, in der vorgenanten Unser und des Reichs Statt zu Franckfurth, als weit Ihr Gericht gehet, eine Meile Wegs umb Franckfurth, in denselben zwey Messen, acht Tag vor der Messe, und 8 Tag nach der Messe; also, daß ihn dasselbe Unser Hoff-Gerichte, noch keinerley ander Gerichte, noch Geboth, noch Brieffe, noch Achte, noch Bann, noch Kummer, von Uns, noch Unsern Nachkommen, noch Jemand anders, keinerley Schaden, noch Hinderfall, bringen soll &c.*

An. 1396, sub dato *Prage, an Sand Symon und Judas Tage*; *Ravenspurgum*, à WENCESLAO Imp. apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, XXXVIII *Absatz*, Tit. *Ravenspurg*, §. XIX, pag. 218, verb: *Daß Sie alle und igliche Echtere, in was Gerichte die geecht worden sein, in Ire Stat ufnemen, die empfahen und enthalten mögen, und auch allerley Gemeinschafft mit In haben; und sollen auch damit gegen Uns und das Reiche, noch sust gen Nymand, getan noch gefrevelt haben --- also doch bescheidentlich, daß sie einem iglichem Kläger, der do zu solchen Echtern, vor In, in Irer Stat, Rechts fordert, eines vollkomen und unverzogen Rechten beholffen sein sollen &c.*

An. 1398, Marchiones *Badenses*, ab Eodem. Vid. præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 13, lit. d, v. 6, pag. 658.

An. 1400, sub dato *Prage, an Sant Sigmunden Tage*; *Lindavienses*, ab Eodem, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, XXIX *Absatz*, Tit. *Lindau*, §. XI, pag. 1305, ibi: *Daß Sie alle und igliche Echter, wie man die nennet, die heimlich oder offenbahre Echter sind; und von welchen Gerichten, oder von welcherley Sachen, die in Acht kommen und gebracht sind; Sie weren In verkündiget, oder nicht; uffnemen, enthalten, husen und hofen, und alle Gemeinschafft mit In haben mügen, als mit andern Lüten ---- doch also, und nemlichen, daß Sie einen iglichen Kläger, der zu solchen Echtern, einen oder mehr, ichtes zu sprechen hette, und Rechtes von In begerte, eines vollkumen, unverzogen Rechten zu In, sullen sein beholffen, als Recht und billig ist &c.* Confirmatio Friderici III. An. 1452, habetur ibid. §. 18, pag. 1312.

An. 1401, sub dato *Augspurg, uf Unser Frawen Abendt, als Sye zu Himmel fuhr, Assumptio zu Latein*: Civitas *Biberacensis*, à RUPERTO Imp. apud Dn. *Lunigium* l. c. 4 *Absatz*, Tit. *Biberach*, §. 18, pag. 190: *Auch thun Wür In die besunder Gnade, wann nu fürbaß mehr, von dem Hoff-Gericht zu Rothwile, oder von anderen Gerichten, oder von Unserem Hoff-Gericht, Aechter verboten, oder verkhündet werdent, und die Aechter in die Statt kemmen, kemen dan die Cleger auch, und Rechts von den Aechtern begehrten, oder hieschen, daß dann die vorigen von Biberach den Clägern, nach ihren Clagen, und nach Ihrer Statt Gewonheit, und Recht, sollen zum Rechten helffen ---- keme aber Nymand, der zu solchen Aechteren clagen wolte, so mögen Sye*

dann

dann solich Aechter wohl enthalten, unentgolten derselben Gerichte &c.

An. eod. sub dato *Augspurg, uff den negsten Sontag vor Unser Frawen Tag, als Sie zue Himmel fuhere, Assumptio zu Latein; Pfullendorfenses,* ab Eodem; apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, XXXVII *Absatz*, Tit. *Pfullendorff*, §. 3, pag. 204: *Daß Sie offen, und verschriben Aechter mögen und sollen husen, hofen, und alle Gemeinschafft mit Ihnen haben; als were, daß Jemandt derselben Aechter einen, oder mehr, vill oder wenig, in Ihre Statt anfübele, und deß Rechten ahn ihn suchen, oder muethen würden, dem sol man zue den ehegenanten Aechteren Rechts helffen, und unverziglich widerfahren lassen, für die Amman in der ehegenanten Statt, als Recht und Gewonheit ist &c.*

An. 1402, sub dato *Nürnberg, auff Mitwocht nach S. Michels, deß H. Ertz-Engels-Tag*; *Uberlingenses,* ab Eodem; ap. Dn. *Lunigium*, l. c. XLV *Absatz*, Tit. *Uberlingen*, §. 2, pag. 541: *Daß Sie alle und jegliche Echter, wie man die nennet, die heimlich oder offenbar Echter seindt, sie weren Ihn verkündiget, oder nicht, aufnemen, enthalten, husen und hoffen, und alle Gemeinschafft mit Ihn haben mögen, als mit anderen Leuthen - - - doch also vornehmmlichen, daß sie einen jeglichen Cläger, der zu solchen Echter einem, oder mehrere, ichtes zu sprechen hätte, und Rechts von Ihn begehret, eines vollkomnen Rechtes zu In unverzogenlich beholffen sein sollen; als Recht und billich ist &c.*

An. 1415, Comites, nunc Duces, *Würtenbergici,* à SIGISMUNDO Imperatore; confirmatum biennio post, *die Nicolai*; pariter ac An. 1454, à *Friderico III*, & An. 1530, à *Carolo V.* Vid. Dn. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. XXI, §. 6, p. 553.

An. 1431, sub dato *Nüremberg, am nechsten Mittwochen vor Sant Gregorii Tag*; *Eslingenses,* ab Eodem, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, XIII *Absatz*, Tit. *Eslingen*, §. XX, pag. 505; eadem fere formula, ac de *Biberacensibus*, an. 1401, dictum.

Unserm und des Reichs Gnad und Schirm, wollen sie auch, als Lrer des Frieds, in ihrer Wiederwärtigkeit, nit versprechen, oder vertheidigen, in keine Weg &c. Unde contrarium plane eruendum. (3) Non esse quæstionem, quam Jurisdictionem Curia Romana in Clericos sibi tribuat? sed quæ de Jure ei sit vindicanda? (4) Pristinos Cæsares multa, in Ecclesiæ favorem, immoderata liberalitate, quam pro pietate venditarunt, decrevisse, & sibi & posteritati, non parum detrimentosa. Multa iterum abiisse in desuetudinem. Multa etiam respicere duntaxat causas Ecclesiasticas. Ut & meam mentem hic declarem, fateri cogor, non parum distare nostra à temporibus pristinis. Præcedente Tit. 2, §. 8. lit. a, demonstravi abunde, quæ Imperatoribus Regibusque, circa res Ecclesiasticas, magna quondam fuerit auctoritas & potentia; in primis huc spectant, quæ v. 94 & 95, *de Jurisdictione Summi Magistratus Civilis in Clericos, tam in Civilibus, quam criminalibus*, in medium protuli, variis thesin præjudiciis firmando, addendoque v. 96, assertionis fundamenta, tam ex naturali æquitate, quam Juris Gentium principiis, deducta: quibus, v. 97, consensum Ecclesiæ Patrum v. 98, consensum, ipsorummet Pontificum Romanorum, & v. 99, assensum aliorum magnæ æstimationis Virorum, subjunxi. Enim vero, cum alia longe rerum modernarum facies sit, ex quo Romano Præsuli jus in alienas messes mittendæ falcis, connivendo partim, partimque intervenientibus Clericorum calliditate & versutis artibus, vel etiam coacte, datum, vix aliud affirmari fas esse, videtur, quam, licere quidem Imperatori & Imperio in facinorosum Clerum Banni tela vibrare, ast, non nisi quoad privationem Regalium, Terrarum, & privilegiorum, quibus virtute Regni gaudent, nec simul quoad corpus, consequenter, vitæ necisque periculum ipsis irrogari haut posse, cum, quoad personam & infligendas ob delicta, corporales pœnas, soli Foro Ecclesiastico subjiciantur; quo faciat R. J. *Norimbergens.* An. 1543. §. 28, verb: *Wo sie Weltlich wären, alsbald in der Kayserl. Majest. und des H. Reichs Acht, mit der That gefallen seyn; und, wo sie Geistliche Personen wären, alle und jede ihre Privilegia, Freyheiten, Schutz, und Schirm, die sie von Kayserl. Maj. deren Vorfahren, und dem H. Reich, haben, dadurch verwürckt, deren privirt und entsetzt seyn - - - - solten &c.* (Conf. sententia in Electorem Coloniensem An. 1706, 29 April. lata, præced. §. 8, lit. d, v. 23, pag. 541.) hincque nec eorum proscriptionem *sub dio* fieri, sed in Consistorio duntaxat, Judice pro Tribunali sedente, uno ore perhibent, *Gailius*, de *Pace Publica*, Lib. I, Cap. I, §. 13 & 14, pag. m. 4: & Lib. 2. Cap. 4, §. 10, pag. 100, (ubi formula sententiæ adversus Abbatem quendam pronunciatæ.) *Mynsinger*, Centur. V, *Observat.* 58. §. 4. 5 & 6, pag. m. 371; *Blumius*, de *Processu Camerali*, Tit. XXIX, §. 86, pag. m. 172, & §. 111, ad 115, pag. 176 & 177, & §. 184, pag. 188; *Stephani*, de *Jurisdictione*, lib. I, c. 1, §. 85; *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanor.* Cap. 3, Sect. XI, §. 18 & seqq. pag. 85, & quos Dn. *Thulemarius*, de *Octoviratu*, Cap. XIX, §. 9, p. m. 284 &c. hoc titulo commendat. Salvis tamen Imperii Constitutionibus, nondum video, quod Cæsari & Imperio omni casu adempta sit potestas animadvertendi in facinorosos Clericos, pœna corporis afflictiva, aut, ultimo supplicio; demus, circa *fractam pacem publicam*, certi quid, quoad Clerum, statutum esse; ast hoc, ad omnia L. M. genera, v. g. *Perduellionis*, *Regicidii*, *Proditionis Patriæ*, aliaque hujusmodi crimina capitalia, perperam trahitur. *Si les crimes, dont les Ecclesiastiques sont accusés, se trouvent si atroces, qu'ils meritent des peines plus sevères, que la Jurisdiction Ecclesiastique ne peut ordonner, c'est alors que les Officiers du Roy en peuvent prendre la connoissance: ce qui est conforme à l'Epitre, que les mille Evêques, qui assisterent au Concile de Chalcedoine, contre Ælurus, Evêque d'Alexandrie, qui étoit accusé de plusieurs grands crimes, écrivirent à l'Empereur, qui finissoit par ces mots: Ælurus Vestram Justitiam solummodo debet experiri, quoniam, ad magnitudinem commissorum ejus, potestas Ecclesiastica non sufficit. C'est proprement ce que nous appellons en France, cas privilegiés; c'est à dire, des crimes, qui sont aggravés par des circonstances extraordinaires, Ut: furtum vi factum; libido contra naturam; adulterium; homicidium, & tels autres forfaits, que personne ne commet, nisi sponte, & qui, pour leur énormité, doivent plûtot attendre la rigueur des Loix politiques, que la douceur des Canons de l'Eglise &c.* recte scribit *Bret*, de *la Souveraineté du Roy*, Lib I, Cap 12, pag. 68; quæ apprime & ad Imperium applicari possunt; præsertim, cum (1) nulla extet Constitutio prohibitoria, (2) Rationes, præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 96, pro Imperatore & Regibus, allatæ, adhuc validæ sint, donec contrarium probetur; (3) Clerici Protestantes, in ejusmodi casibus, à Jurisdictione Imperatoris & Imperii non eximantur, (4) Romano-Catholici non majori privilegio gaudeant, salva ipsorum vita, ejusmodi criminibus se polluendi, ob quæ capitis pœna Protestantibus, imo toti utriusque Religionis Laicorum Ordini, irrogatur; (5) nemo puniatur qua Clericus, sed qua maleficus; (6) Religio, seu Status Ecclesiasticus, Leges conser-

vandæ quietis publicæ, proinde & pœnas facinorosis præscriptas, ludibrio exponere non possit; (7) Tot extent præjudicia, summos Seculi Principes hanc Majestatis partem præcipuam nunquam non, occasione data, exercuisse. vid. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 94 & 95. Alia quæstio est: *Utrum consultum sit, ante executionem sententiæ, in hujus furfuris Clericos latæ, eos, à sacro Cœtu ejici?* quam, ob scandalum, hoc modo declinandum, facile affirmaverim.

11. Terribilis (*a*) est illa Banni proclamatio, quæ olim (*b*) usitata fuit, ubi, inter cætera, verba ita habebant: *Wir theilen Deine Wirthin zu einer Wissenhafften Wittwen; und Deine Kinder zu ehehafftigen Waysen; Deine Leben, dem Herren, von deme sie zu Leben rühren; Dein Erb und Eigen, deinen Kindern; Deinen Leib, und Dein Fleisch, den Thieren in den Wäldern, den Vögeln in den Lüfften, und den Fischen in den Wagen* (i. e. *Wassern.*) *Wir erlauben Dich auch Männiglichen auf allen Strassen; und wo ein jeglich Mann Fried und Gleith hat, da solt Du keines haben; und Wir weisen Dich die vier Strassen der Welt, in dem Nahmen des Teuffels.* Goldast. T. I. *der Reichs-Satzung*, pag. 238.

NOTÆ.

(*a*) TERRIBILIS &c. Locum parallelum suppeditat *Limnæus*, ad *Capitulationem Caroli V*, Art. XXII, voc. *Erklärt werden*, p. 251.

(*b*) OLIM &c. Teste *der Ordnung des Kampff-Rechts am Land-Gericht zu Francken*, §. 13, apud *Goldastum*, loco a Dn. Auctore indicato; verbis quæ immediate præcedunt, sic se habentibus: *So erkennen die Ritter*, (provocato scil. solenniter se non sistente) *daß mein Herr* (Judex) *von dem Stuel tretten, und sich gen* Orient *stellen soll, und dan den Antworter* (Reum seu provocatum) *in die Acht sprechen, mit den Worten, die dann zu der Acht gehören, als meines Herrn Gnad wol weiß, und die hernach geschrieben stehet: N. als dich N. nach Kampff-Recht, und Franckhen-Recht, geheischen und gefordert hat, und Wir Dir darum geschriben, und Rechts-Tage gesatzt haben, alsdann mit Urtheil ertheilt ward, daß Du alles verschmehet hast; und, uff solche Forderung, aussen blieben, und Unserm Gebott widerseffig und ungehorsam gewesen, und noch bist, das urtheilen Wir, und achten Dich, und nehmen Dich von Uns, aus allen Rechten, und setzen Dich in alles Unrecht, und Wir theilen deine Wirthin &c* post vocem ultimam, *Teuffels*, additur: *bey den Eyden in der Sach.* Paululum mitior fuit sententia banni, *in der Ordnung des Kampff-Gerichts des Burggraffthumbs zu Nürnberg*, §. 27, apud *Goldastum* l. c. Tom. 2, pag. 87; *Limnæum* Tom. IV Addit. ad Lib. V, Cap. VII, pag. 754; & *Fabrum* T. XXXI *der Staats-Cantzley*, Cap. 3, lit. H, pag. 178: *Ich nimb Hansen E. und Recht, Augen und Lehen, und setze das Aigen in des Reichs Cammer, und das Lehen, den Herrn, Herren, von dem, oder den, sie zu Lehen rühren. Ich verkünde auch sein Weib zu einer Wittwen, seine Kindt zu Waisen, und theil sein Leib frey den Vögeln in den Lüfften, den Thieren in den Felden, den Fischen in den Wagen, und setz ihn, von allen Rechten, in das Unrecht, und ich nimb ihn aus dem Friede, und setz Ihn in den Unfried, gen allermänniglich, und ich sprich Ihn hiemit offenbahrlich in die Kampff-Acht, wie Recht ist, und erlaub ihn allermänniglich, das Niemand an Ihn gefrevelt hab, der Ihn angreifft, von Klag wegen Cuntzen, der das kämpfflich auf Ihn erklagt, und erlangt hat, als recht ist, darumb daß er an das H. Rom. Reich gerathen, und das nit verantwort, noch versprochen hat, als Recht ist &c.*

12. Cum itaque declaratio in bannum esset res tanti momenti, & Electores, contra dispositionem (*a*) Instrumenti Pacis, sibi solis eam cum Cæsare communem facerent, in Capitulatione, (vid. Capit. Leopoldi Art. XXVIII) Principes, & reliqui Status Imperii contra protestati sunt, (*b*) & hunc Articulum, secundum dispositionem Instrumenti Pacis, ad omnium Statuum consensum merito restringi voluerunt; (*c*)

NOTÆ.

(*a*) CONTRA DISPOSITIONEM &c. In Instrumento Pacis, circa declarationem in Bannum, nihil certi definitum fuit, negotio ad proxime futura Comitia remisso. Vid. præced. §. 8. lit. d, v. 14, pag. 534. Conf. tamen ibid. v. 16, p. 535.

(*b*) PROTESTATI SUNT &c. Tempore con-

condendæ Capitulationis *Ferdinandi IV*, An. 1653, Principes & reliquos Status jam mutationem urfisse, cit. præced. §. 8, lit. d, v. 15, pag. 534. notavi. De repetitis eorum Monitis, an. 1657, ubi Capitulatio *Leopoldina* esset concipienda, vid. ibid. v.16, pag 535. pariter ac An. 1707. occasione in bannum declaratorum Coloniensis & Bavariæ Electorum; ibid. v. 25, p. 547. Annoque 1708, cum *Superior Palatinatus* in Electorem Palatinum, & *Landgraviatus Leuchtenbergicus* in Principem Lambergium, transferrentur; ibid. v.27, p.549.

(*c*) VOLUERUNT &c. Idque obtinuerunt, An.1711; vid. ibid. v.29, p. 551.

(*d*) Coronidis loco addendum:

(1) Bannum dividi in *Simplex*, (quod & *primum*, & *Annale* audit,) *in die Acht*; & *Rebannum*, sive *Reiteratum*, *in die Aberacht*, (abusive *Oberacht*, in *Capitul. Carolina*, An. 1711, Art. XX.) *Wan einer vorhero schon Jahr und Tag in der Acht gewesen.* Vid. *Gryphiander*, de *Weichbildis*, Cap.68, §.7 & 8, pag.172; *Speidelii Speculum*, voc. *Bann*, pag. 92; *Rudinger*, *Observat.* Centur. I, *Observat.* 53. pag.m. 576; *Dietherr*, *Continuat. Thesauri Besoldiani*, voc. *Bann*, pag. 83. *Limnæus*, ad Capitul. *Caroli V*, Art. XXII, voc. *Ober-Acht*, §. 14, pag. 250; reliqui omnes, qui de *Banno* scripserunt. Fundatur distinctio hæc, *in der Ordnung des Cammer-Gerichts zu Wormbs*, de An. 1495, Tit. XIX, *von des Antworters Ungehorsamb &c.* ibi: *Zu der Acht, und Aber-Acht &c.* pariter ac *in der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Costentz* de An. 1507, Tit. XVI, *Wie gesprochene Urtheil exequirt werden sollen &c.* §. 1, *Nachdem bißher &c.* & §. 2, *Wosich aber begebe &c.* nec non, *in der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Worms* de An. 1521, Tit. XXVIII, *Wie auf die Acht procedirt werden soll &c.* passimque alibi;

(2) In *Imperiale*, (quod & *Universale* vocatur,) *in die Reichs-Acht*, quæ dictio *im Königlichen Landfrieden zu Worms*, de An. 1495, Ar 3, *Pœn der Friedbrecher &c* It. *in der Ordnung des Landfriedens zu Worms*, An. 1521, Tit. 2, *die Pœn aller Friedbrecher &c.* ut & R. J. *Norimberg.* An. 1543, §. 28, *Und dieweil nun &c.* nec non *im Kayserlichen Landfrieden zu Augspurg*, An. 1548, Art. 3, *die Pœn der Friedbrecher*, §. 1, *Und ob Jemands &c.* & multis locis aliis occurrit; Conf. *Sächsisch Land-Recht*, Lib. I, Art. 38, princ. pag. m. 36. Quandoque tribuitur ei nomen *Kœnigs-Acht*, veluti, *Land-Recht*, Lib. 3, Art. 34, pag. 149; & Art. 63, p. 173, &c. *Weichbild*, Art. V, pag. m. 9; nonnunquam *Ober-Acht* vid. *Land-Recht* Lib. 3, Art.34, pag. 149; & *Gloss.* ad Lib. I, Art. 38, pag. m. 36; aliquando *Mord-Acht*, forsan, quod ejusmodi bannitus impune a quolibet occidi queat; (quod banni genus in Provinciis quoque, a Territorialibus Dominis, infligi potest; teste Dn. *Nitzschio*, ad *Capitul. Josephi*, Art. 27, §.9, v.53 &c. pag. 489.) Atque *Provinciale*; de quo discrimine, ita, *Land-Recht* Lib. 3, Art. XXIV, pag. m. 141: *We in deme Hogesten Gerichte vorvestet wert, de is in alle den Gerichten vorvestet, de in dat Gerichte horet. We aver in deme Nedderen Gerichte vorvestet is, de en is in deme Hoghesten nicht vorvestet, he en werde denne dar redeliken ingebracht.* Textus Latin. sic se habet: *Qui in Superiori Judicio proscribitur, in omnibus Jurisdictionibus inferioribus, ad hoc pertinentibus, est proscriptus. Qui autem in inferiori proscribitur, in superiori Jurisdictione non censetur proscriptus, nisi in eo justo modo proscribatur &c.* Horum auctoritate, inquit *Conradus Lagus*, in *Compendio Juris Civilis*, Lib. 2, Tit. 8, vers. *Es ist aber die Acht zweyerley, Unter-Acht und Ober-Acht. Dann wann einer von dem Richter, der unter dem Kayser, oder König, gesessen, geächtet wird, so ist er nicht weiter geächtet, dann desselben Richters Gebiet gehet: hierumb so heißt auch desselben Acht ein Unter-Acht. Wer aber von dem Kayser, oder Könige, geächtet wird, der ist an allen Orten des Reichs geächtet, und mag, als ein erklärter Missethäter, weder behauset, noch geherberget werden. Darumb dann des Kaysers und des Reichs-Acht, die Ober-Acht genennet wird &c.* Hinc sua *Rudinger*, l. c. & *Limnæus* l. c. Recte Ill. Baro de *Lyncker*, ad Art. XXVII *Capitulat. Josephinæ* pag. m 65, voc. *In Bannum & Rebannum*: *Non recte Ober-Acht dicitur; nisi quod si Provinciale Bannum cum Imperiali conferatur, huic nomen, der Ober-Acht, Reichs-Acht, tribui possit &c.* Conf. præced. §.9, lit. g. ut & Dn. *Struvius*, de *Banno Seculari & Eccles.* §. 63. *Carpzovius*, *Pract. Crimin.* Part. 3, Quæst. 140, §. 17 & 18, pag. 328; & §. 30, p. 329. *Wehner* Observ. voc. *Acht*; *Dietherr*, l. c. *Scharschmidt* ad *Schützium*, Vol. I, Exerc. 4, §. 17, pag. 267.

(3) In *Bannum Delicti*, & *Conventionis*, seu *willkührliche Acht.* Vid. *Meichsner*, *Decis. Cameral.* T. 3, Decis. 17. *Scharschmidt* l. c. sive,

(4) In *Bannum Fractæ Pacis*; & *Contumaciæ*; quorum alterum, ob violatam Pacem publicam, & alterum, inobedientiæ intuitu, infligitur. Vid. *Gailius*, de *Pace publica*, Lib. 2, Cap. V, §. 1 & 2 &c. pag. 103; *Carpzovius* l. c. §. 22 & seqq. pag. 329.

329. Conf. tamen, quæ, de *Banno Contumaciæ*, ex *Capitulatione Carolina*, An. 1711, præc. §. 8, lit. d. v. 29, annotavi.

(5) *Pœnam Banni*, cum *Pœna Fractæ Pacis*, non esse confundendam; cum inter se differant, ut genus & species. *Pacifragi* sane severius puniuntur *Bannitis*. Faciunt huc *der Königl. Landfrieden zu Worms*, An. 1495, Tit. 3, *die Pœn der Friedbrecher &c.* verb: *Die* (Pacifragi) *sollen mit der That, von Recht*, NB. *zusampt andern Pœnen, in Unser und des H. Reichs Acht gefallen seyn &c.* nec non *Erklärung des Landfriedens zu Augspurg*, de An. 1500, Tit. 2, *von der Pœn der Uberfahrer dieser Ordnung &c.* ibi: *In Pœn des Friedbruchs gefallen, und daß alsdann gegen denselben, mit* Denunciation, Execution, *und Einbringung solcher Pœn, und anderer Straff ---- strenglich, unabläßig, procedirt werden soll &c.* & Tit. 4: *Ob Jemands der Friedbrecher heimblicher Zuschub verdacht wäre &c.* §. 1, *Und nemblich*, in fin. *durch solch ihr Wiedersetzen, und Ungehorsamb, in die Acht*, NB. *und Verbrechung des Landfriedens, gefallen seyn &c.* & *Ordnung des Landfriedens zu Worms*, An 1521, Tit. 2, *die Pœn aller Friedbrecher*, §. *Und ob Jemands &c.* & Tit. 3: *Wie der Landfried zu halten gebotten und verpœnet ist &c.* ibi: *Und darauf befehlen Wir allen und jeden Churfürsten, Fürsten ---- bey den Pflichten, Eyden, und Gehorsamb, so sie Uns und dem H. Reich gethan, und zu thun schuldig sind, und darzu bey einer Pœn nemlich zwey tausend Marck feines Golds, halb in Unser Kayserl. Cammer, und den andern halben Theil den Beschädigten, unabläßlich zu bezahlen, und darzu bey Verliehrung aller und jeglicher Freyheit, und Recht, so Ihr jeder von Uns, und dem H. Reich hat, daß sie solchen Frieden mit Ernst, und treuem Fleiß, halten, und, wie vorgeschrieben steht, handhaben &c.* Quæ omnia *im Kayserlichen Landfrieden zu Augspurg*, An. 1548, Tit. 2, *wie der Landfried zu halten gebetten und verpœnt ist &c.* repetuntur. Conf. ibid. Tit. 4, *von Execution der Acht &c.* verb: *gegen die Land-Fried-Brecher, und Uberfahrer dieser Ordnung, die Kayserliche Acht, und andere Pœnen und Straff, (so sie ordentlicher Weiß, darinn gefallen zu seyn, mit Recht erkennt und erklärt werden) zu exequiren &c.* & Tit. VII, *von Pœn der Uberfahrer dieser Ordnung &c.* ubi rursus: *In die Pœn des Friedbruchs --- und anderer Straff &c.* & Tit. VIII, *von Mandaten des Cammer-Gerichts wieder die Friedbrecher &c.* §. 2. *Wo aber der &c.* verb: *In die Acht, und andere Pœn des Land-Friedens &c.* Sic & *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg*, An. 1555, Part. 2, Tit. IX, *Von Persohnen und Sachen, die, von ihrer Art und Eigenschafft wegen --- in Erster Instantz, an das Kayserl. Cammer-Gericht gehörig &c.* §. 2. *So Jemand &c.* ibi, *der, oder dieselbe, sollen mit der That, von Recht, in die Pœn des Friedbruchs, sonderlich in der Kayserl. Maj. Unser und des Reichs Acht, samt andern Pœnen, gefallen seyn &c.* & iterum, §. 4, *Wo aber der, oder die &c. in die Acht und andere Pœn des Land-Friedens &c.* & Tit. X, *Wie gegen denen, die des Friedbruchs ---- verdacht sind, gehandelt ---- werden soll?* §. 2. *Würde sich aber &c. Solcher That halben, in die Acht, und Pœn des Land-Friedens gefallen zu seyn, zu erklären &c.* alia loca plura ut taceam, perspicue docentia, aliam esse *Pœnam Banni*, & aliam *Fractæ Pacis*. Quæ differentia quoque in sententiis Cameralibus conspicitur, teste Formula, apud *Gailium*, de *Pace Publica*, lib. 2, Cap. X, §. 37, pag. 129, verb: *In die Pœn und Straff angezogener Rechten, Ordnungen und Land-Friedens, und sonderlich in der Rœm. Kayserl. Maj. und des H. Reichs Acht, erkennt &c.* Triplicem facit Fractæ Pacis pœnam *Blumius*, de *Processu Cameral.* Tit. XXIX, §. 77, pag. m. 171; scribendo: *Pœna fractæ Pacis autem est triplex, videlicet: Bannum Imperiale; Pœna 2000 Marcarum auri puri; & pœna Reformation. Regiæ Landfr.* 1548, *Art. die Pœn*, 3. *junct. Art. seq. in princ. & Art. ult.* §. *Und gebieten*, 3. *Ex quo patet, Pœnam fractæ Pacis, atque Bannum Imperiale, differre ut genus & species, quæ à nonnullis sæpe confunduntur. Deinde, Bannum Imperiale multo antiquius est Constitutione Pacis Publicæ; & denique, non solummodo ob fractam Pacem publicam, sed quoque ob alias multas causas --- infligitur &c.* §. 103, pag. 174, annectit: *Redeo ad Pœnas fractæ Pacis, quas, præter Bannum, & pœnam 2000 Marcarum auri puri, (quæ hodie efficiunt 192000 Imperial.) etiam Pœnas Regiæ Reformationis, scil. à Friderico III, An. 1442 promulgatæ, esse, præced.* §. 77 *dixi. Eæ Pœnæ vero sunt, quod Pacifragus, contra honorem (i. e. Magistratum) & jus, egisse dicatur, in Cæsaream atque Imperii indignationem, ac insuper in pœnam centum Marcarum auri puri (quæ hodie faciunt 9600 Imperialium) incidat. Hanc pœnam vero solvere non potens, eam in corpore luat. R. 1442, Art. ult.* §. *fin.* verb: *Der, oder dieselbe (sc. Pacifragi) sollen wieder Ehr, und Recht, gethan haben, auch in Unser und des Reichs schwäre Ungnade, und dazu in Pœn, nemblich 100 Marck lötigs Goldes, halb in Unser und des Reichs-Cammer, und halb dem Kläger, oder Beschädigten, unabläßig zu bezahlen, verfallen seyn.* Wel-

Welche auch die wären, die solche Pœn an Gold, oder Geld, nicht zu bezahlen hätten, die sollen ihre Misse-that an ihren Leibern erarnen, und sollen nach Reichs-Recht gerichtet werden &c. Verba : *Unsere und des Reichs schwäre Ungnade* ; involvere, quod bannitus pro hoste Imperii posthac habeatur ; docet idem l. c. §. 104, p. 174. Quid, per : *und andere Pœnen*, scil. *Juris communis*, intelligatur ? exponit idem l. c. §. 105.

(13) Quinto, Jus confirmandi Ordinationem Judicii Aulici, cum tamen, secundum Instrumentum Pacis, ab omnibus Statibus Imperii huic Judicio Processus partim præscriptus sit, partim adhuc præscribi debeat. Vid. Capit. *Leopold.* Art. XLI, (*a*) junct. *Instr. Pac.* Art. V.

NOTA.

(*a*) ART. XLI &c. Conf. *Capitul. Josephi*, Art. 40 ; & *Caroli VI*, Art. XXIV.

(14) Sexto ; Videtur, & dici posse, quod Imperator alicui Principi, qui satisfecit iis, quæ requiruntur in ultimo Recessu Imperii, de An. 1654, §. pen. possit votum & sessionem in Comitiis procurare, sufficere, si Electores consentiant, cum Collegio, in quo votum & sessionem petit. Verba Capitulationis hæc sunt : *Niemand aber von den neu-erhœheten Fürsten, Graffen und Herren, dem Fürstlichen* Collegio, *es seye gleich auf selbigen , oder der Graffen Bæncken,* ad sessionem & Votum, *wieder Deroselben Willen, aufdringen, sie haben sich dann darzu, mit Fürstenmæssigen, und Græfflichen Reichs-Gütern, vorhero genugsamb qualificiret, und zu einer Stands-würdigen Steuer, in einem gewissen Krayß, eingelassen und verbunden, und, über solches alles, neben dem Churfürstlichen auch dasjenige* Collegium, *oder Banck, darein sie aufgenommen werden sollen, vorhero genugsamb gehœret worden &c.* Capit. *Leopoldi*, (*a*) Art. XLIV, prope finem, cum tamen, secundum dictum Recessum, omnes Status consentire debeant.

NOTA.

(*a*) LEOPOLDI &c. Add. *Capit. Josephi*, Art. 43 : & *Caroli VI*, Art. I. & Art. XXII. Conf. præced. Tit. 2, §. 59, lit. a. b. &c.

TIT. V.
DE
JURIBUS IMPERII DEPENDENTIBUS, SEU DE JURIBUS NON-MAJESTATICIS IN GENERE.

HActenus Majestatem Imperii nostri, vel Imperatori soli, vel conjunctim, vel aliis competere ostendimus ; consequens est, ut ad Jura Imperii dependentia progrediamur.

Jura Imperii dependentia, seu non-Majestatica, sunt jura, seu Privilegia, uni vel pluribus Imperii civibus, ab Imperatore, vel ab Imperatore & Imperii Statibus, in suam & Imperii utilitatem concessa.

2. Hæc Jura sunt propria uni, vel communia pluribus.

3. Jura

3. Jura propria uni, vel ſunt ea Jura, quæ competunt Regi Romanorum, vel quæ competunt ſingulis Imperii Statibus.

4. Communia Jura ſunt, quæ competunt vel aliquibus, vel quæ competunt omnibus Statibus Imperii. Ea jura, quæ competunt aliquibus, ſunt *primò*, Jura Vicariorum: *ſecundò*, Jura quæ competunt vel omnibus Electoribus, & Secularibus, & Eccleſiaſticis: vel, quæ competunt Eccleſiaſticis tantum: vel, quæ competunt Secularibus tantum.

5. Ea Jura, quæ competunt omnibus Statibus Imperii, ſunt Jura ſuperioritatis territorialis.

TIT. VI.
DE
JURIBUS REGIS ROMANORUM.

AD Jura dependentia, ſeu non-Majeſtatica, uni competentia, referuntur Jura Regis Romanorum. (*a*)

NOTÆ.

(*a*) JURA REGIS ROMANORUM &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. X, §.6, lit. c, pag. 922 &c. Add. Auctoribus ibidem commendatis: *Daniel Otto*, Cap. XV, *Jur. Publ.* pag. m. 529; *Carpzovius*, ad L. R. *Germ.* Cap. XI, Sect. V, pag. 283 &c. *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 2, Cap. XV, §.34 &c. pag. 167; & ad *Capit. Maximiliani II*, Art. XVIII, pag. 496 &c. *Mylerus*, *ad Rumelinum* in A. B. Part. I, Diſſ. 2, §.9, pag. 56; & Part. 3, Diſſert. 2, §. VI, pag. 700, & 701; ipſe *Rumelinus* h. l. *Fritſchius*, de *Imperiali Primariarum Precum Jure*, Cap.3, in Syllog. Tractat. Part. I, pag. 399 &c. *Nicolaus Martini*, de *Proœdria Regis Romanor.* Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 8, §. 27, pag. 174 &c. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. 4. §. 57, p. 173. *Schilterus*, *Inſt. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. I, Tit. XVII, §. 5, pag. 183; Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* part. ſpec. Sect. I, Cap. 3. §. 9. pag. 275 &c. Dn. *Nitzſchius*, ad *Capitul. Joſephi*, Cap. V, §.3 &c. pag. 66 &c. Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. XX, §. 8, pag. 184 &c. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. I, Cap. X, pag. 124 &c. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſ. XIV, §.6, pag. 292 &c. Dn. *Brunnemannus*, *Jur. Publ.* Lib. 2, Cap. VI, §. 7 &c. pag. 64; Dn. *Tſchackwitz*, *Einleitung zum Jure Publico*, Lib. 2, Cap. V, Qu 12 & ſeqq. pag. 237 &c. Dn. *Titius*, *Specim. Jur. Publ.* Lib. 5, Cap. VIII, §. 16 pag. 579 &c. Diverſis tamen principiis, tam circa Romanorum Regis poteſtatem, quam locum Ejus inter cæteros Reges, imbuti.

1. I. Rex Romanorum Jus habet, ut vivo Imperatore, *& ſit* (*a*) & dicatur Caput Imperii, ſcilicet Vicarium ſive Secundarium. *R. A. de anno 1555. §. Undim Fall Kayſerliche Majeſtæt. Der Rœmiſche Kœnig iſt nach dem Kayſer das oberſte Haupt im Reich*, ait Carolus V, *in literis datis die 9. Junii, ad Commiſſarios ſuos Auguſtam ad Comitia Anno 1555. deſtinatos. Vide Limn. in Not. ad Cap. Maxim. II. art. 8. verſ. In Unſer und des Heil. Reichs Stadt.*

NOTÆ.

(*a*) ET SIT &c. Vid. ad Lib. 1. Tit. X. §. 6. lit. C, arg. 2, pag. 923, & 925.

2. II. Ut, abſente & impedito Imperatore, Imperium *regat*, (*a*) & Jura Imperatoria exerceat. *R. A. 1555. §. Und ſollen in oberzehlten: ibi, die Kayſerl. Majeſtæt, oder in deren Abweſen aus dem Reich, uns ihres Vorhabens &c.* Si ſcilicet Elector Palatinus conſentiat;

ſentiat; hic enim aliàs, ex antiquiore Privilegio, de quo ſupra egimus, *in Tit. de Vicariis* habet Jus adminiſtrandi Imperium, in caſu abſentiæ Imperatoris.

NOTA.

(a) REGAT &c. An Vicarius Imperii dici queat? dictum ad Lib. I. Tit. XI. §. 2. lit. a. p. 964.

3. Dum adminiſtrat quædam in Imperio, vivo Imperatore, ea facit non authoritate propria, (a) ſed ex poteſtate aliena, ut conſtat ex Capitulationibus Regum Roman. *Wir ſollen und wollen Uns auch keiner Regierung und* Adminiſtration *im Heil. Rœm. Reich, weiters, oder anderſt, unterziehen, dann ſo viel uns deſſen von Kayſerlicher Majeſtæt vergœnnet und zugelaſſen wird; auch Ihrer Kayſerlichen Majeſtæt, die Zeit ihres Lebens, an ihrer Hoheit und Würden des Kayſerthums keine Irrung noch Eintrag thun. Vid. Capitul. Ferd. IV. art. 47.* Nec obſtat *Reichs Abſchied de anno 1542.* §. *So hat dem allen nach &c. 3. ibi: an ſtatt und im Namen Ihrer Kayſerlichen Majeſtat, und für Uns ſelbſt. (b) Reichs Abſchied de anno 1555.* §. *ſo ſich dann 65.* Nam ſi quid Rex Romanorum, ſive perpetuo, ſive ad tempus, nomine Imperatoris adminiſtret, id ſuo quidem etiam jure agere dicitur; non quod illud jam revera habeat, ſed quod certo ſe habiturum ſperet. Sicut liberi, propter ſpem certam, vivo quoque Patre, bonorum paternorum quodammodo Domini exiſtimantur. Et hæc comparatio eò magis hic procedit, quod Rex Romanorum.

NOTÆ.

(a) AUTHORITATE PROPRIA &c. Præcipua *poteſtatem propriam Romanorum Regi vindicantium* argumenta ſuppeditant: *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. XI, Sect. V, §. 3, 4, 8, 10, & 12, pag. 284; *Cruſius*, de *Praeminentia*, Lib. 3. Cap. 3, §. 11, p. 405; *Georgius Schœnborn*, Lib. V *Politicorum*, Cap. 19; *Bechmannus*, in *Auream Bullam*, Exercit 2, § 29; *Mylerus*, in Addit. *Rumelini* ad eandem Bullam, Part. 3. Diſſert. 2, §. 6, pag. 703: Dnn. *Rhetius* l. c. *Schilterus* l. c. *Nitzſchius* l. c. §. 4, pag. 67 &c. *Hornius* l. c. pag. 184; *Struvius* l. c. pag. 292; *Brunnemannus* l.c. pag. 64; *Münchmayr*, Part. I *Jur. Publ.* Cap. 8. pag. 156, alii. Conf. præced. Lib. I, Tit. X, §. 6, lit. c, pag. 922 &c. Argumenta in contrarium ſiſtunt: *Arumæus*, Vol. 3 *Jur. Publ.* Diſcurſ. I, θ. 7. *Gylmannus*, Tom. I *Symphorematum Cameralium*, Part. 3, Voto VIII. *in Cauſa Northauſen. contra Rottenburg*, pag. 56 &c. agens *de Poteſtate Regis Romani, an & quatenus, Imperatore abſente, Beneficia conferre poſſit? Tobias Paurmeiſter*, de *Juriſdictione Imperii Romani*, Lib. 2, Cap. V, §. 8, p. m. 611 &c. *Stephani*, de *Juriſdictione*, P. 1, c. 2, §. 54 &c. *Zolner*, de *Electione Regis Romanorum*, Vol. 4. Diſput. Baſil. θ. XXI, lit. e. *Reinhardus Kœnig*, *Theatr. Polit.* P. I, c. 24, §. 12; *Wurmſer*, *Jur. Publ.* Exercit. 3, Quæſt. 3, pag. 104; *Daniel Otto*, Cap. XV *Jur. Publ.* pag. m. 530 & 532; *Rumelinus* ad A. B. Part. 3, Diſſ. 2, θ. 6, pag. 700; ibique *Mylerus*, in Addit. p. 701; *Carpzovius* l.c. § 15, 20, 21, 22, pag. 285; *Fritſchius*, de *Imperiali Primariarum precum Jure*, Cap. 3, §. 4, pag. m. 400; Dnn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 27 & 28, pag. 174 & 175; *Nitzſchius* ad *Capitul. Joſephi*, Cap. V, §. 3, pag. 66 &c. *Titius*, Lib. V *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 21 ad 30, p. 581; *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Jure Publico*, Lib. 2, Cap. V, Quæſt. 12 & 13. pag. 237 & 238. Alii. Conf. præced Lib. I, Tit. X, §. 6, lit c, pag. 925 &c. Religioni cum habeam, Summorum Principum Jura & prærogativas ſub examen revocare: inſuperque nihil referat, cui partium vel ego acceſſerim: nec tædioſa hinc inde momentorum allatorum perveſtigatione multum me morabor. Id ſaltem dixerim, Paradoxa videri (1) *Poſſe alicui ſummam vindicari poteſtatem*; *facultatem vero, pro re nata, eam exercendi, ſimul denegari*; (2) *Eandem numero poteſtatem ſummam poſſe, eodem tempore, & quidem in ſolidum, diſtinctis duobus attribui ſubjectis, citra quod dicere nefas ſit: eam hac ratione inter duos dividi*; *aut: duos eſſe ſummos*; (3) *Poteſtatem ſummam, & ſubordinatam, in uno eodemque individuo, eodemque reſpectu, ſtare poſſe*; *nec, ludi verbis, cum Titius fingatur habere actu primo, quod à Sempronii obitu, demum expectet.* Quid, quæſo, habuiſſe dici meretur, ſi *Sempronium* morte prævertat? attamen *Romanorum Reges*, viventibus Imperatoribus, ſubinde poteſtatem Regiam exercuiſſe, tot diplomata documento ſunt; ecce!

(1) HENRICUS VI, *Friderici* Barbaroſſæ Imperatoris Filius, qua *Romanorum Rex*, impertivit, ſub dato *Nannenſteine*, An. 1189, 12 Cal. April. duas

tertias Argentifodinæ Mindensis, *Dethmaro*, Mindensium Præsuli. Vid. seq. Tit. XVIII, §. 28, lit. a.

An. 1190, sub dato *Franckfordia*, 8 Kal. April. declaravit idem immunes *Coloniam* & *Novesium* Civitates à *Werdensi* telonio. Vid. præced. Tit. 4, §. 7, lit. a, ad h. a.

An. eod. sud dato *Frankenevort*, 8 Cal. Maji, ejusdem privilegii participem reddidit Abbatem *Corbejensem*, l. c.

An. eod. sub dato *Franckenfurt*, 16 Cal. Aug. liberos pronunciavit Negotiantes *Gelnhusanos*, ab omni telonio, per totum Imperium, l. c. HENRICUS Rex, *Friderici II* Imperatoris Filius, sub dato: *Apud Wormatiam*, An. 1223, VI Id. Januar. in Privilegio, Civitati *Wimpinæ* concesso, ait: *De NOSTRA, & Domini Imperatoris, Patris Nostri, gratia, damus ipsis* (Civibus Wimpinensibus) *Forestum nostrum apud Wollenberg in proprietatem. & Jure illo, quod vulgariter dicitur: Algemeine; perpetuo possidendum & tenendum, ad communem ipsorum utilitatem.* Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, LII *Absatz*, Tit. *Wimpffen*, §. 1, p. 643.

An. eod. sub dato *Northusen*, XI Cal. Oct. confirmando Privilegia *Walckenredensia*; apud *Eckstormium*, in *Chron. Walckenredensi* pag. m. 138, & 139; Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquitat. Walckenredens.* Cap. XVIII, §. 8, lit. g. pag. 367 &c. & Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccles.* Part. 3, Cap. VI, Tit. *Walckenried*, §. 18, pag. 854, inquit: *Nos igitur, vestigiis, Antecessorum nostrorum inhærere volentes, & maxime in his, quæ justa & pia esse dinoscuntur, Privilegium Gloriosissimi Patris Nostri, cujus tenor in hac charta continetur, & aliud Privilegium, quod Idem, sua reali* (Regali) *Munificentia, Monasterio in Walckenried contulit & indulsit; Item, Privilegium Lotharii Regis; Friderici, Proavi Nostri; & Henrici, Avi nostri, inclytæ recordationis, Romanorum Imperatorum, & Regis Philippi, Patrui Nostri Magni; Otthonis Imperatoris, piæ recordationis, omnia istorum Privilegia, & indulgentias, & continentias omnium ipsorum, speciales & generales, autoritate Regia, confirmamus; Monasterium quoque in Walckenrith, cum Monachis & Fratribus, & omnibus bonis suis, ubicunque in Imperio Nostro positis, mobilibus & immobilibus, & mancipiis, recipimus sub protectione Regiæ Majestatis, statuentes, & Regia potestate præcipientes: quatenus inposterum nullus hominum, cujuscunque status ac conditionis --- ausu temerario præsumat, contra factum nostrum, venire --- Quod qui fecerit ---- Regali Edicto statuimus: Ut centum libras auri componat; unam medietatem Cameræ Nostræ, & reliquam passo injuriam, persolvendam &c.* Et

An. eod. in alio Diplomate, quo, sub dato *Northusen*, 10 Kal. Oct. *Theoderico*, Præposito in *Northusen*, prospexit, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatib. Blanckenburgicis*, in Appendice, Rubr: *Kurtze Nachricht von der vormahligen Kayserlichen Pfaltz-Statt Wallhausen*, pag. 94; ut & in *Antiquitatib. Walckenredensibus*, Cap. XIII, p. 196: *Justum esse credimus, & consentaneum rationi, ut ea, quæ Pater & Dominus Noster, Gloriosissimus Romanorum Imperator, pia deliberatione, statuit, & sigilli sui munimine roboravit, non tantum rata & firma habeamus; verum etiam modis omnibus defendentes, quam in Nobis est, & quantum possumus, Nostra Regia potestate, & sigilli Nostri caractere, roboremus. Hinc est, quod ad Notitiam singularem volumus pervenire, quod dilectus Noster, Theodoricus, Præpositus in Northusen, Privilegium Patris Nostri, super ordinatione Northusensis Ecclesiæ, Nobis exhibuit, cujus tenor est talis: ---- Nos igitur, inducti rationibus superius annotatis, Privilegium Gloriosissimi Patris Nostri, Domini Imperatoris Friderici, quod in hac carta continetur, Auctoritate Regia confirmamus, præcipientes: Ne quisquis hominum, cujuscunque conditionis, illud infringere, vel minuere, vel quocunque alio modo contra illud venire, præsumat; quod qui fecerit, centum libras auri componat; unam medietatem Cameræ Nostræ, reliquam passo injuriam persolvendam &c.*

An. 1224, sub dato: *In Castris apud Blekede*, 7 *Kal. Octob.* recepit quoque sub protectionem Imperii *Pældense* Cœnobium, teste charta apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Pældensibus*, Cap. XII, §. 3, lit. c, pag. 44 & 45; verb: *Universis Imperii Fidelibus, tam præsentibus quam futuris, duximus declarandum, quod, attendentes honestatem Monasterii de Pfolde, & Religionem Fratrum ibidem Deo famulantium, recepimus ipsum Monasterium cum omnibus Bonis suis, sub specialem Nostram & Imperii protectionem, confirmantes ei universas possessiones, quas in præsentiarum obtinet, quasve inposterum, Domino concedente, ac acquisitionis titulo, fuerit adeptum &c.* Immediate annectens: *De abundantiori quoque gratia, & Clementia Nostra, qua idem Monasterium complectimur, concedimus, & indulgemus ei, ut* (hic omissa quæ-

quædam) *atque de bonis Imperii, sive Ministerialis fuerit, sive liber Homo, quæ à Nobis atque Imperio tenet, potestatem aliquam sive vendere, vel etiam, pro remedio animæ suæ, dictis Fratribus donare, voluerit, vel quocunque alio modo alienare, libere idfacere possit, & absque consensus nostri requisitione --- Statuimus igitur, & Regio Edicto firmiter sancimus: ut nulla unquam persona, humilis vel alta, Ecclesiastica sive secularis, ausa sit, contra hanc nostram concessionem venire ---- Quod qui facere præsumpserit, Omnipotentis Dei iram, & nostræ Majestatis gravem offensam, se non dubitet incurrisse &c.*

An. eod. sub dato *Norinbergæ*, Cal. Decemb. largitus est investiturarum literas, annexa *cudendi monetam*, *Civitatesque condendi*, facultate, Primo *Dorpatensium Præsuli*, *Hermanno*, apud *Lundorpium*, Tom. VIII *Act. Publ.* lib. IX, Cap. I, §. XI, p. 658, verbis, præced. lib. I, Tit. XV, §. 12, lit. g, p. 1172, occurrentibus.

An. 1225, in diplomate *Urspergensi* Præpositurae dato, hæc profert Idem, apud D. *Lunigium*, *Spicileg. Ecclesiast.* Part. 3, Cap. VI, Tit. *Ursperg*, §. 5. p. 678: *Notum fieri volumus, omnibus, tam nostris Successoribus, quam nostræ Excellentiæ Judicibus universis, & omnibus præsentem paginam inspecturis; quod Nos Monasterium in Ursperg, (cujus Advocatiam Sereniss. Princeps, Pater Noster, Fridericus, Romanorum Imperator & semper Augustus, pro necessitatibus Imperii, olim, titulo pignoris, obligaverat,) redemimus de potestate Nobilis Viri, Alberti de Niwenburck, pecuniam quoque, quæ soluta fuerat, Præpositus & Fratres Claustri, ducentas Marcas persolverunt, ----- quapropter Nos clementer ipsorum precibus annuentes, ipsum locum, cum personis & rebus ad eundem pertinentibus, sub Nostra protectione suscipimus, &, ut in perpetuum sub culmine Majestatis Imperialis consistat, statuimus ---- præterea, quæ in Privilegiis Antecessorum Nostrorum, sive annotationibus, aut aliis scriptis, divæ recordationis Proavi Nostri, Imperatoris Friderici, & Regis Conradi, in eadem Ecclesia sunt statuta, & hactenus observata, mandamus & præcipimus inviolata consistere --- Nulli ergo Hominum liceat hanc paginam Nostræ protectionis & Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quod si quis facere præsumpserit, indignationem Imperii Romani, & Nostram, se noverit incurrisse &c.*

An. 1226, sub dato *Ezzelingen*, 6. Kal. Octobr. in perpetuam Imperii tutelam suscipit Monasterium *Denckendorff*, Constantiensis Diœcesis, Tom. I. *Documentor. Würtenberg.* pag. 458, ibi: *Quia Nos, in Denckendorff Ecclesiam Dominici sepulchri --- cum omnibus appendiciis suis --- in Nostram pacem, & Nostræ protectionis defensionem, ad laudem & gloriam Dei, sanctique sepulchri, clementer recepimus --- firmum & inviolabile statutum, auctoritate Regia, & Nostri sigilli munimine, corroboramus: Ut jam dictæ Ecclesiæ protectio, sive defensio, nulla casus varietate, nulla rerum mutabilitate, ab auctoritate Imperiali, sive à Regia Excellentia, possit alienari &c.*

An. eod. sub dato *Wineg.* (Winegarten) 8 Id. Novemb. rata habendo Privilegia Cœnobii *Wingartensis*, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Tit. XX, *von Weissenau*, §. 8, pag. 750, usus fuit hac formula: *Ad hæc, prædicto Cœnobio indulgemus & confirmamus omnem Traditionem, quam Pater Noster, Fridericus, Romanorum Imperator Invictissimus, & alii Nostri Prædecessores, tam Reges, quam Duces,* (Sueviæ) *fecerunt, in hominibus utriusque sexus, mancipiis, agris, pascuis ---- firmiter præcipientes, ne aliqua persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, Nostræ ditioni subjecta, infringere, vel violare, præsumat; quod qui fecerit, sciat, se indubitanter Nostræ indignationis offensam incurrisse &c.*

An. eod. sub dato *Norenberg*, Kal. Decemb. literas Feudales scripsit *Alberto*, *Livoniæ* Præsulum tertio; apud *Lundorpium* l. c. Conf. supra, lib. I, Tit. XV, §. 12, lit g, pag. 1172.

An. 1227, sub dato *Ulmæ*, 15 Kal. Mart. Eidem acceptam refert Privilegiornu confirmationem Cœnobium *Schussenriedense*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. XII, *von Schussenriedt*, §. VI, pag. 549, ubi: *Agnoscant universi Fideles Regni, præsentes & futuri quod --- Cœnobium S. Mariæ in Soreth, & personas ibidem Deo famulantes, cum omnibus bonis, mobilibus & immobilibus, ad eandem juste pertinentibus, sub Nostram protectionem atque defensionem suscepimus, omnesque possessiones, quas etiam in futuro, Deo annuente, rationabiliter & legitime poterunt adipisci, Nostra Regali auctoritate, ipsis confirmamus & corroboramus &c.* His subjiciuntur: *Concedimus præterea Fratribus, ibidem Deo servientibus, & eorum subditis & Ministris, ut, per universa Fora Nostra, negotiationes suas exerceant libere, sine thelonii pensione; &, ut liberam habeant potestatem succidendi sylvas, & Foresta Nostra, pro Claustri necessitate --- si quis violentiam ei intulerit, aut illud, ulla in parte, læserit, sciat, se Nos læsisse, & Gratiæ Nostræ offensam incurrisse &c.*

Confirmatio *Conradi IV.* Regis, sub dato *Biberach*,

menſ. Auguſto, 1240, extat ibidem, §. 7, pag. 551, ut & *Caroli IV*, ſub dato *Nürrenberg*, 1376, 6 Id. April. l. c. §. 15, p. 559.

An. 1228, ſub dato *Eslingen*, IX Kal. Septemb. confirmando Privilegia *Auſtriaca*, apud *Cuſpinianum*, in *Auſtria*, pag. 27; *Sigismundum von Bircken, im Oeſterreechiſchen Spiegel der Ehren*, lib. 2, Cap. 3, pag. m. 177: *Limnæum*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 29, pag. 27, & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I. *Erſte Abtheilung*, 4 *Abſatz*, §. 5, pag. 6, ait: *Cum, Divina Gratia, Regia perfectisſima perfruamur poteſtate, procul dubio Noſtram Regalem bene condecet liberalitatem, ut Noſtros & Sacri Regni Principes, Eorumque Terras, Juribus & Gratiis ſpecialibus ſublimemus; è quibus ſpecialiter Magnificum --- Principem Leopoldum, Ducem Auſtriæ & Stiriæ, easdemque ſuas Terras, ſequentibus Juribus, Gratiis & libertatibus, volumus honorare, (1) Quod, ſi quis alicui Ducum Auſtriæ & Stiriæ, quacunque cenſeretur dignitate, ſuarum Terrarum Provincias, & alia cætera, quocunque nomine nuncupationeque cenſeantur --- legare, dare, obligare, unde* (leg. vendere) *contingat; eosdem venditores, ſeu obligatores hujusmodi Noſtra Regalis Majeſtas, nec aliquis hominum, aliqualiter valeat impedire; quod ſi autem eadem venditio, obligatio, datio, legatio, evenire contingeret tam repente, quod nec Regia Sublimitas, nec harum rerum collatores, poſſent aliquatenus requiri, Ducibus Auſtriæ & Stiriæ, prædictis, in Eorum Juribus, ob hoc, nullum eveniat penitus detrimentum &c.* (2) *Ut omnia ſua Jura, & Feuda, cujuscunque ſint conditionis, in Equo reſidens recipiat &c.* (3) *Ut ſui Principatus pileo Noſtra Regalis Coronæ diadema ſolenniter ferre poſſit ---, demum mandamus, &, ſub interminationibus Noſtræ Gratiæ, diſtricte præcipimus, ut nullus ſit, qui, auſu ductus temerario, Strenuiſſimum Principem Leopoldum, Ducem Auſtriæ & Stiriæ præfatum, ſuosque ſequaces, audeat impedire &c.*

An. eod. ſub dato *Nordelingen*, 7 Id. Sept. in ſuam & Imperii ſpecialem tutelam ſuſcipit Monaſterium *Laureacenſe*; vid. Tom. I. *Documentor. Würtenberg.* p. 730, ibi: *Memoratam Eccleſiam, in perſonis, & omnibus bonis eidem Eccleſiæ attinentibus, ſub noſtram & Imperii ſpecialem recepimus protectionem; mandantes, & Regia auctoritate diſtricte precipientes, quatinus nullus, auſu ductus temerario, memoratis perſonis, in bonis ipſorum, ullam preſumat injuriam irrogare: quod qui attemptaverit, gravem offenſam Noſtre Celſitudinis ſe noverit incurriſſe &c.*

An. 1229, ſub dato *Uberlingen*, 10 Kal. Novembr. ratum habet *Salmanſwilerani* Cœnobii immunitatem ab oneribus publicis, ratione Domorum, & poſſeſſionum, quæ in Civitatibus Imperialibus ad ipſum ſpectant, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccleſ.* Part. 3, Cap. VI, Tit. *Salmanſweiler*, §. 24, pag. 511, verb: *Quoniam quidem Monaſterium de Salem hanc immunitatis gratiam, apud Patrem & Avum, cæterosque Anteceſſores Noſtros, hactenus habuiſſe dignoſcitur quod, de Domibus, ſeu poſſeſſionibus, quas in Civitatibus, & circa Civitates Ipſorum, habuit, nulla ſteura, nec aliud exactionis genus, eidem Monaſterio imponebatur; Nos, Prædeceſſorum Noſtrorum munificam imitantes Clementiam, eandem emancipationis gratiam ſæpe dicto Monaſterio, in manum Venerabilis & dilecti Noſtri Eberhardi Abbatis, Regia liberalitate, indulgemus, & præſentis ſcripti munimine confirmamus, ---- Si quid, contra hanc Noſtræ exemptionis libertatem, attemptatum fuerit, omnino irritum eſſe volumus & infectum &c.* Quod Privilegium Ipſius Pater, *Fridericus* Cæſar, viciſſim, apud *Canuſium*, An. 1233, Menſe Februar. comprobavit; ibid. §. 26, p. 512.

An. 1230, ſub dato *Nurnberg*, 15 Kal. Octob. circa ſucceſſionem Fœminarum in bona præcipuorum Abbatiæ *Quedlinburgenſis* Officialium, hanc tuliſſe legitur ſententiam, apud Dn. *Kettnerum*, *Antiquit. Quedlinburgenſib.* inter Diplomata Seculi XIII, §. 2, pag. 219, & Dn. *Lunigium* l. c. Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, §. 47, pag. 208: *Ad notitiam univerſorum cupimus pervenire, quod, ad requiſitionem, talis à Nobis lata fuit ſententia &c. Quod nulla Virgo, vel mulier, in ullo quatuor Officiatorum principalium, ſcil. Dapiferi, Pincernæ, Camerarii, Marſchalli, ratione hæreditatis, fratri ſuo ſuccedere poſſit. Mandamus itaque univerſis Infeudatis, & Miniſterialibus Eccleſiæ in Quid.* (Quedlinburg) *quatenus dilectam Principem Noſtram, Venerabilem Abbatiſſam de Quedelenburg, nullus, auſu ductus temerario, contra prælibatas ſententias, gravare vel moleſtare præſumat; quod qui attemtaverit, gravem offenſam Noſtræ Celſitudinis ſe noverit incurſurum &c.*

An. 1232, ſub dato, *apud Chindacum*, 5 Cal. Maji, impertivit *Moguntino* Præſuli confirmationem collatæ in ipſum, beneficiali Lege, *Laurishamenſis* Abbatiæ, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccleſ.* Part. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Mayntz*, §. 28, pag. 34, ibi: *Con-*

Constitutus in præsentia Nostra dilectus Princeps Noster, Sifridus, Archi-Episcopus Moguntinus, Celsitudini Nostræ supplicavit attente, donationem & concessionem Principatus Laurissensis Ecclesiæ; cum omni honore, Vasallis, Ministerialibus, Castris, Oppidis, proventibus, Juribus & pertinentiis suis, à Domino & Patre Nostro, Friderico, Invictissimo Romanorum Imperatore - - - - Nobis præsentibus & consentientibus, laudabiliter sibi factam, & Ecclesiæ Moguntinæ, denuo ratam habere & conservare inviolabiliter deberemus. Nos igitur - - - - præsentis Regalis paginæ sancimus Edicto, quatenus nulla persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel mundana, ei ausu temerario contraire præsumat; quod si quis attentaverit, præter indignationem, quam ex hoc incidet, quinquaginta Libras auri se noverit compositurum, quarum medietatem Curiæ (Cameræ) *Nostræ; alteram vero parti passæ injuriam, volumus applicari &c.*

An. 1233, sub dato *Eßlingen, 4. Non. Junii*, nacti sunt, ab Eodem, *Spirenses*, immunitatem à Telonio *Oppenheimensi*. Vid. præced. Tit. 4, §. 7, lit. a, ad h. a.

An. eod. sub dato *Nurenberg, 6 Kal. Julii*, obtinuit *Goslariense* Capitulum, ab Eodem, hujusmodi chartam: *Ad notitiam tam modernorum, quam futurorum, volumus pervenire, quod Nos, de innata Nobis Regia liberalitate, licentiam dedimus Capitulo Goslariensi: Ut redimat Advocatiam in Egla, & duas alias, quibus Comes Ascharia, à Nobis & Imperio, dinoscitur infœdatus; & cum ipsæ tres Advocatiæ, vel aliqua ipsarum, ab Ipso redemtæ fuerint, & solutæ, easdem donavimus, cum omni Jure & banno, & libertates Ecclesiæ prælibatæ perpetuo tenendas & possidendas, ipsas dicto Capitulo, de Nostra munificentia, confirmantes; mandamus igitur, sub interminatione Gratiæ Nostræ, firmissime præcipientes: ne quis dictum Capitulum, in præmissis Advocatiis, impediat vel infestet. Qui vero super hoc fecerit, viginti libras auri persolvat; quarum medietatem Fisco nostro, & alteram partem præfatæ Ecclesiæ, volumus applicari &c.* Vid. Dn. *Leuckfeld, Antiquit. Pœldens.* Append. 4, §. 16, p. 288.

An. 1234, sub dato *Francofurti, 15 Cal. Mart.* asseruit *Henrico Basiliensium* Episcopo, *Argentifodinarum jus, sylvarumque custodiam*, per Brisgoviam; apud *Lundorpium* Tom. I Actor. Publ. Lib. I, Cap. V, pag. 30; & Tom. 2, Lib. I, pag. 15; *Goldastum* T. I *Constit. Imperial.* pag. 300; *Cassandrum Thucelium, Elect. Juris Publici curios.* Cap. I, §. 8, p. 24, & Dn. *Lunigium, Spicileg. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Basel*, §. 2, pag. 140, verb: *Meminerint præsentes, & recognoscant futuri, quod dilectus Princeps Noster, Henricus, Basiliensis Episcopus, in solenni Curia apud Francofurtum, coram Nobis & Principibus, ubi præsentes erant, cum Advocatis suis, Hermannus, Marchio de Baden, & Egino, Comes de Friburg, contendentes de Argentifodinis, & Custodiis Sylvarum per Brigaugeam, quod vulgariter Wildbann dicitur; obtinuit & evicit, propter privilegium suum, ipsas argenti fodinas, & custodias, Sibi, & Ecclesiæ suæ, attinere, & ipsum Eginonem, Comitem de Friburg, eisdem, ab ipso & Ecclesia sua, legitime infeudatum. Nos itaque - - - - memoratum Eginonem, per sententiam approbatam, de providentia Consilii Nostri, misimus in possessionem bonorum præscriptorum, & eadem ipsi Comiti, & hæredibus suis, Regia autoritate confirmamus, mandantes, sub interminatione Gratiæ nostræ, firmissime præcipimus: Ut nulla sit persona, alta vel humilis, Ecclesiastica & mundana, quæ antefatum Comitem, in memoratis argentifodinis, & custodiis ferarum, impedire audeat, vel gravare: & qui fecerit, Gratia nostra sit exclusus &c.* Reperitur idem diploma apud Dn. *Lunigium*, Contin. I *Spicilegii Ecclesiastici*, *im 4 Anhang*, Tit. *Basel*, §. 1, pag. 514, ast sub an. 1246.

An. eod. sub dato *Aldenburch*, 3 Non. Julii, nacta est ab Eo *Goslariensis* Ecclesia omnium Jurium suorum & libertatum confirmationem, teste charta apud Dn. *Heineccium*, lib. 3 *Antiquitatum Goslariensium*, ad h. a. pag. 248, ubi: *Ut igitur hec statuta & prohibitiones Nostre Majestatis, quas, propter honorem Dei, & ob salutem nostram, pro commodo & utilitate Goslariensis Ecclesie, sancivimus, robur obtineant debite & perpetue firmitatis, presenti privilegio eas fecimus annotari, sigilli nostri munimine roborantes easdem &c.*

An. eod. sub dato *Nürnberg*. Id. Aug. vindicavit *Salmanswilerano* Abbati immunitatem à *theloniis & Umbgelt* in Civitatibus Imperialibus. vid. præced. Tit. 4, §. 7, lit. a, ad h. a.

An. eod. sub dato: *apud Bopardiam*, 3 Id. Septemb. absolvit *Erfurtenses* à banno, simulque Privilegia eorum Jura stabilivit, teste Dn. *Lunigio*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, Part. 2, *in der Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, 4 *Absatz*, Tit. *Erfurt*, §. XV, pag. 427, ajens: *Notum esse volumus* - - - *quod*

riatum gerant; magno argumento, *Preces Vicariorum cum precibus Imperatoris* nec confundendas esse, nec priores posterioribus præjudicium gignere censendum, præcipue, cum & Imperatoris & Imperii intersit, Regale hoc, Interregni tempore, non negligi, multo minus perire, sive jam Cæsar moriatur, sive absens, aliove modo impeditus sit, adhibito saltem discrimine, ut, absentiæ casu, aliusve legitimi impedimenti, ubi Cæsar Ipsemet preces jam obtulerit, alias à Vicariis porrigi, haud permittatur. Ad (4) Preces Vicarii Saxonis effectum non fuisse sortitas, eo quod *durante Vicariatu* nullum Beneficium vacaverit; ad (5) Sæpius Imperatores, aliorum instinctu, adhibere in Diplomatibus locutiones, quæ non immerito censuram merentur; exemplo, in hac ipsa materia, *Rudolphi II* Imperatoris, qui in tabulis, An. 1577. *Jus* harum *precum* non minus *auctoritate Apostolica*, per *Gregorium XIII*, P. R. *roborata*, quam *ex inveterata consuetudine*, sibi competere tradit, pariter ac *Ferdinandus II*, in literis An 1620, illud *Paulo V.* Pontifici acceptum fert; etiamsi principium hoc notorie Majestati Imperatoris & Imperii adversetur; (vid. præced. Tit. 2, § 9, lit. a.) Serenissimum Vicarium Saxonem, in formulis Precum An. 1657, die *Johannis Baptistæ*; & An. 1658, 12 Junii, quarum modo facta mentio, aperte fateri, *Se, summa ope, omnia S. R. Imperii Jura & Consuetudines conservare decere,* annectendo: *Quare quum Nobis, Imperii Vicario, ad Prædecessorum Nostrorum imitationem, ex prædicta Aurea Bulla, & inveterata consuetudine, Jus competat, Preces primarias ad omnes & singulos Beneficiorum Collatores, Capitula, Conventus, & Collegia, sub Vicariatu Nostro constitutos, porrigendi, dandi, concedendi & decernendi, pro personis idoneis, & Nobis gratis, ad consequendum Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sine Cura, tam Secularia, quam Regularia, etiamsi Canonicatus & Præbendæ fuerint in Collegiata, Cathedrali vel Metropolitana Ecclesia, in qua etiam consueverint qui ad Beneficia assumi per electionem*; (& rursus) *idcirco, Sacro Romano Imperio, Nobisque, Ejus Vicario, competentia Jura & Consuetudines, ut tenemur, prosequi volentes, Primarias Preces Nostras, pro devoto Nobis dilecto, Gothofredo Hermanno de Beichlingen,* (in posterioribus habetur: *pro devoto Nobis dilecto Christiano Augusto, Barone de Friesen,*) *ad Vos porreximus, dedimus, concessimus & decrevimus &c.* Nec tamen credibile esse, tantum Principem *ad Prædecessorum imitationem* fuisse provocaturum, nisi re vera ejusmodi *Preces*, ab Augustissimis Ipsius Prædecessoribus porrectæ, in Sacro Ipsius Tabulario, reperirentur, etiamsi publici hactenus Juris factæ non sint. Minimum hinc patere, Serenissimum Electorem firmiter tenuisse, Jus hujusmodi Precibus prospiciendi, tam *ex antiqua Consuetudine, quam ex Lege, Aurea* scil. *Bulla*, ad se spectasse; imo, ceu jam monitum, Imperii interesse, ut, *Vicariatus tempore*, illud exerceatur. Ad (6) Acta, quorum intuitu Rescriptum hoc emanavit, luculenter testari, vel ipsum quoque Capitulum Magdeburgicum Vicarii *Preces* agnovisse, quod vix de Collegiis præsumendum, quæ alias rigidissime Jura & Privilegia sua tueri solent, si ullum desuper dubium apparuisset. Cœnobia, præter morem, sibi quid imponi, non pati.

Quis hic pro Arbitro se gerat? Si vera thesis, quod Vicariis omnia facere concessum sit, quæ Imperatori, nisi ubi restrictio manifeste doceatur, non video, quomodo de veritate *affirmantium*, sententiæ amplius sit dubitandum. Num idem dicendum, de Serenissimis Eorum Conjugibus? vid. Dn. *Gribner, Opusc. Juris Publ.* Tom. 2, Sect. 2, §. 22, p. 131 &c.

(*b*) PRIMARIIS &c. Præced. Tit. 2, §. 8, lit. b) It. §. 9 & 10.

4. Tertiò; habent potestatem recolligendi reditus (*a*) & proventus, *des Reichs Rent und Nutzen einzusammlen*; cum hic fiat tantum collectionis mentio, recte inde infertur, Vicarios eosdem, pro opera sua, non lucrari, (*b*) sed gratis operam suam Imperio exhibere.

NOTÆ.

(*a*) REDITUS &c. Vid. Ill. Dn. *Schützius* l. c. Vol. I, Exercit. 5, §. 17, p. 338; *Arumaeus*, ad A. B. Discurs. 3, Conclus. 36; *Carpzovius*, de *Lege Regia* Cap. XI, Sect. XV, §. 25, pag. 323; *Daniel Otto*, Cap. XVI *Jur. Publ.* Cap. XII, §. 68, pag. 176, & ad *Auream Bullam*, Cap. V, §. I, Observat. 12, p. 341; *Rumelinus*, ad *Auream Bullam*, Part. I, Differt. 4. §. 18, pag. 126; *Sprenger*, in *Fontibus Jur. Publ.* Cap. XI, pag. m. 1190; *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. VIII, §. 24, p. 397; *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. I, Tit. XVIII, §. 2, p. 186; Dn. *Schwederi* l. c. §. 7, p. 714; Dn. de *Pritzbaur* l. c. §. 43. pag.

32; Dn. *Nitzschius* l. c. §. 17, v. 82, p. 570; Dn. de *Münchhausen* l. c. p. 57; Dn. *Struvius, Syntagm. Juris Publ.* Diss. XIII, §. 30, pag. 282; Dn. *Brunneman* l. c. Qu. 10, p. 70; Dn. *Crüger* l. c. §. 10, pag. 397; Dn. *Münchmayr* l. c. §. VI, pag. 235; & qui non alii!

(*b*) NON LUCRARI &c. *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, Lib. 3, apud *Reuberum*, de *Scriptorib. Rer. German.* personam *Friderici I* Imp. induens, cecinit olim:

Invigilent opibus cupidi: Mihi Sola potestas
Sufficit, & cunctis dare Jura potentia Terris &c.

Quod non male ad Vicarios applicatur. Quadrant huc verba *Friderici*, Elect. Palat. mandati, quo *Ludovicum Camerarium* ad Electorem Saxoniæ, An. 1619 ablegavit, præced. §. 1, lit. b: *Ob wohl dasselbe* (Vicariat) *mehr Verdruß und Ungelegenheit, dan Nutzens, mit sich brächte &c.* Cæterum, *J. Paulus Windeck*, in Commentario de *Electoribus*, An. 1616 edito, Cap. 23, Puncto IX, 69, refert *Fridericum* Imp. ex Italia & Germania hausisse, singulis annis, viginti tonnas auri. Liberalior longe est *Schneidewinus*, ad Instit. Lib. 3, Tit. V, de *Successione ab intestato*, Rubr. de *Successione Fisci*, n. 5, reditus Imperii, tempore *Friderici I* Imp. sexaginta tonnarum auri fuisse, docens; unde sua *Sprenger* l. c. pag. 1191; *Lansius*, de *Principatu inter Provincias Europæ*, in Oratione *pro Gallia*, p. m. 196; *Limnæus*, Lib. 2 *Jur. Publ.* Cap. X, §. 11, & 12, pag. 134 & 135; *Thulemarius*, de *Octovir.* Cap. XXII, §. 26, p. 390. Hodie vero eam esse redituum Imperii exilitatem, ut, Judice *Schneidewino*, *disponendis & alendis postis vix sufficiant*, nedum ut Imperator Se & Familiam commode inde sustentare, Imperialemve pompam, sine emolumento quod hereditariæ Ipsius Provinciæ suppeditant, tueri possit. Conf. *Lansius* l. c. *Limnæus* l. c. §. 13 &c. & ad Art. IX *Capitul. Caroli V*, verb: *Dasjenige, so darvon kommen*, §. 21 & seqq. p. 169 & 170, referens simul, qua formula *Rudolphus II* Imp. An. 1581, in Comitiis Ratisbonensibus, ad sui sustentationem, aliaque necessaria, à Statibus subsidia petere, coactus fuerit; *Sprenger* l. c. Ex *Dubravio*, Lib. XXVII *Historiæ Bohemicæ*, pag. m. 227, discimus, *Sigismundum* Imperatorem, in Comitiis *Ratisbonensibus*, ingenue jam dixisse: *Valde se scire, nihil Imperio esse spoliatius, nihil egentius, adeo, ut, qui sibi ex Germanis Principibus successurus esset, qui præter Patrimonium nihil aliud habuerit, apud Eum non Imperium, sed potius servitium, fit futurum &c.* Patet hinc, collectionem Imperii redituum non multum oneris hodie Vicariis obducere; multoque minus adhuc ad reddendas desuper rationes Eos teneri. Vid. Dn. *Gribner, Opusc. Jur. Publ.* T. 2, Sect. 4, §. 10, p. 194.

5. Quartò; Habent potestatem investiendi de Feudis, (*a*) & Juramenta Fidelitatis, (*b*) vice & nomine Sacri Imperii, recipiendi: scilicet, si, mortuo Vasallo, vel Filio, vel in Feudo Successore, durante Vicariatu, annus petendæ Investituræ (*c*) præfinitus ad finem decurreret. Excipiuntur Feuda duntaxat Principum, quæ vulgo *Fahnen Lehen* (*d*) appellantur; horum enim Investituram & collationem Aurea Bulla Soli Imperatori, vel Regi Romanorum, reservat.

NOTÆ.

(*a*) INVESTIENDI DE FEUDIS &c. De Veritate hujus asserti testantur quoque *Schützius* l. c. §. 18 & 19, pag. 339; *Buxtorf* ad A. B. §. 67; *Daniel Otto* l. c. pag. 544; *Carpzovius* l. c. §. 14, p. 322; *Limnæus*, Lib. 3 *Jur. Publ.* c. 12, §. 57, pag. 173, & §. 69, p. 176, & ad *Auream Bullam*, Cap. V, §. 1, Observat. 13, pag. 341; *Rumelinus* l. c. §. 19, p. 127; *Schilter* l. c. §. 2, p. 186; & §. 4, pag. 189; *Nitzschius* l. c. §. 17, v. 82, pag. 570; Dn. *Schweder* l. c. §. 7, p. 714; Dn. *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. IX, §. 8, p. 445; & §. 12 pag. 456; Ill. *Coccejus*, *Prudentia Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 13, pag. 282; Ill. Author *des Europ. Heroldts*, Tom. I, pag. 164; Dn. *Thulemarius* l. c. §. 26, pag. 390; Dn. de *Pritzbaur* l. c. §. 44, pag. 32; Dn. de *Münchhausen* l. c. Dn. *Struvius* l. c. §. 31, p. 282; Dn. *Gribner*, *Opuscul. Juris Publ.* Tom. 2, Sect. 1, §. 19, pag. 27 &c. Dn. *Crüger* l. c. Dn. *Brunneman* l. c. Dn. *Münchmayr*, l. c. §. VII, pag. 236. Alii.

(*b*) JURAMENTA FIDELITATIS &c. Vid. iidem.

(*c*) INVESTITURÆ &c. Si Jure investiendi gaudeant Serenissimi Vicarii, multo magis Indulta largiri poterunt. *Num autem & in Feudis Vexilli?* controversantur Doctores; *Negant*, *Henniges* ad *Beckeri Jus Publ.* Lib. 2, Cap. 7, §. 6, p. 194 &c. *Limnæus*, ad *Aur. Bullam*, Cap. V, §. 1, Observat. XIX, pag. 344; Dn. *Schweder* l. c. & qui eos sequuntur; ob rationem, quod frustra Indultum ab eo petatur, cui Jus investiendi non competit; ast, ex *Aurea Bulla* Capite V. §. 1, clare liqueat, Cæsa-

 rem

rem conferendi Jus Feuda Regalia Sibi Soli reservasse. Alii contra, qui, *Vicariatu ultra annum & diem durante*, Vicarios de Feudis quoque majoribus Status Imperii investire posse, arbitrantur, *affirmant*, veluti *Brandlacht*, apud *Arumaum, Jur. Publ.* T. 3, Disc. I, §. 76; quamvis iterum nonnulli facultatem hanc ad Solum *Casum absentiæ, aliove modo impediti Imperatoris*, restringant, ut *Carpzovius* l. c. §. 17, 19 & 20, pag. 322; Ill. *Coccejus* l. c. §. 13, pag. 281 &c. aliis autem ad casum quoque orbati Cæsare Imperii, eadem extendi posse videatur. Vid. Dn. *Thulemarius*, de *Octoviratu*, cit. Cap. XXII, §. 27, pag. 391; allegans, in sententiæ præsidium, duo citationum Diplomata, quorum alterum, sub dato *München*, 1-11 April, 1658, (tenorem suppeditantibus *Lundorpio*, Tom. VIII *Act. Publ.* Lib. 8, Cap. 178, pag. 251; *Diario Europæo* Tom. I, ad An. 1658, pag. 667 &c. *Theatro Europæo*, Tom. VIII, An. eod. p. 379; & Dn. *Lunigio*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, in Supplemento §. 115, pag. 168;) ab Electore Bavariæ, *Ferdinando Maria*; & alterum, sub dato *Heidelberg*, 1 Maji, An. 1658, ab Electore Palatino, *Carolo Ludovico* (formulam exhibentibus *Lundorpio* l. c. Cap. 187, pag. 263; *Diario Europæo* l. c. pag. 748 &c. *Theatro Europæo* l. c. pag. 380 & 381;) universaliter ad Vasallos Imperii exierunt; notandis in priori verbis: *Wir Ferdinand Maria --- des H. R. Reichs Ertz-Truchseß und Churfürst, und in den Landen des Rheins, Schwaben und Fränckischen Rechtens, Fürseher und* Vicarius ---- *entbieten, allen und jeden des H. R. Reichs in denen Landen des Rheins, Schwaben und Franckischen Rechtens, seßhafften Lehen-Leuten und Vasallen, Unsere* resp. *freundliche Dienste, freundlichen und gnädigsten Gruß, Gnad und alles Gutes zuvor. Demnach, von der Zeit an, als nemlich den 2 April neuen Calenders, des verwichenen 1657 Jahrs, an welchem Tag der Göttlichen* Providenz *gefällig gewesen, weyland ---- Ferdinand den III, Erwehlten Römischen Kayser --- von diesem zeitlichen Leben abzufodern, nunmehr Jahr und Tag verflossen ---- als haben Wir, mit diesem offenen Patent, jedermänniglich, dem, von Uns, nach Anleitung der Güldenen Bull, die Lehen zu erkennen obliegt, hiemit seiner Schuldigkeit erinnern, und, zu Recognoscirung der vom H. R. Reich tragenden Lehenstück, und Termin, noch auf einen Monat, doch der gestalt, und mit diesem außtrücklichen Anhang, bestimmen und ansetzen wollen, wofern einer, oder der ander, inner solchen Zeit, sich bey Uns nicht anmelden, oder entweder die* Recognition, *wie sichs gebühret, suchen, oder rechtmäßige Ursach, warumb die Lehens-*Recognition *und Empfängniß nicht geschehen könne, vorbringen und bescheinen solte, daß wir, von obhabenden Vicariats wegen, verursachet werden würden, solche Lehen vor verfallen zu halten, und zu des H. Reichs Cammer einzuziehen &c.* &, in Diplomate Palatini: *Wir* Carl Ludwig ---- *des H. R. Reichs Ertz-Schatzmeister und Churfürst, auch in den Landen des Rheins, Schwaben und Fränckischen Rechtens, Fürseher und* Vicarius (denegabat enim, uti notum, munus hoc Bavaro) ---- *entbieten allen und jeden, in den Landen des Rheins, Schwaben und Franckischen Rechtens, wohnenden des H. R. Reichs Lehen-Leuten, Unsere* resp. *freundliche Dienste, freundlichen und Gnädigsten Gruß, Gnade und alles Guts zuvor. Obwohlen bekanten Lehen-Rechtens, daß ein jeder Lehen-Mann und* Vasall, *nach absterben des Lehen-Herrns, innerhalb Jahr und Tag, bey dem Lehen-Hof das Lehen zu* requiriren, *bey Verlust desselben, schuldig und gehalten ist, und also auch denjenigen, so von dem H. R. Reich, in den Landen des Rheins, Schwaben und Fränckischen Rechtens, dergleichen Lehen, so, nach Verordnung der Gülden Bull, von dem Reichs-Vicario zu verleyhen, in Besitz haben, nach Absterben des Weyland Allerdurchlauchtigsten ---* Ferdinandi III, *Erwehlten Römischen Kaysers, --- in bestimter Zeit, bey Uns, als rechtmässigen* Vicario Imperii, *sich anzumelden, und, der Lehen Empfängniß halber, gehörende Ansuchung zu thun gebühret hätte, solches auch von theils Lehen-Leuthen geschehen, von theils aber aus der Acht gelassen worden ---- So haben Wir --- allen denjenigen Reichs-Lehen-Leuten, so, nach Inhalt der Güldenen Bull, von Uns, als Reichs-Vicario in den Landen des Rheins, Schwaben und Franckischen Rechtens, Ihre Reichs-Lehen zu empfangen schuldig, den* Termin, *von* dato *an, noch uff sechs Wochen verlängern wollen: jedoch mit diesem ausdrücklichen Anhang, und Verwarnung, dofern einer oder ander, in der Zeit bey Uns sich nicht anmelden, die Reichs-Lehen gebührlich* requiriren, præstanda præstiren, *oder erhebliche Ursachen anzeigen würde, warumb solches von Ihme nicht beschehen könne, daß, Krafft tragenden Vicariat-Ampts, solche Reichs-Lehen, als* Caduc *der Reichs-Cammer heimweissen und einziehen lassen werden &c.* Quicquid horum sit, cum ex A. B. manifestissime appareat, Investituram Feudorum Vexilli à solo Imperatore petendam esse, nec necessarium putaverim, Illustres Imperii Vasallos, in majoribus suis Feudis, durante Interregni tempore, *Indulto* sibi prospicere, quoniam Vasallo nihil

nihil periculi timendum, si, culpa Domini, aut Domino adhuc plane incerto, Investituram non petat. Vid. præced. Lib. 2, Tit. I, §. 12, lit. b, pag. 934: quod si tamen, per modum cautionis supervacaneæ, id usurpare placuerit, (ceu, de Episcopo Monasteriensi, *Buxtorffius* ad *Auream Bullam*, Conclus. 69, lit. c, &, ex eo, Dn. *Itterus*, de *Feudis Imp.* c. IX, §. 12, pag. 456, referunt,) nequaquam eis id obesse, cum eodem Dn. *Ittero*, l. c. pag. 457, & Dn. *Struvio* l. c. §. 31, pag. 283, teneo firmiter. Præfata objicienti Diplomata respondendum: ea quidem esse universalia, respicere autem Vasallos duntaxat, *welche, nach Inhalt der Güldenen Bull, von den Vicariis, Ihre Reichs-Lehen zu empfangen schuldig*; adeoque de Feudis Vexilli plane non loqui, cum Aurea Bulla non nisi ab Imperatore ea suscipi velit. Vid. Illust. Baro de *Lyncker*, ad *Auream Bullam*, Cap. V, pag. m. 44; Conf. Illust. Dn. *Thomasius*, ad Cap. IV. *Monzambani*, §. 8, lit. n. p. 209.

(d) FAHNEN LEHEN &c. Vid. præced. Lib. 2, Tit. I, §. 9, lit. a, pag. 926. Antiquissimis tamen temporibus Palatinum quoque de Feudis Vexilli, quæ non Principum erant, investire potuisse, docet Codex Juris Feudalis Alemannici, Cap. 142, verbis præced. Proœm. lit. b, occurrentibus: *Alle, die Vanlehen von dem Rich hant, das nüt Fürsten Ambacht sind, die sollent su von dem Pfaltzgraffen entphohen &c.* secus ac hodie. Quod si vero quæratur: *Anne Cæsar Vicariis potestatem investiendi quoque de Feudis Regalibus concedere valeat?* pro affirmativa omnino starem. Vid. Illust. *Schütz*, Diss. de *Vicariis Imperii*, Conclus. XII, & Dn. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. V, §. 9, pap. 187, add. seq. §. 6.

6. Hic quæritur; Quando tempus petendæ Investituræ annuum, etiam in Feudis Principum, durante Vicariatu, exspiraret, annon, eo casu, ne Feudi subeant jacturam, Principes Investituram à Vicariis perere possint? Alii, hoc fieri posse affirmant, (*a*) per R. J. Wormat. de An. 1521, §. *Und behalten Uns vor &c.* Verum, dictus Recessus loquitur de casu absentiæ Imperatoris, &, ad Mandatum Imperatoris, Investituram horum Feudorum, etiam Principalium, fieri posse, concedit; (*b*) quod ad casum mortis trahendum non est, de quo tantum loquitur Aurea Bulla, & Investituram horum Feudorum Imperatori reservat; nec periculum est, quod, durante tempore Interregni, amittant Feudum; quia tempus petendæ Investituræ tamdiu non currit, quamdiu quis, sine culpa sua, Investituram petere impeditur; per ea, quæ supra diximus.

NOTÆ.

(*a*) AFFIRMANT &c. Vid. præced. §. 5, lit. c.

(*b*) CONCEDIT &c. Recessus Imperii Wormatiensis, de An. 1521, circa materiam hanc, nihil disponit, bene vero *Ordinatio Regimenti Wormatiensis*, An. eod. confecta, §. 4. *Und behalten Uns &c.* verb: *Und behalten Uns bevor die Belehnung der Lehen und Regalien derjenigen, die sie, unter den Fahnen, offentlich mit Solennitäten, pflegen zu empfahen, zu verleyhen. Und sollen vorgemelt Unser Stadthalter und Regiment, aus redlichen Ursachen solcher Empfängniß, und sonderlich, ob Wir ausserhalb des Reichs wären, nach Verscheinung* (non *Verschreibung*, ut in Corpore Recessuum Moguntino An. 1692, p. 143, mendose legitur) *des Ersten Jahrs, darinn einem jeden sein Regalien zu empfahen gebührt, noch ein Jahrlang Indult und Erstreckung zu geben, Macht haben &c.* Quamvis nihil inde concludendum sit, cum (1) à potestate, Vicario & Imperii Regimento, (consentientibus Imperatore & Imperii Statibus,) extra ordinem tunc constitutis, data, ad potestatem Vicariorum Ordinariorum, Legibus & Observantia fundatam, argumentari, non liceat. (2) Monente Dn. Auctore, de casu saltem absentiæ Imperatoris loquantur, nec simul de casu Interregni, Cæsare defuncto. Conf. Dn. *Itterus* de *Feudis Imperii*, Cap. IX, §. XI, pag. 451 &c.

7. An Aurea Bulla loquatur etiam de Feudis, quæ per sceptrum conferri solent, & vulgo *Scepter-Lehen* vocantur, quærere solent Doctores? Nos affirmamus (*a*) Quæstionem; quia, licet, si verbis inhæreamus, hæc Feuda non sint *Fahnen-Lehen*, comprehenduntur tamen sub Feudis Principum; quæ verba etiam habentur in textu A. B. Quo accedit, quod, licet hæc Feuda non conferantur *mit dem Fahnen*, tamen Sceptrum sit æquivalens Vexillo, ut alibi Ensis, & Hasta; (*b*) Imo hodie omnia Feuda, tam Ecclesiastica, quam Secularia, conferuntur per Ensem, (*c*) de quo supra.

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) AFFIRMAMUS &c. Ut enim Principes Ecclesiastici & Seculares in multis aliis prærogativis, ad paria censentur, ita quoque in hac. Faciunt huc, quæ, ex Speculis Suevico & Saxonico, præced. Lib. 1, Tit. XV, §. 22, lit. g, pag. 1391, & præced. lib. 2, Tit. 1, §. 4, lit. b. pag. 922, & §. 9, lit. a, pag. 926, adduxi; Hæcque, dubio procul, ratio, cur *Aurea Bulla*, Cap. V, §. 1, separatim mentionem faciat *Feudorum Principum*, & *der Fahn-Leben*, verb: *Feudis Principum duntaxat exceptis, & illis, quæ Van-Lehen vulgariter appellantur &c.* Ne scil. quis Feuda majora Ecclesiastica eximere conetur. Conf. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. XIX, §. XI, p. 398.

(b) HASTA &c. Vid. præced. Lib. 2, Tit. I, §. 4, lit. b, pag. 922; & §. 17, lit. c, pag. 969 &c. & lit. f. pag. 979 &c.

(c) PER ENSEM &c. Vid. ibid. §. 17, lit. g, pag. 980. & §. 18, ibid.

8. *Quinto:* Jus passivum, seu potius restrictio Juris Vicariorum, est, quod Vicarii nullas res Imperii alienare, *(a)* seu obligare, tempore Vicariatus, possint. Versio Germanica Aureæ Bullæ discrepat aliquo modo à Latino Exemplari; *(b)* verba Germanicæ Versionis *(c)* hæc sunt: *Und derselbe Pfaltzgraf hat, aus Kayserlicher Güte, zu verbieten alle Veraͤusserung, und Verpfandung, der Güter, so zum Reich gehœren, Zeit Seiner Verwesung.*

NOTÆ.

(a) ALIENARE &c. Idem dicunt: *Limnæus*, ad Art. 3. *Capitul. Caroli V*, verb: *Pfaltz und Sachsen*; §. 26, pag. 145 &c. & lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. XII, §. 79, pag. 178; *Schützius* Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. V, §. 20, pag. 341, ibique *Scharschmidt* in Notis; *Rumelinus* ad A. B. Part. 1, Diss. 4, §. 20, pag. 129; *Gastelius*, de *Statu Publ. Europ.* Cap. 8, §. 26, pag. 397; *Monzambano*, Cap. 4. §. 8; *Rhetius, Instit. Jur. Publ.* lib. 1, Tit. V, §. 9, pag. 187; *Schilter, Instit. Jur. Publ.* Tom. 1, lib. 1, Tit. 18, §. 2, pag. 187; Illustr. *Coccejus, Prudentia Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 13, pag. 282; Dnn. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 1, Cap. 33, §. 8, pag. 715; Auctor *des Europ. Heroldts*, Tom. 1, Part. 3, Cap. 3, pag. 164; *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Art. XXXV, §. 17, v. 81, pag. 569; *Pritzbaur*, Diss. cujus præced. Procem. lit. a, memini, §. 47, pag. 33; *Hornius*, *Prudentia Jur. Publ.* Cap. XXI, §. XI, pag. 195; *Struvius, Syntagm. Jur. Publ.* Diss. XIII, §. 27. pag. m. 280; *Wegelin*, ad Art. 3, *Capitulationis Caroli VI*, pag. 81; *Brunnemannus, Exam. Jur. Publ.* Lib. 2, Cap. 7, Q. 12, pag. 70; *Crüger*, l.c. §. XIII, p. 400; *Zwantzig, Theatr. Præcedentiæ*, Part. 2, Tit. 2, pag. 16; *Münchmayr, Jur. Publ.* Cap. XI, §. 10, pag. 238; *Zschackwitz, Einleitung zum Jure Publico*, Lib. 2, Cap. VI, Q. 10, pag. 248; Auctor *des Reichs-Staats*, Part. I, Cap. XI, §. 9, p. 224; in primis Dn. *Johannes Ulricus Pauli*, Diss. Inaug. de *Alienatione Immediati Feudi Imperii*, An. 1709, Præside Dn. *Matthia Stein*, Rostochii habita, Cap. 3, §. 2, v. 12. Sane, cum Ipsi Imperatori facultas alienandi, vel oppignorandi, Imperii Bona denegetur; quo Jure Vicarii eam usurpare conabuntur? non equidem dixerim, Cæsares omni tempore potestate hac fuisse destitutos, multis omnino, vel solius liberalitatis, qua Ecclesias olim sibi constrinxerant, exemplo, in contrarium monumentis extantibus; id tamen affirmare ausim, Seculo à Salvatoris nativitate XIII, Cæsares juramento se, jam obligasse, Imperium ab Ipsis non iri diminutum, bene vero dispersa ejus Jura vindicatum. Facit hanc in rem *Matthæus Parisius*, Albanensis Cœnobii Monachus, An. 1259 defunctus, in Chronico, ad Annum 1210: *Circa dies Festos istos, Otto, (IV) Romanorum Imperator, memor juramenti, quod fecerat, cum à Papa ad Imperium fuerat sublimatus, quod videlicet Dignitates Imperii conservaret, & Jura dispersa, pro possibilitate sua, revocaret, fecit, per Sacramentum legalium Hominum Imperii, Dominica Castella sua, ad dignitatem Imperialem spectantia, perquiri, & quæcunque, per recognitionem, ad Jus Imperii spectare didicerat, in usus suos convertere laborabat. Hac autem de caussa orta est dissensio gravissima inter Dn. Papam, & Imperatorem memoratum &c.* & postea: *Imperator nunciis Dn. Papæ tale perhibetur dedisse responsum: Si, inquit, Summus Pontifex Imperii Jura injuste possidere desiderat, à Sacramento, quod, tempore consecrationis meæ ad dignitatem Imperialem, me jurare compulit, me absolvat, quod videlicet dispersa Imperii Jura revocarem &c.* Clarius adhuc Compilator *Speculi Suevici*, itidem coævus scriptor, Cap. XXI, *Wie der Künig dem Reich schwert*; apud *Goldastum*, Part. I. *der Reichs-Satzungen*, pag. 36: *Als man den Künig kieset, so soll Er dem Reich Hulde schweren, und sol man in den*

den Eyd vier Ding nemen. Das (1) ist, daß Er das Reich (Recht) stercke, und (2) Unrecht krencken; und daß Er (3) das Reich verstand (dem Reichvorstehe) an seinem Recht: und (4) das Reich allzeit mehren soll, und nicht ærmer machen. Diß schreibt der Künig in allen seinen Brieffen, die Er sendet, daß Er das Reich zu allen (Zeiten) reicher, und nicht ærmer, mache &c. Add. Compilator *Speculi Saxonici*, Lib. 3. Art. 54, pag. m. 156: *Alse men den Koning kyset, so schal He deme Rycke Hulde dun, unde schweren, dat He Recht stercke, unde Unrecht krencke, unde dat Ryke vorsta an syme Rechte, alse He kunne unde moghe &c.* Lat. Idiom: *Cum Rex eligetur, jurando Imperio homagium præstet, & jurare debet, se velle Justiciam confortare, & destruere Injusticiam, & Imperii, secundum suum posse, Jura defendere &c.* Unde sua Glossator ad Art. VIII. *Weichbild.* Certe, cui Jura alicujus defendere incumbit, illi fas non est, ea prodigere; quo etiam facit sententia *Friderici II* Imp. An. 1216. in Curia Herbipolensi lata, verbis præced. Tit. 2. §. 62, lit. c, occurrentibus; hinc, inter causas, ob quas Imperium *Wenceslao* ablatum, apud Auctores, præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Wenceslai*, pag. 681, hoc titulo, commendatos, hæc quoque reperitur, *quod gravissimas membrorum Sacri Imperii avulsiones, diminutionesque, contra nominis sui dignitatem, damnose fecerit, fierique permiserit; Imperium membris aliquot perniciose mutilaverit, & mutilum reddi permiserit, in quorum numero sint Mediolanum, & Provincia Longobardiæ, quæ Juris Sacri Romani Imperii fuerint, redeuntibus inde ad Imperium amplissimis emolumentis; complures insuper Urbes terrasque, tam in Germania, quam Italia, ad Imperium pertinentes, quarum quædam ad idem rediissent, alienaverit, parum pensi habens, ut eas Sacro Imperio retineret &c.* Legiturque in *Laudo* quodam, nomine *Sigismundi* Imp. à *Bernhardo*, March. Badensi, An. 1418, in die *Vinculorum S. Petri*, lato & publicato: *Und ist ein gemein Recht, daß ein Römischer König, oder Kayser, des Reichs Erbe nicht hingeben, oder verschryben mag, in erbsweise, ohne Willen und Verhängnüß der Churfürsten &c.* Vid. *Reinking*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. 1, Class. 2, Cap. 8. §. 95. pag. 148. Sequentes Imperatores, ad eadem servanda, solenni sacramento fuisse adstrictos, documento est jurisjurandi formula, à *Maximiliano I*, An. 1486, in Romanorum Regem electo, præstiti, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, part. I, §. 44, pag. 94: *Ich* Maximilianus, *Römischer König, gelobe und versprich, vor GOtt und Seinen Engeln, daß Ich, von nun an, hinführo die Gesetze und Gerechtigkeit des Reichs, auch den Frieden der H. Christenheit, mit Gottes Hülffe, erhalten; allen meinen und des H. Reichs Unterthanen wohl vorstehen; alle Gerechtigkeit mit gutem Gericht üben, und alle des Reichs Rechte handhaben wolle; daß Ich auch, nach dem allerbesten Rath, den der Allmächtige GOtt mir, und meinen Chur- und Fürsten, verleihen wird, jederzeit des H. Reichs Nothdurfft, Ehre und Wohlfahrt, beförderen wolle &c.* Licet Cæsar hic, sub dato *Wormbs, am Mittwoch vor S. Dionysien Tag*, An. 1495, in favorem meritorum *Philippi*, Electoris Palatini, solenni Diplomate renunciaverit reluitioni locorum omnium, ab Imperatoribus pristinis Palatinæ domui oppignoratorum; tamen nihil contrarii hoc involvit, cum renunciatio ista facta noscatur, *mit zeitigem Rath des Reichs-Chur-Fürsten, Fürsten, Graffen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, und Lieben Getrewen &c.* adeoque consentiente toto Imperio. Vid. *Electa Juris Publici, Historiam Palatinam illustrantia*, Part. 1, §. 3. pag. 127 &c. Quare & prior obligatio in subsequentibus Imperatorum Regumque Romanorum Capitulationibus, constanter repetita fuit, teste Art. IX. Capitulationis *Caroli V*: *Insonderheit, sollen und wollen Wir dem H. R. Reich, und desselben Zugehörungen, nicht allein ohn Wissen, Willen und Zulassen gemeldter Churfürsten sämptlich, nichts hingeben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere Weg vereusseren, oder beschweren, sondern Uns auch auffs höchst bearbeiten, und allen möglichsten Fleiß mit Ernst fürwenden, dasjenige, so davon kommen, als verfallen Fürstenthumben, Herrschafften, und andere, auch confiscirt- und unconfiscirte merckliche Güter, die zum Theil in anderer frembder Nation Händ, ungebührlicher Weiß, gewachsen, zum fürderlichsten wieder darzu bringen, zu eignen, auch darbey bleiben lassen, doch männiglich an seinen gegebenen Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten unschädlich &c.* Junct. Art. VIII, Capitulationis *Ferdinandi I*; In Capitulatione *Maximiliani II*, Art. IX. additamentum offendis: *Insonderheit sollen und wollen Wir dem H. R. Reich, und desselben Zugehörden, nicht allein:* & reliqua, usque ad: *so davon kommen*; quibus anne-

annectitur: *als verfallene Chur-Fürstenthum, Herrschafften &c.* usque ad: *darbey bleiben lassen &c.* post quæ verba, inserta clausula: *Und in diesem, mit Rath, Hülff und Beystand der sechs Churfürsten, der andern Fürsten und Ständ, jederzeit an die Hand nehmen, was durch Uns, und Sie, für rathsam, nützlich und gut, angesehen und verglichen seyn wird, doch männiglich &c.* vid. Dn. *Christophor. Ziegleri, Wahl-Capitulationes*, pag. m. 42. add. *Limnæus*, de *Capitulationibus*, pag. 484, §. 6 &c. quamvis loco: *verfallene Chur-Fürstenthumb &c.* simpliciter ibi habeatur: *verfallene Fürstenthumb &c.* quæ lectio etiam in Capitulatione *Rudolphi II*, Art. VIII. occurrit, pariter ac Art. VIII. Capitulationis *Matthiæ*, omissa plane, in hac posteriori, clausula: *Und in diesem &c.* cujus in Capitulatione *Maximiliani II* facta mentio; quæ tamen in Capitulatione *Ferdinandi II*, Art. VIII, iterum conspicitur, & quidem cum nova additione, post verba: *Auch darbey bleiben zu lassen &c. Fürnemblich auch, dieweil Uns fürkommt, dass etliche ansehnliche, dem Reich zugehörige, Herrschafften und Lehen, in Italia und sonsten, veräussert worden seyn sollen, eigentliche Nachforschung derentwegen anstellen, wie es mit solchen* Alienationen *bewandt, und die eingeholete Berichte zur Churfürstl. Mayntzischen Cantzley, inner Jahres Frist, von* dato *an zu rechnen, unfehlbarlich einschicken; auch in diesem &c.* quam additionem & in Capitulationibus *Ferdinandi III*, Art. VIII. *Ferdinandi IV*, Art. IX. atque *Leopoldi*, Art. XII, deprehendis, etiamsi verba: *Und in diesem, mit Rath, Hülff und Beystand der sechs Churfürsten, der andern Fürsten und Stände &c.* in Capitulatione *Leopoldina* conditionate ponantur: *Auch in diesem, und obigem allem, mit Rath, Hülff, und Beystand der sieben Churfürsten allein, oder, nach Gelegenheit der Sachen, auch anderer Fürsten und Ständen &c.* quæ nova restrictio in Capitulationibus *Josephi*, Art. XII, & *Caroli VI*, Art X, retenta fuit. Fundamenta igitur hujus assertionis sunt, (1) Leges scriptæ; quæ ejusmodi alienationem, vel oppignorationem, fieri vetant; (2) Regula communis, l. 6. C. de *Reb. alienis non alienandis*, (Lib. 4. Tit. 51,) fundata: *Nemo res, ad te pertinentes, non obligatas sibi, nec ex officio vendendi potestatem habens, distrahendo, quicquam tibi nocere potuit &c.* (3) nec non illa, *quod is, cujus administrationi & defensioni aliquid commissum est, id neutiquam, quocunque titulo alienare queat;* arg. l. 1, §. 1 ff. de *Officio Procurat. Cæsar.* l. 28. §. ult. & l. 37, ff. de *Pact.* l. 63. ff. de *Procurator.* aliarumque, ad quas *Rumelinus* l. c. Dissert. 1, θ. 6, pag. 22, hunc in finem provocat; (4) universale principium: *quod nulli Regum fas sit, Regni bona donando, graviter coronam lædere;* per ea quæ *Reinkingius* l. c. §. 88 &c. pag. 147 tradit. (5) Confessio ipsius *Caroli V* Imp. qui, *Paulo III* P. R. urgenti, ut ratum haberet permutationis negotium, quo *Parmam & Placentiam* filio, *Petro Aloysio*, concesserat, *Camerino* Principatu & *Nepe*, dominio, quibus gnatum ipsius, *Octavium*, in favorem matrimonii cum *Margaretha*, filia naturali Cæsaris, contracti, donaverat, in locum illarum Civitatum, vicissim Ecclesiæ attributis salse respondit: *suarum non esse partium, siquidem illæ Civitates Ecclesiasticæ Ditionis essent, de his statuere; si vero ad Imperium pertinerent, non posse Se, in Ditionis ac dignitatis Imperialis præjudicium, eas alienare &c.* Vid. *Thuanus*, lib. 4. *Histor.* ad An. 1547, pag. m. 118; &, ex eo, *Lansius*, in *Oratione contra Italiam*, pag. m. 856; & *Reinkingius* l. c. §. 95, pag. m. 148. (6) Praxis & Observantia, cujus virtute, Serenissimus Elector Palatinus, *Carolus Ludovicus*, An. 1640, Contractui emptionis venditionis, inter Imperatorem *Ferdinandum II*, & *Maximilianum* Bavarum, Monachii, An. 1628, 22 Februar. inito, vigore cujus *Superior Palatinatus*, aliaque ad Palatinam domum pertinentia, in dictum Bavariæ Ducem translata sunt, serio, se opposuit; apud *Lundorpium*, Tom. 4. *Act. Publ.* Lib. 3. Cap. 109, pag. 779 &c. dicens, inter alia: *Es gestehet ja die Bayerische Ableynung selbst, daß die Kayserliche* Capitulation - - - *einen erwählten Römischen Kayser dahin verbinde, daß Er die erledigte und dem Reich wieder heimgefallene nahmhaffte Lehen, als Fürstenthumen, Graff- und Herrschafften, ohne der sämptlichen Herren Churfürsten Vorwissen, und Bewilligung, anderwärts nicht vergeben solle; die Bayerische Kauffhandlung aber weiset aus, daß die Kayserl. Majest. das ansehnliche Fürstenthumb der Obern-Pfaltz, und die, in der Untern-Pfaltz, occupirte vier Aempter, Heidelberg, Mosbach, Brettheim, und Boxberg, welche besser seind, als manche Fürstenthumb, der Fürstl. Durchl. in Bayern, ohne der sämptlichen Churfürsten Vorwissen und Bewilligung, nicht allein verkaufft, sondern auch einen unerschwinglichen Schulden-Last dem H. R. Reich, ohne der Stände Wissen, oder zuthun, aufgesattelt; welches dan umb so viel unerträglicher ist, weil annoch mit Rechten nicht ausfindig gemacht, auch keines wegs, mit einigem Schein Rechtens ausfindig gemacht werden kan, daß solche Fürstenthum und Aempter dem Reich* apert *und heimgefallen seyn &c.* Id quod latius, *in der Pfältzischen Ableinung des Bayerischen Berichts, von denen, in der Chur-Pfältzischen Sachen, vorgangenen gütlichen Handlungen*, de An. 1642, apud *Lundorpium* Tom. V, Lib.

V, Lib. 2, Cap. 33, pag. 811 &c. *§. Was aber von Verkauffung &c.* exponitur. Palam quoque eſt, conventionem *Ferdinandi III* Imp. cum *Philippo*, Hiſpaniarum Rege, ſuper reſtituenda Imperio, & Electori Palatino, Civitate *Franckentalenſi*, reddendaque in compenſationem Coronæ Hiſpanicæ in perpetuum Civitate Imperiali *Veſontina*, *Vienne*, 15 Maji, An. 1651, initam, non prius validam fuiſſe, quam, 23 Maji, an. eod. Collegii Electoralis conſenſus formalis, & quidem ita, acceſſiſſet, ut ſimul pollicerentur Electores, *Se in id omni ſtudio collaboraturos, quo, in proximis Comitiis Imperialibus, reliquorum quoque Principum & Statuum Imperii conſenſus dictæ transſcriptioni accedat.* Inſtrumentum deſuper confectum ſiſtit *Lundorpius*, Tom. VI. *Act. Publ.* Lib. 4. Cap. 161, p. 634 & 635, &, poſt eum, *Limnæus*, Tom. 2. Addit. Jur. Publ. lib. 7. c. 6, pag. 103 &c. atque *Knipſchildius*, de *Privilegiis Civitatum Imperial.* lib. 4. c. 1, §. 19, pag. 1005 &c. Unde ſufficit hic allegaſſe: *Nos idcirco, à Sacra Cæſarea Majeſtate, in hunc finem, & pro impartiendo Noſtro conſenſu, tamque in negotio, publicam & ſingularem S. R. Imperii ſalutem & tranquillitatem concernente, ſpecialiter requiſiti, pro Jure Nobis, una cum cæteris Imperii Statibus, competente, in dictum Cæſareum diploma, eoque contentum Civitatis Byſantinæ tranſcriptionem, pro nobis, & ſucceſſoribus, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, conſentimus, promittentes inſuper, Nos in id omni ſtudio collaboraturos, quo in proximis Comitiis Imperialibus, reliquorum quoque Principum & Statuum Imperii conſenſus tranſcriptioni huic accedat. In cujus rei fidem, & teſtimonium, patentes haſce litteras, propria manuum Noſtrarum ſubſcriptione, & ſigillorum Noſtrorum munimine firmari curavimus. Data* 23 Maji, An. 1651.

L. S. *Johannes Philippus*, *Elector*, *Archi-Epiſcopus Moguntinus*, *Epiſcopus Herbipolenſis*.

L. S. *Maximilianus Henricus*, *Elector Colonienſis*.

L. S. *Maximilianus*, *Elector Bavariæ*.

L. S. *Johannes Georgius*, *Elector Saxoniæ*.

L. S. *Fridericus Wilhelmus*, *Elector Brandenburgicus*.

L. S. *Carolus Ludovicus*, *Palatinus Elector*.

Ipſum tranſcriptionis Diploma Cæſareum habetur ibidem. Formulam *totius Imperii conſenſus*, in Comitiis Ratisbonenſibus, 3 - 13 Februar. An. 1654, cujus hic mentio fit, dati, ſuppeditant *Limnæus* l. c. pag. 105 &c. & *Knipſchildius* l. c. pag. 1006, inde huc ſpectant: *Sacri Romani Imperii Electores, Principes & Status, in hiſce Imperii Comitiis congregati, eorumque, qui abſunt, Plenipotentiarii, Legati & deputati, univerſis & ſingulis, præſentes literas lecturis, vel legi audituris, & quorum intereſt, vel quomodolibet intereſſe poteſt, notum teſtatumque faciunt publice: cum, poſt Pacem, Monaſterii & Oſnabrugis Weſtphalorum, ante quinque annos concluſam, ut & deſuper Norimbergæ abſolutos Executionis tractatus, circa Civitatis & Fortalitii Franckenthalenſis reſtitutionem, maxima, periculoſiſſima, & fere inſuperabilis remanſerit difficultas, eamque, pro ſtabilienda communi Imperii tranquillitate, & avertendis, quæ contra hærebant, & imminebant, damnis & periculis, Sacra Cæſarea Majeſtas, Ferdinandus III hujus nominis, Imperator Semper Auguſtus, cum Sereniſſ. & Potentiſſ. Rege Hiſpaniarum Catholico, mediante Imperialis Civitatis Biſuntinæ tranſcriptione, amicabiliter ſuperarit, &, ſalvo S. R. Imperii Electorum, Principum & Statuum, ad eandem neceſſario, libero & ſolenni aſſenſu, ſpeciale deſuper diploma Cæſareum in eum erexerit & extradiderit modum & tenorem, ut ſequitur:* (Inſtrumentum Cæſareum) *Quod id in hiſce S. R. Imperii univerſalibus Comitiis productum diploma, hodierna die, à Cæſarea Majeſtate, tribus Electorum Principum & Statuum Collegiis rite propoſitum, & ab iisdem mature deliberatum, perpenſaque negotii qualitate, unanimi omnium Electorum, Principum & Statuum conſenſu, concluſum ſtatutumque fuerit - - - - quod dicta Cæſarea Majeſtatis, prævio Dnn. Electorum conſenſu, facta tranſcriptio, ceſſio, traditio & conſignatio Imperialis Civitatis Biſuntinæ, ejuſdemque diſtrictus & territorii, ſumme neceſſaria fuerit, & publicæ ſaluti expediat; ideoque ab omnibus & ſingulis Imperii Statibus, communi calculo, in eo, quo facta eſt, tenore, in omnibus & ſingulis punctis, articulis & clauſulis, pleniſſime ſit acceptanda, approbanda, confirmanda, & ratificanda, prout etiam, hiſce patentibus literis, taliter acceptatur, approbatur, confirmatur & ratificatur, ſalvis tamen Domini Archi-Epiſcopi Biſuntini Status, ejuſdemque Capituli libera Imperii immedietate, juribus, privilegiis & immunitatibus &c.* Reſervatio Civitatum Imperialium ſpecialis, quam interponi neceſſe ducebant, legitur ap. *Knipſchildium* l. c. & *Limnæum* l.c. p. 106: *So viel die* translation, *oder nunmehr* tranſcription *der Statt Byſantz, und ertheilten* conſenſum *der Ständ, belangend, ſo kombt zwar den Reichs-Stätten etwas ſchmertzlichen vor, daß abermahl ein ſolches vornehmes Reichs-Stättiſch Glied von dem* Corpore & Collegio *abgeriſſen, und die Einwilligung*, poſt vulneratam cauſam, & re non amplius integra, *von denen Ständen erſt eingeholet, und ein ſo ſonderbahres koſt-*

 bares

bares Lytrum, *vor Franckenthal, hingegeben werden solle, welches* contra Jura Imperii & Statuum, nec non libertatem, in Instrumento Pacis firmiter stabilitam, *nicht wenig lauffet, und böse* consequentias *nach sich ziehen kan; Dieweil es aber nunmehr so weit, und die Cron Spanien allbereit* in possessionem vel quasi *kommen, und die Römische Kayserliche Majestät, und das Hochlöbliche Churfürstliche* Collegium *ihren schrifftlichen* Consensum *darein geben, und die Statt Bysantz nichts darwieder eingebracht, also* tacitum Consensum *von Ihr gegeben zu haben scheinet, muß man es wohl dißmahl dahin gestellet seyn lassen; Geleben aber der unterthänigsten, und unterthänigen Zuversicht, es werde solches in keine* Consequentiam *nicht gezogen, dergleichen Dismembrationes verhütet, und hingegen denen Erb- Frey- und Reichs-Stätten in Ihren Angelegenheiten, und manutenentz Ihrer Jurium, gnädigst und gnädig entgegen gegangen werden &c.* Hujus insuper loci sunt cessiones, *consentiente toto Imperio* factæ; (de quibus Pacificationum Tabulæ evolvantur;) v. g. *Supremi Dominii, Jurium Superioritatis, aliorumque omnium, in Episcopatus Metensem, Thullensem & Virodunensem, Urbesque cognominum, eorumque Episcopatuum districtus, nominatim: Moyenvicum &c.* à toto Imperio, in Regem Coronamque Galliæ in perpetuum transscriptorum. Vid. Art. LXX *Instrum. Pacis Monasteriensis,* An. 1684, & præced. Lib. 2, Tit VI, §. 10, lit d, pag. 1058. *Cessio Jurium Imperatoris & Imperii quorumcunque in Oppidum Brisacum; Superioris & Inferioris Alsatiæ Landgraviatum; Sundgoviam; Præfecturamque Provincialem decem Imperii Civitatum in Alsatia sitarum &c.* Eidem facta Coronæ; testibus Art. 73 & 74 earundem Tabularum; vid. supr. l. c. *Translatio Juris Directi Dominii, Superioritatis & cujuscunque alterius, quod hactenus Imperatori & Imperio in Pinarolum competiit, eandem in Coronam;* vigore Art. 72, dictæ Transactionis; quibus omnibus robur addit Art. 79, ejusdem Pacificationis, verb: *Ad majorem supra dictarum cessionum & alienationum validitatem, Imperator & Imperium, vigore præsentis Transactionis, expresse derogant omnibus & singulis Prædecessorum Imperatorum, Sacrique Romani Imperii, Decretis, Constitutionibus, Statutis & Consuetudinibus, etiam Juramento firmatis, aut in posterum firmandis, nominatimque Capitulationi Cæsareæ, quatenus alienatio omnimoda Bonorum & Jurium Imperii prohibetur, simulque, in perpetuum, excludunt omnes exceptiones, & restitutionis vias, quocunque tandem jure tituluve fundari possent &c. Declaratio Libertatis Basiliensium, totiusque Helvetiorum Reipublicæ;* vi *Instrum. Pacis Osnabrugensis,* An. eod. Art. VI. Vid. præced. Lib. 2, Tit. 4, §. 3, lit. d, pag. 998. *Vicissitudines Circuli Burgundici;* de quibus præced. Lib. 2, Tit. VI, §. 7, lit. b, pag. 1051. *Permutatio Juris protectionis, perpetui præsidii, & quicquid Coronæ Galliæ, virtute Pacis Monasteriensis, in Castrum Philipsburgum cessum,* cum Castro & Oppido *Friburg,* in compensationem Ei reddito, per Art. IV & V, Pacificationis *Noviomagensis,* An. 1679. Commutatio Civitatis *Argentoratensis,* pro restituendis Imperatori & Imperio Munimento *Kehl,* & Castro *Philipsburg,* nec non Domui Austriacæ Oppidis *Friburgo & Brisaco Veteri,* cum inde pendentibus, eidem Coronæ in æternum assertæ; vid. Art. XVI ad XXII, Pacificationis *Ryswicensis,* An. 1697; add. præced. Lib. 2, Tit. VI, §. 10, lit. d, pag. 1078. Renunciatio Solennis in *Landaviam,* laudatæ Coronæ per Art. XIV Pacificationis *Badensis,* An. 1714, adscriptam; vid. ibid. De aliis ne dicam. Conf. *Limnæus,* ad *Capitul. Ferdinandi IV,* Art. IX. verb: *Gemeldter Churfürsten sämptlich,* §. 17, p. 831. (7) Cautela, qua Exteri in hujusmodi negotiis sibi prospicere tenentur, utpote quibus non satis consultum est, quoties cum Solo Cæsare de Bonis Imperii transigunt, nisi & Ordinum auctoritas simul accedat. Vid. *Conring,* de *Finibus Imperii,* Lib. 2, Cap. XIX, §. 26, pag. 245. Ne dicam (8) De Statibus, specialia habentibus privilegia, vigore quorum ab Imperio nec alienari, nec oppignorari valent; cujusmodi obtinuerunt v. g.

An. 1226, mens. Junio, *Lubeca* Civitas, a FRIDERICO II; vid. Dn. *Lunig,* part. spec. *des Reichs-*Archivs, Contin. 4, Part. I, XXX *Absatz,* Tit. *Lübeck,* §. 2, p. 1332.

An. 1251, sub dato *Nurimberg,* mens. Aug. *Mühlhusium,* à CONRADO IV, Romanorum Rege; apud Dn. *Lunigium* l. c. XXXII *Absatz,* Tit. *Mühlhausen,* §. 1, p. 1426; confirmatio *Wilhelmi,* An. 1255, extat ibid. §. 2, p. 1426; ut & *Ludovici Bavari,* An. 1332, §. 3, p. 1427.

An. 1254, sub dato *Lyden,* 4 Id. Augusti, *Francofurtum ad Mœnum,* à WILHELMO Hollando; apud Dn. *Lunigium* l. c. XIV *Absatz,* Tit. *Franckfurth am Main,* §. 7, p. 559. Confirmatum à *Carolo IV,* An. 1366, ibid. §. 53, p. 580; ut & à *Sigismundo,* An. 1417, ibid. §. 100. p. 610.

An. eod. sub dato *Leiden,* 3 Id. Augusti, *Gelnhusa,* ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig* l. c. XVI *Absatz,* Tit. *Gelnhausen,* §. 5, pag. 785. Confirmatio *Ludovici Bavari,* sub dato *Franckenfurt, Montag nach Pfingstag,* 1337, habetur ibid. §. 24, p. 792.

An.

An. 1276, sub dato *Basileæ*, 17 Kal. Julii, *Ravensburgum*, a RUDOLPHO Habspurgico Imperatore; apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, XXXVIII *Absatz*, Tit. *Ravenspurg*, §. 1, p. 220; Confirmatio *Caroli IV*, sub dato *Ulm, an dem nechsten Sonntag für Unser Frauen Tag der Lichtmesse*, 1358, reperitur ibidem, §. 16, p. 227.

An. 1286, sub dato *Augustæ*, 8 Kal. Febr. *Memminga*, ab Eodem; apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. I. XXXI *Absatz*, Tit. *Memmingen*, §. I, pag. 1416.

An. eod. sub dato *Augustæ*, 3 Non. Febr. *Kauffbeura*, ab Eodem; apud Dn. *Lunigium* l. c. XXV *Absatz*, Tit. *Kauffbeuren*, §. 2, p. 1250; confirmatum a *Carolo IV*, An. 1348; ibid. §. 7, p. 1253.

An. 1289, sub dato *Basileæ*, 15 Kal. Julii, *Campidunum*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig* l. c. XXVI *Absatz*, Tit. *Kempten*, §. I, pag. 1277. Confirmatio *Caroli IV*, An. 1361, reperitur ibidem, §. 4, p. 1278. Add. alia de An. 1348, in Addendis, Tit. *Kempten*, §. 2, p. 1506, ibid.

An. 1329, sub dato *Cremonæ*, 24 Oct. *Augusta Vindelicorum*, a LUDOVICO Bavaro Imperatore; apud Dn. *Lunigium* l. c. 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. 8, p. 92; confirmatum a *Carolo IV*, sub dato *Ulme, an dem Sontag vor Unser Frawen Tag der Lichtmeß*, 1348, ibid. §. 11, p. 94.

An. 1331, sub dato *Nörnberg, am Montage nach S. Urbans Tag*; *Biberacum*, ab Eodem: Vid. Dn. *Lunig* l. c. IV *Absatz*, Tit. *Biberach*, §. 3, p. 183.

An. 1332, sub dato *Nürnberg, in crastino B. Bartholomæi*, *Tremonia*, ab Eodem; Vid. Dn. *Lunig* l. c. XI *Absatz*, Tit. *Dorthmunth*, §. 3, p. 442.

An. 1335, sub dato *Nürnberg, am Freytag in der Pfingst-Wochen*, *Rotenburgum ad Tubarim*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2. XLI *Absatz*, Tit. *Rothenburg an der Tauber*, §. 4, p. 338. Confirmatum a *Carolo IV*, sub dato *Nürnberg*, An. 1347, *an S. Clementen Tag*, ibid. §. 5, p. 338.

An. 1337, sub dato *Franckfurt, an dem Dienstage vor S. Ulrichs Tag*; *Friedberga*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. I, XV *Absatz*, Tit. *Friedberg*, §. 16, pag. 732.

An. 1347, sub dato *Eßlingen, Montag vor S. Bartholomäus Tag*; *Buchovia*, ab Eod. Vid. Dn. *Lunig* l. c. VII *Absatz*, Tit. *Buchaw*, §. 1, p. 300.

An. 1348, sub dato *Ulme, an dem Sunnetage vor Unser Frawen Tage der Lichtmessen*, *Eslinga*, a CAROLO IV, apud Dn. *Lunigium* l. c. XIII *Absatz*, Tit. *Eßlingen*, §. 6, p. 500.

An. eod. sub eod. dato, *Hailbronna*, ab Eodem; vid. Dn. *Lunig*, l. c. XXI *Absatz*, Tit. *Hailbrunn*, §. 13, p. 887.

An. eod. sub eodem dato, *Halla-Suevorum*, ab Eodem; vid. Dn. *Lunig* l. c. XXII *Absatz*, Tit. *Hall*, §. 4, p. 902.

An. eod. sub eodem dato, *Leutkircha*, ab Eodem; apud Dn. *Lunig* l. c. XXVIII *Absatz*, Tit. *Leutkirchen*, §. 4, p. 1287; & in Addend. hac voce, §. VIII, v. 3, p. 1491.

An. eod. sub eodem dato, *Lindavia*, ab Eodem; apud Dn. *Lunigium* l. c. XXIX *Absatz*, Tit. *Lindaw*, §. 8, p. 1301.

An. eod. sub eodem dato, *Pfullendorfium*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 2. XXXVII *Absatz*, Tit. *Pfullendorf*, §. 2, p. 204.

An. eod. sub eodem dato, *Reutlinga*, ab Eodem: Vid. Dn. *Lunigius* l. c. XL *Absatz*, Tit. *Reuttlingen*, §. 1, p. 307.

An. eod. sub eodem dato, *Rothwila*, ab Eodem; Vid. Dn. *Lunigius* l. c. XLII *Absatz*, Tit. *Rothweil*, §. 4, p. 365.

An. eod. sub eodem dato, *Wila*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. XLVIII *Absatz*, Tit. *Weil*, §. 1, p. 587.

An. eod. sub eodem dato, *Wimpina*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. LII *Absatz*, Tit. *Wimpffen*, §. 8, p. 645.

An. eod. sub eodem dato, occurrit Diploma generale, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. I, §. 16, p. 16, quo continentur nomina sequentium Civitatum privilegio hoc gaudentium: *Ulma*, *Memminga*, *Kauffbeura*, *Lütkirchen*, *Wangen*, *Bibrach*, *Ravensburg*, *Lindau*, *Buchorn*, *Uberlingen*, *Pfullendorff*, *Ezzelingen*, *Reutlingen*, *Rotweil*, *Weil*, *Nœrdlingen*, *Gemünd*, *Halle*, *Hailprunne*, *Winpfen* & *Winßperg*.

An. eod. sub dato *Brune, Montag vor Unsers Herrn Auffart-Tag*, *Donawerda*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig*, l. c. Contin. 4, Part. I, X *Absatz*, Tit. *Donawerth*, §. 4, p. 405; confirmatum a *Sigismundo*, An. 1434; ibid. §. 23, p. 417.

An. 1349, sub dato *Hagenau, an dem nechsten Mittwoch nach S. Niclaus Tag*; *Hagenoa*, *Colmaria*, *Selestadium*, *Ehenhemium*, *Roshemium*, *Mülhusium*, *Keysersberga*, *Türckhemium* & *Monasterium in Valle Gregoriana*, ab Eodem; vid. Dn.

Dn. *Lunigius* l. c. Part. 2, LVII *Absatz*, Tit. *Hagenau*, §. 1, p. 723.

An. 1352, sub dato *Prag, an dem nechsten Montag nach dem Jars Tag*, *Dünckelspühla*, ab Eodem; apud Dn *Lunigium* l. c. Part. I, XII *Absatz*, Tit. *Dünckelspühl*, §. 6, p. 457.

An. 1354, sub dato *Sultzbach, am nechsten Donnerstag nach S. Margarethen Tag*, *Northusa*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, XXXIV *Absatz*, Tit. *Northausen*, §. 3, p. 67.

An. 1360, sub dato *Prag, den nechsten Mittwochen nach Obers-Tage*; *Weissenburgum in Nordgovia*, ab Eodem; vid. Dn. *Lunig* l. c. 49 *Absatz*, Tit. *Weissenburg am Nordgau* §. 5, p. 615.

An. 1361, sub dato *Sultzbach, am nechsten Donnerstag nach S. Marcus Tag*; *Suinfurtum*, ab Eodem. Vid. Dn. *Lunig* l. c. XLIII, Tit. *Schweinfurt*, §. 2, pag. 394; confirmatum a *Sigismundo*, sub dato *Costentz*, an. 1417, *am letzten Tag des Mondes Meyen*, l. c. §. 22, p. 407.

An. 1377, sub dato *Rottenburg uff der Tuber, am nechsten Sunnen-Tage nach des H. Lichams-Tag*, confirmationem generalem hujus Privilegii a WENCESLAO Imp. nactæ sunt Civitates: *Ulma*, *Constantia*, *Eslinga*, *Reutlinga*, *Rothwila*, *Wila*, *Uberlinga*, *Memminga*, *Bibracum*, *Ravenspurgum*, *Lindavia*, *S. Galli*, *Campidunum*, *Kauffbeura*, *Leutkircha*, *Isnia*, *Wangena* & *Buchornium &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Contin. 4, Part. I, §. 27, p. 29, & Part. 2, 42 *Absatz*, Tit. *Rothweil*, §. XI, p. 369.

An. 1398, sub dato *Frankhfurth, Montags nach dem Obersten Tag*; *Aala*, ab Eodem; apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, 2 *Absatz*, Tit. *Aalen*, §. 4, p. 80. Confirmatio *Ruperti*, An. 1401, extat l. c. §. 5, pag. 81.

feudavimus, & investivimus --- nec non Jus, vocem, dignitatem & potestatem eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, sine impedimento quolibet, debeat obtinere &c. Ejusdemque Constitutio, sub dato *Basileæ*, An. 1434, 8 Mart. (cujus ibid. facta mentio,) eadem plane continens. Non minus, *Pfaltzischer Erb-Vertrag*, seu Transactio, à *Friderico* Electore, *Ottone Henrico, Wolfgango, Johanne, Wolfgango, Friderico* & *Georgio*, Comitibus Palatinis Rheni, *Heidelbergæ, auf Mitwochs nach dem Sontag Judica, den* 18 *Tag* Martii, An. 1551, confecta, apud Dn. *Tolnerum*, l. c. §. 223, pag. 168, in qua ad memoratam *Sigismundi* Constitutionem provocatur, verb: *Fürnehmlichen auch weyland des Allerdurchleuchtigsten Fürsten, Kayser* Sigismunds, *milter Gedächtniß, löblichen Erkandtnüß, Satzungen und* Decreten, *so Ihr Majest. sambt des H. Reichs Churfürsten darüber gethan, unter andern vermögende, wie die Chur, Stimm, Würdigkeit und Macht einen Römischen König, zu künfftigem Kayser, zu erwöhlen, und daß Ertz-Truchsessen-Ampt, mit allen ihren Herrschafften, Landen, Leuthen, Freyheiten und Zugehörungen, in ewig Zeit, bey dieser Unser* Lini *der Pfaltzgraffen an dem Rhein, und Unsern nechsten Erben, nach Vätterlicher* Lini, *von erblicher und Vätterlicher Nachfolg, aus Ordnung der Geburt, bleiben und behalten werden; Daß auch die Chur, daß Ertz-Truchsæssen-Ampt, und daß Fürstenthumb der Pfaltzgraffschafft an dem Rhein, und zu Bayrn, so bißher, durch, die Pfaltzgrafen Churfürsten ingehabt und besessen, nimmermehr voneinander gescheiden werden, noch eins, ohne das ander, seyn soll, noch mag &c. in Ewigkeit, von Uns und Unsern Erben, beständiglich nachgesetzt, ohne allen Mangel und Verrückung, vollzogen werden solle &c.* Hæcque sic sunt constituta, quod absonum putetur, alium esse possessorem Electoratus, & alium Jure eligendi præditum; hinc *Principatus Electoralis*, & *eligendi Jus*, ita noscuntur unita, ut alterum sine altero subsistere nequeat; secus ac olim fieri consuevit. Vid. *Arumæus*, de *Comitiis*, c. 7. n 131; *Lindenspurius* ad A. B. Tit. 20; *Limnæus*, Lib 3 *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 1 & 2 &c. pag. 59; & ad A. B. Cap. XX, Rubric. Observat. 3 & 4, pag. 497; & Cap. XXV, §. 2, pag. 538; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Disput. 2, §. XI, lit. d, pag. 104, & Exercit. VII, §. VII, lit. g, pag. 473; *Rumelinus* ad A. B. Part. 2, Differt. VI, §. 17, pag. 643, ibique *Mylerus*, in Additionibus; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclef.* Lib I, Claff. 4, Cap. 7, §. 1, pag. 374; & Claff 3, Cap. 3, §. 30, pag. 207. Ex quo fundamento porro fluit, quod quis Electoratus uno plures possidere queat; quod contigisset, si *Fridericus V.* Palatinus, impositam sibi Bohemiæ coronam Jure, & fatis, tueri valuisset. De *Sigismundo* Imp. Quem *Bohemiæ Regnum*, & *Brandenburgensem Electoratum*, simul tenuisse, *Goldastus* Part. 2. *der Reichs-Satzungen*, ad Decretum *Sigismundi, über die Chur und das Hertzogthumb Sachsen, Landgraff* Friederichen *von Thüringen, zu Offen*, An. 1426, *gegeben*, pag. 103, asserit, verb: *Ipse Sigismundus Imperator utrumque Electoratum, & Bohemicum, & Brandenburgicum, eodem tempore possedit &c.* non loquar, etiamsi & *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. §. XIX, pag. 646, ad illud provocet, quia, bene animadvertente Dn. *Struvio, Syntagm. Jur. Publ.* Differt. XVI, §. 26, pag. m. 339, *Sigismundus* Electoratum *Brandenburgicum* in *Fridericum*, Burggravium Norimbergensem, jam transtulerat, priusquam *Bohemiæ Regnum* ad Ipsum devolutum noscatur, quod ab obitu demum *Wenceslai*, Ex-Imperatoris, Ipsius Germani, An. 1418, factum, Burggravio jam Anno 1417, de Electoratu Brandenburgico solenniter investito. Quid autem, si *Sigismundus* Electoratum reluisset? quod pactum Contractui insertum erat, & facile in effectum deduci potuisset. Vid. præced Lib. I, Tit. V, *Vita Sigismundi* Imp. ad Ann. 1415 & 1417, pag. 693. Aut, quid si Electoris cujusdam Primogenitus Bohemiæ Regni hæredi matrimonio jungeretur? aut, Elector Clericus ab alio Capitulo Electorali Præsul postularetur? exemplo Sereniss. & Eminentissimi Electoris *Trevirensis* moderni, *Francisci Ludovici*, jam anno 1710, 5 Novembr. in Coadjutorem Electoris Moguntini assumti; ne dicam, jam Sec. XIV, *Cononem Trevirensem* administrasse simul *Electoratum Coloniensem*; Veteri *Chronico Coloniensi* teste, pag. 269. Tit. *So wye und wanne die Gräffschaff van Arnsburch quame an dat Byschdom van Collen*, apud Dn. *Franciscum Ignatium de Büllingen*, Diff. Inaug. de *Electore Coloniensi*, Præside Dn. *Feltzio*, An. 1716, Argentorati habita, pag. 49, ubi: *In dem Vurß Jair* (1369) *as Byßchoff Cono van Trier noch Administrator was des Bysdoms van Coellen, so is komen die Graffschaff van Arnsburch --- an dat Stifft van Coellen &c.* Conf. ibid. pag. 73, verb. *Cuno à Falckenstein, Archi-Episcopus Trevirensis, Capituli consensu, in Coadjutorem assumptus A. C. 1368. &c.* Fluctuat hic Dn. *Schützius* l. c. §. XV, lit. D, p. 509. In *Negativam* inclinantibus satisfacit *Limnæus*, T. 1. Addit. ad Lib. 3. *Jur. Publ* Cap. VII, post §. 69, pag. 351. Nulla minimum Lex prohibitoria adest, quin potius succedendi legitimus ordo in Electoralibus integer servandus sit & inviolabilis; Vid. *Hermes, Fascic. Jur. Publ.* Cap. 14, §. 26; Illust. *Coccejus, Jur. Publ. Prudentia* Cap. 14, §. 18, pag. 251. Minus dubii habet, *quod Pater & Filius simul Electores*

res existant, diversorum scil. Electoratuum respectu. Qui casus itidem in *Bohemiæ Regno* contingeret, si v.g. Electoris Filius Bohemiæ hæredem in Uxorem duceret; aut, si Electoratum Ecclesiasticum consequeretur; cum minus periculi involvat, duos Electoratus diversos à duabus personis, sanguine licet invicem sibi proximis, quales *Pater & Filius*, possideri, quam si unus idemque *duobus* præsit; quamvis me non lateat, vel ipsum *Sigismundum* Imperatorem, in dicto Decreto, contrariæ esse sententiæ, *Ludovico*, Electori Palatino, & *Friderico* Brandenburgico, aperti *Saxoniæ* Electoratus Investituram pro Filiis suis, efflagitantibus, respondendo: *Wiewohl Seine Kayserliche Majestät der Hochgedachten zweyen Churfürsten, Pfaltzgraffen Ludwigs bey Rhein, und Marggraffen Friderichs zu Brandenburg, Bitt gern erhört, so hetten doch Ihre Kayserliche Majestät inniglich betrachtet, GOttes und des H. Römischen Reichs Ehre, daß nit viel gehœrt, und frembd wære, daß Vatter und Sohn solten zwey Fürstenthumb besitzen; und hetten Ihr fürgenommen, im Nahmen des Allmächtigen GOttes, Hochgedachten Hertzog Friderich zu Sachsen - - - - mehrgedachtes Hertzogthumb zu Sachsen, sambt der Chur, Pfaltz, und Ertz-Marschalh-Ampt ---- gnediglich zu reichen &c.* Conf. *Fabricius*, Lib. VI *Origin. Saxon.* f. 681; *Knichen*, de *Saxonum non provocand. Jure*, voc. *Electorum*, c. 2. n. 16; *Schützius* l. c. *Mylerus* l. c. Debili enim fundamento Imperatoris assertum niti, *Goldastus* jam l. c. indicavit. Conf. Dn. *Struvius* l. c. §. XXVII, pag. 339. De *duobus Fratribus*, res manifesta est, modernis *Josepho Clemente*, *Coloniensi*, & *Maximiliano Emanuele*, *Bavariæ*, Electoribus, similiter laudato *Francisco Ludovico*, *Trevirensi*, atque *Johanne Wilhelmo*, *Palatino*, Electoribus, Fratribus Germanis, testibus. Conf. Dn. *Struvius* l. c.

XXV. (26) Quod difficulter & deponitur (*a*) Elector, & constituitur. (*b*) Quare Maximilianus I non potuit Archiduces Austriæ Electores facere.

NOTÆ.

(*a*) DEPONITUR &c. Vid. præced. Tit. 4, §. 8, lit. d, v. 13. p. 532.

(*b*) CONSTITUITUR &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 60, lit. a, pag. 283.

XXVI. (27) Quod Cognati (*a*) ab Imperatore vocantur. Hactenus Schedæ B. B. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) COGNATI &c. *Laici* quidem, *Oheimen*, *Vettern &c.* *Clerici*, *Neven &c.* Quamvis discrimen hoc non semper observatum fuisse, documento est *Handhabung des Landfriedens zu Worms*, de An. 1495, in cujus Prooemio Electores promiscue *Neven* appellantur; cum contra, Tit. 47 *der Ordnung des Regiments zu Augspurg*, de An. 1500, omnes *Oheimen* vocentur. Vid. seq. Tit. IX, §. 2, lit. a. Conf. *Limnæus* Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 3. §. 30, pag. 34, & ad *Capitulationem Caroli V*, Prooem. voc. *Oheimen*, pag. 125; *Josias Nolden*, de *Nobilium Statu Civili*, Cap. 8, §. 71 &c. Dnn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. 8, §. 12 &c. pag. 113 &c. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 4, pag. 758 &c. *Rhetius*, *Institut. Jur. Publ.* Lib I, Tit. VII, §. 3 & 4, pag. 201 & 202; *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I. Tit. 20, §. 4, pag. 211; *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Cap. 3. §. 3, pag. 50; *Crüger*, de *Novemviratu*, part. spec. Membr. I, Discurs. 2, §. 1, p. 63 &c.

(*b*) B. B. id est: *Baronis Bœneburgii*.

(28) Quamplurima autem jura, Electoribus tanquam præcipua hic adscripta, partim in dubium vocari ab aliis Statibus, partim aliter omnino se habere, partim confusa esse, constat tum ex iis, quæ supra diximus, tum ex iis, quæ adhuc dicenda erunt infra.

(29) Jura Electoribus præcipua in A.B. recensentur hæc: *Primo*, vocantur *decus Imperii*, (*a*) Illustres Principes Electores, per quos cepit, & in quibus consistit Imperatoriæ gloriæ *celsitudo*: (*b*) Columnæ & latera Imperii. *A. B. cap. ult.* § 4. *c.* 24. §. 1. Palmites Imperiales: septem candelabra lucentia in unitate Spiritus septiformis.

A. B. in pr. columnæ, quæ ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ pietate ſuſtentant, *c. 3. §. 1.* Membra corporis Imperatoris, *oberſte und allernaheſte Glieder des H. Reichs, A. B. cap. 24.* ubi etiam de crimine læſæ Majeſtatis, quod in ipſos committitur. (*c*) *II.* In celebratione curiæ Imperialis, eundo, ſedendo, vel ſtando, nullus alius Princeps, cujuscunque Status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat, Electoribus nullatenus *præfertur*, (*d*) *A. B. cap. 1.* Imperatorem ſoli eligunt, (*e*) ſolennitatibus in *c. 2. A. B.* præſcriptis: prudentia conſilioque ſuo Cæſari adſunt: Providentia ſua orbi fluctuanti ſubveniunt, *cap. 7. & 2. A. B. in princ.* Cæſareæ ſublimitati adſiſtunt, tanquam in partem ſollicitudinis conſtituti. *A. B. c. 30. in princ.* *III.* Electoribus conceditur, *auri & argenti fodinas*, (*f*) atque mineras ſtanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscunque generis metalli, ac etiam ſalis, tam inventas, quam inveniendas, tenere, jure & legitime poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excluſo, prout poſſunt, ſeu conſueverunt, talia poſſideri. *A. B. c. 9.* Hodie & *alii quidam* (*g*) Status hoc jure gaudent: *Limn. I. P. lib. 3. cap. 2. n. 12.* Iisdem tribuitur poteſtas, recipiendi Judæos, (*h*) *dict. c. 9. §. 2.* quæ poteſtas itidem hodie omnibus aliis, regalia habentibus, tribuitur, Reformation *guter Policey zu Augſpurg, an. 1548. titul. von Juden und ihrem Wucher. ibi: daß hinführo &c Policey-Ordnung zu Franckfurt anno 1577. gebeſſert.* Teloniorum (*i*) *de præterito indictorum* perceptio, quæ alioquin ad Imperatorem ſpectabat, conceſſa eſt & communicata Electoribus, *dict. cap. 9. §. 2.* Itidem regale habent cudendi monetam auream & argenteam. *cap. 10. A. B.* Hodie noſtro in Imperio non tantum Electoribus, verum etiam inferioris ordinis Statibus, ferè indiſtinctum, *jus monetandi* (*k*) *eſt* conceſſum. Quomodo tamen facultas concedendi jus monetandi, in Imperatore noſtro ſit reſtricta, per Capitulationem, ſupra dictum eſt. *IV.* Porro, ad dignitatem Electorum pertinet, ut iis, à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, ac aliis perſonis, quascunque terras, caſtra, poſſeſſiones, prædia, ſive bona, liceat emere, (*l*) comparare, ſeu in donum, vel donationem, ex quacunque cauſa, aut in obligationem recipere, ſub talium terrarum, caſtrorum, poſſeſſionum, prædiorum, ſeu bonorum conditione conſueta, ut videlicet propria, comparentur ut propria; libera, velut libera; & ea, quæ dependent in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu comparata taliter teneantur, *dict. cap. 10. A. B. V.* Item, ut nemini Electorum ſubditos, pro quacunque cauſa, ad quodcunque tribunal extraneum *evocare* (*m*) *liceat. & 11. in pr. & fin. A. B.* nec à ſententiis Electorum detur *provocatio.* (*n*) *de cap. 11.* Credidit enim Imperator, eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe, pro ſapientia ac jure dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus. *L. un. D. de off. præf. prætor.* (*o*) *VI.* Item, poſſunt celebrare conventus, (*p*) in utilitatem Imperii, *c. 2. A. B. VII.* Item, dum feuda ſua, ſive regalia ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt, ad dandum vel ſolvendum (*q*) aliquid, nulli penitus ſunt adſtricti. *c. 29. A. B.*

NOTÆ.

(*a*) DECUS IMPERII &c. Vid. præced. §. 14. lit. a.

(*b*) CELSITUDO &c. Vid. ibidem.

(*c*) COMMITTITUR &c. Vid. præced. §. 23. lit. a.

(*d*) PRÆFERTUR &c. Vid. præced. §. 8, lit. a. & §. 15, lit. b & c.

(*e*) ELIGUNT &c. Vid. præced. §. 12, lit. a.

(*f*) ARGENTI FODINAS &c. Vid. *Lucas de Linda, Deſcript. Orbis,* Part. VII. Tit. *Electores,* pag. 729; *Schütz,* Vol. I, *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 26, lit. c. pag. 586; *Sprenger, Lucerna,* pag. 106; *Conringius,* de *Republica,* Exercit. V, §. 42, pag. 207; *Crüger,* de *Novemviratu,* Part. gener. Diſcurſ. 3, §. 3, pag. 50 &c. *Münchmayr, Jur. Publ.* Part. I, Cap. X, pag. 186, aliique ab eo citati. Hodie, alios quoque Status

Status Imperii, vigore Superioritatis Territorialis, Regali hoc gaudere, tralatitium est. Vid. seq. Tit. XVIII, §. 28 & 29.

(*g*) ALII QUIDAM &c. Veluti Sereniss. Duces Brunsuicenses & Luneburgenses; Marchiones Brandenburgici; Duces Würtenbergici; Principes Anhaltini; Comites Stolbergenses, Mansfeldenses &c. &c.

(*h*) RECIPIENDI JUDÆOS &c. Vid. *Sprenger* l. c. *Schütz* l. c. lit. d. pag. 586; *Conring*, l.c. *Rhetius, Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. VI, §. 17, pag. 196; *Crüger* l. c. pag. 51; *Münchmayr* l. c. ibique hoc titulo commendati alii. Hoc autem Regale in præsentiarum itidem competere non solum omnibus Imperii Statibus, vigore Superioritatis Territorialis, sed & singulis aliis, *Regalia*, aut speciale Privilegium, à Cæsare & Imperio, hoc titulo, habentibus; seq. Tit. XVII, §. 81 & 82 &c. probabitur.

(*i*) TELONIORUM &c. Conf. *Sprenger* l. c. *Conring* l. c. *Crüger* l. c. *Münchmayr* l. c. pag. 193. Materiam hanc, præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, juxta modernum Reipublicæ statum, explanatam offendis.

(*k*) JUS MONETANDI &c. Sed & hoc Regale, secundum Leges Imperii modernas, præced. Tit. 4, §. 4, lit. b, c & d, satis exposui.

(*l*) EMERE &c. De speciali hoc Privilegio, quo *Carolus IV.* generaliter consensum suum, tanquam Dominus Feudorum Imperii directus, alienaturis Feuda sua, modo in Electores ea alienent, impertivit; cum antea hujusmodi alienatio, citra specialem Imperatoris consensum, absque periculo amittendi Feudi, fieri non potuerit; arg. 2. F. 52 & 55 &c. inspicienda A. B. Tit. X, §. 1 & 2; Conf. *Lucas de Linda*, l. c. Dnn. *Conringius* l. c. *Schütz* l. c. lit. g, pag. 586; *Limnæus*, lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 67, p. 25. & ad A. B. Cap. X, §. 2. Observ. 2, pag. 434. *Buxtorf* ad A. B. §. 93; *Thulemarius*, de *Octoviratu*, Cap. XIX, §. 4, pag. 283; *Hornius*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XXV, §. 8, pag. 218, *Feltz*, Diss. de *Electorum Juribus prærogativis*, pag. 19; *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. XXIII, §. 10, pag. 985; *Crüger* l. c. part. spec. Membr. 2, Discurs. 12, pag. 320; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XVI, §. 16, p. 331.

(*m*) EVOCARE &c. Jam ante conditam A. B. Electores Privilegio *de non evocando* fuisse gavisos, testatur Ipsemet *Carolus IV* Imperator, pronunciando sententiam in causa inter *Gerhardum*, Advocatum in *Hunolstein*, & *Johannem*, Comitem de *Spanheim*, atque *Rupertum* Com. Pal. Rheni, sub dato *Spire*, An. 1353. *an dem nehesten Fritag nach S. Andreas Tag*; apud Auctorem *der Information, gegen die Donawertische Relation*, Part. I, pag. 245; *Goldastum* Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, pag. 42; Dn. *Schilterum*, in Comment. ad *Jus Feudale Alamann.* Cap. 120, §. 4, pag. 416. Dn. *Tolnerum Cod. Diplom. Palat.* §. 141, pag. 91: & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, *vierte Abtheilung, Neunter Absatz*, Supplement. ulter. §. 1, pag. 961: *Do was vor Uns ouch in Gericht der Hochgeborn Ruprecht der Elter, Pfalentzgrave by Rin, Oberster Truchsetztze deß H. Richs, und Hertzoge in B.* (Bayern) *und bat Uns, daß Wir Im einen Fürsprechen gebin; er horte solche Sache, die sin Herrschafft und Fryhit antreffen, domit die Pfallentz gefryet wer, und wolte die verantwurten: Wann ein Icklich Kurfurst die Fryheit het, das Niman keinen sinen Man laden solt, fur kein Gericht, noch beclagen, danne fur dem Kurfürsten, des Man Er wer, und do solt dem Clager unverzogenlich Recht geschen, noch Sines Hofes Recht und Gewonheit. Do fragten Wir die Kurfursten umb, die bie Uns sazzen, den Erwerdigen Fürsten, Herrn Gerlachen, Ertzbischoff zu Mentze, und den Erwerdigen Fürsten, Herrn Wilbelm, Ertzbischof zu Kolne, die sprachen: Sintdemmal und Wir ouch ein Kurfurste weren, Wir solten einen andern Fürsten das Gericht, und den Stab, an Unser Stat, anphelhen, und solten Uns, mit In, umb die egenant Sache gesprechen: Was Unser, und aller Kurfursten, Recht, Fryeheit und Gewonheit wer. So satzten Wir, an Unser Stat, den Hochgeborn Wladislawen, Hertzogen zu Teschin, und gesprochen Uns, und komen wider fur Gericht, und fur den Hertzogen von Teschin, der an Unser Stat saz, der fraget Uns der Urteil: Do heten Wir Uns bekant und bedacht, von solchen Rechten, Friheiten, und Gewonheiten, die ein Iclich Kurfurste hat, von wegen der Kur des H. R. Richs, daz kein Unsir Man nyndert Recht tun sol, dann fur Uns, oder vor dem Kurfursten, des Man er ist. Und also wart, mit rechter Urteil gewisett der obgenant von Spanheim fur den egenanten Ruprecht, Pfallenzgrav bie Rine, der ouch dem egenanten Vogt von Hunolstein von dem obgenanten von Spanheim Rechtes helfen sol, nach sines Hofes Recht, wan es der egenant Voget an den obgenanten Hertzog Ruprecht vordert &c.* De *Rege Bohemiæ*, res est manifestissima, teste A. B. Tit. VIII, §. 1, ubi: *In Regno eodem*, (Bohemiæ) *à tempore, cujus contrarii hodie non existit memoria, consuetudine laudabili, inconvulso servata --- introductum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, cliens, Civis, Burgensis seu rusticus, nulla denique persona ejusdem Regni, & pertinentiarum ejusdem, ubicunque consistentium, cujuscunque status, digni-*

dignitatis, praeminentiae vel conditionis existat, ad cujuscunque Actoris instantiam, extra Regnum ipsum, ad quodcunque Tribunal, seu alterius, praeterquam Regis Bohemiae, & Judicum Regalis Curiae suae, Judicium, citari poterit, sive trahi, nec vocari debeat, perpetuis in antea temporibus, sive possit &c. Conf. seq. Tit. XII, Procem. lit. d, v. 2; ut & de *Moguntino*, teste Diplomate *Ludovici V* Imper. quo, sub dato Moguntiae, An. 1314, 13 Cal. Januar. Privilegia Archi-Episcoporum Moguntinensium confirmat, apud Dn. *Lunigium*, Contin. I *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, §. 55, pag. 48, verb: *Illud tamen* (Privilegium) *specialiter confirmamus, &, ex certa scientia, innovamus, quod Ministeriales, Fideles, Castrenses, Homines supradictae Ecclesiae Moguntinae annexi, cujuscunque vel qualiscunque debito vel officio servitutis, vel servitii, ad Nostrae Serenitatis, seu alterius Judicis Nostri examen, super causis aliquibus, antea non trahentur, quam Archi-Episcopus Moguntinus, qui pro tempore fuit, requisitus de ipsis, in reddenda Justitia negligens fuerit vel remissus &c.* Pariter & de *Coloniensi*, vigore Diplomatis *Alberti I*, *Wichboldo* Archi-Episcopo, & Electori Coloniensi, An. 1298, 5 Cal. Sept. Coloniae dati, apud eundem l. c. Tit. *Cölln*, §. 51, pag. 392; ubi: *Indulgemus, ut nullus cives & oppidanos tuos, ad Examen, seu Judicium Regalis Curiae nostrae, per nostram Justitiam, vel Curiae nostrae Edicta, posset evocare, & ad Nostrum Judicium detrahere, nec ibidem teneantur comparere, quamdiu Tu, vel officiati tui, conquerentibus, vel conqueri volentibus, parati fueritis Justitiam facere expeditam &c.* Quod *Carolus IV*, An. 1346, sub dato *Bonnae*, 6 Cal. Sept. confirmavit; l. c. §. 96, pag. 466 &c. De *Moguntino*, *Trevirensi* & *Coloniensi* Electoribus conjunctim idem affirmatur, Tit. XI A. B §. 1, & quidem totidem fere verbis, ac de Bohemo dictum, quibus annexa explanatio: *Sicut praeteritis invenimus temporibus observatum*; qua, non minus ac de Bohemiae Rege assertum, laudabilis consuetudo, ab immemoriali tempore repetenda, doceri potest. Et, ne quis *Electores Laicos* Privilegio hoc carere arbitretur, eodem Tit. XI, §. 5, *Comitis Palatini Rheni*, *Saxoniae* Ducis & Marchionis *Brandenburgici*, Principum Electorum, specialis facta mentio, quod & Ipsorum subditi pari praerogativa gauderent; quam Sanctionem *Ferdinandus I* Imp. in Diplomate, quo, sub dato *Franckfurt am Mayn*, 23 Novemb. An. 1562, *Johanni*, Electori *Trevirensi*, Privilegium *de non appellando* ad 500 florenos aureos, concessit, apud *Jacob Ayrerum*, Part. 2, *Processʃ. Histor. Jur.* Cap. 4, Observat. 2, pag. 519; *Limnaeum*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 5, §. 20, pag. 45 &c. *Wehnerum*, Tom. VI *Symphorematis Gylmanni*, Cap. 1, §. 2, pag. 7 &c. Dn. *Cortrejum*, Tom. 4 *Corporis Juris Publici*, inter *Privilegia Statuum Imperii*, §. 13, pag. 203, & §. 94, pag. 362 &c. & Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs*-Archivs, Continuat. I, 3 *Fortsetzung*, 2 *Absatz*, §. 30, pag. 58 &c. hac formula confirmasse legitur: *In Betrachtung, daß, ohne das, in Krafft der Gülden Bullen, Unsere und des H. Reichs Geist- und Weltliche Chur-Fürsten, dermaßen befreyet, daß derselben Unterthanen an kein ander Gericht, dann vor derselben Einländische Geordnete Gerichte, geheischen und geladen werden sollen &c.* pariter ac *Maximilianus II*, in simili diplomate, An. 1570, *Valentino Coloniensi*, dato, ceu seq. lit. n. patefaciam. Quo etiam referendae Capitulationes, *Ferdinandi II*, Art. XIV; *Ferdinandi III*, Art. XVII; *Ferdinandi IV*, Art XV; *Leopoldi*, Art. XVIII; *Josephi*, Art. XVII, & *Caroli VI*, Art. XXVII. Hinc querelae *Petri Holzemii*, nomine Electoris Coloniensis, in Comitiis propositae, & 10-20 Januar. 1674 publicam ad dictaturam promotae, contra Senatum Bruxellensem, quod, ad instantiam Comitis de *Beaumont* solenni etiam Edicto, laudatum Electorem Ipsum evocasset, apud Dn. *Schilterum*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. 2, Tit. XIX, §. 43, pag 305 &c. Excipiendi tamen, veniunt nonnulli casus, v. g. (1) Fractae Pacis Publicae, (2) Protractae, vel plane denegatae, Justitiae, (3) Causarum Feudalium, coram Paribus alterius Curiae, ventilandarum; (4) si controversia sit de re, in alterius Territorio, sita; (5) ubi de Delictis, aut Contractibus, loquimur &c. Plura suppeditant: *Dietericus* ad *Auream Bullam*, Tit. XI, verb: *Irrita volumus &c.* & XXV, §. 1, *Rumelinus*, in eandem, Part. 2, Dissert. 1, θ. 1, ad 22, pag. 277, ad 322, ibique *Mylerus*, in Additionibus; *Buxtorffius*, in eandem, Conclus. 94, lit. a; *Limnaeus*, in eandem, Cap. VIII, Observat I, pag. 401 &c. & VII, pag. 405; & Cap. XI, §. 1, Observat. 4, 5 & 7, pag. 441 & 442, & §. 3, Observat. I & 4, pag. 445; & Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 68, pag. 25, *Carpzovius*, de *Lege Regia* Cap. IX, Sect. 3, §. 2, pag. 217; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 26, lit. i, pag. 586; *Lucas de Linda*, Part. VII *Descriptionis Orbis*, Tit. *Electores*, p. 729; *Sprengeri Lucerna*, pag. 106; *Rhetius* l. c. Lib. I, Tit. VI, §. 18, p. 196; *Schilterus* l. c. T. 2, Tit. XIX, §. 33, v. 294 &c. *Conringius* de *Republica*, Exercit. V, §. 42, pag. 207; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XVI, §. 16, pag. 331; *Hornius* l. c. p. 219; Juris publici Interpretes reliqui.

(*n*) PRO-

(n) PROVOCATIO &c. Fruuntur insuper Electores Privilegio, quod, ab Ipsorum sententiis, nemini ad superius Tribunal appellare liceat; vigore A. B. Tit. XI, §. 4. Agnovit illud *Maximilianus II* Imperator in Diplomate, quo, sub dato Speyer, 19 Aug. An. 1570, *Valentino*, seu *Salentino*, Electori *Coloniensi*, Privilegium *de Non appellando*, ad 500 florenos aureos, largitus est, apud *Limnæum* l. c. Cap. VI, §. 6, pag. 54 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. *im 3 Absatz*, §. 53, pag. 100 &c. ajens: *Wiewohl in der Gülden Bull, durch weiland Kayser Carl den IV, löbl. Gedächtnüs, aufgericht, unter andern, ausdrückenlich verordnet, daß der Geistlichen und Weltlichen Churfürsten Unterthanen, an kein ander Gericht, dann vor derselben Inländischen geordneten Gerichten, geladen und geklagt, und, wo dargegen Proceß außgiengen, dieselben alsbald nichtig und krafftloß, auch kein Underthan darauf zu erscheinen, oder zu antworten, schuldig seyn, daß auch, von den Erkantnüssen, und Urtheilen ermeldter Churfürsten, oder deren Richter, nicht provocirt, oder appellirt werden soll &c.* Num vero adhuc hodie omnes eo gaudeant? in controversiam trahitur. *Moguntinum*, *Trevirensem*, *Coloniensem* & *Palatinum*, non usu, & spontanea dimissione, ejus fecisse jacturam, minimum quoad *summam indeterminatam*, tradunt: *Hieronymus Schurffius*, Consil. XXIX, Centur. 3, n. 1; *Petrus Heigius*, *Quæstion. Jur. Civil. & Saxon.* Part. I, Quæst. 4, n. 30 &c. *Andreas Knichen*, de *Saxonum non Provocandi Jure*, verb: *Jus*, C. 2. n. 23 &c. pag. 329; *Oswaldus Hilliger*, ad *Donellum*, lib. 28, c. 6, lit. u; *Gylmannus*, Tom. 3 *Symphorematum*, f. 36; *Justus Zinzerling*, Disp. Inaug. De *Appellationib.* Conclus. 70; *Matth. Stephani*, de *Jurisdict.* Lib. 2, P. 1, c. 5. §. 55; *Arnisæus*, de *Jur. Majestat.* Lib. 2, C. 2, §. 3, pag. 235; *Besoldus*, Discurs. de *Appellat.* c. 2, §. 19, pag. 72; *Meyer*, *Colleg. Argentorat.* Tit. *A quibus appellare non liceat*, §. 2, §. 7; *Berlichius*, Part. I *Conclus.* 50, §. 24, p. 304; *Thomas Michaël*, de *Jurisdict.* Conclus. 26, lit. c; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, pag. 356; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 26, lit. L. pag. 586, & Vol. 2, Exercit. 4, §. 6, lit. b, pag. 174; *Buxtorff*, in A. B. Conclus. 94, lit. e; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccles.* Lib. I, Class. 4, Cap. 6, §. 2, p. 372; *Carpzovius* de *Lege Regia*, Cap. IX, Sect. 8, §. 2, pag. 224; & *Jurisprudentia Forens.* Part. I, *Constitut.* XX, *Definit.* XXIII, §. 3, pag. 201; *Rumelinus*, ad A. B. Part. 2, Differt. 1, §. 2, pag. 349; multique alii; dicentes, Privilegia, per negligentiam & usum contrarium, notorie amitti, arg. L. 1 ff. de *Nundinis*, junctis, quæ *Mylerus* ad *Rumelinum*, in A. B. Part. 2, Diss. 2, §. 2, pag. 350 &c. hunc in finem profert; objicit insuper *Stamlerus*, de *Reservatis Imperat.* §. 43, n. 9, quod *Moguntino*, *Coloniensi* & *Palatino* Electoribus necessarium fuerit visum, peculiaribus Privilegiis, Jus suum sibi restitui & denuo confirmari; id autem frustra factum, si illud non amisissent.

(2) Contra, Electores omnes adhuc in præsentiarum Privilegio hoc frui, docent: *Jacobus Blumius*, de *Process. Cameral.* Tit. 46, § 32, pag. 340, & Tit. 47, Tab. I, voc. *Chur-Cölln*, p. 348, ubi solum *Trevirensem* excipit, quem *appellationes*, a sententiis suis, si summa mille florenos Rhenanos excedat, permittere testatur, assentientibus ei *Thulemario*, Cap. XI *Octoviratus*, §. IX, pag. 138, & Cap. XIX, §. VI, pag. 283; & *Scharschmidio* ad *Schützium* l. c. Tom. I, Exercit. VII, §. 26, lit. A, pag. 589 & 590. *Mylerus* l. c. pag. 351 &c. *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. 2, §. 70, pag. 25; & in *Ottonis Jus Publ.* Cap. XI, pag. 356; *Burgoldensis*, ad *Instrumentum Pacis*, Part. 2, Discurs. 20, §. 19, pag. 225, & Part. 3, Discurs. 1, §. 3, pag. 5; *Gastelius*, de *Statu Publ. Europæ*, Cap. IX, §. 20, pag. 403; *Joh. Georg. Nicolai*, de *Processu Judiciario*, Part. 2, Cap. 3, §. 11, pag. 27 &c. *Rhetius*, cit. *Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. VI, §. 14, pag. 195; *Schilter*, *Instit. Juris Publ.* Lib. 1, Tit. 20, §. 3, v. 13; *Feltz*, Diss. de *Electorum Juribus prærogativis*, pag. 24; *Crüger*, de *Novemviratu*, part. spec. Membr. 2, Discurs. 16, §. 1, pag. 355; *Münchmayr*, *Jur. Publ.* Part. I, Cap. X, §. 5, pag. 194; *Hornius*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XXV, §. 8, p. 218. Alii plures.

Fundamenta hujus sententiæ sunt, quod (1) Generalis Constitutio A. B. omnes & singulos Electores complectens, omnes *appellationes* ab Electoribus factas, irritas pronunciet cassasque; Tit. XI, § 3; (2) Lex hæc fundamentalis Imperii adhuc hodie valeat, in omnibus Articulis non abrogatis, (3) abrogatio hæc, quoad *Jus de non appellando*, doceri nequeat; (4) Privilegium *de non evocando*, omnibus confirmatum sit, per Capitulationes Romanorum Regum & Imperatorum, teste præced. lit. m; (5) Omnes prærogativæ, Jura & Privilegia Electorum, reliquorumque Imperii Statuum, ratihabeantur in dictis Capitulationibus, veluti: *Caroli V*, Art. 4, *Ferdinandi I*, Art. 3; *Maximiliani II*, Art. 4; *Rudolphi II* & reliquorum, usque ad *Josephum*, Art. 3, & *Caroli VI*, Art. 1 & 2. (6) Specialis Privilegii *de non appellando* confirmatio reperiatur, in Capitulationibus *Ferdinandi IV*, Art. XV, *Leopoldi*, Art. XVIII, *Josephi*, Art. XVII, & *Caroli VI*, Art. XVIII; (7) Privilegia non fuerint con-

cessa Electoribus, respectu personarum suarum, sed integris Familiis, & Ecclesiis; proinde nemini Electorum, in præjudicium successorum, de iis disponendi fas sit. (8) A spontanea relaxatione temporali unius alteriusve, Electorum male, ad amissionem hujus Juris, fiat illatio; cum Privilegium, quod in libera concedentis positum voluntate, nunquam præscribatur, sed semper vindicari possit; vid. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. pag. 352 &c. (9) Electores, quorum Privilegium vel propterea in dubium vocatur, quod Diplomata nova ab Imperatoribus, certam duntaxat summam continentia, admiserint, id fecerint *salva prærogativa*, ex A. B. ipsis competente, & certis conditionibus, necessario adimplendis, teste *der Chur-Maintzischen Hoff-Gerichts-Ordnung des Ertz-Stiffts Maintz*, Tit. *Von welchen Urtheilen appellirt werden soll, oder nicht*, apud *Limnæum*, lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. 4, §. 6 & 7. pag. 41, verb: *Wiewohl sich, Inhalts Unserer und Unsers Stiffts Maintz Churfürstl. Freyheit und Gerechtigkeit, in der Gülden Bullen, von den Urtheilen, so durch Uns, oder ohn Mittel in Unserm Nahmen, gesprochen werden, Niemandts weiter zu beruffen, oder zu* appelliren *gebührt; so haben Wir doch, damit Niemandt seines Rechtes, unbillicher Weiß, verkürtzt werde, in dem etwas mildter unnd gnädiger zu handeln bedacht, und also, daß wir menniglichen von den Bey- und End-Urtheil, dero Hauptsach vier Hundert fl. wehrt, und nicht darunter berühret ist, auch die Kayserlichen Recht zu* appelliren *gestatten, so durch Uns, oder Unser Hoffgericht gesprochen werden, (Unser Churfürstlichen Freyheit, und Gerechtigkeit, damit doch sonst gantz unbegeben,) auff nachfolgende Maaß und* Form, *zu* appelliren *zu lassen und gestatten wollen. Nemblich, daß der* Appellant *zuvor, und ehe er seine* Appellation *zu* prosequiren *fürnimpt, gelobe, und einen gelerten* (edoctum, i. e. præscriptum) *Eyd zu GOtt, und Seinen Heyligen, schwere, daß er gäntzlich glaub, und dafür halte, daß Ihm* appellirens *noth sey, und daß er das nicht freventlich, noch zu Aufhalt oder Verlengerung der Sachen, thue; Daß er auch also balden dem Wiedertheil Sicherheit mache, so er in Rechten verlustigt werde, kosten und Schaden, wie die erkandt und* taxirt *werden, mit sampt der Hauptsachen, zu vergnügen und zu entrichten. Wo aber der* appellant *mit liegenden Gütern, oder Bürgen, solche Sicherheit und* Caution, *wie jetzt gemeldt, nicht thun möcht, alsdann soll er* ad juratoriam Cautionem, *das ist, mit dem Eyd Sicherung zu thun, zugelassen werden; doch soll er zuvor ein Eydt schweren, daß er nicht so viel an liegenden Gütern hab, auch, nach Menschlichem angekehrten Fleiß, keinen Bürgen bekommen mögen &c.* (Conf. *Blumius*, de *Processu Camerali*, Tit. 47. Tab. I, voc. *Chur-Maintz*, pag. 347; *Petrus Friderus Mindanus*, de *Processib. Cameral.* Lib. I, in fin. pag. 185; *Rumelinus* l. c. pag. 350.) Ut & *der Chur-Pfaltzischen Hoff-Gerichts-Ordnung*, Tit. 42, fol. 43, referente *Limnæo* l. c. Lib. 3, Cap. IX, §. 88. pag. 124: *Wiewohl Unser (Chur-Pfaltz) Vorfahren löblicher Gedächtniß, auch Wir, als Churfürsten und Pfaltzgraffen bey Rhein, Inhalt und vermög Unser Churfürstlichen Freyheit, auch Gülden Bullen, allerdings kein* Appellation *von Uns und Unserm Hoffgericht zu gestatten, schuldig gewesen, so haben Wir doch, damit sich Niemandt Verkürtzung seines Rechten zu beklagen, biß dahero männiglichen, von den Bey- und End-Urtheilen, dero Hauptsach - - - - und Ordnung, und habenden Freyheit gemäß, auch die Kayserlichen Rechten zu* appelliren *gestatten, (Unser Churfürstlichen Freyheit und Gerechtigkeit damit doch gantz unbegeben,) zu* appelliren *gegönnet, und zugelassen &c.* Conf. *Limnæus* ad *Ottonem*, cit. Cap. XI. *Jur. Publ.* pag. m. 356. (10) Imo, ut mox dicam, plene Jure hoc in præsentiarum utantur.

(3) Quæ sententia quoque præponderat; licet enim,

Moguntinus Elector, ex mera gratia, subditis appellandi facultatem ad Superiora Imperii Tribunalia, (ne quis ansam haberet, de Justitia non satis sibi administrata, querendi; sive, ut sumptibus in *Judicium Revisorium*, seu *Appellationum*, erogandis, parceret; sive alias ob rationes, pro tempore validas,) aliquando concesserit; & quidem, juxta ordinationem *Alberti* Brandenburgici, Electoris Moguntini, de An. 1521, cujus modo memini, si causæ valor ad summam *Quadringentorum Florenorum* ascenderet, Lege addita, ut appellans, juramento calumniæ ante omnia se purgaret; appellationem non frivole interponi: adversarium, de refundendis sumptibus, damnoque resarciendo, cautione sufficienti securum redderet, aut jurejurando testaretur, facultates sibi non esse ad cautionem ejusmodi necessarias, nec tamen caventes pro se invenire potuisse; attamen *Johannes Philippus* de *Schœnborn*, Elector, à *Ferdinando III.* Imp. mediante Diplomate, sub dato *Regenspurg*, 30 April. An. 1654, in *Camera Spirensi*, An. 1655. 19 Februar. producto, & 9 Mart. acceptato, in pristinum noscitur restitutus statum, *denegatæ Justitiæ* casu excepto, *und daß Ihr Churfürstl. Gn. Dero Unter- Ober- und Hoff-Gericht nothdürfftiglich bestellen, und ein* Judicium Revisorium *anordnen solle &c.* quod & factum. Ut adeò Jure hoc plene in præsentiarum gaudeat. Formulam hujus Privilegii sistit Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, de An. 1719, *im Anhang*, p. 3 &c. Conf. *Blumius* l. c.

Anthens,

Autheus, lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. V; *Joachimus Hagemeyer*, Epistola Quarta *Juris Publici Europæi*, §. 20, pag. m. 18; *Bœclerus, Notit. Imperii*, lib. VI, Cap. 5, pag. 142; *Burgoldensis* l. c. Part. 2, Discurs. 20, §. 19, pag. 225; *Thulemarius* l. c. Cap. X, §. 7, pag. 128 & 129; *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 4, §. 3, pag. m. 774; *Scharschmidt* l. c. *Crüger* l. c. §. 5, pag. 359. *Struvius, Syntagm. Jur. Publ.* Differt. XVII, §. 5, pag. m. 348. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 26, §. 4, v. 67, p. 819. *Nitzschius*, ad Art. XVII, *Capitulat. Josephi*, §. 3, pag. 384, cit. Auctor *Catalogi Privilegiorum de Non appellando, Statuum Imperii*, Classſ. I, p. 7, & 8.

(3) *Trevirensi* Electori, *Johanni*, è *Felziorum* Gente orto, ita volenti, *Ferdinandum I.* Imperatorem, sub dato *Franckfurt am Mayn*, An. 1562, 23 Novembr. tabulas *de non appellando*, ad *Quingentos Rhenenses florenos*, scripsisse, præced. lit. m. monui; Conf. *Blumius* l. c. voc. *Chur-Trier*, pag. 347; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 3, Cap. V, §. 19, pag. 45; *Daniel Otto* l. c. Cap. XI, pag. m. 358; *Rumelinus* l. c. pag. 350. *Petrus Friderus Mindanus* l. c. Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Classſ. I, pag. 8. Dn. *Cortrejus*, Tom. 4. *Corporis Juris Publici*, inter Privilegia Statuum imperii, §. 13, pag. 203 &c. & §. 94, pag. 362; Quæ summa deinceps An. 1616, ad *Mille florenos Rheni in auro* (*tausend Rheinische Gold Gülden*) extensa fuit; teste *Blumio* l. c. voc. *Chur Cölln*, pag. 348, verb: *Concessit tamen Dn. Elector Trevirensis Appellationes, à sententiis in Petitorio latis, ubi summa mille florenos Rhenenses in auro excedit; so Elector Trevirensis Cameræ, hunc in finem, insinuirt, und allhie, den 13 Decembr. An. 1653, per sententiam confirmirt &c.* Conf. *Burgoldensis* l. c. *Thulemarius* l. c. Cap. XI, §. 9, p. 138, & Cap. XIX, §. 6, pag. 283; *Nitzschius*, ad *Capitulat. Josephi*, Art. 3, Cap. V, §. 3, v. 13, pag. 217; *Multzius* l. c. *Crüger* l. c. *Struvius* l. c. §. 8, p. 350; *Theodoricus* de *Engelemstett*, Diss. Inaug. de *Appellationibus*, Cap. 3, §. 20. Juxta *Gastelium* vero l. c. Cap. IX, §. 20, pag. 403, & hic Elector plene hodie Privilegio, ex A. B. sibi competente, fruitur; quamvis §. 111, R. J. *Ratisb.* de An. 1654, quo assertionem probare contendit, ad id docendum, non sufficiat. Id tamen verum, Sereniss. Electorem, *Franciscum Ludovicum*, in Constitutione de *Appellationibus*, sub dato *Ehrenbreitstein*, An. 1719, 1. Januar. Art. XIII, promisisse, Se *Summum Judicium Revisorium* erecturum, ne quis Extranea Judicia adire opus habeat amplius. Legitur ea, apud cit. Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii*, in Appendice, p. 9 &c.

(5) *Salentinum*, è Comitibus *Isenburgicis* oriundum, Electorem *Coloniensem*, simile Diploma, sub dato *Speyer*, 19 August. An. 1570, à *Maximiliano II.* Imp. suscepisse, ut, in causis, summam *Quingentorum florenorum Rhenensium in auro*, superantibus, liberæ essent appellationes ad Imperii Tribunalia Superiora, ex tenore ejus liquet, apud *Limnæum*, lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 6, pag. 54 &c. *Wehnerum*, Tom. VI. *Symphorematis Gylmanni*, Cap. I, §. 3, pag. 10 &c. Dn. *Franciscum Ignatium* de *Bullingen*, Diss. Inaug. de *Electore Coloniensi*, An. 1716, 13 Maji, Argentorati defensa, pag. m. 55 &c. pag. 55 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 7, pag. 195; & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, 3 *Fortsetzung*, 3 *Absatz*, §. 53, pag. 100 &c. Conf. *Blumius* l. c. *Daniel Otto* l. c. *Petrus Friderus* l. c. *Rumelinus* l. c. id autem factum citra præjudicium Privilegii A. B. monent ipsiusmet Diplomatis verba: *Darumb, mit wolbedachtem Muth, gutem Rath, und rechtem Wissen, bemeldtem Unserm Neven und Churfürsten, dem Ertz-Bischoffen zu Cölln, diese besondere Gnad und Freyheit gethan, und gegeben, auch oben angeregt Sr. Ld. der Gülden Bullen einverleibt Churfürstlich Privilegium, (unangesehen Sr. Ld. Vorfahren sich desselben, ein Zeitlang, nicht gebraucht haben mœchten,) wiederumb confirmirt, bestættigt, und, wo von Nœthen, von neuem gegeben, und dahin gnædiglich declarirt und erklært haben &c.* An. 1613, extendit *Matthias* Imp. Privilegium hoc ad *tausend Gold Gülden*; & plenarie ad dispositionem A. B. rediit An. 1653, 29 April. *Maximilianus Henricus*, Elector, testibus *Blumio* l. c. *Limnæo* ad A. B. Cap. XI, §. 2, Observ I, p. 443; *Burgoldensi* l. c. *Danckwerto, Instit. Jur. Publ.* Lib. 3, Tit. IX; *Nitzschio* l. c. Art. XVII, §. 3, pag. 384; *Scharschmidio* l. c. pag. 590. Quamvis, biennio post, die 15 Maji, efflagitantibus Provinciæ Ordinibus iterum indulserit, quod, in *Petitorio*, summa *mille Florenos Rheni in auro* (*ein tausend Rheinische Gold-Gülden*) exhauriente, appellationes ad Cameram devolverentur, salvo duntaxat Privilegio, in *Possessorio, Caussisque Feudalibus.* Vid. Dnn. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. 3, §. 40; *Thulemarius* l. c. Cap. XII, §. 10, pag. 142; *Schweder* l. c. Sect. I, Cap. XI, §. 2, pag. 406; *Crüger* l. c. pag. 360; *Struvius* l. c. §. XI, pag. m. 351; *Multzius* l. c. Auctore cit. *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Classſ. I. p. 9.

(6) *Bohemo* nunquam mota desuper controversia fuit, quippe qui Privilegium hoc semper sartum tectumque conservavit, supremo Provocationum Senatu Pragæ constituto. Vid. *Blumius* l. c. voc. *Rex Bohemiæ*, pag. 348; *Burgoldensis* l. c. *Thulemarius* l. c. Cap. XIV, §. 29, pag. 177; *Schweder* l. c. Sect. 2, Cap. V, §. 3, pag. 781 & 782; *Scharschmidt*

ſchmidt l. c. *Crüger* l. c. *Struvius* l. c. §. XVIII, pag. 365. Conf. ſeq. Tit. XII, Procem. lit. d, v. 2. & §. 8.

(7) *Bavariæ* Elector. *Maximilianus*, turbido rerum Imperii Statu, in locum proſcripti *Friderici* Palatini ſurgens, opus habuit tali Privilegio, utpote qui, tempore A. B. adhuc incognitus erat. Illud quoque obtinuit à *Ferdinando III* Imperatore. An. 1638, 28 Aug. *Pragæ* ſcriptum, Annoque 1644. 21 April; in *Camera* acceptatum, ſeu confirmatum, & quidem inſerta pœna centum marcarum auri puri contravenientibus dictata. & cum extenſione *auf die Obere Pfaltz*. Vid. *Schützius* l. c. Vol. 2, Exercit. 4, §. 6, lit. b. pag. 174; *Wilhelm Becker, Synopſ. Jur. Publ.* Lib. 3. Cap. 17, §. 15; *Blumius* l. c. voc. *Chur-Bayern*, pag. 348; *Burgoldenſis* l. c. *Autheus* l. c. Lib. 2, Cap. 5, §. 5; *Limnæus*, Tom. 2, Addit ad Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 9. §. 48, pag. 208; & ad A. B. Cap. XI, §. 3. Obſervat. 7, pag. 447; *Europaiſcher Heroldt*, T. I, pag. 231; *Rhetius, Inſtit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. XI, §. 9, pag. 228; *Nitzſchius*, ad *Capitul. Joſephi*, Art. 3, Cap. V, §. 6, pag. 220; & Art. 17. §. 3, pag. 384; *Hornius, Prudentia Jur. Publ.* Cap. 31. §. 3. pag. 247; *Giovanni, Germania Princeps*, Lib. 4. Cap. 4, §. 10. p. 78; *Multzius* l. c. v. 68, pag. 819; *Thulemarius* l. c. Cap. XV, §. 33, pag. 193 *Schweder* l. c. Sect. I, Cap. XI, §. 2, pag. 406; *Crüger* l. c. Part. ſpec. Membr. 2, Diſcurſ. XVI, §. 1, pag. 355, & §. 5, pag. 360; *Scharſchmidius* ad *Schützium* l. c. Vol. I, Exercit. VII, §. 26, lit. a, pag. 590; Auctor cit. *Catalogi Statuum Imperii Privilegiorum de Non appellando*, l. c. p. 13.

(8) *Saxoniæ* Elector, ex duplici capite idem Privilegium ſibi vindicat; ſemel, vigore A. B. Deinde, ex diplomate *Ferdinandi I* Imperatoris, qui, ſub dato *Augſpurg*. An. 1559, 2 Maji, illud, in gratiam *Auguſti* Electoris, non ſolum confirmavit, ſed & ad omnes Saxoniæ Duces extendit, formula, quam *Jacobus Ayrerus*, Part. 2, *Proceſſ. Hiſtor.* Cap. 4, Obſervat. 2, ſub Tit. *der Chur- und Fürſten zu Sachſen*, pag. 514 &c. *Wehnerus*, Tom. ult. *Symphorematum Cameræ Gylmanni*, Cap. I, §. 6, pag. 21 &c. Dn. *Cortrejus* l. c. §. 6, pag. 192, & §. 92, pag. 356. *Limnæus*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. X, §. 41, pag. 142, & Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 67, pag. 309 &c. ſuppeditant; An. 1560, 24 April. Cameræ inſinuatam. Vid. *Carpzovius* Diſſ. *De Jure ac Privilegio Electorum Ducumque Saxoniæ, de Non appellando*, An. 1645, 22 Maji, Lipſiæ habita, Reſp. *Henrico Volckmaro &c.* *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. I, voc. *Chur-Sachſen*. pag. 348; *Scharſchmidius* l. c. *Burgoldenſis* l. c. Part 2, Diſcurſ. 20, §. 19, p. 225; *Hagemayer* l. c. Epiſt. 4, §. 20, pag. 18; *Thulemarius* l. c. Cap. XVI, §. 31, pag. 213; *Crüger* l. c. Part. ſpec. Membr. 2, Diſcurſ. 16, §. 5, pag. 361; *Münchmayr*, part. I *Jur. Publ.* Cap. X, §. 5, pag. 195, quamvis male Annum 1599, pro 1559, ponat. Cit. Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii, de Non appellando*, Claſſ. I, pag. 14; Dn. *Cortrejus* l. c. §. 6, pag. 192. Huncque Electorem nihil unquam, circa Privilegium hoc, innovaſſe, uno ore fatentur quoque: *Schurffius*, Conſil. XXIX, Cent. 3, §. 1; *Arniſæus*, de *Jure Majeſtat.* Lib. 3, c. 2, n. 3. pag. 235; *Wehnerus*, l. c. Tom. IX c. 9. f. 25; *Treutlerus*, part. 2, ad ff. Diſput. ult. §. 4, lit. e, in Not. Auctor *Deciſionum*, ſeu *Præjudiciorum Cameralium*, verb. *Privilegium*; *Berlichius*, Part. I, *Concluſ.* 50, §. 24, pag. 304; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. 1, Claſſ. 4, cap. 6, §. 2 & 3, pag. 372; *Schützius* l. c. Vol. I, Exercit. VII, §. 26, lit. L. p. 586; *Carpzovius*, de *Lege Regia* Cap. IX, Sect. 3. §. 1, 3, 4 & 5. p. 217; & part. I *Juriſprud. Forenſ.* Conſtitut. XX, Definit. 23. §. 1. & 3, pag. 201; *Petrus Heigius*, part. I, *Quæſt. Jur. Civil. & Saxon.* Quæſt. 4. n. 30; *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib 3, Cap. 2, §. 70, pag. 25 & 26; *Rumelinus* ad A. B. Part. 2, Diſſ. 2. §. 3, pag. 355; *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. lit. b. pag. 356; ſexcenti alii.

(9) *Brandenburgici* Electoris Privilegium itidem Sanctione pariter A. B. nititur, & ſpeciali Diplomate, quo *Rudolphus II* Imperator, ſub dato *Prag*. An. 1586, 24 Julii, *Johanni Georgio* Electori, illud confirmavit; tenorem ſubminiſtrantibus *Wehnero* l. c. §. 7, pag. 25 &c. *Carpzovio*, de *Lege Regia*, Cap. IX, Sect. VIII, §. 9. p. 224; *Limnæo* l. c. Lib. 3, Cap. XI, §. 12, pag. 152 &c. Dn. *Cortrejo* l. c. §. 93, pag. 359; & Dn. *Lunigio* l. c. part. ſpec. 4 *Abtheilung*, 3 *Abſatz*. §. 29, pag. 312 &c. licet, Amanuenſis, aut Typographi, errore, Annus 1568, pro 1586, hic ſubſtituatur, qui anno *Imperii Romani* dicti Imperatoris *undecimo*, quo Diploma exaratum, plane non reſpondet, cum laudatus Princeps An. demum 1575, 1 Nov. *Ratisbonæ*, in Regem Romanorum electus innoteſcat; quare etiam vitio vertendum *Blumio* l. c. voc *Chur-Brandenburg*, pag. 348, *Burgoldenſi* l. c. *Scharſchmidio* l. c. quod, cum ſequacibus, eodem errore abripiantur. *Arumæum* ad A. B. Diſcurſ. V, §. 13; *Heigium* l. c. n. 32, & *Beckerum* l. c. Cap. 7, §. ult. exiſtimantes, Electorem Brandenburgicum aliquando Privilegii hujus feciſſe jacturam, à *Rudolpho II*, dicto An. 1586. Ei tandem reſtituti, merito carpunt; *Schützius* l. c. ibique *Scharſchmid*, in Not. pag. 589; *Limnæus* l. c Lib. 3, Cap. 2, §. 70, pag 25 & 26; *Mylerus*, ad *Rumelinum* l. c. *Carpzovius* de *Lege Regia*, Cap. IX, Sect. VIII, §. 4 &c. pag. 224, & *Juriſprud. Forenſ.* Part. I, Conſtit. XX, Definit. 23, §. 4 & 5, pag. 201; *Thulemarius* l. c. Cap. XVII, § 22, pag. 223 &c. *Schweder* l. c.

l. c. Sect. 2, Cap. V, §. 12, pag. 790; *Crüger* l. c. Part. spec. Membr. 2, Discurs. XVI, §. 4, pag. m. 359. Quoniam nec hunc Principem aliquid de eo remisisse, ex laudatæ Confirmationis Cæsareæ tabulis, manifestum est, ubi: *Daß Wir solche der Churfürsten zu Brandenburg herbrachte Gerechtigkeit des nicht appellirens von Ihren Urtheilen, Decreten und Erkäntnüssen, dessen Sie, wie obgemelt, ohne des befugt, und bißhero unverrückt gehalten, Ihnen und Ihren Unterthanen, zum besten, ---- zu verneuern, zu stärcken, zu bekräfftigen, und zu bestättigen, gnädiglich geruhen wolten &c.* Cum vulgo notum sit, *Confirmationes* amissionem non præsupponere, sed fieri potius in majorem Privilegii, vel negotii, stabilitatem. Conf. *Petrus Friderus*, cit. Tract. de *Processib. & Mandatis extrahendis*, Lib. 1, Cap. 22, §. 1, vers. 2, pag. 85; & in appendice Libri I, pag. 186; *Limnæus* l. c. & Lib. 3, Cap. XI, §. 10, pag. 152; *Mynsinger*, Centur. V, *Observat.* 58, §. 1, pag. m. 371; *Crüger* l. c. pag. 361, cit. Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Class. I, pag. 18. Privilegium tamen hoc non simul extendi ad Provincias alias Potentiss. Electoris, ad Electoratum non pertinentes, seq. Tit. XVII, §. 29, lit. m, ad an. 1702, probabo.

(*a*) SECUNDO LOCO &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. VI, §. 14, pag. 820 &c. *Limn.* ad A. B. Cap. 4, §. 3, Obſervat. 3, pag. 326; Dn. *Schweder* l. c. reliquique præced. §. 39, lit. a, allegati. Utut hæc ita ſe habeant, nonnunquam tamen, in Legibus Imperii fundamentalibus, *Colonienſis* mentionem fieri, ante *Trevirenſem*, documento ſunt, præter A. B. ipſam, Cap. I, §. 11 & 12, Capitulationes Imperatorum: *Caroli V*, Procem. ibi: *Herman zu Cölln, und Reicharten zu Trier*; & mox: *Des H. R. R. in Italien, auch Gallien, und durch das Königreich Arelaten, Ertz-Cantzler &c.* & *Ferdinandi I*, ubi eadem occurrunt; in reliquis vero *Trevirenſis* ſemper præponitur, excepta *Ferdinandi III*, cui nomen plane non appoſuit, ob rationes notas. Conf. Dn. de *Büllingen* l. c. p. 18 & 19.

(41) Item, interdum coronat Imperatorem, (*a*) per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

NOTA.

(*a*) CORONAT IMPERATOREM &c. De hac re præced. Lib. I, Tit. 8, §. 2, lit. y, pag. 890 &c. dictum. Apud Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Eccleſiaſtici*, Cap. VI, Tit. *Cornelius Münſter*, §. 13, pag. 730 &c. reperitur fragmentum Documenti, probantis, impedito *Colonienſi*, prærogativam coronandi Imperatoris pertinere ad Abbatem dicti Cœnobii *S. Cornelii Indenſis*, inde huc faciunt: *Joannes, Miſeratione Divina Presbyter Cardinalis, vulgariter dictus: Cardinalis Nemauſenſis, Commiſſarius per Dn. Gregorium, divina Providentia, Papam, ſpecialiter Deputatus ---- Eſt quoddam ſolemne & Regale Monaſterium S. Cornelii Indenſe nuncupatum, Ordinis S. Benedicti, per divos Principes, Romanorum Imperatores, excellenter & magnifice, prædiis, poſſesſionibus, Jurisdictionibus, Feudis, & homagiis Ducum, Comitum, Baronum & Militum, præ cæteris fundatum & dotatum, cujus Abbas pro tempore, ex ſingulari Privilegio, Colonienſi impedito, habet Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, coronare, benedicere & inthroniſare &c. Datum & Actum Avinion, in hoſpitio habitationis Noſtræ, Anno à Nativitate Domini 1371, Indict. IX, die quarta Menſ. Julii, Pontificatus dicti Dn. Noſtri, Dn. Gregorii Papæ XI, anno primo &c.*

(42) Item, in ſua Diœceſi & Provincia, &, extra Provinciam ſuam, in tota Italia & Gallia, dextrum (*a*) Cæſaris latus claudit. Aur. Bull. Cap. 3, §. 2.

NOTA.

(*a*) DEXTRUM &c. Vid. præced. §. 35, lit. a.

(43) Item, Ejus ſubditi privilegiati ſunt contra Rotwilenſe (*a*) & alia extranea Conſiſtoria, tam in realibus, quam perſonalibus Actionibus.

NOTA.

(*a*) ROTWILENSE &c. Nititur aſſertum diplomate *Alberti I.* Imp. An. 1298, 5 Kal. Sept. Coloniæ. *Wichboldo* Præſuli conceſſo, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 51, pag. 392, ubi: *Tibi, ex ſpeciali gratia, concedimus & indulgemus, ut nullus Cives & Oppidanos Tuos, ad examen, ſeu Judicium Regalis Curiæ Noſtræ, per Noſtram Juſtitiam, vel Curiæ Noſtræ Edicta, poſſit evocare, & ad Noſtrum Judicium detrahere, nec ibidem teneantur comparere, quamdiu Tu, vel Officiati Tui, conquerentibus, vel conqueri volentibus, parati fueritis Juſtitiam facere expeditam.* Quod *Carolus IV.* poſtea, An. 1346, 6 Kal. Septembr. *Bonnæ*, *Walramo* Archi-Epiſcopo confirmavit; teſte Eodem l. c. §. 96, pag. 467, ajens: *Item, ne ipſius Archi-Epiſcopi ſubditi, ſive ſit Nobilis, ſive Miniſterialis, aut Caſtrenſis, aut cujuscunque alterius conditionis, Noſtra, aut Judicium Curiæ Noſtræ, aut aliorum, à Majeſtate Noſtra Regia delegatorum, literarum, aut mandatorum quorumcunque, auctoritate, in quibuscunque cauſis, criminalibus aut civilibus, criminaliter aut civiliter movendis, ad Judicium, ſeu Duellum, de cætero valeant evocari ---- & ſi hujusmodi Subditi taliter fuerint evocati, quod ad Archi-Epiſcopi Colonienſis, pro tempore exiſtentis, Examen, absque difficultate qualibet, remittantur &c.*

(44) Item, Hodie gaudet (*a*) Privilegio de Non appellando illimitato.

NOTA.

(*a*) GAUDET &c. Vid. præced. Tit. VIII, §. 29, lit. n, v. 5.

(45) Item, Inter alios titulos, utitur etiam titulo Ducis Westphaliæ & Angariæ, (*a*) quas ditiones munificentia Friderici Imperatoris Anno 1180, contulit (*b*) Ecclesiæ Coloniensi. *Limnæus* Tom. V. Addit. ad Lib. 3, Cap. 6. Hermes, in Fascic. Cap. VI. §. 9.

NOTÆ.

(*a*) ANGARIÆ &c. Vid præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10. lit. d, ad An. 1177, pag. 139, & An. 1180, pag. 140; & Lib. I, Tit. XVI, §. 10, lit. o, pag. 66, ad An. 1180.

(*b*) CONTULIT &c. Adde, quod etiam,

(1) Vigore Diplomatis *Leonis IX*, P. R. de An. 1049, *perpetuus S. R. E. Cardinalis S. Johannis ante Portam Latinam, & Ecclesiæ Romanæ Archi-Cancellarius* audiat. Vid. *Gelenius*, de *Magnitudine Coloniæ*, Lib. 3, Synt. 1, §. 2, pag. 225, Dn. de *Büllingen* l. c. pag. 7 & 67; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imper.* Lib. 2, Cap. 4, §. 9, pag. 29, addens tamen, utrumque obsolevisse. Quod & Ill. Auctor *des Europaischen Heroldts*, T. 1, pag. 212, affirmat, probationis loco inferens: *Sonst hätte der vorige Churfurst, Maximilian Henrich, zu Rohm, wegen des Ceremoniels, mit denen Cardinälen keine competentz gehabt.*

(2) In Comitiis Spirensibus, An. 1310, tempore *Henrici VII* celebratis, Privilegium obtinuerit, vi cujus ab Itinere Italico abesse, & Officium Archi-Cancellarii per Substitutum exercere queat, emolumento inde redundante ipsi salvo; Vid. *Gelenius* l. c. Lib. I, Syntagm. VII, §. 27, pag. 76. *Thulemarius*, *Octovir.* Cap. XII, §. 4, pag. 140 & 141.

(3) Vigore Diplomatis *Caroli IV*, sub dato *Bonnæ*, An. 1346, 6 Kal. Septembr. *Walramo* Archi-Episcopo scripti, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccles.* P. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Colln*, §. 96, pag. 466 &c. Telonia in Oppidis *Andernaco, Bonna, Nussia & Bercka*, à transeuntibus exigi solita navibus, pro lubitu aliorsum transferre possit.

(4) Pro Ecclesia sua, quocunque titulo legitimo, comparare valeat Oppida, Munitiones, Terras, Dominia, possessiones & bona cujuscunque conditionis, absque Imperatoris requisitione, etiamsi Feuda sint Imperii, aliave ab Imperio immediate dependentia bona, modo Cæsari denunciet, ejusmodi Bona se acquisivisse, ut de iis rite investiri queat. Vid. idem *Privilegium* l. c. p. 467.

(5) Nulla Privilegia Civitati *Coloniensi* concessa, in præjudicium Archi-Episcopi valeant produci. Vid. Privilegium *Caroli IV*, sub dato *Bonnæ*, An. 1349, 6 Kal. Febr. in favorem ejusdem *Walrami* Præsulis, desuper conscriptum, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 101, pag. 472; confirmatumque ab Eodem, *Norimbergæ*, An. 1356, 9 Januar. in Gratiam *Wilhelmi* Archi-Episcopi; ibid. §. 116, p. 489 &c.

(6) Omnia Feuda caduca, etiamsi Civitates, Oppida Fortalitia vel Castra sint, quæ ab Archi-Episcopo & Ecclesia Coloniensi in Feudum dependerunt, Vasallis Nobilibus, Castrensibus, aliisve subditis quibuscunque, absque legitimis hæredibus masculis defunctis, ab obitu possessorum, statim, sine ulla contradictione, cognitione, sententiatione, decisione, consuetudine &c. ab Eo occupari, & in ipsius, Ecclesiæque Coloniensis usus, converti possint. Vid. Privilegium *Caroli IV*, sub dato *Confluentiæ*, An. 1372, Prid. Non. Julii, *Friderico* Archi-Episcopo exaratum, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 135, pag. 507 &c. Quod *Rudolphus II*, sub dato *Prag*, ult. Decemb. An. 1605, petenti *Ernesto* Præsuli confirmavit; teste charta ibid. §. 265, pag. 871

(7) Jus occupandi omnia Feuda Imperii, in Archi-Episcopatu Coloniensi sita, ex quo, sive mortuis Vasallis, sive proscriptis, ea vacare contingat. Vid. Privilegium *Maximiliani I*, sub dato *Augspurg*, 20 Sept. An. 1518, *Hermanno V* Archi-Episcopo expeditum, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 207, pag. 659; à *Rudolpho II*, sub dato *Prag*, ult. Decemb. An. 1605, in gratiam *Ernesti* Præsulis, confirmatum, ibid. §. 266, pag. 872;

(8) Vigore Declarationis *Caroli IV*, sub dato *Pragæ*, An. 1375, Cal. Maji, impositio vel indictio Angariarum, Parangariarum, Assisiarum, Pedagiorum, Collectarum & exactionum quarumcumque in Civitate *Coloniensi*, non ad Jus Magistratus, sed Archi-Episcopi, pertineat. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. 136, p. 508 &c.

(9) Ex Decreto *Maximiliani* Imperatoris, sub dato *Reiff*, An. 1516, 5 Maji, ad preces *Hermanni* Præsulis promulgato, juxta consuetudinem antiquam, integrum sit cuilibet Archi-Episcopo recens electo,

electo, confirmato & investito, *in die Statt Cölln einzureiten, vom Bürgermeister und Rath Verpflichtung einzunehmen, und die Hohe und Niedere Gerichte daselbst zu ordiniren, und zu setzen &c.&c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. §. 204, pag. 652 &c. Mandatum Pœnale *Carolo V* Imp. sub dato Brüssel, 8 Febr. An. 1522, *an Bürgermeister und Rath der Statt Cölln, dem Churfürsten* Hermanno V, *den Einritt in die Statt, bey Vermeidung aller Gnaden, Freyheiten und Privilegien, so sie von Kayserlicher Majest. und dem H. Reich habe, entsetzt zu werden, anbey einer Pœn von fünffhundert Marck lötiges Golds, nicht zu verwehren;* extat apud eundem l. c. §. 213, pag. 663 &c. Transactio inter Eundem & Senatum, supra hac re, de An. 1522, *uff Montag nechst nach* Margarethæ, habetur ibid. §. 214, pag. 665. Confirmationem præfati Pœnalis Mandati, *à Ferdinando I*, rogante *Anthonio* Archi-Episcopo, sub dato *Franckfurt am Mayn*, An. 1558, 18 Mart. editam, suppeditat idem l.c. §.238, pag.837 &c. pariter ac illam, quam *Johannes Gebhardus* Præsul, ab Eodem, Viennæ, 23 Sept. An. 1560, obtinuit, l. c. §. 240, p.841 &c.

(10) Jus habeat *Primariarum Precum.* Vid. *Hermes, Fascic. Jur. Publ.* Cap. XI, §.47, in fin. XIII, in fin. & XVII, §. 39. Illustriss. Comes *Albertus Wolfgangus de Hohenloë, in* Diss. de *Precibus primariis Imperatoris*, præced. T. 2, §. 8, lit. b, laudata, Quæst. 4, §. 28, p.17;

(11) *Wan ein Ertz-Bischoff zu Cölln eine Messe jährlich, auf den H. Drey König Tag, in der Haupt-Kirchen dieser Heyligen* (Coloniæ Agrippinæ) *derer Cörper Friderich von Dassel, der Drey und vierzigste Ertz-Bischoff, vom Kayser Friderichen dem Ersten, geschenckt bekommen, lieset, hat Er dafür, Tausend Gold-Gülden, und hundert Malter Getraide, zu genießen, dafür Er die* Capitularen *stattlich tractiren muß.* Ita Illustr. Auctor *des Europäischen Heroldts*, Tom. I, p.212.

(12) Directorium prætendat in Comitiis, Moguntino mortuo, vel absente. Vid. præced. Procem. lit.d; & §.13, lit.a, v.8.

(13) Juxta *Instrum. Pac. Westphal.* Art. XIII, §. 6, Jus Metropolitanum in Romano-Catholicos Episcopatus Osnabrugensis salvum retineat, etiamsi jure alternarum, Præsul Protestantium Religionis existat. Conf. Dn. de *Büllingen* l.c. p.67.

(14) De Titulis, quibus An. 1369, Comitatus *Arnsburgicus*, sub Administratore, *Conone* Trevirensi? Sec. XIV, Comitatus *Hillicrodensis*, sub *Henrico II* Archi-Episcopo? & Comitatus *Hochstedanus*, sub *Conrado* Præsule, an. 1237 electo, Patrimonio Ecclesiæ hujus fuerint adjecti, ex veteri *Chronico Coloniensi*, docet Dn. de *Büllingen* l. c. p. 49 & seqq.

TIT. XI.
DE
JURIBUS, OMNIBUS ELECTORIBUS SECULARIBUS (a) COMPETENTIBUS.

NOTA.

(a) SECULARIBUS &c. Tractarunt materiam hanc; *Limnæus, Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. VII, p. 59 &c. Ill. *Rhetius, Instit. Jur. Publ.* Lib. I. Tit. VII, §. 5 &c. pag. 202 &c. *Boeclerus, Notit. Imper.* Lib. VI, Cap. 4, pag. 132; *Münchmayr, Jur. Publ.* Part. I Cap. X, pag. 200 &c. *Hæggmayr de Primis Juris Publici Principiis*, Sect. V, Aphorism. VII &c. pag. 139 &c. & qui inferius, occasione data, nominabuntur.

Electores Seculares, virtute Regni & Principatuum suorum (*a*) in electione Regis Romanorum, in Cæsarem promovendi, cum cæteris Principibus Ecclesiasticis, suis Coëlectoribus, Jus, vocem, & locum habent, Aur. Bull. Cap. VII, §. 2, & C. XX.

NOTA.

(a) PRINCIPATUUM SUORUM &c. Idem enim Jus, quod Electores *Clerici* ex electione legitima, seu postulatione, consequuntur, competit *Laicis* è successione legitima in Electoratus, seu Terras, quibus eligendi jus annexum, de quibus præced. Tit. VIII, §. 25, lit. a, dictum. Conf. *Limnæus*, ad A.B. Cap. I, §. 18, Observat. V, pag. 234.

(1) Hinc colligunt nonnulli, Successores Electorum Secularium gaudere Jure electionis, etiamsi à Cæsare nondum fuerint investiti, (a) quia & ipsi Principatus, quibus jus suffragandi, & alia Regalia, adhærent, statim cedunt Heredibus, post occupatam possessionem; per primam enim Investituram pro se, suisque Heredibus, Jus illud perpetuo & irrevocabiliter acquisiverunt.

NOTA.

(a) INVESTITI &c. Ob rationes, quod (1) Jus eligendi Romanorum Regis, cum annexis, Electoratuum fructibus annumerandum sit, ast fructus Feudi, etiam ante Investituram, ad Vasallos pertineant; (2) Aurea Bulla Cap. VII, §. 2, nulla Investituræ facta mentione, dicat saltem, Jus, vocem & potestatem Electionis, devolvi ad Filium Electoris Primogenitum, (modo Legitimus & Laicus sit,) statim ex quo Elector esse desierit, Eoque non extante, ad ipsius Primogenitum, similiter Legitimum & Laicum; (3) Vigore ejusdem Bullæ Cap. XX, §. 1, Jus electionis ita inseparabiliter annexum sit Principatibus Electoralibus, ad quos Primogeniti (habiles) sanguinis prærogativa, vocantur, ut alterum sine altero subsistere nequeat, proinde, ut Principatus, sic & suffragandi jus statim ad Principem, qui pro legitimo Electoratus possessore habetur, spectet; (4) Electores *Clerici*, notorie ante Investituram, ad exercitium Jurium Electoralium, admittantur. (5) De Observantia, tot Exempla prostent. Spectat huc responsio *Johannis*, Electoris Saxoniæ, sub dato *Augspurg*, 21 Julii An. 1530, Imperatori *Carolo V*, Religionis odio, Investituram ipsi deneganti, exhibita, apud Dn. *Müllerum*, in *Historia Protestationis & Augustanæ Confessionis Ordinum Imperii Evangelicorum*, Lib. 3, Cap. 22, pag. 674: *Gemelter Lehn halben --- so wissen Ew. Kayserliche Majestät daß die Gülden Bull, von der Churfürsten Nachkommen wegen, (welche Ew. Kayserliche Majestät gnädiglich confirmirt und beståttigt, clar verordnet, so ein Weltlicher Churfürst, ohne Männliche Leibs-Lehns-Erben, verstirbt, daß alßdann dieselb Dignitat auf seinen ältesten Bruder kommen soll; Derhalb die Chur-Sachsen, nach tödlichem Abgang weiland meines lieben Brudern, Hertzog Fridrichen, Churfürsten zu Sachsen, auf mich geerbt ist; Zu dem haben Ew. Kayserliche Majestät mir, mit gedachtem meinem Bruder seel. die Lehen an der Chur-Sachsen, samt Ihrer Regalien sämtlich und nahmhafftig --- gemeldter Güldenen Bullen gemeß, gnädiglich verschrieben, und mich, mit Sr. Ld. auf Ihren Todesfall ohne Leibes Lehens-Erben, bereit an nahmhafftig belehnet. So mir auch darüber gebürt hett, nach meines Brudern Todt, angezaigter Lehenschafft ferner Volge zu thun, so ist daran auch nicht Mangel geweßt, dann Ich hab, fast im ersten halben Jahr, nach meines Brudern Abgang, bey Ew. Kayserlichen Majestät verordnetem Regiment, solcher Lehen und Regalien halben, nach vermög der Rechts-Ordnung, gebührliche Ansuchung gethan; und dieweil ich, vermöge einer überschickten Muth-Zeddul, an Ew. Kayserliche Majestät damit gewiesen, und Ich derwegen, zu unterthänigster Erzeigung, zwene meiner Räthe zu Ew. Kayserlichen Majestät in Hispanien geschickt, so haben Ew. Kayserliche Majestät mir ein gnädig Indult auf 2 Jahr gegeben &c.* Conf. *Chytræi Hist. August. Confess.* pag. 99; adde, quod Electores Laici sæpissime solennibus Imperii Conventibus interfuisse, & munere suo functi legantur, investitura in eos nondum collata. Vid. præc. Tit. IX, §. 4, lit. e, pag. 696. (6) Reliqui quoque Principes & Status plenissime Feudis suis & Possessionibus, jure hereditario ad ipsos devolutis, etiam ante Investituram, utantur, utpote ad eam petendam, annum & diem habentes. Vid. præced. Lib. 2, Tit. 1 §. 11, pag. 932. (7) Communis Doctorum sententia huc redeat; vid. *Buxtorff* ad A. B. Concl. 18; *Limnæus* ad eandem, Cap. I, §. 18, Observat. V, pag. 234, & Observ. XI, pag. 238; *Rumelinus*, in eandem, Part. I, Dissert. VI, Corollar. 2, pag. 194; *Mylerus* ad *Rumelinum*, Part. 2, Dissert. VI, §. 17, pag 643 &c. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. 2, §. XI, lit. D, p. 104; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. X, pag. m. 242; *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. XXIV, §. 21, pag. 433 &c. *Hermes Fascic. Jur. Publ.* Cap. VI, Quæst. 19; *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. 2, §. 9. p. 216 &c. *Hægmayer*, de *Primis Principiis Juris Publici*, Sect. 3, Aphorism. VII, p. 68 &c. & Sect. V, Aphor. XIII, p. 157 &. Conf. præced. Tit. VIII, §. 25, l. a.

(2) Inter

(2) Inter Electores Seculares successioni (a) locus datur A. B. Cap. VII & XXII. Primo, ut quilibet Primogenitum (b) habeat successorem, modo (1) sit legitimus, (c) *ein recht Ehe-Kind*, A. B. Cap. VII. §. 2: (2) Laicus, (d) (3) nec mente sit captus, fatuus, aut alterius famosi & notabilis defectus (e) existat, propter quem non possit, vel debeat, hominibus principari; A. B. Cap. VII & XXIV. Hinc, si Elector plures Filios habeat, & Primogenitum minus idoneum ad Electoratum suscipiendum videat, eo consentiente (f) in Secundo-genitum Electoratum transferre potest. Exemplum ejus habuimus in Friderico, Burggravio Norimbergensi: Is a Sigismundo, in Concilio Constantiensi, (g) Elector Brandenburgicus creatus, moriturus quatuor habebat Filios: Johannem Primo-genitum, otii amantem; Fridericum, postea Marchionem cum ferreis dentibus appellatum; Albertum, temporis progressu Achillem Germanicum; & Fridericum 2, ad se evocari cum curasset, cum Johanne Primo-genito paternis egit precibus, ut, ipsius consensu, Marchionatus Brandenburgensis, cui jus eligendi Imperatorem connexum est, Friderico Fratri, ætate proximo, tanquam ad res gerendas aptiori, cederet. (h) Chytræus libr. I. Chron. Si in Primo-genito sit notabilis defectus, etiam inhabilis est, ut possit in Electoratu succedere. A. B. Cap. XXIV. Huc referunt, si mutus, si surdus sit, vel cæcus. Vultejus de Feud. lib. I, Cap. IX, §. 64. Levis enim defectus, qui quidem Primogenitum deformem reddit, non autem inhabilem ad administrandum, non obstat. Sicut & illud non obest, quando tales defectus superveniunt isti, cui Electoratus jam delatus est. Humanius enim est, tali dari administrationem, quam Eum Electoratu privare. Limn. ad A. B. Cap. VII, Observ. XI. Si Primogenitus moriatur ante decessum Patris Electoris, tum Electori Avo succedit Primogeniti Primogenitus, & præfertur Fratri Patris sui (i) sine contradictione. Si vero Primogenitus hujusmodi absque heredibus masculis, Legitimis, Laicis, ab hac luce migraret, Jus, vox & potestas Electoris ad Seniorem Fratrem (k) laicum, per veram paternamque lineam descendentem, & deinceps ad ipsius Primogenitum laicum, devolvitur. A. B. Cap. VII.

NOTÆ.

(a) SUCCESSIONI &c. Scil. *Lineali agnatica*, ut *Grotio* de *Jure Belli & Pacis*, lib. 2, Cap. VII, §. 22, pag. m. 187, vocatur, utpote *Linearum* ordinem, & in iis *sexus* atque *ætatis* prærogativam observans. Conf. *Puffendorf*. de *Jur. Nat. & Gent.* lib. VII, Cap. VII, §. 14; *Kulpisius* ad *Monzamban*. Cap. 4, §. 4, pag. 58; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 7, pag. 761. Evenitque varie, vel enim (1) Vigore *Aureæ Bullæ*, Cap. VII, §. 2, & XXV, 2, ubi clare depingitur, quis succedat; vel (2) Ex conventione Domestica, quo *Pacta Familiæ* referenda, vel (3) Ex *Pacto Confraternitatis*; Vid. *Schütz*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI. §. 29, lit. D, pag. 438, & Exercit. VII, §. 17, lit. c. pag. 527, disputans contra *Limnæum*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 167, p. 219, vitio vertentem Auctori *des wahrhafften und gegründeten Berichts, was sich in dem Fürstlichen Weimarischen und Aldenburgischen Præcedentz-Streit, bißher zugetragen*; Part. 4, pag. 125, & *Joh. Casparo Guttichio*, in Disp. de *Confraternitatibus*, Giessæ habita, quod Electoratum Saxoniæ *Pacto Confraternitatis Saxo-Hassiacæ* comprehendi, statuant. Illust. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. VII, §. 17, pag. 210; Dnn. *Schweder* l. c, §. 13, pag. 770; *Crüger*, Part. General. *Novemviratus*, Discurs. 2, §. 18, pag. 46. Conf. seq. Tit. XX, §. 85, lit. a, ad An. 1373, & 1457, nec non §. 87. vel (4) Ex Imperatoris gratia, sive *Expectantiæ* titulo. Vid. præced. lib. 2, Tit. I, §. 16, lit. a, pag. 962 &c. & lit. b. pag. 964, ubi requisita Expectantiæ.

(b) PRIMOGENITUM &c. Qui de materia hac scripserunt, laudantur ab initio Operis: *de Successione in Majoratibus & Primogenituris*, à *Johanne Torre*, Italo, *Placentini* Senatus Præside, haud ita pridem editi, interque eos: *Martinus Garatus Laudensis, de Jure Primogenituræ*; *Johannes Le Cirier*, de *Primogenitura*; *Didacus à Saa &c.* quorum Opuscula & in *Tractatu Tractatuum* offendimus. Eodem spectant: *Andreas Tiraquellus*, de *Nobilitate & Jure Primogenitorum*, Francof. 1574, Fol. *Nicolaus Betsius*, de *Statutis, Pactis & Consuetudinibus Familiarum Illustrium, præcipue de Jure Primogenituræ*; Francof. 8vo 1611, & *Argentorati*, 1699, in 4to. *Arnoldus Engelbrecht, de Successione in Electoratus, ex*

Jure

Jure Primogenituræ, Hallæ Saxon. 1614, & Giessæ, 1621. (in quo Tractatu Jura Domus *Altenburgicæ*, in controversia: *de prærogativa in Electoratu & præcedentia*, defendit; cui tamen, à parte *Vinariensium*, *Melchior Goldastus*, An. 1615, tres Libros de *Majoratu*, Francofurti excusos, opposuit, junctis utrinque aliis, quorum Dn. *Struvius*, in *Bibliotheca Juris Selecta*, Cap. XI, §. 4, pag. 368 &c. meminit.) *Marquardus Freherus*, de *Successione Principum in Primogenitis, & eorum Heredibus*; Heidelberg. 4to 1614; *Johannes Mehlbaum*, de *Jure Primogenituræ*, Vol. 2 *Fritsch. Johannes Justus Böttiger*, Diss. Inaug. de *Jure Primogenituræ & Majoratus*, Præside *Joh. Philippo Slevogtio*, An. 1694, Jenæ ventilata. *Samuel Reyherus*, Diss. de *Jure Primogenitorum*. Dnn. *Johannes Franciscus Buddeus*, Exercit. de *Successionibus Primogenitorum*, 28 August. 1695, Halæ defensa, quam *Selectis Juris Naturæ & Gentium*, pag. 153 seq. inseruit; *Johannes Melchior Ludolphi*, *de Introductione Juris Primogenituræ*, Jenæ, 1711, 4to. *Fridericus Carolus* L. B. *Voit à Saltzburg*, Diss. de *Emolumentis Territoriorum, imprimis Germaniæ, ex Jure Primogenituræ descendentibus*; An. 1718, 28 April. *Lipsiæ*, publico Examini subjecta.

(2) De primordiis hujus Juris, inquit Sereniss. Elector Palatinus, *Carolus Ludovicus*, in Manifesto ad omnes Reges, Principes Liberasque Europæ Respublicas, An. 1637, 12 Januar. *Londini* Angliæ edito, apud *Lundorpium*, Tom. 4. *Actor. Publ.* lib. 3, Cap. 95, p. 641: *Die Göttliche, Geist- und Weltliche Rechten und Gesetze, auch aller Vœlcker ewige unwandelbahre Observantz und Herkommen, von Anbegin der Welt, ordnen versehen, setzen und bestättigen, klar und unwiedersprechlich, daß, in allen Erb-Königreichen, Souverainen Fürstenthumben und Regierungen, die Succession und Nachfolge, je und allewegen dem beym Leben sich befindenden Erst-gebohrnen Sohn, Næchsten Bluts-Verwandten und Stamms-Genossen des letzt abgelebten Regenten, jure Primogenituræ & proprio, heimfallen, anwachsen und zukommen solle &c.* Certum minimum est, hunc succedendi ordinem non solum apud *Moabitas* viguisse, (teste 2 Reg. 3. §. ult.) *Ægyptios, Macedonas, Syros, Persas*, &c. *Arnisæo* lib. 2, *Rel. Polit.* Sect. 8, de *Jure Primog.* observante, sed & apud *Hebræos* ipsosmet, ut colligere est ex *Genes.* XXV, §. 31, XXVII. §. 19 & 36; XLVIII, §. 13, 14, 18 &c. XLIX, 3. 2 *Paral.* XXI, §. 2 & 3; ubi *Joramo*, tanquam *primogenito*, à Patre *Josaphat*, Regnum traditum, Fratribus Ejus, præter auri argentique vim, non nisi munitis Urbibus relictis. Hinc est, quod *Primogenitura*, apud *Herodotum*, Lib. VII, pag. m. 382 (Edit. Hanoviensi. An. 1608, Interprete *Henrico Stephano*,) communi Gentium Jure niti dicatur, verb: Νομιζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸν πρεσβύτατον, τὴν ἀρχὴν ἔχειν: *Apud universos homines institutum, ut maximus natu (liberorum) obtineat Principatum.* In Thalmudico, Tit. de *Regibus*, legi: *Qui præcipuum jus habet in hæreditate, is & in possessione Regni*; *ideo Filius natu major præfertur minori*; notat *Grotius* l. c. lib. 2, Cap. VII, §. 13, pag. m. 184. De *Persis*, testatur extrema *Cyri* oratio ad Filios; *Cambysen*, & *Tanaoxarem*, aliosque Amicos, apud *Xenophontem*, Lib. VIII. κύρου παιδείας, seu de *Institutione Cyri*, p. m. 185. (Edit. Basileens. An. 1569, Interprete *Johanne Lewenklajo*,) *Est autem mihi declarandum hoc quoque, cui Regnum relinquam, ut ne id relictum in ambiguo negotia Vobis facessat. Complector equidem, Filii! pari utrumque benevolentia: verum, & Consilio providere, & Ducis officio fungi, quacunque in re usus postulet, Eum jubeo, qui natu major est, & usum rerum majorem, de consentanea quadam ratione, habet. Equidem, ut ab hac mea vestraque Patria sum institutus, natu majoribus, non modo fratribus, sed Civibus etiam, in viis, subselliis, sermonibus, cedendum esse: sic & Ipse, Filii! ab initio Vos institui, ut natu majoribus principem honorem deferatis, & vicissim à minoribus honore Vobis debito fruamini. Quamobrem ita, quæ à me dicuntur, accipite, ut qui tum prisca, tum moribus recepta, atque etiam Legibus consentanea proferam. Ac tuum quidem, Cambyse! Regnum esto, Diis illud ac Me tibi largientibus, quantum quidem in Me est; Tibi vero Tanaoxare! hoc concedo. ut Medorum, & Armeniorum, & Cadusiorum Satrapa sis &c.* Sic etiam *Justinus*, lib. 2, Cap. X. §. 1 &c. *Darius, cum bellum restauraret, in ipso apparatu decedit, relictis multis Filiis, & in Regno, & ante Regnum, susceptis. Ex his Artemenes* (Herodoto l. c. *Artobazanes* dictus) *Maximus natu, ætatis privilegio, Regnum sibi vindicabat, quod Jus, & ordo nascendi, & Natura ipsa, Gentibus dedit &c.* & rursus, lib. XVI, Cap. 2, de *Ægyptiis* verba faciens: *Ptolomæus*, (Rex) *cum magna rerum gestarum gloria, moriturus, contra jus Gentium, minimo natu ex Filiis, ante infirmitatem, Regnum tradiderat &c.* Ad idem jus provocasse quoque legitur *Perseus, Philippi, Macedonum* Regis, Filiorum natu primus, contra quinquennio minorem fratrem, *Demetrium*, disputans, apud *Livium*, lib. 40, Cap. 9, pag. m. 590. (Edit. Amstelodam. An. 1664.) *Regnare utique vis: huic spei tuæ obstat ætas mea: obstat Gentium Jus: obstat vetustus Macedoniæ mos: obstat vero etiam*

Patris

Patris Judicium. Huc transcendere, nisi per meum sanguinem, non potes &c. Ex medio ævo, locum hic meretur oratio moribundi *Bretislai, Bohemorum* Principis, An. 1055, ad circumstantes Regni Proceres, apud *Dubravium*, Lib. VII *Histor. Bohem.* pag. m. 55: *Occultare præsentibus nolo, quale Decretum quondam inter Filios decreverim; nihil utique novi aut insoliti statuens, sed quod Ordo primum naturæ, Dein Jus Gentium præscribit, id confirmans, nempe: ut ex Filiis ne alius ad Paternam Regni Successionem, nisi natu maximus, provehatur; cæteri Fratres sorte quisque sua contenti sint &c.* Conf. *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, Lib. VI, Cap. 4, §. 11, p. m. 1017.

(3) Dubitandum itaque non est, quin *Primogenituræ* Jus & *Naturali*, & *Gentium*, & *Divino*, congruat. Sunt quidem, sanguinis intuitu, fratres omnes invicem æquales, parique jure ad hæreditates vocantur; attamen, habito respectu ad sceptra, quæ prærogativam quandam inter eos observari volunt, pro *natu maximis* militat (1) ipse nascendi ordo; quippe qui jus succedendi eis tribuit, fratribus nondum natis, id quod postea præcipuum eis relinquitur, ex quo soli esse desinunt. (2) Quod indistincte liberi nominentur *Dona Dei*: *Genes.* 48, §. 4, Psalm. 127, §. 3; inter quæ *priora* merito Nobis sint acceptissima: quo respexisse videtur *Carolus V*, Galliarum Rex, in Edicto, quo, sub dato *Nemoris Vincennarum*, Mens. Aug. An. 1374, Galliæ Reges anno ætatis decimo quarto *Majorennes* declaravit; apud Dn. de *Leibnitz*, Part. I *Cod. Diplom. Juris Gentium*, §. 102, v. 1, pag. 232, Regum filiorum in genere memor: *Unde, non magnificando vel honorando eosdem, Donum Dei, sibi in Filiis præstitum, negligere viderentur. Rursus, quod in honoribus aliis Fratribus Primogeniti præferendi, paterna benedictione pinguiori, satis patet ex benedictione, quam dedit Isaac ipsi Jacob, sic inquiens:* (Genes. XXVII, §. 28 & 29) *Det tibi de rore Cœli, &, de pinguedine Terræ, abundantiam frumenti, & vini, & olei; serviant tibi Populi, & adorent; Esto Dominus Fratrum tuorum, & incurventur ante Te Filii matris tuæ &c.* (3) Hoc intuitu, *Primogenitis* quoque duplicem portionem, in adeunda hereditate, tributam cernamus, *Deuteronom.* XXI, §. 17; De qua portione Dn. *Buddeum* l. c. §. VII, p. 157 &c. evolvas; (4) Gentibus plerisque, ut modo demonstratum, hic succedendi modus æquissimus juxta, & ad conservanda Imperia accommodatissimus, semper fuerit visus; (5) Adhuc hodie, ubi Populis semel placuit, ad unum solum rerum summam devolvi, ne scil. splendor tantorum corporum, qualia Regna, & Imperia, constituunt, ex quo in membra discerpuntur, indeque, Concordiæ loco, discordia, lites, rixæ, diffidia, bella, seminantur, vilescat, imo tota Majestas corruat, per universum fere Terrarum Orbem, *natu maximos* sequioris ætatis fratribus præferri, palam fit; magno argumento, apud Gentes moratiores plerasque, publicæ quietis servandæ id fundamenti loco poni; Conf. seq. Tit. XX, §. 36, lit. a. (6) Post ea, quæ *Petrus Gregorius Tolosanus*, Lib. VII de *Republ.* Cap. IX; *Tiraquellus* l. c. in præf. n. 2 & 39, & quæst. 4, §. 13; *Menochius*, Consil. 97, Vol. I; *Vultejus*, de *Feudis*, Lib. I, Cap. 8, §. 73, pag. 264; *Arnisæus* de *Republica*, Lib. 2, Cap. 2, Sect. 7, n, 2, 3, & 80, & Sect. 8, n. 25; *Engelbrecht* l. c. §. 26; *Besoldus*, de *Reg. Success.* Lib. I, Diss. 4, §. 7 &c. *Wurmser*, *Jur. Publ.* Exercit. 2, §. 13, pag m. 76 &c. *Grotius* l. c. & §. 30, pag. 188; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 10, lit. D, pag. 486 &c. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. I, Class. 4, Cap. 17, §. 31, pag. m. 437; *Goldastus* in *Senioratu*, Lib. 3, Cap. 2; *Mylerus* ad *Rumelinum* in *Aur. Bull.* Part. 3, Diss. V, §. 2, pag. 834 & 835; *Conringius* de *Republica*, Exercit. V. de *Electoribus Imperii Germaniæ*, §. 35, pag. 203 &c. *Cellarius*, Lib. 2 *Politices*, Cap. 3, §. 10, pag. 126 & 127; Ill. Dn. *Böhmer*, *Introduct. in Jus Publicum Universale*, Part. spec. Lib. 3, Cap 4, §. 23, lit. c, pag. 644, aliique plures, in sententiæ hujus præsidium, proferunt, in contrarium nihil solidi hactenus productum sit.

(4) De Jure hoc, quoad *Electoratus*, pergit Sereniss. Elector Palatinus l. c. *Insonderheit aber ist solche Successions-Ordnung, und das Jus Primogenituræ, vor viel Hundert Jahren, bey den Weltlichen Chur-Häusern, im Reich Teutscher Nation, durch sonderbahre Versehung, stattlich confirmirt worden, indem die vorige Römische Kayser, und die Gesamte Fürsten und Stände des Reichs, bey Uffricht- und Stabilirung des Hoch-Ansehnlichen Churfürstlichen Collegii, mit wohlbedachtem Rath, reiffer Deliberation, und fleiffer Resolution, zu Erhaltung guter Ordnung, und Verhütung aller besorgten Zerrüttungen im Reich, gantz weißlich und heilsamlich, gewolt, geschlossen, gesetzt und verordnet haben, daß, von derselben Zeit an, die drey Chur-Häuser, Pfaltz, Sachsen und Brandenburg, ihre gewisse, ungezweiffelte und undisputirliche Successores an dem Churfürstlichen Ampt und Wahl-Stimmen, wie auch an denen darzu gehörigen Regalien und Churfürstlichen Landen, zu ewigen Tagen, haben: und, so offt, bey solchen Hochlöblichen Chur-Häusern, ein Regierender Churfürst, durch*

durch Todts- und andern Fall, abgehen würde, daß alßdann desselben Erstgebohrner Sohn, und Seine Descendenten, Männlichen Geschlechts: oder aber, in Ermangelung derselben, Dero nächste Agnaten, von allen Chur-Fürsten und Ständen, vor rechtmäßige Churfürsten des Reichs: oder aber, da Sie noch minderjährigen Alters wären, vor berechtigte Chur-Erben und Successores, ohne einige Widersetzung, erkandt, und von dem alsdann Regierenden Römischen Kayser, an solchem Erb- und Churfürstlichen Successions-Rechten, durch Kayserliche Belehnung, bestättiget ---- werden solten. Welche Hochweise, heylsame und löbliche Verordnung, als bey welcher sich das Reich so lange Zeit wohl befunden, durch die darnach erfolgte Gülden Bull Kaysers Carln des IV, im Jahr 1356, mit Zuthun aller Chur-Fürsten und Stände, als Fundamental-Satzung des Reichs, nochmahls confirmirt und bekräfftiget: und alle seithero gemachte und aufgerichtete Reichs-Constitutiones, Kayserliche Capitulationes, Churfürstliche Pflicht und Verein, auf solche Fundamental-*Satzung und Grundvest, dergestalt gerichtet worden, daß alles und jedes, so darwider gethan, vorgenommen und gehandelt würde, vor unrechtmäßig und nichtig gehalten werden solte &c.*

(5) Objecit quidem Sereniſſimus *Maximilianus* Bavarus, *in der Ableinung des Pfältzischen Manifests*, apud *Lundorpium* l. c. Cap 108, pag. 712, hunc ſuccedendi morem in Electorum Familiis non ſemper fuiſſe obſervatum, ſcribens: *Was will man dißfalls viel von Chur-Bayern, Sachsen und Brandenburg sagen, haben doch die Pfaltzgrafen selbst, vor und nach Kayser Carls des IV Güldener Bull (welche doch das Recht der Primogenitur in den Weltlichen Chur-Häusern erstlich eingeführet) dieselbe nicht jederzeit in den Successionen in Acht genommen, sondern darmit jederweiln variirt und gewechselt; Dann wiewohl Pfaltzgraffe Adolph, des Rudolphi I Æltester und Erstgebohrner Sohn ward, haben doch weder Ihn, noch seine Söhne, Pfaltz-Graffe Rudolph der II, und Ruprecht der Elteste, als Ander- und Dritt-Gebohrne, zu dem Chur-Ampt kommen lassen, sondern mit Außschliessung desselben, sich selber des Chur-Ampts, in eigenem Nahmen, so lang sie gelebt, angemaßt und unterfangen. Wiewohln auch Pfaltzgraf Philipp, des Pfaltzgraffen und Churfürsten Ludwigs Erstgebohrner und einiger Sohn, und dahero, nach Außweisung berührter Gülden Bull, der Nächste, in der Chur-Succession, nach seinem Vatter gewesen wäre, hat Ihn doch seines Vatters Bruder, Pfaltzgraf Friederich der Erste, davon außgeschlossen, und sich Deroselben, so lang Er im Leben gewesst, unterm Schein einer vermeinter* Arrogation, *angemachtiget &c.* Vid. *Freherus*, in *Geneal. Palat.* præfixa Tractatui de *Legitima Tutela curaque Elect. Palat.* in princip. Bene vero reſpondit laudatus Elector Sereniſſimus, in Replica, ſeu *altero Manifeſto* ad Reges, ibid. Cap. 109, p. 740, Tit. *Vom Ersten Punct &c.* præſertim pag. 741, ubi: *So kan auch das Exempel Pfaltzgraf Adolfs, des* Rudolphi I *ältesten Sohns, und das Exempel Pfaltzgraf Friderichs des Ersten*, cognomento Victorioſi, *welche der* Autor *(der Ableinung) zu einem Beweiß, daß auch die Pfaltzgrafen selbsten, beydes vor- und nach der Gülden Bull, das* Jus Primogenituræ *unter sich so hoch nicht observirt haben; der Bayerischen* intention *im geringsten nicht vortragen, sondern bestärcken vestiglichen das* Jus Primogenituræ, *als welches auch* in linea collaterali, ſecundo & tertio gradu, *Platz hat, und ist den* Nepotibus *zu viel geschehen, weil*, ex incuria Juris, & injuria temporis, *zu denselben Zeiten, insgemein darvor gehalten werden wollen, daß*, in Jure Primogenituræ, *der* Patruus *den* Nepotem excludire, *davon Engelbrecht*, dicto Tractatu, *und daß die* Nepotes *bißweilen sich selbsten zurück setzen lassen, oder, uff gewisse Maß, mit den* Patruis *etwan transigirt haben. So bringen auch die Historien mit sich, daß Hertzog Adolff, weil er etwas einfältig gewesen, sich des Chur-Ampts freywillig begeben, und Ihm nicht getrauet habe, dasselbig der Gebühr zu verwalten; (gestalt dann auch im Hauß Brandenburg fast ein gleichmäßiges Exempel bekandt ist, wie solches*, ex Ænea Sylvio, in ſuis Originibus Brandenburgicis, *von* Reinero Reineccio, *erzehlet wird;)* Fridericus I *aber hat darmit, daß Er seinen Vettern und Pfleg-Sohn, Pfaltzgrafe Philipsen, zu seinem Sohn angenommen, und sich, (wie die Ableinung selbst redet) unter dem Schein solcher* Arrogation, *der Chur, so lang er gelebet, angemächtiget hat, genugsamb zu verstehen gegeben, daß die Chur Ihme nicht* ex promiſcua illa, quam Autor aſſerit, ſuccedendi conſuetudine, *noch* ex proprio Jure, *mit Außschliessung des rechten Chur-Erben, sondern aus einem andern* Fundament, *zukommen wäre; also, daß auf solche* particular Exempel *kein* Jus *gegründet, vielweniger dadurch* Pragmatica Sanctio, & Lex Imperii Fundamentalis, enervirt *werden kan &c.*

(6) *Primogeniti* autem titulo venit ille, qui primo loco natus arg. *Geneſ.* XXV, *ℽ.* 25 & 26; nulla paternæ dignitatis habita ratione, num tempore nativitatis Filii, Pater jam Elector fuerit, nec ne? motas quidem haud ſemel, circa quæſtionem hanc, olim lites, imo latam quandoque in contrarium fuiſſe ſententiam, documento eſt *Darii* Perſarum Regis propago, apud *Herodotum* l. c. referentem, ubi

ubi *Darius*, in expeditionem, adversus Athenienses & *Ægyptios*, iturus, ex instituto Persarum, Successorem declarare moliretur, magnam inter Ejus liberos, de *Principatu*, exortam fuisse dissensionem, *Artobazane*, ætatis privilegio frui se dicente, utpote è priore Uxore, *Gobryæ* filia, susceptum; addito: apud universos homines institutum esse, ut maximus natu liberorum Principatum sortiretur; *Xerxe* contra, quod *Atossa*, *Cyri* Filia, natus esset, objiciente; pro quo etiam pronunciatum; verba, Interprete *Valla*, hæc sunt: *Adversus utrosque Darius expeditionem sumere properabat, Ægyptios atque Athenienses; dum autem hæc comparat, interea ingens inter Ejus Liberos, de Principatu, exorta dissensio est, (quoniam, ex instituto Persarum, oportebat ita demum ire in expeditionem, quum Regni successorem declarasset.) Erant autem Dario jam, antequam regnaret, liberi tres, è priore Uxore, Gobryæ filia, suscepti; &, post partum Regnum, alii quatuor, ex Atossa, Cyri filia. Superiorum maximus natu erat: Artabazanes; posteriorum, Xerxes; qui, quum ex eadem Matre non essent, disceptabant: Artabazanes quidem, quod omnis Paternæ sobolis Ipse maximus natu foret: quum apud universos homines sit institutum, ut maximus natu liberorum obtineat Principatum: Xerxes vero, quod Ipse Atossa genitus esset, filia Cyri, qui Persis libertatem acquisivisset. Dario autem nondum ferente sententiam, aderat forte Demaratus, Aristonis filius, qui, per id tempus altercationis, Spartano Regno exutus, ac Lacedæmone profugus, Susa ascenderat. Hic Vir, audita liberorum Darii controversia, adiit, ut Fama fertur, Xerxem, admonuitque, ut ad cætera, quæ pro se dicebat, hoc adderet: Se quidem genitum è Dario, jam Rege, & Persarum Imperium obtinente: Artabazanem vero, è Dario, dum erat privatus: proinde, neque æquum, neque justum esse, alium quempiam, potius quam se, illam dignationem adipisci: quoniam Spartæ quoque sic usurparetur, ut, si cui, antequam regnet, Filii nascantur, deinde regnanti alius nascatur, hujus postea nati successio Regni sit. Hac, à Demarato suggesta, ratione utentem Xerxem, tanquam juste dicentem, Darius Regem declaravit &c.* (Litem hanc mortuo demum *Dario*, à litigantium, (quos *Artemenem*, hic *Artabazanem* nuncupatum; & *Xerxem* vocat; Patruo, *Artapherne*, ad quem, veluti ad domesticum Judicem, concordi animo, certamen delatum, in *Xerxis* favorem, decisam, commemorat *Justinus*, lib. 2, Cap. X.) Enimvero, eandem quæstionem, contrario plane eventu, inter *Darii* filios, *Arsicam* & *Cyrum*, quorum alter, Patre *privato*, alterque *Rege*, in lucem editi erant, fuisse agitatam, *Arsica*, qua *ætate provectiore*, designato Rege, abhinc *Artoxerxe* nominato, ex *Plutarcho*, in *Artoxerxe*, pag. m. 1012, (Edit. Francof. An. 1620, cum interpretatione Latina *Hermanni Cruserii*, & *Guilielmi Xylandri*,) discimus; cujus quidem sententiæ posterioris æquitas, *ut* scil. *natu maximi præferantur*, exemplis, & rationibus, ceu præced. v. 3, monitum, confirmatur; nec mirum proinde, *Henricum*, Bavariæ Ducem, ab *Henrico Aucupe*, Germaniæ Rege, procreatum, ab obitu *Parentis*, contra fratrem natu majorem, *Ottonem*, nihil obtinuisse, etiamsi *Ottonem*, Patre nondum Rege, natum, vehementer ursisset. Testimonia præced. lib. I, Tit. XVI, in *Catalogo Ducum Bavariæ*, in vita *Henrici Rixosi*, pag. 417, occurrunt &c. quibus *Albericum*, *Monachum trium Fontium*, ad An. 939, pag. 276, jungas. Sed nec *leges* desunt huc collimantes, veluti: l. 5, ff. de *Senatoribus*, ubi, *ut quis Senatoris filius dicatur*, nihil interesse scribitur, *utrum Pater eum susceperit in senatoria dignitate jam constitutus?* an prius? sic L. 12. C. de *Dignitatibus*, prohibet *paternos honores invidere filiis, ante senatoriam dignitatem procreatis*. Sicuti nec, in contrarium, dignitas liberis, propter casum Patris, à senatu remoti, auferenda est; arg. l. 9. ff. de *Senatoribus*. In quæstionibus enim, ubi de statu liberorum est dubitatio, semper tempus partus inspici, docet L. 11, C. de *Naturalibus Liberis*, circa finem. Eandem sententiam tuentur: *Franciscus Vivius*, Decis. Neapol. 502, n. 1; *Wurmser*, l. c. §. 14, pag. 79; *Daniel Otto*, Cap. 17. *Jur. Publ.* pag. 565; *Rumelinus*, in A. B. Part. I, Diss. VI, §. 3, pag. 168; *Lampadius*, de *Constit. Imperii Romano-Germanici*, C. 4; *Conringius* l. c. §. 36, pag. 204 &c. *Strauch*, Diss. Exot. 2, §. 4, p. 46. *Mylerus*, de *Principibus Imp.* P. 1, Cap. 21, §. 9, pag. 230; *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 7. pag. 761; *Thulemar*. Cap. 23, §. 16, pag. 411; *Hœggmayr*, de *Primis principiis Juris Publici*, Sect. V, aphor. IX, p. 144; *Crüger*, l. c. Part. Gener. Discurs. 2, §. 16, p. 45.

(7) Quid Juris autem, *si gemini nascantur?* Primus in lucem editus, procul dubio, pro *Primogenito* habendus; vid. Illust. *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 10, lit. D. pag. 488; Dn. *Schwederus* l. c. Dn. *Thulemarius* l. c. aliique plures; arg. *Genes.* XXV, v. 25 & 26. Quid vero, *si natis gemellis, ex obstetricis incuria, non certo constet, quis prior utero exiverit?* Utrumque ad Electoratum admittendum esse, censent *Rumelinus* l. c. §. 8, pag. 176 & 177; & Illust. *Schützius*, l. c. arg. L. 34, ff. de *Vulgari & pupillari*

pillari substitutione, (Lib. 28, Tit. 6.) Utrumque successione arcendum, durius alii pronunciant; arg. l. 10. ff. de *Rebus dubiis*. Aliis, id arbitrio Patris relinquendum, placet, arg. l. 3. §. 4, ff. de *SCto Silaniano*, (Lib. 29, Tit. V.) contra *Deuteron*. XXI, §. 16 & 17, ubi Patri facultas circa *primogenituram* pro lubitu disponendi denegata. Alii pro aptiore loquuntur, & eo, qui maturioris ingenii; arg. l. 5, §. 1. ff. de *Liberali causa*; (Lib. 40, Tit. 12.) Alii à partibus robustioris stant; quasi, virtute roboris, involucra prius rupisse credatur; arg. l. 10, §. 1, in fin. ff. de *Rebus dubiis*. Alii formæ elegantioris rationem habendam arbitrantur. Alii, vicibus alternis utrumque summa rerum potiri debere, autumant; arg. l. 34. in princ. & §. 1. ff. de *Usufructu*; & & L. 2 & 28. ff. *Quibus modis Ususfructus amittitur*. (Lib. 7. Tit. 4.) Ego censeo, propter incuriam unius mulierculæ, natu majorem jure suo privari, nec rationibus, nec æquitati, congruere; hic, nec de maturitate judicii, nec de robore corporis, nec de vultus nitore, sed ætatis prærogativa, sermonem esse, proinde tutius procedi non posse, quam si, *adhibita sorte*, electio Deo committatur, justissimo veluti rerum controversarum arbitro; arg. *Proverb. XVI*, §. 33, verb: *Loß wird geworffen in den Schoß, aber es fallet wie der Herr will.* Rariores licet sint ejusmodi casus, occurrere tamen eos posse, non solum ex L. 10. ff. de *Rebus dubiis*; L. 14. ff. de *Judiciis* (Lib. V. Tit. I.) L. 24, §. 17, ff. de *Fideicommissariis libertatibus*; (Lib. 40, Tit. 5,) *Novel*. 162, Cap. 3, §. *Sin duo forte &c.* & Instit. de *Legatis*, §. 23; sed & ex *Actis Apostolorum* ipsis, Cap. I, §. 24 &c. *Matthia* per sortem lecto, patet; hinc JCti, *Jenenses*, in Responso quodam, de An. 1683, Mens. Septembr. *Obwohl einige Rechts-Lehrer, in dergleichen zweifelhafftem Fall, aus unterlauffenden Umbständen, und Vermuthungen, bald dem Starckſten, bald dem Schœnſten, bald dem Verſtändig- und Klügſten, den Vorzug bey der Erſten-Geburt zu billigen, bald des Vatters Willen hierunter die determination und Wahl anheim ſtellen; noch andere aber, wegen des ſonderbahren unterlauffenden Zweiffels, die commoda Primogeniti zwiſchen beyden zu theilen, rathſamb und billig erachten: Dennoch aber und dieweil, beſonders das letzte, nemblichen die Theilung, von dem Teſtatore ausdrücklich verboten, und von deſſen, nicht aber der Eltern, Willen, dieſes gantze Werck hanget, und ſolcher die Inſtitutos, als ein Geſetz, welches ſie keines wegs zu überſchreiten, bindet, ſonſt auch, die von dem Teſtatore angeführte ratio, und ſplendor & conſervatio Familiæ, præprimis Senioris & Primogeniti, utpote magis dilecti, gar hindangeſetzt würde; hergegen auch andere vornehme Doctores allen obigen angeführten Mitteln und Wegen, Sortem, und daß beyde es aufs Loß ſtellen, vorziehen, als deſſen Führer der Allwiſſende GOtt ſelbſten iſt, und, ſo wohl Inhalts Göttlicher Schrifft, als auch Geiſt- und Weltlicher Rechte, ſothanes Mittels, in der maſſen zweiffelhafftigen Dingen, ſich zu bedienen, geſetzt und zugelaſſen; So halten Wir darvor, daß auch hierunter, durch ſolches Loß, beyden Gebrüdern ſich aus einander zu ſetzen, am füglichſten und billigſten zu rathen &c.* Eodem facit Responsum *Scabinorum Lipsiensium*, in causa *Martini Schwartzens zu Leipzig*, Mens. Januar. An. 1634, apud *Carpzovium*, *Jurisprud. Forens.* Part. 3, Constit. XV, Defin. 41. pag. 1073, verb: *Und wann ſich beyde Theil darumb nicht vergleichen können, werden ſie, weil ſie in pari gradu ſeind, und gleiches Recht haben, durchs Loß billig entſchieden &c.* Assentiunt: *Antonius Faber*, in *Codic*. lib. 3, Tit. 25, Defin. 2, n. 1, & (quos, hunc in finem, commendat *Mylerus* ad *Rumelinum* in A. B. Part. 3, Diss. V, §. 10, pag. 851,) *Tiraquellus*, de *Jure Primogenituræ*, Quæst. 17, n. 2; *Hieronymus de Cevallos*, Tom. I. *Speculi aurei communium opinionum*, Quæst. 248; *Carolus Molinæus*, ad *Consuetudines Parisienses*, §. 13 &c. *Ludovicus Molina*, de *Majoratu*, Disp. 624; *Besoldus*, de *Elect. & Success.* lib. I. Dissert. 4, n. 16. Alii.

(*c*) SIT LEGITIMUS &c. i. e. Ex legitimo thoro natus; *ein recht Ehe-Kind*, ut Versio Germanica A. B. Cap. VII, §. 2, habet. Quo ipso excluduntur (1) *Filii naturales*; quippe qui nec Patris agnati esse censentur, arg. L. 4. ff. *Unde Cognati*; nec privilegiis aut dignitate ejus gaudent; arg. L. 6. C. *de suis & legitimis Liberis*, (Lib. VI, Tit. 55,) nec ad Feuda admittuntur; ob textum expressum 2. F. 26, *si de Feudo defuncti contentio sit*; I. 4. §. *Naturales Filii*; Conf. *Schrader*, de *Feudis*, Part. VII, Cap. V, §. 20, pag. 192; *Rumelinus*, ad A. B. Part. I. Diss. VI, §. 11, pag. 180; *Vultejus* de *Feudis*, lib. I, Cap. IX, §. 182, p. 428 &c. (2) *Filii adoptivi*, seu *arrogati*; partim quod *adoptio*, seu *arrogatio*, jus sanguinis non tribuant; arg. l. 23, ff. de *Adoptionibus*; & L. 7. ff. *de in jus vocando*; & palam fit, Feuda sanguini dari; partim, quia ita cautum, 2. F. 26, cit. L. 4, §. *Adoptivus*, ibi: *Adoptivus Filius in Feudum non succedit*. Vid. *Schrader* l. c. §. 19, pag. 192; *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. VII, Concl. 30, n. 33; *Wurmser*, *Jur. Publ.* Exercit. 2, §. 10, pag. 68 &c. *Mylerus* l. c. Part. I, Dissert. VI, §. XI, lit. b, pag. 180; *Schützius* cit. Vol. I, Exercit. VIII, §. XI, lit. a, pag. 649 &c. *Gothofredus*, in Notis ad 2. F. 26, §. *Adoptivus* (3) *Filii legitimati per Principis Rescriptum*; Vid. *Schrader* l. c. §. 20. Nequaquam vero

vero *Legitimati per subsequens matrimonium*; tale enim matrimonium tantam vim habet, ut omnem maculam tollat, & proinde & ex illegitimis, *vere legitimos & naturales liberos* facit, non aliter considerandos, ac si constante matrimonio geniti essent; arg. *Nov.* 89, Cap. 8 & 9, & C. 6, *Tanta est vis matrimonii*, X. *Qui filii sint legitimi &c.* sicque Feudorum capaces, per ea, quæ *Schraderus* l.c. §.21, §.192, *Vultejus* l. c. §. 186, pag. 430 &c. ibique citati plures alii; *Wurmser* l. c. §. IX, pag. 65 &c. *Mynsinger*, Centur. V, *Observat.* 42, p.357; *Gailius* Lib. 2, *Observat.* 141, pag. 581 &c. *Rosenthal* l. c. Concl. 18, n. 1 &c. *Borcholt*, de *Feudis*, Cap. VII; *Bocerus*, de *Regalib.* Cap. 2, n. 35, & de *Success. Feud.* Cap. 3, Qu. 2; *Schützius*, cit. Vol. I, Exerc. VII, §. XV, lit. c, pag. 507, & Exercit. VIII, §. XI, lit. a, pag. 650 *Treutlerus*, Conf. 115; *Cubach*, Lib. 2 *Jurispr. Publ.* Cap. 31, n. 14 &c. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. §. XII, pag. 181; sexcenti alii tradunt. *Ritterhusio*, in *Partitionibus Juris Feudalis*, Cap. XIII, quæst. 3, pag. 17 &c. neganti consequentiam: *Legitimatos haberi pro legitimis, Ergo in Feudis succedere posse*; satisfacit *Wurmser* l. c. p. 66. Quæritur autem: *Num ejusmodi Legitimatio etiam valeat, in præjudicium Secundo-Geniti legitime nati?* Casus est: *Cajus*, ex concubina filium naturalem suscipiens, ea relicta, legitimum matrimonium contrahit, & ex eo *Sempronium* procreat; postea vero, legitima conjuge mortua, priorem concubinam ducit; Quæstio igitur est: *Num spurius ille, legitimatus jam per subsequens matrimonium, Jure primogenituræ gaudere possit, præ Sempronio, ex legitimo matrimonio interea procreato?* Videtur quod *sic*; quia (1) nullibi cautum, legitimationes fieri debere ante contracta legitima matrimonia. Consequenter intermedia matrimonia legitimationibus nihil afferunt detrimenti, (2) inter Legitimatos per subsequens matrimonium, & legitime natos, ex Interpretum sententia, nullum plane discrimen existit; cum, ut dictum, hujusmodi legitimatio omnia vitia, quæ circa natales sunt, tollat, & tempus legitimationis, cum tempore conceptionis ita conjungat, ut omne tempus intermedium fingatur in rerum natura nunquam fuisse; sentientibus ita *Vultejo* l. c. §. 189, pag. 432; *Schützio* l. c. pag. 651, aliisque multis JCtis magni nominis, ceu apud *Tiraquellum*, l. c. Quæst. 34, n. 24 &c. videre est; *Negativam* vero præponderare, arbitrantur *Gailius* l. c. §. 3, pag. 582; *Rumelinus* l. c. §. 13, pag. 182 &c. *Schrader* l. c. §. 22, pag. 192; alii; eoquod (1) *Primogenituræ Jus*, inter alia, requirat etiam, *ut quis legitimus sit*; negari autem nequeat, *Sempronium*, ex legitimo matrimonio prodeuntem, prærogativa hac gavisum, spurio, ex concubina licet prius in lucem editus noscatur, nondum legitimato; sicque Jus succedendi, ab ipso nativitatis momento ei competens, per subsecutam fratris spurii legitimationem, nullatenus ei auferri valeat; per L. 11 ff. de R. J. (2) Periniquum foret, in præjudicium legitimæ sobolis, legitimationem trahere retro; arg. Cap. 8, *Quamvis is*, in VI *Decretalium*, Lib. I, Tit. 3, de *Rescriptis*; & Cap. 13, *Si pro te alicui*, ibid. & L. 13, §. *Ita tamen*, C. de *Sententiam passis*, (Lib. 9, Tit. 51) & L. 7, §. 10, *Sed quod Papinianus*, ff. de *Minoribus 25 annis*, (Lib. 4, Tit. 4) (3) absurdum sit, legitimatæ prolis favorem, contra prolem legitimam, ampliare; arg. l. un. princ. C. *de rei Uxoriæ actione*, (Lib. 5, Tit. 13) & l. 12, §. 1, verb: *Duabus enim dotibus*, C. *Qui potiores in pignore*, (Lib. 8, Tit. 18) & ibid. in *Auth. Si quid ex rebus &c.* (4) Lex factum non possit facere infectum; adeoque nec declarare; ut legitima proles jus suum, ex nativitate acquisitum, ob posteriorem legitimationem perdat. arg. l. 31 ff. de R. J. & L. 12, ff. de *Captivis*, (Lib. 49, Tit. 15) quæ sententia minimum æquior.

(*d*) LAICUS &c. *Clerici* enim, utpote quibus matrimonia contrahere, Jure Canonico prohibitum, succedendi privilegio emuncti sunt; In Protestantium tamen Familiis secus hodie se res habet, quandoquidem apud eos, Principes, qui Administratoris Episcopatus cujusdam munere funguntur, ætatis privilegium propterea non amittunt, sed illud integrum retinent; sicut & liberum illis est, legitimas celebrare nuptias; consequenter pro *Laicis* reputantur. Ratio namque latæ Legis ea præcipue fuisse videtur, ne Ecclesiasticorum Electorum numerus augeatur, Laicorum contra decrescat. Vid. *Limnæus*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 19, pag. 62; & ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. X, pag. 378; *Schützius*, cit. Vol. I, Exercit. VII, §. XV, lit. d, pag. 508; *Rumelinus* l. c. §. XI, p. 179; *Schweder*, cit. *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 7, pag. 762; *Conring*, de *Republica* Exercit. V, de *Electoribus*, §. 34, p. 203.

(*e*) NOTABILIS DEFECTUS &c. Superveniens scil. ante susceptam Electoratus administrationem. Quod si enim ejusmodi defectus Electorem jam constitutum invadat, æquitatis regulas suadere putaverim, Eum dignitate propterea non exuendum, sed, vel Ipsius Filio, si quem Regiminis capacem habeat, administrationem relinquendam, vel Eo minorenni, aut plane non existente, summam rerum proximo successori legitimo demandandam, nomine Electoris cuncta directuro. Conf. *Limnæus* ad A. B. Cap. VII, §. 2, *Observat.* XI, pag. 379; *Joh. Albertus Heulein*, Diss. *de Filiis Electorum*, von

 Chur-

Chur-Printzen, Præside Dn. *Christiano Wildvogel*, An. 1711, Jenæ, habita, §.17, p.m.20.

(*f*) EO CONSENTIENTE &c. Imo & *non consentiente;* quem enim Leges excludunt, ejus consensu opus haud est, ut pro excluso habeatur. Quæritur autem: *Num Primogenitus ætatis suæ Juri sponte renunciare valeat?* Id affirmandum censeo; (1) arg. *Genes.* XXV, §.31 & seqq. ubi *Esavus* ætatis privilegium *Jacobo* vendidisse legitur, Deo factum ejus nullibi improbante; vid. *Caus.* VII, Quæst. I, Cap. *Quam periculosum sit*, 8; (2) ob generalitatem textus: *Quemlibet juri suo, pro se introducto, renunciare posse;* juxta L. 29 C. de *Pactis*, (Lib. 2, Tit. 3) add. L. 51 C. de *Episcopis & Clericis;* & Cap. V, *Super hoc*, X, de *Renunciatione*, (Lib. I, Tit. IX), Cap. XVI, *Ad Apostolicam*, X, de *Regularibus*, (Lib. 3, Tit. 31;) (3) quod invito beneficium non detur; arg. l. 69 ff. de R. J. (4) Renunciatio hæc nusquam prohibeatur. Limitanda tamen regula est, in tantum, ut non procedat, si quis juri suo renunciare conetur, in præjudicium tertii; quia nemini, de jure tertii disponere, fas est, L. 11 ff. de R. J. nec tertio iniquam inferre conditionem, per L. 74, ff. eod. ultro hinc patet, renunciationes fieri non posse, in fraudem, vel detrimentum, Liberorum, quibus, ex sanguine, jus jam quæsitum; nec eam procedere in Regnis, sine consensu Statuum, quorum multum omnino interest, num is, qui renunciare vult Privilegio, pro se introducto, an vero is, in cujus favorem renunciatio fiat, futurus sit successor? vid. *Tiraquellus*, l. c. Quæst. 24, n. 4. *Schützius* l. c. lit. g, pag. 511 & 512; *Springsfeld*, de *Apanag.* C. 3, §. 224; *Bechtoldus*, in *Thesauro Jurisprud.* Lib. XVI Axiomatum, Cap. 31, Axiom. 2, pag. 511; *Limnæus*, ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 8, pag. 377, & Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 7. §. 33, pag. 64, & ibid. in *Addit.* Tom. 4. pag. 340; *Mylerus*, de *Principibus Imperii*, Part. I, Cap. 21, §. 12 & 13, pag. 232 &c. *Rumelinus*, l. c. P. 1. Diss. 6, θ. 7, pag. 173 &c. & θ. 9, pag. 177; Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 27, §. 9, pag. 403; Dn. *Buddeus*, *Select. Juris Nat. & Gent.* Cap. 2 Exercitationis, de *Testamentis Summorum Imperantium*, §. 10, pag. 575 &c. &, *in ulteriori Disquisitione, de Jure Gentis Austriacæ in Regnum Hispaniæ*, §. 8, pag. 648; Dn. *Schweder* l. c. Dn. *Hæggmayr*, de *Primis principiis Juris publici*, Sect. V, Aphorism. 8, lit. c, pag. 141, (rectius 145;) Dn. *Antonius Ernst*, Diss. de *Salvo Jure Principis*, Præside Illustri *Stryckio*, An. 1676, Francofurti habita, Cap. I, §. 60, pag. 17; Idque adeo verum puto, ut ne quidem Primogenitus, renunciatione semel rite facta, pœnitentia ductus, eam revocare queat; per L. 1 ff. de *Successorio Edicto* (Lib. 38, Tit. 9) §. 6, *Qui semel noluit &c.* Conf. plurib. *Tiraquellum* l. c. Quæst. 28; *Schraderum* l. c. Part. X, Sect. 8, §. 128, pag. 286; *Rumelinum* l. c. θ. 9, pag. 177 &c.

(*g*) CONSTANTIENSI &c. Anno scil. 1415; solenni investitura biennio post subsecuta. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, vita *Sigismundi* Imp. ad Ann. 1415 & 1417, p. 693.

(*h*) CEDERET &c. *Æneas Sylvius Piccolomini*, Cardinalis Ecclesf. Roman. in Commentario, *de Rebus, Friderico III Imperatore, in Germania, & per totam Europam, usque ad An. 1458, gestis*, Cap. 31, apud *Freherum*, T. 2 *Scriptor. Rer. German.* pag. 78, Exempli hujus memor, ait: *In hac Provincia Fridericus, Marchio Brandenburgensis Potentissimus, fuit, Imperatori Sigismundo inter caros amicos habitus: Ei quatuor Filii fuerunt: Joannes, Fridericus, Albertus, & alter Fridericus. Joanni, qui Primogenitus esset, Electoratus Imperii debebatur: Sed judicium Patris Fridericum prætulit, qui Secundo-Genitus erat, & aptior ad obeunda Imperii munera videbatur: prius itaque quam moreretur, hæreditatem suam inter Filios divisit, Fridericum Electorem instituit: neque male judicavit; nam Fridericus inter Principes Germaniæ sapientia clarus habitus est, cujus consilio multæ sæpe Provinciæ pacatæ sunt.* Locum hunc alii magis extensum sic reddunt: *Fridericus, Marchio Brandenburgensis, qui, contra Bojemos, sub Juliano, Legato Apostolico, fortem & numerosum duxit exercitum, conditurus testamentum, quatuor ad se vocavit Filios, Joannem, Fridericum, Albertum, & alterum Fridericum; Joannemque, quod is major natu esset, in hunc ferme modum allocutus fertur: Primus Ego, ut nosti, dignitatem Electoralem Imperii in Nostram Familiam adduxi, cum essem Sigismundo admodum familiaris. Nunc vocat me suprema necessitas: Curæ mihi est, ne tantum decus in domo Nostra vilescat. Tibi, ut video, quietis & tranquillitatis est unicum studium: in Electoratu, præter curam & assiduum laborem, nihil invenies. Eam ob causam, si Tua voluntate id possum, Marchionatum Brandenburgensem, cui Jus eligendi Cæsarem concessum, Friderico, qui Tibi ætate succedit, quique & vigilantior, & ad labores durior, quam Tu, videtur, Testamento relinquam: Tibi Voitlandiam; Alberto, quicquid Franconici Juris possideo, & alteri*

Fride-

Friderico, partem Marchiæ. Cui Joannes: Existimavi, Pater! ante hunc diem, cariorem Tibi multo, quam Me, Fridericum, esse, cum illi sæpius blandirere, neque id ferre, non ægre potui. Nunc sententiam muto, & Te, Pater! amo, coloque, qui mihi otium, illi negotium, suprema voluntate, dimittis &c. Ita legit. Illustr. Dn. *Ludovicus*, in *Germania Principe*, Lib. 2, Cap. I, §. 13, lit. d. pag. 495 & 496; &, diu ante ipsum, paucis duntaxat mutatis, *Nauclerus*, Vol. 2. *Chronographiæ*, Generat. 48, pag. m. 1064 & 1065; Conf. *Limnæus* ad A. B. Cap. VII, §. 2, *Observat.* 8, pag. 377, & Dn. *Hæggmayr* l. c. provocando insuper ad *Christophorum Besoldum*, cit. Diss. de *Reg. Success.* lib. I, Differt. 2, n. fin. Factum confirmat *Chytræus*, Lib. I. *Saxon.* ad An. 1441. pag. 39, scribens: *De hujus Friderici* (primi Electoris Brandenburg.) *Filio Joanne, Exemplum modestiæ, & animi in Viro Principe ab ambitione alienissimi, memoria dignum recitat Æneas Sylvius. Cum enim Fridericus moriturus* (obiit autem An. 1440, 21 Septemb.) *quatuor filios, Johannem Primogenitum, ingenio placidiore, & ocii liberalis amantem: Fridericum, qui, ob acrimoniam, & industriam in rebus gerendis, Marchio cum ferreis dentibus appellabatur: Albertum, Achillem Germanicum postea cognominatum: & Fridericum II, ad se evocasset: petit à Johanne Primogenito: ut, ipsius voluntate, Marchiam Brandeburg: cui jus eligendi Imperatoris conjunctum est, Friderico Fratri, ætate proximo, qui acriore animo, & laborum tolerantior esset, conferre liceret. Cupere enim se, in Familia illa, in quam ipse primus dignitatem Electorum, à Sigismundo Imperatore collatam, intulisset, conservari. Videre autem se, Johannem quietis & tranquillitatis cupidiorem, Electoris vero dignitatem cum perpetuis curis & laboribus conjunctam esse. Ideo se Friderico illam tuendam: Johanni vero Voitlandiam: Alberto, Franconiæ partem, relicturum esse. Hanc Patris sententiam cupidissime Johannes amplexus, beneficio singulari se affici judicavit, quod sibi ocium, Fratri Friderico negotium, extrema Patris voluntate, relinqueretur &c.* nec non *Johannes Cernitius*, de *Vitis Electorum Brandenburg.* in Vita *Friderici I*, ad An. 1437, pag. m. 15. Edit. Gall. Berolin. de An. 1707. Interprete Dn. *Antonio Teissier*, Historiographo Regio; *Joh. Wolfgang. Rentsch, im Brandenburgischen Ceder-Hayn*, p. 586; *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. XV, lit. h. pag. 512; *Daniel Otto*, Cap. XVII. *Jur. Publ.* pag. 570; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 3, Cap. VII, §. 33, pag. 65; *Rumelinus* l. c. §. VII, pag. 174, allegans *Hieronymum Setzer*, apud *Arumæum, Discurs. Academ.* XX, §. 19, 65, 66 & 67, & *Andream Gerhardum, Discurs. Academ.* XXI, §. 19; Dnn. *Thulemarius*, Cap. XXIII. *Octovirat.* §. 14, pag. 410; *Crüger*, Part. Gener. *Novemviratus*, Discurs. 2, §. 19, p. 45; alii.

(*i*) FRATRI PATRIS SUI &c. Pro Patruo militat, (1) quod nepos Eum excludere nequeat vigore consuetudinis, Primogenitum secundogenito anteferentis; neque ex Jure communi; quia, priori modo, nepos, respectu Patrui, primogeniti nomen non meretur, utpote annis inferior, (dato scil. hoc casu; nepotes enim quandoque Patruos ætate superant,) & posteriori, æqualiter cum Patruo ad successionem admittitur, repræsentando Patrem; Vid. *Petrus Gregorius*, Tholosanus, de *Republica*, lib. VII. Cap. X, n. 23, pag. 260; *Tiraquellus*, de *Jure Primogenituræ*, Quæst. 40, n. 105; (2) Primogenitus fit nomen ætatis; ætas autem in hæredem non transeat. Vid. *Baldus*, in L. 3, C. de *Bonis maternis*, (lib. 6, Tit. 60.) (3) Æquitati adversetur, Filios deterioris conditionis reddi Nepotibus, quod fieret Nepote, præ Patruo, ad Regnum vocato; vid. *Cinus*, Pistoriensis; *Bartholomæus Salicetus*, Bononiensis, & *Albericus de Rosate*, Bergomensis, JCti in dictam L. 3. C. de *Bonis maternis*. *Bartholus*, in Auth. *Post Fratres*, C. de *Legitimis hæredibus*; *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. VII, Quæst. 26. n. 12, lit. O. (4) Multa in hanc rem prostent Exempla, v. g. *Ludovici Pii, Bernhardum*, nepotem ex fratre, *Pipino*, utut Primogenito, à successione excludentis; *Sanctii IV*, Castellæ Regis, qui Parentis, *Alphonsi X*, Successor fuit, posthabito *Alphonso*, Ipsius Nepote, ex *Ferdinando* Fratre Primogenito; *Roberti*, Calabriæ Ducis, qui Patrem, *Carolum Claudum*, Neapolitanorum Regem, excepit, nulla ratione habita *Caroli Roberti*, à *Carolo Martello*, *Roberti* Fratre Seniore, procreati; (*Pandulfo Collenutio*, Pisaurensi JCto, teste, lib. V. *Histor. Neapol.* pag. 210;) *Ladislai II, & Stephani IV*, Germanorum Fratrum, Hungariæ Regum, natu majoris Fratris, *Geysæ*, filium, *Belam*, à successione arcentium; vid. *Besoldus* cit. Disp. de *Successione Regum*, Differt VII, n. 5; *Petrus Gregorius* l. c. n. 16 &c. pag. 259. *Strauchius*, Differt. Exoter. 2, §. 4, pag. 47 & 48, ubi Exempla plura; imo (5) in ipsorummet Electorum familiis haud semel id fuerit observatum, teste *Rudolpho II*, Elect. Palatino, ab obitu fratris Primogeniti, *Adolphi Simplicis*, Electoratum nepoti, *Ruperto Tenaci*, præripiente; quem *Rupertus Rufus*, tertius Fratrum, mortuo laudato *Rudolpho*, adhuc semel summoverat. Vid. *Freherus* in A. B. Cap. VII, verb: *Sine*

Sine contradictione cujuspiam; nec non Author *der Ableinung des Pfaltzgrafen Carl Ludwigs Manifesti*, de An. 1637, apud *Lundorpium*, Tom. 4. *Act. Publ.* Lib. 3, Cap. 108, ad An. 1639, pag. 713; Sic, in Domo *Saxonica*, *Wenceslaus*, ab excessu fratris, *Rudolphi II*, an. 1370, summam rerum sibi vindicasse legitur, non obstante, quod ex fratre *Ottone*, secundo loco nato, proinde *Wenceslao* seniore, filius *Albertus* esset superstes. Similiter, in Domo *Brandenburgica*, *Otto III*, surrogatus fuit fratri, *Johanni I*, anno an. 1266. denato, præ defuncti filiis, *Johanne II*, *Ottone IV*. & *Conrado I*. *&c*. vice versa licet dictus *Otto III*, non filios, sed nepotem ex fratre, *Johannem II*, successorem reliquisset; Vid. *Matth. Bortius*, de *Natura Jur. Majestat. & Regal.* Cap. 2, §. 18.

Nepotum contra causæ favet (1) lata Lex fundamentalis, *Aurea Bulla* scil. Cap. VII, §. 1 & 3, *primo loco* nominans Filiorum natu maximum; *deinde*, Eo non extante, Filium ejus primogenitum, legitimum & laicum; *tertio*, hoc quoque non existente, hujus Primogeniti primogenitum, itidem legitimum & laicum; *quarto*, horum omnium proximos agnatos, secundum Primogenituræ regulas; *quinto*, prædictis omnibus deficientibus, Electoris defuncti *Fratrem*, ætate reliquis præstantem, cum tota iterum propagine; vid. *Caroli Ludovici*, Elect. Palat. *Manifestum*, præced. lit. b, laudatum; *Daniel Otto*, Cap. 17. *Jur. Publ.* pag. m. 568; *Rumelinus*, ad A. B. Part. I, Differt. VI, §. 4, pag. 169, ibique *Mylerus* in Additionibus; *Ditericus* in eandem, Cap. VII, vers. *Ad Seniorem Fratrem &c.* *Wurmser*, *Jur. Publ.* Exercit. 2, §. XV, pag. 83 &c. *Lampadius*, de *Republica* Part. 3, Cap. 4, §. 15 &c. pag. 54; *Limnaus* in A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 4. pag. 375 &c. & Observat. 16 & 17, pag. 380 &c. & Lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 34, pag. 65; *Schützius* l. c. §. X, lit. d, pag. 487; *Strauchius* l. c. §. V, pag. 48 &c. *Conringius* l. c. §. 36 &c. pag. 204; *Schweder* l. c. Part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 7, p. 761, & §. 8, p. 763 &c. *Thulemarius* l. c. §. 17, p. 411; *Hæggmayr*, de *Primis principiis Juris Publici*, Sect. V, Aphor. X, & XI, p. 147 &c. reliquique ab his citati, docentes omnes, successionis eam esse naturam, ut fiat juxta linearum ordinem, ita, ut *Primogenitus* cum tota posteritate, excludat *secundogenitum*; Hic, cum omnibus descendentibus, vicissim *tertiogenitum*, & sic deinceps; cum *Linea natu maximi*, ad Lineam *secundo loco nati*, non aliter se habeat, ac *Linea secundogeniti*, ad lineam *à tertio loco nato* provenientem; & sic in infinitum; En Schema!

Johannes Georgius I, Saxonum Elector,
mortuus An. 1656; Pater:

Johannis Georgii II; Primogeniti.	*Augusti*, Secundogeniti.	*Christiani*, Tertio geniti.	*Mauricii*, Quarto-geniti.

Vigore A. B. successit Parenti filiorum natu maximus, *Johannes Georgius II*; huncque An. 1680, 22 Aug. denatum, excepit vicissim Filius unicus, *Johannes Georgius III*; Cujus, Anno 1691, 12 Septemb. denati, Filiorum Senior, *Johannes Georgius IV*, Electoratum nactus fuit, ab Ipsius obitu, sine liberis, An. 1694, 27 April. in Fratrem unicum, *Fridericum Augustum*, Potentissimum Poloniarum Regem modernum, devolutum, cujus Serenissimus filius, *Fridericus Augustus*, in lucem An. 1696, 7 Oct. editus, proximus Potentissimi Patris hæres est. Documento sit Exemplum hoc, Electoratum semper hactenus hæsisse in Linea *Primogeniti*, *Johannis Georgii II*, nec inde egressurum, donec, quod Deus avertat, tota linea hæc in masculis defecerit; quo demum casu, perventurus est ad lineam *secundogeniti*, *Augusti*, in qua idem plane succedendi ordo servandus, ac in priori; qua exarescente, pertinebit successio ad lineam *Tertio-geniti*, *Christiani*, eadem ratione continuanda, ac in duabus prioribus. Qua similiter emortua, tandem *Quarto-geniti*, *Mauritii*, Linea ad Electoratum pervenire poterit.

(2) Jus Primogenituræ duobus conjunctim tribui non possit; quod fieret, si Patrui ratio haberetur, in præjudicium nepotis, Patrem repræsentantis, & in ipsius Jus succedentis, arg. I. F. VIII, princ. & XIV, §. 1, *Si Capitanei &c.* Conf. *Andreas Gerhardus*, apud *Arumæum*, Vol. I *Discurs. Academ.* XXXI, Quæst. 4, *Finckelthaus. Controvers. Feudal.* Disput. VI, Controv. 11; *Tiraquellus* l. c. §. 36 & 37; (3) Manifestum sit, Jus Primogenituræ æque *transmissibile* esse, ac nemo facile negaverit, illud esse *cessibile*, in filium præsertim, eundemque successorem universalem; hinc consequens, qualitatem quæ est in Filio, in quem transmissio facta, inhærere quoque Nepoti; qui proinde pari jure *Primogenitus* dici mereatur, ac ipsius Parens. (4) Jus Ordini alicui, seu stirpi, acquisitum, in aliam non transeat, quamdiu masculus in ea superest; arg. I. F. XIX, §. *Si quis Miles*; & 2 F. XI, princ. Unde prærogativa primogenitis semel acquisita, ipsorum descendentibus semper inhærere dicitur. *Cubach*, Lib. 2 *Jurisprud. Publ.* Cap. 31. n. 8. *Rumelinus* l. c. Differt. VI, §. 4, pag. 169 &c. *Hæggmayr* l. c. p.

l. c. pag. 150. (5) Exempla, à *Tholosano* l. c. & *Tiraquello*, in præsidium sententiæ hujus, adducta.

Ad Objectiones respondetur; & quidem ad (1) Filium primogeniti succedere Avo, non ætatis intuitu, sive major sive minor annis sit Patruo, sed ob latam Legem, quæ vult eodem Jure Eum uti, quo Pater ipsius foret usurus, si Parenti supervixisset. Cujus personam enim repræsentat, in ejusdem succedit locum; arg. L. 1. §. fin. ff. de *Collatione* (Lib. 37, Tit. VI) & L. 7 ff. eod. & L. 1 ff. de *Conjungendis cum Emancipato Liberis*, (Lib. 37, Tit. VIII) §. 7, *Liberos autem &c.* & §. 16, *si sit filius &c.* Conf. *Tholosan.* l. c. §. 23; *Tiraquell* l. c. n. 106; Ad (2) Ætatem quidem in heredes non transire, bene vero Beneficia ætati annexa; fictione scilicet Juris continuare filium possessionem eorum, quæ, vigore Primogenituræ, Pater, præ Fratribus, possidere cœpit; adeoque & jus excludendi Patruos. Vid. *Tiraquell.* l. c. n. 140; Ad (3) Male inferri; filium succedere in locum Parentis, ergo conditionem Patrui inde reddi deteriorem; cum nemini faciat injuriam, qui Jure suo utitur; arg. L. 55, ff. de *Regulis Juris*; & l. 1, §. 12, *Deinde Marcellus*, ff. de *Aqua*, *&* *aquæ pluviæ arcendæ*, (Lib. 39, Tit. 3) Jus enim ipso nativitatis momento acquisitum filio, morte Patris ei auferri nefas; siquidem illud Patri non debet, sed Legi, aut Consuetudini, quæ vult, Filios Primogenitorum ea frui prærogativa, ut Avo, præ Patruis, succedant. Vid. *Tholosan.* l. c. n. 28, pag. 262, *Hæggmayr* l. c. p. 151 & 152. Ad (4) Exemplorum myriades Exemplis, in contrarium addictis, opponi posse; præter quod ea, quæ de consuetudine Imperii testentur, partim Aurea Bulla sint antiquiora, partim non sine contradictione acciderint; ne dicam, (5) non Exemplis, sed Legibus certandum. Conf. *Struvchius* l. c. §. VI, pag. 50 &c.

(*k*) SENIOREM FRATREM &c. Virtute scil. Juris, à Sanctione latæ Legis, hactenus observati, & ad ipsum, agnatis proximioribus non extantibus, jam devoluti.

3. Vacantibus lineis descendentium, quis succedere debeat? in A. B. quidem non deciditur: tamen juri convenientius est, ut linea Electorali descendente extincta, proximus agnatus succedat. Huc facit Bulla Sigismundi, (*a*) *apud Goldastum*, *part. 2*, *der Reichs-Satzungen*, juncta cum alia Bulla Caroli IV. (*b*) *anno 1376.* data Wenceslao, Saxoniæ Duci, *apud eundem Goldast. Tom. 1. Constit. pag. 373.* Verum, cum in dictis Bullis habeatur verbum, *Senior*, non vero proximus, hinc quæstio nata est, inter familias Ducum Saxoniæ, Vinariensium & Altenburgensium, an hoc casu agnatus senior ætate, an agnatus proximior lineæ (*c*) deficientis, succedat in Electoratu? illi seniorem, hi vero proximiorem linea præferendum duxerunt: Vinariensium partes defendit Goldast. (*d*) *in tract. suo, de Seniore.* Altenburgensium vero *Engelbrecht in Dissertat. de Successione in Electoratibus &c.* Dieteric. *in not. ad A. B. c. 7. ad verb. Seniorem fratrem laicum:* brevibus ea attingit, monetque totam vim disputandi consistere in eo, quisnam hoc casu dicatur Senior? & an in proprio significatu accipiendum sit hoc vocabulum, an juris sensu, circa Jus primogenituræ recepto? Nos putamus, si verba dictarum Bullarum sequi velimus, & rationem juris, extra dubitationem esse, Seniorem linea, præferri (*e*) Seniori ætate: verba Bullæ Caroli IV. §. 6. ita habent: *Quibus omnibus* (scilicet descendentibus) *non extantibus*, *ad proximiorem heredem*, *secundum lineam paternam, duntaxat laicum. Seniorem Ducem Saxoniæ, pro tempore, ac ejus heredes, secundum modum superius expressatum, in perpetuum legitime devolvatur.* Jam autem extra dubium est, quin Senior linea, seu filius primogeniti demortui, præferatur Seniori ætate, seu patruo, sive secundogenito filio, quia etiam filius ex fratre præfertur patruo magno. An hæc constitutio etiam obtineat in Regno Bohemiæ, ita, ut primogenitus succedat? totius quæstionis decisio pendet ex præjudiciali quæstione: *an Regnum Bohemiæ sit electivum, an successivum*; de qua infra (*f*) dicemus. Interim tamen certum est, hoc non ita clare, scilicet primogenitum etiam in Regno Bohemiæ succedere, patere ex Aureæ Bullæ *c. 7.* ut quidam existimant. Item, verba finalia: semper in omnibus, se referunt ad privilegia Bohemorum,

morum, quæ salva debent manere & illæsa, per Auream Bullam, *Caput 24.* meæ editionis, hanc quæstionem clarius decidit; verba hæc sunt: *Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro sancimus edicto, quod, ex nunc in antea, perpetuis futuris temporibus, insignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgensis, terræ, districtus, homagia, vasallagia, & alia quævis, ad ipsa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dimembrari, non debeant, sed ut potius in sua perfecta integritate perpetua maneant; primogenitus filius succedat in iis, sibique soli jus & dominium competat &c. omnibus Successoribus deficientibus, Imperator, seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, pro ipso providere debebit & poterit, tanquam de re, ad se & Imperium legitime devoluta.* An hoc in casu solus Imperator habeat jus *provisionis*, an vero adhibere debeat consensum Electorum? disputatur. Nos supra, hoc Imperatori soli tribuimus: (g) quia hoc jus nuspiam vel cum Electoribus, vel cum aliis, communicatum esse, legitur, & aliud est, novum Electoratum erigere, aliud, de Electoratu jam erecto providere: illud, commune omnibus Statibus, *I. Pac. Art. 4. §. 5.* hoc, proprium Imperatori. Dissentiunt alii, & illud quod in causa Friderici Palatini *anno 1622.* in Comitiis Ratisbonensibus, à Serenissimis Electoribus, Saxone & Brandenburgico, vehementer disputatum est, nunc in Capitulatione Leopoldi decisum putant *art. 30. & 39. inf.* Verum, dicti textus nihil probant; non primus, quia loquitur de feudis Imperii regalibus, quæ, si aperta fuerint, retineri ab Imperatore ad sustinendam imperatoriam Majestatem debent, vel tamen, si ea aliis conferre velit, sine consensu Electorum, conferri non possunt; jam autem Electoratus Imperator, etiamsi velit, retinere non potest. Non ultimus, quia *Primo*, generaliter loquitur de omnibus Imperii negotiis, quæ sunt magni momenti; jam autem constans inter omnes ICtos, & recepta regula est; quod textus posterior generaliter loquens, non deroget textui speciali priori. *Secundo*, loquitur de iis Imperii negotiis, magni momenti, de quibus aliter dispositum non est: de nostro autem aliter dispositum est, *A. B. c.* 7. quod, cum expresse mutatum non sit, cur stare prohibeatur?

NOTÆ.

(a) SIGISMUNDI &c. *Von Succession der Churfürsten, Pfaltzgrafen bey Rhein*, sub dato *Ach.* An. 1414, 8 Novemb. apud *Goldastum*, loco hic citato, p. 92, ubi, *§. 5: Da sich aber begeben solt, daß der offtbenante Ludwig, jetztlebender Pfaltzgraffe bey Rhein, und Hertzog in Beyrn, ohne eheliche Mannliche Layen-Erben, absteigender Lini, mit Tod abgehen solt, so sollen alsdann die Fürstenthumb und Graffschafft der Pfaltz bey Rhein, und des H. Reichs Ertz-Truchsessen-Ampt, und das Recht, Stimm, Würde und Macht einen Röm. König, so hernach zum Kayserthumb zu promoviren, zu erwählen, auf seinen, des vorgenanten Ludwigs ältern Bruder, durch wahre Vätterliche absteigende Lini herkommend, und auf seine Mannliche eheliche Leibs-Erben, doch allein Layen, erwachsen, nemlich dergestalt, daß, nach seines ältern Bruders Tod, sein erstgebohrner Sohn, und, nach des erstgebohrnen Absterben, sein, des Erstgebohrnen, älterer Sohn, nach Ordnung der Geburt; und so fortan, jederzeit der älter unter denen, so von dem ältern Sohn, nach Ordnung der Geburt, in absteigender Lini, herkommen. Da aber des ältern Bruders Erst-gebohrner Sohn, wie gesagt, ohne Mannliche eheliche Layen-Erben, mit Todt abgieng, so soll alsdann des vorgenanten ältern Bruders anderer Sohn, und, nach seim Absterben, des Andergebohrnen älterer Sohn, so ein Lay ist: und, da der Andergebohrne, ohne eheliche Mannliche Layen-Erben, verstürbe, soll nach seinem, des besagten ältern Bruders, Tod, der dritt gebohrne ältere Layen Sohn, und hernach auf solche Weiß, die, in rechter Lini der Geburt, von demselben absteigende, doch allein Layen, das Recht, Stimm, Würde und Macht einen Römischen König, so hernach Kayser werden soll, zu erwählen, wie auch das Ertz-Truchsessen-Ampt, mit allen und jeden Herrschafften, Ehren, Rechten, Freyheiten, Würden und Zugehörungen, zu ewigen Zeiten, durch erbliche und Vätterliche Succession, wie vorgemelt, nach Ordnung der Geburt, besitzen und erhalten &c.* & *§. 6.*

Wann aber deren keiner mehr vorhanden, so sollen alle solche Recht alsdann auf den nechsten Erben, welcher ein Lay, und, nach der Vætterlichen Lini, zu der Zeit der ältere Pfaltzgraff seyn würdet, und seine Erben, eben auf die Maß und Weiß, wie derselbig hie oben austrückenlich vermeldet worden, künfftig, in Ewigkeit, ordentlich devolvirt und gewendet werden &c. Latino idiomate eandem Bullam edidere alii, quorum præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a, memini. Conf. *Limnæus* ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. XVI & XVII, pag. 380, & seqq. Imo, trahenda huc Constitutio *Ruperti II,* Electoris Palatini, sub dato *Heydelberg, auf S. Margarethen Tag*, An. 1395, apud Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 188, pag. 134 &c. eundem succedendi ordinem præscribens.

(*b*) BULLA CAROLI IV &c. Quam *Goldastus,* cit. T. 2, *der Reichs-Satzungen,* p. 68 &c. ex Parte 2, *Georgii Spalatini Chronici, vom Herkommen der Churfürsten und Fürsten des Löblichen Hauses zu Sachsen,* in lingua quoque vernacula exhibet; inde huc faciunt: *Daß auch hinfür, nach Hertzog Rudolphs Absterben, sein ältester Sohn, oder, do derselbig ohn Leibs-Erben verstürbe, sein ander Sohn, in der Ordnung der Geburt, ein Laye, oder weltlich Churfürst und Hertzog seyn solte; Do aber mehrgedachter Hertzog Rudolph der Jünger zu Sachsen, ohn eheliche Manns-Leibs-Erben Layen, tödtlich abgieng, daß alsdann sein ältester Bruder, nach dem rechten Vatter-Stamm, und von demselben, an desselben ältesten Sohn; da derselbig auch, ohn rechte Manns-Leibes-Erben, sterben würde, daß alsdann das Churfürstenthumb, auff den Durchlauchtigen Albrecht, Hertzog Otten, etwa zu Sachsen, Sohn, des Jungen Hertzogs Rudolphs Brudern, und desselben ältern Sohn, und, do derselbig ohn Mennliche Erben verstürbe, auf den nechsten Erben, doch ein Layen nach dem Vatter stammen, gäntzlich fallen solte &c.* Conf. *Strauchius,* Differt. Exoter. 2, §. V, p. 49.

(*c*) PROXIMIOR LINEÆ &c. Haud semel quæsitum fuit: *Ad quem Electoratus pertineat, Electore, sine Liberis, Fratribus, indeque natis Nepotibus, mortuo; num ad Agnatum Gradu proximiorem, an vero ad Agnatum Linea proximiorem?* maxime agitata noscitur controversia hæc, inter Lineas *Saxo-Altenburgicam*, & *Saxo-Vinariensem,* occasione Litis, ob præcedentiam, inter easdem motæ. Hæreditas namque *Johannis Wilhelmi,* Ducis *Saxo-Vinariensis*, An. 1573. defuncti, ubi Anno 1603. inter Ipsius Nepotes ex Filiorum *natu majori, Friderico Wilhelmo,* (An. 1602. mortuo,) *Johannem Ernestum, Fridericum, Johannem, Guilielmum, Albertum, Johannem Fridericum, Ernestum,* atque *Fridericum Wilhelmum,* (Quorum Tutor Sereniss. Elector Saxoniæ, *Christianus II,* fuit;) atque Filium *Johannem, natu minorem,* divideretur, & quidem ita, ut portio *Aldenburgica, Friderici Wilhelmi* filiis, *Vinariensis* contra *Johanni,* obveniret; Disputatio oriebatur inter Ducum Consiliarios, de priori loco, quem *Johannes Vinariensis,* sibi, tanquam ætate Seniori, *Altenburgenses* vero sibi, velut ex *Friderico Wilhelmo, natu majori,* provenientibus, deberi contenderant; editis utrinque ad salvanda Jura, pro- & reprotestationibus scriptis publicis certatum; Argumenta hinc inde prolata *Crusio* de *Praeminentia,* Lib. 4. Cap. IX, §. 1. & seqq. pag. 639. &c. & *Limnæo,* Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XV, §. 3, pag. 324 & seqq. summatim exhibentibus; *Rudolpho* Imperatore tandem, An. 1607, 27 Septemb. in *Aldenburgensium* favorem sententiam pronunciante. Inter alia, cum *Johannes Vinariensis* præeminentiam suam & in eo fundatam arbitraretur, quod, tanquam ætate *Aldenburgenses* superans, proximum jus succedendi in Electoratum, si vacare contingeret, haberet; & *Aldenburgici* in contrarium asserent, jus hoc, vigore, A. B. aliarumque Legum Imperii fundamentalium, & Consuetudinis, tam in Imperio, quam extra illud, in Regnis & Principatibus, receptæ, ad se, velut à Fratrum natu Seniori procreatos, proinde *Linea proximiores*, spectare; Quæstio acerrime ventilari cœpit: *Num proximior linea, proximiorem gradu, in Electoratibus vacue factis, à successione excluderet, an contra?* Prodiit An. 1613, *Wahrhaffter und Gegründeter Bericht, was, in nechst abgewichenen Jahren, zwischen denen Churfürstlichen Sächsischen, in Vormundschafft beyderseits verordneten Regierungen, zu Weimar und Aldenburg, in dem erregten Præcedentz- und Primogenitur-Streit, fürgelauffen.* Cujus Auctorem *Goldastus,* Lib. 4. *Bohemia,* Cap. VI, §. 23, in Notis, *Fridericum Hortlederum* facit; nec non aliud scriptum, cui Tit. *Abtheilung der Grundfest Sächsischer Weimarischer Præcedentz.* Causam *Aldenburgensium* in primis propugnabat: *Arnoldus Engelbrecht,* Tractatu; *de Successione in Electoratus, ex Jure Primogenituræ,* An. 1614, emisso, annoque 1621. *Giessæ,* ceu præced. §. 2, lit. b, monui, recuso; *Vinariensium* contra, *Melchior Goldastus*, mediante Tract. de *Senioratu,* An. 1615, *Francofurti* impresso; cui, paulo post, sacri Consistorii Assessoris, *Matthæi Wackeri à Wackenfels in Jungferdorff, Vota Aulica,* accessere, quibus, à parte *Altenburgica*, *Johannes Rudolphus Hegenmüller,* ejusdem Sacri Consistorii Assessor, Vota contraria opposuit. Sic in partes itum. *Vinarienses* porro

porro defendebant: *Jacobus Alemannus*, in *Palæstra Consultationum Juris*, Consult. VII; *Freherus*, (testibus literis *Goldasti* ad *Hortlederum*, 27 Jun. 1614, apud *Schilterum*, Tom. 2. *Instit. Jur. Publ.* Tit. XIX, §. 32, pag. 293.) *Johannes Zeschlinus*, Cancellarius Neoburgicus; *Johannes Limnæus*; *Ulricus Obrechtus*; *Andreas Knichenius*, & alii; vice versa *Aldenburgicos*, omnes illi, qui dispositionem Aureæ Bullæ ad *proximitatem Lineæ* extendendam arbitrabantur. Mortuo Duce *Altenburgico*, *Friderico Wilhelmo*, An. 1672, 14 April. ramum terminante, litem hanc, quoad procedrian, per Recessum inter Domum *Vinariensem*, & *Gothanam*, fuisse quidem compositam, discimus ex Dn. *Mülleri Annalibus Saxonicis*, ad h. a. pag. 497, & post eum, ex Dn. *Struvio*, in *Bibliotheca Juris selecta*, Cap. XI, §. 4, pag. 369; reliquum autem contentionis nondum ita decisum, ut nihil dissidii amplius supersit; notat *Conringius*, ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. 4, §. 19, p. m. 159; hinc est, quod, ab obitu *Caroli*, Electoris *Palatini*, *Simmerensis* Lineæ postremi, An. 1685, eadem controversia recruduerit, *Philippo Wilhelmo*, Duce *Neoburgico*, prioritatem *Lineæ*, & *Leopoldo Ludovico*, C. P. R. rami *Veldentini*, proximitatem *Gradus*, queis defunctum attigerant, fervide iterum propugnantibus. Acta sistit Dn. *Kulpisius*, in Comment. ad *Monzambano*, Cap. 2, §. 5, pag. 261 ad 392; necnon *Lundorpius*, Tom. XII *Actor. Publ.* Cap. 84, pag. 218 &c. & Cap. 97, pag. 232 &c. Conf. præced. Lib. I, Tit. XIV, §. 13, lit. d, pag. 1099 &c. Singulari Dissertatione *Neoburgici* causam egit *Johan. Wolfgangus Textor*; cui Dn. *Schilter*, Diss. de *Natura Successionis Feudalis*, ad Tit. 50 Libri 2 *consuetudinum Feudorum*, (quam in calce Commentarii Ejus *ad Jus Feudale Alemannicum* offendis,) opposuit, *proximitatem gradus* defendens. Stetit Aula Cæsarea cum *Neoburgico*; sed licet brevi post, Duce *Veldentino* An. 1694, 19-29 Sept. sine prole mascula deficiente, disputatio hæc, terminata fuerit; eo ipso tamen nova inde surrexit, quoad Successionem in *Comitatum Veldentinum*, ipsum, Electore Palatino, pro se, iterum allegante (1) Jus Primogenituræ, in posteris *Wolfgangi*, C. P. R. communis stipitis omnium Comitum Rheni Palatinorum, anno 1569 defuncti, hactenus observatum, totque pactis firmatum; (2) citatam, præcedente lit. a, Constitutionem *Ruperti II* Electoris, qua Fratres, juxta Linearum ordinem, sibi invicem succedere jubentur; (3) quod Ipsemet non solum hoc titulo memoratum Principem Veldentinum ab Electoratu removisset, sed & Suecorum Rex, *Carolus XI*, eodem jure, præ Patruo, *Adolpho Johanne*, Agnato *Friderico Ludovico*, An. 1681, 1 April. ad Superos migranti, in Ducatu *Bipontino* successisse noscatur &c. *Proximitatem Gradus* contra, hic attendendam urgentibus *Christiano Augusto* C. P. R. in *Sultzbach*, & *Christiano* C. P. R. in *Birckenfeld*; accedente insuper laudato *Suecorum* Rege, qui, cum Agnatis *Bipontinis*, ex capite *Reincorporationis cum Ducatu Bipontino*, cujus litigiosæ Terræ pars quondam fuerint, Principatum vacue factum ad se pertinere clamabat; addendo, scriptum adhuc se à pio Principe Veldentino hæredem, quo minus, successore futuro Electore, Religioni Evangelicæ periculum obduceretur, quas tabulas recuperatorii Juris ratio sufficienter firmaret &c. Vocabat Galliarum Rex litem ad suum Tribunal, *Brisacum*, ubi, cum Anno 1695, 24 Sept. argumentis hinc inde ponderatis, sententia, quoad Dominium *Lützelstein*, Præfecturam *Guttenberg*, & decimam vini *Weissenburgensem* atque *Cleburgensem*, in *Birckenfeldensis* Principis favorem, pronunciaretur, annoque 1697, 29 Januar. in ipso Parlamento *Metensi*, *Veldentinus* & *Lauterecensis* Comitatus Eidem adjudicarentur, Rex Sueciæ vero Galliæ Regis Jurisdictionem hac in parte agnoscere recusaret, & utrinque via facti procederetur, inserebantur *Instrumento Pacis Ryswicensis*, Art. X, verba: *Quantum ad Principatum Veldentiæ, & quæ, sub nomine dicti Principatus, aut Lauteracensis, defunctus Princeps, Leopoldus Ludovicus, C. P. R. possederat, restituentur juxta §. 4. & Indicem à Legatione Gallica exhibitum, salvis cujusque prætendentium, tam in Possessorio, quam Petitorio, Juribus &c.* His tamen non obstantibus, ubi Palatinus Elector, adhuc eodem Anno, 27 Decemb. Dominium *Lützelstein*, una cum Præfectura *Guttenberg*, & eo pertinentibus, armata manu sibi assereret, emanavit An. 1699, 25 Febr. è *Camera Colmariensi* novum Decretum, quo *Brisacense* de An. 1695, in gratiam *Birckenfeldensis*, promulgatum, denuo confirmatum fuit, simulque Palatini præsidium à Gallis inde rursus ejectum. Acta habentur in *Electis Juris Publici curiosis*, Coloniæ, An. 1696 impressis, Cap. 2, pag. 69 ad 270; Conf. *Fabri*, *Staats-Cantzley*, Tom. V, Cap. 8, §. 4, pag. 349 &c. ubi *Colmariensis Tribunalis* sententia, modo nominata. *Fritschius*, ad *Instrum. Pacis Ryswicens.* Art. X, pag. m. 185; *Cortrejus*, ad eundem Articulum, pag. 273 &c. Dn. *Schwengsfeur* l. c. §. XI, p. 22 & 23; Ill. Auctor *des Europ. Heroldts*, Part. I, p. 448.

(*d*) GOLDASTUS &c. Ante ipsum, *Auctor des wahrhafften und gegründeten Berichts*, cujus præc. lit. c, memini.

(*e*) PRÆFERRI &c. Quæ sententia quoquo *Lampadii*,

padii, Part. 3 de *Republica*, Cap.4, §.21, pag.56; Dn. *Crügeri*, de *Novemviratu*, Part. Gener. Discurs.2, §. 16, pag.46; multorumque aliorum. In eandem inclinante *Rumelino*, ad A. B. Part.I, Differt.VI, §. 17, pag.186.

(*f*) INFRA &c. Tit. XII, §.3 & 4.

(*g*) TRIBUIMUS &c. Quo faciunt literæ *Leopoldi* Imp. ad *Leopoldum Ludovicum*, memoratum Ducem *Veldentinum*, in causa Electoratus Palatini, contra Ducem Neoburgicum, querelas moventem, de An. 1685, 4 Aug. *Unterdessen versehen Wir Uns gegen Dero Ld. befehlen auch Deroselben hiemit gnädigst, daß Sie, ausser Rechtens, nichts thätliches vornehme, die Sache, wo sie, ihrer Art nach, hingehörig, und von Ihr selbst nunmehr anhängig gemacht worden, nemblich einig und allein vor Uns, gebührend außführe &c.* Nec non *Kayserliches Commissions-Decret, in der Chur-Pfältzischen Successions-Sach, deren Dijudicatur allein Kayserl. Majest. zuständig, und daselbst der rechtliche Schluß zu erwarten seye*, sub dato *Regenspurg*, 31 Aug. St. V. An. eod. apud Dn. *Kulpisium*, ad *Monzamban*. Cap. 2, §. 5, pag.312. Conf. tamen præced. Lib.2, Tit.1, §.16, lit. b & e, pag. 964 &c. & Lib. 3, Tit. 2, §. 60, lit. c, pag. 282 & 323.

(4) Si Principem Electorem, vel Ejus Primogenitum, aut Filium Seniorem Laicum, mori, & heredes masculos legitimos Laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingeret, tunc Frater Senior (*a*) ejusdem Primogeniti Tutor eorum & Administrator existit, donec Senior ex iis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos (*b*) censeri vult Carolus IV, & statuit perpetuo haberi; quam dum attigerit, jus, vocem & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, Tutor ipsi totaliter, cum officio, tenetur protinus assignare. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) FRATER SENIOR &c. Modo ipsemet majorennis sit, nec defectu laboret, qui Eum impediat, quo minus nepotum ex Fratre Tutelam vel Curam gerere possit. De *Tutela Electorum*, evolvi merentur Scripta, occasione controversiæ, ab obitu *Friderici IV*, Electoris Palatini, An 1610, 9 Sept. denati, inter *Johannem II* C. P. R. *Bipontinum*, à defuncto. in Testamenti tabulis, datum Liberis Tutorem, atque *Philippum Ludovicum*, C. P. R. *Neoburgicum*, eandem Tutelam ad se, qua proximiorem Agnatum, sicque ab ipsa Lege, Aurea scil. Bulla, Cap. VII, §. 2, constitutum Tutorem, pertinere dicentem, vehementer agitatæ, edita, v. g. *Kurtzer und wohlgegründeter Bericht, daß die Vormundschafft und Administration der Chur-Pfaltz, einig und allein dem Durchl. Hertzog, Fürsten und Herrn, Herrn Philips Ludwigen &c. als dem ältesten und nächsten Agnaten, zuständig, und durch keinerley Testamentliche, oder andere Ordnung, benommen werden kan &c.* Düsseldorp. 1610; Ejusdem *Philippi Ludovici C. P. R. Refutatio eorum, quæ contra jus suum adferuntur*; ibid.1611; It. *Beständige Ableinung des Heidelbergischen Berichts, in Sachen Friederichs unzuläßiger Vormundschafft*; 1611; *Marquardus Freherus*, Tract. de *Legitima Tutela Curiaque Electorali Palatina*, Heidelberg. 1611; *Dionysius Gothofredus*, Tract. *de Tutela Testamentaria, Legitima excludenda*, An. 1611; Qui duo Viri Summi *Bipontinum*, adeoque vim *Tutelæ Testamentariæ*, defenderunt; quibus postea accessere: *Bachovius* ad *Treutlerum*, P. I Disp. VIII, §. 3, lit. A; *Wissenbachius* ad *Instit.* Disp. VII, §.20; *Ludwel*, ad *Instit.* Disp.3, §.2, lit.b. *Eckolt*, ad ff. Tit. de *Testament. Tutela*, §. 1; *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, P. I. Discurs. XXV, Membr. 2, §. V, pag.435; Ill. *Rhetius*, Lib. I *Instit. Jur. Publ.* Tit. VII, §. 9, pag. 205; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ. Prudent.* Cap. XXIX, §. 4, pag. 235; Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap.29, §.17, pag.428, & §. 21, pag. 431; Dn. *Joh. Henr. Alexandri*, Diss. de *Tutela materna Principum Imperii*, Præside Illustr. *Stryckio*, An. 1696 habita, Cap. 2 tot. & Cap. V, §. 3, pag. 115, aliique, à Dn. *Schwedero*, *Introduct. in Jus Publ.* Part. spec. Sect.2, Cap.3, §.11, pag.766 & 767, hoc titulo nominati; quibus vel ipsum Dn. Auctorem nostrum, seq. §. V, addas. Præcipua horum fundamenta sunt:

(1) Quod Testatoris dispositio Tutorem legitimum excludat, arg. L.11 ff. de *Testamentaria Tutela* (Lib. 26, Tit. 4) L. 6, ff. de *Legitimis Tutoribus* (Lib.26, Tit.4) Princip. Instit. de *Legitima Agnatorum tutela &c.*

(2) Pater Liberis melius prospicere præsumatur Lege.

(3) Pater melius idoneum Tutorem ab inidoneo distinguere sciat.

(4) Quilibet optimus rei suæ moderator & arbiter esse credatur. L. 21, C. *Mandati vel Contra* (Lib. 4. T.35)

(5) *Carolus IV* Imp. per omnia fere *Aureæ Bullæ* Capita, Prærogativas & Jura Electorum extollens, re vera conditionem Eorum deteriorem reddidisset, si Eis non liceret id, quod omnibus Imperii Civibus permissum, dare scil. Liberis Tutorem; quo trahendæ *Augusti* Saxonis, & *Johannis Georgii* Brandenburgi, Electorum, literæ ad Palatinum Electorem, de An. 1586, 31 Januar: *Daß es ein schwär Thun seyn würde, wenn die Güldene Bull, indem sie dem nächsten Agnaten die Vormundschafft aufträgt, die Meinung haben solte: Daß dadurch in den Chur-fürstlichen Häusern, den Eltern dermaßen die Hand geschlossen, daß dieselbe auch andere mehr Persohnen, und Freunde, dazu sie ein besonders Vertrauen haben, im Testament, oder letzten Willen, zu Vormündern zu verordnen, nicht Macht haben solten &c.*

(6) Nullibi legatur, laudatum Cæsarem Testamentarios Tutores ab administratione Provinciæ Electoralis exclusisse.

(7) Multo minus exemplum sententiæ contrariæ, quæ in Foro contradictorio obtinuerit, reperiatur.

(8) Publice innotescat, *Ludovicum III*, Electorem *Palatinum*, An. 1436 defunctum, præteritis in Testamento Fratribus natu majoribus, *Johanne* & *Stephano*, Fratrem Juniorem, *Ottonem*, Liberis: *Ludovico IV*, cogn. *Mansueto*, seu *Miti*, *Friderico* Victorioso & *Ruperto*, Tutorem constituisse; hunc etiam, ad Annum usque 1442, tutelam gestasse, imo, An. 1439, hoc titulo, *Alberti II* Imp. electioni interfuisse.

(9) Similiter *Ludovicus IV*, Elector, cognom. *Mitis* seu *Mansuetus*, ipsemet, priusquam An. 1449 moreretur, *Philippo*, Filio unico, *Henricum*, Archi-Episcopum *Moguntinum*, & *Ulricum*, Com. *Würtenbergicum*, Tutores dederit.

(10) *Ludovicus VI*, cogn. *Facilis*, Elector *Palatinus*, itidem in Testamento An. 1583, Tutelam Filii, *Friderici IV*, non à solo Fratre, *Johanne Casimiro*, administrari volens, Con-Tutores tres nominaverit, veluti: *Georgium Fridericum*, Marchionem Brandenburgicum, *Ludovicum*, Hassiæ Landgravium in Darmstatt, & *Ludovicum*, Ducem Würtenbergicum.

(11) *Christianus I*, Elector *Saxoniæ*, An. 1591, 30 Aug. in Testamenti tabulis, legitimo tunc Liberorum suorum Tutori, *Friderico Wilhelmo*, Duci Saxo-Altenburgensi, (utpote cujus Patruus, *Johannes Fridericus*, ad quem, tanquam Seniorem, Tutelæ gestio proprie spectasset, ob factionem Grumbachianam, Styriæ captivitatem subibat) *Johannem Georgium*, Electorem Brandenburgicum, Con-Tutorem associaverit, verbis: *Wann auch GOtt, nach seinem Willen, über Uns gebieten, und Uns von dieser Welt abfordern wird, so wollen, Wir, daß Unsere vielgeliebte Gemahlin* (Sophia, laudati Electoris Brandenb. Filia) *bey Unsern geliebten Kindern bleiben, und Sie auferziehen helffen soll. So viel aber Ihrer Ld. und Unserer Kinder Vormundschafft betrifft, so wollen Wir, daß der Hochgebohrne Fürst, Unser freundlich lieber Vetter, Bruder und Gevatter, Herr Friderich Wilhelm, Hertzog zu Sachsen &c. (als dessen Ld. es, vermöge Güldener Bull, und sonsten, gebühret) neben, dem auch Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Johan Georgen, Marggraffen zu Brandenburg, des H. Römischen Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürsten, dieselbe verwalten, und soll des Churfürstens zu Brandenburg Ld. auch Unserer Geliebden Gemahlin Vormund seyn; Doch sollen Ihr Ld. sonderlich in Religions-Sachen, nichts wieder Unsere vorige Verordnung, vornehmen. Es sollen auch zu der Churfürstlichen und Landes Regierung Niemand, als Unsere jetzige Räthe, und etliche aus Unser Getreuen Landschafft, gebraucht werden, welche, mit Vorwissen des Außschusses der Landschafft, was etwa schwäre Sachen, verrichten, und darnach Verordnung thun sollen &c.* Vid. Dn. *Alexandri* l. c. Cap. 2, §. 37, pag. 62.

(12) *Rudolphus* Imp. Ipse, An. 1611, designatum à *Friderico IV*, Electore *Palatino*, Filiorum: *Friderici V*, & *Ludovici Philippi*; Tutorem *Johannem* Bipontinum, agnoverit, teste declaratione, apud *Conringium* ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. 4, §. 25, pag. 167:

DEr Römischen Kayserlichen Majestät Unserm Allergnädigsten Herrn, ist der Gebühr referiret, was nochmahls der anwesende Pfältzische Abgesandter, Herr Hippolytus de Colli, wegen Chur-Pfaltz Curatel und Administration, gehorsambst vorgebracht, und gebeten. Wiewohl nun Ihr Kayserliche Majestät diesen hauptsächlichen Außschlag, biß auf Einholung der sämptlichen des H. Römischen Reichs Churfürsten hierüber rathsames Bedencken, und Gutachten, verschoben, weilen jedoch, wegen vorstehenden Reichs-Tags, zu Ergäntzung des Churfürstlichen Collegii, des H. Römischen Reichs Nothdurfft erfordern will, eine Gewißheit zu haben, wie inzwischen, und biß dieser Streit, entweder durch Recht, oder Gütlich, beygelegt, es mit Pfaltzgraffen Johansen Fürstlichen Gn. albereits, Krafft der Kayserlichen Majestät Confirmation, befundenen rechten Possessorn der Chur-Pfaltz Land und Leut, zu halten; So erklärn Sich Ihr Kayserliche Majestät (sonderlich aber, weiln Sie auch dahin den meisten Theil des H. Römischen Reichs Churfürsten inclinirt zu seyn vermercken) hiemit gnädigst, daß Sie es bey Ihrer, weyland Pfaltzgraff Friderichen dem Ältern Churfürsten,

fürsten, An. 1607 ertheilten Confirmation, nochmahls allerdings verbleiben und bewenden lassen; Daß auch, in Krafft und vermög derselben, Sein, Pfaltz-Graff Johansen Fürstl. Gn. usque ad Decisionem Causæ, dem Churfürstlichen Collegio, und allen andern Actibus Electoralibus, beywohnen könne und möge. Welches Ihr Kayserliche Majestät dem Gesandten zum Bescheid vermelden wollen. Signatum zu Prag, unter Ihrer Kayserlichen Majestät uffgetruckten Secrets-Insiegel, den 30 Julii, An. 1611.

Leopoldus von Stralendorff.

J. Hertel.

Quo etiam Diploma *Vicariatus*, quod dictus Princeps, *Johannes* C. P. R. sub dato *Heidelberg*, 21 Januar. 1612, mortuo *Rudolpho* Imperatore, Tutorio nomine vulgavit, apud *Lundorpium*, Tom. I. *Actor. Publ.* Lib. I, Cap. XXIX, pag. 101 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 1 *Absatz*, §. 49, pag. 73 &c. pertinet, ubi, inter alia: *Wiewohl Wir Uns nun keinen Zweifel machen, Ew. Ld. und Ihr, dieses der Chur-Pfaltz anerwachsenen Rechtens, Würden und Dignität, ohne das, gute Wissenschafft tragen werdet: So haben Wir jedoch, zu männiglich Nachrichtung, dasselbe, und daß Wir Uns, als einiger, rechtmæssiger, und von Hœchstberührter Kayserl. Majest. confirmirter, und von den sæmptlichen des H. Reichs Churfürsten erkanter, auch in die Lœbliche Churfürstliche Verein eingenommener Possessor der Chur-Pfaltz Administration, solcher Verwaltung, und Vicariats, würcklich unterzogen, durch diesen Unsern offenen Brieff, allenthalben verkünden und publiciren wollen &c.* Nec non ipsa Capitulatio *Matthiæ* Imperatoris, in proœmio: *Als Wir, aus Schickung des Allmächtigen, in kurtz verwichenen Tagen, durch eine ordentliche Wahl der Ehrwürdigen und Hochgebohrnen: Johann Schweickarten, zu Maintz; Lotharien zu Trier; Ferdinanden, zu Cölln; Johann, Pfaltzgraffen am Rhein, Vormund und der Chur-Pfaltz Administratorn, Hertzog in Bayern &c. Johan Georgen, Hertzogen zu Sachsen &c. und an statt, und von wegen Johann Sigmunden, Marggraffen zu Brandenburg, aller des H. R. Reichs durch Germanien, Gallien und des Königreich Arelaten, auch Italien, Ertz-Cantzlern, und resp. Ertz-Marschalcken, und Ertz-Cämmerern, Unsern Lieben Neven, Oheimen und Churfürsten ---- zu der Ehr und Würde des Röm. Konigl. Nahmens und Gewalts erhoben, erhöbet und gesetzt worden &c.* pariter ac Acta Confœderationis, inter eundem Administratorem, *Johannem*, & *Hollandos*, de 9 & 10 Octob. 1612, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 34 & 35, p. 109 &c. ut & subscriptio R. J. *Ratisbon.* An. 1613, ibi: *Von wegen Johannsen, Pfaltzgrafen bey Rhein, Vormund und der Churfürstlichen Pfaltz Administrators &c. Philips, Freyherr zu Winnenberg &c.*

Pro *Tutela Legitima*, eodem tempore scripserunt: *Johannes Zeschlinus*, de *Tutela Electorali legitima*; Laugingæ, 1613; & *Zacharias Friedenreich*, in Synopsi Controversiæ, *de Tutela & Administratione Electorali Palatina*, Colon. 1613; quibus postea, se sociarunt: *Arumæus*, *Discurs. Academ.* XIX, XX, XXI, & XXXI, & ad A. B. Discurs. 4, §. 10; *Besoldus*, Tr. de *Elect. & Success. Regum*, lib. 3, Cap. 4, §. 11; *Dietericus* ad A. B. Cap. VII, pag. 52; *Wurmser*, Exercit. 2, *Jur. Publ.* §. 16, pag. 85 &c. *Stephani*, de *Jurisdict.* Lib. 2, Part. I, c. 5, §. 65 &c. *Schœnborn* L. 2. *Polit.* Cap. 14; *Quirinus Cubach*, Lib. 2. *Jurisprud. Publ.* Cap. 31, §. 33 &c. *Harprecht*, *Disputat. Instit.* VII, §. 8, Part. I, Edit. 2, pag. 125 &c. *Klock.* Vol. I, Cons. VI. §. 38 &c. *Rumelinus* ad A. B. Part. I. Diss. VII, §. 3, pag. 199, ibique *Mylerus*, in *Additionib.* p. 202; *Limnæus* ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 21, pag. 383 &c. & Lib. I. *Jur. Publ.* Cap. XI, §. 103 &c. pag. 179 & seq. & Tom. 4. Addit. ad Lib. I, Cap. XI, §. 110, pag. 122, (ubi docet, Dn. *Georgium Christophorum Waltherum*, Rotenburgensis super Tubarim Reipublicæ Consiliarium, sibi retulisse, ex *Berneggero* non semel se audivisse, *Gothofredum*, ob motus bellicos in Palatinatu grassantes, Argentorati hospitem, ingenue fassum, se quidem, ad instantiam Domini & Consiliariorum, partes Electoris Palatini scriptis defendisse, ea vero pro infirmis semper tenuisse, seque tunc temporis non fuisse *Gothofredum*;) *Schützius*, Vol. I, *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 16, lit. d, pag. 519 & 520; *Lampadius*, de *Republica*, Part. 3, Cap. V, §. 27; *Conringius*, de *Republica*, Exercit. V, de *Electoribus*, §. 40, pag. 206 &c. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. 27, §. 7, pag. m. 540 &c. *Johannes Leonhardus à Pühel*, Tract. de *Tutelis Electorum, Principum, aliorumque S. R. Imperii Statuum*, edit. Jenens. 1669, toto Cap. VII; *Strauchius*, Differt. *Exoter.* 2, §. 7, pag. 52; Illust. *Coccejus*, *Juris Publ. Prudent.* Cap. XXIX, §. 20. pag. 430; Dn. *Ludewig*, Diss. de *Differentiis Juris Romani & Germanici in Tutelis Testamentaria & Legitima*, Different. XI, lit. oo, & xx, pag. 40 &c. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. I, Discurs. X, §. 1, pag. 145 &c. pluresque alii, à Dn. *Schwedero* l. c. pag. 767, hoc titulo commendati. Fundamenta eorum præcipua, quorum Dn. Auctor seq. §. 5, nonnulla recenset, sunt:

(1) Sanctio Legis pragmaticæ, nim. A. B. Cap. VII, §. 4, verb: *Si Principem Electorem, seu Ejus Pri-*

Primogenitum, aut Filium Seniorem, Laicum, mori, & hæredes masculos legitimos Laicos, defectum ætatis patientes, relinquere, contigerit; tunc frater Senior ejusdem Primogeniti, Tutor eorum & Administrator existat, donec Senior ex eis legitimam ætatem attigerit &c.

(2) Constitutio *Caroli IV.* de *Jure & Successione Electorum Saxoniæ*, sub dato *Franckenford super Mogano*, An. 1376, quarto Id. Junii, cujus præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a, mentio facta; §. 7, ubi: *Si aliquem ex eis* (Electoribus, eorumve proximis successoribus) *modo præmisso, ab hac luce migrare contingeret, masculini sexus hæredes legitimos, Laicos, post se relinqueret, debitæ patientes defectum ætatis, ex tunc Senior Frater, Nepos aut Consanguineus proximior, in linea genituræ, si frater non extiterit ejusdem defuncti, Laicus duntaxat, dicti Pupilli & Juvenis, ad quem præscripta devolventur, de Jure Tutor esse debeat, & Curator, tamdiu, donec debitam pertingat ætatem.*

(3) Bulla *Sigismundi* Imp. de *Jure & Successione Electorum Palatinorum*, An. 1414, 8 Novemb. *Aquisgrani*, & postea An. 1434, 8 Mart. *Basileæ*, promulgata, cujus præced. Tit. 8, §. 19, lit. a, itidem memini, totidem verba repetens.

(4) Per Constitutiones has, certa quædam Tutelæ Electorali præscripta forma; quæ, per contrariam Testatoris dispositionem, mutari nequeat, cum Forma det esse rei; & ex forma rem cognoscamus, quod sit id, quod est; proinde, dispositio hominis, hac in parte, neutiquam contrariari debeat dispositioni Legis; quod fieret, si integrum esset Electori, alium dare Liberis Tutorem, quam à Lege nominatum.

(5) Conditio; sub qua Leges præfatæ, præsertim A. B. cit. Cap. VII, §. 4, verb: *Ea tamen conditione & modo &c.* Heredem Electoralem minorennem Parenti succedere velint; scil. *ut sub Tutela proximi agnati majorennis, justam ætatem attingat*; quæ conditio à nullo Testatore, authoritate privata, tolli possit;

(6) Quoniam successio Electoratus ex Lege fiat, consequenter in arbitrio & dispositione Testatoris positum plane non sit: num Primogenito, an serius natis, Electoratum relinquere velit? nec Tutela Electoralis, proximo Agnato publica Lege asserta, Ei, per Testamentum privatum, auferri queat; cum non solum totius Electoralis Collegii, sed & Reipublicæ universæ intersit: Quis vocem, potestatem, reliquaque Electoribus competentia Jura, ad majorennitatem usque Electoris, exerceat? quibus omnibus, in favorem eorum, qui, post pupillos, proxima succedendi spe fruuntur, definitis, cur, pro lubitu, ab Electoribus, per ultimas ipsorum voluntates, mutari posse credantur?

(7) Clausulæ, dictis Bullis insertæ; v. g. A. B. cit. Tit. VII, §. 2: *Statuimus, &, Imperiali auctoritate, præsenti Lege, perpetuis temporibus valitura, decernimus &c.* & Constitutioni modo memoratæ *Caroli IV*, de *Jure & successione Electorum Saxoniæ*, de An. 1376, §. VII. *Talis successio & devolutio, ne in his committantur errores futuris temporibus, debet, ut præmittitur, in omnibus & singulis præscriptis, sine innovatione, perpetuo observari inviolabiliter &c.* (scil. quod, si Electorum quendam ab hac luce migrare contingeret, masculini sexus hæredes legitimos, Laicos, debitæ patientes defectum ætatis, post se relinquentem, ex tunc Senior Frater, eoque non extante, Nepos, aut Consanguineus proximior, in linea genituræ, qui tamen Laicus sit, dicti Pupilli & juvenis, ad quem Electoratus, indeque pendentia, devolvuntur, de Jure Tutor esse debeat & Curator, donec debitam pupillus ætatem pertingat &c.) & postea: *Nulli ergo penitus hominum liceat, hanc nostræ pronuntiationis, Decreti, Statuti, Declarationis, Sanctionis, authorisationis, approbationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, aut ei, ausu temerario quolibet, contraire, sub pœna mille marcarum auri purissimi &c.* Quæ omnia & in Bulla *Sigismundi*, An. 1414. Aquisgrani, Annoque 1434. Basileæ, promulgata repetuntur. Manifesto argumento, contra publicas hasce Constitutiones, Electoribus nullam eundi licentiam esse, nisi *errorem committere, pœnamque mille marcarum auri purissimi incurrere* velint; præsertim cum tralatitium sit, pro infectis haberi, quæ contra Jus fiunt; arg. C. *Quæ contra Jus fiunt*, X. *de Regulis Juris*, in VI.

(8) Interesse Familiæ, non patiens, cuilibet ansam dari arcana domus scrutandi.

(9) Literæ Imperatoris *Rudolphi II*, ad Ducem Neoburgicum, *Philippum Ludovicum*, qua Legitimum Tutorem *Friderici V.* Electoris Palatini, in Testamento *Friderici IV.* Electoris autem præteritum, & desuper, Electore adhuc vivo, querelas moventem, apud *Zeschlinum* de *Tutela Electorali Legitima*, Cap. VI, §. 113 &c. & Dn. *Joh. Leonhardum à Pühel* l. c. Cap. VII, §. 40. scribentis: *Se, jam dudum de molitionibus illis admonitum, non posse non fateri, rem esse perniciosi exempli* (scil. Proximum Agnatum, contra A. B. tenorem, ab administratione Tutelæ Electoralis excludi) *& Electori Palatino minime convenientem. In tempore igitur occurrendum, ne, per moram, altius radices agat, quam ut evelli facile deinceps possit. Hocque Suæ Majestati pro tempore videri optimum consilium, ut quamprimum de toto hoc negotio edoceantur non modo Propin-*

pinqui, & sanguine conjuncti, verum etiam omnes & singuli, tam Ecclesiastici, quam Laici, Electores; Eorum enim omnium plurimum interesse, ut Aurea Bulla sartatecta maneat &c. Ut & Literæ *Johannis Adami*, Electoris *Moguntini*, ad eundem, dicentis: *In ea sumus opinione, Electoris fortasse animum non esse, ut negligere velit, aut etiam infringere ea, quæ, in eventum mortis, quam Deus longo tempore avertat, cum in A. B. tum in aliis Palatinæ Familiæ Pactis atque Conventionibus, sunt expressa; si quid autem omnino controversiæ inde oriatur, quod minime speramus, dubium nullum est, quin Cæsar, imploratus, facturus sit officium suum, & operam daturus, ut & illæsa maneat A. B. & pax atque concordia propagetur &c.* pariter ac literæ *Lotharii* Electoris *Trevirensis*, ingenue fatentis: *Sibi quidem & laudabile & æquum videri, ut Dux Neoburgicus, proposito suo firmiter & sedulo insistens, non patiatur, se ullo modo dimoveri à Pactis Familiæ Palatinæ conventis, imprimis vero à Caroli IV Aurea Bulla, & subsecutis Regum atque Cæsarum declarationibus, nec non aliis Imperii constitutionibus, & notoria consuetudine: Ea enim omnia tam clara esse, ut, sua quidem opinione, nemo futurus sit tam iniquus, qui non potius summa laude, quam ullo vituperio, dignum judicet hoc institutum &c.* Nec non responsoriæ *Ernesti Coloniensis: Casum eum, qui jam in disceptationem veniat, manifeste & aperte in A. B. eamque subsecutis Regum atque Cæsarum declarationibus decisum: neque videre se posse, quibus Jurium fundamentis, hæc tam Sancta Constitutio, & notoria consuetudo, labefactari queat; quippe cum hæc omnia hactenus in viridi observantia fuerint, & nostra adhuc, eaque recentissima memoria, ab ipsa Domo Electorali Palatina, in causa plane simili, ad praxin & effectum deducta; non posse igitur se non probare Ducis Philippi Ludovici propositum, sed & admonitionis atque obtestationis Neoburgicæ memorem, omnibus modis eo semper laboraturum, una cum Sacra Cæsarea Majestate, cæterisque suis Co-Electoribus, ut, in omnem eventum, quem Deus, pro sua benignitate, dirigat, tum Aurea Bulla, tum alia quoque Sanctiones, in suo vigore, dignitate, & sano intellectu, inviolabiliter conserventur, neque Dux Neoburgicus ullo modo lædatur &c.* Add. responsum *Christiani II*, Electoris *Saxoniæ*, Legatis Neoburgicis datum: *Sibi jam ante nonnihil, ex rumore vulgi, innotuisse de consiliis illis, quæ in Electoratu Palatino tractarentur, ad eum finem, ut futuro Tutori & Administratori omnis libere agendi, aut vel minimum in Republica, tum Politica, tum Ecclesiastica, mutandi potestas præcideretur. De ejus quidem facti culpam se rejicere non in ipsummet Imperatorem, quem semper excusatum habuerit, sed in alios potius, nescio quibus privatis commodis & affectibus indulgentes; adeoque omnino se arbitrari, istos homines non tam à ratione, quam prudentia Politica, alienos esse, ut non intelligant, quam exosa sint & intempestiva, imo Juri etiam contraria, hæc excogitata; quamque nullius sit valoris juramentum illud, de facto subditis extortum. Sperare se vero similiter, Dei Omnipotentis benignitate, futurum, ut Elector Palatinus diuturniore & vitæ & bonæ valitudinis usura fruatur, atque ita Electoratus tutelari administratione non indigeat. Quod si tamen omnino fatum ita cadat, quod Deus clementer mitiget, ut administratio ex A. B. suscipienda sit, sane sibi ita videri, quod ex his actionibus toti Collegio Electorali magnum sit metuendum periculum; cum hac ratione, non modo quoad futurum Administratorem, quasi frœna injiciantur libertati suffragiorum, verum & aliis via struatur ad Collegium Electorale, qui ad illud destinati non sunt &c.* Vid. Dn. à *Pühel*, l. c. §. 41 ad 44.

Ad opposita respondentes (1) Non esse quæstionem, quid nonnunquam factum sit? sed quid Jure fieri debuisset? (2) Auream Bullam solius Agnati proximi Senioris mentionem facere, unde concludendum, nemini permissum esse, alium ei adjungere, multoque minus alium, ejus loco, constituere. (3) *Trithemio*, ejusque Additionatore, *Leonhardo Baucholtzio*, testibus, dispositione præfati Electoris Palatini, *Ludovici* Mitis, *Philippo* filio Præsulem Moguntinum, & *Ulricum* Com. Würtenbergicum, An. 1449, Tutores dantis, non obstante, Fratrem Ipsius, *Fridericum Victoriosum*, exclusis testamentariis, Tutelam Electoralem solum gessisse; vid. Dn. à *Pühel* l. c. §. 70; Dn. *Struvius*, *Jur. Publ.* Diss. XVI, § 28, pag. m. 340. (4) *Johannem Casimirum*, C. P. R. Lauterensem, ab obitu statim Fratris *Ludovici* Electoris, An. 1583, tredecim rationibus, Jus tutelæ nepotis, sibi soli ex A. B. competere, publice demonstrari curasse, de quibus *Zeschlinus* l. c. Lib. VI, §. 85 evolvendus, ubi, inter alia, Princeps: *Si locus sit testamento contra Bullam, nihil obesse, quo minus septenarius Electorum numerus, ad arbitrium Testatoris, crescat: Secreta Familiæ & Imperii pandantur Exteris: Dissensiones perpetuæ gliscant: Vices Imperii gerat, tempore Interregni, & causas Cæsaris judicet, & infulis Electoralibus induatur, non unus, qui in Bulla nominatus est, sed & plures, iique Extranei, Clerici, Plebeji, Fœminæ, ut Mater & Avia, quibus omnibus Testamento posse tutelam deferri, notius est, quam ut probatione indigeat &c.* Eumque etiam solum, tanquam legitimum, à Cæsare fuisse confirmatum, ne simul Con-Tutores, utut, (ceu appa-

apparet) Testator vel propterea eos nominaverit, ne tam facile Provincia, ad invariatæ Confessionis Augustanæ dogmata reducta, sub præfato Tutore, ad Calvinismum, (ut contigit,) relaberetur; vid. Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe*, Lib. V, Cap. I, §. 28, pag. m. 33 &c. (5) *Fridericum Wilhelmum*, Ducem Saxo-Altenburgicum, in Contutelam Electoris Brandenburgici, Pupillorum veluti Electoralium Avi materni, sponte consensisse, negotio, *Dresdæ*, 12 Nov. 1591 confecto, de qua transactione hæc, ex tabulis publicis, Dn. *Alexandri* l. c. pag. 63: *Zwischen denen Chur- und Fürstlichen Sächsischen und Brandenburgischen zusammen verordneten Räthen, ist, von wegen der* Administration *der Chur-Sachsen, und darzu gehöriger Lande, uf vorgehabte freundliche* Communication *und Unterrede, nachfolgende Vergleichung, heut* dato, *beschehen, daß nemblich Unser Gnädigster Fürst und Herr, Hertzog Friederich Wilhelm zu Sachsen &c. als der nächste* Agnat *der Churfürstlichen jungen Herrschafft, die* Administration *der Chur-Sachsen, und darzu gehöriger Lande, auf sich laden, dieselbe auch, zuförderst zu der Ehre GOttes, Fortpflantzung Kirchen und Schuhlen, auch Gedeyen der Jungen Herrschafft, so wohl Dero Land und Leuten zu sonderlichem Aufnehmen, verwalten und führen solle; jedoch mit der bescheidentlichen Maß, daß alle* Rescripta, *Bestallungen und dergleichen, in beyder Chur- und Fürstl. Brandenburg- und Sächs. Nahmen, auch auf die Weise verfertiget werden, und außgeben sollen, wie die verglichene* Notell *besaget, und außweiset; Darumb auch die Regierung, und andere Persohnen, so in ihren jetzigen Diensten behalten, auch künfftig gebraucht werden möchten, auch jetziger Gesambten Anordnung, an Seine Fürstliche Gn. als dem* Administratorn, *gewiesen werden sollen, sich Ihres Fürstlichen Gn. Bescheids, und Befehls, in fürfallenden Sachen, zu erholen. Wofern auch die Churfürstliche Brandenburgische Räthe und Gesandten zur stätte, soll mit Ihnen, von allen Sachen, wie die fürlauffen, auch einige Wichtigkeit auf sich haben werden, freundliche* Communication *gehalten, auch, mit Ihrem Vorwissen und Belieben, darinnen geschlossen, und verfahren; da sie aber abwesend, nichts destoweniger die* Rescripta, *und andere Händel, auf angezogene Maße, außgefertiget werden. Deßgleichen, da Außwärtiger Könige und Potentaten so wohl als Reichs- und andere Hochangelegene Land-Sachen fürkommen möchten, soll hierunter des Churfürsten zu Brandenburg &c. als des Mit-Vormunden, Bedencken und Rath erholet und gebrauchet, wie dann auch die jährliche Rechnungen, in Beysein und Gegenwart Sr. Churfürstl. Gn. Gesandten, gehalten, und allenthalben mit Fleiß gesehen werden solle, wie, nach Außbreitung des H. Göttlichen Nahmens, auch Fortsetzung Kirchen und Schulen, der Jungen Herrschafft Gedeyen, und Nutz, destomehr fortgestellet werde; welches denn Unser Gnädigster Herr, Hertzog Friederich Wilhelm zu Sachsen, also zu thun, sich gnädigst erkläret und erboten; auch die Churfürstl. Brandenburgische, biß auf Ihres Gnädigsten Churfürsten und Herrn* Ratification, *solches angenommen.* Actum *Dreßden, am* 12 Novemb. &c. Vigore etiam Transactionis hujus stylum, in Rescriptis, ita fuisse conceptum: *Von GOttes Gnaden, Wir Friederich Wilhelm, Hertzog zu Sachsen,* Administrator *der Chur-Sachsen, und Vormund, bekennen, vor Uns, und den Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Johann Georgen, Marggrafen und Churfürsten zu Brandenburg, Unsern freundlichen lieben Oheim, Schwagern und Hn. Vättern, in gesamter Vormundschafft weyland Herrn Christiani, Hertzogen und Churfürsten zu Sachsen &c. Christlöblicher Gedächtniß, nachgelassener Jungen Herrschafft &c. und thun kund Jedermänniglich &c.* Vid. Dn. *Alexandri* l. c. pag. 64; Unde simul cernere liceat, Soli *Friderico Wilhelmo* Administratoris Electoratus encomium fuisse tributum; thesin corroborante *Homagii* formula, An. 1592, 19 Mart. *Dresdæ*, à Statibus præstiti, (apud Dn. *Müllerum*, in *Annal. Saxon.* ad h. a. pag. 207 & 208,) verb: *Ihr sollet geloben, und schworen, als den Durchlauchtigen, Hochgebohrnen Fürsten und Herren, Herrn Christian, Herrn Johan Georgen, und Hn. Augusten, Hertzogen zu Sachsen &c. auch, von Ihrent wegen, in Ihren unmündigen Jahren, und biß daß Sie mündig werden, dem Durchlauchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Friederich Wilhelmen, Hertzogen zu Sachsen &c. Der Chur-Sachsen Administratorn, für sich, und an statt des auch Durchlauchtigsten, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Johan Georgens, Marggrafens und Churfürstens zu Brandenburg, in gesambter Vormundschafft Ihrer Fürstlichen Gn. Gn. Gn. &c.* Quo etiam referendum, quod Solus Dux laudatus, in Electorali Collegio, Recessum Imperii *Ratisbonensem*, An. 1594, hoc nomine, subscripserit, ibi: *Friederich Wilhelm, Hertzog zu Sachsen, Vormundschafft, und der Chur-Sachsen Administrator, Landgraf in Thüringen, und Marggraf zu Meissen &c.* &, paulo post, in Collegio Principum: *Friederich Wilhelm, Vormundern, und der Chur-Sachsen Administratorn, und Johann, Gebrüder, Hertzogen zu Sachsen &c. wegen ihrer Erblanden; Wolffgang Spelt, der Rechten Doctor &c.* Quamvis inferius, in subscriptione, ratione Comitatus Principalis

cipalis Hennebergici mentio simul Con-Tutoris Brandenburgensis occurrat: *Friederich Wilhelms Hertzogen zu Sachsen, und der Chur-Sachsen Administratorn &c. vor Sich, und von wegen Johan Georgen, Marggrafen und Churfürsten zu Brandenburg &c. in Vormundschafft Christian, Johan Georgen, und Augusten, Gebrüder, Hertzogen zu Sachsen &c. und dan Hochermeldter Administrator vor Sich, und von wegen dero Brudern, Johansen, Herzogen zu Sachsen, als gesampte Innhabern der Fürstlichen Graffschafft Henneberg, Humpert von Langen &c.* Conf. Dn. à *Pühel* l. c. *§.* 76. ad 88; *Europ. Heroldt*, Tom. I, pag. 217; Dn. *Struvius* l. c. pag. 341; Dn. *Alexandri* l. c. Cap. I, §. 17, p. 18.

Ut Argumenta *Tutelam testamentarium* propugnantium Dn. *Harprechtus* l. c. & Dn. à *Pühel* l. c. §. 50 ad 72, *Zeschlinum* secuti, diluere sunt visi; ita Dn. Auctor noster, seq. §. 5, ad quædam respondet, quæ pro *Tutela legitima* faciunt. Est autem rixa Principum à Superiore, nec à Privatis, decidenda. Id forsan dicere licet: *regulariter* potiores esse *Tutoris legitimi* partes; regulam vero non adeo firmam esse, quin, certis casibus, pro *Testamentario* non sit respondendum, v. g. ubi (1) certissima repeniuntur indicia periculi, à *Tutore legitimo*, Reipublicæ, aut Pupillo, metuendi; exemplo sit Tutor ejusmodi, qui, tempore administrandæ tutelæ, capitalis Pupilli inimicus existit, aut à parte hostium Reipublicæ stat; unde non malè *Conringius* ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. 4, *§.* 25, pag. 168: *Nec illud est obscurum, merito excludi à tutela Legitimum cæteroquin Tutorem, si omnino certum, ab illo, Reipublicæ, aut Pupillo, immineat periculum. Utique enim committi Reipublicæ administratio debet tantum illi, qui ejus commodo studet, & omnis tutelæ institutio bonum spectat pupillorum &c.* aut (2) si in vinculis teneretur, quod contigit, tempore obitus *Christiani I*, Elect. Saxoniæ, *Johanne Friderico II*, Duce Saxo-Gothano, custodiam *Styriæ* tunc subeunte; aut (3) non esset Laicus, sed Clericus, contra cit. *Bullam Carolinam*, An. 1376, nec non *Sigismundinas*, An. 1414 & 1434, verb. *Laicus duntaxat*; quæ dispositio, quoad Principes Romano-Catholicos, adhuc hodie, procul dubio, valet, vid. Dn. *Schütz* l. c. *Thulemarius* l. c. *§.* 8, pag. 541; aut (4) Religionem profiteretur in Imperio non receptam; aut (5) Ipsemet ætatem legitimam nondum foret natus, (ad quam, ob generalem Constitutionem Justinianeam L. fin. C. de *Legitima Tutela*; juncto §. *Furiosus*, Instit. *Qui testamento Tutores dari possunt*; & §. ult. Instit. de *Fiduciaria Tutela &c.* Aurea Bulla nihil in contrarium statuente, *Buxtorffius*, ad A. B. §. 86, lit. c; *Cubachius* l. c. §. 35; *Schütz* l. c. §. 16, lit. c. pag. 519; *Limnæus*, ad A. B. Cap. VII, §. 2. Observat. 25, pag. 387; Dn. *Schweder*, l. c. pag. 768; *Thulemarius* l. c. aliique, *viginti quinque* annos requirunt; *Freherus* licet, ad *Bullam Sigismundi*, cit. vers. *donec debitam &c. Rumelinus* l. c. §. 5, pag. 205; *Wolfgangus Textor*, *Jur. Publ.* Tit. VIII, §. 104; *Hœggmayerus*, de *Primis principiis Jur. Publ.* Sect. V, §. 13, lit. c, pag. 159, & alii, annos *decem & octo* sufficere arbitrentur, eo quod nec in ipso Electore plures requirantur: Eidemque hac ætate fruenti, Fratrum tutela committatur: absurdum insuper sit, eum, ob ætatem, à tutela repelli, cui, casu existente, in illa ipsa ætate, jus, vox & potestas Electionis, omniaque inde pendentia, plene & totaliter assignantur; quæ tamen *Schützio* levia videntur; minimum, si Familia quædam peculiari privilegio veniam ætatis impetraverit, octodecim annorum Principem tutela valide fungi posse, post *Cothmannum*, Vol. I. Consil. 42, §. 23, & *Arumæum* ad A. B. Discurs. 4, n. 15, bene censet Dn. *Thulemarius* l. c.) Aut (6) Tutore Testamentario proximior Agnatus non daretur; v. g. quando Potentiss. Rex Poloniarum & Elector Saxoniæ, *Fridericus Augustus*, An. 1698, 6 Octob. *Lemberga*, Testamentum condendo, rerum humanarum inconstantiæ memor, Serenissimum Ducem Saxo-Weisenfelsensem, *Johannem Georgium*, bienni filio, Serenissimo Principi, *Friderico Augusto*, in casum obitus sui, Tutorem valide constituit, etiamsi Tutela, virtute A. B. ad eundem spectasset, vel ipso Testatore Potentissimo agnoscente, (apud Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs-Archivs*, 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, *§.* 76, pag. 243.) verb. *Daß Uns zu Gemüthe gegangen, was Unsers in GOtt ruhenden Aelter Herrn Vatters, weyl. Churfürsten Johann Georgen des Ersten, zu Sachsen, Gnaden und Ld. Glorwürdigster Gedächtniß, bey dergleichen Vorfall und Gelegenheit, gethan; und sind dannenhero schlüssig worden, gegen obgedachte Unsere Getreue Landschafft, Unser Gemüth und Meinung zu declariren, und zu eröffnen, wie es, auf den Fall, der in GOttes des All-Allmächtigen Händen stehet, und Uns, nach Seinem allerheyligsten Rath und Willen, begegnen kan, da Wir dieses Zeitliche mit der Ewigkeit verwechselten, ehe und bevor Hochgedachten Unsers Chur-Printzens Ld. dero Chur-Mindigkeit erlangten, mit der Vormundschafft und Administration Unsers Churfürstenthumbs und Landen, gehalten werden solle; allermassen denn nun, sowohl die allgemeine, als auch besondere Sächsische Güldene Bullen, und das darinnen begründete Primogenitur-Recht, ob- Hochgedachten Churfürstens Testament, und Compactaten, die Kayserlichen Decreta, Reichs- und Konigliche Böhmische Belehnungen, und die darauf eingerichtete Landes-Huldigungen, dem nächsten Agnaten Unsers Chur-Hauses, nach Unserer Linie Abgang, (welchen der*

Grundgütige GOtt in Gnaden verhüten wolle,) die Succession und Folge Unserer Lande transferiren und zueignen, und also auch, solchem nach, auf den Durchlauchtigen Fürsten, Unsern freundlich Lieben Vetter, Herrn Johan Georgen, Hertzogen zu Sachsen (tot. tit.) *die Legitimam Tutelam übertragen; also erklären Wir Uns hiemit, und vermöge dieses offenen Anschlags, daß Wir oberwehnter Ihrer Ld. sothane Vormundschafft und Administration gnädig gerne gönnen, und darwider, weder durch Testament, noch in andere Wege, nichts verändern, oder etwas dargegen thun und fürnehmen, noch andern, solches zu thun, gestatten, zugleich aber auch Unsere getreue Landschafft dahin verbunden haben wollen; thun demnach solches hiemit, und begehren an dieselbe gnädigst, zweifflen auch im geringsten nicht, es werde und wolle Unsere getreue Landschafft, auf obgedachten Fall, sich an Niemand anders, als vorbesagte Ihre Ld. und wenn, nach dem Willen GOttes, dieselbe sodann nicht mehr am Leben, an den nechsten und Mündigen Fürsten, der Fürstlichen Weissenfelsischen Linie, nach der Primogenial-Ordnung, jedoch auf gleichmässige Conditiones, gebührend halten, dieselbe vor den Chur-Vormund, und Administratorn Unserer gesamten Lande, erkennen, ehren, und respectiren &c.* Aut (7) Agnati plane deficerent, nec (8) simultanee investiti reperirentur, nec qui (9) Confraternitatis, aliove simili pacto, muniti, proximum jus succedendi demonstrare, sicque una legitimam tutelam prætendere valerent, per ea, quæ Dn. à *Pübel* l. c. Cap. VIII, §. 18 & seqq. tradit; ne dicam (10) nondum penitus expeditum: Num A. B. provisio circa tutelam Electoralem, intelligenda sit, de nudo Archiofficio, eligendique Jure? an vero simul extendenda ad administrationem Provinciæ? & quidem solius Electoratus? numve omnium Provinciarum ad Electoralem Pupillum spectantium? casu sane priori, legitimus Tutor nihil obesset Testamentario, nec hic legitimo, ut adeo statuere liceret, Electoribus, non minus ac reliquis Imperii statibus, fas esse, dare liberis in Testamento Tutores; quod ipsum publice etiam probatum videtur, arg. R. J. *Ratisbon.* An. 1654, quem subscripserunt, nomine *Albrechten, in Ober- und Nieder-Bayern, auch der Obern-Pfaltz Hertzogen ---- NB. als des Chur-Fürstenthumbs Bayern Administratorn, Maximilian, Graf Kurtz ---- Maximilian Wilibald, des H. R. R. Erb-Truchsäß, Graff zu Wolffegg &c.* & postea, sub Rubrica: *Weltlicher Fürsten Botschafften; von wegen Marien Annen, in Ober- und Nieder-Bayern, auch der Obern-Pfaltz Hertzogen ---- NB. verwittibten und bevollmächtigten Regentin, in Vormundschafft Ihres Sohns, Ferdinandi Mariæ, Hertzogen und Churfürsten in Bayern &c. wegen der Hertzogthüm Ober- und Nieder-Bayern &c. Herman Egon, Graf zu Fürstenberg &c.* Hic certe offendis Legatos Administratoris *Ferdinandi Mariæ*, in Collegio Electorali, & ejusdem Matris, qua Tutricis, & Administratricis Superioris & Inferioris Bavariæ, in Collegio Principum; manifesto exemplo præter Tutorem legitimum, etiam alios, certo respectu, constitui posse; de qua thesi, plura Dn. *Coccejus*, l. c. Cap. 29, §. 17 & seqq. pag. 428 &c. & Dn. *Alexandri* l. c. Cap. V, §. 3 & seqq. pag. 115 &c. Coronidis loco quæritur: Quid obtineat: *Si, proximo Agnato, tempore suscipiendæ Tutelæ, adhuc minorenni, remotior proximus Agnatus, justam agens ætatem, vi Legis publicæ, tutelam Electoralem adierit, & proximior ille Agnatus, durante Administratione remotioris, legitimam ætatem consequatur, priusquam minorennis Elector majorennis fiat?* Lege id definitum haud est. Existimat tamen *Rumelinus* l. c. §. VI, pag. 206, arg. cit. Cap. VII. A. B. quo cautum simpliciter: legitimum Tutorem talem manere debere, donec Pupillus Elector ad legitimam pervenerit ætatem; (quod & in præfatis *Caroli IV.* & *Sigismundi* Bullis, verbis modo exhibitis, repetitum,) Tutelam Ei, qui semel administrationem ejus in se susceperit, auferri non posse, solo casu excepto, quo Pupillus justam attingat ætatem. Contrarium autem defendunt *Limnæus* ad A. B. l. c. Observat. 26, pag. 388; Dn. *Thulemarius*, l. c. §. 7, pag. 540; Dn. *Schweder* l. c. pag. 768; docentes: ejusmodi Tutorem administratione Tutelæ, cedere teneri Agnato proximiori, statim ex quo legitimam ætatem, quæ hactenus ei defuit, sit assecutus, ob rationes, quod (1) Jus quæsitum proximiori Agnato, justam ætatem assecuto, dubium reddi, multoque minus auferri nequeat, propterea, quod, nimis teneræ ætatis intuitu, hactenus eo frui Ei non licuerit; (2) Art. 49. *Weichbild*, dicatur verbis expressis: *Stirbt ein Mann der Kinder hat, die zu Ihren Jahren nicht kommen seind, Ihr nechster Ebenbürtiger Schwertmag soll Ihr Vormund sein, biß sie zu Ihren Jahren kommen; und ist er* (proximus Agnatus) *selbst zu seinen Jahren nicht kommen, also, daß Er Ihn nicht vorstehen mag, so soll sein Helffer sein ein ander sein ebenbürtiger Schwerdmag, und soll alslang Vormund seyn, biß die Kinder zu Ihren Jahren kommen, oder, biß daß Ihr rechter Vormund Ihnen vorstehen mæg, und soll den Kindern ihr Gut verrechnen, vor Ihrem rechten Vormünden,*

den, von Jahr zu Jahr, wo ers in Ihre Nothdurfft gethan hab &c. (3) *Schneidewinus*, ad Tit. Instit. de *Fiduciaria Tutela*, moneat, à doctoribus Juris Civilis communiter concludi, si proximior Agnatus minorennis est, tantæ vero ætatis, ut sperare liceat, Eum majorem futurum, priusquam impubes, de cujus tutela agitur, pubes fiat, locum quidem hoc casu esse tutori dativo, eum vero tutelam diutius gerere non posse, quam proximior ille justam ætatem sit nactus. Num dispositio Juris privati, quoad tutelas Electorales, regulæ instar consideranda veniat? judicent alii. Conf. Dn. *Schütz* l. c. pag. 519.

Quid autem, si casum ponamus: *Proximiorem Agnatum, ex Lege Imperii, esse Tutorem Primogeniti quoad Electoratum; Ejus fratribus vero, quoad Provincias alias, ad Electoratum non spectantes, datos esse per testamentum Patris, tutores alios, & Primogenitum mori, antequam ad ætatem legitimam pervenerit?* quæritur: *Num Tutor legitimus, qui hactenus Administrationem Electoratus procuravit, etiam Tutor maneat Secundo-geniti, tanquam futuri Electoris; an vero Tutor testamentarius tutelam continuet?* Pro *Testamentario* facit (1) §. 3 Instit. *Quibus modis tutela finitur*; quo cautum: tutelam, vel morte pupillorum, vel tutorum, finiri; (2) §. 5 Instit. de *Curatoribus*, docens: Habenti Tutorem, alium tutorem dari non posse; quod & L. 9 C. *Qui dare Tutores, vel Curatores, possunt*, (L. V, Tit. 34) confirmatur. (3) quod, licet, ob augmentum facultatum, priori tutori alius adjungi queat, prior tamen propterea ab administratione non liberetur; arg. l. 9 ff. de *Administratione & periculo tutorum*, (Lib. 26, Tit. 7) & l. 5, C. *In quibus casibus Tutorem vel Curatorem habenti, tutor vel curator dari potest*; (Lib. 5, Tit. 36) (4) Quod inconveniens futurum sit: alium habere tutorem, respectu Electoratus; & alium, respectu Provinciarum, ad Electoratum non pertinentium; vid. *Rumelinus*, ad A. B. cit. Part. I, Dissert. VII, §. 4, pag. 204, provocans ad *Bocerum*, Class. I, Disput. 14, §. 32, & *Andream Gerhardum*, apud *Arumæum*, Discurs. Academ. XXI, §. 44 &c. Ego contra pro *Legitimo* starem; quia (1) Pater, in præjudicium Legis publicæ, nihil statuere potuit; nec (2) præsumendum, eum voluisse, post fata Primogeniti, alium ejus Fratri, ætate proximo, tutorem esse, quam legitimum; (3) Testamentarius tutor, hoc casu, aliter considerari nequit, quam tutor ad certum tempus constitutus; quod hic venisse censendum, ex quo Legitimum administrare tutelam Leges jubent. (4) Oppositæ Leges loquuntur saltem de Tutoribus simpliciter, nec ad certum tempus, datis, quod illis non abrogatis alii superaddi nequeant, nisi quoad facultatum incrementa; quam exceptionem A. B. ignorat.

(b) DECEM ET OCTO ANNOS COMPLETOS &c. Vigore A. B. Cap. VII, §. 4, ibi: *Legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos, censeri volumus, & statuimus perpetuo haberi*; Versio Germanica apud *Goldastum*, Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, pag. 53, habet: *Das Alter achten Wir an eim Fürsten achtzehen Jare follenkommen, und wollen und setzen, daß es ewiglichen also gehalten werde &c.* Nec aliter intelligendus Cæsar, *Carolus IV*, adhuc eodem anno 1356, *an S. Johansen des H. Evangelisten Tag*, sententiam Norimbergæ publicando, *in Sachen zwischen Pfaltzgraff Ruprecht dem ältern, und Hertzog Ruprecht dem Jüngern, wegen der Chur-Pfaltz*, apud *Goldastum*, l. c. pag. m. 64, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplomat. Palat.* §. 140, pag. 90 & 91, (qui documentum hoc ex *Freheri* Diss. de *Legitima Tutela Curaque Electorali Palatina*, hausit;) inquiens §. 3: *Were das Sache, daß ir einer also verschiede, daß er Lebens-Erbin lizze, die ire Jare nicht hetten, so sol der ander derselben Erben Vormünder sin, in allen Sachen, wie die genant sin, üntz an die Zit, daß sie mündig werdin, und bi Namen an der obgenanten Küre, üntz an die Zit, daß der Elteste utz denselben Erbin Achtzehen jæhrig werde, wannen Wir dieselben Jahre zu der Küre zu einem elichen mündigem Alter gemacht haben, mit Vollinkommenheit Unsers Kayserlichen Gewaldes ---- Wanne aber derselbe Elter Sun achzehen Jahr alt wirdet, zu Hant soll Im derselbe Formunde alle Lande, Herschefft e, Wirdekeit, Eren, und ander Rechten, Nutzen und Zugehörungen, die Er alz ein Vormunde ingenommen hat, an alle Widerrede, Fürzog, oder Hindernizze, abtretten, und Im die inantwürten, an Geverde &c.* Conf. Ejusdem Bulla, *de Jure & Successione Electorum Saxoniæ*, de dato *Franckenford*, An. 1376, quarto Id. Junii, præced. lit. a, aliquoties laudata, §. 7, ubi, mentione facta finitæ Tutelæ; *Cui etiam Juveni* (Electori) *quam cito ætatem debitam pertingenti, vocem, jus, dignitatem & potestatem prædictæ Electionis*, (Imperatoris) *ac omnia & singula ab ipsis dependentia, idem Tutor, sine difficultate, & renitentia qualibet, tenebitur, & debebit protinus assignare. Ætatem autem debitam, in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum censeri volumus & haberi &c.* Quæ verbotenus & in Bulla *Sigismundi*, de An. 1414, cujus præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a, memini, habentur, excepto quod in hac

 poste-

posteriori, verba ab initio posita, rectius sic legantur : *Cui etiam Juveni, quam cito ad ætatem debitam pertigerit &c.* Nec est, quod cum *Andrea Knichenio*, de *Saxonico non provocandi Jure*, verb. *Electorum*, Cap. V, §. 42, pag. 110, *annum decimum octavum attigisse*, sufficere putemus, ita, ut annum cœptum, pro completo, habeamus; quia interpretatio hæc sensum A. B. non assequitur, quippe quæ *octodecim annos completos* exigit; proinde nec obstat, quod, in honoribus capessendis, causa favoris, annus inchoatus pro completo censeri soleat, arg. l. 8, §. 1, ff. de *Muneribus & Honoribus*, ibi: *Annus autem 25 cœptus, pro pleno habetur; hoc enim in honoribus, favoris causa, constitutum est, ut pro plenis inchoatos accipiamus &c.* Juncto L. 41 ff. de *Manumissis Testamento*, verb: *Duodecimus annus est, cum quantumlibet ex duodecimo anno venisset, aut præteriisset, & qui duodecimo anno liber esse jubetur, omnibus anni diebus liber esse jussus est &c.* ut & L. 74, ff. *Ad Senatus-Consultum Trebellianum*, verb: *Recitabant Divi Hadriani constitutionem, in qua, quantum ad munera municipalia, jusserat, eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari &c.* Etiamsi *Michael Hospitalius*, Franciæ Cancellarius, An. 1563, *Rothomagi*, ut probaret, *Carolum* IX, Galliarum Regem, anno decimo quarto ætatis incipiente, majorem esse, (teste *Gothofredo*, in Not. ad L. 8, cit. ff. de *Muneribus*,) ad has Leges provocaverit; Quid enim hæ Leges, contra claram Constitutionem Imperii? certe, quod *completum* esse debet, nequit esse *incompletum*; atqui *anni decem & octo completi*, expressis verbis, hic requiruntur; Ergo, *annus decimus octavus inchoatus*, pro *completo* haberi non potest; quoniam à momento in momentum tempus spectatur, juxta L. 3, §. 3. ff. de *Minoribus 25 annis*; & *Tempus, alicui rei præfixum, de forma ipsius rei esse censetur*; per ea, quæ tradit *Bechtoldus*, Lib. 18 *Axiomatum*, Cap. 8, §. 6, pag. m. 706; in tantum, ut *qui Tempus Legis non observat, non dicatur formam Legis observare*; arg. L. 4. §. 6, ff. de *Offic. Proconf.* Quo etiam faciunt L. 5 ff. *Qui Testamenta facere possunt*; L. 49, princ. ff. *de Legatis I*; L. 48 ff. de *Conditionibus & Demonstrationibus*; L. 5, C. *Quando dies Legati cedit* (Lib. VI, Tit. 53) & §. I Instit. *Quibus modis Tutela finitur &c.* Quæ Leges omnes de *annis completis* loquuntur. Variis rationibus fulciunt hanc sententiam: *Johannes Zeschlinus*, cit. Tract. de *Tutela Electorali legitima*, Cap. 8, §. 906; *Rumelinus* ad A. B. Part. I. Dissert. 7 §. 7, pag. 207, ibique *Mylerus* in *Additionibus*, lit. a. *Limnæus*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap VII, §. 47, & seqq, p. 67, & A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 27, Rubric. pag. 388, & Observat. 28, pag. 389; *Schützius* Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 16, lit. B, pag. 514; *Bechman* ad A. B. Tit. VII, Exercit. V, §. 38; *Strauchius*, Dissert. Exoter. 2, §. 7, pag. 52; *Pühel* l. c. Cap. X, §. 8; *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. 23, §. 3, p. 318; *Textor*, *Jur. Publ.* Tit. 8, §. 114 &c. *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I. Tit. XII. §. 7, pag. 124. *Thulemarius*, Cap. 27 *Octovirat.* §. 9, pag. 541; *Schweder* l. c. Part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 12, p. 768; *Hornius*, *Jur. Publ. Prudentia*, Cap. 29, § 4, pag. 235; *Crüger* l. c. Part. spec. Memb. I, Discurs. 10, §. 1, pag. 146 &c. *Hæggmayr*, de *primis principiis Juris Publici*, Sect. V, Aphor. 13, lit. c, pag. 159; *Joh. Albertus Hevlein*, Diss. de *Filiis Electorum*, Præside Dn. *Wildvogel*, An. 1711 Mense Julio, Jenæ habita, §. 19, pag. 22; aliique plures; & quidem eo usque thesin hanc propugnant, ut, nulla dispositione Paterna, terminum hunc coarctari, extendive posse, arbitrentur; vid. *Zeschlinus* l. c. §. 903; *Arumæus*, *Discurs. Acad.* 19, §. 13; *Schütz* l. c. *Rumelinus* l. c. §. 8, pag. 208; *Strauchius* l. c. Dn. *Thulemarius* l. c. Dn. *Crüger* l. c. §. 3, pag. 148; Frustra in contrarium provocatur ad exemplum *Joachimi I*, Electoris *Brandenburgici*, quem, mortuo An. 1499, 9 Jan. Parenti *Johanni*, utut anno demum 1484, 21 Febr. natum, proinde nec quindecim annos completos habentem, suasu Moguntini Electoris, *Bartholdi*, (qui Principi suggesserat, *eam esse A. B. mentem, ut Primogenitus Electoris Secularis in Electoratu succederet, nihilque plane ætatem annis octodecim minorem successioni isti nocere, nisi quod ab Electione Romanorum Regis Eum abesse juberet, qui octodecim annos completos nondum attigisset*,) in Electoratu successisse, homagiumque à subditis exegisse, ex *Cernitio*, in *Descriptione Electorum Brandenburgensium, Burggraviorum Norimbergensium Stirpis*, & quidem in vita *Joachimi I*, pag. 48, & in Edit. Gallica Dn. *Antonii Teissier*, Berolini An. 1707 excusa, pag 39; *Limnæo*, *Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. VII, §. 42, pag. 66; & ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 30, pag. 391; Dn. à *Pühel* l. c. Cap. IX, §. 5 & seqq. Dn. *Thulemario* l. c. §. 9, pag. 541, aliisque, discimus; quoniam, ubi à *Maximiliano I* Imperatore, consentientibus Electoribus, desuper dispensatum fuerit, expresse cautum testatur *Additionator Eleutheropolit.* ad *Monzambanum*, Cap. 4. §. 4, pag. 104, nunquam id in exemplum esset trahendum. Conf. Dn. *Thulemarius* l. c. Dn. *Crüger* l. c. §. 4, pag. 149; ne dicam, solius Moguntini Electoris plane non esse, Imperii Leges pro lubitu interpretari. Nec magis juvat Exemplum *Josephi Clementis*, Electoris Coloniensis, favore Conclusi Electoralis Collegii de dato *Regensburg* 1-11 Dec. An. 1688; (cujus formulam præced. Lib. I, Tit. XIV, §. 5, lit. B, pag. 1062 offendis,) urgente necessitate, ad Electorale munus admissi,

missi, quamvis anno demum 1671; 5 Decemb. St. N. in lucem esset editus, consequenter, nondum decimum septimum ætatis annum completum transegisset; ob annexam clausulam, de non ad illud provocando.

(c) ASSIGNARE &c. Vigore ejusdem A. B. Cap. VII. §. 4, verb. *Quam* (legitimam 18 annorum ætatem) *dum attigerit*, (Pupillus) *Jus, vocem, & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, Tutor ipse sibi totaliter, cum officio, teneatur protinus assignare &c.* Idem habetur in Bulla *Caroli IV*, de *Jure & Successione Electorum Saxoniæ*, de An. 1376, pariter ac in illa *Sigismundi* de An. 1414 & 1434, quarum præced. lit. a, memini; verbis præced. lit. b. jam extantibus. Sunt equidem, qui existimant, verba hæc, de sola potestate eligendi Imperatoris, accipienda esse, nec simul de Provinciis Electoralibus; eo quod (1) in toto contextu Tit. VII. A. B. de *solo jure eligendi*, sermo sit; nec (2) præfatæ Constitutiones *Caroli IV* & *Sigismundi* aliud innuant; (3) Bulla *Carolina*, §. 7. expressis verbis, ætatem legitimam, respectu habito ad jus eligendi, separet ab ætate legitima, quoad Principatus, Ducatus & Dominia gubernanda, ibi: *Ætatem autem debitam in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum censeri volumus & haberi. In Principatibus autem, Ducatibus, & Dominiis aliis temporalibus gubernandis, ætatem observandam decernimus, prout à Divis Imperatoribus & Regibus, Prædecessoribus Nostris, sancitum.* Quæ cuncta & in Bulla *Sigismundi*, modo memorata, reperiri, præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a. jam monitum. (4) Hocque fundamento, *Richardus* Palatinus, ab obitu *Johannis Casimiri*, Electoratus Palatini Administratoris, Tutelam, seu Curam, *Friderici IV.* Electoris, ex A. B. ad se devolutam perhibens, Ei, (ut seq. §. 6, & 9, dicetur,) Principatuum administrationem, priusquam ætatis annum XXV. complevisset, An. 1592, tradere recusaverit. Enimvero, cum Jus eligendi ita annexum sit Electoratui, ut alterum sine altero, juxta tradita præced. Tit. 8, §. 25, lit. a, subsistere nequeat, non video, qua ratione Electorum ætas, ab A. B. prædictisque Bullis peculiaribus definita, ad solum eligendi Imperatoris actum, restringenda sit, nec simul ad Provincias Electoratum constituentes, earumque administrationem, extendenda. Postulat sane hoc tenor A. B. expressus, cit. Cap. VII, & XX, utpote quo definitum, Fratrem Seniorem *Tutorem*, pariter, & NB. *Administratorem* esse debere, donec Pupillus legitimam ætatem attigerit, cui tunc *vox, jus, potestas & omnia inde dependentia* restitui jubentur. Quis hic administrationem Electoratus excipiet? in quonam ergo consistat *potestas, Electori restituenda?* & illud *omne*, quod *à Jure, voce, & potestate*, taliter restituendis, *dependet?* Conf. *Arumæus*, T. I. *Jur. Publ.* Discurs. 37, Quæst. 2, & ad A. B. Discurs. 4, Cap. 6, §. 14; *Limnæus*, *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 58, pag. 69; *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Dissert. 7, §. 9, pag. 209; *Strauchius*, Dissert. Exoter. 2, §. 7, pag. 52; Dn. *Thulemarius*, l. c. Cap. 27, §. 12, pag. 542; Illust. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. VII, §. 13, pag. 207 & 208; Dn. *Crüger*, Part. spec. *Novemviratus*, Membr. I, Discurs. X, §. 4, pag. 148 & 149; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 11, pag. 768; Dn. *Hæggmayr* l. c. Sect. V, Aphorism. 14, lit. a, pag. 161 &c. Doctrinæ Illustris *Cocceji*, *Juris Publ. Prudent.* Cap. 19, §. 17 & 18, pag. 429 & 430, principiis *Richardi*, C. P. R. qui, (ut modo dictum,) An. 1592, mortuo Electoratus Administratore, *Johanne Casimiro*, Electori, *Friderico IV.* Electoratus Administrationem, priusquam annum ætatis 25 transegisset restituendam haud esse, totis viribus propugnare moliebatur, inhærentis, se opponens. Ne dicam, usum & observantiam Imperii, optimum hic esse Judicem; tot Exemplis testibus, neminem unquam ad officium Electorale fuisse admissum, nisi qui simul rerum suarum, omnium arbiter fuerit & Director. Vid. seq. §. 9, lit. c. (siquis ad verba *Caroli IV.* & *Sigismundi* Bullarum: *In Principatibus autem &c.* provocet; sciat, nondum expeditum esse: Num illa de Principatibus, Ducatibus & Dominiis temporalibus, ad Electores, præter ita dictos Electoratus, pertinentibus, accipienda sint? an vero, ut Dn. Auctori nostro, seq. §. 9; Dn. *Crüger*, l. c. §. 5, pag. 150, aliisque, videtur, de Provinciis aliorum Principum Imperii? posteriori casu, nihil præjudicii inde timendum, cum sermo saltem sit de Electoribus, non de Principibus reliquis; nec priori, donec probetur, Auream Bullam, qua fundamentalem Imperii Legem, solenniter latam, & in Comitiis promulgatam, per peculiares Bullas *Caroli IV* & *Sigismundi*, hac in parte, esse sublatam. Conf. Illust. *Schützius* cit. Vol. I. *Juris Publici*, Exercit VII, §. 16, lit. B, p. 516; add. seq. §. 9, lit. c.

(5) An, quia hic, in Aurea Bulla, dicitur, quod Senior Frater, Primogeniti impuberis Tutor esse debeat, Elector, in Testamento Tutorem dare (a) possit, nec ne? vehementer disputatur. Fatendum est, Carolum, Conditorem Aureæ Bullæ, mentem suam clarius exprimere, & omne dubium, paucis verbis amputare potuisse, si expressisset, disertis verbis, tutelam testamentariam, in proposito casu, vel esse, vel non esse interdictam: cum autem

autem hoc factum non sit, benignior est sententia eorum, qui testamentariam tutelam hic non prohiberi asserunt. [I.] Quia omnia Jura, (b) Jus naturæ, Jus gentium, & Jus civile, parentibus permittunt, ut, cum mortui amplius liberos juvare non possint, iis saltem superstites ac morientes consulant, ac prospiciant, id quod vel maxime sit tutoris datione: & hinc est, quod omnibus reliquis tutoribus tutor à patre datus præferatur; quod talis tutor satisdare non cogatur; optime enim à patre liberis semper prospectum esse (c) præsumitur, & fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata videtur. *pr. J. de satisdat. tut. l. 7. 8. 9. & 10. ff. d. confirm. tut.* quod cum expresse in Jure publico non sit mutatum, cur stare prohibeatur? [II.] Quia, si Imperator hic aliquid mutasset, aut hoc fecisset sponte, aut petentibus Electoribus, aut petentibus agnatis: sed neutrum horum dici potest, ergo nihil mutavit: non prius, quia in eo totus est *Carolus IV.* ut augeat jura, & privilegia Electorum in A. B. non ut adimat (d) iis ea jura, quæ omnibus hominibus omni jure conceduntur: non posterius, quia non præsumendi sunt EE. vel reliqui agnati, quod petierint talem duram legem, sed, si tale quid factum dicatur, hoc probandum erit. [III.] Quia Imperator hic saltem occasionaliter, ut ita dicamus, de tutela filii primogeniti agit, non principaliter & ex instituto. [IV.] Quia hanc opinionem confirmant sententiæ judiciales: vide ea, quæ acta sunt, circa tutelam, testamento *Friderici IV.* Electoris Palatini datam, anno 1611. *Dionys. Gothofr. de Testament. Elect. Tut.* Dissentientes urgent [I.] vocabulum, *tunc*, in A. B. &, *existat*: scilicet, dicunt, is tunc ipso jure legitimus tutor existat, nec tutor alius admittatur. Verum, respondemus: horum verborum sensus est, cæteris paribus. Tunc enim ipso jure existat Senior tutor legitimus, si alius testamento datus non est, ad exemplum legis 12. tabb. si furiosus est, agnatis gentilibusque, in eo, pecuniaque ejus, jus esto; non enim Lex 12. tabb. parenti adimit jus dandi tutorem filio furioso, vel Magistratui, quando minor est, jus dandi curatorem, *l. 3. §. 1. ff. de tut.* sed si nullum tutorem habeat, aut curatorem à Magistratu datum, tunc agnatis gentilibusque in eo, pecuniaque ejus, jus esto. Aliud exemplum vid. *in l. 4. §. 6. D. de offic. Proconf.* [II.] Dicunt, pater non potest testamentum condere de Electoratu; Electoratus enim est indivisibilis, & alienari non potest testamento, sed integer ad filium primogenitum pervenire debet. Verum, manifeste connexio hujus argumenti laborat; diversa enim sunt, de bonis Electoralibus, sive dividendis, sive alienandis, velle testari, & jus illud, quod solus primogenitus habet, auferre vel minuere: & his manentibus salvis, personæ pupilli, quæ diversa est à bonis, tutorem velle constituere; patetque id exemplo feudorum, in quibus, licet vasallus regulariter super bonis, in feudum concessis, testari non possit, tutorem tamen ei testamento designare permissum est. *Schrad. tract. de feud. part. 2. sec. 19.* Imo, pater filio exheredato potest dare tutorem. *l. 4. ff. de testamentar. tut.* & pater potest testamentum condere de provinciis suis hereditariis, & ab Electoratu distinctis, inque eo testamento filio dare tutorem, qui omnia ejus bona administrabit. [III.] Dicunt, quod ex hac libertate, dandi tutorem in testamento, multa absurda sequi possint, *primo* pater posset dare plebejum tutorem, qui inter Archi-Principes versabitur, deque negotiis Reipubl. Rom. consulet. *Secundo*, futurum quoque, ut mulieres (e) in Collegium Electorum recipiantur, Romanum eligant Cæsarem, tempore Interregni Vicariatum gerant, omnibusque officiis fungantur, in A. B. administratoribus delatis. Verum, hoc posterius leviusculum est; *jamdudum* enim mulieres ab omnibus officiis civilibus remotæ (f) sunt; &, licet jure Justinianeo, matres legitimæ possint esse tutrices, tamen, cum hoc specialiter ipsis matribus sit tributum, generaliter exinde regula, *primo*, formari non debet: *secundo*, hoc procedit, ubi

ubi alia non obſtant; at vero in noſtro caſu, multa obſtant, cur matres non poſſint eſſe tutrices. Prius autem ideo non obſtat, quia, licet poſito, Septemvirum aliquem ex privatis deſignaſſe tutorem, tamen is votum & ſeſſionem non habebit inter Electores ex ſe, & ſuo nomine, ſed ex perſona ejus, cujus tutelam gerit: ad exemplum Legatorum, qui plerumque ſolent eſſe homines privati, & tamen in Comitiis, & univerſalibus & particularibus, recte comparent nomine Principalium. [IV.] Objiciunt, *Carolus IV.* præſumitur voluiſſe aliquid novi inſtituere: jam autem, ſi tutela teſtamentaria in filiis Electorum locum haberet, nihil novi conſtituiſſet. *Reſpondemus:* non opus eſt, ut Legislator ſemper aliquid novi conſtituat, ſed & ea, quæ jam olim conſtituta ſunt, confirmare poteſt. *Secundo,* incidenter tantum agit in hoc capite de tutela, E. etiam tutelæ legitimæ tantum incidenter facit mentionem.

NOTÆ.

(*a*) TUTOREM DARE &c. Vid. præced. §. 4, lit. a.

(*b*) OMNIA JURA &c. Quo etiam divinum referunt; arg. *Eſaiæ* 38, §. 1, ubi Deus mandaſſe legitur Prophetæ; annunciaret *Hiskiæ* Regi imminentis ſibi mortis tempus, ſimulque neceſſitudinem proſpiciendi ſuæ Domui: id quod de condendo teſtamento, & diſpoſitione circa tutelam liberorum facienda, Theologi interpretantur. Enimvero, pium licet ſit, & ſolicitudini Parentum admodum conveniens, ut, ante obitum, Liberis ſedulo provideatur; quis autem ex verbis Prophetæ ad *Hiskiam* valide concludet: Ergo Magiſtratui Politico non eſſe licitum, pro Reipublicæ ſtatu & ſalute, circa Tutores conſtituendos, leges condere & ſtatuta. Id quod & reliquis Juribus, hic nominatis, opponi poteſt, ob L. 6. ff. de J. & J. quæ, pro ratione circumſtantiarum, urgente neceſſitate, & exigente Civitatis commodo, *Juri communi* quædam addi, quædam detrahi poſſe, ut *jus proprium* inde emanet, clare teſtatur. Nonne Jura omnia liberis hominibus facultatem concedunt, de rebus ſuis, per Teſtamenti tabulas, diſponendi? & tamen Leges adſunt, Teſtatoribus modos præſcribentes, tam circa perſonas, quas heredes inſtituimus, quam bona, quæ relinquimus, omnino obſervandos. Vid. Dn. à *Pühel* l. c. Cap. VII, §. 18 &c.

(*c*) PROSPECTUM ESSE &c. Ita præſumitur; aſt judicium illud paternum non ſemper liberum eſt ab affectibus humanis, veluti amore, odio, inimicitia, vindicta, avaritia &c. quibus facile quis circumveniri poteſt; ſecus ac Lex publica, ejusmodi fragilitatibus neutiquam obnoxia. Vid. Dn. à *Bühel* l. d. §. 24 & 25.

(*d*) UT ADIMAT &c. Non ſatis accurate infertur; Aurea Bulla definivit, qualem Electorum liberi, defectum ætatis patientes, mortuis Parentibus, Tutorem habeant? ergo ademtum Electoribus jus, omnibus hominibus permiſſum. Dicendum potius, in hoc quoque aucta eſſe Electorum jura per Auream Bullam, quod ſcil. proximior agnatus Laicus, juſtæque ætatis, ſemper Tutelam adminiſtret, ne ſcil. ſplendori Electoralis Tutelæ, indeque pendenti totius Reipublicæ honori & commodo, aliquid detrahatur; cum homines reliqui quoslibet liberis Tutores dare queant. Quo verba *Johannis Caſimiri* C. P. R. An. 1583. prolata, præced. §. 4, lit. a, occurrentia, reſpiciunt; pariter ac quæ *Lampadius*, de *Republ.* Part. 3, Cap. 4. §. 27, pag. m. 58 &c. profert, juncto *Conringio*, ibid. in Notis, pag. 170.

(*e*) MULIERES &c. Anonymus, in Reſponſo, ad Quæſtionem: *Ob der jetzige Kayſer* (Ferdinandus II.) *in der ſtreitigen Böhmiſchen Sache, Richter ſeyn könne?* ait: *Dann über das, ſo lang das Churfürſtliche Collegium geſtanden, kein Weib jemahls das Churfürſtliche Ampt verrichtet, ſo wäre es auch vaſt ſeltſam, daß man ein Weib dazu laſſen, und dem Churfürſtlichen Collegio ufdringen wolte, in Betrachtung, daß ein Weib nicht allein die Reichs-Lehen mit Waffen, ihrer Qualitäten halber, nicht bedienen kan, ſondern auch daß, wan ein Weib, bey der Wahl eines Römiſchen Kayſers, mitten zwiſchen den Geiſtlichen und Weltlichen Churfürſten, ſitzen, und forderſt mit Ihnen, dem Herkommen nach, reiten, das Churfürſtliche Ampt verrichten, und das Chur-Schwerdt führen ſolte, es einer Comœdie ähnlicher, als einem Churfürſtlichen Collegio, ſeyn würde &c.* Vid. Dn. *Thulemarius*, Cap. 24. *Octovirat.* §. 24, p. 434 & 435.

(*f*) REMOTÆ &c. Arg. L. 2. ff. de R. J. & L. 12, §. 2, ff. de *Judiciis*; & L. 1, §. 4, ff. de *Poſtulando*; conf. *Arumæus* ad A. B. Diſcurſ. 4, §. 10. In contrarium tamen, quoad Fœminas Illuſtres Germanorum, multa proſtant exempla; v. g. *Ottone II.* Imp. mortuo, vidua Ejus, *Theophania*, Tutrix fuit filii *Ottonis III.* Imp. &, ab ipſius obitu, *Adelheidis*, avia, *Ottonis Magni* vidua. Vid. *Ditmarus* lib. 4, pag. 37 & 38. Laudato *Ottone III* & *Ekkihardo*, Marchione Thuringiæ, in Romania commorantibus

Regni istius cura Venerabili Abbatissæ Quedlinburgensi, *Matthildi*, commissa noscitur. Vid. *Ditmarus* l. c. pag. 42. *Sophiam* & *Adelheidam* Sorores Principes, *Werlensi* Germaniæ Procerum Conventui interfuisse, ubi *Henricus Sanctus* Imperator eligeretur, ex eodem discimus, lib. 5, pag. 52, quod *Lehmannus*, Lib. V, *Chron. Spirens.* Cap. 17, pag. 411, & *Rumelinus* ad A. B. Part. 2, Dissert. 3, §. XI, pag. 464, jam, ante me, observarunt. Quanta fuerit *Henrici IV* Imp. Matris, *Agnetis*, in Imperio auctoritas, præced. Lib. I, Tit. V, in vita hujus Principis, pag. 532 &c. dictum. *Sophiam*, Thuringiæ Landgraviam, & *Udulhildim*, Comitissam Leiningensem, magno Fœderi Rhenano, An. 1247, dedisse nomina, documento est *Chronic. Augustens.* apud *Freherum*, T. I *Rer. German.* pag. 375. De Fœminis Illustribus, tutelam Filiorum gerentibus, seq. Tit XX, §. 20 & 21, plura recensebo.

(6) Tutor, sive Testamento datus, sive legitimus, manebit Tutor, donec Pupillus attigit annum decimum octavum. Ubi quæritur: *Si annum decimum octavum nondum omnino compleverit, & Pater vel moriatur, vel Tutor, testamento datus, vel legitimus, desinat esse Tutor, an Curator admittendus sit, usque ad annum decimum octavum completum, ita, ut ne unicus quidem dies, imo nec hora, superesse debeat; ad exemplum Minoris, qui non dicitur Major, usque dum ultimum diem anni XXV compleverit?* Quæstio hæc est disputata Anno 1592, in Friderico IV Electore Palatino, cui cum dies 59 deessent, Richardus Palatinus (*a*) controversiam movit, & Tutor Ejus, seu potius Curator, esse voluit. Verior tamen est opinio, hoc in casu, Administratore opus non esse; (*b*) modicum enim tempus Prætor non curat, & confestim futurum, pro facto; cingendum, pro cincto, & proximum complendum, pro completo, habet. Et A. B. loquitur de eo casu, quod, antequam decimum octavum annum compleverit, Ipsi Electoratus tradi non debeat, qui Tutorem, vel Curatorem, semel acceperit; tunc enim, licet res suas bene administret, tamen ante administratio Ei non committitur, quam si decimum octavum annum compleverit; arg. l. 1. §. fin. ff. de Minorib.

NOTÆ.

(*a*) RICHARDUS PALATINUS &c. Regulariter decem & octo annos completos requiri, priusquam Elector officio suo fungi, & administrationem rerum suarum gerere queat, præced. §. 4, lit. b, dictum. Idque Jure servari, si Electoribus semel dati sint Tutores, sive legitimi, sive Testamentarii, pobatione nulla eget. Quid autem obtineat, si vel Pater, vel Tutor, moriantur, (aliove modo, veluti captivitate; sanæ mentis jactura; perpetuo morborum cruciatu &c. impediti, clavum Regiminis tenere amplius nequeant,) paulo prius quam Elector legitimam ætatem, XVIII scil. annorum, attingat? est proprie id, de quo hic quæritur: an nimirum, casu priori, nihilominus Electori constituendus sit Tutor, juxta A. B. sancita; & posteriori, novus sit substituendus Curator, an non? & nulla Lege hactenus decisum est. Existente casu posteriori, mortuo scil. An. 1592, 6 Januar. *Johanne Casimiro*, Patruo simul & Tutore *Friderici IV* Electoris Palatini, An. 1574, 5 Mart. nati, existimabat *Richardus*, *Johannis Casimiri* Patruus, *Simmerensis* Principatus Dominus, de Jure, Administrationem Electoratus, Terrarumque inde pendentium omnium, ad se spectare, eo quod Ipsius Pro-Nepos ex fratre, laudatus Elector *Fridericus IV*, annum ætatis decimum octavum completum, deficientibus adhuc 59 diebus, nondum transegisset. Præcipuum Ejus fundamentum fuit *Aurea Bulla*, octodecim annos completos in Electoribus requirens; Elector contra causam suam tutatus est principiis Juris, a Domino Auctore hic commemoratis; Faciunt huc scripta publica, hinc inde edita, v. g. *Chur-Pfältzische Ableinung*; Et, in contrarium, *Gründlicher Gegenbericht Pfaltzgraf Reichardts*; Ejusdemque *Wiederlegung*; præsertim *Kurtze Verzeichniß, desjenigen, so sich zwischen Herrn Reicharden &c. und Friderich dem IV, Churfürsten, den 18 Jan. 1592, und die nachfolgende Tage, wegen der Tutel, und respective Curatel, und Administration, verlauffen hat &c.* Duabus insuper Orationibus *Marquardus Freherus*, Electoris causæ Patronus, defendere nitebatur, proposito casu, Administratore novo plane non esse opus, cum tempus modicum, quale sit duorum mensium, Prætor non curet; & notorie confestim futurum, pro facto: cingendum,

pro

pro cincto; (arg. l. pen. ff. de *Testam. Milit.*) & Tempus de proximo complendum, pro completo, (arg. l. 5, ff. *Qui testamenta facere poss.*) habeamus, novaque ejusmodi, nec diu duratura Tutelæ administratio, Imperio non minus, ac ipsis Provinciis Electoralibus, plus incommodi, quam emolumenti, esset allatura. Intuitu quoque harum, aliarumque rationum, ab Imperatore *Rudolpho*, Electorem non solum de Electoratu, sed simul etiam de omnibus reliquis ad Ipsum spectantibus Provinciis, fuisse investitum, tralatitium est. Vid. *Zacharias Friedenreich*, Synopſ. de *Tutel. Elector.* pag. 179; *Buxtorff*, ad A. B. §. 86, lit. g; *Myler*, ad *Rumelinum* ad A. B. Part. I, Differt. VII, §. 7, p. 208; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 16, lit. B, pag. 514; *Limnæus* ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 31, pag. 391 & 392, (quamvis, de Jure, *Richardum* ad Tutelam admittendum fuisse censeat;) *Thulemarius*, Cap. XXVII *Octovirat.* §. 11, pag. 542; Ill. *Rhetius*, *Institut. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. 7, §. 15, pag. 208 & 209; *Hœggmayr*, de *Primis principiis Juris Publici*, Sect. V, Aphor. 13, lit. d, pag. 160; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Differt. XVI, §. 30, pag. 342; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. I, Discurſ. X, §. 3, pag. 148. Notatque Dn. *Thulemarius* l. c. ex *Friedenreichio* l. c. ipsum *Fridericum* IV, Electorem Testamento postea constituisse: *Ætas legitima in Successore octodecim annorum esto: sic tamen, ut, exemplo ipsiusmet Electoris, decimum octavum annum attigisse sufficiat; quamvis A. B. eundem completum exigat: ne forte, ob paucorum mensium defectum, nunc novo Tutori & Administratori, & mox ipsi rursus Successori Legitimo, homagium præstare Subditos, & tot fieri in gubernatione mutationes, necesse sit &c.* Hæc licet ita se habeant, valde tamen vereor, ut occurrente casu, semper valeant; donec publice Legis auctoritate probetur, Testatoribus jus esse, circa terminum, gerendæ tutelæ ab A. B. præscriptum, *completorum*, scil. *octodecim annorum*, disponendi; vel modicum temporis spatium hic non esse attendendum.

(*b*) OPUS NON ESSE &c. Rationibus hic allatis, junge, quod *ducenda* habeatur *pro ducta*; *Peregrin.* Consil. 85, lib. 1, n. 6; *Manumittendus*, pro *manumisso*; L. 12 ff. de *Statu hominum*; *Immatriculandus*, pro *immatriculato*; *Berl.* Conf. 186, n. 8, Vol. 3; *Investiendus*, pro *Investito*; *Schrader*, Part. X de *Feudis*, Sect. I, n. 114; *Absolvendus*, pro *Absoluto*, & *Condemnandus*, pro *Condemnato*, l. 8, §. 2 ff. de *Manumiss.* *Liquidandum*, pro *Liquido*; L. fin. C. de *Compensat.* *Doctorandus*, pro *Doctore*; *Riminald.* Conf. 216, n. 68, lib. 2; *Knipschild*, de *Fideicommissis Familiarum Nobilium*, Cap. 5, n. 74. Conf. Dn. *Thulemarius* l. c. §. 10, pag. 541, juncto præced. §. 4, lit. b.

(7) Quamvis autem Jure Civili, ad certum tempus, Tutor dari Testamento possit, tamen, quemadmodum eo in casu, Pater, ex impubere, puberem non facere, & terminum Legis immutare non potest; ita & Pater, in suo Testamento, hunc terminum Legis nec breviorem, (*a*) nec longiorem, facere potest; secus quam alii existimant; aliud enim est: dare Tutorem ad certum tempus; aliud est: facere posse, ut quis Tutorem non habeat, usque ad terminum à Legibus definitum. Pater, in Testamento quidem Tutorem dare potest ad tempus, sed tamen in Testamento facere non potest, ut quis non accipiat Tutorem, usque ad terminum à Lege definitum. Vid. L. 11. ff. de Testament. Tut.

NOTA.

(*a*) BREVIOREM &c. Vid. præced. §. 4. lit. b. Hæcque ratio dubitandi, num *Fridericus IV* Elector Palatinus valide, in Testamenti Tabulis, declaravit, Primogenitum suum posse Terrarum administrationem in se suscipere, licet annum ætatis decimum octavum nondum complevisset, modo attigisset? vid. præced. §. 6, lit. a.

(8) Quia talis Tutor, est Administrator, ut A. B. loquitur, Ergo, quando Elector octodecim annos attigit, jus vocem & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, Tutor ipsi totaliter, cum officio, resignet, non tantum officium Electoris, retenta administratione Ditionum: (*a*) secus ac voluit Johannes Casimirus, (*b*) Tutor Friderici IV Electoris Palatini, 1592.

NOTÆ.

(*a*) RETENTA ADMINISTRATIONE DITIONUM &c. Actum de hac quæstione, præced. §. 4, lit. c.

(*c*) JOHANNES CASIMIRUS &c. Lege *Richardus*; ab obitu enim *Johannis Casimiri* controversia hæc demum orta noscitur; vid. ibid.

(9) An, si præter Ditiones, ad Electoratum pertinentes, etiam alii adsint Principatus, Ducatus &c. Ut hodie Electoribus esse videmus, (*a*) Tutor, sive Administrator, etiam restitutis aliis omnibus, ad Electoratum pertinentibus, nihilominus harum rerum curam sibi reservare possit, usque ad vigesimum quintum ætatis annum, qui, in reliquis Principibus, Ordinario Jure, legitimus minorennitatis terminus est? disputatum fuit, a dicto Johanne Casimiro, (*b*) Friderici IV, Electoris Palatini, Tutore. Verum, & rationi A. B. magis convenit sententia negantium: primo, quia totalis, cum officio, fieri debet resignatio; secundo, quia, si octodecim annorum Princeps ad Electoratum aptus est, &, casu Capitis quinti A. B. existente, Imperii Administrator esse potest: cur propriis suis ditionibus præesse non poterit? (*c*) Nec obstat Bulla Sigismundi Imperatoris (*d*) cujus verba hæc sunt: *Ætatem autem debitam in hoc casu, videlicet eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum censeri volumus, & haberi: in Principatibus autem, Ducatibus & Dominiis aliis Imperialibus* (*e*) *gubernandis, ætatem observandam decernimus, prout à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Nostris Prædecessoribus, est sancitum &c.* Primo enim, quidam ex Doctoribus respondent: hanc Bullam esse reprobatam; secundo respondemus: Hujus Bullæ ultima verba loquuntur de aliis Principatibus, qui non sunt Electoratus; (*f*) vid. Limnæum, Jur. Publ. Lib. 3, Cap. VII, §. 62, seqq.

NOTÆ.

(*a*) ESSE VIDEMUS &c. V. g. Electori *Bavariæ*, Landgraviatus *Leuchtenbergicus* &c. *Saxoniæ* Landgraviatus *Thuringiæ*; Marchionatus *Lusatiæ*; Burggraviatus *Magdeburgicus* &c. *Brandenburgico*; Ducatus: *Magdeburgicus*; *Cliviæ*; & *Pomeraniæ*; Principatus: *Halberstadensis*, *Mindensis*, *Caminensis*, *Mœursensis*, &c. Comitatus: *Marcæ*, *Ravensbergæ*, *Lingen*, &c. Dominia: *Lauenburg*, *Bytow* &c. *Palatino*: Principatus *Neoburgicus*, & quicquid ex Veldentina hæreditate ei obvenit; Ducatus: *Juliaci* & *Montium*; Dominia: *Ravenstein*, *Winnenthal*, *Bresquesand* &c. *Brunsuicensi* & *Luneburgensi*: Ducatus *Bremensis* & *Verdensis*, *Lauenburgicus* &c.

(*b*) JOHANNE CASIMIRO &c. Rectius *Richardo*, quippe qui, ab obitu Administratoris hujus, tanquam Proximus Agnatus, Tutelam, seu Curam, *Friderici IV* Electoris, eo quod 59 dies Ei adhuc deessent, quo minus legitimam ætatem, ab A. B. præscriptam, attigisset, prætenderat; ceu aliquoties jam monitum.

(*c*) NON POTERIT &c. Quæ ratio profecto prægnans est, & Juris publici principiis, & usu atque observantia Imperii, suffulta. Si enim, periculi intuitu, quod facile alias Reipublicæ metuendum esset, Elector, *ante completos decem & octo ætatis annos*, ad functionem, annexamque Electoratus administrationem, regulariter non admittatur; certumque sit, Eum & Officii Electoralis, & Principatus, cujus intuitu illud exercet, administrandi, capacem censeri, statim ex quo ætatem istam assequitur; imo, quod adhuc magis est, Interregno existente, totius Imperii procurationem Ei (puta Vicariis) concredi; eo minus sane dubii erit, quin aptus quoque sit censendus regendi Provincias, Electoratibus, quidni Imperio? longe inferiores; præsertim cum Usum & Observantiam Imperii principium hoc confirmare, certo certius sit. Spectat huc, ante omnia, ipsius *Caroli IV* Diploma, quo, sub dato *Nürnberg*, An. 1356, *an S. Johannes deß H. Evangelisten Tage*, *Ruperti Jun.* C. P. R. Filii *Adolfi* Electoris, cessionem & translationem Electoratus, in Patruum ipsius, *Ruperturn Seniorem*, confirmavit, apud *Freherum*, de *Legitima Tutela curaque Electorali Palatina*, Cap. 7, §. 74, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 140, pag. 91, ubi: *Wanne aber derselbe Elter Sun achzehen Jar alt wirdet, zu Hant sol Im derselbe Formünde, NB, alle Lande, Herscheffte, Wirdekeit, Eren, und ander Rechten, Nutzen und Zugehœrungen, die Er, NB. altz ein Vormunde ingenommen hat, an alle Widerrede, Fürzog oder Hindernizze, abtretten, und Im die inantwurten, an Geverde &c.* Conf. Dn. *Schützius* Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. XVI, lit. B, pag. 516; *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. VII, §. 63, pag. 70; Dn. *Thulemarius*, Cap. XXVII *Octoviratus*, §. 12, pag. 542; Dn. *Crüger* de *Novemviratu*, part. spec. Membr. I, Discurs. X; §. 4, pag. 149. Cum An. 1442, *Ludovicus*, Elector Palatinus,

tinus, ætatis annum decimum octavum explevisset, *Otto*, Patruus Ejus & Administrator, confestim & Electoratum & Principatum Ei restituit. Sic *Fridericus IV*, Elector Palatinus, susque deque habitis *Richardi*, Pro-Patrui sui, objectionibus, An. 1594, à *Rudolfo II.* Imp. non solum de dignitate Electorali, sed & de omnibus Provinciis, à Parente, *Ludovico VI*, ipsi relictis, investitus fuit. *Philippum Ludovicum* Neoburgicum, similiter, cum Electoratu, omnia reliqua Dominia, restituisse majorenni facto *Friderico V*, Electori Palatino; pariter ac *Fridericum Wilhelmum*, Electoratus Saxoniæ Administratorem, *Christiano II*, Electori, ex quo legitimam 18 annorum ætatem attigisset, testantur *Schützius* l. c. *Limnæus* l. c. *Thulemarius* l. c. *Crüger* l. c. Idque Juris esse, fatentur: *Arumæus*, ad A. B. Discurs. 4, §. 14, *Colerus*, de *Jur. Imper. German.* Sect. 55; *Buxtorff* ad A. B. Conclus. 86, lit. h. *Schönborn*, Lib. 2. *Polit.* c. 14; *Carpzovius*, Disput. Feud. I. Quæst. ad A. B. 5. *Rumelinus*, ad A. B. Part. I, Differt. VII, §. 4. pag. 204, & §. 9, pag. 210; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XVII, pag. 581; *Limnæus* Tom. I. *Jur. Publ.* Lib. 3. Cap. VII, §. 62, pag. 69 & 70, & ad A. B. Cap. VII, §. 2 &c. Observat. 36, 37 & 38, pag. 393 & 394; *Knichen*, de *Saxonum non provocandi Jure*, verb: *Electorum*, c. 4, §. 29, & ad verb: *Ducum*, Cap. 3, §. 189; *Strauchius*, Differt. Exoter. 2, §. 7, pag. 52; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 3, §. 11, pag. 768; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 29, §. 4, pag. 236; Dn. *Wildvogel*, Diss. de *Filiis Electorum*, §. 21, pag. 25; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Differt. XVI, § 30, pag. 342; Dn. *Alexandri*, Diss. de *Tutela materna Principum Imperii*, Cap. V, §. V. pag. 116 &c.

(*d*) SIGISMUNDI IMPERATORIS &c. De An. 1414, renovata An. 1434; adde quoque Bullam ipsius *Caroli IV*, de An. 1376, de *Jure & successione Electorum Saxoniæ*; utramque enim idem continere, præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a. monitum.

(*e*) IMPERIALIBUS &c. Editiones, (quas vel ego vidi) cit. præced. Tit. VIII, §. 19, lit a, memoratæ, habent: *Temporalibus*.

(*f*) NON SUNT ELECTORATUS &c. Posito, easdem Bullas loqui de Principatibus & Dominiis Electorum, ad Electoratus tamen proprie non pertinentibus; quid inde? nonne probandum, Auream Bullam, fundamentalem Imperii Legem, per eas valide hac parte sublatam esse, & sustolli potuisse, priusquam eis robur, in laudatæ Bullæ præjudicium, vindicetur? Conf. præced. §. 4, lit. c.

(10) Quid circa Regnum Bohemiæ, constitutum sit, videbimus suo loco. (*a*)

NOTA.

(*a*) SUO LOCO &c. scil. seq. Tit. XII, §. 3. lit. c.

(11) Item, Electorum secularium quilibet suum habet Subofficiarium, (*a*) & quasi Vicarium, qui, quas Ille tenetur præstare operas Officiales, eas, in absentia Ejus, peragit (*b*) A. B. Cap. 4. §. ult, de quibus supra dictum est.

NOTÆ.

(*a*) SUBOFFICIARIUM &c. Et quidem *Hæreditarium*, qui Officium suum ab Eo, cujus Subofficialis est, in feudum recognoscit. Vid. *Limnæus*, ad A. B. Cap. 27, §. 6, Observat. 3, pag. 611; Illustr *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* Lib I, Tit. XIV, §. 6, pag. 237; de Officialibus his evolvi merentur: *Cubachius*, apud *Arumæum*, Vol. 2, *Discurs. Acad.* 35, Cap. 27, n. 10 &c. *Arumæus* de *Comitiis*, Cap. VI, §. 45; *Lindenspurius*, ad A. B. Tit. 27; *Freherus*, ad *Petrum* de *Andlo*, lib. 2. c. 15, fol. 206 &c. & Part. I. *Origin. Palat.* Cap. 15, pag. 127; *Besoldus*, *Thesaur. Practic.* voc. *Erb-Aempter*, pag 225 &c. *Speidelius*, in *Notabilibus Juridico-Historico-Politicis*, voc. ead. pag. 244 &c. *Æmilius Chreggenius*, in Velitatione de *Septem S. R. Imperii Officialibus* An. 1623. Colon. impressa; *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 25, lit. a, pag. 584; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* Lib. I, Class. 4, Cap. VII, §. 9, p. 374; *Daniel Otto*, Cap. X, *Jur. Publ.* pag. m. 266; *Rumelinus*, ad A. B. Part. 3, Differt. V, §. 22, pag. 867, ibique *Mylerus* in Notis; *Limnæus Jur. Publ.* Lib. 3. Cap. VII, §. 73. pag. 72; Dnn. *Joh. Christoph. Wagenseilius*, & *Carolus Guilielmus Welser à Neunhof*, Comment. de *Sacri Romani Imperii Summis Officialibus, & eorundem Subofficialibus*, Cap. IX, p. 86 &c. ubi officium *Vice-Mareschalli* describunt; Cap. XI, pag. 171, quod de *Sub-Camerario* Imperii agit; Cap. XII, pag. 209 &c. quod *de S. R. J. Magistro Coquinæ, sive Vice-Dapifero*, tractat; & Cap. XV, pag. 241, quo officium *S. R. J. Vicepincernæ*, exponitur; *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. I, Discurs. XIX, §. V, pag. 325; *Conringius*, de *Republica*, Exercit. X, de *Officialibus Imperii*, inscripta, §. 16, pag. 651, §. 19, pag. 654, & 655; §. XXI, pag. 657, & §. XXIII, pag.

659;

659; *Gastelius, de Statu Publico Europæ*, Cap. VIII, §. 38 & 39, pag. 398; *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanor.* Cap. X, Sect. VI, §. 12 & 13, pag. 249; Dn. *Thulemarius*, Cap. 21. *Octoviratus*, pag. 339 &c. Dn. *Becmannus*, de *Dignitatib. Illustr.* Dissert. V, Cap. I, §. 6, pag. m. 420; Dn. *Augustus Adolphus ab Haugwitz*, Tract. de *Regni & Aulæ Mareschallis*, impress. Budissæ, An. 1690; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. 2, §. 38, 39, & 40, p. 253 ad 255; §. 42, pag. 258 & 259; §. 43, pag. 260; Illust. *Auctor des Europäischen Heroldts*, Tom. I, pag. 220; Illust. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudent.* Cap. XI, §. 10, p. 213; Dn. *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* T. 1. Lib. I, Tit. 20, §. 9, pag. 218; Dn. *Münchmayr*, *Jur. Publ.* Part. I, Cap. X, pag. 208; Dn. Auctor *des Reichs-Staats*, T. 1. Part. 4, Cap. I, §. 21, pag. 455 &c. Dn. *Hoffmannus*, ad Art. 45. *Capitulationis Josephi*, §. 2, pag. 778 &c. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. 4, §. 10, pag. 223, & §. 11, & 12, pag. 224 &c. §. 14, pag. 227 &c. §. 17. p. 230 &c. & §. 19, pag. 232 &c. Dn. *Wegelin.* ad Artic. 3, *Capitulat. Caroli VI*, ad verba: *Der Churfürsten Ammts-Verweser und Erb-Aempter &c.* pag. 99 &c. Interpretes Juris Publici omnes. In genere, de officiis hisce notandum, (1) quod non Sub-Officialium Terris, sed toti Familiæ, cohæreant, hincque Senior Familiæ, (modo Laicus sit,) illud solus exercere soleat, reliqui licet Agnati eodem titulo utantur; Vid. *Besoldus* l. c. *Mylerus*, ad *Rumelinum* l. c. Part. 2, Dissert. 3, §. 14, pag. 471; *Speidelius* l. c. pag. 245. Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 4, pag. 90; Illust. *Coccejus* l. c. Dn. *Thulemarius* l. c. pag. 341, 342 & 343. Facit huc Testamentum *Caroli*, Comitis *Hohenzollerani*, An. 1575, 14 Januar. conditum, & à Cæsare confirmatum, vulgo *Die Zollerische Erb-Einigung*, ubi: *Es mögen sich auch Unsere Söhne, und alle künfftige Grafen von Hohenzollern, ehelich gebohren, schreiben, und des Tituls, Schild und Helms: Grafe von Hohenzollern, Sigmaringen und Vehringen, Herren zu Haigerloch und Wehrenstein, des H. R. Reichs Erb-Cæmmerer &c. gebrauchen &c. &§. zum achzehenden &c. Doch soll allein der Eltiste, so dazu geschickt ist, des H. R. Reichs Erb-Cammer-Ampt verwesen, und verwalten, auch niessen, er gœnnete dan das dem andern seines Nahmens und Stammes, der nach Ihm der Eltiste &c.* Vid. *Besoldus* l. c. voc. *Erb-Aempter*, pag. 225; *Limnæus* ad A. B. cit. Cap. XXVII, §. 6, Observat. 5, pag. 612; Dn. *Thulemarius* l. c. §. 9, p. 342 & 343; Dn. *Spener*, Part. spec. *Operis Heraldici*, Lib. 2, Cap. 117, §. V, pag. 576; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. Cap. XI, §. XI, pag. 181 & 182; pariter ac Confirmatio *Augusti*, Saxonum Electoris, Transactionis *Pappenheimiorum*, sub dato *Torgaw*, 26 Junii, An. 1574, apud *Hundium*, Part. 2, *des Bayerischen Stammbuchs*, voc. *Pappenheim*, pag. 172 &c. *Von GOttes Gnaden, Wir Augustus, Hertzog zu Sachsen, des H. R. Reichs Ertz-Marschalck und Churfürst* (tot. Tit.) *thun kundt; Nachdem zwischen den Edlen Unsern lieben Getrewen des H. R. Reichs Erb-Marschalcken zu Pappenhaim, an einem, und der Erb-Marschalcken zu Biberbach, Elgaw, Lauterbron, Wertingen und Hohenreichen, am andern Theil, von wegen des H. R. Reichs Erb-Marschalck-Ampts, Titels und Wappens, Mißverstand und Irrung entstanden, derhalben Wir zwischen den Abgefertigten Anwalden jetzt gemelter Erb-Marschalcken zu und von Pappenheim, Doctor Gregorien Hening, und D. Johan Christoff Gering, des abgelauffenen 73 Jars, den 20 Junii, Handlung pflegen, und biß auf der Principal Partheyen allerseits Ratification, einen Vertrag in Schrifften fassen lassen; darauf ferner ervolgt, daß die Erb-Marschalcken zu Pappenhaim, als nemlich: Hainrich, der Eltiste, Alexander, Conrad, Veit, Wolff, Philipp, Christoff, Ulrich, Joachim, Veit, Hypolitus und Hainrich Burckhart, für sich selbst, Ire Lebens-Erben, und, in angeborner Vormundschafft Thomasen nachgelassenen Sohne, auch Thomas genant; dergleichen Wilhelms seel. Sohns, Hans Veiten, an einem, und dan die Erb-Marschalcke vonn Pappenhaim, Georg, Fürsten Aichstettischer Pfleger zu Sandsee, für sich, und seine Lebens-Erben; Michaël von Weldin, Hanns von Westerstetten; Hans Diepolt von Parstorff zu Oberstotzingen, und Hanns von Stain, in verordneter Vormundschafft weyl. Veiten von Pappenhaims zu Hohenreichen, und Werttingen, nachgelassener unmündiger Söhne: Conrad, Melchior, und Mangem, am andern Theil; und also alle die Erb-Marschalcke von- und zu Pappenhaim, ausserhalb Johann Baptisten zu Biberbach und Elgaw, obgemelte gemachte und auffgerichte schrifftliche Abrede beliebet, zugeschrieben und angenommen; also haben Wir solche* ratificirte *und bewilligte Abhandlung, auff obgemelter aller der Erb-Marschalck von und zu Pappenhaim beschehenes Ansuchen, unter Unserm Secret, vollziehen lassen, wie volgt, als nemlich: Dieweil beyde obgenannte Partheyen des H. Reichs Erb-Marschalcke von- und zu Pappenhaim, ursprünglich von einem Geschlecht und Stamme herkommen, und die Verwaltung des Unter-Marschalck-Ampts im Reich, bey dem Eltesten inn der Linien der zu Pappenhaim geblieben, demselbigen, auff die Fälle, von Unsern löblichen Vorfahrn, und Uns, des Heil. Reichs Ertz-Marschalcken und Churfürsten zu Sachsen, jederzeit verliehen worden, und also hergebracht, so solte auch die Administration unnd Verwal-*

waltung bey jetztgemelter Linien der Erb-Marschalck zu Pappenhaim, und allen iren Männlichen ehelichen Gebornen Leibs-Lehens-Erben, so lang der einer vorhanden sein wirdt, dergestalt bleiben, das allweg unter Ihnen, und Iren Erben, von einem auff dem andern, der Eltiste des Erb-Marschalck-Ambt innen haben, verwesen, und desselbigen gebrauchen, und sich derhalben gegen Uns, vermög der Lehenbrief, altem Herkommen und Gebrauch nach, halten und erzeigen soll; ---- Wir wollen aber auch die Marschalcken von Pappenhaim zu Biberach --- aus sondern Gnaden --- neben Iren Vettern zu Pappenhaim, mit des H. Reichs Erb-Marschalck-Ampt ingesamt beliehen, und Inen, auff Ir ferner Anregen, Unsere Lehen-Brief darüber verfertigen und zustellen lassen, dergestalt und also, begebe es sich, daß alle die Erb-Marschalck zu Pappenhaim mit Tod, ohne Männliche Geborne Leibs-Lehens-Erben, abgiengen, und von derselben Lini keiner mehr im Leben wäre, auff den Fall, und nicht eh, sollen obgenannte von Pappenhaim der andern Linien, und alwegen unter Inen, und Ihren Erben, von einen auff den andern, der Eltist, das Erb-Marschalck-Ampt inn haben, verwesen, und, altem Rechten und Herkommen nach, gebrauchen &c. Add. *Sixti Sommeri* Commentatio, de *Officiis Pappenheimii, Ejusque Substituti*, Tit. *von des H. Reichs Erb-Marschall-Ampts Verwaltung insgemein &c.* verbis seq. v. 4, occurrentibus. (2) Sub-Officia hæc diu ambulatoria fuerint, Sub-Officialibus, pro Cæsarum Regumque arbitrio, constitutis; (3) Probari solide nequeat, ante A. B. Officia hæc fuisse hæreditaria, licet sæpius ejusdem Familiæ Viri ad ea admoti legantur. (4) Uno eodemque tempore, haud semel, uno plures, eundem titulum gesserint; (5) Integrum sit Electori, extincta penitus Sub-Officialis sui Familia, pro lubitu, eligere aliam; vid. *Limnæus*, ad A. B. Cap. XXIX, §. 1, Observat. VIII, pag. 651; (6) Nemo hactenus certo demonstraverit, quo tempore Officia hæc cœperint? (7) Electores Clerici Sub-Officialibus careant. Ad specialia ut eamus, palam est.

(1) BOHEMIÆ Regis & Electoris *Sub-Officiales*, à multis retro Seculis è Domo Illustrissimorum Dynastarum de LIMPURG, (non *Lymburg*, ut *Besoldus* l. c. legit) exiisse, quorum Castrum Gentilitium, prope *Hallam Suevorum*, An. 1540, ab *Erasmo Limpurgio*, Civitati *Hallensi* venditum.

Antiquissima *Pincernæ* mentio fit, in Constitutione HENRICI SANCTI Imperatoris, *de Regalibus B. Petro concessis*, apud *Baronium*, Tom. XI *Annal. Eccles.* ad An. 1014, pag. 47 &c. & *Goldastum*, Tom. I *Constitut. Imperial.* pag. 227 &c. ubi, circa finem, subscriptos inter testes: *Signum Heunzonis Pincernarii.* In margine apposuit Cardinalis: *Heimo*; æque ac *Goldastus* l. c. pag. 229, ibi: *al. Heimonis.* Enimvero, cum imposturam documenti hujus, sine die & consule extantis, *Goldastus*, in *Rationali* suo, ac *Replicatione pro Imperio*, contra *Gretserum*, Jesuitam, Cap. 33, & *Conringius*, de *Finibus Imperii*, Lib. I, Cap. X, §. 18, pag. 79, & *de Germanorum Imperio Romano*, Cap. X, §. 12, p. 83, sufficienter detexerint, non est, cur diu solliciti simus, cujus Gentis *Heunzo* hic, seu *Heimo*, fuerit.

CONRADI III Imp. Diploma, quo, sub dato *Spiræ*, An. 1150, Corbejensem Abbatiam, adversus Ministerialium insolentiam, tuitus est, apud Dn. *Schatenum*, Lib. VIII *Annal. Paderbornens.* ad h. a. p. 785, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 51, pag. 94, subscripsit: *Reingerus Pincerna.* Conf. seq. v. 2, ad h. a.

Sub FRIDERICO Barbarossa Imp. claruerunt:

An. 1156, *Hildebrandus Pincerna*; Vid. Ejus Diploma, quo sub dato *Spiræ*, 6 Id. Januar. *Maulbronnense* Cœnobium in specialem Imperii protectionem suscepit; Bona ejus confirmavit; utque nullum Advocatum, præter Imperatorem, haberet, statuit; Tom. I *Documentor. Würtenbergicorum*, pag. 796.

An. 1157, Idem. Vid. Ejusdem Cæsaris Diploma, quo, sub dato *Goslariæ*, 7 Jul. *Richenbergensis* Ecclesia Imperialis tutelæ facta particeps, ap. Dn. *Heineccium*. Lib. 2 *Antiquitatum Goslariensium*, ad h. a. pag. 160, inter testes: *Waltherus, Dapifer: Hildebrandus, Pincerna: Hartmannus, Camerarius.*

An. 1168, In Ejusdem charta, qua, sub dato *Wirtzburg*, 6 Id. Julii, *Heroldo*, Herbipolensi Episcopo, facultatem, per totum Episcopatum & Ducatum Würzburgensem, faciendi Justitiam, concessit, apud Dn. *Lunigium*, *im Reichs-Archiv*, Part. spec. Contin. I, 3 *Abtheilung*, 23 *Absatz*, Tit. *Würtzburg*, §. 174, pag. 327, habentur testes: *Henricus, Marschalcus: Bertoldus, Camerarius de Mintzenberg: Walterus, Dapifer: Conradus Colbo, Pincerna, & Frater ejus, Ludovicus.* Conf. Dn. *Wegelinus*, in *Capitulationem Caroli VI*, Art. 3, verb: *Der Churfürsten Ammts-Verweser*, p. 100.

An. 1171, In Ejusdem Cæsaris Fundatione Monasterii *Herbrechtingen*, Cal. Maji, *Giengæ* scripta, cit.

cit. Tom. I. *Documentor. Würtenberg.* pag. 954, inter testes: *Cunradus Pincerna.*

An. 1174. Idem, in diplomate Cæsareo, in Obsidione *Roboreti*, Papiensis Episcopatus, *Murimudensi* Ecclesiæ, 14 Januar. exarato, apud *Ughellum*, in *Italia Sacra*, in vita *Algisii*, 88 Præsulis Mediolanensis, Tom. IV, pag. 231; & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 64, pag. 57, ibi: *Hujus rei testes sunt ---- Conradus Pincerna; Arsimamanus, Camerarius.*

An. 1179. Idem, in charta, qua, sub dato Wormatiæ, 11 Kal. Febr. *Rothensis* Abbatia, ab eodem Cæsare, Privilegiorum suorum immunitatumque confirmationem obtinuit, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Eccles.* Cap. V. Tit. *Roth*, §. 4, p. 453. ubi: *Chunradus Pincerna: Arnoldus, Dapifer de Rotenburc.*

An. 1180. Idem, in Diplomate, per quod Cæsar Westphaliæ Angariæque Ducatum Coloniensi Ecclesiæ adscripsit, apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniæ*, lib. I, Syntagm. VII, pag. 74. verb: *Conradus Pincerna; Henricus Marschalcus de Bappenheim; Sibodo de Groix, Camerarius &c.* Dn. *Schatenus* l. c. Lib. IX, p. 852, legit: *Conradus Pincerna: Henricus, Marescalcus de Pappenheim: Sibodo de Greix, Camerarius.*

An. eod. Mentionem fieri *Godofredi, Domini Limpurgici, S. R. Imperii Hereditarii Pincernæ*, docet Dn. *Spener*, *Op. Herald.* Part. spec. lib. I, Cap. 53, §. 2, pag. 217, &, ex eo, Dn. *ImHoff*, lib. VIII. *Notit. Procer. Imperii*, Cap. V, §. 2, pag. 420, aliique. Chartam lubens inspicerem.

An. 1182. In laudati Cæsaris diplomate, 6 Cal. Junii, Moguntiæ, in favorem Civitatis *Spirensis*, edito, apud Dn. *Lehmannum*, lib. V, *Chron. Spirens.* Cap. 64, pag 530, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 63, pag. 57, relati inter testes: H. (Henricus) *Marscalkus: Conradus, Pincerna; Cuno de Müntzenberg; Anselmus, Marschalkus.*

An. eod. 2 Cal. Junii, in charta Cæsarea, qua *S. Maximini* apud Treviros Bonorum possessio confirmatur, ap. Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Trier*, §. 119, pag. 284, inter testes: *Henricus, Mareschalcus; Conradus, Pincerna: ---- Dudo* (forte *Diedo*) *Camerarius.*

An. 1183. In diplomate laudati Principis, apud *Nirnberg*, 3 Id. Mart. super amotione Advocati, Cœnobio *Aldersbacensi* in Bavaria, dato, apud *Gewoldum*, Addit. ad T. 2. *Hundii Metropolis*, Tit. *Aldersbach*, p. 43, testes: *Conradus, Pincerna de Cipse: Conradus, Dapifer de Rotenberg.* Pincernam hunc eundem fuisse, cum *Conrado*, hactenus commemorato, opinor. Familiam hanc varie scribi, veluti: *Scipse: Schipse: Sipf: Siph: Sepf: Supfe: Schupffe &c.* ex sequentibus Chartis de Ann. 1204, 1209, 1212, 1213, 1217 & 1223, patebit. Minimum, inde constat, conjecturam nonnullorum, quasi *Sepf.* denotaret. *Semper Frey*, & innueret *Limpurgiorum* Familiam, non satis habere fundamenti.

HENRICI IV, Imperatoris Pincerna, *Henricus de Lutra*, occurrit in Charta Ejus, qua, sub dato *Spiræ*, 5 Kal. April. An. 1193, *Wolfgerum*, Patavienſem Episcopum, liberalitate mactavit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, in *Catalogo Episcoporum Pataviensium*, pag. m. 252, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passau*, §. 30, p. 779, ubi, inter Testes: *Marquardus, Dapifer de Annewilre: Heinricus, Marscalcus de Callendin: Henricus, Pincerna de Lutra: Conradus, Camerarius de Stauffe.*

An. eod. In Ejusdem diplomate, quo, sub dato *Franckenvurt*, 2 Id. Decemb. Advocatiam, à Comite Waldeccio renunciatam, Ecclesiæ Paderbornensi adjudicavit, apud *Schatenum* l. c. lib. IX, ad h. a. p. 896, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Paderborn*, §. 68, p. 737, iterum testis: *Henricus Pincerna.*

PHILIPPI Imp. diploma, quo, apud *Herbipolim*, An. 1204, 6 Id. Mart. *Berchtesgadensis* Præpositurae immunitates & Privilegia rata habuit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2. Tit. *Berchtesgaden*, p. 123. & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Berchtesgaden*, §. 9, pag. 12, cum aliis, subscripserunt: *Henricus, Marscalcus de Kallindem: Henricus, Dapifer de Walpen* (forte Walpurc) *Walterus, Pincerna de Schipfe &c.* Vid. ad præced. Annum 1183.

An. 1205, in Ejusdem Privilegio, quo, sub dato: *Apud Hagenoam*, 17 Kal. Aug. Cives Argentoratenses, eorumque possessiones, per totam Alsatiam immunes ab exactionibus & servitiis declaravit, apud Dn. *Wenckerum*, Tr. *Von Ausburgern*, §. 2, pag. 3: *Testes hujus rei sunt: ---- Heinricus, Camerarius de Ravensberg; Eberdus* (Eberhardus) *Pincerna de Tanne &c.*

Sub OTTONE IV. Imperat. eundem Pincernatui præfuisse, testatur charta, qua, sub dato *apud Interamnem*, in partibus Spoletanis, An. 1209, 9 Kal. Jan. *Walckenredensis* Abbatia in specialem Imperii tutelam ab Eo suscepta fuit, confirmationemque Privilegiorum obtinuit, apud *Eckstormium, in Chronico Walckenredensi*, p. m. 78; Dn. *Meibomium* Tom. 3. *Scriptorum rerum German.* p. 161; Dn. *Fridericum Luca, im Uhralten Reichs-Fursten Saal*, pag. 408; Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatib. Walckenredens.*

Cap. 18, §. 6, lit. d, pag. 361, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Walckenried*, §. 6, pag. 848, ibi testes: *Gunzelinus, Imperialis Aulæ Dapifer; Henricus de Schaladin, Marscalcus; Cuno de Minzenberg, Camerarius: Waltherus de Scipse, Pincerna &c.* Aliaque, ejusdem Anni, in confirmationem donationum *Friderici I* Imp. in idem cœnobium collatarum, ibidem scripta, apud *Eckstormium* l. c. pag. 81, Dn. *Meibomium* l. c. pag. 162, Dn. *Leuckfeldum* l. c. §. 6, lit. e, pag. 364. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 7, pag. 849, ubi rursus testes: *Guntzelinus, Imperialis Aulæ Dapifer; Henricus de Schaladin, Marschalcus; Cuno de Mincenberg, Camerarius; Waltherus de Scipse, Pincerna.* Qui omnes insuper in alio diplomate, ejusdem anni, ibidemque, in dictæ Ecclesiæ favorem exarato, apud *Meibomium* l. c. pag. 160, occurrunt; ibi: *Gunzelinus, Aulæ Imperialis Dapifer; Henricus de Kalendin, Marschalcus; Cuno de Munzenberg, Camerarius, Walterus de Schipse, Pincerna &c.* Pariter ac,

Sub FRIDERICO II, variis documentis testibus, veluti:

An. 1212. Diplomate, quo, sub dato *Ratisbonæ*, 15 Kal. Mart. Præpositturæ *Berchtesgadensis* possessiones & privilegia Cæsar hic confirmavit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, Tit. *Berchtesgaden*, pag. 125, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Berchtesgaden*, §. 18, pag. 17, quamvis ibi legatur: *Walderus, Pincerna de Schupffe*; hic vero; *Waltherus, Pincerna de Supfe*; Conf. seq. v. 2, ad h. a.

An. 1213. Ejusdem *Aurea Bulla*, de *Libertate Ecclesiastica*, in gratiam *Innocentii III* P. R. 4 Id. Julii, *Egræ*, edita, apud *Goldastum*, T. I *Constit. Imper.* pag. 291, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, Cap. I, §. 79, pag. 169; & adhuc semel, *Contin.* I, *im 2 Absatz*, §. 9, pag. 166; quorum prior tamen legit: *Walterus de Seph, Pincerna Imperii*; & posterior: *Walterus de Siph, Pincerna Imperii.* Hujus quoque loci est:

An. 1215. Ejusdem compositio litis inter *Leopoldum*, Austriæ Ducem & Episcopum Passaviensem, sub dato *Augustæ*, Non. April. apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, in *Catalogo Episcopor. Patavienf.* pag. 253; Dn. *Tolnerum* l. c. §. 77, pag. 66, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passau*, §. 32, pag. 780, ubi, inter testes: *Wernherus de Wonlandt, Dapifer; Waltherus, Pincerna.*

An. eod. Ejusdem Confirmatio Privilegiorum Abbatiæ *Walckenried*, de dato *Herbipoli*, 3 Id. Sept. ubi testes: *Anshelmus, Marschalcus de Justingen; Warnerus, Dapifer de Bonlande, Walterus, Pincerna de Scipsen &c.* Vid. *Eckstormius* l. c. pag. 138; Dn. *Lunigius* l. c. Part. 3, Cap. VI, *im Anhang*, Tit. *Walckenried*, §. 18, pag. 854; Dn. *Leuckfeld* l. c. §. 8, lit. g, p. 369.

An. 1216. Ejusdem Diploma, quo, 5 Id. Maji, *Herbipoli*, Magdeburgensium Archi-Episcopo, *Alberto*, varia indulsit privilegia, apud *Meibomium*, in appendice *Chronici Magdeburgici*, Tom. 2 *Rer. Germ.* pag. 377; Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XV *Absatz*, §. 36, pag. 357. & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 78, pag. 67, ubi testes: *Anshelmus Marschalcus; Wernerus, Dapifer; Walterus, Pincerna Regalis Aulæ.*

An. eod. Ejusdem charta, qua, sub dato *Würtzburg*, 11 Maji, constituit: *Daß, nach Absterben eines Bischoffs von Würtzburg, die Revenüen des ersten Jahrs, zur Bezahlung der Schulden, und der Kirchen zum besten angewendet werden sollen*; apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Würtzburg*, §. 26. pag. 946; ibi, inter testes: *Anßhelm, Marschalck; Werner, Truchseß; Walter, Schenck des Kœniglichen Hoffs &c.*

An. eod. Ejusdem diploma, quo, sub eodem dato, *Sophiæ*, Abbatissæ Quedlinburgicæ, *Annatas* remisit; apud Dn. *Kettnerum*, *Antiquitat. Quedlinburg.* inter diplomata Seculi XIII, §. 1, pag. 218; & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, §. 43, pag. 206, ubi rursus testes: *Ansalmus, Marschalcus; Wernerus, Dapifer; Walterus, Pincerna Regalis Aulæ.*

An. eod. Ejusdem Diploma, quo, sub dato *Ulmæ*, 7 Kal. Aug. electionem *Wenceslai* Regis Bohemiæ, ratam habet, apud *Goldastum*, in *Appendice Documentorum Historiæ Regni Bohemiæ*, §. 14, p. m. 31, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, I Contin. I *Fortsetzung*, I *Absatz*, §. 3, pag. 5, ibi: *Hujus rei testes sunt: ---- Anselmus de Justingen, Marescallus; Valterus de Sypf, Pincerna.*

An. eod. Ejusdem Mandatum, Idib. Maji, *Herbipoli* promulgatum, vigore cujus, nullus Imperii Principatus, absque Possessoris, ejusdemque Ministerialium, consensu, permutari aut alienari queat, apud *Hundium* Tom. 2, *Metropolis*, Tit. *Nieder-Münster in Regenspurg*, pag. 408; *Danielem Heiderum*, inter *Fundamenta Discursus, von den Alten Reichs-*

Reichs Vogteyen, lit. I. p. 44; & Dn. *Lunigium Spicileg. Eccles.* Part. 3, Cap. VII, Tit. *Niedermünster.* §. 4, p. 176, ubi: *Hujus rei testes sunt* ---- *Anshelmus de Justine*, (Justinc, quasi Justingen) *Marschalcus Imperii*; *Waltherus, Pincerna Imperii*; *Wernherus, Dapifer de Bolandia*; *Dieto de Ravensburch, Camerarius Imperii.*

An. 1217, Ejusdem Privilegium, in solenni Curia *Norimbergensi*, 12 Cal. Febr. Cœnobio Sanctimonialium *B. Mariæ* Patavii, datum, apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, in *Catalogo Episcoporum Pataviensium*, p. m. 254, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passau*, §. 34, p. 782, ibi testes: *Anshelmus de Gustigen*, (Justingen) *Marscalcus Imperii*; *Waltherus de Sipf, Pincerna*; *Dieto, Camerarius*; *Philippus de Pollandia &c.* Exhibet idem diploma Dn. *Tolnerus* l. c. §. 75, p. 64, ast nonnullis mutatis, præter quod dicti testes scribantur: *Anshelmus de Justingin, Marscalus Imperii*; *Waltherus de Sipf, Pincerna*; *Dieto, Camerarius*; *Philippus de Bolandia*; insuperque diploma datum sit An. 1218.

An. 1218, sub eod. dato, sistit *Gewoldus* l. c. p. 255, denuo idem diploma, veluti novum quoddam, ita subscriptum, *Testes sunt* ---- *Anshelmus de Justingen, Marscalcus Imperii*; *Waltherus de Sipf, Pincerna*; *Dieto, Camerarius*; *Philippus de Balandia &c.*

An. 1220, Kal. Maji, apud Franckeforde, Ejusdem Diploma, quo Civitatis *Tremoniensis*. (Dortmund) Privilegia confirmantur, addito novo exemtionis ab omni teloneo, apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *1 Theil, XI Absatz*, §. 1. p. 441. in fine: *Hujus rei testes sunt.* ---- *Anshelmus, Marschallus de Justingen*; *Conradus, Pincerna de Strapelan*, (Scrapelan) *Wernerus, Dapifer de Ronlandia* (Bonlandia) *Philippus, Frater ejus &c.*

In Diplomate HENRICI, Romanorum Regis, laudati Imperatoris Filii, traditionem Castri *Werneck*, *à Bodone de Rabenspurg*, mediante *Ottone*, Episcopo Herbipolensi, An. 1223, 4 Aug. Herbipoli factam, respiciente. apud Dn. *Lunigium Spicileg. Eccles.* Part. 2, cap. 4, Tit. *Würtzburg*, §. 27, p. 947, celebrantur testes: *Eberhard, Truchseß von Waldburg*; *Conrad, Schenck von Schipff.*

Ab hoc tempore, *Pincernas Imperialis Aulæ* egisse reperio Dominos de *Thanne & Wintersletten*, Sueviæ Ducatus *Pincernas*, qui ejusdem, cum Illustriss. Comitibus *Dapiferis de Waldburg*, originis esse censentur; vid. *Gabriel Bucelinus, German.* T. 2. & 4, p. 8; *Henningesius*, Part. I. *Secundi & Tertii Regni in Quarta Monarchia*, p. 367. &c. Dn. *Spenerus*, l. c. lib. 2, cap. 107., §. 1. &c. p. 560. &c. Dn. *Imhoff*, l. c. Lib. VII, cap. XVIII, p. 393. &c. Juxta Schedas gentilitias, à Generosiss. Dn. *Georgio Guilielmo Schenckio de Wintersletten*, Hæreditario in *Schwachhausen, Holm, Linthorst, Carve &c.* Præfecturarum *Dannebergici* Comitatus, in Ducatu Luneburgensi, Toparcha (*Ober-Hauptman*) 6 April. 1695, denato, mecum communicatas, res sic se habet: *Hesso de de Thann & Wintersletten*, sub *Ottone Magno*, ad Lycum, fortiter contra Hungaros præliando, An. 955, occumbens, procreasse fertur (1) *Fridericum*, An. 996, in Ludis Brunsuicensib. conspicuum, & (2) *Eberhardum*, Patrem *Conradi*, qui primus *Pincernam de Wintersletten* se vocans, ἄπαις decesserit. Laudatus *Fridericus* genuit (1) *Conradum de Thann*, in *Sondernfels*, & (2) *Eberhardum*, cujus, in literis *Henrici S.* & *Conradi Salici* Impp. An. 1023. & 1028, mentio fiat, mihi tamen nondum visis. Filium *Eberhardi*, *Henricum*, qui Ludis *Hallensibus*, An. 1042, interfuerit, excepit *Wernerus*, primus *Dapifer in Waldpurg* apppellatus; cujus liberi, è *Gutta*, Com. de *Beyenburg* nati, nominantur (1) *Gebhardus*, Sator Illustr. *Truchsessiorum de Waldpurg*, (2) *Cuno*, seu *Conradus*, An. 1124, Abbas Weingartensis: (3) *Fridericus*, à quo Domini *Schenckii de Wintersletten* descendant. Hujus *Friderici* filiorum natu maximus, *Arnoldus*, *Henningesio* teste l. c. subscripsit An. 1140, Fundationem *Oxenhusensis* Cœnobii; quinque Filiorum Pater, quorum natu secundus: *Völckerus*, *Eberhardum Pincernam* procreaverit, in Diplomate *Philippi*, Suevorum Ducis, apud *Suenhusen*, An. 1197, 3 Kal. Aug. Cœnobio *Weissenau* dato, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, cap. VI, Tit. *Weissenau*, §. 1. v. 6. p. 749. inter testes occurrentem, ibi: *Eberhardus, Pincerna de Tanne*; pariterque in Privilegio, Argentoratensibus an. 1205 dato, cujus modò memini; de fratre Ejus, *Conrado*, inspiciendus *Conradus Urspergensis*, in Chronico, in vita *Friderici 2.* Imp. ad An. 1221, p. m. 245, ubi: *Anno Domini 1221, res Imperii in Lombardia, & in Tuscia, cupiens disponere*, (Cæsar) *à Bononiensibus, & quibusdam aliis Civitatibus, inhonestè tractatur: & Insignia Imperii, videlicet Coronam, & alia remittit in Alemanniam, faciens ea custodiri, sub potestate Eberhardi de Tanne, Ministerialis & Dapiferi sui in Walpurc. Filium quoque suum, Henricum, jam*

circiter octo annos habentem, nutriendum & gubernandum commisit Cunrado de Tanne, Pincernæ & Ministeriali suo in Castro Wintersleten, Qui, eorundem Ministerialium, & aliorum Principum interventu, postmodum à Patre suo, & Principibus, Rex constituitur, & Aquisgrani coronatur &c.

An. 1224. tu Ejusdem Regis charta, sub dato *Blekede*, in castris, 7 Kal. Octobr. *Pœldensi* Cœnobio scripta, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Pœldens.* Cap. XII. §. 3, lit. c, p. 45. testis est: *Conradus, Pincerna de Winterstetin.*

An. 1225. Ejusdem diploma, quo *Ursbergensis* Abbatia specialem in Imperii tutelam suscepta, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Ursberg.* §. 5. p. 679, subscriptum extat, *à Ministerialibus Imperialis Aulæ, Eberhardo, Dapifero de Walperg; Conrado & Eberhardo, fratribus de Winterstetin &c.* filiis scil. memorati hactenus *Conradi*, & *Juttæ* de *Neyffen.*

An. 1226. in Ejusdem compositione litis, quam *Horburgii* & *Rappolsteinii*, ratione Castri *Kaysersberg*, inter se habuerant, de dato *Hagenauwe*, Cal. Maji, rursus testes nominantur *E.* (Eberhardus) *Dapifer de Waldburg*; *C.* (Conradus) & *E.* (Eberhardus) *Pincernæ de Wintherstetin.* Vid. Dn. *Wencker, Collectan. Juris Publici de Pfal- & Ussburgeris*, Supplement. ad §. 40, p. 186.

An. eod. In Ejusdem diplomate, sub dato *Ezzelingen*, 6 Kal. Octob. Cœnobio *Denckendorfensi* exarato, Tom. I. *Document. Würtenbergicor.* p. 459, iterum testes occurrunt: *Eberhardus, Imperialis Aule Dapifer; Eberhardus & Cunradus, Fratres de Wintherstetten, Imperialis Aule Pincerne &c.*

An. eod. 8 Id. Nov. in diplomate ejusdem Regis, *Weingardæ* scripto, per quod Cœnobio *Weissenau* donationes quædam factæ, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Weissenau*, §. 1. v. 8, p. 750. adhuc testes sunt: *Heberhardus, Dapifer de Waldpurc; Cunradus & Eberhardus, Pincerne de Wintersteten &c.*

An. 1227, Ejusdem Regis confirmationem donationum, *Irseensi* Abbatiæ collatarum, *Ulmæ*, prid. Non. Maji, editam, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Irsee*, §. 5, p. 320, subscripsere: *Eberhardus, de Walburch, Imperialis Aulæ Dapifer; Conradus de Winterstetten, Pincerna.*

An. 1228, In Ejusdem charta, apud *Ulmam* expedita, per quam Abbas *Corbejensis* possessionem *Eresberg* nactus, apud Dn. *Lunigium* l. c. Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 64, p. 103, testes nominantur: E. (Eberhardus) *Dapifer de Walpurc*; C. (Conradus) *Pincerna de Winterstede*; Rursus:

An. eod. In Ejusdem diplomate Privilegiorum, sub dato *Eslingen*, 9 Cal. Sept. *Leopoldo*, Austriæ Duci concessorum, ap. Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, 1 Contin. 1 *Abtheilung*, 4 *Absatz*. §. V, p. 6; reliquosque Auctores, præced. Tit. VI, §. 3. lit. a, ad An. 1228, hoc titulo laudatos; *Testes hi sunt: --- Eberhardus, Dapifer de Walpurg; Conradus, Pincerna de Winterstetten.*

An. eod. In Ejusdem confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Adelbergensis*, sub dato *Esselingen*, 11 Kal. Sept. Tom. I. *Docum. Würtenberg.* p. 30, nude habentur: *Dapifer de Walpurch; Pincerna de Wintersteten.*

An. eod. In literis recognitionis Feudalis *Ludovici*, C. P. R. *Esselingæ*, signatis, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, inter diplomata *Althæ inferioris*, §. 32, p. 22, Dn. *Lunigium*, l. c. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 1 *Absatz*, §. 81, p. 128, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 91, p. 72, testes vocantur: *Dapifer de Walburch; Conradus, Pincerna de Wintersteten.* Qui,

An. eod. in Charta *Ekberti*, Babenbergensium Episcopi, apud *Gewoldum* l. c. T. 3, Tit. *Osterhoven*, p. 14, adhuc semel occurrunt, ibi: *Dapifer de Waltpurch; Chunradus, Pincerna de Wintersteten.*

An. 1229, dictus Rex, *Henricus*, sub dato *Uberlingen*, 10 Kal. Nov. possessiones & domos Cœnobii *Salmansweiler*, in Civitatibus Imperii, immunes ab exactionibus quibuslibet, declaravit, apud Dn. *Lunigium* Part. 3, *Spicilegii Eccles.* Cap. VI, Tit. *Salmansweil*, §. 4, v. 24, p. 511, testibus: *Eberhardo Dapifero, & Conrado, Pincerna de Wintersteeten.*

An. 1231, In literis, quibus idem Rex, sub dato *Ehelingen*, 9 Febr. Canonicos *Denckendorfenses* prædio quodam, in parochia *Berckam* sito, & piscina in *Necario*, donavit, Tom. I. *Documentor. Würtenberg.* Tit. *Denckendorff*, §. 8, p. 464, rursus testis: *Conradus, Pincerna de Winterstede &c.* ut &,

An. eod. In aliis, sub dato *Nurinberg*, 5 Id. Aug. in confirmationem immunitatum & exemtionum à talliis, collectis, exactionibus &c. præfato Cœnobio *Salmansweilerano* concessis, apud Dn. *Lunigium* l. c. v. 28, p. 513, ubi: *Hæc autem acta fuerunt ---- præsente --- Dapifero de Walburg; Pincerna de Winterstetten &c.*

An. eod. In diplomate FRIDERICI Imp. quo, sub dato *Ravennæ*, Mens. Januar. Cœnobium *Rorense* in specialem Imperii tutelam cooptavit, omnia simul

mul ejus privilegia confirmando, apud *Gewoldum* l. c. T. 3, Tit. *Rohr*, p. 179, iterum testis: *C.* (Conradus) *Pincerna*; Qui,

An. 1232, Ejusdem Principis privilegium, sub dato, *apud Civitatem in Friola*, Mens. April. *Bebenhusani* Cœnobii Bona *in Eßlingen* ab omni exactione liberans, subscripsit; ibi C. (Conradus) *de Winterstet, Pincerna.* cit. T. 1. *Document. Würtenberg.* Tit. *Bebenhusen*, §. 10, p. 381.

An. eod. In sæpefati Regis HENRICI diplomate, Cœnobio *Maulbronnensi* 6 Non. Oct. *Wimpinæ* dato, iterum apparent; *E.* (Eberhardus) *Dapifer de Walppurc*; *C.* (Conradus) *Pincerna de Wintersteten.* Vid. ibid. Tit. *Maulbron*, §. 6, p. 801.

An. 1233, Ejusdem privilegium immunitatis à telonio Oppenheimensi, sub dato *Esselingen*, 4 Non. *Junii*, *Spirensibus* concessum, apud *Lehmannum*, Lib. V *Chron. Spirens.* Cap. 86, pag. 595, subscripserunt: *E.* (Eberhardus) *Dapifer de Walpurg*; *C.* (Conradus) *Pincerna de Wintersledten.*

An. eod. literis Ejusdem Regis, confirmationem Privilegii immunitatis Monasterii *Bebenhusani*, ratione Bonorum suorum Eslingensium, involventibus, sub dato *Eßlingen*, 4 Cal. Nov. ibid. Tit. *Bebenhusen*, §. XI, pag. 382, nomina apposuere: *Dapifer de Walpurg*; *Pincerna de Winterstetten.*

An. 1234, In Ejusdem Regis Decreto, de *Argentifodinis*, *ferarumque custodia*, legitimo Domino suo vindicandis, in favorem *Henrici*, Episcopi *Basileensis Francofurti*, 15 Kal. Martii, dato, apud Auctores, præced. Tit. VI, §. 3, lit. a, ad h. a. nominatos, inter Testes veniunt: *Eberhardus, Dapifer de Waldburg*; *Cunradus, Pincerna de VVintersletin.*

An. eod. In Ejusdem Diplomate, quo, sub dato *Aldenburch*, 3 Non. Julii, Ecclesiæ *Simonis & Judæ* Goslariæ, omnem libertatem à Majoribus concessam instauravit, apud Dn. *Heineccium*, cit. *Antiquit. Goslar.* Lib. 3, ad h. a. pag. 249, occurrunt: *Conradus, Pincerna de VVintherleden*; *Henricus, Camerarius de Ravensburch*; *Heinricus, Marscalcus de Pappenheim &c.*

An. 1236, In Ejusdem confirmatione Privilegiorum Civitatis *Argentoratensis*, de dato: *Apud Columbariam*, Mens. Mart. apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im 2 Theil, 38 Absatz*, §. 4, pag. 727; & Dn. *Wenckerum*, Tr. *von Ausburgern*, §. 1, pag. 9, testis habetur; *Conradus de Winterstet*; *Pincerna.*

An. eodem; In literis Ipsius Imperatoris laudati, quibus *Augustæ*, Mense Junio, Privilegium suum, An. 1212 *Berchtesgadensi* Ecclesiæ datum, repetit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, Tit. *Berchtesgaden*, p. 125, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. eod. §. 24, pag. 20, in numero Testium habetur celebrati hactenus *Conradi* Filiorum natu maximus, *Eberhardus*, ibi E. (Eberhardus) *Pincerna de Winterstet.*

An. 1237, In Transactione Limpurgiorum, cum *Gothofredo*, Comite Hoënloico, de dato *Ulmæ*, Mens. Majo, celebratur *Waltherus*, *Pincerna de Limburg*; vid. *Deductio Limpurgica*, An. 1710 typis vulgata, & Dn. *Wegelinus*, in Comment. ad *Capitulationem Caroli VI*, Art. 3, verb: *Der Churfürsten Amts-Verweser &c.* pag. 101, verb: *Ego Waltherus, Pincerna de Limburg ---- notum facio universis, quod, pro sedanda discordia, quæ orta erat inter me, ex una parte, & Dn. Gothofredum de Hohenloe, ex altera parte; occasione dissensionis, orta inter Dominum meum Fridericum, Romanonum Imperatorem --- & Regem Henricum, Filium suum, dedi eidem Gothofrido castrum meum Schenckenberg ---- Insuper assecuro Dominum meum, Fridericum, Romanorum Imperatorem prædictum, & Regem Conradum, Filium suum, quod nunquam ab Ipsorum mandatis & beneplacitis recedam &c.*

An. 1239, In Transactione Abbatum *Friderici* Campidunensis, & *Bertholdi* Isnensis, de dato *Liutkirch*, 3 Non. Decemb. legitur: *Testes hujus rei sunt --- Conradus, Imperialis Aulæ Pincerna de Wintterstetten, Berthold, Dapifer de Walburg, hujus compositionis ordinatores &c.* Vid. Dn. *Lunig*, Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. VI, in Supplemento, Tit. *Ysny*, §. 6. p. 833.

An. 1240, in Privilegio CONRADI, Romanorum Regis, cujus modo facta mentio, quo, sub dato *Biberach*, Mens. Aug. Cœnobium *Schussenriedt* à telonii exactione immune declaravit, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Schussenriedt*, §. 7, pag. 551, inter testes conspicitur, *Eberhardi* hujus frater, *Conradus*, ibi: *Conradus, Pincerna de Winterstett*; cui mox subjungitur: *Otto Berchtoldus, Dapifer de Waltpurg.*

Ingruentibus posthac magis magisque turbis Imperii, Familia *Pincernarum de Winterstett*, cum pluribus aliis, belli molestias adeo sensisse videtur, ut in Imperialibus chartis nulla amplius eorum ratio fuerit habita; hinc,

An. 1251, CUNRADUS, in *Romanorum Regem electus*,

electus, tradit *Walthero, Pincernæ de Limpurg, Fideli suo, Venationem & jus venandi, à Geislingen, usque Müllin &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, in *Spicilegio Seculari*, Part.2, in Supplementis, pag.1915.

An. 1255, in Diplomate WILHELMI Hollandi, Romanorum Regis, quo, sub dato *Spiræ*, Idib. Febr. Privilegia *Spirensium* confirmantur, apud *Lehmannum*, Lib. V *Chron. Spir.* Cap. 91, pag. 603. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im 2 Theil.* 44 *Absatz*, §. IX, pag. 467, inter testes veniunt: *Wernerus Senior, Dapifer, & Wernerus Junior, Pincerna Imperii, de Bolandia &c.*

An. 1274, In literis RUDOLPHI Habspurgici, Imperatoris, sub dato *Rotenborch*, 3 Non. April. quibus Monasterium *Laureacense* non solum in specialem Imperii protectionem susceptum, sed & omnia ejusdem Privilegia, libertates, possessiones, jura &c. confirmata sunt, Tom. I *Documentorum Würtenbergicorum*, Tit. *Laureacum*, §. 7, pag. 733, testis subscripsit: *Waltherus, Pincerna de Limporch*; cujus,

An. eod. Semel adhuc mentio fit, in Ejusdem Imperatoris charta, qua, sub dato *Oppenhem*, 5 Kal. Sept. donationem, ab eo, in Cœnobium *Liechtenstern* collatam, ratam habet, ibid. Tom. 2, Tit. *Liechtenstern* §. 4, pag. 434, verb. *Devotis devotarum in Christo Sanctimonialium Monasterii de Clara Stella, Ordinis Cisterciensis, precibus annuentes, Bona, que dilectus Fidelis Noster, Waltherus, Pincerna de Limpurg, à Nobis & Imperio in Fœdo tenuit, & præfato Monasterio, pro remedio animę sue, contulit, ipsi Monasterio concedimus, proprietatis titulo, possidenda, facta Nobis & Imperio, per dictum Waltherum, de bonis equivalentibus, Villa videlicet, dicta Meinhart, Nobis resignata, plenaria recompensa &c.*

Successores ejus eodem munere fuisse functos, ut credam, confirmat me (1) *Aurea Bulla Caroli IV*, Cap. XXVII, §. 6, ubi: *Pro se recipiat ---- Vice-Pincerna de Limpurg, equum & scyphum Regis Bohemiæ &c.* tanquam Archi-Pincernæ; & Cap. XXIX, §. 2: *Dabit Magister Curiæ, Pincernæ de Limpurg, de præfata pecunia, decem marcas &c.* (2) Quod Imperiales chartæ nullum alium prodant. Scio quidem in Privilegio laudati Imperatoris, sub dato *Luccarum*, An. 1369, *Lamberto*, Spirensium Episcopo, concesso, apud *Lehmannum*, l. c. Lib. 4. Cap. 22, pag. 370, inter testes, legi: *Bubuslaus de Wilhartz, Imperialis Nostræ Curiæ Marascallus; Andreas & Beneschius, Fratres de Duba, Imperialis Cameræ Nostræ Magistri; Johannes de Wartemberg, Imperialis Pincerna ---- Lupoldus de Nortemberg, Imperialis coquinæ Magister &c.* Quos *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ* Lib. 3, Cap. 1, §. 12, pag. m. 347, in scenam producit; suspicor autem, vocem *Imperialis*, late hic accipiendam esse, pro *Regia Bohemica*: quod, in alio ejusdem Imperatoris diplomate, de *Immunitate & potestate Archi-Episcopi Pragensis in temporalibus*, Pragæ, An. 1352, 4 Id. Maji, scripto, apud *Goldastum*, in *Appendice Documentorum Historiæ Bohemicæ*, §. 36, p. 69, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, *Erste Fortsetzung*, I *Absatz*, §. 26, pag. 29, *Wartenbergius* expresse *Pincerna Bohemiæ* nominetur, ibi: *Jostone de Rozemberck, Camerario; Andrea de Duba, Sudario; Wankone de Wartemberk, Pincerna Regni Bohemiæ ----- testibus ad præmissa &c.* id quod etiam de *Mareschallo* & *Camerariis* notandum. (3) Consensus omnium Juris Publici Doctorum, alium *Vice-Pincernam* hactenus ignorantium.

(2) De BAVARIÆ (olim PALATINI) ELECTORIS Vicario, inquit *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Erb-Æmpter*, pag. 225: *Nichtsweniger ist das Erb-Küchenmeister- oder Erb-Truchsessen-Amt, so, in offt gedachter Güldenen Bull, deme von Nortenberg adscribirt, successu temporis auf die von Seldeneck, gelanget. Ingleichem hat Churfürst Ludwig, Pfaltzgraf bey Rhein, auf Sambstag nach Nicolai, Anno Christi 1538, vermuthlich wegen besorgenden Abgang des Seldeneckischen Stammes, die Herren Erb-Truchsæssen und Frey-Herren von Waldburg, (so ohne das, vermög der Historien, wie sonderlich Sebastianus Münsterus, Cosmographiæ Libro 3, Cap. 274, bezeuget, vor vielen Jahren, und bereits zur Zeit Friderici I Imperatoris, dieses Officium ebenmässig getragen, und davon den Nahmen behalten,) dergestalt bedacht, daß, nach denen von Seldeneck, die Herren Erb-Truchsæssen zu solchem Amt gelangen, auch selbiges, nach altem Herkommen, von der Chur-Pfaltz zu Leben tragen sollen &c.* Et Auctor *Deductionis*, quæ, occasione litis inter *Wilhelmum Henricum*, Truchsessium lineæ *Scherensis*, ejusque Agnatum, *Jacobum Carolum*, lineæ *Wolfeccensis*, utri scil. exercitium Officii hujus competeret, cum *Maximilianus* Bavarus de Electoratu Palatino investiretur? ortæ, An. 1623, prodiit, apud *Besoldum* l. c. p. 226: *Weil nun dieses Erb-Amt, vor etlich hundert Jahren, den Frey-Herren von Waldburg gebühret, und von*

von selbigen, ohn Ihr genugsamb verschulden, auf andere Familias, *nach und nach gelangt, folgends wieder auf sie insgesamt, und dergestalt kommen, daß in deme hierüber aufgerichteten Lehen-Brief, keine Lini vor der andern bedacht, sondern sie sich ins gemein Reichs-Erb-Truchsessen schreiben, auch dergestalt von der Römischen Kayserlichen Majestät Chur-Fürsten und Stände, ein wie der ander, ohne Unterscheid, titulirt, honorirt und genant worden; als ergiebt sich ja selbsten, daß diese huicce Familiæ competirende Dignitat auf kein Jus Primogenituræ zu ziehen &c.* & pag. 227: *Daß das Ehr-Amt entweder in der Ersten Churfürstlichen Expectantz, oder hernach gefolgten Lehen-Briefen, auf die Wolffegg- und Zeilische Lini, so von weyland Herrn Georgio dem Eltern, entsprungen, principaliter radiciret, Herr Heinrich und dessen Posteri, als jetzt genante Scherische Lini, nur accessorie, auf Abgang Herrn Georgen Descendenten, vocirt seyen, läßt sich mit keinem Documento, so ex adverso einkommen, bescheinen, sondern es werden, in allen Investituris, sämtliche, so darinn benant, æqualiter mit dieser Dignitat, nulla omnino facta gradus vel Lineæ prærogativa, belehnet, wie sonderlich der Herren Gegentheil Copiale Documentorum selbiges außweiset, ibi: Darumb Ihme,* (scil. Herrn Georgen) *auch seinem Vetter, Wilhelmen, aus besonderlicher Gnädiger Meinung, zugesagt und versprochen &c. Item, ibi: Obgedachten Georgen und Wilhelmen, und Ihren Leibs-Mannlichen Erben &c.* & ibi: *Dergestalt, daß bemelter Georg, und sein Vetter, Wilhelm, und Ihre Leibs-Mann-Lehens-Erben, so es zu Fallen kommen würde, sollen hinfür solch Küchelmeister-Ampt von Uns, und Unsern Erben, die Pfaltzgrafen bey Rhein, des H. Rœmischen Reichs Erb-Truchsessen und Churfürsten seyn, so offt und dick das Noth geschicht, empfahen, haben und tragen &c.* Et, paucis interjectis: *Nicht weniger führen alle übrige Lehen-Brief, besonders selbiger, so in der Gräfflichen Herren Gegentheil Copiali Documentorum befindlich, und die Erste Investitur ist, so, nach gäntzlichem Abgang des Seldeneckischen Stammes, den gesamten Herren Reichs-Erb-Truchsessen gnädig ist gegeben worden, gleiches mit sich, daß nemlich offt und wohlgesagte Herren Reichs-Erb-Truchsässen, benantlich Herr Heinrich, Frobenius, Jerg, Johann, Gebhard und Jacob; wie auch wiederum Gebhard, Carl und Christoph, ohne Unterscheid, auch Ihre Leibs-Mann-Lehens-Erben, solch Küchel-Meister-Ampt, so offt das Noth geschicht, empfangen, haben und tragen, und darvon dem Lehen-Herrn, mit Treuen, Gelübden und Aiden, dienen, gewarten, gehorsam und verbunden seyn sollen &c.* Hinc sua Dnn. *Wagenseil* & *Welser*, cit. Commentatione *de S. R. I. Summis Officialibus*, Cap. XIII, §. 5, pag. 212 &c. Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. 3, Cap. X, §. 2, v. 144 &c. pag. 1039; Dn. *ImHoff*, *Not. Proc. Imperii* Lib. VII, Cap. XVIII, §. 9, pag. 395; Dn. *Spener*, cit. Lib. 2 *Operis Herald.* part. spec. Cap. 107, §. 7 &c. pag. 562, & qui eos secuti Juris Publici Doctores.

Mea de hac re sententia est: (1) Antiquissimis temporibus Cæsares, ut Officiales reliquos, ita & *Dapiferos*, pro lubitu constituisse; (2) Vix documenta reperiri, quibus probetur, *Waldburgios* jam tempore *Friderici I* officio hoc in Imperio fuisse functos; satis licet constet, quod *Ducum Sueviæ Dapiferi fuerint*; teste Chronico *Constantiensi*, apud *Pistorium* pag. m. 669 & 670, ubi: *Eberhardus* (Episcopus) *Natione de Waldpurg, cujus majores Ducum Sueviæ, qui Romanum Imperium 122 annis rexerunt, Dapiferi fuere &c.* Conf. *Limnæus*, ad A. B. Cap. 27, §. 6, Observat. 29, pag. 623; Dn. *Spener*, l. c. §. 7, pag. 562; Dn. *ImHoff* l. c. §. 2, pag. 393. (3) Sub finem Seculi XII, eorum, hoc titulo, fieri mentionem, ita tamen ut (4) occasione schismatis, inter *Ottonem IV*, & *Philippum*, subinde alii occurrant; (5) Sec. XIII, in Diplomatibus *Friderici II* Imp. Ejusque Filiorum, *Henrici* & *Conradi*, Romanorum Regum, magnam iterum *Waldburgiorum*, procul dubio, quod *Sueviæ Ducum* Dapiferi essent, habitam rationem, (6) nihilominus & alios officio huic præfuisse; (7) Sec. XIV *Nortembergios* aliquamdiu eidem innotescere admotos, à quibus (8) ad *Seldeneccios* pervenerit, donec Sec. XVI, (9) iis extinctis, (virtute literarum, quibus Palatinus Elector & Imperii Archi-Dapifer, *Ludovicus*, *Georgium* & *Wilhelmum*, Truchsessios de *Waldpurg*, illum *Wolffeccensis*, hunceque *Scheerensis* Linearum, An. 1528, Haidelbergæ, *uff Montag nach Cantate*, in casum deficientis *Seldeneccio-rum* Stirpis, de *Dapiferatu* hoc investiverat,) ad Truchsessios, nominatim: *Henricum*, *Frobenium*, *Georgium*, *Johannem*, *Gebhardum* & *Jacobum*, Lineæ *Wolfeccensis*, atque *Gebhardum*, *Carolum* & *Christophorum*, Lineæ *Scheerensis*, mera *Dapiferorum Imperii hæreditariorum* appellatione hactenus contentos, (vel Recessibus Imperii testibus, quorum præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 19, lit. k. voc. *Waldburg*, pag. 756 & 757, memini,) An. 1594, redierit, de actuali munere hoc investitos; (10) *Christophorum* quoque Scheerensem, dicto An.

1594,

1594. in Comitiis Ratisbonensibus, *Rudolpho II.* Imp. prima vice, cerimonia solenni, Imperiale Pomum iterum prætulisse. Ex antiquitate hæc ut deducantur, notum est,

An. 1014, HENRICI Sancti Imp. Dapiferum vocavi *Ezonem*, qui in diplomate h. a. *Infertor*, (scil. *ciborum,*) audit, apud *Baronium*, Tom. XI. *Annal.* p. 47, & *Goldastum*, T. 1. *Constit. Imper.* p. 229, ubi inter testes: *Signum Ezonis Infertoris*, & quidem *Camerarium*, inter & *Pincernarium*. Quamquam negari nequit, chartam sublestæ esse fidei.

An. 1100, adeoque HENRICO IV. Imperatore, *Wernerum* Comitem de *Thann*, primum se scrisisse *Dapiferum in Waldpurg*, ex Schedis domesticis, mecum communicatis, præced. v. 1. jam monui. Id autem de *Dapiferatu Sueviæ Ducatus* intelligendum putaverim.

An. 1123, sub HENRICO V. *Gebhardum Waldpurgium*, hujus *Werneri* filiorum natu maximum, titulo *Dapiferi de Waldpurg* fuisse usum, veterum chartarum fide probari posse, tradit Dn. *Im-Hoff* l. c. Magis ad rhombum facit,

An. 1150. CONRADI III. Imp. Dapifer, *Arnolnoldus de Rotenburch*; teste diplomate ejus h. a. Corbejensi Abbati dato, apud *Schatenum*, lib. VIII *Annal. Paderborn.* p. 785, ubi, inter testes: *Arnoldus de Rotenburch, Dapifer*; *Heinricus Marescalcus*; *Reimgerus Pincerna*; *Thiepertus de Winsperch, Camerarius.* Conf. præced. v. 1, ad h. a.

An. 1157, In diplomate FRIDERICI I. Imp. *Richenbergensi* Ecclesiæ dato, occurrit: *Waltherus Dapifer*; vid. præced. v. 1, ad h. a. Ut &,

An. 1168, In diplomate, quo Herbipolensi Episcopo facultas concessa *faciendi justitiam per totum Episcopatum & Ducatum Würtzburgicum.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. 1179, In alia Ejusdem charta *Rothensi* Abbatiæ scripta, laudatur iterum: *Arnoldus Dapifer de Rotenburc*; vid. ibid. ad h. a.

An. 1183, In Ejusdem diplomate, *Aldersbacensi* Cœnobio exarato, celebratur: *Conradus, Dapifer de Rotenberg*; vid. ibid. ad h. a.

An. 1193, subscripsit donationis chartam, Pataviensi Ecclesiæ ab HENRICO VI. Imp. factæ: *Marquardus Dapifer de Annewilre.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. In Ejusdem Imperatoris diplomate, quo, sub dato *Bopardiæ*, quarto Cal. Maji, *Sprinckersbacensis* Cœnobii possessiones confirmavit, apud Dn. *Tolnerum*, cit. *Codice Diplomat. Palat.* §. 42, p. 39, testes habentur: *Cuno de Mincenbergh, Marquardus Dapifer, Sigefridus Mareschallus &c.*

Exeunte seculo hoc, *Waldpurgios* munus hoc in Imperio obiisse, discimus ex charta PHILIPPI Imperat. qua, sub dato *Hildesheim*, 14 Kal. Febr. An. 1199, in favorem *Hartwici* Archi-Episcopi, confirmavit, quicquid *Fridericus* Imp. Ipsius Pater, in Curia *Erfordensi*, an. 1182, de Castro & Comitatu *Stadensi*, Patrimonio *Rudolphi* Marchionis, hæreditate Nobilis *Idæ*, & Patrimonio Comitis *Friderici de Stadio*, Bremensi Ecclesiæ adscripserat, apud *Lindenbrogium*, inter *Privilegia Hamburgensia*, §. 63, p. m. 170, & Dn. *Lunigium, Spicileg. Eccles.* Part. 1, Contin. I, Cap. 2, Tit. *Bremen*, §. 79, p. 109; & Contin. I, dicti Spicilegii, 3 *Absatz*, Tit. VI. *vom Ertz-Stifft Bremen*, §. 1, p. 312, ubi inter testes, H. (id est Henricus) *Dapifer de Walpurg*, (quamvis Dn. *Lunigius* loco poster. legat. *Walpruck*.) ad quam chartam Dn. *Schatenus*, cit. *Annal. Paderborn.* lib. IX, ad h. a. p. 924, provocat. Nec dubium, quin de *Henrico* hoc loquatur *Conradus Urspergensis*, in vita laudati Imperatoris, p. m. 233, ad An. 1198: *Philippus, frater Imperatoris, eo tempore exierat de Alemannia, ut veniret ad Ipsum in Siciliam, processeratque usque ad montem Falconis, Castrum quoddam apud Viterbium, ubi de morte Imperatoris nunciatum est Ei, ortaque est seditio in partibus illis, maxime contra Teutonicos, qui tunc in partibus Italiæ demorabantur; unde in Castro eodem quidam de Familia Ducis* (Philippi Suevorum) *occidebantur, inter quos erat Fridericus Nobilis Ministerialis Ejus de Tanne, Frater Dapiferi, qui nunc est &c.* cujus nomen, p. 235, exprimit, belli, inter *Philippum & Ottonem*, Imperialis coronæ intuitu, quam ambo prætenderant, gesti, memor, verb: *Properant electi Reges uterque, ut occupet sedem Regni Aquisgrani sane Philippus prior Oppidum illud obtinuit, & ibidem Viros Strenuos & Nobiles in præsidio constituit, inter quos fuerunt, Walranus, Filius Ducis de Limburg, & Henricus, Dapifer de Walburg &c.* Eundemque Sueviæ Dapiferatui simul præfuisse, documento est Privilegium dicti *Philippi*, adhuc Sueviæ Ducis, sub dato *Suenhusen*, An. 1197, 3 Cal. Augusti. Cœnobio *Weissenau* scriptum, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Weissenau*, §. 1, v. 6, p. 749, ubi: *Testes sunt ---- Ulricus, Marscalcus de Rechperg, & filius suus Hildebrandus; Heinricus, Dapifer de Waldpurg; Eberhardus, Pincerna de Tanne &c.* nec non charta Ejusdem Ducis, de dato *Spiræ*, 12 Cal. Febr. An. 1198, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im 2 Theil*, 44 *Absatz*, §. 3, p.

3, p. 465, ubi rursus, inter Testes: *Henricus, Dapifer de Waldberg &c.* Vice versa,

An. 1202, præfati OTTONIS IV. Dapifer fuit *Guncelinus*, è Familia Dominorum de *Wolferebutle*, qui Ducum Saxoniæ Dapiferi extiterunt, filius *Ecberti*, cujus in diplomate *Friderici I.* Imp. *Goslaria*, 6 Id. Aug. An. 1188. quo Eclesiam SS. *Simonis & Judæ* ibid. in libertatem plenariam vindicabat, apud Dn. *Heineccium*, lib. 2. *Antiquitatum Goslar.* p. 186, inter testes mentio fit, verb: *Ecbertus de Wulferbutele.* Meminit *Guncelini* Nostri *Arnoldus Lubecensis*, lib. VI. *Chron. Slav.* Cap. VII, ad An. 1202, p. 459: *Post hæc, Guncelinus, Dapifer Regis Othonis, Ipso Rege in Colonia morante, cum Castrum Lichtenberg requirere vellet, quia Brunsuicenses de eodem Castro multas infestationes patiebantur, convocatis Amicis, Castrum obsedit &c.*

An. 1203, eundem titulum gessisse *Conradum de Wilre*, documento sunt Instrumenta divisæ inter *Henrici Leonis*, Saxonum Bojorumque Ducis Filios, laudatum scil. *Ottonem* Imp. *Henricum*, C. P. R. ducemque Saxoniæ, & *Wilhelmum*, Paternæ hæreditatis, *Paderborna* conscripta, & quidem charta *Ottonis*, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunsuic.* §. 18. *Document.* p. 241, ibi: *Intererant autem huic Nostræ divisioni - - - Ministeriales: Conradus de Wilre; Dapifer Regis; Symon Aquensis Camerarius &c.* &, paucis interjectis, *Fredericus, Marschalckus &c.* & in Charta *Henrici*, apud *Maderum* l. c. §. XIX. *Document.* p. 244; Dnn. *Schatenum* l. c. Lib. IX, ad h. a. p. 935; *Tolnerum*, cit. *Cod. Diplom. Palat.* §. 69, pag. 60; *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 1 *Absatz*, §. 75, pag. 123, & l. c. 4. *Absatz*, §. 1, p. 252; *Leuckfeldum*, *Antiquit. Blanckenburg.* §. 2, lit. a, pag. 3: *Hujus rei testes sunt - - - Ministeriales: Conradus de Wilre, Simon Aquensis, Camerarius &c. - - - - Fredericus de Volckmerode &c.*

An. 1204, in Charta, qua memoratus *Henricus* C. P. R. fratri Imperatori, *Ottoni IV*, *Jordani*, Dapiferi sui, cognominis filium in Ministerialem obtulit, occurrunt ambo; inde huc spectant: *Henricus D. G. Dux Saxonie, C. P. Reni, omnibus Christi fidelibus, hoc scriptum intuentibus, salutem & omne bonum. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Nos Jordanum, Filium Jordani, Dapiferi Nostri* (laudati Guncelini Patrui) *Fratri Nostro, Regi Ottoni, ex consensu jam dicti Patris sui, nec non & Heredum suorum, cum bona voluntate Nostra, in Ministerialem libere donavimus - - - - Testes etiam hujus rei sunt: Conradus de Wilre, Dapifer; Hecbartus de Wulferbutle; Basilius de Osterode; Guncelinus, Dapifer - - - Millekinus Marescalcus &c.*

An. eod. In Privilegio PHILIPPI Imp. 6 Idus Mart. *Herbipoli* Ecclesiæ *Berchtesgadensi* dato, inter testes habetur: *Henricus, Dapifer de Walpen*, (vid. præced. v. 1, ad h. a.) legendum autem esse *Walpurc*, pro *Walpen*, est, de quo nullus dubito.

An. 1205, In charta compositionis, mediante *Diethalmo*, Constantiensi Episcopo, inter Præpositum *Schussenriedensem*, & Dnn. *Warterbergios*, Constantiæ confecta, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3, *Spicilegii Eccles.* Cap. VI, Tit. *Schussenriedt*, §. 3. p. 548. habetur: *Dignum duximus Viros, hujus compositionis hortatores & cooperatores in medium deducere; erant - - - - Ministeriales accepti Domini Regis Philippi: Fridericus, Dapifer de Walburch &c.* Fuisse hunc *Fridericum* dicti *Henrici* fratrem, ut nonnulli volunt, asserere nequeo, cum probationes desint; id autem certum,

An. 1207, In charta PHILIPPI Regis, qua, sub dato 4 Non. Novembr. contractum, vigore cujus *Manegoldus*, Pataviensis Episcopus, ab *Ottone*, Meraniæ Duce, Castrum *Windeberde* nactus est, una cum Comitatu *Rogenbrugge*, titulo donationis eidem oblato, ratum habuit, apud *Gewoldum*, Tom. 1, Addit. ad *Hundii Metropolim*, Tit. *Passau*, pag. m. 252, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Tit. *Passau*, §. 31, pag. 780, binos ostendi, præfatum scil. *Henricum* & *Waltherum*, ibi: *Testes autem hujus rei sunt - - - Heinricus, Dapifer Imperii de Walperch; Heinricus, Marschalcus de Kallendin; Heinricus, Camerarius de Ravensperch; Waltherus, Dapifer Imperii &c.*

An. 1208, præsentem fuisse *Henricum* Dapiferum, cum *Philippus* Rex, ab *Ottone Wittelspachio*, perfide interficeretur, at ipsummet vulneratum, cum Regicidam capere conaretur, auctoritate *Ottonis de S. Blasio*, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Philippi*, v. 5, ad An. 1208, p. 595, probavi.

An. 1209, in tribus Diplomatibus, Ecclesiæ Walckenredensis in favorem, ab OTTONE Imp. editis, testis celebratur *Gunzelinus Imperialis Aulæ Dapifer.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. In alio diplomate, quo, sub dato *Brunsuic* 14 *Kal.* Junii, Ecclesiam Magdeburgensem liberam pronunciavit ab onere solvendi ea, quæ hactenus, ab obitu Archi-Episcoporum, Imperatoribus debebantur, apud Dn. *Meibomium*, in Apologia

gia pro *Ottone IV,* Tom. 3. *Rer. German.* p. 128. Dn. *Lunigium,* Part. spec. *des Reichs-Archivs,* Contin. 2, 3 *Fortsetzung,* 4 *Abtheilung,* XV *Absatz,* §. 35, pag. 355; & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 71, pag. 62, idem occurrit: *Gunczillinus Dapifer &c.*

An. eod. In Privilegio, (cujus copia apud me est,) sub dato *Aldenburg,* 6 Non. Maji, *Stadensibus* concesso, testes fuere: *Henricus, Marschalcus de Kalindri, Gunzelinus Dapifer.*

An. 1212, In charta Conventionis ejusdem Imperatoris, cum *Theodorico,* Marchione Misniæ, 13 Kal. April. *Francofurti* contractæ, vigore cujus, Marchio Cæsarem, contra *Innocentium* Papam, *Odagrium* Regem Bohemiæ, & *Hermannum,* Thuringiæ Landgravium, tuiturum se promisit, apud *Maderum, Antiquit. Brunsuic.* §. X *Document.* pag. 128, & 129, jurarunt pro Imperatore: *Frater Ejus, Henricus, Palatinus Rheni ----- Guntzel Dapifer ---- sub hac autem conditione promissum est, & juratum, quod si forte, quod absit, ex parte Dn. Imperatoris non observaretur convenientia, omnes isti, qui juraverunt, Civitatem Misnam intrabunt, nec inde recedent, sine licentia Marchionis, excepto solo Dapifero, qui, in hoc casu, Goslariam intrabit, inde nunquam recessurus, sine voluntate & licentia Marchionis &c.*

An. eod. In charta FRIDERICI II Imp. qua, sub dato *Ratisbonæ,* XV Kal. Mart. *Berchtesgadensis* Præposituræ Possessiones & Privilegia rata habuit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, Tit. *Berchtesgaden* p. 125, testes adhibiti: *Heinricus, Marscalcus de Calindro; Wernerus, Dapifer de Bolanten; Walderus, Pincerna de Schupfe; Ulricus, Camerarius de Mintzenberch &c.* Idem documentum sistit Dn. *Lunigius,* Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. V, Tit. *Berchtesgaden,* §. 18, pag. 17, in quo subscriptorum nomina sic exhibentur: *Henricus, Marschallus de Calindi; Wernerus, Dapifer de Wollanden; Waltherus, Pincerna de Supfe; Ulricus, Camerarius de Münzenberg.*

An. 1213, Cæsar OTTO IV, dotando Ecclesiam *S. Mariæ,* apud *Ceverlingeborch,* sub dato *Brunschwick,* 6 Kal. Febr. apud *Maderum* l. c. §. XX, pag. 247, ait: *Hanc itaque dotem, ab omni jugo Advocatiæ liberam, assignavimus eidem Ecclesiæ, in manus Fidelium Nostrorum, Hartberti, Hildensemensis Episcopi, & Guntzelini Dapiferi Nostri &c.*

An. 1215, Contulit Idem Cæsar, consentiente Fratre, *Henrico* C. P. R. 7 Id. Mart. Ecclesiæ *Riddageshusen,* Patrimonium suum *Scatthorst, attestantibus Fidelibus suis, Guncelino, Imperialis Aulæ Dapifero, Wilhelmo Marschalco &c.* Vid. Dn. *Meibomius,* in *Apologia, pro Ottone IV,* Tom. 3 *Rer. German.* §. 8 *Document.* pag. 162, & in Chronico *Riddagshusensi,* ibid. p. 351.

An. eod. Recipiente Imperatore FRIDERICO II Monasterium *Lorch* in specialem Imperii protectionem, sub dato *Ulmæ,* 12 Kal. Julii, cit. Tom. I *Documentor. Würtenberg.* Tit. *Lorch,* §. V, pag. 729, testes fuere: *Anselmus, Marscalcus de Justingen ---- Everhardus, Dapifer de Tanne &c.* Familiam de *Tanne* originem dedisse *Waldpurgiis,* aliquoties monitum.

An. eod. In charta, qua, sub dato *Augustæ,* Non. April. litem inter *Leopoldum* Austriæ Ducem, & Episcopum Passaviensem, diu agitatam diremit, iterum testis: *Wernherus de VVonlandt, Dapifer.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. In charta *Walckenriedensi,* testis: *VVarnerus, Dapifer de Bonlande;* vid. ibid.

An. 1216, In variis diplomatibus, Ecclesiis Magdeburgensi, Herbipolensi, Quedlinburgensi &c. datis, rursus testis: *VVernerus Dapifer,* vel, cum additamento: *De Bonlandia;* vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. 1217, In laudati Imperatoris diplomate quodam, cujus præced. v. 1 ad h. a. memini, mentio fit *Philippi de Bolandia,* sine additamento *Dapiferi.*

An. 1218, Chartam ejusdem Imperatoris, qua, sub dato *Nurnberg,* 4 Calend. Januar. *Berchtoldo,* Brixiensi Episcopo, Privilegium & concessionem Argenti-fodinarum, omniumque venarum metallicarum, & salis, per Ipsius Episcopatum, indulsit, subscripsere: *Anshelmus de Justingen, Imperialis Aulæ Marschalcus; Eberhardus Dapifer de Tanne; Dietho, Camerarius de Ravenspurg &c.* Vid. *Hundius* l. c. Tom. I, Tit. *Brixen,* v. 43, p. 300; ibidemque *Gewoldus,* in Additionib. pag. 321, qui legit: *Anshalmus de Justingen; Imperialis Aulæ Marschalcus; Eberhardus, Dapifer de Tanne; Dieto, Camerarius de Ravensberg &c.*

An. eod. In Testamenti tabulis laudati Imperatoris OTTONIS IV, Kal. Junii, *Hartesburgi* con-

confectis, apud *Meibomium*, in citata *Apologia*, pag. 148 & 149, Dn. *Tolnerum*, cit. *Cod. Dipl. Palat.* §. 72, pag. 62 & 63, & Dn. *Fridericum Luca*, *im uhralten Reichs-Grafen-Saal*, p. 1149 &c. rursus nominatur *Guncelinus*, ibi: *Ad hæc volumus, ut Uxor nostra, cum Dapifero Gunzelino, & Fidelibus Nostris, Castrum Harlungeberg possideat &c.* & postea: *Jurabunt itaque Gunzelinus Dapifer, & Ecbertus, filius suus, ut Castrum Wallebeke teneant annum &c.* &, circa finem: *Hujus rei testes sunt ----- Gunzelinus Dapifer &c.*

An. eod. In diplomate, quo, sub dato *Hartesborch*, XV Kal. Junii, Ecclesiam SS. *Johannis Baptistæ* & *Blasii*, Brunsuigæ, loco *Scevelingeborch*, cum omni Jure, dotavit, apud *Maderum* l. c. §. XXII, pag. 249 &c. idem inter testes, habetur, ibi: *Gunzelinus Dapifer ---- Hinricus Marschalcus.*

An. eod. In confirmatione hujus donationis, à *Sigfrido*, Hildesheimensi Episcopo, scripta, apud *Meibomium* l. c. pag. 149 & 150, & Dn. *Fridericum Lucæ* l. c. pag. 1063 & 1064, denuo affirmatur, quod dictæ donationi interfuerint: *Gunzelinus Dapifer, Jordanus Dapifer,* & *Jordanus, Filius suus.*

An. eod. In charta, cujus copiam possideo, inquit modo laudatus Hildesheimensium Episcopus: *Notum facimus Universis --- quod Nos Ecbertum, Guncelini, Imperialis Aule Dapiferi, primogenitum, de consensu Fidelium Nostrorum, pro Uxore Sifridi de Bornem, filia videlicet Sigfridi de Saldere, & pro omnibus filiis ejus, & filiabus, nec non, pro Uxore Conradi, Marscalci Nostri, filia quondam Advocati de Dalheim, --- dedimus in commutationem, Domino Nostro, Ottoni, Romanorum Imperatori hoc permittentes, quod proximus filius, quem prefata Uxor Conradi Marscalci est habitura, ipsius Domini Imperatoris scilicet, perpetualiter pertineat Dominio &c.*

An. 1219, Eundem hoc titulo fuisse usum, licet Cæsar *Otto* jam decesserit, documento est Transactio, inter *Henricum* C. P. R. ducemque Saxoniæ, Cæsaris Germanum, atque Præsulem *Bremensem*, *Gerhardum*, super *Jure proprietatis in Cometia Stadensi, tam in Ministerialibus, quam prædiis & mancipiis, dicto Duci competente*, nec non Præpositura *Wildeshusen*, Bremensi Ecclesiæ collata, apud Auctorem *Assertionis Libertatis Bremensis*, pag. 786, & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 70, pag. 60 & 61, ubi: *Testes autem hujus rei sunt ---- Gunzelinus Dapifer, Lotharius Pincerna &c.* Conf. seq. An. 1224.

An. eod. in Privilegio FRIDERICI II. Imp. 18 Cal. Sept. Francofurti, *Francofurtensibus* concesso, occurrunt testes: *Ansalmus, Marscaldus de Justingen; Wernerus, Dapifer de Bollandia; Philippus, frater ejus &c.* Vid. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 1 *Theil*, 14 *Absatz*, §. 2, p. 557.

An. 1220, In diplomate Ejusdem Imp. quo sub dato *Augustæ*, 3 Cal. Aug. Ecclesiæ *Steingadensi* Advocatiam in *Sibenaich* confirmavit, apud *Gewoldum*, l. c. Tom. 3, Addit. Tit. *Staingaden*, pag. 251, legitur: *In cujus rei testimonium vocavimus ---- Eberhardum, Dapiferum de Tanne;* qui alibi vocatur de *Walpurc*. Vid. præced. v. 1, ad An. 1223.

An. eod. In Ejusdem charta, qua, sub dato *Augustæ*, Kal. Aug. Cœnobium Monialium *S. Crucis, Northausæ*, in Præposituram mutavit apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Blanckenburg;* Tit. *Wallhausen*, pag. 95 &c. sub finem habetur: *Testes hujus rei sunt ---- Anselmus Marscalcus; Wernerus, Dapifer Curiæ Nostræ,* (sine dubio, de *Bolandia*,) *Philippus de Bohnlant &c.*

An. eod. In Ejusdem Edicto, de restituenda Imperio Marchionissæ *Mathildis* Estensis hæreditate, sub dato, in Castris apud S. *Leonem*, 8 Kal. Octob. apud Dn. *Lunigium*, Contin. I. *Spicilegii Ecclesiastici*, 2 *Absatz*, §. 13, p. 171, testes sunt: *Anselmus, Mariscalcus Imperii* & *Guarnerius de Bollandia, Senescalcus &c.*

An. eod. in Ejusdem charta Civitati *Tremoniensi* data, præced. v. 1, ad h. a. occurrit idem.

An. 1221, Idem Cæsar *Insignia Imperii custodiri fecit sub potestate Eberhardi de Tanne, Ministerialis & Dapiferi sui in Walpurc.* Vid. *Conradus Urspergensis*, præced. v. 1, ad An. 1223.

An. 1223, In charta HENRICI, Romanorum Regis, Ecclesiæ *Herbipolensi* data, iterum testis: *Eberhard, Truchsaß von Waldburg.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. Ejusdem mentio fit in diplomate laudati Regis, quo, sub dato *Northusen*, 10 Kal. Octobr. *Præposituram S. Crucis Northusæ*, an. 1220, ab Ejus Patre fundatam, confirmavit, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. pag. 99 & 100, ubi: *Testes hujus rei sunt ---- Anselmus Marscalcus; Eberhardus Dapifer.*

An. 1224, In charta ejusdem Regis, qua, sub dato *Blekede*, in Castris, 7 Kal. Octob. Cœnobium *Pœldense* in specialem Imperii tutelam suscepit, ejusque possessiones quaslibet & Bona confirmavit, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatib. Pœldensib.* Cap. 12, §. 3, lit. c, pag. 45, testes citantur: *Gunzelinus, Dapifer de Wolfterbüttel; Eberhardus, Dapi-*

Dapifer de Walpurc; *Conradus*, *Pincerna de Winterstetin*; *Fridericus*, *Camerarius de Bienburc*; *Diethcho de Ravensburc &c.*

An. 1225, Ejusdem Diploma, *Urspergensi* Abbatiæ datum, subscriptum fuisse *à Ministerialibus quoque Imperialis Aulæ*, *Eberhardo Dapifero de Walperg*; *Conrado & Eberhardo Fratribus de Winterstetin &c.* præced. v. 1. ad h. a. notavi.

An. 1226, sub dato *Hagenauwe*, Cal. Maji, ubi litem in *Horburgios* & *Rappolsteinios*, ratione Castri *Keysersberg*, diremit, testes affuere: E. (Eberhardus) *Dapifer de Waldburg*; C. (Conradus) & E. (Eberhardus) *Pincernæ de Wintherstetin.* Vid. ibid. ad h. a.

An. eod. In Ejusdem charta, sub dato *Ezzelingen* 6 Kal. Octobr. *Denckendorffensi* Cœnobio scripta, in numero testium habetur: *Eberhardus*, *Imperialis Aule Dapifer &c.* Vid. cit. præced. v. 1. ad h. a.

An. eod. In Ejusdem charta *Weingardensi* Cœnobio exarata, iterum testis: *Heberhardus*, *Dapifer de Waldpurc*; Vid. ibid.

An. 1227, In charta *Irseensi*, rursus testis: *Eberhardus de Walburch Imperialis Aulæ Dapifer*; vid. ibid. ad h. a.

An. 1228, Idem Dapifer in quinque Diplomatibus, testes inter, occurrit, de quibus vid. præced. v. 1, ad h. a. Pariter ac,

An. 1229, In charta *Salmanswilerensi*, cujus ibidem h. a. memini.

An. 1231, Idem testis fuit in alio Diplomate Regio, eidem Cœnobio dato; ibid. ad h. a. ut &,

An. 1232, In Charta *Maulbronnensi*, ibid. h. a. ast,

An. eod. In diplomate FRIDERICI Imp. quo, sub dato: *Apud Civitatem in Friola*, Mens. April. *Bebenhusani* Cœnobii Bona in *Eslingen*, ab omni exactione libera pronunciavit, Tom. I. *Documentor. Würtenberg.* Tit. *Bebenhusen*, §. 10, pag. 380, testium numero venit: *Wernherus*, *Dapifer*; *de Bollanda.* Ut &

An. 1233, In tabulis conventionis, inter *Henricum*, Episcopum Wormatiensem, & Civitatem cognominis, circa constituendum ibidem Magistratum, 3 Cal. Mart. apud Dn. *Lunigium*, Part. 2, cit. *Spicilegii Eccles.* Cap. 4. Tit. *Worms*, §. 6, p. 926, ibi: *Wernerus*, *Dapifer de Bolandia.*

An. eod. vero, in charta HENRICI Regis, *Spirensibus* concessa, inter testes adhibitus *Eberhardus*, *Dapifer de Walpurg.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. in Charta Regia *Bebenhusana*, rursus testis: *Dapifer de Walpurg.* Vid. præced. v. 1, ad h. a. similiter,

An. 1234. In Privilegio sæpefati Regis *Henrici*, Ecclesiæ Basileensi concesso, ubi: *Dapifer de Waldburg &c.* Vid. ibid. h. a.

An. eod. In confirmatione Privilegiorum *Erfurdensium*, 3 Id. Sept. apud Bopardiam, occurrunt inter testes: *Wernerus de Bonlandia*, *Imperialis Aulæ Dapifer*, & *Ulricus de Mintzenberg*, *ejusdem Aulæ Camerarius.* Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil in der Fortsetzung*, 4 *Absatz*, §. XV, p. 428.

An. 1239, In Transactione Abbatum Campidunensis & Isnensis habetur: *Berthold*, *Dapifer de Walburg.* Vid. præc. v. 1. h. a.

An. 1240, In Charta *Schussenridensi*, à CONRADO, Romanorum Rege, scripta, nominatur testis: *Otto Berchtoldus*, *Dapifer de Waltpurg*; vid. ibid. ad h. a. Nescio tamen an vocabulum *Otto* recte præfixum sit, cum præter diploma modo dictum, Tabula quoque Genealogica Illustriss. Pincernarum de *Waldpurg*, à Dn. *Schenckio de Winterstetten*, ut præced. v. 1. monui, mecum communicata, solum nomen *Berchtoldi* referat, qui filius fuit *Bertoldi* Junioris, ex *Itta*, Domina de *Thalhofen*, natus.

An. 1254, In Privilegio WILHELMI Imp. quo sub dato *in Castris*, *in depopulatione Westfrisiæ*, 15 Kal. Junii, *Wedekindo*, Episcopo *Mindensi*, resignata sibi ab *Alberto*, Saxonum Duce, Bona in *Steinwede*, *Haccenhusen* & *Borchere*, in Feudum contulit, apud Dn. *Lunigium* cit. Part. 2, *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, *im Anhang zu den Hochstifften*, Tit. *Minden* §. 27, pag. 116, inter testes habetur: *Wernerus de Bollandia*, *Dapifer.*

An. 1255, In Ejusdem charta, in confirmationem Privilegiorum, Spirensibus data, testis nominatur: *Wernerus Senior*, *Dapifer de Bolandia.* Vid. præc. v. 1. h. a.

An. eod. sub dato *Spire*, 4 Id. Mart. in Ejusdem literis feudalibus, *Godefrido* de *Sultzburg* concessis, iterum celebratur: *Wernerus de Bolandia*, *Dapifer Noster.* Vid. Dn. *Lunig. Spicileg. Seculare*, P. 2. 67 *Absatz*, §. 2, p. 1556.

An. 1279, In literis feudalibus, à RUDOLPHO Imp. apud *Rotenmam*, 8 Kal. Nov. *Bertholdo*, Bambergensium Episcopo, super Bona quædam in *Carinthia*, sita, concessis, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Bamberg*, §. 38, pag. 35, celebratur, inter testes: *Fridericus de Lengeberg*, *Dapifer.*

Sequentibus temporibus, ubi subscriptiones, te-

ſtium rarius ad chartas apponerentur, accurate dici nequit, quales *Dapiferi* fuerint in Imperio, ad ætatem usque CAROLI IV. Imperatoris, in Cujus *Aurea Bulla* de An. 1356, Cap. XXVII, §. 6, legitur: *Pro ſe recipiat Magiſter Coquinæ, de Nortenberg, equum & ſcutellas Comitis Palatini &c.* tanquam Archi-Dapiferi; & rurſus Cap. XXIX: *Item, dabit Magiſter Curiæ (der Kayſerl, Ober-Hoff-Meiſter) – – – – Magiſtro Coquinæ, de Nortemberg, decem marcas &c.* Per *Magiſtrum Coquinæ, intelligi Vicarium Archi-Dapiferi*, ſatentur omnes. Comes Helffenſteinius *Ulricus*, Judicii Aulici Pragenſis Director, in charta, confirmationis Privilegii Fori *Nordlingenſium*, de dato *Prage, am Montag nach Sannt Lucien Tag*, An. 1364, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *2 Theil*, 33 *Abſatz*, §. XIII, pag. 8. ait: *Thun kund, daß für Uns kommen in Gerichte, mit Fürſprechen und mit vollem gantzen Gewalt, Her Luppolt, Küchinmaiſter von Nortenberg, von wegen des Rates und der Bürger gemainlich der Statt zu Nördlingen &c.* In Diplomate laudati Imperatoris, Episcopo Spirenſi, An. 1369. conceſſo, etiam inter teſtes occurrere *Lupoldum de Nortemberg, Imperialis Coquinæ Magiſtrum*, præc. v. 1, in fine, monitum. Quo usque vero *Nortenbergii* officio hoc ſint functi, æque incertum eſt; id tamen conſtat, eos adhuc anno 1471. floruiſſe, vel *Nicolao Mamerano* teſte, in deſcriptione Inveſtituræ *Mauritii*, Saxonum Electoris, An. 1548, 24 Februar. *Auguſtæ Vindelicorum* celebratæ, apud *Goldaſtum*, Part. VI. *Politicorum Imperialium*, pag. 375, & *Schardium*, T. 2. *Scriptorum rerum German.* pag. 517, ubi, mentione facta prandii Cæſarei in Comitiis *Ratisbonenſibus* An. 1471: *Cæſar* (Fridericus III.) *in tentorio defixo, in Majeſtatis ſuæ ſplendore reſidet, ſtatque parata ante Ipſum menſa, ante quam Electores Eccleſiaſtici, juxta ſe invicem, conſiſtunt; Moguntinus, dexter: Trevericus, medius: Colonianus, Siniſter: poſt horum terga, tres Miniſtri, cum Vexillis ſingulorum iſtorum Electorum inſignium. Poſt hos, ſtat Elector Saxonicus, Archimarſchalcus, tenens menſuram avenaceam, à Bappenheimio, Hæreditario Marſchalco, ſibi oblatam; poſt quem ſtat Miniſter quidam, cum Vexillo armorum, ſeu inſignium, Ipſius Electoris Saxonici. A dextra menſæ, accedit Elector Brandenburgus, Archi-Cubicularius, ferens pelvim argenteam, à Falckenſteino, Hæreditario Cubiculario, ſibi porrectam, cum mappa nitida, ad proluendas extergendasque manus. Eum ſequitur Miniſter, cum Vexillo Inſignium Ejus Electoris. A ſiniſtra Menſæ, accedit Elector Palatinus, Archidapifer, geſtans diſcos aliquot argenteos ad menſam, cum ferculis, porrectos ſibi à Nortembergo, Hæreditario Culinæ Præfecto. Quem & Ipſum ſequitur Miniſter, cum Vexillo armorum, ſeu inſignium, Palatini. E regione Palatini, paulo infra, accedit Rex Bohemiæ, Archi Pincerna, portans phialam, cum potu, à Limburgo, Hæreditario Pincerna, ſibi porrectam; quem quoque Miniſter, cum Vexillo armorum Regis Bohemiæ, ſubſequitur &c.* Eos vero non multo poſt defeciſſe, vel inde ſuſpicor, quod,

Anno 1486, die Jovis, poſt Dominicam *Invocavit*, in Electione MAXIMILIANI I, Romanorum Regis, *Francofurti* peracta, apud *Goldaſtum* l. c. Part. I, pag. 90, & *Freherum* Tom. 3. *Scriptorum Rerum Germanic.* pag. 22, mentio fiat *Philippi de Selmick, Imperii Dapiferi*; verb: *Dum* (in Officio Miſſæ) *inciperetur Canticum: Sanctus, Sanctus, Sanctus; Schenck Chriſtoferus de Limpurg Cæſareo Capiti Imperiale diadema excepit. Item Pomum, Philippus de Selmick, Imperii Dapifer; Gladium vero, & quidem verſus terram defixum, Sigismundus de Pappenheim, Marſchalcus; Sceptrum vero Schenck Philippus de Winspurg, Camerarius, tenuit &c.* In deſcriptione ejusdem Electionis, apud Dn. *Schilterum*, inter *Diplomata & Documenta Friderici III. Imp.* pag. 227, eadem legimus: *Item, Als man das Sanctus anhube zu ſingen, do nam Schenck Criſtoffel von Lympurg dem Romſchen Kayſer die Kayſerliche Krone abe. Item, Her Philips von Selmick, eyn Erbdruchſeß, und Küchenmeyſter des H. R. Richs, hielt den Apfel der Kayſerlichen Majeſtæt, von des Pfaltzgraven wegen*; Conf. ſeq. lit. b. ad An. 1486. Intelligendum autem, ſub Appellatione *Selmick, Philippum de Seldeneck*, dubio caret; manifeſtum enim, *Seldeneccios*, in hoc munere, *Nortembergiis* ſucceſſiſſe.

An. 1494, ſub dato *Mecheln*, 21 Sept. confirmavit MAXIMILIANUS Imp. dicto *Philippo* priſtinam dignitatem ſuam, ſequenti diplomate, quod Dn. *Wegelinus*, ad Art. 3. *Capitulationis Caroli VI.* ad verba: *Ihnen von Unſern Hoff-Aemptern &c.* p. 104, ex autographo, cum erudito Orbe communicat:

WIr Maximilian, von GOttes Gnaden, Römiſcher König, (tot. Tit.) *bekennen offentlich, mit dieſem Brieff, und thun kund allermänniglich; nachdem Wir treffentlich und gnugſamlich unterricht, daß, von Alters her, die Perſonen des Geſchlechts*

schlechts und Stammen Seldenneck, Unser Vorfahrn, Römisch Kayser und König, löblicher Gedächtnüs, und des Heil. R. Reichs Erb-Küchen-Meyster gewesen, als Sie dann noch seyn, und solch Amt je der Eltiste uß Ihnen, von einem Pfaltz-Graffen bey Rhein, Churfürsten, als des H. Reichs Ertz-Truckseßen, zu Afftcrleben empfangen; haben Wir gütlich bedacht, und angesehen solch Alt Herkommen, Gerechtigkeit, auch die angenehme getreue und nützliche Dienste, so Unser und des Reichs lieber Getreuer, Philipps von Seldenegkh, Uns und dem H. Röm. Reiche offt williglichen gethan hat, und hinführo wohl thun mag und sol; und darumb, mit wohlbedachtem Muthe, und gutem Rathe, demselben Philippsen zugesagt haben, und sagen zu, wissentlich in Krafft diß Brieffs, daß Wir, und all Unser Nachkommen am Reiche, Ihne, und all seine Erben, und Nachkommen, des Geschlechts, bey solchem Küchen-Meister-Amt, und seinen Ehren, Würden und Freyheiten, geruhlich handhaben, und sie des versteen und vertretten, auch, so offt Ihr je einer sich des zu verwesen untersteht, denselben die Gefälle und Nutzung davon einnehmen, gebrauchen und geniessen lassen, und Ihnen daran kein Eintrag, Irrung noch Verhinderung thun, noch jemand andern zu thun gestatten, in kein Weiß; Alles getreulich und ohngevärlich. Mit Urkund diß Brieffs, besiegelt mit Unserm Königlichen anhangenden Insiegel, geben zu Mecheln, am ein und zwantzigsten Tag des Monaths Septembris, nach Christi Geburt, vierzehen Hundert, und im vier und neuntzigsten, Unserer Reiche, des Römischen, im Neundten, und des Hungarischen im fünfften Jahr.

Ex formulis: *Von Alters her;* It. *Solch alt Herkommen &c.* conjicio, jam semel olim *Seldeneccios* muneri huic præfuisse, lapsu temporis ad alios translato, tandemque Seculo XV eis restituto.

An. 1520, Auctor descriptionis Inaugurationis CAROLI V. Imp. 23 Octob. *Aquisgrani* celebratæ, apud *Goldastum*, Part. I. *der Reichs-Händel*, Tit. IX, *Handlung auf dem Rathhauß*, pag. 53, ait: *Der Pfaltzgraff truge das erste Essen verdeckt, setzt das dem König für, dieselben Silber wurden Philipsen von Seldeneck, der zugegen stund, und bliessen die Trommeter, so lang das Essen über den Tisch gesetzt würde &c.* Adhuc,

An. 1562, in festivitate Coronationis MAXIMILIANI II, Romanorum Regis, ult. Nov. *Francofurti*, quendam Gentis hujus comparuisse, auctor est *Schardius*, in *descriptione Celeberrimi Conventus Electoralis Francofurtensis*, An. 1562, apud *Goldastum*, Part. I. *Politicorum Imperialium*, pag. 145, mentione facta Convivii Cæsarei, scribens: *Deinde, è cœnaculo descendit quoque Elector Palatinus, ad obeundas Officii sui, quod in Imperio gerit, partes, unde Archidapiferum, seu Discopherum Imperii, Eum appellant; qui cum & Ipse, in phalerato equo, ad Coquinam Cæsaream venisset, ac tria fercula, seu catinos deauratos, cibo repletos, in tripode positos, invenisset, eos, utraque manu assumptos, ad cœnaculum portat ---- cum itaque Palatinus, ad cœnaculum veniens equo descendisset, tradidissetque hunc, pro more Officii, Comiti à Seldeneck, qui est Romani Imperii Vice-Dapifer, Ipse fercula illa, præcedente Eum Electore Saxoniæ, cum bacillo, mensæ Cæsaris apposuit: Catinos vero illos postea idem Comes reservavit &c.* Idem, referente *Goldasto*, Part. I. *der Reichs-Händel*, affirmat Auctor descriptionis ejusdem Inaugurationis, pag. 74; *Als Er* (Elector Saxoniæ) *nun wieder zu Ihrer Kayserl. und Königl. Maj. auf den Saal kam, gieng Er zum andern mahl, mit dem Churfürsten Pfaltzgraffen, hinab, derselbig saß auch auff ein Roß, ritt zu den beyden rechten Küchen, so im Hoff zu den Barfüssern, gestrackt gegen dem Hinder Römer über, auffgeschlagen waren; und nam also zu Roß, von einem bestelten Tisch, drey Speisen, die Er zu Fuß, auf den Saal Ihre Kayserl. und Königl. Maj. fürtragen solt; gab Er gleichfals sein Roß dem von Seldeneck; inmassen er dann auch hernach die Schüsseln, in Krafft seiner Gerechtigkeit, bekommen; und trug darauf, nach dem von Sachsen, der Ihm mit einen langen schwartzen Stab vorangezogen, denen Kayserl. und Königl. Majest. die Speysen für &c.* & pag. 85, Tit. *Erb-Ampt-Trager deß H. Röm. Reichs;* ibi: *N. von Seldeneck, Reichs-Küchenmeister &c.* Add. Auctor descriptionis ejusdem Coronationis, Interprete *Adamo Heydeno*, apud *Goldastum*, cit. Part. I. *Politicorum Imperialium*, pag. 150: *In Curiam ubi ventum est, ubi Cæsar & Rex sua mensa, omnibus aliis septem gradus editiori, considere cœperunt, Electores singuli sua, ex A. B. ordinatione, Officia obeunt; & quidem, omnium primo, Brandenburgicus, qui Pocillatoris* (Archi-Camerarii) *munere fungitur, Curia descendens, in generosum equum ascendit, & ad mensam quandam, medio foro stratam, properans, auream inde pelvim, & mappam, accipit, Isque in Curiam rediens, Cæsari & Regi, ut manus lavent, atque abstergant, administrat; post, pelvi, mappa & equo, Comiti Zollerano, ex jure antiquo, cedentibus. Deinde Saxo, qui Imperii Ensiferum & Marescallum agit, in equum agillimus insiliens, eo in avenaceum acervum, prope Curiam effusum, incitato, celerrime fertur, indeque modium implet argen-*

genteum, subinde modio & equo Inferiori Marescallo, Friderico Pappenheimio, attributo, avena autem pro derelicto habita, vulgique direptioni concessa. Postea Palatinus, Archi-Dapifer, ad coquinam, extra Curiam, prope Franciscanorum ædem, constructam, expeditus in equo aspirat, indeque, assumptis ferculis, Curiam versus, reditum maturat, ibi, equo relicto, fercula ad mensam Cæsaris, Ei Saxone nigrum bacillum præferente, defert. Ejus Equus, una cum argenteis, quibus fercula gestabantur, patinis, jure quodam peculiari, Dominus Seldekius adipiscitur &c.

Deficiente *Seldenecciorum* Gente, (recuperasse officium hoc *Waldpurgios*, nudo *Dapiferorum Imperii Hereditariorum* titulo, (ceu ex *Imperii Recessuum* subscriptionibus, præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 19, lit. k, voc. *Waldburg*, pag. 756 & 757, notavi,) hactenus contentos, ab initio hujus v. 2 jam monui. Fundamentum restitutionis hujus, erant literæ *Ludovici*, Electoris Palatini, quibus, sub dato *Haidelberg, uff Montag nach Cantate, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Vigesimo Octavo, Georgio & Wilhelmo*, Dapiferis de *Waldpurg*, certissimam spem fecit gaudendi hoc munere, *Seldeneccis* non amplius existentibus, aut Offiicio hoc alia via legitima ad Electores redituro. Sistit tabulas Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, VI *Abtheilung*, XXIV *Absatz*, §. 221, pag. 350; inde huc sufficiunt: *Wir* Ludwig, *von GOttes Gnaden, Pfaltzgrafe bey Rhein, Hertzog in Bayeren, des H. R. Reichs Ertz-Truchseß undt Churfürst &c. Bekennen und thun khundt, offenbahr, mit disem Brieffe, nachdem Wür ahngesehen, die underthänige undt guethwillige Dienst, so Uns der Edl, Unser lieber besonder, GEORG, des H. R. Reichs Erb-Truchsäß-undt Freyherr zue Waldpurg &c. in vihl Weeg, undt besonder in jüngster Beuerischer Aufruehr, bewisen, und erzaigt, auch hinfür thuen solle, und kan, darumb Ihme, auch seinem Vettern, Wilhelmen, uß besonderlicher Gnädiger Meinung, zuegesagt, undt versprochen, für Uns, undt Unser Erben, ob und wann es sich begebe, daß des Stammens, undt Namens, Dero von Sældeneck, ehelich gebohren, so des H. R. Reichs Erb-Küchenmeister-Ambt, von Uns, undt Unserem Churfürstenthumb der Pfaltz-Grafschafft bey Rhein, zue Leben herbracht haben, und tragen, im Leben nicht mehr weren, außstürben, oder dasselb Küchenmeister Ambt sonst, aus einiger rechtmässiger Ursach, an Uns, oder Unsere Erben, oder Churfürstenthumb Pfaltz, fallen oder wachsen würde, daß Wür, oder Unsere Erben, alsdann obgedachten Georgen und Wilhelmen, undt Ihren Leibs-Manns-Lebens-Erben, ermelt Küchen-Meister-Ambt, mit allen seinen Ehren, Freyheiten, Würden, Züerden, Nutzen und Gefällen, zue rechtem Leibs-Mann-Lehen, gnädiglichen ansehen, leyhen, auch Ihnen, undt ihren Erben, deßhalb ferner, wie sich gebührt, Lehen- und Revers-Brieff darüber geben, und nemmen lassen sollen und wollen; wie wür dan Ihnen auch ---- jetzt alsbald angesetzt, undt geliehen haben, setzen ahn, und leihen Ihme auch hiemit, und in Crafft diß Brieffs, jetzt, als dann, undt dann als jetzt, dergestalt, daß bemelter Georg, und sein Vetter Wilhelm, undt Ihre Leibs-Manns-Lehens-Erben, so es, wie oblauth, zue Fällen kommen würde, sollen hinfür solch Küchenmeister Ambt, von Unß, und Unseren Erben, die Pfaltzgrafen bey Rhein, des H. R. Reichs Ertz-Truchsæssen und Churfürsten sein, so offt und dikh des Noth geschicht, empfangen, haben, und tragen, undt Uns, undt Unseren Erben, darvon, mit guetten Trewen, Gelübden und Ayden, dienen, gewarten, gehorsamb undt verbunden sein &c. &c.* Quo anno *Seldeneccii* exaruerint, ignoro. Post annum 1562, minimum id contigisse, hactenus dicta testantur.

Nec te turbet, quod *Mammeranus*, cit. descriptione Investituræ *Mauritii* Saxonis, de An. 1548, apud *Schardium*, Tom. 2. *Scriptor. Rer. German.* pag. 510, & *Goldastum*, Part. VI. *Politicorum Imperialium*, pag. 367, scribat: *Post hujus* (Bohemiæ Regis) *locum, Fridericus, Comes Palatinus Rheni, Elector, Archidapifer, sedebat; cujus locum tenens est Wilhelmus, Baro in Waltburg, S. R. Imperii hæreditarius Dapifer &c.* Aut enim loquitur de modo dicta eventuali *Waldpurgiorum* investitura abhinc aliquoties repetita, aut de tempore, quo Dapiferi hi *Seldeneccis* reapse successerant, quod serius factum; quandoquidem in nullis Investiturarum tabulis mentio fit exarefactæ *Seldenecciorum* Stirpis, ante annum 1594, quo *Fridericus*, Elector Palatinus, in literis feudalibus, sub dato *Haidlberg, den Sieben Zwaintzigisten Monaths-Tag Maji, nach Christi Unsers lieben HErrn und Seeligmachers Geburth, Funffzehen Hundert, Neuntzig und Vier, Henricum Waldpurgium*, de Officio hoc investivit, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 222. pag. 351. ait: *Als haben Wür anjetzo, nicht allein nach tödtlichem Abgang obgedachts Unsers freundlichen Lieben Vätterers, und gewesenen Vormundts,* (Johan Casimir) *sondern auch Gäntzlichem*

lichem Absterben des Stammens undt Namens deren von Seldenekh, dem Edlen Unserm lieben Getrewen, obgemelten Heinrichen, des H.R. Reichs Erb-Truchsessen, Freyherren zue Waldpurg, auf sein underthänigs Anlangen, dasselb (Erb-Küchen-Meister-Ampt) für sich selbsten, undt seine Leibs-Manns-Lehens-Erben, auch seine Brüeder: Froben, Georgen undt Gebhardten; undt dann seine Gevettern, Georgen, Weylandt gedachts Jacoben seel. Brüeder, auch Gebhardten undt Christophen, Wilhelms seel. Sohn, ebenmässiger Gestalt gnädiglich geliehen, und thuen daß hiemit, in Crafft diß Brieffs, dergestalt, daß sie, undt Ihre Leibs-Mann-Lehens-Erben, hinfüro solch Küchen-Meister-Ambt, von Uns, Unser Lebtagen gantz aus, undt, nach Unserem Todt, Unseren Erben, die Pfaltzgraffen bey Rhein, des H. R. Reichs-Ertz-Truchsessen, undt Churfürsten seindt, so offt das Noth geschicht, empfangen, haben, und tragen sollen; Uns davon, wie obstehet, mit Trewen, Gelibten, und Ayd-ten, dienen, gewarten, gehorsamb undt verbunden sein &c. &c. Nec legimus, ante dictum annum 1594, quo *Christophorum*, lineæ *Scherensis*, in Comitiis Ratisbonensibus, primum è Gente sua, Imperiale pomum *Rudolpho II* Imperatori, in actu solenni, præferendo, *Sub-Dapiferi* munus iterum obiisse, Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imper.* Lib. VII, Cap. XVIII, *§.* 9, pag. 395, commemorat, *Waldpurgios* officio *Vice-Dapiferorum Imperii* fuisse defunctos.

(3) Electoris SAXONIÆ, *Imperii Archi-Mareschalli*, Vicarius Hæreditarius, *des H.R. Reichs-Erb-Marschalck &c.* audit Illustriss. Comes *Pappenheimius*. Ecce quid de hac re in veteribus chartis!

An. 1144, in Charta CONRADI III Imp. qua, sub dato *Northusen*, Indict. VII, Canonicis *Goslariensibus* tertiam partem omnium oblationum, ad Altare *Simonis & Judæ* Apostolorum, ibidem factarum, assignavit, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Pældens.* Append. IV, *§.* 8, pag. 281, & in *Antiquit. Gandersheimensibus*, Cap. XXV, §. 15. lit. cc, p. 298; inter testes habetur: *Heinricus Marescalcus*.

An. 1150. Idem occurrit in Ejusdem Imperatoris Diplomate, *Corbejensi* Abbatiæ concesso. vid. præced. v. 2, ad h. a.

Ejusdem Imperatoris *Mareschallum* aliquando egisse *Conradum, Gebhardi* Com. de *Thann & Dapiferi de Waldburg*, atque *Elsæ* C. de Ravensburg Filium, docet Dn. *ImHoff* l. c. *§.* 2, p. 393.

Sub FRIDERICO I Imp. celebrantur:

An. 1168, in charta *Herbipolensi, Henricus Marschalcus*; vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. 1170, in Diplomate, quo, sub dato *Geilnhusen*, 8 Cal. Aug. 1170, Cives mercatores *Gailnhusani* liberi pronunciantur à teloniis, in locis Imperialibus solvendis, testes sunt: *Wolffram us Marschaldus, Rudegerus Camerarius*. vid. Dn. *Lunig*, part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, I *Theil*, XVI *Absatz*, §. 2. p. 784.

An. 1180, In Ejusdem Principis Diplomate, quo, sub dato *Ratisbonæ*, in solenni Curia, 3 Id. Julii, *Adelberto*, Frisingensi Episcopo, Forum in *Vergen* restituit, apud *Hundium*, Tom. I *Metropol.* pag. m. 78 & 79; *Goldastum*, T. I *Constit. Imper.* pag. 285, & Dn. *Lunigium, Spicileg. Eccles.* Part. 2. Cap. 4, Tit. *Freysingen*, *§.* 39, pag. 235, testes fuere: *Heinricus, Marschalck de Pappenhaim; Burckhardus, Camerarius; Alzo, Camerarius; Regilo, Camerarius; ----- Hartwicus, Marscalcus &c.*

An. eod. Ejusdem *Henrici* mentio fit, in alio diplomate Cæsareo, Archi-Episcopo Coloniensi, *Philippo*, dato; vid. præc. v. 1, ad h. a.

An. 1182, In laudati Imperatoris Privilegio, Civitati *Spirensi* concesso, adhuc semel occurrit, una cum *Anselmo Marschalco*. Vid. ibid. ad h. a.

An. eod. Henricus noster rursus testis, in diplomate Cæsareo, Ecclesiæ *S. Maximiliani* Treveris scripto. Ibid.

Sub HENRICO VI Imp.

An. 1193, in charta donationis Cæsareæ, *Wolfgero*, Pataviensi Episcopo, factæ, testis fuit: *Heinricus, Marscalcus de Callendin*. Vid. præced. v. 1, ad h. a. (Dominos de *Calatin*, qui, tempore *Drusi & Tiberii Neronum*, Romanorum Militiæ Ducum, primi in Rhetiam & Vindeliciam venisse, ac celebre Castellum prope Danubium, *Calatin* dictum, haud procul ab ostio Lyci, condidisse feruntur ejusdem esse sanguinis cum *Pappenheimiis*, probare contendit *Matthæus à Pappenheim & Biberbach, Marescalcus, J.U.D. & Canonicus Augustanus*, Lib. *de Origine & Familia Illustrium Dnn. de Calatin, qui hodie sunt Dnn. de Pappenheim, S. R. I. Marescalci Hereditarii*, Anno 1495 composito, ast an. 1555 demum, *Augustæ Vindelic.* excuso, ad quem *Carpzovius*, de *L. Reg.* Cap. X, Sect. V, *§.* 23, pag. 249; *Mylerus*, ad *Rumelinum*, in *Auream Bullam* Part. 2, Diss. 3, §. 14, pag. 471; *Irenicus*, ad *Burgoldensem*, Discurs. XIX. pag. 168; Dn. Ab *Haugwitz*, Tr. de *Regni & Aulæ Mareschallis*, Cap. V, *§.* 37, pag. 155 &c. Dn. *Thulemarius*, Cap. 21 *Octovir.* *§.* 7, pag. 342, aliique plures, provocant; *Hundius* contra, part. 2 *des Bayeri-*

Bayerischen Stamm-Baums, pag. 159, &, ex eo, Dnn. *Wagenseilius* & *Welserus*, cit. Comment. de *S. R. Imperii Summis Officialibus*, Cap. IX, §. 2, pag. 87, librum istum non solum confuse & indigeste, sed & nonnunquam fabulosissime scriptum esse, perhibent. Varie cæterum vocem *Callendin* efferri, ita, ut promiscue legatur: *Chalandin*; *Calindin*; *Kallinden*; *Kallendin*; *Kalindri*; *Schaladin*; *Challindin*; *Calindro*; *Calindi*; *Calendina &c.* Sequentia diplomata Ann. 1199, 1204, 1207, 1209, 1212, 1213 &c. testabuntur.)

An. eod. In confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Sprinckerbach*, ejusdem Imperatoris, testis adducitur: *Sigefridus, Mareschallus.* Vid. præced. v. 2, h. a.

An. eod. In Privilegio ejusdem Imperatoris, *Tegernseensi* Cœnobio, 15 Cal. Julii *Würtzburgi* dato, apud *Hundium* l. c. Tom. 3, Tit. *Tegernsee*, p. m. 276, conspiciuntur testes: *Sifridus, Marscalcus de Hagena*; *Eberhardus, Marscalcus de Anebos &c.*

An. 1197, 3 Aug. in Sicilia Insula, investivit Idem Cæsar *Henricum Marschalcum de Kallentin*, de Bonis & Officiis, quæ *Sigboto de Jagshoven*, *Hermannus Dietenkerus*, *Udalricus de Rotenburg &c.* ab ipso tenuere; in perpetuum. Vid. Dn. *Lunig*, Part. I. *Spicilegii Secularis*, XXXV *Absatz*, §. 1, p. 814.

An. 1198, In charta OTTONIS IV. Imp. in confirmationem possessionis Ducatus Westphaliæ & Angariæ, *Adolpho*, Archi-Episcopo Coloniensi, tradita, apud Dn. *Schatenum*, lib. IX. *Annal. Paderbornens.* ad h. a. pag. 916, testes habentur: *Hermannus de Alvetre, Marescalcus*; *Otto, Camerarius.*

An. 1199, Sub PHILIPPO Imperatore, usurpavit hunc titulum, præfatus *Henricus* de *Callendin*; teste charta Ejus, Privilegia & Donationes Ecclesiæ *Salisburgensi* factas, confirmante, sub dato *Maguncia*, 3 Kal. Octob. apud *Gewoldum*, ad T. I *Metropolis Hundii*, in *Catalogo Archi-Episcoporum Salisburgensium*, pag. m. 53, & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 1, Cap. 2, Tit. *Saltzburg*, §. 26. pag 967, ibi: *Hujus rei testes sunt: ---- Heinricus, Marscalcus de Chalandin*; *Ulricus, Marscalcus de Rechberg*; (Ille Imperialis, hic Ducatus Suevici) *Chuno de Minzenberch*; *Warnherus de Bolanden*; *Tiedo de Ravenspurch &c.*

An. eod. In alia Ejusdem charta, donationes & possessiones ejusdem Ecclesiæ respiciente, sub eodem dato, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, Tit. *Berchtesgaden*, pag. 123 & 124, iterum testes: *Hainricus, Marschalcus de Calindin*; *Ulricus, Marschalcus de Rechberg*; *Cuno de Minzenberg*; *Warnherus Rolanden* (Bolanden) *Thiedo de Revenspurg* (Ravenspurg.)

An. eod. In Ejusdem diplomate, quo, sub dato *Nirnberg*, 15 April. *Eberhardo*, Abbati *Alderspacensi*, licentiam pro lubitu eligendi Advocati concessit, apud *Gewoldum* l. c. Tit. *Alderspach*, pag. 43, rursus testis: *Heinricus, Marsalcus de Tollindin* (Callindin.)

An. 1203, In Charta OTTONIS Imp. laudati, quæ portionem complectitur, in Familiæ herciscundæ judicio, *Henrico*, C. P. R. Ducique Saxoniæ, Ipsius fratri, obvenientem, testis: *Fredericus Marschalckus &c.* Vid. præced. v. 2, ad h. a. Familia quidem non exprimitur, in Charta vero ipsius *Henrici*, qua portio *Ottonis* Imp. continetur, in qua iidem testes, qui in priori, habentur, nomen apposuit *Fredericus de Volkmerode*; num forte hic ibidem intelligendus? Vid. ibid.

An. 1204, Chartam PHILIPPI, *Berchtesgadensi* Cœnobio concessam, subscripsit: *Henricus, Marscalcus de Kallindem.* Vid. ibid. v. 1, ad h. a.

An. 1207, In Ejusdem charta, Pataviensi Ecclesiæ data, iterum occurrit: *Heinricus, Marschalcus de Kallendin.* Vid. ibid. v 2, ad h. a.

An. 1209. In Privilegio OTTONIS Imp. *Stadensibus* scripto, ejusdem mentio fit, verb: *Henricus, Marschalcus de Kalindri.* Vid. ibid. ad h. a. pariter ac,

An. eod. In duobus Ejusdem Privilegiorum *Walckenredensi* Ecclesiæ indultorum; ubi: *Henricus de Schaladin, Marscalcus*; vid. ibid. v. 1, ad h. a. Qui in tertio, ibid. audit: *Henricus de Kalendin, Marschalcus &c.* nec non,

An. eod. In Ejusdem diplomate, quo, sub dato *Herbipoli*, prid. Cal. Junii, *Ludovico*, *Alderspacensi* Abbati, libertatem eligendi Advocati confirmavit, apud *Gewoldum*, l. c. T. 2, Tit. *Alderspach*. pag. 44. ubi, inter testes: *Heinricus, Marscalcus de Challindin.*

An. eod. meminit ejus, *Conradus Urspergensis*, in *Historia Ottonis IV.* pag. m. 330, ajens: *Cumque venisset* (Cæsar) *Augustam, eodem anno, in Nativitate Domini, multique & Principes & Milites convenissent ad Curiam, præcepit Imperator Marscalco de Callindin, & militibus suis, quatenus malefactores investigarent, & sibi eos exhiberent in judicio &c.*

An. 1212, In Charta *Berchtesgadensi*, à FRIDERICO II. profecta, rursus testis: *Heinricus, Marscalcus de Calindro*; vid. præced. v. 2, ad h. a. ubi simul

simul notavi, in eadem charta, apud Dn. *Lunigium*, eundem nominari: *Henricum Marschallum de Calindi.*

An. 1213, In Ejusdem *Aurea Bulla*, libertatem Ecclesiasticam concernente, cujus, præced. v. 1, ad h. a, memini, inter testes splendet: *Henricus de Calandina, Marescalcus Imperii*; vid. *Goldastus*, T. I *Constit. Imper.* pag. 291; & Dn. *Lunigius* l. c. Part. I, Cap. I, §. 79, pag. 169; qui posterior tamen legit: *Hainricus de Chalandina, Mareschalcus Imperii &c.*

An. 1215, In Ejusdem charta, apud *Egram*, XI Calend. Januar. qua notum facit omnibus, quod *Conradus*, Episcopus Ratisbonensis, Civitatem *Nordelingen* & *Orgaw*, cum Præpositura ejusdem loci, & Advocatia utriusque, cum omni Jure proprietatis, quo ad Ecclesiam ipsius spectabant, Imperio donaverit; Ipseque vicissim duo Cœnobia Ratisbonæ, *Inferius* scil. *Monasterium* & *Superius*, Ecclesiæ Ratisbonensi, cum proprietate & Advocatia, & omnibus attinentiis, omnique jure, quod Imperium in eis habuit, dono dederit, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3, Tit. *Ober-Münster zu Regenspurg*, pag. 4, testis quoque producitur: *Anshelmus, Marscalcus de Justingen*; Conf. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Ober-Münster in Regenspurg*, §. V, pag. 180, eandem chartam exhibens, ibi: *Anschelmus, Marscalcus de Justingen.* Obiter notandum, vocem *Justingen*, non minus, ac de voce *Callendin*, ad an. 1193, modo dixi, torqueri in *Justine*, *Justigen*, *Justingin*, *Finstingen* &c. &c. Sequentia docebunt diplomata Annorum 1216, 1217, 1229 &c.

An. eod. In Ejusdem charta *Laureacensi*, occurrit iterum: *Anselmus; Marscalcus de Justingen &c.* vid. præced. v. 2, ad h. a.

An. eod. In Charta *Walckenredensi*, adhuc testis: *Anshelmus, Marschalcus de Justingen.* vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. In diplomate OTTONIS IV, *Riddagshusensi* Ecclesiæ scripto, nominatur *Wilhelmus Marschalcus.* vid. præc. v. 2, ad h. a.

An. 1216, Chartam FRIDERICI II, qua Herbipolensi Ecclesiæ Annatas remisit, attestatur: *Anshelm Marschalck*; vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. In Ejusdem Edicto Herbipolensi, de non alienandis Imperii Principatibus, testis laudatur: *Anshelmus de Justine, Marschalcus Imperii &c.* Vid. ibid.

An. eod. In Ejusdem Privilegio, *Alberto*, Præsuli Magdeburgico, cesso, testis fuit: *Anshelmus Marschalcus.* vid. ibid. similiter,

An. eod. In charta *Quedlinburgica*; vid. ibid.

An. eod. In charta *Wenceslai*, R. Bohemiæ: *Anselmus de Justingen, Marescallus &c.* ibid. ad h. a.

An. 1217, In Ejusdem Privilegio Monialibus B. *Mariæ* Patavii dato, testis: *Anshelmus de Gustigen, Marscalcus Imperii.* Vid. ibid. ad h. a. ubi Dn. *Tolnerus* l. c. §. 75, p. 64, legit: *Anshelmus de Justingen, Marscalus Imperii.*

An. 1218, In Ejusdem charta, qua *Brixiensi* Ecclesiæ jus metallifodinarum asseruit, rursus inter testes: *Anshelmus de Justingen, Imperialis Aulæ Marschalcus Imperii.* Vid. præced. v. 2, h. a.

An. eod. In Ejusdem charta, dictis Monialibus Patavinis data, idem testis: *Anshelmus de Justingen, Marscalcus Imperii.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. eod. In donatione OTTONIS IV, Ecclesiæ *S. Blasianæ*, Brunsuigæ facta, testis: *Heinricus Marschalcus.* vid. præced. v. 2, ad h. a.

An. 1219, In diplomate FRIDERICI II, de *Juribus & Privilegiis Civitatis Norimbergensis*, sub dato *Nuremberg*, 6 Id. Novemb. ap. *Goldastum*, T. I *Constit. Imperial.* pag. 292; & Dn. *Tolnerum* l. c. §. 80, pag. 69, iterum, inter testes, conspicitur: *Anshelmus de Justingen, Marschallus Imperii &c.* Idem diploma, ab *Henrico VII*, & *Carolo IV* Imperatoribus confirmatum, extare quoque *in den Brieflichen Urkunden Bürgermeister und Rath der Statt Nürnberg*, contra *den Durchläuchtigen Hochgeborhnen Fürsten und Herrn, Herrn Georg Fridrichen, Marggrafen zu Brandenburg, die Hohe Fraisliche Obrigkeit, in Nürnbergischen* Territorio *betreffend*, An. 1585, 8 Junii, Spiræ productis, commemorat Dn. *Wagenseilius*, in Commentatione de *Civitate Norimbergensi*, Cap. 27, pag. 254; Conf. *Limnæus*, Lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 35, §. 16, pag. 384 &c.

An. eod. ejusdem Mareschalli mentio fit, in charta Francofurdensi; vid. præced. v. 2.

An. eod. in diplomate, quo *Ludovicum* C. P. R. de metallifodinis terrarum suarum investivit; apud *Freherum*, Part. 2 *Orig. Palat.* Cap. 17, pag. 82; aliosque seq. Tit. XVIII, §. 28, lit. a, ad h. a. laudatos, quamvis hi perperam annum 1229 ponant; omnes autem legunt: *Anshelmus, Marescalus de Finstingen.*

An. 1220, In Ejusdem charta *Nordhusana*, occurrit: *Anselmus Marscalcus.* Vid. præced. v. 2, ad h. a. Ut &, in alia, in castris apud *S. Leonem* scripta; ibid. similiter, in alia, *Tremoniensibus* data, præced. v. 1; *An.*

An. 1223, In charta HENRICI, Romanorum Regis. Vid. ibid. h. a.

An. 1226, In concessione FRIDERICI Imp. sub dato *Arimini*, Mens. Mart. *Hermanno*, Magno Magistro Ordinis Teutonici, facta, quod districtum à *Conrado*, Massoviæ Duce, in Borussia Ordini adscriptum, cunctasque terras, quas Infidelibus in Borussia erepturus esset, tanquam terras Imperii, sub protectione Imperiali, possidere posset, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg. Eccles.* Contin. I, Cap. 3, Tit. *vom Teutschen Orden*, §. 4, p. 6, inter testes, locum occupant: *Rucardus Marscalcus*; & *Riccardus, Camerarius Imperialis Aulæ*.

An. 1231, In Ejusdem literis feudalibus, *Wenceslao*, R. Bohemiæ, Mens. Jul. scriptis, apud *Goldastum*, in *Appendice Documentorum Historiæ Regni Bohemiæ*, §. 15, p. m. 32; & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Cont. I, 1 *Fortsetzung*, 1 *Absatz*, §. 4, p. 6, legimus: *Testes sunt ---- Ricens*, (*Riccus*, i. e. *Riccardus*, vid. Dipl. seq.) *Marescalcus*; *Ricardus, Camerarius*.

An. eod. In Ejusdem confirmatione Privilegiorum Ecclesiæ Bremensis, sub dato *Melfiæ*, Mens. Jul. ap. Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 5 *Absatz*, §. 18, pag. 442, legitur: *Hujus rei Testes sunt: Riccardus Filianger, Imperialis Aulæ Marescalcus ---- Riccus, Imperialis Aulæ Camerarius.* Videmus simul hinc: *Riccum & Riccardum*, fuisse synonyma.

An. 1234, In charta *Goslariensi*, à præfato HENRICO edita, iterum nomen apposuit: *Heinricus Marscalcus de Bappenheim &c.* Vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. 1328, In Constitutione LUDOVICI Bavari Imperatoris, de *Officio Comitis Palatii Lateranensis Romani*, data Romæ, 14 Mart. apud *Goldastum* l. c. Tom. I, pag. 330, sub finem, habetur: *In cujus rei testimonium, præsentes conscribi, & sigilli Majestatis Nostræ robore, cum annotatione testium subscriptorum, jussimus communiri ---- Hermanni de Linthelberg, Cancellarii Nostri; Alberti, dicti Symiel, de Linthelberg, Mareschalli Nostri.* Mendose tamen *Linthelberg*, pro Lichtenberg, legi, recte monuit Dn. *Wenckerus*, Tr. de *Cancellariis & Vice-Cancellariis Imperii*, p. m. 361 & 362.

An. eod. In Ejusdem Diplomate erectionis Ducatus *Lucensis* sub dato *Romæ*, XV Febr. apud Dn. *Meibomium*, T. 3. *Rer. German.* p. 211, denuo, idem testis adhibitus, verb: *Albertus de Lithelberg, Mareschalcus noster*.

Sub CAROLO IV. vero hæsisse iterum munus hoc in Familia *Bappenheimiorum*, documento est A. B. Cap. XXVII, §. 1, ubi: *Quo facto, figendo baculo in avenam, recedet*, (Archi-Mareschallus) & *Vice-Marescallus Ejus, puta de Pappenheim, accedens, vel eo absente, Marescallus Curiæ, ulterius avenam ipsam distribuet &c.* & rursus §. 6: *Pro se recipiat --- Vice-Marescallus de Pappenheim, equum, baculum & mensuram prædictam Ducis Saxoniæ &c.* & Cap. XXIX. §. 2: *Item dabit Magister Curiæ --- Vice-Marescallo de Pappenheim decem marcas &c.* & §. 3: *Dum autem Princeps aliquis Equo, vel alteri bestiæ, insidens, Feuda sua ab Imperatore recipit, vel Rege, equus ille, seu bestia, cujuscunque speciei sit, debetur Superiori Marescallo, id est, Duci Saxoniæ, si præsens adfuerit; alioquin illi de Pappenheim, ejus Vice-Marscallo; aut, illo absente, Imperialis sive Regalis Curiæ Marescallo.* Ab hoc tempore minimum, nulla charta alterius *Mareschalli hæreditarii Imperialis* mentionem facit, quam eorum, qui Illustrissimo *Pappenheimiorum* sanguine prognati, excepta charta Privilegii, ab hoc Cæsare, Episcopo Spirensi An. 1369, concessi, in qua testis habetur *Bubuslaus Imperialis Curiæ Marascallus*; vid. præced. v. 1. in fine; quod autem de *Mareschallo Regni Bohemiæ* interpretor, cæterum,

An. 1471, In Comitiis *Ratisbonensibus*, officio hoc defunctus legitur *Pappenheimius*. Vid. præc. v. 2, post An. 1279.

An. 1486, in Electione *Maximiliani*, Romanorum Regis, comparuit similiter *Sigismundus de Pappenheim, Marschalcus*. Vid. ibid. ad h. a.

An. 1520, In Coronatione *Caroli V, als der König, Churfürsten und Fürsten auf das Rathhauß kamen* (finita coronatione, Aquisgrani) *gieng Utz* (Ulricus) *von Pappenheim, Erb-Marschalck, an statt und von wegen Hertzog Fridrichs*, (Saxoniæ) *wieder vor dem Hauß, saß auf ein Hengst, rit in einen Hauffen Habern, der bey das Rathhauß geschüttet was, daß er dem Hengst an Bauch gieng; hat ein silberin Maß unnd Streichen in seiner Hand, neigt sich uff dem Hengst, fasset das Maß voll Habern, streicht das mit dem silbern Streichen, unnd schütt den gefaßten Haber, aus dem Maß, seinen Diener in die Schoß, und gebühre solch Maß und Streichen, das zwelff Marck Silbers hett, darzu der Hengst, Ihme, als dem Erb-Marschalck; behielt das alles für sein Gerechtigkeit; der ander Habern ward von dem Volck, deß ein mercklich Zahl zugegen was, verworffen und hintragen &c.* Hæc Auctor descriptionis istius Inaugurationis, apud *Goldastum*, Part. I. *der Politischen Reichs-Händel* Tit. IX; pag. 53. Conf. ibid.

ibid. Part. 3. Tit. 2, pag. 154; & *Hartmannus Maurus*, in descriptione Ejusdem Coronationis, apud *Goldastum*, Part. 3. *Politicorum Imperialium*, Discurs. 3, p. 273.

An. 1562, Coronationi *Maximiliani II.* interfuit *Fridericus Pappenheimius*; vid. præced. v. 2, ad h. a. Recentiora ut mittam, de quibus nihil dubii.

v. (4) De Officio PAPPENHEIMII, Juribusque annexis, evolvas *Carpzovium*, de *Lege Regia*, Cap. X, Sect. VI, §. 25, pag. 249 &c. *Limnæum*, Lib. IX, *Jur. Publ.* Cap. I, §. 67 & seqq. pag. 15 &c. & Tom. 2, Addit. ad lib. 3. *Jur. Publ.* cap. VII, §. 73, p. 177 &c. *Mylerum* in Addit. ad *Rumelinum*, in *Auream Bullam*, Part. 2, Differt. 3, §. 14, pag. 471 &c. *Sprengerum*, lib. I. *Instit. Jur. Publ.* Cap. 23; *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* P. 3, Cap. X, §. 2, v. 120 &c. pag. 1039 & 1040; Illustr. Auctorem *des Europäischen Heroldts*, Tom. I, p. 254, & 837; Dn. *Thulemarium*, de *Octoviratu*, Cap. XXI, §. 19 & seqq. p. 355 &c. præcipue, §. 27, p. 358 &c. Dnn. *Wagenseilium*, & *Carolum Guilielmum Welserum à Neunhof*, in cit. Commentatione *de S. R. J. summis Officialibus & eorundem sub-Officialibus*, Cap. IX, p. 89 &c. Dn. ab *Haugwitz*, Tr. de *Regni*, & *Aulæ Marschallis*, Cap. VI, Sect. 1, §. 34 &c. p. 242 &c. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. 4, §. X & seqq. p. 224 &c. Dn. *Conradum Fridericum Reinhardum*, Diff. de *Officiis Imperii Saxonicis*, Præside Ampliss. Dn. *Struvio*, An. 1712, 1 Oct. Jenæ habita, Sect. 2, §. X & seqq. p. 121 &c. Dn. Auctore *des Reichs-Staats*, Tom. 2, Part. V, Cap. 30, §. 12, pag. 218; aliosque Juris publici Doctores, qui sua, ex Commentatione *Sixti Sommeri*, Illustriss. *Wolfgangi Pappenheimii*, *Substituti*, (vulgo *Marschall-Lieutenant*, vel *Vice-Marschall*) Oppidique *Pappenheim* Syndici, an Secretarii? *Statt-schreiber*, (ceu ipsemet se appellat) peculiari studio, de sui ipsius, ac *Pappenheimii*, officiis, ex illis, quæ tum propria experientia didicerat, tum à *Sebastiano*, *Ulrico*, & *Joachimo Pappenheimiis*, Vice-Mareschallis Imperii hereditariis, nec non à *Johanne Heerdegen*, *Friderico Bern*, & *Christophoro Kehrsdorffer*, Antecessoribus suis in Officio, fando acceperat, concinnata, hauserunt; Summa hæc est:

(1) *Substitutum* proprium habet, vulgo *Unter-Marschall*, It. *Lieutenant*, cujus officio utitur, in negotiis, quibus interesse Ipse non tenetur, v. g. (1) in distribuendis metatis, quare & Dn. *Wagenseilio* l. c. §. 3, p. 89, ad differentiam *Mareschalli Aulæ Cæsareæ ordinarii*, *Metator*, Germ. *des Reichs-Quartiermeister*, vocatur; (2) explorando celebrandis Comitiis destinato loco, num ille satis sit tutus? aër salubris? numerus hospitiorum sufficiens? horumque structura commoda? annonæ vilitas? (3) aptanda Curia, in qua Cæsar & Status conveniant; 4) exornando Throno, (5) ordinandis sedibus; &c. &c. Plerumque civici ordinis homo est, ex Mareschalli arbitrio electus. Perperam *Speidelius*, in *Speculo*, voc. *Marschalck*, pag. m. 652, confundit eum cum *Mareschallo Aulæ Cæsareæ*, scribens: *Dicimus etiam Unter-Marschalck, ac est, qui, publicis in conventibus, in absentia Mareschalli hæreditarii de Bappenheim, vices ejus gerit, is nempe, qui in Aula Cæsarea Mareschallus existit, der des Keyserlichen Hoffs Marschalck ist &c.* vapulans proinde à Dnn. *Wagenseilio* & *Welsero* l. c.

(2) Ingravescente senio, morbove, ex agnatis, quem vult, modo idoneus ille sit, sui loco, substituere potest. Vid. *Sommerus* l. c. Tit. *von des H. Reichs Erb-Marschall-Ampts Verwaltung ins gemein*: apud *Carpzovium* l. c. pag. 250, *Limnæum*, T. 2. Addit. ad Lib. 3, Cap. VII, §. 73, p. 177 &c. Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 4 & 5, p. 90; & Dn. *Thulemarium* l. c. §. 27, p. 358 & 359. *Hierauf, so der Elteste*, (Gentis Pappenheimiæ) *dem die Verwaltung des Erb-Marschall-Ampts, in Krafft alt-vätterlicher Theilung, auch aufgerichten Vertrag und Bürgfriedens, gebühret --- seines Leibes Unvermöglichkeit halber, dem Ampt nicht außwarten mögen, hat Er, an seiner statt, einen seiner Vetter, des Nahmens und Stammes der Erb-Marschall des Reichs zu Pappenheim, zu Verwaltung des Amps, verordnet &c.* & postea, sub Rubr. *vom Schwert vortragen: Zum IV ist zu wissen, dieweil dem Eltesten, wie oben gemelt, die Verwaltung des Amts gebühret, und dem ers, an seiner statt, befehligt, derhalben obgleich ein älterer Marschall des Nahmens und Stammens zu Pappenheimb, am Kayserlichen Hoff, so soll er doch des Schwerdts, noch des Ammts, sich nicht unterfahen, wieder den Willen dessen, der vom Eltesten darzu verordnet ist &c.*

(3) Mature à Cæsare, & Electore Saxoniæ, de celebrandis resp. Comitiis Imperii Universalibus, Electione, vel Inauguratione Romanorum Regis, monendus est, ut ad locum Panegyri destinatum tempestive se conferat, omniaque ibi convenienter disponat, quo splendidiora appareant. Vid. *Bechman*, Differt. Exoter. ad A. B 7, p. 162; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. 30, §. 5, pag. 642; *Limnæus*, Lib. IX. *Jur. Publ.* Cap. 1, §. 82, pag. 18; & Tom. 1. Addit. ad Lib. IX. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 65, p. 404; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 6. p. 91; *Mylerus* l. c. *Crüger* l. c §. XI, p. 225.

(4) Per *Metatorem*, seu *Vicarium*, literis Credentialibus ad locum celebrandorum Comitiorum, Electionis vel Inaugurationis &c. ablegatum, adventumque suum Magistratui decenter annunciantem, explorare ei incumbit tam Privatorum ædi-

ficia, adventantibus Imperii Statibus, absentiumque Legatis, aut extraneis Oratoribus assignanda; quam publica, in quibus publici Conventus instituendi, vel solennitates peragendæ. Vid. *Sommer* l. c. Tit. *von der Einführung*, apud Dn. *Carpzovium* l. c. pag. 251 & 252, *Limnæum* cit. Tom. 2 Addit. ad Lib. 3, Cap. 7, §. 73, pag. 181, Dn. ab *Haugwitz* l. c. §. 54, pag. 242 &c. Dn. *Thulemarium*, l. c. pag. 362, laudatosque Dnn. *Wagenseilium & Welserum* l. c. p. 92: *So bald eines Kayserlichen oder Königlichen Hofs, oder Reichstags Mahlstett ernennet, soll der Erb-Marschall, oder sein Unter-Marschall, mit einer Credentz-Schrifft, oder Gewalts-Brief vom Erb-Marschall, zeitlich, vor dem bestimten Termin, auf die Mahlstatt sich verfügen, und anfänglichen, bey Bürgermeister und Rath derselben Statt sich anzeigen, und bitten, Ihme Personen zuzuordnen, alle Behausungen und Hoffstätte, wie die mit Stuben, Kammern, Bettgewant, Küchen, Kellern, Gewölbern und Stallungen, versehen, zu beschreiben; Zum andern, die Säl und Stuben, darinn des Reichs Session und Räthe sollen gehalten werden, besichtigen &c.*

Idque conforme est Decreto *Rudolphi II* Imp. in Comitiis Augustanis, An. 1582 17 Sept. promulgato, apud *Limnæum*, cit. Tom. I Addit. *Jur. Publ.* Lib. IX, Cap. I, §. 85, pag. 405; Dn. *Wagenseilium & Welserum* l. c. pag. 93, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XV *Absatz*, §. 106, pag. 179, ubi: *Das quartiren und einfuriren betreffend, soll es also gehalten werden, daß hinführo, so bald ein Erb-Marschall, auf der Kayserlichen Majestät und des außgeschriebenen Reichs-Wahl-Crönung- oder andern Tags, darzu Er Ampts-halben erfordert, kommen, und das quartiren und einfuriren für die Hand zu nehmen Vorhabens ist, solches der ordentlichen Obrigkeit bemeltes Platz, oder Mahlstatt, anzeigen, und dieselbige hierauf schuldig seyn soll, Ihme etliche erfahrne, geschickte und bescheidene Personen zu zuordnen, welche, auf sein Erforderung, mit Ihme die Häuser besichtigen, und die Bürger, wo von nöthen, auf sein Anweisung, die Billigkeit zu leisten, und herzugeben, ermahnen, und anhalten sollen; dardurch doch dem Marschall unbenommen seyn soll, nach Gelegenheit, die Häuser auch für sich selbst zu besichtigen, und des Quartirens, und Zimmers halben, mit den Innwohnern sich gütlich zu vertretten, und zu vergleichen. Es soll aber hiedurch, weder dem Erb-Marschalck über die Bürger, einige* Jurisdiction, *noch auch der ordentlichen Obrigkeit des Orts, einige Gerechtigkeit des Quartirens, und einfurirens, gebühren, oder zustehen &c.* Respondentibus autem ad hæc Imperii Civitatibus, solenni appellatione interposita, apud *Limnæum* l. c. pag. 407, Dnn. *Wagenseilium & Welserum* l. c. Dn. *Lunigium* l. c. §. 107, pag. 180: *Das Einfuriren belangend, können die Ehrbaren Stätte nicht bewilligen, daß solch Furiren, ohne der ordentlichen Obrigkeit zugeordneter Beyseyn und Gegenwärtigkeit, verrichtet werde; Erstlich, aus dem, dann solches wieder Alt Herkommen ist; Zum Andern, dann der Erb-Marschalck über die Bürger keine Obrigkeit, und Ihnen, der Herberg halber, nichts zu gebieten hat; Zum Dritten, dann wann von den Obrigkeiten der Statt Niemand beym Einfuriren seyn solte, und die Erb-Marschalcken sich einer solchen Unbescheidenheit gebrauchen wolten, oder würden, wie dieses Reichs-Tags allhier beschehen ist; da Ihm doch so viel noch nicht eingeräumet gewesen, als jetz beschehen will; bald grosse Weiterung mit der That, und etwa gar Todtschlag, erfolgen möchte; Und zum Vierten, wann das Einfuriren, ohne eines E. Raths-Verwandten zuordnen, zu verrichten freystünde, daß es den Bürgerschafften leichtlich in Stätten zu grossen* Concussionen *gerichtet werden möchte, und dörffte, wolten Sie anderst die Beschwerden abwenden, welche Ihnen, mit unbescheidenen Einfuriren auferlegt werden möchte &c.* Res committebatur examinanda, An. 1583, 24 Oct. *Wilhelmo*, Bojorum, & *Ludovico*, Würtenbergensium Ducibus, qui litigantes An. 1584 10-20 Mart. *Friedbergam* vocabant, ubi & biduo post, in processum Commissorialem compromiserunt. Imperante *Matthia*, novi eligebantur Arbitri *Maximilianus* Bavarus, & *Johannes Fridericus*, Würtenbergensium Dux, coram quorum Subdelegatis Ministris litigantes An. 1614, 12-22 Oct. *Augustæ Vindelicorum* comparebant, ab una quidem parte: *Maximilianus, Philippus & Georgius Pappenheimii*, pro se, & nomine reliquorum Agnatorum; ab altera, Deputati Civitatum *Ratisbonensis, Augustana, Norimbergensis & Ulmensis*, inter quos tandem de finienda lite, sub spe rati, 26 Oct. St. V. & 5 Nov. St. N. convenerat; quam Transactionem Imperator, sub dato *Prag*, An. 1617, 18 Febr. & Sereniss. Elector Saxoniæ, *Johannes Georgius*, tanquam Archi-Mareschallus Imperii, ipso Anno 1614, 29 Oct. St. V. & 9 Nov. St. N. jam, ratam habuere, formulam ex *Lundorpio*, T. I Act. Publ. Lib. I, Cap. 50, pag. m. 162 &c. sistente Dn. *Lunigio* l. c. §. 108, pag. 183 &c. ubi: *So viel das entzwischen obbemeldten Partheyen bißhero strittig gewesene Einfuriren deren, bey jeden Reichs-Versamblungen, in den Frey- und Reichs-Städten, erscheinenden Reichs-Ständen, oder derselben, wie auch frembder ausser Reichs gesessenen Potentaten Bottschafften und Gesandten belangen thut,*

thut, ist verabschiedet, daß solches Recht einzufuriren, gleichwohl dem Reichs-Marschalck, (als dessen Ampt es anhängig) allein verbleiben; zu jeden Zeiten aber, wann in einer Reichs-Statt eine Reichs-Versammlung angestellt, und solch Einfuriren vorgenommen werden will, es zuvor, durch jeden Reichs-Marschalcken, derselben Statt-Rath und Obrigkeit verkündiget, darauf von denselben Jemand aus deren Mittel verordnet werden, welche der Besichtigung und Beschreibung der Losamenter, Einquartiren und Einfurieren, beywohnen, und, wofern Jemand aus den Bürgern, oder Inwohnern derselben Statt, hierinn beschwärt werden wolte, solches ahnden, und, daß es geändert werde, begehren, der Reichs-Marschalk auch dasselbig, nach billigen Dingen, abstellen; hingegen, da auch ein oder anderer Bürger, bey dem gebührlichen Einfuriren sich Ihme, Reichs-Marschalcke, ohnzimlich widersetzen, oder sich einer Nothdurfft, daß mehr Logiamenter, Stallungen, oder anders, zu Unterbringung der Ständt, oder bemelten Bottschafften, Gesandten, und Ihres Comitats, zugerichtet werden müßten, bescheinen würde, Sie, Verordnete, vorgedachten Raths wegen, dieselbe zu Gebühr anhalten, und bey Ihnen verschaffen, der Reichs-Marschalck aber selbigen nichts gebieten solle &c.

(5) De omnibus, quæ vel Ipse, vel *Substitutus*, explorarunt, tam Cæsarem, quam Archi-Mareschallum Imperii, certiores reddere tenetur.

(6) Domicilia in certas classes distribuit, & quidem adventantibus Principibus ipsemet ædes suas assignat; Legatis vero per *Substitutum*.

(7) Latrunculatori (*Reichs-Profoß*) tradit Tabulam minorem nigram, quæ cerussa, sive creta alba, nomen ædes incolentis inscriptum refert, ad fores earum suspendendam. Et quidem Principum nomina comparent sola; ast Legatorum nominibus Principalium insuper nomina addi solent; quod *Jus adscriptionis*, (*Außschreibung*) vocatur. Vid. Dnn. *Wagenseil & Welser* l. c. §. 8, pag. 95, *Schweder, Introd.* J. P. Part. spec. Sect. 1. Cap. 30, §. 5, pag. 642; *Crüger* l. c. §. 10, pag. 224. Notandum (1) nullas ædes ejusmodi tabula notari, nisi quæ Statui cuidam Imperii, Ejusve Legatis, aut extraneis Oratoribus, præcipuisve Aulæ Cæsareæ Ministris, assignatæ sunt. Vid. *Wagenseil & Welser* l. c. §. IX, pag. 96. (2) Confundendam non esse hanc tabulam, cum illa, quam Princeps quidam, (vel Legatus Ejus, in Honorem Domini absentis,) longe majori forma, Insignia sua, decentibus coloribus, juxta artem Heraldicam, eleganter depicta, ostentantem, publice foribus suspendi curare potest, quod Ei integrum; modo eam Mareschallo mittat, cum precibus, ut, per Ministros suos, eam solenniter affigere jubeat. Festivam hujusmodi tabulam adhibuit Illustriss. Comes *Gottliebius* de *Windischgrätz*, Commissarius Cæsareus, modernis in Comitiis, expansam Imperii tutelarem Aquilam monstrantem, cujus cordi Serenissimæ Domus Austriacæ Insignia depicta inserebantur, addita Subscriptione:

Der Hoch- und Wohlgebohrne Herr, Herr GOTTLIEB, DES HEIL. ROEM. REICHS GRAF UND HERR VON WINDISCHGRAZ, *Frey-Herr zu Waldstein, und im Thal, Herr der Herrschafft Trautmansdorf, Gœtzendorf, und S. Peter in der Au, Pfand-Innhaber der Herrschafft Hornheim; Obrister Erb-Land-Stallmeister in Steyer, Ritter &c. Der Rœmischen Kayserlichen Majestæt wircklicher Geheimer Rath, Cæmmerer, und zu dem fürwehrenden Reichs-Tag zu Regenspurg Hœchst-Ansehnlicher Principal-Commissarius.* Vid. Dnn. *Wagenseil & Welser* l. c. §. 10, pag. 97 & 98. (3) Nullas ædes ab hac inscriptione immunes esse, etiamsi Status quidam proprias inhabitet; nisi notissimæ illæ sint. Quæsitum aliquando fuit: *Num Status, qui in loco Comitiorum, proprium Palatium habet, illud deserere teneatur, & contentus esse ædibus, à Mareschallo ipsi assignatis, an vero illud, propria auctoritate, occupare possit?* Prius affirmant: *Bertram*, de *Comitiis*, §. 57; *Æmilius Chreggenius*, in *Velitat. de Septem Imperii Officialibus*, n. 27; *Rumelinus*, ad A. B. Part. 2. Diss. 3, §. XIV, pag 471, aliique, quod, vigore præfatæ Transactionis Pappenheimiæ Gentis cum Civitatibus, de An. 1614, *das Recht einzufuriren dem Reichs-Marschallen, als dessen Ampt es anhängig, allein verbleiben solle &c.* proinde nemini liceat, propria auctoritate hospitium eligere. Enimvero, articulum hunc non respicere Status, proprias ædes occupantes, sed extraneos, vel inde liquet, quod, *Primo* Status Imperii à jure hospitandi immunes sint; *Secundo*: deterioris conditionis esse nequeant Privatis, quibus omnino integrum est, propria auctoritate, in domibus suis habitare; etiamsi, certis temporibus, hospitem recipere teneantur; *Tertio*: Observantia doceat, deputatos Civitatis, in quibus Comitia celebrantur, vel Inaugurationes fiunt, proprias ædes retinere,

nere, nec in alias, à Dn. *Pappenheimio* assignatas, migrare cogi; *Quarto:* Palam fit, nec *Frisingensem*, nec *Ratisbonensem* Episcopos, nec Abbatem D. *Emmerani*, quoties Comitia *Ratisbonæ* habentur, hospitia à *Pappenheimio* deposcere, sed ordinaria sua Palatia, & resp. Monasteria citra ullam controversiam, occupare; *Quinto*, in tali quoque Principe, seu Statu, cesset ratio, ob quam Pappenheimius domicilia assignare tenetur; nimirum ut adventantes commode ibi morari queant; cum, extra dubium sit, quemlibet ædes suas jam aptari curasse, juxta Status sui amplitudinem &c. Idque etiam obtinere puto, quoad Legatum, in loco Comitiorum propriam domum habentem; modo Pappenheimium certiorem reddat, proprias sibi ibi locorum esse ædes, quas occupare moliatur. Vid. *Mylerus* ad *Rumelinum*, l. c. pag. 472 & 473; Dn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §.XI, pag. 98 & 99; (4) Nemini Civium, absque Mareschalli hæreditarii consensu, alicui ædes suas locare, vel commodare licere, prohibente hoc dicta Transactione An. 1614; hinc, cum An. 1603. in Comitiis Ratisbonensibus, Principis cujusdam Legatus sibi ipsi hospitium eligeret, Eum ad aliud transire coactum fuisse; Conf. *Arumæus*, de *Comitiis*, c. 6, n. 61 &c. *Bertramus* l. c. *Limnæus*, cit. Lib. IX, Cap. 1, n. 67, p. 15; *Myler*, l. c. pag. 472; *Schützius*, cit. Vol. I, Exercit. X, §. XI, lit. B, pag. 803. *Crüger* l. c. §. XI, pag. 224 &c. (5) Pro assignatione hospitii, honorarium *Substituto* dari solere; vid. *Sprenger*, in *Lucerna*, c. 1, p. 54. Dn. *Crüger* l. c.

nal-Sachen, einig und allein behalten; *was aber die Zeit ihrer, der Jüden, Vergleitens und Einlosierens antrifft, solle weder Er, der Rath und Erb-Marschalck, noch der Stadt Obrigkeit, da die Reichs-Versammlung gehalten wird, selbige, von des Reichs-Marschalln, oder seines Ampt-Verwesers, Ankunfft an, biß zu der Römischen Kayserlichen Majestät oder* Commissarii, *Einzug; sondern allein, mehr wohlgemeldter Reichs-Erb-Marschalck, oder Ampts-Verweser, nach Ankunfft Ihrer Kayserlichen Majestät oder Dero* Commissarii, *biß zu Dero wieder Abzug, vergleiten; jedoch ohnabbrüchig dessen, so sonsten, wegen Durchlassung und Begleitung der Jüden, ausser den Reichs-Versammlungen, bey den Ehrbaren Frey- und Reichs-Stadten, Herkommen; Sie, Jüden, auch, mit nechst obangezeigten Zuthun, oder Beyseyn, deren, von derselben Stadt Raths wegen, zugeordneten, an ein abgelegenen Ort der Stadt einlogieren; darneben Dero Nahmen, die vergleitet, dem Stadt-Rath zu Wissenschafft anfügen solle; denen auch, ohne sein Verwilligung, weder bey Tag noch Nacht, ausser ihrem Quartier zu gehen, verstattet, und, da sie bey Nacht außzugehen haben würden, sie jederzeit von einem Christen, von- und zu ihrer Wohnung, begleitet; so sie auch des Umblauffens in der Stadt sich zu viel anmassen, und durch den Rath der Stadt, solches gegen dem Reichs-Marschalk geandet würde, es von Ihme, auch befindenden Dingen, abgestellet werden, und alle Jüden (ausser denen, so bey den Kayserlichen oder Churfürstlichen Höffen zu verrichten haben, und deßhalben beschrieben seyn, derenthalben es bey des Reichs-Marschalcks* Discretion *bestehet) gelbe Ringe an ihren Mänteln öffentlich, damit sie von den Christen zu erkennen seyen, tragen, der Reichs-Erb-Marschalck auch ihnen, Jüden, eine Garküchen, jedoch allein sie, und ihre Angehörige, daraus zu speisen, auch, ohne Befreyung des Umbgeldes, zu erlauben, berechtiget seyn; Ihnen, Jüden, aber, in den Städten, da sie zuvor nicht ihre beständige Wohnung haben, einige* Synagogen, *oder Schulen, halten, oder anzustellen, nicht erlaubt oder verstattet werde; dabey sich dann wohlgedachter Herr Erb-Marschalck anerbotten, gegen die Jüden, ihrer befundenen Verbrechungen wegen, den gemeinen Kayserlichen Rechten nach, also mit gebührender Straff zu verfahren, daß sich Niemands deßwegen zu beklagen Ursach haben solle &c.* Conf. Dnn. *Wagenseil & Welser* l. c. §. 50, pag. 136 &c.

(37) *Wann einer von denen Gesandten mit Todt abgienge, hat Er* (Vice-Mareschallus) *Macht, dessen* Acta *und Geräthe versiegeln zu lassen.* Ita Auctor *des Reichs-Staats*, Tom. 2, Part. V, Cap. 30, §. XII, pag. 218.

(38) *Kan* (idem Vice-Mareschallus) *denen Fechtern, Tantzmeistern, Comœdianten, Marckschreyern, Gaucklern, und anderm dergleichem Volck, sich, währenden Reichs-Tag, allda aufzuhalten, und ihren Verdienst zu suchen, verstatten; sie aber auch wieder fortschaffen.* Vid. idem, l. c. Conf. tamen Transactionem Ejus cum Civitatibus, de An. 1614, seq. v. 39, circa finem, *Publicos* quoque *Lusores* protectione quondam Ejus fuisse gavisos, docet *Sommerus* l. c. Tit. *Spiel-Platz*; apud *Carpzovium* l. c. pag. 257. *Limnæum* l. c. pag. 192, Dn. *Thulemarium* l. c. pag. 373. Dnn. *Wagenseil & Welser* l. c. §. 51, pag. 139. An & *Meretrices?* Vid. *Wagenseil & Welser*, l. c. pag. 137 & 138; *Limnæus*, Lib. IX *Jur. Publ.* Cap. I, §. 86, pag. 21; Dn. *Bechman*, cit. *Exercit. Jur. Publ. Exoter.* VII, n. 65; & seq. v. 39, in fine.

(39) De *Jurisdictione* in alias Personas, inquit *Sommerus* l. c. Tit. *Rumor- und streitige Sachen*, apud *Carpzovium* l. c. pag. 256; *Limnæum* l. c. pag. 189; Dn. *Thulemarium* l. c. pag. 371, Dnn. *Wagenseil & Welser* l. c. §. 52, pag. 140 &c. *Zum Andern, ist, in allen Rumor-Sachen, und streitigen Handlungen, die sich, zwischen Römischer Kayserlicher oder Königlicher Majestat Hoffgesind, und dann Gemeiner der Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, und derselben Diener, wo sich, in Römischen- und des Reichs-Feldzügen, dergleichen, auf den Kayserlichen oder Königlichen Hoff- und Reichs-Tagen, begeben, der Erb-Marschall, samt Ihrer Majest. Hoff-Marschall, allezeit Richter gewesen, und die straffbare mit einander etwan zugleich gestrafft, etwan jedweder seine Zugehörigen. Aber auf dem Reichs-Tage zu Regenspurg,* An. 1532 *gehalten, hat sich zwischen Caspar Rhöniglein, als Hoff-Marschalln-Ampts-Verwaltern, und dann Georg, Wolff, und andern Erb-Marschalln zu Pappenheimb, eine grosse Irrung zugetragen, derwegen aber* An. 1541, *ist, von Keyserlicher Majestat wegen, alle streitige Sachen zu entscheiden, der von Lyer; von der Reichs-Stände wegen, der Erb-Marschall* ----- *Und von Gemeiner Stadt Regenspurg, der Amman, verordnet worden; und dan* M. *von Reinach, zu einem Gemeinen Rumor-Meister. Doch müst er der Reichs-Ständte Verbrechere, Wolffen, als Erb-Marschalln; die Bürger, dem Stadt-Amman, außantworten; und allein das Kayserl. Hoffgesinde für sich selbst straffen. Wann aber sich Rumor- und andere streitig Sachen, allein zwischen Gemeinen*

Stän-

Ständten des Reichs, zugetragen, darinnen ist der Erb-Marschall allewegen Richter gewesen, und Ihm allein die Straffe gebühret &c. In sæpius allegato Decreto *Rudolphi II*, de An. 1582, 17 Sept. apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 106, pag. 180, hæc habentur: *Endlichen, die Jurisdiction über die Frembden, wie auch die Garküchen, belangend, sintemahl dieselben insgemein der Kayserlichen Majestat, wo Sie in eine Reichs-Statt einziehet, alleine, und wem Sie solche befehlen, gebühret ---- so ordnen Ihr Majest. daß die Jurisdiction über frembde Cræmer, Hantirer, Handwercker und Proviantirer jedoch der Stadt das gebührliche Standgeld vorbehalten) deßgleichen alle andere frembde Persohnen, so den Reichs-Tag für sich selbsten besuchen; ihre eigene, oder andere Sachen, bey der Kayserlichen Majestät und den Ständen fürbringen, und handeln, oder sonsten* contemplatione *des Reichs-Tags, ankommen, dem Reichs-Marschalcken, an statt und wegen der Kayserlichen Majestat zustehen soll; doch soll bemelter Reichs-Marschalck sich der Vergleitung deren Persohnen, so, ihrer Unthaten halber, verwiesen, oder selbst außgetretten wären, nicht anmassen. Sonsten aber das Hurenloses (Herrenloses) Gesindlein mag einer, und der ander, der dasselbe am ersten betrifft,* indifferenter *straffen, und ausschaffen. Soll auch dem Erb-Marschalck erlaubet seyn, eine oder zwo Garküchen, und darinnen den Weinschanck, aufzurichten, jedoch, daß daraus allein der Ständten und Bottschafften Gesind, und Diener; die Bürger aber, und Ihr Gesinde (damit die Stadt, durch Abgang des Umbgelts, nicht zu viel Schaden leide) nicht, gespeiset werde.* Cumque Civitates, in *Appellatione* sua, valde desuper quererentur, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 107, pag. 181, dicentes: *Letzlich, wird, durch bemelte Decret, einem Erbahrn Rath allhier die Jurisdiction über die Frembde, durchaus, gantz unbillich, entzogen; dann sie die, bey allen Reichs-Tagen, ruhig gehabt, hergebracht, und vor der Kayserlichen Majest. auch den Churfürsten, stattlich* docirt *haben; dann daß die Kayserl. Majest. den Stadten solche* Jurisdiction *nimmt, und zu sich zeucht, solches ist eine unleidentliche Beschwernüß, und hat das Ansehen, als ob Ihrer Majest. Verspruch, daß Sie die Reichs-Stätte bey Ihren Freyheiten, Rechten, Ober- und Gerechtigkeiten,* (existimant Dnn. *Wagenseil & Welser*, l. c. §. 52, pag. 141, legendum esse: *Ober- und Nieder-Gerechtigkeiten*; mihi vero videtur, Civitates voluisse dicere: *Oberkeiten*, quæ vox etiam mox aliquoties occurrit, *und Gerechtigkeiten;) Guten Gebräuchen und Alten Herkommen, hand zu haben, und bleiben zu lassen, zugesagt; wie gegen der Stadt alhier erst, bey geleister Huldigung, offentlich, und mehrmahln beschehen, nicht fast gemäß wäre. Uberdaß, können die Statte, sonderlich* quantum ad Criminalia, *diese Obrigkeit nicht fallen lassen, in Ansehung, daß* (forte hic inserendum: *Sie,) die Stände des Reichs, und Ihre Gesandten, nicht, der Gebühr und Nothdurfft nach, zu schützen, noch, bey den Reichs-Versammlungen, gebührliche Sicherheit und Frieden zu erhalten,* (hic omissum videtur verbum: *Vermœgen,* aut aliud æquipollens) *wan Ihnen die Oberkeit solte entzogen werden. So hat darzu ein Erb-Marschalck weder die Macht, noch, aus Mangel eines ordentlichen besatzten Gerichts, die Gelegenheit, die frembde* Delinquirende, *und sonderlich die maleficische Persohnen, der Gebühr nach zu bestraffen, oder solche Straffen, ohne der Stadte Hülffe und Handreichung, zu* exequiren, *welchen aber nicht gelegen seyn will, Ihme, in denjenigen Fällen, zu* ministriren, *dadurch den Ständen* (forte: *Städten*) *Ihre Obrigkeit geschmälert und entzogen würde. Zugeschweigen, wann die Erb-Marschalcke, bey künfftigen Tagen, die frembde Crämer, und Handwercker, in die Städte einzulassen, und zu vergleiten,* (*hätten*) *daß solches nicht allein dem Kayserlichen* An. 1566, *den* 17 Febr. *ergangenen* Decret, *außtrücklich zu wieder lieffe, (dessen sich aber die Städte nicht begeben könten,) sondern es würd den Städten, Ihrer armen Bürger halber, die sich mit der Hand-Arbeit, und dem Zugang des täglichen Pfennings, ernæhren müssen, zu verderblichen Schaden, und unerträglichen Nachtheil, gereichen. Also fält den Städten gleicher weiß beschwerlich, daß Sie dem Erb-Marschalck einige Garküchen, und in denselben das Weinschencken bewilligen solten, als das, wieder Alt Herkommen, eine unfügsame Erneuerung, und den Städten, in mehr Weg, der Oberkeit halber, und sonst, hochnachtheilig, auch dem Erb-Marschalcken-Amt nicht fast rühmlich ist &c.* Sopita fuit hæc controversia, per sæpe dictam Transactionem Arbitralem *Augustanam*, de An. 1614, 26 Oct. St. V. confirmatam à *Matthia* Imp. sub dato *Prag*, An. 1617, 18 Febr. apud *Lundorpium* cit. T. I *Act. Publ.* Lib. I. Cap. 50, pag. 164, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 108, pag. 186 &c. hac formula:

Was, zum Dritten, die bißhero entzwischen obgemeldten Partheyen, bestrittene Jurisdictionalia *betrifft,*

betrifft, ist es dahin gestellt, daß der Reichs-Erb-Marschalck die Jurisdiction in Civilibus, über der Reichs-Standt, oder Dero Gesandten, wie auch der Frembden- und ausser Reichs gesessenen Potentaten, oder Ihrer Bottschafften, Diener und Gesinde (sie hätten gleich unter- und wieder-einander selbsten, oder andere, so der Stadt Jurisdiction unterworffen, wieder sie, zu klagen,) gantz und allein haben und behalten; jedoch einige Strittigkeiten, welche von der Tax-Ordnung herkommen, außgescheiden, derentwegen die Erb-Frey- und Reichs-Stadt Räth Verordnete, zu Erkäntnüß und Entscheidung, altem Herkommen nach, mit niedergesetzt werden sollen.

Was Criminalem Jurisdictionem belangen thut, ist es folgender massen mit solcher zu halten, daß der Reichs-Erb-Marschalck dieselbe, über der Standte, und deren Gesandten, wie auch der frembden Bottschafften, Diener und Gesind, doch mit folgender Maß, haben, und zu exerciren berechtiget seyn solle, wann nemblich ein Delictum, allein zwischen gedachter Ständt, oder Bottschafften, Gesind, sich begebe, dasselb von dem Reichs Erb Marschallen allein abgestrafft, auch, zur Execution der Leib-oder Lebens-Straffen, derselben Statt-Diener, da die Reichs-Versammlung ist, uff sein, Reichs-Erb-Marschallen, Kosten, gebraucht; Da sich aber ein Fall zwischen ermelten der Standt, Gesandten oder Bottschafften Gesind, und einem Bürger derselben Statt; oder einem sich daselbst befindenden Frembden, und viel offt gedachten Reichs-Ständ Gesandten und Bottschafften nicht angewandten, zutrüge, und wieder der Reichs-Stände, oder Dero Gesandten, wie auch frembder Bottschafften, Gesind, derohalben zu klagen, auch die Bürger, oder bemelte Frembde, als principales Uhrheber, oder Anfänger, bey der Sachen nicht interessirt seyn, der Reichs-Erb-Marschalck ermelter Ständte, Gesandten und Bottschaffter, Gesind, allein abzustraffen haben; wofern nechst erwehnte Bürger und Frembde aber mit der Sachen als Principales verhafft, alsdann folgender Unterscheid gehalten werden: Daß nemlich, dann zumalen, wann eines Reichs-Stands, Gesandten oder Bottschafften, Gesinde mit einer Geld-Buß abzustraffen, solches gedachten Reichs-Erb-Marschaln zu büßen allein gebühre; Wann aber solcher Delinquent mit der Relegation, oder einer Corporis afflictiva pœna anzusehen, wie auch sonsten, wan der Reus der Stadt Obrigkeit unterworffen, derselbe, und dessen Abstraffung, der Stadt zustehen, und zwar diß in notorischen Fällen, verEinträgig (alii legunt: ohneinträglich) und also gehalten werden solle.

Wann es aber, ob der Fall Civil, oder Criminal, mit was Straffen der Verbrecher zu belegen seye? noch zweifflich, und der Mißthätig von der Reichs-Standte, Gesandten oder Bottschafften, Gesind ist, soll alsdann der Reichs-Erb-Marschalck die cognitionen deßhalben allein haben; jedoch forderist hierinnen, nach denen, jeden Orts, da die Reichs-Versamblung ist, Statuten und Gewohnheiten, oder, in deren Ermangelung, den Gemeinen beschriebenen Kayserlichen Rechten, erkennen und verhandlen; Unterdessen aber, und biß solche cognitio erfolgt, der Verbrecher ohnverlängt, in des Reichs-Erb-Marschallen Verhafftung geliefert, und aufgehalten werden; Die Captur, oder Befahung der Verbrecher aber, in allen und jeden Criminal-Fällen, ohn Unterscheid der Personen, entzwischen dem Reichs-Erb-Marschall, und Deroselben Stadt, gemein seyn, und die prævention, doch also, statt haben, daß, wann einer, in flagranti crimine, von eines theils hierzu verordneten Dienern ergriffen, und gefangen, derselbe alsobald demjenigen Theil, deme er zu berechtigen, und abzustraffen, notorie gebührt, gelieffert werden; Wann aber obgemeldter der Reichs-Stände Gesandten oder Bottschafften, Gesind einer gefänglich angenommen worden, und es, den Umbständen nach der Sachen, zweiffelhafftig, ob die Mißhandlung Civil, oder Criminal? und ob sie auch eine pecuniariam, oder corporis afflictivam pœnam, auf sich habe? Derselbe, wie obgemelt, dem Reichs-Erb-Marschalln geliefert, von ihme die obgesetzte Erkändtnüß förderlich gethan, und alsdan ferner, wie oblaut, verfahren werden solle.

Was aber die Civilem oder Criminalem Jurisdictionem über die Frembde sich, zu Zeit wehrender Reichs-Versamblung, in denselben Städten Auffenthaltende, Zu-oder Abreisende, und die Stände des Reichs, wie auch Dero, oder Frembder Potentaten Gesandten und Bottschafften, nicht berührende Personen, so wohl in denen zwischen sich selbst untereinander, als auch mit einem Bürger, sich begebende Handlungen, und alles, was solcher Jurisdiction anhängig, und die dahero fliessende emolumenta und fructus, benantlich die Einziehung alles, auch bey der Jüden Garküchen, gefallenen Umbgelts, oder dessen Befreyung, Anrichtung der (inserunt hic alii vocem Glückshäffen,) Garküchen, Ehlen, Maaß und Gewicht, Schutz- und Politen Geld, von den frembden Krämern, Fechtern, Spielleuten und unzüch-

züchtigen Weibern, Erforderung alles Zolls, oder andern angemaßten Rechtens, von den Victualien, *und dergleichen, wie das Nahmen haben mag; so von dem Reichs-Erb-Marschalln bißhero gesucht, angerichtet, zugelassen, oder eingezogen werden wollen, belangen thut, soll solchs alles hinfüro von Erb-Marschalln unterlassen, und Er sich dessen ferner nicht anzumassen haben; jedoch von gedachten Frey- und Reichs-Städten Ihme, Reichs-Erb-Marschalln, nach Einkunfft der Kayserlichen Majestät oder Dero* Commissarii, *und also völligen Angang des Reichs-Tags,* in recompensam *dessen allen, und zu gütlicher Hinlegung derer, dieser Puncten halben, bißhero gehabten Streitigkeiten, Tausend Gülden, zu 60 Kreutzern, gemeiner Reichs-Wehrung, wie die an jedem Ort gäng und gebe ist, erstattet werden.*

Sistunt eandem Transactionem Civitatum cum Pappenheimio, circa *Jurisdictionem* in Personas: *Arumaus*, de *Comitiis*, Cap. VI, §. 59; *Knipschild*, de *Juribus Civitat. Imper.* Lib. 2, Cap. 1, §. 95, pag. 174 &c. *Lundorpius* l. c. pag. 164 &c. *Schützius* cit. Vol. I, Exercit. X, §. XI, lit. h. pag. 807; *Bertram*, de *Comitiis*, §. 61; *Limnaeus*, Lib. IX *Jur. Publ.* Cap. I, §. 85, pag. 18 &c. & Tom. V, ad lib. 3, Cap. 7, p. 192 &c. *Speidelius*, in *Speculo*, pag. 844; Ill. Auctor *des Europaischen Heroldts*, Edit. Vet. pag. 1568, *im Anhang*; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. Dn. *Hoffmann*, ad Capitulat. *Josephi*, Art. 45, §. V, pag. 786 &c. De Querelis Pappenheimii, An. 1721, Senatui Ratisbonensi, ob incarceratum Legati Bambergensis, Dn. *Georgii Caroli Karg de Bebenburg*, domesticum, motis, dataque ad eas, sub dato *Regenspurg*, 22 Julii an. eod. responsione, vid. *Faber* Tom. 40 *der Staats-Cantzley*, Cap. XII, §. 1 & 2, pag. 667 &c.

(40) *Wan die Churfürsten Lehen und* Regalien, *von einem Römischen Kayser oder König, in der Cammer, oder auf dem Lehen-Stuhl, empfangen, so folget dem Erb-Marschall das Pferd; seinem Sattel-Knecht die Decke. Wo aber ein Churfürst, allein durch seine Bottschafften, empfähet, hat Er gemeiniglich, für das Pferd, sechzig Gülden in Gold geben. Wann aber sonst Geistliche, oder Weltliche Fürsten, auch Gefürste Prelaten und Graffen, Ihre Lehen und* Regalia *empfahen, so folget abermahls dem Erb-Marschall das Pferd; die Decke dem Sattelknecht, und darzu Sechtzig Gülden in Müntze; wann sie aber, allein durch Ihre Räthe, empfahen, geben sie gemeiniglich für das Pferd vierzig Gülden; und ist allein der Abt von Fulda, als einer Römischen Königin Erb-Cantzler, der sechzig Gülden gefreyet, also, daß er allein giebt dem Erb-Marschall das Pferd &c.* Haec *Sommerus* l. c. Tit. *die Ampt- und Lehen-Pferde*; apud *Carpzovium* l. c. pag. 256; *Limnaeum*, Tom. 2 Addit. ad Lib. 3, Cap. VII, §. 73, pag. 190; Dn. *Thulemarium* l. c. pag. 372; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 55, pag. 146; Quid hodie obtineat, dictum praeced. Lib. 2, Tit. I, §. 22, lit. a, p. 986.

(41) In Principum Investituris: qui, equo insidentes, feuda ab Imperatore suscipiunt, accipit similiter Pappenheimius Equum illum, modo Saxonum Elector non praesens sit. Vid. A. B. Tit. XXIX, §. 3.

(42) Sumptus ab ipso impensos in Comitiis ab Imperatore & Imperio refundendos praetendit. Vid. *Bechman* ad A. B. Differt. VII, §. 66; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 54, pag. 145: qui addunt, Status Imperii rogatos, viduam Dn. *Wolfgangi Philippi Pappenheimii*, *Martham Elisabetham à Westernach*, ab obitu Mariti, An. 1671, liberaliter, seque digna pecuniae summa, donasse &c. &c.

(5) Electori BRANDENBURGICO, qua ARCHI-CAMERARIO Imperii, Vicarium esse Celsissimum Principem HOHENZOLLERANUM, tralatitium est. A quo tempore? sequentia nonnihil declarabunt.

In Constitutione HENRICI SANCTI Imp. de An. 1014, cujus praeced. v. 1 memini, in fine reperitur: *Signum Frederici Camerarii.*

An. 1134, sub dato *Goslarie*, 8 Kal. Febr. confirmavit LOTHARIUS Imp. Ordinationem quandam *Luitgardis*, Abbatissae *Gandesheimensis*, teste, inter alios, *Annone Cubiculario.* Vid. Dn. *Leuckfeldi Antiquitates Gandersheimenses*, Cap XX, §. 3, lit. S, pag. 167; & Dn. *Lunigius*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. 26, pag. 32.

An. 1150, In Diplomate, quo CONRADUS III Imp. Abbatiam Corbejensem, contra Ministeriales, tutatus est, legitur: *Ministerialis Noster, Conradus de Wallehuson, Camerarius Noster, à thesauris &c.* & inferius, inter testes: *Thiepertus de Winsperch, Camerarius.* Vid. praec. v. 2, ad h. a.

An. 1132, Concordiae Formulam FRIDERICI I Imp. cum *Eugenio* P. R. 10 Kal. April. *Constantiae* publicatam, apud *Baronium*, Tom. XII *Annal.* ad h. a. §. 5, pag. 371, *Goldastum*, Tom. 3 *Constit. Imper.* pag. 332, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. I, Cap. I, §. 66, pag. 156, subscripsit: *Anselmus, Ministerialis & Camerarius Regis.*

An. 1157, In Charta Ejusdem Imperatoris, *Richenbergensi* Ecclesiae scripta, Testis adhibitus: *Hartmannus Camerarius.* vid. praeced. v. 1, ad h. a.

An. 1168, In Ejusdem Diplomate, *Herbipolensi* Ecclesiæ concesso, occurrit inter Testes: *Bertholdus Camerarius de Minzenberg.* Vid. ibid. ad h. a.

An. 1170, in Ejusdem Privilegio immunitatis à teloneis, in locis Imperialibus solvendis, sub dato *Geilnhusen*, 8 Cal. Aug. Civibus *Geilnhusanis* concesso; testis *Rudegerus Camerarius*, vid. præced. v. 3, ad h. a.

An. 1174, In Ejusdem charta, qua *Rhotensis* Abbatiæ Privilegia confirmavit, celebratur inter testes: *Arsimamanus Camerarius.* vid. præc. v. 1, ad h. a.

An. 1180, In Diplomate, quo idem Cæsar Ducatum Angariæ & Westphaliæ Archi-Episcopis Coloniensibus adscripsit, testis est: *Sibodo de Groix, Camerarius.* vid. ibid. ad h. a.

An. eod. In Charta Ejusdem Principis, Episcopo Frisingensi data, nominantur tres *Camerarii, Burckhardus* scil. *Atzo* & *Regilo.* vid. præced. v. 3, ad h. a.

An. 1189, In Charta HENRICI VI, Romanorum Regis, qua, sub dato *Nannensteine*, 12 Cal. April. Episcopo Mindensi duas tertias Argentifodinæ, ad Imperium spectantis, dono dedit, apud *Pistorium*, in *Chronico Mindensi*, pag. 744, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, *im Anhang zu den Hoch-Stifften.* Tit. *Minden*, §. 20, p. 113, testis habetur: *Heinricus de Litt, Camerarius.*

An. 1190, In Ejusdem Privilegio immunitatis à telonio Werdensi, 8 Cal. Maji, *Franckenevort*, Abbatiæ Corbejensi indultæ, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Corvei*, §. 59, pag. 101, inter testes reperitur: *Henricus, Camerarius de Lucina.*

An. 1193, In Ejusdem Diplomate donationis *Pataviensi* Ecclesiæ factæ, testimonium præbuit: *Conradus, Camerarius de Stauffe.* Vid. præced. v. 1, ad h. a. Qui, sine dubio, intelligendus quoque, in Ejusdem Confirmatione omnium Privilegiorum, quibus Imperator *Fridericus I* Abbatiam *Marchthal* donavit, in Villa *Selsa*, An. eod. 8 Id. April. edita, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3. Cap. VI, Tit. *Marchthal*, §. 5, pag. 347, ibi: *Hi sunt Testes ---- C.* (Conradus) & *L.* (Ludovicus) *Nostri Ministeriales de Stoufen.*

Auctor *Chronici Montis Sereni*, ad An. 1223, apud *Maderum*, pag. m. 146 & 147, mentione facta *Henrici* Imperatoris, meminit simul *Tiderici de Mulehusen, Camerarii Imperatoris.*

An. 1198, Chartam OTTONIS IV Imp. *Adolpho* Coloniensi traditam, signavit; *Otto Camerarius.* vid. præced. v. 3, ad h. a.

An. 1203, In Ejusdem tabulis divisi cum Fratribus Patrimonii, testium numero venit: *Symon Aquensis, Camerarius.* vid. præced. v. 2, ad hunc annum.

An. 1205, In PHILIPPI Regis Privilegio, Argentoratensibus dato; celebratur inter testes: *Heinricus, Camerarius de Ravensperg*; vid. præced. v. 1.

An. 1207, In Ejusdem Imp. confirmatione Transactionis *Manegoldi*, Pataviensis Episcopi, cum Meraniæ Duce, rursus nomen apposuit, *Heinricus, Camerarius de Ravenspercb*; vid. ibid. ad h. a.

An. 1209, In tribus diplomatibus, à laudato Imperatore, *Walckenredensi* Cœnobio oblatis, inter testes deprehenditur: *Cuno de Minzenberg, Camerarius.* vid. ibid. ad h. a.

An. 1212, Chartam FRIDERICI II Imp. qua *Berchtesgadensis* Ecclesiæ Privilegia confirmavit, subscripsit *Ulricus, Camerarius de Mintzenberch*; vid. ibid. ad h. a.

An. eod. In Ejusdem diplomate, quo, sub dato in *Nobili Civitate Basilea*, 6 Kal. Octob. Privilegia quædam Bohemiæ Regum rata habuit, apud *Goldastum*, in *Appendice Documentorum Historiæ Regni Bohemiæ*, §. 13, pag. 30, & Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, 1 *Fortsetzung*, 1 *Absatz*, §. 2, pag. 4, inter testes conspicuus: *Albertus de Tanhausen, Camerarius.*

An. 1216, In Ejusdem charta, de non alienandis Imperii Principatibus, testis: *Dieto de Ravenspurch, Camerarius Imperii.* vid. præced. v. 1, ad h. a.

An. 1217, In Ejusdem Privilegio, Monialibus *B. Mariæ* Patavii concesso, rursus testis: *Dieto Camerarius*; ibid. ad h. a. Ut &,

An. 1218, In alio, quo *Brixiensi* Episcopo Privilegium fruendi metallifodinis indulsit, ibi: *Dieto, Camerarius de Ravenspurg*; vid. præced. v. 2, ad h. a.

An. 1223, Ejusdem diplomati, quo Cœnobium *Hirsaugiense* in protectionem Imperii recepit, Tom. I *Documentor. Würtenberg.* Tit. *Hirsaugiense Monasterium*, §. V, pag. 556, nomina dederunt: *Conradus & Ulricus, Fratres de Werda, Camerarii.*

An. 1224, In HENRICI Regis, Ejusdem Filii charta,

charta; *Paeldensi* Cœnobio scripta, testis producitur: *Fridericus*, *Camerarius de Bienburc.* vid. præced. v. 2, ad h. a.

An. 1226. In Ejusdem diplomate, *Hermanno* Ordinis Teutonici Magno Magistro, dato, adducitur testis: *Riccardus*, *Camerarius Imperialis Aulæ.* vid. præc. v. 3, ad h. a.

An. 1231. In FRIDERICI Imp. diplomate, quo, sub dato *Ravennæ*, mens. Januar. ad preces *Sifridi*, Ratisbonensium Episcopi, Cœnobium *Rorense* in specialem Imperii tutelam suscepit, apud *Gewoldum*, ad Tom. 3 *Metropolis Hundii*, Tit. *Rohr*, pag. m. 179, iterum testis: *Riccardus Camerarius*; nec non,

An. eod. In Ejusdem confirmatione Privilegiorum Ecclesiæ *Bremensis*, præced. v. 3, ad h. a. ibi: *Riccus*, *Imperialis Aulæ Camerarius.* (Vocabula *Riccus* & *Riccardus* esse synonyma, ibidem annotavi.) pariter ac,

An. eod. In literis Feudalibus *Wenceslai*, Bohemiæ Regis, ibid. ad h. a. verb. *Ricardus Camerarius &c.* Et semel adhuc,

An. eod. In diplomate Cæsareo, quo, *Ravennæ*, mens. Januar. abusus revocavit, qui, Principum & Imperii præjudicio, in Civitates irrepserant, apud *Maderum*, *Antiquit. Brunsuic.* §. 34 documentor. pag. 259, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 5 *Absatz*, §. 17, p. 441, ibi: *Testes sunt --- Warnerus de Bollandia; Gunzolinus; Richardus Camerarius.*

An. 1232. Ejusdem mentio fit in literis feudalibus, quibus idem Cæsar, sub dato *Aquilegiæ*, mens. April. *Laureacensem* Abbatiam *Sigfrido III*, Moguntinensi Archi-Episcopo, contulit, apud Dn. *Lunigium*, Contin. I *Spicilegii Eccles.* Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. 27, pag. 34, ibi: *Richardus Camerarius.*

An. eod. In Ejusdem Imperatoris Constitutione seu Privilegio Metallifodinarum, sub dato *ad Portum Naonis in Carinthia*, 10 Maji, Dominis *Plavensibus* concesso, apud *Goldastum*, Tom. I *Constit. Imper.* pag. 299. in fine, subscripsit: *Albertus de Cesskovitz, Archi-Camerarius Cæsareæ Majestatis.* Conf. *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, lib. 3, Cap. 1, §. 12, pag. m. 345.

An. 1234. in laudati Regis HENRICI charta, qua *Erfurtenses* à Banno absolvit, & plenarie in integrum restituit, testis fuit: *Ulricus de Mintzenberg*, *ejusdem* (Imperialis) *Aulæ Camerarius &c.* vid. præced. v. 2, ad h. a.

An. eod. In Ejusdem Regis diplomate, in confirmationem Privilegiorum *Goslariensis* Ecclesiæ, confecto, testem offendimus: *Henricum*, *Camerarium de Ravensburch*; vid. præced. v. 1, ad h. a.

Tempore CAROLI IV muneri huic præfuisse *Falckensteinios*, ex *Aurea Bulla*, An. 1356, Metis promulgata, Cap. XXVII, §. 6, discimus, ibi: *Ille de Falckenstein, Sub-Camerarius, Equum & pelves Marchionis Brandenburgensis* (qua Archi-Camerarii Imperii) *pro se recipiat &c.* & Cap. XXIX, §. 2: *Dabit Magister Curiæ --- Camerario de Falckenstein decem marcas &c.* Intelligendos, hoc titulo, *Falckensteinios*, qui inter Conductores Electorum *Coloniensis*, *Trevirensis*, *Saxonis* & *Brandenburgici*, ad eligendum Romanorum Regem, Francofurtum ad Mœnum petentium, in A. B. Cap. I, §. XI, XII, XIV & XV, referuntur, quorumque Dominium in confiniis Palatinatus Inferioris, *Francofurtum* versus, ad Montem *Donnersberg*, situm, contra Dn. *Spenerum*, Part. spec. *Operis Heraldici*, Lib. 2, Cap. 117, §. V, pag. 576, de *Falckensteiniis* in *Sylva Nigra* id interpretantem, evincunt Dnn. *Wagenseil & Welser*, in cit. Commentatione de *S. R. I. Summis Officialibus*, Cap. XI, §. 8, pag. 179 & 180. Exarescente, non multo post, Familia hac, in *Philippo*, hæreditatem inter Generos Ejus, *Wirichium*, Dynastam in *Dauhn*, & N. Comitem de *Virnenburg*, æquis partibus, fuisse divisam, commemorat Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imper.* Lib. VI, Cap. 3, §. 2, pag. 292; addens simul, immediatum hoc Imperii Feudum, An. 1458, à *Friderico III* Imperatore mutatum fuisse in *Sub-Feudum Lotharingicum*: Cæsareum diploma, sub dato *Wien, am Montag nach S. Erasmen Tag*, desuper editum, sistit Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XIV *Absatz*, §. 3, pag. 299; inde huc faciunt: *Wir Friederich ---- bekennen --- daß Wir ---- zu Mehrung und Besserung der Lehen, die Sie* (Duces Lotharingiæ) *von Uns, und dem H. Reich, zu Lehen tragen, von besondern Gnaden, zugewendt und gegeben, die ordentliche Herrschafft und Eigenthum der Herrschafft und Schlosses Falckenstein an dem Donnersberg gelegen: mit Mannen, Burgmannen, Dörffern, Märckten, und andern Zugehörungen, wie dann die von Alters, von dem H. Reich zu Lehen gerührt haben ---- also, daß der Edel, Unser und des Reichs Lieber Getrewer, Wyrich von Dhun, Herr zu Falckenstein und zu Oberstein, und seine Erben, die benante Herrschafft und Schloß Falckenstein, am Donnersberge gelegen, mit allen ihren Zubehörungen,*

gen, jetzo und nun für besser hin, als dick sich das, von Recht oder Gewohnheit wegen, gebühren wird, von dem obgenandten Unserm Obeimb, und seinen Erben, Hertzogen zu Lothringen, empfangen, halten, tragen, vermannen und verdienen solle. Quo anno defecerint Falckensteinii? certo definiri nequit.

An.1369, in laudati Imperatoris diplomate, Episcopo *Spirensi* dato, occurrere *Andream* & *Beneschium, de Duba,* Fratres, *Imperialis Cameræ Magistros,* præced. v.1, in fine monitum. Id autem respicere Bohemiam extra dubium.

An.1370, in alio Ejusdem diplomate, apud Dn. *Lunigium,* part. spec. *des Reichs-Archivs,* Contin.I, 1 *Fortsetzung,* 1 *Absatz,* §.143, pag. 242, celebratur *Petrus de Wartenberg, Imperialis Nostræ Magister &c.* &, paulo post: *Hasco de Zvirzetic, Imperialis Cameræ Nostræ Magister.* Quod itidem de Bohemia accipiendum.

An. 1382, Imperante WENCESLAO, *Weinspergios, Imperii Sub-Camerariorum* titulos adhibuisse, discimus ex Auctore *Deductionis, in causa Dapiferorum de Waldpurg,* apud *Besoldum,* Thesaur. Pract. voc. *Erb-Æmpter,* pag.230, verb: *Es wird auch in einem Kauffbrieff, An. 1382, Helffenstein contra Ulm. gedacht Herrn Philippen des Eltern, Herrn zu Weinsperg, des H. Römischen Reichs Erb-Cämmerers &c.* Fundamento carent, quæ Auctor *Documentorum Würtenbergicorum,* Tom. 2, Tit. *Lichtenstein,* pag. 443, *Cunradi Weinspergii,* An.1311; *Engelhardi Weinspergii,* An.1312; *Engelhardi* & *Engelhardi Cunradi Weinspergiorum,* Fratrum, An. 1331, donationem, Cœnobio *Lichtenstern* factarum, memor, annectit: *Licet Domini de Weinsperg,* (*tunc temporis Camerarii Hæreditarii Imperii existentes,*) *hujus Monasterii, ejusque bonorum, protectionem in se receperint &c.* Cum nec facta hujus rei mentio in Aurea Bulla occurrat, nec hi Domini titulum hunc, ante *Wenceslai* tempora, usurpasse innotescant. Ast,

An.1414, sub SIGISMUNDO Imp. & quidem in *Constantiensi* Concilio, floruit: *Conradus, Dominus in Winsberg, Sacri Imperii Camerarius.* Ita *Gebhardus Dacherius,* Vir in eodem Concilio Inclytus, *in Historia Magnatum Concilii Constantiensis primis annis 1414 & 1415,* apud Dn. *Hermannum von der Hardt,* Tom. V *Historiæ dicti Concilii,* Part. 2, p.m.44. Conf. Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §.IX, pag.180.

An.1418, in documento, quo, sub dato *Costentz, des nechsten Freytags nach Unser Lieben Frawen Tag Lichtmessen; Güntherus,* Com. *Schwartzburgicus,* Imperialis Aulæ Judex, testatur, de quo, circa Judæos, inter *Brunsuicenses* & *Goslarienses,* convenerit, legitur apud Dn. *Lunigium,* part. spec. *des Reichs-Archivs,* Contin. IV, Part. I, XX *Absatz,* Tit. *Goslar,* §.6, pag. 860: *Als der Edel, Conrad, Herr zu Winsberg, des H. Ræmischen Reichs Erb-Cammer-Meister, von des ehegenanten Unsers Herrn, des Königs wegen, geteydingt hat &c.*

An. 1419, am Freytag vor S. Gallen Tag, orsus est idem *Conradus* literas, ad Pagum *Geiselbrechshofen,* quibus subjectionem posthac Dn. *Conrado* Pincernæ de *Limburg* exhibendam imperat, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secul.* Part.2, I *Anhang,* IX *Absatz,* §. VI, pag. 1701, hac formula: *Wir Conrad, Herr zu Weinsperg, des H. Ræm. Reichs Erb-Cæmmerer, entbiethen den Schultheissens Richtern, und der gantzen Gemeinde zu Geiselbrechshofen, Unsern freundlichen Gruß &c.*

An. 1439, sub dato *Vratislaviæ, Die Petri ad Cathedram,* ait ALBERTUS Imperator, in literis ad Status Imperii, apud Dn. *Wenckerum,* in *Apparatu Archivorum,* §.62 documentorum, pag. 336: *Sacro Basiliensi Concilio Protectorem & Locum tenentem vice Nostra deputandum duximus, & deputavimus, signanter: Nobilem Conradum, Dominum in Winsperg, Nostrum & Imperii Hereditarium Camerarium, Cancellariumque, & fidelem dilectum, ita, quod ipse ad ipsum Sacrum Concilium, & Universas personas, illic & inde meantes, loco Nostri, tueri, defensareque, & in bona tranquillitate preservare teneatur &c.*

An. 1440, sub FRIDERICO III Imperatore, interfuisse eundem *Conradum* Inaugurationi *Felicis IV,* P. R. 9 Cal. Julii, *Basileæ,* solenni ritu celebratæ, docet *Franciscus Modius,* Tom. I *Pandectarum Triumphalium,* Lib.4, Tit. 12, pag. m. 156, verb: *Præter Quem* (Marchionem Rœtelanum) *aderant etiam* (ex Germanis) *Conradus de Winsperg, Romani Imperii Hæreditarius Camerarius, annis & sensu senex &c.* & pag. 157: *Ultimo in loco, Summus Ipse Pastor, aureo tectus papilione --- procedebat, Marchione de Rœtelen, & Conrado de Winsperg, equum Ejus ductantibus &c.* Ejusdem memores sunt: *Limnæus* ad A. B. Cap. XXVII, §. 6, Observat. VI, pag. 612; Dn. *Spener* l. c. & Lib. 2, Cap. 72, §. 20, pag. 514; Dn. *Thulemarius,* Cap.XXI *Octoviratus,* §.3, lit. d, pag. 341; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. Dn. *Crüger,* de *Novemviratu,* Part. spec. Membr.2, Discurs.4, §.14, p.227.

An.

An. 1471, in Comitiis *Ratisbonensibus*, ad prandium, quo laudatus Cæsar sub dio exceptus, ministrasse *Falckensteinium*; error est *Nicolai Mammerani*, in descriptione Investituræ *Mauritii*, Saxonum Electoris, de An. 1548, mentione facta dictorum Comitiorum, præced. v. 2, post Annum 1279, dicentis: *Accedit Elector Brandenburgicus, Archi-Cubicularius, ferens pelvim argenteam, à Falckensteinio, Hæreditario Cubiculario, sibi porrectam, cum mappa nitida, ad proluendas extergendasque manus &c.* nominando hoc titulo *Weinspergio, Falckensteiniis* dudum tunc extinctis.

An. 1486, in Electione pariter ac Inaugurationis Festo MAXIMILIANI, Romanorum Regis, tenuisse Sceptrum Imperiale *Philippum de Winspurg*, (leg. Winsperg) *Camerarium*, ex Historia istorum Solennium liquet; vid. seq. lit. b, ad Ann. 1486.

An. 1504, ablatum hoc officium *Weinspergiis*, & in *Seinsheimios* translatum, asserit *Limnæus* l. c scribens: *Maximilianus Imperator, circa Annum 1504, fecit Georgium à Seinsheim, Baronem, ejusque masculos heredes, Sacri Romani Imperii Hæreditarios Camerarios &c.* Supererat minimum adhuc *Philippus Weinspergius*, ast, sine dubio, bello implicitus Bavarico, quandoquidem *Ulricum*, Ducem *Wirtenbergicum*, à partibus Imperatoris, contra Palatinum Electorem, stando, *Weinspergam* arcem sibi subjecisse, ex *Crusii Paralipomenis*, Cap V, pag. 17. hausit Dn. *Spenerus*, cit. Lib. 2 *Art. Herald.* Cap. 72, §. XIX, pag. 514; factum comprobante *Narcisso Schwelino, in der Würtenbergischen kleinen Chronick*, ad An. 1504, pag. m. 121. Conf. Auctor *Paralipomenon*, in calce *Conradi Urspergensis* an. eod. p. m. 336; *Paulus Langus*, in *Chronico Citizensi*, an. eod. apud *Pistorium* pag. m. 889 &c. Eundem *Philippum* vixisse adhuc An. 1510, auctor est *Wolfgangus Lazius*, de *Migrationibus Gentium*, Lib. VIII, in *Genealogia Baronum à Winsperg*, pag. m. 586. Postremus Gentis, *Conradus*, inter *Meckmulam & Neostadium*, *Staini*, senex obiisse legitur An. 1516, *Hailbronnæ* sepultus. Vid. Dn. *Spener* l. c. Sed & *Georgius Seinshemius* sine prole mascula decedens, nullum dignitatis novæ hæredem reliquit, vid. *Conradus Dinnerus*, JCt. Altorfiensis, sub tit. *Thrasybuli Leptæ* latens, in Tr. *de Vita & rebus gestis Georgii Ludovici à Sainsheim*, Lib. I, pag. 45; *Limnæus* l. c. Dn. *Spenerus* l. c. Lib. 2, Cap. 85, § XII, pag. 529 & Cap. 117, §. V, p. 576; Dn. *Crüger* l. c. Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. X & XI, p. 181.

An. 1507, *Hohenzolleranos* creditum sibi hoc munus jam obivisse, documento est subscriptio *der Cammer-Gerichts-Ordnung zu Costentz, de An.* 1507, §. XIX, *Tit. Von der Graffen und Herren wegen*; ubi: *Hugo, Graf zu Montfurt und Rottenfels, von sein selbst, und der nachgeschriebenen Graffen und Herren wegen: Eitel Friederich, Grafen zu Zollern, Ræm. Kœnigl. Majest. Hofmeister, des H. Reichs Erb-Kæmmerer &c.* Conf. Dn. *Spener* l. c. Lib. 2, Cap. 117, §. 4, p. 575.

An. 1520, In *Caroli V* inauguratione, 23 Oct. Aquisgrani peracta, idem hoc munere functus legitur; teste *Hartmanno Mauro*, in *Relatione istius Coronationis*, apud *Goldastum*, Part. 3 *Politicorum Imperialium*, pag. 273, & *Schardium*, T. 2 *Scriptor. Rer. German.* pag. 24, quamvis male *Zorn*, pro *Zollern*, ponat, ajens: *Coronæ curam Imperii Sub-Pincerna, N. de Limpurch, quemadmodum Comes de Zorn, Minor Imperii Camerarius, Sceptri respectum habuit &c.* Nescio autem, num recte se habeant, quæ *Maurus* l. c. in descriptione solennis convivii Regii, apud *Goldastum* cit. Part. 3 *Politic. Imperial.* pag. 273, & *Schardium*, l. c. pag. 25, tradit? *Aqua deinde, aurea pelvi, Regiis manibus, à Marchione Johanne de Brandenburg, & minore Imperii Pincerna, dabatur, tenuitque Comes Palatinus, & alii astantes Principes, mappam, qua aspergebantur* (abstergebantur) *manus Regiæ &c.* Etiamsi & in descriptione eorundem Solennium germanica, apud *Goldastum*, Part. I *der Reichs-Händel*, Tit. IX, pag. 53, reperiantur, verbis seq. lit. b, ad hunc annum occurrentibus. *Limnæo* ad A. B. Cap. XXVII, §. 3, Observat V, pag. 587, &, ex eo, Dn *Spenero* l. c. Cap. 117, §. 4, pag. 575, forte non sine fundamento, existimantibus, loco: *minore Imperii Pincerna*; legendum esse: *minore Imperii Camerario.* Id certum est, accumbente Augusto, *Zolleranum* Sceptro ministrasse; ita enim *Maurus*, apud *Goldastum* l. c. pag. 274, & *Schardium* l. c. p. 26: *Regem, sedentem in Aurea Sella, circumstabant, dexteriore latere, D. Marchio de Arschot, & Episcopus Leodiensis. Sinistro latere, Comes de Zorn, Sceptriger, pluresque alii Principes atque Comites &c.*

An. 1548, ubi laudatus *Mauritius*, Saxoniæ Dux, de Electoratu cognominis investiretur, inquit *Mammeranus*, in descriptione istorum solennium, apud *Schardium* l. c. pag. 511: *Deinde, Joachimus, Marchio Brandenburgus Elector, Archi-Cubicularius, qui & Cæsareæ aut Regiæ Majestati, ad mensam, manus lotura, pelvim tenet, & aquam fundit, cujus locum tenens est, Carolus, Comes in Zollern S.*

R. I.

R. I. Hereditarius Camerarius, seu Cubicularius &c. Minimum de alio Sub-Camerario Imperii, quam Illustriss. Comitibus, & modernis Principibus Serenissimis *Hohenzolleranis*, ab obitu *Georgii Seinsheimii*, in hunc usque diem, nihil reperitur annotatum.

v. (6) PALATINI Electoris Vicarius primum constitutus fuit Illustriss. Comes de *Sintzendorff*; *Des H. R. Reichs Erb-Schatzmeister.* Quam dignitatem Sereniss. Elector, *Carolus Ludovicus*, Illustrissimæ huic Genti contulit, postquam ipsemet, speciali Sanctione, post Instrumentum Pacis, ab Imperatore, *Ferdinando III.* & Electoribus, facta, accedente peculiari Transactione inter ipsum, atque *Ferdinandum Mariam*, Electorem Bavariæ, Ann. 1650 & 1651, *Archi-Thesaurarius Imperii* esset declaratus. Investivit autem de *Sub-Officio* hoc, An. 1653. mens. Majo, in Comitiis Ratisbonensibus, Illustriss. Dnn. *Georgium Ludovicum* Com. de *Sintzendorff*, Cameræ Imperialis Aulicæ tunc Vice-Præsidem, Ejusque Agnatum, *Johannem Joachimum*, Consiliarium Imperii Aulicum, &, in eventum, utriusque Fratres, eorumque descendentes masculos hæredes legitimos, & Agnatos; Conf. *Lampadius, in den Politischen Reichs-Händeln*, Art. 14. pag. 26. cujus verba præced. Lib. I, Tit. 14, §. 13, lit. c, pag. 1099. exhibui; quamquam sine fundamento laudatos *Georgium Ludovicum*, & *Johannem Joachimum*, fratres constituat; cum, bene monentibus, Dnn. *Wagenseilio & Welsero*, in sæpe laudata Commentatione, de *S. R. I. Summis Officialibus, & eorundem Sub-Officialibus*, Cap. XVII. §. 4, pag. 265, longis gradibus à se invicem distantes Agnati fuerint, diversis orti stirpibus, quarum altera, qua *Georgius Ludovicus* prosatus, olim *Fridaviensis*, posteaque *Neoburgensis*, cognomen accepit; altera vero, ad quam *Johannes Joachimus* genus referebat, *Feureccensis*, hodieque *Ernstbrunnensis*, dicta. Sed nec *Georgius Ludovicus* Imperialis Cameræ Præses tunc erat, ut *Lampadius* tradit; sed saltem Præsidis Vicarius, sive *Vice-Præses*, vel, (præter ipsum Electorale Biploma, quod mox subjiciam,) subscriptione R. J. *Ratisbonensis*, de An. 1654. teste, ubi, sub Tit. *Schwæbische Graffen und Herren: Georg Ludwig, des H. R. Reichs Ertz-Schatzmeister* (legendum *Erb-Schatzmeister*) *Graf und Herr von Sintzendorff, Freyherr auf Ernstbrunn, der Herrschafft Fridau, Rennersdorf, Sitzendorff, und Neuenburg an dem Ihn, Unser Rath, Cammerer, und Hof-Cammer Vice-Præsident &c.* cui mox subjungitur: *Johann Joachim, des H. R. Reichs Erb-Schatzmeister, Graff und Herr von Sintzendorff, Freyherr auf Ernstbrun, Herr zu Rogendorff im Pergstall, S. Martinsburg, und Teutschen Prodersdorff, Unser Reichs-Hoff-Rath, und Erb-Schenck in Oesterreich ob der Enß &c.* & sub Tit. *Westphælische und Nieder-Sæchsische Grafen und Herren: Rudolph, des H. R. Reichs Erb-Schatzmeister, Graf von Sintzendorff, Freyherr uff Ernstbrun, Herr zu Rogendorff im Pergstall, und S. Martinsburg, &c. Erb-Schenck in Oesterreich ob der Enß &c.* Conf. Dn. *Spener, Oper. Herald.* part. spec. Lib. 2, Cap. 88. §. 10, pag. 532; Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imperii*, Lib. VII, Cap. 13, §. 2 & seqq. p. m. 382 & 383. *Num Investitura hac contigerit, ex mera Electoris Gratia, an prævio consensu Imperatoris & Electorum?* disputari video; posterius asserit *Lampadius* l. c. &, post eum: Illustr. Auctor *des Europæischen Heroldts*, Tom. I, pag. 297, verb: *Anno 1653, im Junio, hat, bey damahliger Reichs-Versammlung zu Regenspurg, mit Kayserlicher Majestæt und des Gesammten Churfürstlichen Collegii Consens, Chur-Pfaltz dem Gräfflichen Geschlechte derer von Sintzendorff, und zwar zu erst Herr Graf Georg Ludwigen, Kayserl. Majest. Hof-Kammer-Vice-Præsidenten, und dessen Herrn Brüdern,* (Vettern) *Graf Johann Joachim, Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath, das Ertz-Schatzmeister-Amt* (Erb-Schatzmeister-Ampt) *Lehns-weise aufgetragen &c.* Dn. *Multzius, Corp. Juris Publ.* Part. 3, Cap. X, §. 2, v. 104 & 105, pag. 1037 & 1038; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. 4, §. 21, pag. 234; Alii. Prius contra, tutius affirmant Dnn. *Thulemarius*, Cap. XVIII *Octoviratus* §. 48, pag. 281, & Cap. XXI, §. 2, pag. 339; *Wagenseil & Welser* l. c. *Giovanni*, in *Germania Principe*, Lib. V, Cap. 2, p. m. 50, *Schwengfeur*, Dissert. de *Comitum Palatinorum Rheni singularibus Juribus*, An. 1705 *Tubingæ*, Præside Illustri *Schwedero*, habitæ, §. XIV, pag. 32, aliique; ex ratione, quod (1) integrum sit Electoribus pro lubitu Vicarios suos constituere; modo non tales constituantur, quos Cæsar & Imperium merito rejicere queant; salvoque insuper introducto semel jure hereditario; (2) de expetendo Cæsaris & Electorum consensu nulla adsit Lex; nec (3) Consuetudo de eo testetur. Alia quæstio est: *Annon Sereniss. Elector, ad commendationem Imperatoris, Sinzendorffios ad dignitatem hanc elegerit?* quam facile vel propterea affirmaverim, quod *Johannes Joachimus*, Comes *Sintzendorffius*, *Maximiliani*, Comitis *Trautmansdorffii*, Supremi Aulæ Cæsareæ Præfecti, quique perpetuo Summi Principis gratia fruebatur, è Sorore, *Elisabetha*, nepos esset;

cujus intercessio apud Augustum, multum procul dubio effecerat; ipsimet insuper *Sintzendorffii* de Cæsare bene meriti noscantur; altero, ut dictum, Vice-Præsidis Cameræ Augustalis encomio, & altero, inter Summi Dicasterii Imperialis Aulici Senatoria dignitate decoratos, coruscantibus. Ecce diploma ipsum, à Serenissimo Electore, in *Sinzendorffiorum* gratiam, editum, quod & apud Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, VI *Abtheilung*, XXIX *Absatz*, §. 1 Supplementorum, *von den Grafen von Sintzendorff*, p. 596, reperitur:

Wir Carl Ludwig, *von GOttes Gnaden, Pfaltz-Graf bey Rhein, des H. Ræmischen Reichs Ertz-Schatzmeister und Churfürst &c. Bekennen und thun kund, mit diesem Brief, nachdem die Hoch-Wohlgebohrne, Georg Ludwig, und Hannß Joachim, Grafen von Sintzendorf, Frey-Herren auf Ernßprun, Erb-Schencken in Oesterreich ob der Ennß, und der Römischen Kayserlichen Majest.* resp. *Rath, Cämmerer, und Hof-Cammer-Vice-Præsident auch Reichs-Hoff-Rath &c. Uns unterthänigst ersuchet und gebeten, daß Wür Ihnen des H. R. Reichs Erb-Schatzmayster-Amt gnædigst verleihen wolten; Als haben Wür angesehen die unterthänigste gute Dienste, so Uns dieselben erzeiget und bewiesen, auch noch hinfürders erzeigen und beweisen können, und wollen, und derwegen Ihnen, für sich, und Ihrer beeder Brüder, Johann Carl, Maximilian, Siegmund Friedrich, und Rudolphen, Grafen zu Sintzendorff, Frey-Herren auf Ernßprun, und Ihrer allerseits eheliche Leibs-Mann-Lehens-Erben, verliehen haben, des H. R. Reichs Erb-Schatz-Mayster-Amt, mit allen seinen Ehren, Freyheiten, Würden, Zierden, Nutzen und Gefallen, zu einem rechten Mann-Leben, verleihen Ihnen auch solches biemit, und in Crafft dieses Lehen-Brieffs, also und dergestalt, daß zuförderst Graf Georg Ludwig, sein Lebenlang, und nach Ihme Graf Hannß Joachim, hernach, aus Ihren beeden Linien der æltiste Sohn, solch Erb-Amt bedienen; Nach Absterben aber desselben, die* Successio *bey beeder Grafen Mannlichen Erben (ohnangesehen welcher der ältere)* alternativ *seyn, und so lang, als beeder Grafen Linien wehren, statt haben; falls aber einer, oder beede Grafen, ohne Lehens-Erben abgehen würden, jedem von denen beyden Grafen frey stehen solle, einen aus der mitbelehnten* Familia *zu benennen, dessen* Succession *zu* repræsentiren; *und alsdann gleiches Falls die* alternativ Succession *in Obacht genommen werden. Wann aber beyde Grafen, und deren* repræsentirende *Linien abgiengen, solle unter den übrigen Mit-Belehnten, jedesmahl der Ælteste des Geschlechts die Lehen tragen, und nützen, auch hingegen die Dienst und* Functiones *verrichten; und, auf erstbemelte Weise, solle Graf Georg Ludwig, und Graf Hanß Joachim, vor sich, ihre obgenante Brüder, und denen aller Mann-Lehens-Erben, solch Erb-Schatz-Mayster-Amt hinführo von Uns, Unser Lebtag gantz aus, und, nach Unserm Todt, von Unsern Erben, die Pfaltzgrafen bey Rhein, Churfürsten, und Ertz-Schatz-Mayster seyn werden, so offt es Noht tuhet, und, so lang, nach Inhalt des Frieden-Schluß, das Ertz-Schatz-Mayster-Amt wæhren möchte, empfangen, haben und tragen, Uns, wegen dieses Erb-Amts, mit guten Treuen, Gelübden und Eyden, dienen, gewarten, gehorsam und verbunden, auch allezeit getrew und hold seyn, Uns, vor Unsern Schaden, warnen, und Frommen und Bestes getrewlich werben, und alles das tuhen, was Mann Ihren Lehen-Herren, von Recht und Billichkeit wegen, zu tuhen schuldig seynd: massen obbemelte Georg Ludwig, und Hannß Joachim, Grafen und Herren von Sintzendorff, obbestimt Leibs-Mann-Lehen jetzt von Uns, bemelter massen, für sich, und Dero Gebrüder obbemelt, auch deren allerseits Männliche Erben, empfangen, darüber gelobt, und leiblich zu GOtt geschwohren, und Uns einen schrifftlichen* Revers *ertheilet haben. Und Wür haben in dieser Leihung außgenohmen Chur-Pfaltz, Dero Mann, und eines jeglichen Rechten daran. Wür sollen und wollen auch biernechst, wann die Verrichtung und* Function *dieses Erb-Amts würcklich verglichen seyn wird, solche dem Lehen-Brief* specialius *einverleiben lassen. Zu Urkund dessen, haben Wür diesen Lehen-Brieff aigenhändig unterschrieben, und Unser Insiegel angehängt. So geschehen, Regenspurg, den 3-13 Maji, im Sechzehen Hundert, Drey und Fünfftzigsten Jahr.*

Carl Ludwig.

(L.S.)

Intervenientis Imperatoris Electorumque consensus nulla hic mentio. Nec mirum proinde, quod Celsissimus Elector, *Philippus Wilhelmus*, orta inter *Theodorum*, & *Johannem Joachimum*, *Sinzendorfios* Comites, *Ernstbrunnensis* Lineæ, circa exercitium hujus Sub-Officii Imperialis, lite, sub dato *Neuburg*, 12 Sept. An. 1689, solus, in *Theodori* favorem, eo quod, Dynastiam *Reineccensem* acquirendo,

rendo, Reversalibus, quibus ab initio Illustrissimi Comites se obstrinxerant, *zwischen der Zeit des 3-13 Maji 1653, und nächst gefolgten Reichstag, sich im Reich dergestalt zu begütern, daß Sie das Erb-Schatzmeister-Ampt mit Würdigkeit vertretten könten &c.* satisfecisset, sententiam tulerit. Vid. Dn. *Lunigius Spicileg. Secular.* Part. 2, 49 *Absatz*, §. 3, pag. 1357; Idem fecit Sereniss. Elector, *Johannes Wilhelmus*, sub dato *Heidelberg*, 26 Julii & 30 Sept. An. 1706, Vicarium suum declarando Illustriss. Comitem, *Philippum Ludovicum*, Lineæ *Neoburgensis*, præ Agnatis Lineæ *Ernstbrunnensis*; quam Declarationem Sereniss. Elector Brunsuicensis *Georgius Ludovicus*, qua Archi-Thesaurarius, sub dato Hanover, 9 Junii 1711, ratam habuit. vid. ibid. §. 4 & 5, pag. 1358, & 1359.

(*b*) PERAGIT &c. Quis absentis Electoris Laici officium peragat; in A. B. definitum non est; quandoque Legatos eorum, sæpius Vicarios, id muneris in se suscepisse, prodit Historia.

(2) Quod in MS. Codice Cæſareo Vindobonenſi, Sec. XIII picto, Bavariæ Ducibus, expuncto Bohemo, tam *Pincernæ*, quam *Electoris*, prærogativæ tribuantur, verbis præced. Lib. I, Tit. XIII, §. 2, lit. b, pag. 1033, extantibus, tempori indulgendum, quo, occaſione diſſidii inter Imperatores Bohemorumque Reges, Secta ſurrexit perhibens: Regibus iſtis haud eſſe eligendi jus Imperatoris, niſi Germanorum ſanguine eſſent procreati; ita ſane *Land- und Lehen-Recht*, apud *Goldaſtum*, Tom. I *der Reichs-Satzungen*, Cap. XXIX, pag. m. 38: *Undder Leyen Fürſten, iſt der Erſt, zw en an der Stimmen, zw En welen, der Pfaltz-Graff von dem Ryen, deß Reichs Truchſes : Der ſol dem Künig die erſte Schüſſel fürtragen ; Der Ander an der Stymme, iſt der Hertzog von Sachſen, des Reichs Marſchalck : Der ſol dem Künig ſein Schwert tragen ------ Der Dritt, iſt der Marckgraffe von Brandenburck, des Reichs Kammerer : Der ſol dem Künig Waſſer geben ; Der Vierd, iſt der Künig von Bœhem, des Reichs Schenck ; und ſol dem Künig den erſten Becher bieten ; doch iſt zw wiſſen, daß der Künig von Bœhem kein Kur hat, wann Er nicht ein Teutſcher Mann iſt ; aber die Vier ſollen Teutſch Mann ſeyn, von Vatter und Mutter, oder von eintwederm &c.* Similiter vetuſtiſſimi Codicis MS. Cæſareæ Bibliothecæ Vindobonenſis, Sec. XIII ſcripti, cui Tit. *Das Land-Recht-Buch & das Lehen-Buch*, cujus præced. Lib. I, Tit. XIII §. 2, lit. b, pag. 1033, memini, Editio An. 1505, typis *Matthiæ Hupfuff*, ſub Tit. *Keyſerlich und Künigliche Land- und Lehen-Rechte, nach gemeinen Sitten und Gebrauch der Rechten*, Argentorati vulgata, ubi rurſus; notante *Lambecio*, Lib. 2 *Commentar.* dictæ *Bibliothecæ Cæſareæ*, Cap. VIII, pag. 827 : *Der Vierd iſt der Künig von Böhem, des Reichs Schenck, und ſol dem Künig den erſten Becher bieten. Doch iſt zu wiſſen, daz der Künig von Bœhem kein Kur hat, wann Er nit ein Teutſcher-Mann iſt.*

Dan die vier Leyen Fürsten sollen Teutsche Man sein, von Vatter und Mutter, oder von eyntwederm &c. Existimaverat *Lambecius* l. c. p. 826, ita solvi posse dubia, è verbis *Speculatoris Saxonici*, *Ecconis de Repkau*, Libr. 3, Artic. 57, orta: (*In Principis electione, primus erit Episcopus Treverensis; Secundus, Maguntinensis; Tertius, Coloniensis; Primus, inter Illustres, Rheni Palantzgravius, qui est Dapifer: Secundus, Dux Saxonie, Marscalcus: Tertius, Marchio Brandenburgensis, Camerarius: Bohemie Rex Pincerna est, qui non eliget, quia nostre non est Nationis.* German: *In des Keysers Kore Schal de Erste sin de Bisschop van Tryre; de Ander, van Mense; de Drüdde van Kolne; Under den Leyen, is de Erste an deme Kore, de Palantzgreve van deme Rhyne, des Rykes Droste; De Ander, de Marschalck, de Hertoge van Sassen: De Drüdde, de Kemerer, de Marckgreve van Brandenborch. De Schencke des Rykes is de Koningk van Behemen; de ne hevet nener Kore, darumme dat he nicht Düdesch en is &c.* Hæc ex Editione Augustana, An. 1516, typis *Sylvani Othmer*; quæ, in Editione antiquissima Lipsiensi, An. 1488, *die Sabati penultima Augusti* expleta, cit. Lib. 3, Art. 50, sic sonant: *In des Keysers Kore schal Ersten syn de Byscop van Tryre: de Ander, van Mentze: de Drüdde, van Colen. Under den Leyen, is de Erste an den* (Kore) *Palantzgreve van dene Ryne, des Rikes Droste; de Ander, de Hertoge van Sassen, de Marschalk; de Drüdde, de Marchgreve van Brandeborg, de Kemerer. De Koningk van Bemen, de Schenke, de heft nene Kore, darumme, dat he nicht Dudesch en is &c.* Et in Codice MS. Bibliothecæ Ill. Dn. *Ludwigi*, lib. 6, Cap. 9, p. 124; *In diß Königes Kur sal der Erste syn der Bischof von Tryre; der Andere, de Bischof von Mentze; der Dritte, der von Kolne. Under den Leygen, ist der Erste, de Phalentzgrave von Ryne, diß Riches Truchsesse; der Andere der Hertzoge von Sachsen, diß Riches Marschalg; der Dritte, Margrave von Brandenburg, diß Riches Kammerar; der Schencke diß Riches ist der Kœnig von Bohmen, der hatt keyne Kor, durch das her nicht Deutzcht en ist &c.*) Quo & *Albertus Stadensis*, verbis præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Friderici* 2 Imp. ad An. 1240, pag. 613, expressis, præcipuè: *Rex Boëmiæ, qui Pincerna est, non eligit, quia non est Theutonicus &c.* & memoratus Codex antiquissimus membranaceus Vindobonensis Bibliothecæ, præced. Lib. I, Tit. XIII §. 2, lit. b, pag. 1033, *Bohemi* loco, *Bavarum* substituens, verb. *Der Hertzoge von Pajern hat die vierten Stimme an der Chur* (inter Laicos) *und ist des Riches Schenche, und sol dem Chunige den ersten Becher tragen. Diese vier* (Com. Pal. Rheni, Saxoniæ Dux, Marchio Brandenburgicus, & Dux Bavariæ) *sullen Tütsche Man sin, von Vater, und von Muoter, oder von eintwederine &c.* imò Ipsius *Rudolphi* Imperatoris Diploma, sub dato *Augustæ*, An. 1275, in favorem Bavari, contra *Ottocarum* Bohemum, quietis publicæ turbatorem, *Bavariæ Ducibus, ratione Ducatus cognominis, jus eligendi Imperatoris, ex antiquo competere*, declarans, (apud Auctores præced. Lib. I Tit. XIII, Proœm. lit. c, pag. 1026, adductos, nec non apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. I *Metropolis Hundii*, in *Catalogo ArchiEpiscoporum Salisburgensium*, p. 80 Edit. Vet. & p. 54 Edit. nov. *Goldastum*, cit. *Append. Documentorum Historiæ Regni Bohemiæ*, §. 19, p. 37 &c. Dn. *Hertium*, cit. Diss. de *Renovato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu*, Sect. 2, §. IX; Dn. *Joh. Guilielmum Janum*, in *Judiciis Eruditorum*, de *Origine Electorum*, §. VI *Append. Diplomat.* & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, I *Absatz*, §. 3, p. 4 & 5;) omisso Bohemo; nec non *Weichbild*, Art. XIII, fol. m. 23: *Darzu nam man die drey Leien Fürsten, die die Ersten an des Reichs Chore sind: Den Maggraffen von Brandenburg, den Hertzogen von Sachssen, den Pfaltzgraffen von dem Rein &c.* nulla iterum habita *Bohemi* ratione, aliique multi Recentiorum, qui eos secuti sunt, referantur; si dicamus, Regem *Wenceslaum* monoculum, *Primislai*, circa An. 1231 defuncti, & *Constantiæ*, Hungarorum Regis, *Belæ*, gnatæ, Filium, procul dubio, à *Speculatore Saxonico*, *Alberto Stadensi* & asseclis, clam indicatum, paternæ originis respectu *Slavum*, & maternæ, *Hungarum* fuisse, proinde inter Electores collocari haut potuisse, præsertim, cum *Friderici* 2. Imp. hostis acerrimus, Terrarum Austriacarum, aliarumque Germaniæ Provinciarum aggressor truculentus extitisse noscatur, vel ex hoc solo capite *Dignitate* pariter *Electorali & Pincernatu* indignus judicandus, Bavaro, quoad utrumque, in locum ejus assumto. Accedit, *Henricum* Bavarum non solum, (occiso, An. 1256, in bello Frisico, *Wilhelmo*,) electioni *Richardi* Angli, in Romanorum Regem, sed & præfati *Rudolphi*, An. 1273, notoriè interfuisse; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1257, p. 159 & 160, & ad An. 1273, p. 161 &c.

(3) Enimvero, ut, è memorato v. 1 *Fridericiano* Diplomate An. 1212, (1) manifestissimum est, *Fridericum* 2 ab *Ottocaro* Bohemo fuisse electum; (2) Ejusque filium, *Wenceslaum*, consentiente Patre, ab Ordinibus Regni ad Regiminis habenas vocatum, quoad omnia jura & honores, quibus Pater fuerat gavisus, confirmationem à laudato Imperatore obtinuisse

tinuisse, constat; Diploma, sub dato *Ulmæ*, An. 1216, 7 Kal. Aug. desuper confectum, suppeditante *Goldasto*, in *Appendice Commentariorum de Juribus ac Privilegiis Regni Bohemiæ*, §. XIV, p. m. 29 & 30, verb. *Electionem præfatam ratam habemus & firmam, & concedimus Eidem Venceslao totum Regnum Bohemiæ, cum terminis, & omni Jure, & honore, ac rationibus, eidem Regno pertinentibus, sicut ipsum Regnum Pater suus, & alii Prædecessores sui, tam Duces, quam Reges, antea tenuerunt &c.* (3) nec sub alia lege, ab *Ottocari* excessu, *Wenceslaum* hunc à dicto Cæsare Investituram nactum; è Diplomate Cæsareo, in civitate *Melfiæ* Mense Julio, An. 1231, scripto, apud *Goldastum* l. c. §. XV, pag. 31 &c. palam est, *Regnum Bohemiæ, cum omni honore ac dignitate, Civitatibus, Castris, Villis & Terris, eidem Regno pertinentibus, & cum omni Jure, quo dictus Rex* (Ottocarus) *Pater Ejus, idem Regnum rationabiliter noscitur possedisse, Imperialis authoritatis munimine, confirmamus, præfato Waczlao, juniori Regi, tenendum & possidendum, sicut tenere debet à Nobis & Imperio &c.* (4) Feudalis Juris regulæ volunt, ubi de Vasallorum juribus agatur, recentiores Investituras antiquioribus esse conformes; ita (5) ex *Urbani IV* P. R. Epistola ad *Richardum*, Romanorum Regem, in causa dissidii Ejus cum *Alphonso*, Castellæ & Legionis Rege, qua, sub dato apud *Urbem Veterem*, 2 Cal. Septemb. 1263, utrumque ad suum Tribunal evocabat, tollendi Schismatis Arbiter futurus, apud Dn. de *Leibnitz*, in Prodromo Tom. I *Codicis Juris Gentium Diplomatici*, §. XIV, v. 8 & 9, pag. 16 & 17, liquet, *Premislaum* III, qui & *Ottocarus*, dicti *Wenceslai* Filium, Bohemiæ Regem, una cum Archi-Episcopo Trevirensi, Duce Saxonum, & Marchionibus Brandenburgicis, votum dedisse *Alphonso*; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1257, pag. 160; (6) Ejusdem præterea Præsulis literæ ad eundem Regem *Premislaum Ottocarum*, quibus, An. 1262, sub excommunicationis pœna, Eum dehortatus est, ne, durante schismate inter *Alphonsum & Richardum*, causam *Conradini*, Svevorum Ducis, ad Imperatoriam dignitatem aspirantis, juvaret, documento sunt infallibili, Bohemum pro legitimo Electore habitum; meminit earum *Spondanus*, *Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1262, §. 4 p. m. 217: *Cum inter cætera accepisset*, (Urbanus IV) *Conradinum, Friderici olim Imperatoris nepotem, Ducem Sueviæ, in discordia duorum Imperii competitorum, Alfonsi Castellani, & Richardi Angli, ad illud aspirare; renovans prohibitionem olim factam ab Alexandro, Decessore suo, Electoribus Imperii* (An. 1256, 15 Cal. Aug. Anagniæ) *ne quid tale cogitarent; scripsit potissimum Premislao Othocaro, Boëmiæ Regi, cujus maxima erat tota Germania auctoritas, atque Electoribus Ecclesiasticis, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, omnino præcipiens, ne, ullo unquam tempore, vel nominarent, vel eligerent, aut nominari & eligi tolerarent Conradinum; tum, quod Friderici, Ecclesiæ hostis, nepos esset; tum, ne juribus eorum, qui jam electi fuerant, aliquod præjudicium fieret &c.* (7) Ipse *Rudolfus* Imperator, in Diplomate, An. 1289, 4 Non. Martii, *Ægræ* dato, apud *Balbinum*, Decad. I *Miscellan. Histor. Regni Bohem.* Lib. 8; Dn. *Schminckium*, in *Supplemento Actorum Publicorum ex Balbino*, Appendici *Documentorum*, ad *Goldasti Historiam Bohemicam* spectantium, annexo, §. XII, p. 259 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. *Continuat.* I, *Erste Fortsetzung*, I *Absatz.* §. 8, pag. 10, Bohemi jura, tam quoad *Pincernatum*, quam *eligendi facultatem*, sedula indagatione prævia, ultro agnovit, simulque habuit rata, scribendo: *Inquisitionis circumspectæ præhabito scrutinio, quid, quantumve Juris in Romanorum competat Imperio, Inclyto Regi Bohemiæ Wenceslao, Principi Nostro & Imperii Pincernæ charissimo, nec non suis hæredibus? licet de Ipsius Juribus, verissima notitia Nobis constet, ad majorem tamen cautelam, & evidentiam, indagantes, ac indagari facientes, ut dicti Regis Jura lucidius patefierent, universis communi testimonio & assertione comperimus assonante, quod Rex supra dictus Jus ac Officium Pincernatus, pariter & Ejus hæredes, in Romano obtineant Imperio, nec non, in Romanorum Regis Electione, instar aliorum Principum, in ipsa Electione habentium jus & vocem, quoad idem jus & vocem eligendi, potestate pari li potiantur; quæ Jura Ipsis competere profitemur præsentibus, & authoritate Regia approbamus, præsentium testimonio literarum &c.* & adhuc clarius, in Constitutione, An. 1290, 6 Kal. Octob. *Erfordiæ*, desuper edita, apud *Goldastum*, cit. *Append. Document.* §. XXI, pag. 39 &c. *Freherum*, in dicto Codice *Scriptorum Rerum Bohemicarum*, pag. 115 &c. Dn. *Hertium*, cit. Dissert. de *Renovato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu*, Sect. 2, §. 10; Dn. *Crügerum*, de *Novemviratu*, in fine, p. 411 &c. Dn. *Lunigium*, l. c. §. IX, p. 10 & 11, aliosque, præced. Lib. I, Tit. XIII, Procem. lit. b, pag. 1020, hoc nomine commendatos, (idioma Germanicum subministrante *Goldasto*, T. I *der Reichs-Satzungen*, p. 31 &c. & in *Collectione Variorum Consiliorum de successione & Jure hereditario Familiæ Regiæ, in Hungariam, Bohemiam, acquisitasque Provincias*, Edit. Dn. *Schminckii*, An. 1719, §. 13 *der Beylagen*, p. 187, &c. ubi rursus; *Inquisitionis igitur circumspectæ præhabita*

bita indagine, scrutinioque solerti, scire desideravimus; quid, quantumve Juris, in Romano competat Imperio, & in Electione Romanorum Regis, futuri Imperatoris, Inclyto Regi Bohemiæ, Principi & Filio nostro charissimo, & heredibus Ipsius? quo facto, Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperii, nec non Veteranorum communi assertione, & concordi testimonio comperimus assonante: Ipsum Regem Bohemiæ Imperii debere Pincernam existere, & Jus ac Officium Pincernatus apud Eum, nec non Ejus Heredes, jure hereditario, residere. Extitit etiam dilucide declaratum: prædictum Regem Bohemiæ, & suos Heredes, in Electione Regis Romanorum, futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus, habere debere, ad similitudinem aliorum Electorum, eligendi plenarium jus & vocem. Hæc vero Jura Pincernatus & Electoratus, nedum dicto Regi, & suis Heredibus, didicimus competere, sed etiam suis Progenitoribus, Abavis, Atavis, Proavis, Avis, pure plenissime competebant. Volentes itaque dicti Regis, & Heredum suorum, dispendiis cavere, Jus & Officium Pincernatus in Imperio, sibi & Heredibus suis, & non aliis, competere, &, in Electione Regis Romanorum, futuri Imperatoris, habere jus & vocem, clare recognoscimus, approbamus, & præsentium testimonio profitemur &c. Quæ omnia sic se habere, (8) *Carolus IV* speciali Diplomate, *Pragæ*, An. 1348, 7 Id. April. sub pœna indignationis Cæsareæ, milleque marcarum auri puri, si quis ea in dubium esset vocaturus, aut contra facturus, testatus est, apud *Goldastum* cit. *Append. Document.* §. XXXII, p. 55 &c. *Freherum* l. c. pag. 116; *Crügerum* l. c. pag. 412 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. XXII, p. 22 &c. æque ac (9) *Gerlacus*, Archi-Episcopus Moguntinus, in testimonio publico, *de Jure eligendi Regis Bohemiæ*, An. 1356, *die dominico, proximo ante Festum B. Luciæ Virginis*, Metis, lato, apud *Balbinum*, Decad. I, Lib. 8 *Miscellaneorum Historicorum Regni Bohemiæ*, & Dn. *Schminckium*, in *Supplemento Actorum publicorum, Appendici Documentorum Historiæ Goldasti de Regno Bohemiæ* annexo, §. 41, pag. 307: *Sane, licet de juribus Serenissimi Principis, Dn. Regis Bohemiæ, Electoris, Illustrissimi Com-Principis & Collegæ nostri, nulla sit, aut fuerit, Juris seu Facti dubietas, quin Ipse, ab Atavis, Proavis, Avis & Progenitoribus suis, ad instar nostri, & quorumlibet aliorum Co-Electorum Principum, in Electione Romani Regis, ad Imperium promovendi, pleno jure sit fruitus hactenus, & fruatur &c. sicut hoc luce clarius semper apparuit, ab eo tempore, cujus apud homines memoria non existit; tamen --- ne quibuslibet, otiose loquentibus, malignandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed multa investigatione prævia, & a multis veridica informatione recepta, maturo consilio, una cum universis Co-Electoribus, Com-Principibus & Collegis nostris, tam Spiritualibus, quam Secularibus, de certa nostra scientia, recognoscimus, dicimus, & dictante conscientia publice profitemur: quod Serenissimi Principes & Illustres Bohemiæ Reges, ab Atavis, Proavis, Avis & Progenitoribta suis, ab omni tempore, cujus apud homines, sicut præmittitur, memoria non existit, habuerunt, continue habent, & habere debent, Jus & vocem, plene & commode,* (forte: omnimode) *ad instar nostri, & aliorum Com-Principum, Co-Electorum & Collegarum nostrorum &c. tam Spiritualium, quam Secularium, in Electione Romani Regis, ad Imperium promovendi, ita videlicet, ut, quotiescunque casus talis electionis emerserit, Serenissimus Dn. Rex Bohemiæ, qui pro tempore fuerit, ad celebrationem Electionis illius, solenniter vocari debeat, & in ipsa Electione omnibus juribus suis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hoc spectantibus, per Se, vel Nuncios legitimos, & Ambassatores suos, ad instar nostri, & omnium aliorum Com-Principum, Co-Electorum & Collegarum nostrorum, tam spiritualium quam secularium, qui sunt & fuerint pro tempore, sicut præmittitur, in omni reverentia & honore, gaudere, sicut, de Jure & more, Sacri Imperii Principes Electores talibus freti* (forte: *fruiti*) *sunt temporibus retroactis &c.* & (10) *Rupertus* Elector Palatinus, in Diplomate, quo sub dato *Metis*, An. & die eisdem, dicta Jura laudatis Regibus, ab immemoriali tempore, competiisse, & adhuc competere, pari formula, affirmavit, apud *Freherum* l. c. pag. 116; *Goldastum*, cit. *Append. Document.* §. 51, p. 101 &c. nec non, in *Consultatione, De Officio Electoris Bohemiæ*, §. 5, p. m. 1207, Edit. *Schminckianæ*, An. 1719; ut & Tom. 2, *Constitutionum Imperialium*, p. 91 &c. & in *Rationali Constitutionum*, p. 395; Dn. *Schminckium*, cit. *Supplemento Actorum Publicorum*, §. 42, p. 310 &c. Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 154, p. 107 &c. & Dn. *Crügerum* l. c. pag.

414,

414, ibi rursus: *Licet de Juribus Serenissimi Principis, Dn. Regis Bohemiæ, Illustris Co-Electoris, Com-Principis & Collegæ nostri, nulla sit, & fuerit, Juris seu Facti dubietas, quin Ipse, ab Atavis, Proavis, Avis, & Progenitoribus suis, ad instar nostri, & quorumlibet aliorum Co-Electorum Principum, in Electione Romani Regis, ad Imperium promovendi, pleno Jure fretus sit hactenus, & fruatur; sicut hoc luce clarius semper apparuit, ab eo tempore, cujus apud homines memoria non existit; tamen ---- ad abundantioris cautelæ præsidium ---- & ne quibuslibet otiose loquentibus maligandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed multa investigatione prævia, & a multis veridica informatione recepta, maturo consilio, una cum universis aliis Coelectoribus, Comprincipibus & Collegis nostris, tam Spiritualibus, quam Secularibus, de certa nostra scientia, recognoscimus, dicimus, &, dictante conscientia, publice profitemur: Quod Serenissimi Principes, & Illustres Domini Bohemiæ Reges, ab Atavis, Proavis, Avis & Progenitoribus suis, ab eo tempore, cujus apud homines, sicut præmittitur, memoria non existit, habuerunt continuo, habent & habere debent, Jus & vocem, plene & omnimode, ad instar nostri, & aliorum Comprincipum Co-Electorum nostrorum, tam Spiritualium, quam Secularium, in Electione Romanorum Regis, ad Imperium promovendi, ita videlicet, ut, quotiescunque talis casus Electionis emerserit, Sereniss. Princeps, Dn. Rex Bohemiæ, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam Electionem Ipsius, solenniter vocari debeat, & in ipsa Electione, omnibus juribus suis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc spectantibus ---- ad instar nostri, & omnium aliorum Comprincipum, Coëlectorum & Collegarum nostrorum ---- gaudere* &c. Reliqua, ut in priori. Colligendum igitur ex his, (1) Bohemum semper fuisse participem juris eligendi Romanorum Regis, (2) Speculatorem Saxonicum, & asseclas, sine fundamento, distinctionem inter Reges, Germanorum sanguine ortos, aliosque, invenisse, proinde (3) traditionem, quasi soli Bohemorum Reges, Germanis Parentibus nati, prærogativam Electorum vindicare sibi potuerint, infirmo stare palo; (4) *Rudolfinum* Diploma An. 1290, existimantibus, ante tempora ista, Bohemos non extitisse Pincernas Imperii, e diametro contrariari.

(4) Non minus erroneum est, quod *Henricus*, Cardinalis Hostiensis, (circa Seculi XIII medium florens,) in Commentario ad Cap. *Venerabilem*, X. de *Electione & Electi potestate*, Electorum memor, tradit: *Septimus, est Dux Bohemiæ, qui modo est Rex, sed iste, secundum quosdam, non est necessarius, nisi quando alii discordant &c.* etiamsi & in Codice MS. *Weichbildi Magdeburgici*, Bibliothecæ Ill. Dn. *Ludwig*, lib. VI, Cap. IX, p. 124, legatur: *Der Schencke diß Riches ist der Konig von Bohmen, der hatt keyne Kor, durch das her nicht Deutzcht en ist. Ab sich alir die Pfaffen und dy Leygen czweyen, so ist der Kœnig von Bohemen eyn Oberman, dye zu scheidene, daß Sy mit einander eyn richtig werden &c.* & *Petrus ab Andlo*, Columbariensis Canonicus, lib. 2 de *Imper. Roman.* Cap. 2, scribat: *De consuetudine tamen Rex Bohemiæ ad Electionem non vocatur, nisi cum vota aliorum æqualia sunt numero, & sic hodie practicatur &c.* assentientibus *Centuriatoribus Magdeburgicis*, Centur. X, Cap. X, fol. 546; *Bellarmino*, Tom. I *Operum Controvers.* Lib. 3 de *Translatione Imperii*, Cap. I, p. m. 997, aliisque pluribus; nec obstante Constitutione, quam *Goldastus* Tom. 3 *Constitutionum Imperial.* p. 371, quasi ab *Ottone IV* Imp. in Comitiis Francofurtensibus, An. 1209, conditam, exhibet, verb: *Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vindicato: Principes sex, Sacri Ordinis tres: Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis; Profani totidem: Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ & Marchio Brandenburgensis, Eum diligunto. Hi, si discordes fuerint, Boëmiæ Regem cooptanto &c.* Ut enim, præter hactenus allata, vel ipse *Goldastus*, lib. 3 de *Regno Bohemiæ*, Cap. V. VI & VII, contra præfatos Auctores, luculenter probavit, Bohemiæ Regibus legitimum semper & ordinarium in Electionibus Imperatorum, competiisse, & adhuc competere, suffragium, nec tum demum, ubi in æquas partes vota scindantur; ita expeditum est, *Ottonianam* Constitutionem esse confictam; nam (1) id agnoscit ipse *Goldastus*, lib. 3 *Bohem.* Cap. V, §. 9, p. m. 380, cujus verba præced. Lib. I, Tit. XIII §. 3, lit. c, pag. 1036, retuli; (2) Dies & Consul desunt; (3) Comitia Francofurtensia celebrata sunt An. 1208; vid. præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a pag. 150; (4) Auctores gesta Comitiorum istorum commemorantes, hujusmodi Constitutionem ignorant; (5) Quæ nec inter alias Leges ab *Ottone* promulgatas occurrit; vid. cit. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 67 & 68; (6) *Johannes Baptista Egnatius*, in *Historia Cæsarum*, & *Petrus Bizarus*, lib. 23 *Histor. Genuens.* p. 554, eandem, crassiori licet errore, *Ottoni III* vindicant, quan-

quandoquidem, tempore hujus Imperatoris, Bohemia Regibus nondum fuerat obnoxia; (7) Constitutiones *Rudolfi* Imperatoris, &, *Caroli IV*, modo laudatæ, pure & simpliciter *jus eligendi* Bohemiæ Regibus asserunt; (8) Ipsa Aurea Bulla *Caroli IV* discrimen inter Bohemum, & Electores reliquos, ignorat; perspicue in contrarium docens, Cap. 4. §. 4, Moguntinum Præsulem *tertium votum*, ex Bohemiæ Rege, in Electionibus Imperatorum, semper perquirere teneri; adeoque prius, quam constet, num vota sint æqualia, an non? (9) Præfatæ Constitutiones *Gerlaci* Moguntini, & *Ruperti*, Electoris Palatini, An. 1356, concordant, verb: *Quotiescunque casus talis Electionis emerserit, Sereniss. Princeps, Dn. Rex Boëmiæ, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam Electionem Ipsius, solenniter vocari debeat, &, in ipsa Electione, omnibus juribus suis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc spectantibus, per Se, vel Nuncios legitimos, & Ambasiatores suos, &, ad instar Nostri, & omnium aliorum Com-Principum Co-Electorum & Collegarum nostrorum, tam Spiritualium, quam Secularium, qui sunt, & qui fuerint pro tempore, sic, cum omni reverentia & honore, gaudere, sicut, de Jure & more, Sacri Imperii Principes Electores talibus freti* (fruiti) *sunt, temporibus retroactis &c.* (10) Observantia non interrupta hucusque dictis in tantum prodest, ut (11) *Uladislaum*, Bohemiæ Regem, ad *Maximiliani I*, Romanorum Regis, Electionem, An. 1486, non vocatum, armis injuriam se vindicaturum fuisse minatum, certum sit; quamvis controversia ista *Reversalibus, de non præjudicando*, Ei datis, An. 1489, iterum sopita noscatur. Vid. præced. Lib I, Tit. VI, §. 6, lit. a, pag. 805; Conf. Responsio *Ferdinandi 2* Imp. ad Gravamina Bohemiæ Ordinum, de An. 1619, apud *Lundorpium*, Tom. I, Lib 4. Cap. 68, §. *hierbey auch &c.* p. 669. (12) Doctores Juris publici magni nominis mecum sentiunt; vid. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, lib. I, Class. 4, cap. 3, §. 33, p. 358; *Rumelinus*, ad A. B. Part. I, Dissert. VIII, §. 7, p. 229; *Conringius* de *Republica*, Exercit. V, §. 29, p 198 &c. *Thulemarius*, de *Octoviratu*, Cap. VII, §. 10, p. 83 &c.

(5) De cooptatione Bohemi ad omnes Conventus Imperii solennes, & deliberationes publicas, An. 1708 facta, præc. Lib. I. Tit. XIII, §. 1, lit. a, p. 1030 &c. & hujus Libri III. Tit. 2, §. 60, v. 7. dictum. Maxime huc faciunt dissertationes Dnn. *Hertii* & *Ludwigi*, præced. lit. a, commendatæ.

(c) NON AUTEM ELECTOREM &c. Ex falsa hypothesi, quod non sit Germanus; de qua præced. lit. b, dictum; conf. seq. lit. d.

(d) TEUTONICUM &c. *Bohemiam* ad *Germaniæ* Provincias haut pertinere, Ejusque Reges minime *Juris Germanici* censendos esse, tradentes: *Arumæus* de *Comitiis*, Cap. V, §. 32 &c: *Aug. Vischer, Discurs. Histor. Polit.* de *Elect. Reg. Romanor.* Membr. V, §. 10, n. 44; Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* Cap. XIX, §. 10, pag. 323, aliique plures, fundamenti loco habent (1) Testimonia *Speculi Saxonici*, & *Svevici*, *Alberti Stadensis*, *Weichbildi &c.* quorum præced. lit. b, v. 2. memini; (2) dicterium *Gregorii X*, P. R. in Concilio *Lugdunensi*, de quo, *Siffridus* Presbyter Misnensis, lib. 2 Epitomes, ad An. 1274, apud *Pistorium*, in *Corpore Scriptorum Rer. German.* pag. 698: *Lugduni celebratum est Concilium magnum, præsente Papa Gregorio X. Hic electionem Regis Rudolphi confirmavit, reprobatis Nunciis Regis Hispaniæ, & Regis Bohemiæ. Ipse namque Rex Bohemiæ, Odoacrus, solennes Nuncios, & multam pecuniam, & munera, ad Curiam Dn. Papæ Gregorii transmiserat, eo quod Ipse ad Imperium aspiraret. Papa, munera non attendens, circumsedentibus sic dicebat: Cum in Alemania plures Principes & Comites habeamus, quare vellemus Sclavum ad Imperium sublimare? Rudolphus itaque Imperium adeptus &c.* Conf. *Gerhardus de Roo*, *Histor. Austriac.* lib. I ad An. 1273; *Goldastus* de *Regno Bohemiæ*, Lib 3, Cap 4, § 2 & 3, p. m. 367 & 368. (3) Quod *Carolus IV* Imperii Status nunquam in Bohemiam evocaverit; ne, contra Germanorum Leges, ad extraneum Tribunal Eos trahere videretur. Vid. Auctor *der kürtzlichen Aussführung, daß Chur- und Fürsten nicht schuldig, in allen und jeden Sachen, am Kayserl. Hoff zu Recht zu stehen &c. Limnæus* lib 4 *Jur. Publ.* Cap. 8. §. 87, pag. 180 &c. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. X, §. VI, lit. e, pag. 780; *Nitzschius*, Comment. ad *Capitulat. Josephi*, Art. XVII, § 1, pag. 382; (4) Protestationem *Ferdinandi I*, *Carolo V* Imp. Fratri, An. 1548, in Comitiis *Augustanis*, factam, §. *daß in der zu Worms An. 1521 verfaßten Matricul &c* apud *Arumæum*, de *Comitiis*, Cap. 4, § 58 & 59, *Goldastum* in *Collectione variorum Consiliorum, de Successione & Jure hereditario Familiæ Regiæ, in Hungariam, Bohemiam &c.* §. 87 *der Beylagen*; Edit. Dn. *Schminckii*, An. 1719, p. 347 &c. *Gastelium*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. VI, §. 202, p. 304, & Dn. *Hertium*, cit. Diss. *de Renovato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu*, Sect. 3, §. 5, integram eam exhibentes; nec non apud *Limnæum* l. c. lib. 3, Cap. 8, §. 28, pag. 89, & Dn. *Schützium* l. c. pag. 781, partem duntaxat ejus sistentes: ibi: *daß die Stände der Cron Böhmen keiner Reichs-Anschläge bekantlich; auch nicht geständig seyn, daß weder der angezogene Wormbsische, noch ältere Anschläge*

schläge, mit Ihrer Königl. Maj. Löblichen Vorfahren, Königen zu Böhmen, wissen noch willen geschehen; daß Sie auch darinn nicht gehalten, noch einige Hülff geleistet hätten, auch endlich keine schuldig wären; So wissen sich auch Ihre Königl. Maj. nicht zu berichten, daß Sie in Zeit Ihrer Böhmischen Regierung, darinn doch etwan viel Reichs-Hülffen bewilliget, und geleistet worden, je belegt, noch umb Hülff ersucht wäre; noch viel weniger einige erlegt hätte. Zudem, daß ein Kœnig in Bœhmen zu einigem Reichstag nicht beschrieben würde; auch weder Stand noch Stimme im Reichs Rath hatte. Darbeneben haben Gemeine Reichs-Stände wohl zu ermessen, dieweil die Reichs-Stewren bißher allein auf die Stände in den zehen Craißen bestimpt, geschlagen worden, und aber die Cron Bœhmen in keinem Craiß befunden wird, so ist darbey leichtlich abzunehmen, daß die Cron mit dem Reich hievor nie gestewret; und darumb jetzt auch unbillich in des Reichs Anschläge gezogen werde. So begreiffen auch die Reichs-Steuren allein die Stænd des Reichs Teutscher Nation, so sich des H. Reichs Schutz und Schirm, auch Fried und Rechtens, erfreuen und gebrauchen. Ob nun gleichwohl die Königl. Maj. als König zu Böhmen etliche Land-und Herrschafften der Teutschen Sprach und Zungen, vom H. Reich zu Lehen erkennen, so haben dieselben Land- und Herrschafften vom Rœmischen Reich, weder Schutz, Schirm, Fried, noch Recht, sondern seind von dem Reich Teutscher Nation, in ein ander sonder Reich, und Nation, von Alters her, abgesondert, unnd demselben nicht incorporiret; und also des Reichs Teutscher Nation Bürden, Anschlägen, und Contributionibus, nicht unterworffen &c. &c. (5) Propriam confessionem *Rudolphi* 2 Imp. qui, orta inter Ipsum, & nonnullos Imperii Status, hac de re, disputatione, Bohemiam a Germania separatam esse affirmavit. Vid. *Vischer* l. c. §. 10; *Schütz* l. c. pag. 780. (6) Responsionem Electoris Brandenburgici, Ducisque Neoburgici, qua Ducatuum Juliaci, Cliviæ, Montiumque possessorum, datam, ubi *Pragam* ad Consilium Aulicum evocarentur; quorum causæ Patronus, *in dem kurtzen, aber wohlgegründeten Special Bericht, von dem vermeinten Interesse des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen;* pag. 49, nullitatem Citationis demonstraturus, ait. *Obwohl Prag ein Ort im Reich, ist es doch im Reich Teutscher Nation nicht gelegen; dahero Sich die Kayserl. Maj. nie unterstanden, dahin ein Reichstag zu legen, oder streitende Partheyen zu vertragen; dessen Ihr. Maj. ausser dem Reich Teutser Nation auch nicht befüget &c.* Vid. *Limnæus* l. c. Lib. 4. Cap. 8, §. 87, pag. 180; *Schütz* l. c. Exercit. VIII, §. 19, lit. C, pag. 670. *Nitzschius* l. c. (7) Quod a multis ne quidem pro Statu Imperii habeatur. Vid. seq. §. 2, lit. a; & (8) *Cameræ* Judicium non subeat &c. Vid. Ill. Dn. *Ludewig* cit. Differt. *De Jure Suffragii Regis Bohemiæ, novissime instaurati in Comitiis*, Cap. 2, §. 13, in Notis, ad verba: *Cameræ Judicium subire Bohemos, credat qui potest*; lit. β.

(2) Contrariam foventes sententiam: *Andreas Althammer*, in *Taciti Germaniam*, apud *Schardium*, Tom. I *Scriptor. Rer. German.* pag. 1 & 2; *Goldastus* de *Regno Bohemiæ*, Lib. I, Cap. 1 & 2, & Lib. 3, Cap. 2, p. m. 356 &c. *Knichen*, de *Saxonum non provocando Jure & Privilegio*, verb. *Electorum*, Cap. 1, §. 219 &c. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. V, Sect. V, §. 14 &c. pag. 118, & Sect. XI, §. 13 &c. pag. 139 &c. *Schützius* Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. X, §. VI, lit. e, pag 781 &c. *Limnæus* lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 59 &c. pag. 94 &c. *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. I, Discurs XIX, §. 8, pag. 327; *Irenicus* ad *Burgoldensem*, Discurs. de *Rege Bohemiæ*, pag. 179 &c. *Strauchius*, Differt. Exoter. 2. §. XI, pag. 59; *Conringius*, de *Finibus Imperii*, Lib. 2, Cap. 29, §. 3, pag. 469 &c. *Dietericus* ad A. B. Tit. VII, pag. 46; Dn. *Hertius*, cit. Differt. de *Renovato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu*, Sect. 2, tot. Dn. de *Ludwig*, cit. Differt. de *Jure Suffragii Regis Bohemiæ*, Cap. 2, §. 1 & seqq. Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe* Lib. 1, Cap. 2, pag. 205 &c. It. p. 210 & 211. Dn. *Franckenstein*, cit. Diff. De *Usu Albinagii in Germania*, §. 15 & seqq. pag. 18 &c. adducunt (1) Verba *Cosmæ*, Pragensis Ecclesiæ Decani, ab initio *Chronicorum Bohemiæ*, apud *Freberum*, in *Corpore Scriptorum Rerum Bohemicarum*, p. m. 2; *Humanum Genus, Dei nutu omnia disponente, in tantum diffusum est per Orbem Terræ, ut, post multa Secula, tandem has etiam in partes deveniret Germaniæ &c.* aliaque veterum testimonia, v. g. literas Electorum *Philippi*, Romanorum Regis, ad *Innocentium*, P. R. de An. 1198, apud *Baronium*, Tom. X Annal. ad An. 996, p. m. 902: *Reverendo in Christo Patri, Domino Innocentio, S. R. Ecclesiæ Pontifici, Germaniarum Principes, & Magnates, in Christo Filii: Magdeburgensis Archi-Episcopus - - - Rex Boemiæ; Dux Saxoniæ, aliique Alemanniæ Nobiles &c.* nec non *Codicem Juris Alemannici Feudalis*, à *Schiltero* editum, Cap. VII, *Wie der Kunig sine Hervart gebütet:* ibi, pag. 9: *Wenne aber die Tutzschen ein Kunig erwellent, und der zu Rome nach der Wihe fert. Die Fürsten die In zu Kunig erkorent hant, sind alle schuldig mit Yhme zu farende; und das ist:*

ist: der Bischoff von Metze (Mentze) *der von Tryer, der von Kolle, der Pfaltzgraff by dem Ryne, der Hertzog von Sachsen, der Marggraff von Brandenburg, und der Kunig von Behem &c.* & *Thomam Anglicum, Friderici 2* Imp. coætaneum, lib. 3, de *Regimine Principum*, c. 19, verbis præced. Lib. I Tit. XIII, §. 3, lit. i, pag. 1037, occurrentibus; & *Matthæum Parisium*, Albanensem Monachum, in *Histor. maj.* fol. 655, mentione facta *Richardi* Angli, in Cæsarem electi: *Hi sunt maximi in Alemania, ad quorum nutum pendet electio ipsius Regni &c. Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno &c.* & *Æneam Sylvium*, Cap. I *Histor. Bohem.* apud *Freherum* l. c. pag. 120: *Bohemia, in solo barbarico trans Danubium sita, Germaniæ portio est &c.* & *Johannem Dubravium*, ab initio Lib. I *Historiæ Bohemicæ*, apud eundem, p. 1: *In Germania sita est Bohemia &c.* & Lib. IX, sub init. p. 65: *Quoniam Germanis permixti* (Bohemi) *ipsam Germaniam inhabitarent &c.* aliosque *Goldasto* l. c. Lib. 3, Cap. 2. §. 4 & seqq. pag. 357 &c. nominatos. (2) Quod, a tempore *Caroli Magni*, Slavorum Domitoris, ad tempora usque *Friderici 2* Imperatoris, Bohemi *subjecti* fuerint Imperatoribus Regibusque Germaniæ, vel *tributarii*; vid. *Goldastus*, cit. Tract. de *Regno Bohemiæ*, Lib. 2, Cap. XI, §. 2 & seqq. p. 273 &c. (3) In Comitiis Germanorum, ab *Henrico Aucupe*, (qui Ducem *Wenceslaum* an. 930, inter Principes Imperii Germanici cooptavit, eodem jure, iisdem privilegiis, quibus Franci, Alemanni, Boji, Saxones, sub annuo tamen tributo, gavisurum. Vid. *Goldastus* l. c. Lib. 2, Cap. 3, §. 7, p. 162; Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe*, Lib. I, Cap. 2, p. m. 207, in Notis) ad ætatem usque *Caroli V*, semper votum sessionemque habuerint, etiamsi, ex Privilegio *Friderici 2*, de An. 1212, omnes Conventus solennes, per tot Secula celebratos, non frequentaverint; Vid. tamen *Goldastus*, l. c. Lib. 4, Cap. 3, 4 & 5, p. 549 ad 584; Dn. *Ludwig* l. c. Cap. 2, §. 8. (4) Notorie fuerint Electores Imperii. Vid. *Goldastus* l. c. Lib. 3, Cap. 4, 5, 6 & 7, pag. 365, ad 408; Conf. præced. lit. b. (5) Pincernatus Imperii penes Eos steterit; vid. *Goldastus* l. c. Lib. 3, Cap. 8, p. 413 &c. (6) In Cæsares & Imperium peccantes, veniam factorum efflagitaverint; Cæsares *Dominos* suos salutaverint; Eorumque mandatis se obedituros, promiserint, vid. *Goldastus* l. c. lib. 4, Cap. X, §. 2 & seqq. p. 633 &c. Exemplo sit *Brzetislaus*, (qui & *Bretislaus* & *Vratislaus*) An. 1041, seu 1042, Regnique Optimates, qui in Comitiis Ratisbonensibus, supplices facti *Henrico III* Imp. totam Provinciam ad Imperii Fiscum pertinere fassi leguntur, vid. *Aventinus*, lib. V *Annal.* Cap. VI, §. 20, p. m. 494: *Bojemi, tot cladibus perdomiti - - - Severum, Pragensem Episcopum, aliosque Proceres, suscepta Legatione ad Cæsarem proficisci mandant: supplices qui bellum, iramque, deprecarentur; ad Clementiam provocarent: misericordiam Cæsaris implorarent; ac, sine ulla pactione, se, Regnumque in Illius fidem traderent, liberos Nobilissimi cujusque, quos Cæsar imperaret, obsides ultro offerrent, jurarentque se imperata facturos, perpetuo in potestate Cæsarum fore, & Ducem suum, nisi pareret, captivum abducturos &c.* & §. 22: *Conditiones hujuscemodi ultro oblatæ a nostris accipiuntur &c.* & §. 23, p. 495: *Vicesimo die, ubi constitutum est, Vratislaus, cum plerisque Optimatibus, & amplissimis muneribus, Reginoburgium venit. Cæsaris, in Senatu, curuli Sella, cultu Regio sedentis, pedibus lachrymabundus accidit, adoperto capite, calceis pedibus detractis, corpus humi prosternit, suppliciter veniam præteritorum orat, Bojemiam cum Signo reddit, Regium nomen, Poloniam, quam occuparat, abjurat. Surgunt Purpurati, Pontifices, Dynastæ, Hainricum, per Christum, Deum Opt. Max. per Clementiam Ejus, obtestantur, per Superos omnes obsecrant, ut misero & scelus confitenti ignoscat. Annuit Cæsar; Vratislaus, jussus surgere, sacramentum solenne dicit, quæ pridem verbis promiserat, reprobat: semissem tributi, quod pactus fuerat, Cæsar illi remisit &c.* Conf. præced. Lib. I Tit. V, in vita *Henrici* III, ad Ann. 1040 & 1041, p. 525; & Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Venedorum*, v. 19, p. 480 & 481. (7) In militiam evocati Cæsaribus militaverint, v. gr. *Boleslaus*, *Henrico 2*, in Expeditione Polonica. Vid. *Ditmarus*, lib. 4 Chron. non procul ab initio, p. m. 35, pariter ac *Jaromirus*; vid. Idem, Lib. 6, p. m. 64; *Udalricus*, *Henrico III*, adversus eandem Gentem; Vid. *Ditmarus*, lib. VII; *Bretislaus* Eidem, in Bello *Hungarico*. Vid. *Hermannus Contractus*, ad An. 1051, apud *Urstisium*; p. 332; *Goldastus* l. c. lib. 2, Cap. 14, §. 11, p. 293; *Vratislaus*, *Henrico IV*, An. 1075, in Expeditione *Saxonica*; vid. Auctor Carminis *de Bello Saxonico*, lib. 3, apud *Reuberum*, p. m. 212:

> *Tum Dux Lotharios Tiedricus cogit in arma,*
> *Dux insignis Eques in equestria bella valentes*
> *Turmas educens, armis animisque vigentes,*
> *Et Westvalorum, Fresonum, Bojemiorum,*
> *Exibant acies, accitu Regis, alacres &c.*

ut &, an. 1079, in bello contra *Rudolphum* Anti-Cæsarem; vid. *Bertoldus Constantiensis*, ad An. 1077, apud *Urstisium*, p. 347 & 348; *Chronographus Saxo*, ad An. 1079, verbis præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11,

§. 11, in *Catalogo Ducum Venedorum*, v. 20, ad An. 1079, p. 484, extantibus; testesque alii, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 12, lit. o, v. 6, p. 246. citati. *Zuatoplucus*, *Henrico V*, An. 1108, adversus *Hungaros*; vid. *Cosmas Pragensis*, lib. 3 *Chron. Bohem. Dubravius*, Lib. X *Histor. Bohem.* p. m. 75; annoque 1109 seu 1110, contra *Boleslaum* Polonum. Vid. *Chronographus Saxo*, ad An. 1110, p. 282; *Albertus Stadensis*, ad An. 1109, p. m. 151; *Hagecius*, *Chron. Bohem.* An. eod. *Cromerus* lib. 3 *Rer. Polon.* Cap. 9. Rursus, An. 1123, adversus *Lotharium* Saxonem, *Wladislaus*, teste *Cosma* l. c. lib. 3, ad h. a. cujus verba *Goldastus* l. c. §. 16, an. eod. p. 295, recitat. *Sobieslaus*, *Lothario*, An. 1127. Vid. *Crusii Annal. Suev.* h. a. iterumque An. 1132, ubi in Italiam proficisceretur; vid. *Hagecius*, Part. I *Chron. Bohem.* An. 1136; *Boregk*, *Chron. Bohem.* P. I. f. 140; Idem, *Conrado III*, An. 1139, in Expeditione *Saxonica*; Vid. *Albertus Stadens.* h. a. pag. 162; *Hagecius* l. c. ad h. a. *Uladislaus*, *Friderico I*, An. 1154 in Expeditione adversus *Mediolanenses*. Vid. *Güntherus* Poëta, in *Ligurino*, Lib. VII, apud *Reuberum*, p. m. 383; *Dubravius* l. c. Lib. XII, p. 94. *Sobieslaus*, Eidem, adversus *Longobardos*, An. 1174 &c. vid. *Hagecius* l. c. Part. I, ad An. 1175; *Boregk* l. c. Part. I, fol. 171 &c. *Conradus*, *Henrico VI*, An. 1190, in Expeditione *Neapolitana*, vid. *Dubravius* l. c. Lib. XIV, pag. 112 &c. *Hagecius* l. c. Part. I, fol. 185. *Henricus*, Eidem, An. 1194, adversus *Lusatos*; vid. *Hagecius* l. c. ad h. a. *Boregk* l. c. fol. 188; *Georgius Bertholdus Pontanus*, lib. 3 *Bohemiæ* piæ, in *Henrico*, Episcopo Pragensi. *Primislaus Ottocarus*, *Philippo*, adversus *Ottonem* Cæsarem, An. 1199; vid. *Godofredus Coloniensis* ad An. 1198, apud *Freherum*, T. I *Rer. German.* p. 264; *Dubravius* l. c. Lib. XV, p. 118 &c. *Gobelinus Persona*, ætat. VI *Cosmodromii*, Cap. 63, apud *Meibomium*, T. I *Rer. German.* p. 276. *Boregk* l. c. P. I. f. 194. Idem, *Ottoni IV*, adversus præfatum *Philippum*, in Expeditione *Thuringica*, An. 1203; Vid. *Godofredus Coloniensis*, ad h. a. p. 268; *Hagecius* l. c. ad An. 1205; *Boregk* l. c. fol 196. Idem, *Friderico 2*, An. 1212, contra *Ottonem IV*; Vid. *Dubravius* l. c. lib. XV, p. 121; *Hagecius* l. c. ad h. a. *Wenceslaus*, Eidem, An. 1236, contra *Fridericum*, Austriæ Ducem; vid. *Godefridus Coloniensis* ad h. a. pag. 300 &c. De Recentioribus ne dicam. (8) Varia Imperatoribus Privilegia & prærogativas debebant, v. g. *Vladislaus*, *Friderico I*, sub dato *Ratisbonæ*, 15 Cal. Feb. An. 1157, quod in *Nativitatis Christi*, *Paschatos*, *Pentecostes*, Bohemiæque Patronorum *Wenceslai & Adelberti*, festivitatibus, *Circulum*, seu *Coronam*, *gestare* queant; apud *Goldastum*, cit. *Append. Documentorum Historiæ Bohemicæ*, §. X, p. 23; & Dn. *Lunigium*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, *Erste Fortsetzung, I Absatz*, §. 1, pag. 3; & Idiom. German. apud *Goldastum*, P. 2 *der Reichs-Satzungen*, pag. 13. Conf. *Caroli IV* diploma, sub dato Pragæ, An. 1348, 7 Id. April. quo *Olomucensem* Episcopatum, *Moraviæ* Marchionatum & *Oppaviensem* Ducatum, Feuda Bohemica esse testatur, apud Dn. *Schminckium*, in *Supplemento Actorum Publicorum* dictæ appendici *Goldasti* annexo, §. 36, p. 293; nec non aliud, de An. 1355, 5 Cal. Oct. eundem in finem, Pragæ emissum, apud *Schminckium* l. c. §. 40, pag. 302 & 303. Laudatus *Primislaus Ottocarus*, *Philippo*, An. 1199, quod Statibus Regni Bohemiæ libera posthac potestas Reges suos eligendi competeret, salvo duntaxat Electos confirmandi, seu investiendi, Cæsarum Regali. Vid. seq. §. 3, lit. a; aliudve, *Friderico 2* Imp. sub dato *Basileæ*, 6 Kal. Oct. An. 1212, varias continens prærogativas, quarum præced. lit. b, memini. *Wenceslaus*, *Rudolpho I*, An. 1290, circa *Electionis & Pincernatus Imperii* jura; vid. supra l. c. v. 3; & *Alberto I*, sub dato *Nürnberg*, mens. Decemb. An. 1299, quod Rex Bohemiæ, Officio *Archi-Pincernæ* fungendo, coronam gestare non teneatur; Vid. seq. §. 6, lit. b, *Carolus* IV, ipsemet Rex Bohemiæ, sub dato *Romæ*, An. 1355, 5 April. quod Subditi Regni, a nemine, extra Bohemiæ limites, ad peregrina Judicia evocari, nec Appellationes, ab Inferioribus Judiciis, aliorsum, quam ad supremam Cameram Regiam, deferri queant; Vid. *Goldastus*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. 150 &c. Quod Privilegium, juribus habendi metallifodinas: recipiendi Judæos: exigendi telonia: cudendi monetam &c. auctum postea fuisse, non solum ex *Aureâ Bulla*, Cap. VIII, IX & X, sed & ex *Gerlaci*, Moguntini Præsulis, Diplomate, sub dato *Nürnberg*, An. 1356, in *Crastino Epiphaniæ*, in confirmationem Ejus edito, apud *Goldastum*, cit. *Append. Documentor.* §. 48, p. 97, & Tom. I, *Constitut. Imperial.* p. 350, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 35, p. 42, discimus. Conf. *Goldastus*, Lib. 4 *Regni Bohemiæ*, Cap. XIII, §. 8 & 9, ibique Not. pag. 675 &c. *Georgius* Rex a *Friderico III* Imp. sub dato *Novæ Civitatis*, 21 Decemb. An. 1462; quod Bohemiæ Reges inaugurandum posthac Cæsarem, Romam euntem, non nisi centum quinquaginta armatis comitari, totidemve, si magis arrideat, marcas Ei solvere obligentur: In Curiis Imperialibus, (exceptis duntaxat *Norimbergæ*, aut *Bambergæ* celebratis,) ad comparendum non sint adstricti: In solemnibus Investiturarum, in Ipsos collatarum Banderia illæsa, nec fracta, nec lacerata, Eis restituantur: Investituram, suaque Regalia, extra metas Regni, minimum nullibi locorum ultra quindecim milliaria

ab iis

ab iis distantium, suscipere teneantur: salvus conductus, ad petenda ab Imperatore Regalia proficiscentibus Eis veniat præstandus: Subditis Regni, nemo nisi Rex eorum, authoritate præcipiendi fruatur &c. apud *Goldastum*, cit. *Append. Document.* §. 91, p. 179; *Johannem Baptistam Eisen*, in *Deductione Bohem.* §. 21 *Documentor.* & Dn. *Lunigium* l. c. §. 67, p. 84 &c. Conf. *Dubravius* l. c. lib. 18, p. 147; *Limnæus*, lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 24 &c. p. 88, & Lib. 4. Cap. VII, §. 22, p. 71; *Thulemarius*, Cap. 14 *Octovirat.* §. 27, p. 175; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 3, Cap. 91, §. 9, p. 791; *Schweder*, cit. *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 4, p. 782; *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. general. Discurs. 3, §. V, p. 55 & 56. Alia ut ut taceam. (9) Regios honores, ab Eis delatos, ea qua par observantia, admiserint; Vid. præced. Lib. I, Tit. V, §. 8, lit. c, pag. 428; Conf. *Elias Berger*, in *Trinubio Europæo*, cujus verba *Carpzovius* l. c. Cap. V, Sect. V, §. 29, p. 120, recitat. (10) Ad Curias Imperatorum vocati comparuerint, causasque ibi dixerint; v. g. *Othelricus*, *Merseburgi*, An. 1015; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 99; & Tit. XVI, in Catalogo *Ducum Venedorum*, §. 17, ad An. 1012 & 1015, p. 474 & 475; & §. 18, ad An. 1032, p. 479; *Brzetislaus*, seu *Vratislaus*, *Ratisbonæ*, An. 1041, vel 1042; Vid. *Aventinus* l. c. lib. V, Cap. VI, §. 16 &c. p. 493; Dn. *Hertius* l. c. Sect. 2, §. 4. *Vladislaus*, *Norimbergæ*, An. 1170; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 136; *Ottocari* Legati, *Norimbergæ*, An. 1274; vid. ibid. ad h. a. pag. 162. Quo & omnia spectant Causarum Bohemicarum exempla, vel in Comitiis, vel a Cæsareis Commissariis decisarum, apud *Goldastum*, Lib. 4 de *Regno Bohemiæ*, Cap. XI, p. 652 &c. & Cap. XII, p. 665 &c. & *Hertium* l. c. §. 6 &c. (11) Bohemiam, a multis retro Seculis, nexu clientelari Germanorum Imperio fuisse addictam, tot Diplomata & literæ feudales, apud *Balbinum* l. c. Decad. I lib. 8 & *Goldastum*, in sæpefatis Documentis, testentur; Conf. *Goldastus* de *Regno Bohemiæ*, lib. 3 Cap. 14, p. 483 &c. *Freherus* ad *Petrum* de *Andlo*, lib. 2 de *Imper. Roman.* Cap. 2, f. 167; *Rumelinus* ad A. B, Part. 3, Diss. VI, §. 16, p. 894, ibique *Myleri* Additiones, p. 895; & P. 2, Diss. 3, §. 27, p. 497; *Schütz* l. c. Vol. I, Exercit. VII, §. 27, lit. e, pag. 592, *Conringius*, de *Finib. Imperii*, Cap. XXIX, §. 6, p. 471; *Schurtzfleischius*, Differt. XIX, qua *Lemmata Historica ad Silesiam pertinentia* explanat, §. 14, p. m. 6 & 7; Dn. *Hertius* l. c. Sect. 2, §. 4 &c. Dn. *Ludewig* l. c. Cap. 2, §. 14, ibique not. lit. g. Dn. *Schminckius*, in Not. ad *Goldastum* l. c. §. 1, lit. a & seqq. p. 481 &c. (12) Ad onera Imperii, haud semel contribuerint. Vid. *Goldastus* l. c. lib. 2, Cap. XVI, §. 2, p. 313 &c. & Cap. XVII, §. 21 & 22, p. 331 &c. *Limnæus*, l. c. lib. 3, Cap. 8, §. 28, p. 90; *Schütz* l. c. pag. 591 &c. pariter ac ad sustentationem Cameræ; Vid. *Matricula Spirensis* An. 1526, & *Augustana* An. 1553; *Goldastus* l. c. lib. 4, c. 13, §. 12, p. 677. (13) Celebrioribus Germanorum hastiludiis interfuerint; Vid. *Goldastus* l. c. Lib. 3. c. 2, §. 7, p. 359; (14) Eis, ab immemoriali tempore, in solo Germanico Castra, possessiones, & prædia quælibet comparare licuerit. Vid. *Aurea Bulla Caroli IV*, Cap. X; ut & Diploma *Gerlachi*, Moguntini Præsulis, quo, sub dato *Nurnberg*, An. 1356, in crastino Epiphaniæ, Privilegia Regis Bohemiæ: *de Non evocando*; *habendique argentifodinas*; *cudendi monetam &c.* ratum habet, cujus modo memini; conf. *Dubravius* l. c. lib. 15, p. 121; *Buxtorffius* ad A. B. Cap. X, Conclus. 93. *Arumæus*, ad A. B, Discurs. 5, Conclus. 10; *Cubachius*, lib 2 *Jurisprud. publ.* Cap. 29, §. 28 &c. *Goldastus* l. c. lib. 3, Cap. I, §. 15, p. 349, ibique in Notis; Dn. *Ludewig* l. c. Cap. 2, §. XI, lit. a. (15) A Moguntinis Præsulibus olim inaugurati noscantur. Vid. Attestatio *Ottocari & Wenceslai*, Bohemiæ Regum sub dato Pragæ, An. 1228, desuper confecta, præced. Tit. XI, §. 32, lit. b. (16) Veniam ætatis a Cæsaribus efflagitaverint; v. g. *Wenceslaus*, a *Rudolpho*, An. 1286; *Ludovicus*, a *Maximiliano I*, vid. *Goldastus* l. c. lib. 4. c. 1. §. 5, p. 537. (17) Ipsimet Bohemiæ Episcopi, ad *Fridericum 2* usque, qui, An. 1212 Bohemiæ Regibus id indulsit, ceu præced. lit. b, ab initio monitum, ab Imperatoribus fuerint instituti. Conf. Dn. *Ludwig* l. c. (18) Ecclesia *Pragensis Moguntinensi* subjecta noscatur, ad annum usque 1343, quo *Clemens VI*, P. R. sub dato *Avinione*, 2 Cal. Maji, eam in Metropolitanam erexit, & a subjectione Moguntini exemit. Vid. præced. Tit. XI, §. 32, lit. b. (19) Comitia Germani in Bohemiæ Civitatibus celebraverint, v. g. *Egræ*, An. 1224; vid. *Chron. Montis Sereni* ad h. a. pag. 167, præced. Lib. I Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1224, pag. 154; Conf. *Aventinus* l. c. lib. VII, Cap. V, §. 5. p. 647, ad cujus verba *Carpzovius* quoque provocat, cit. Tract. de *Lege Regia*, Cap. V, Sect. V, §. 30, p. 120; Conf. *Schütz* l. c. Exercit. X, §. 6, lit. e, pag. 781; Dn. *Heineccius*, lib. 3 *Antiquit. Goslar.* h. a. pag. 236. *Budewitii*, An. 1227; Vid. *Aventinus* l. c. Cap. 4, §. 19, p. 640; *Carpzovius* l. c. *Egræ*, An. 1289; Vid. præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 164; *Pragæ* & *Chadami*, An. 1297; vid. supr. l. c. ad An. 1296, p. 166; *Gerhardus de Roo*, lib. 2 *Hist. Austr.* ad h. a. *Aventinus*, l. c. Cap. XII, §. 20, p. 696, & §. 22, p. 697; *Sethus Calvisius*, in Chronolog. ad An. 1297; *Egræ*, An. 1461; Vid. *Conringius*, l. c. Exercit. IX, §. 17, p. 578; *Pragæ*, An. 1610, ubi Cæsar *Rudolphus*, & Principes magni nominis

nominis convenerant. Vid. *Memorabilia* mea Seculi XVII (*Merckwürdigkeiten*) ad h. a. Cap. V, §. 2, p. 357; (20) In Camera Imperii, in causis primæ Instantiæ ad Judicium Camerale spectantibus, Reges Bohemiæ conveniri queant; Vid. seq. §. 8, lit. a; (21) In Matricula An. 1447, clare dicatur: *Nachdem Bœheim, Mähren, Schlesien, Lusitz, auch Egern und Ellenbogen Creys, auch zu der Teutschen Nation gehœren, und deshalb ihr Anzahl, mit Nahmen 800 zu Roß, und 2000 zu Fuß, auch mit schicken sollen &c.* Vid. Dn. *Nicolaus Henelius*, in *Silesiographia* lib. I, Cap. 9; unde sua Dn. *Schminckius*, in Not. ad Lib. I, Cap. XIV, §. 11, *Goldasti Historiæ Regni Bohemiæ*, p. m. 123. Rursusque, in *Recessu Imperii Ratisponensi*, An. 1471, §. 57, apud *Goldastum*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. 193: *dan von der Beheimen, Merhern, Schlesitzern, Lusatzern, auch den Elnbognern und Egrern Kraiß wegen, die alle süllen auch angeschlagen, von Unserm Herrn Kayser, und bey dem Teutschen Volck und Here beleibn, angesehn daß dasselb Künigreich ein Churfürstenthumb ist, und zu dem H. Reich gehœrt &c.* Symbolam exprimit Matricula tunc condita, apud *Lehmannum* lib. VII *Chronic. Spirens.* Cap. 112, p. 973, ibi: *das Kœnigreich zu Bœhmen, mit Mähren, Schlesien, Laußnitz, Sechsstatt, Eger und Elbogen Kreyß, sollen haben 300 zu Roß, und 700 zu Fuß, die sollen sie mit einander anschlagen &c.* (22) Populus in Templis sermone Germanico erudiatur; Vid. *Æneas Sylvius*, cit. *Histor. Bohem.* Cap. I, apud *Freherum*, p. 120: *In Templis sermone Teutonico plebes docent; in Cœmiteriis, Bohemico; &*, in *Descriptione Germaniæ*, Cap. 18, apud *Schardium*, Tom. I *Rer. German.* p. 232. *Illud quoque Germanicam esse Bohemiam palam ostendit, quod inter Ecclesias Teutonico tamen* (tantum) *sermone instruere Populum Sacerdotibus permissum est modo, in Camiteriis autem Sclavonico &c.* Conf. *Carpzovius* l. c. §. 24 & 25, p. 119 & 120; Dn. *Hertius* l. c. Sect. 2, §. XI. &c. &c.

(3) Otiosa hodie quæstio est: *Utrum Provincia, cujus summus Princeps: Elector, ArchiPincerna, Vasallus & Status Imperii est; ad omnes Germanorum conventus publicos decenter vocatur; ordinariam in iisdem sessionem & votum habet; ad onera Imperii communia, aeque ac ad sustentationem Cameralis Judicii, symbolam confert, reliquisque characteribus omnibus, quibus Imperii Status ab exteris Principibus distinguuntur, insignitus est, ad Germaniam sit referenda?* Hæc omnia vero in Bohemiæ Regem quadrare, & hactenus prolata docent, & sequentia testabuntur.

(4) Ad objectiones respondendum, & quidem ad (1) Assertum *Speculatoris Saxonici, & Suevici, Alberti Stadensis*, esse ex eorum erroribus; vid. præced. lit. b, sub init. Ad (2) Ex Verbis *Gregorii* Pontificis male inferri: Regem Bohemiæ fuisse Slavum, ergo Bohemiam non esse Germaniæ partem; cum palam sit, a Rege ad Provinciam, non valide duci argumentum; & aliunde constet, legitime Imperantes jura simul consequi Provinciarum quibus præficiuntur; nihil obesse Megapolitanorum, Pomeranorum &c. Ducum Civitatis Germanicæ juri, quod origine Gentis Venedæ sint; eo momento, quo Bohemia in clientelam Imperii se dederit, Ejusque Princeps reliquos inter Germaniæ Proceres locum meruerit, jura Germaniæ eam nactam. Vid. *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, lib. 3, Cap. 2, §. 6, p. 359 &c. Dn. *Ludwig* l. c. Cap. 3, §. 2; ibique Notæ. Ad (3) Esse petitionem principii; nullamque consequentiam: *Carolus IV* nunquam evocavit Status Imperii in Bohemiam; ergo id factum, ne, contra Germanorum Privilegia, eos ad extraneum tribunal trahere videretur? ne dicam, probatum modo, Comitia nonnunquam in Bohemiæ locis fuisse celebrata. Ad (4) *Ferdinandum* loqui de iis, quæ re vera partim ex privilegiis quondam obtinuerant, partim vero falsa hypothesi nitebantur, hodie, vigore *Commissionis Cæsareæ* Decreti de dato *Regenspurg*, An. 1708, 6 Sept. die proxime sequenti, ad Dictaturam publicam promoti, apud Dn. *Hertium* l. c. Sect. 4, §. 3, & præced. Lib. I, Tit. XIII, §. 1, lit. A, p. 1031, aliter se habentia, ibi: *Daß übrigens Churfürsten, Fürsten und Stände das Ihrer Kayserl. Maj. als König in Böhmen, und des H. Röm. Reichs Churfürsten, zustehende undisputirliche Recht und Befügniß, den Böhmischen Sitz und Stimm, in allen Deliberationibus, bey Ordinari-und Extraordinari-Zusammenkünfften, Reichs-Deputations-Collegial- und andern Tägen, zu bekleiden, und zu führen, einhelliglich erkennen, und dessen, zu des Churfürstlichen Collegii, und gesamten Reichs mehrern Splendor und besten, nach dero allergnädigsten Belieben selbst, oder, durch genugsam Gevollmachtigte Gesandschafft, Sich zu gebrauchen, Ihro frey stellen, solches gereichet deroselben zu besonderen Dancknehmigen Gefallen. Und gleichwie Sie, von nun an, bey gegenwärtigem Reichstag, wiederumb einen Anfang zu machen, Vorhabens seyn, und, zu dem Ende, eine Gesandschafft anhero abgeordnet, also werden Sie, in allen Reichsgeschäfften, ob dessen Gesetze halten; seind auch ferners erbiethig, und declariren hiemit gnädigst, daß Sie, wegen dero Erb-Kœnigreichs Böhmen, und zugehœriger Landen, nicht nur zu allen Reichs-und Craiß-Oneribus, & præstationibus publicis, auch andern Anlagen, fœrdershin einen Churfürstlichen Anschlag, sondern auch, zum Kayserlichen Cammer-Gericht, dreyhundert Gülden, auf die Maß und Weiß, und mit der Befügniß, wie andere Churfürsten, übernehmen und bezahlen lassen &c.* Add. Conclusum trium Collegiorum Imperii

perii Statuum, d. An. 1708, 30 Junii, præced. Lib. I, Tit. XIII, §. 1. lit. A, pag. 1030: *Dagegen das gesamte Reich hierdurch beschlossen, und verbindlichst zugesagt und versprochen, Ihrer Kays. Maj. Cron und Kœnigreich Böhmen, samt allen demselben incorporirten übrigen Landen, in des Reichs Schutz, Schirm und Protection zu nehmen, und selbige, wie andere Reichs-Lande, bey sich eräugnenden unverhofften Nothfällen, wieder allen inn-und außwertigen unbilligen Gewalt, Inhalts der Executions-Ordnung, und anderer heilsamer Reichs-Satzungen, kräfftigst zu schützen &c.* Conf. Dn. *Wegelinus*, ad Art. 3 *Capitulat. Caroli VI*, p. 66 & 67. Ad (5) Imperatorem *Rudolphum* vel respexisse Privilegia & exemptiones, quibus Bohemi olim gaudebant; vel simpliciter, a Consiliariis ita edoctum, talia scripsisse; aliam enim Ei fuisse mentem, documento esse Constitutionem Ejus, de *Pace Religionis in Bohemia*, de An. 1609, §. 8. ubi: *Dann wir Sie* (Bohemos) *auch in diesem allem bey dem Frieden des H. Reichs, wegen der Religion aufgericht, der Religion-Fried genannt, als ein vornehmes Glied des H. Reichs, bleiben lassen &c.* quorum verborum memor *Goldastus*, Lib I *de Regno Bohemiæ*, Cap. 2, §. 9, p. m. 23. non male infert: *Annon verbis hisce clarissimis testatur*, (Cæsar) *Bohemiam esse præcipuum Imperii Germanici membrum?* Ad (6) idem dicendum; Ad (7) Falsum hoc præsuppositum; Vid. seq. §. 2. lit. a; Ad (8) Multos doctorum contrariam sectari opinionem; vid. seq. §. 8, lit. a.

(I) Quia enim in Curiis Imperatorum comparet, Teutonicus est, & nemo in istiusmodi Curiis admittitur, (*a*) nisi qui est Teutonicus. Strauch. Dissert. Exoter. 2, §. 11 & 12; non tantum in casu discordantium votorum; ut quidam (*b*) voluerunt; secundum vulgatos versiculos: (*c*)

Ich bin der Churfürsten Obermann, (d)
Weil wan man nicht wohl eins werden kan,
Und wan sich etwa in der Wahl
Zutrüg ein Zwitracht dazumahl,
Welchem ich dann die Stimme mein
Thu geben, der soll Kayser seyn.

Sed etiam in casu concordantium votorum; (*e*) prius enim ipsius Votum rogatur a Moguntino, quam constet vota esse discordantia. Et hinc, cum Maximiliani I tempore, Rex Bohemiæ, (*f*) propter simultates, quæ, inter Ipsum & Fridericum III intercedebant, ad Electionem dicti Maximiliani, non esset vocatus, arma minatus est; & res tandem Transactione est confecta, ne scil. imposterum, sub pœna quingentarum marcarum auri puri, Reges Bohemiæ excluderentur. Vid. *Satzung, wann die Kœnige zu Boheimb zu der Wahl eines Rœmischen Kaysers oder Kœnigs nicht beruffen, was für Pœn darauf seye.* Goldast. T. 2 *der Reichs-Satzungen*,

NOTÆ.

(*a*) ADMITTITUR &c. Scil. Ad votum & sessionem.

(*b*) QUIDAM &c. Quos præced. Procem. lit. b, nominavi.

(*c*) VERSICULOS &c. Part. I *Actor. Bohemic.* in pr. & apud *Limnæum* Lib. 3 Jur. Publ. Cap. VIII, §. 2, p. 82, Dn. *Thulemarium*, Cap. 14 *Octovirat.* §. 16, p. 169, multosque alios, extantes.

(*d*) OBERMANN &c. Hoc titulo Bohemiæ Reges nunquam usi sunt, bene tamen *inter Laicos Electores primorum*; teste Diplomate confirmationis Privilegiorum Austriacorum, *Georgii* Regis, sub dato *Franckfurt ahn dem Meyne*, *An. 1442*, *an S. Jacobs Tag*, apud *Schilterum*, inter Diplomata & Documenta, Historiam Friderici III illustrantia, p. 4, ubi: *Wir Jorg, von Gottes Gnaden, König zu Behmen ---- bekennen --- als der allerdurchleuchtigist Fürst, Herr Friederich, Rœmischer Kayser --- an Uns begehrt hat, daß Wir, als ein Kœnig zu Beheim, und Oberster Weltlicher Churfürst deß H. Rœm. Reichs, alle Gnade, Privilegia und Freyheit, so zu dem Hauß gen Osterreich gehörend ---- confirmirten und bestetteten &c.* Add. *Vertrags-Brieff, zwischen Kayser Friderich dem III, und Hertzog Albrechten zu Oesterreich, durch Vermittelung Kœnigs Georgs in Bœheim, einiger Zwitracht wegen*, sub dato *Chorneuburg, an Pfüngstag vor Barbara der H. Jungkfrauen*,

frauen, An. 1462, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. Contin. I, I *Abtheilung*, I *Absatz*, §. 31, p. 68. verb: *Nachdem Uns dann solches, alß ainen Christlichen Künig, und Obristen weltlichen Churfürsten, und negsten anstossenden Fürsten, wol gezimbt und gebiert &c.*

(*e*) VOTORUM &c. Vid. præced. Procem. lit. b. v. 4.

(*f*) REX BOHEMIÆ &c. *Uladislaus*, An. 1486; vid. ibid.

2. Et cum Electores lecti sunt, ex Statibus Imperii Ecclesiasticis & Secularibus, *ut supra lib. 1. dictum est*; certissimum hoc nobis argumentum præbet, Regem Bohemiæ *esse Statum* (*a*) Imperii. Id quod S. R. Imperii EE. ac Principes Pragæ anno 1610. in conventu ibidem habito, non minus eleganter, quam prudenter, declararunt, in Replica ad *Matthiam* Austriacum, Hungariæ Regem, hisce verbis: *Es müssen aber Chur- und Fürsten dieses wohlmeinentlich dabey erinnern, daß in solchen wichtigen Sachen*, *so* respective *das heilige Rœmische Reich*, ratione *des Kœnigreichs Boheim, weil der Kœnig von Boheim ein Stand des Reichs*, *der sieben Churfürsten einer, und des Rœmischen Kaysers Ertz-Schenck ist, concerniren thun, man, ohne Zuthun Chur-und Fürsten, weil man die nechst gesessene leicht darzu erfordern kœnnen, da es sich doch ziemlich verweilet gehabt, billich nichts vornehmen oder schliessen sollen, welches, da es geschehen, dieselbe vermœg ihrer Pflicht und Ayd, damit sie der Kayserlichen Majestat, und dem Reich, verwand seynd, auch dem gemeinen Wesen zum Besten, der ein oder ander vielleicht mit mehrerm Fleiß, Verstand und Treuen, als von denen, so hierzu gebraucht worden, geschehen.* Quorum Electorum ac Principum sola auctoritas satis superque pollens ac potens esse debet, ad convincendum eorum opinionem, qui Regem Bohemiæ statu suo dejiciunt. *Vid. Goldast. de Regn. Boh. lib.* 3. *c.* 3. Quo accedit, quod *votum* (*b*) & sessionem in Comitiis habeat: quæ non nota est certissima, aliquem esse Statum Imperii; *ut suo loco dictum est*; interim tamen privilegio ipsi tributum est, *ut non cogatur* interesse Conventibus Imperii, nisi habeantur aut Bambergæ, aut Norimbergæ, aut Merseburgi; Verba Constitutionis Friderici II. (*c*) *apud Goldast. in den Reichs-Satz. pag.* 30. ita habent: *Wir befreyen sie auch den vorgenannten Durchleuchtigen Kœnig in Bœhmen, und alle seine Nachkommen, daß selbige zu unserm Kayserlichen Hof nirgend hin zuziehen verbunden seyn sollen, es were denn Sach, daß wir Unsere Hofhaltung oder Zusammenkunfft gen Bamberg, Nürnberg oder Merseburg anstellen würden, daselbst hin sollen sie zu erscheinen verpflichtet seyn.* Falso autem exinde quidam concludunt: Regem Bohemiæ non esse Statum Imperii: Falsum quoque est, Regem Bohemiæ ad consilium & Senatum Imperii non admitti, nec vocari: (*d*) licet verum sit, vocatum indistincte non teneri comparere. Et quis est tam iniquus, qui, quod privilegii & gratiæ loco Bohemo datum fuit, ejusdem *in odium* velit detorquere? scilicet ad onus Imperii Statuum pertinet, in Comitiis ut compareant. Quod si vero privilegium alicui ex his fuerit tributum, ne cogatur comparere, uti tributum novimus Familiæ Austriacæ; vel ne ubique teneatur comparere, ut Bohemo datum, is utique qualitatem & nomen Status non amittet, sed Status permanebit, præ aliis tamen privilegiatus & honorarius erit. *Vid. Conring. de Fin. Imp. c. 22. Strauch. dissert. exotic. 2. n. 11 & 12.*

NOTÆ.

(*a*) ESSE STATUM &c. Licet *Arumaus* de *Comitiis*, Cap. 4, §. 1, p. 109; §. 45, p. 137, §. 60, p. 147, & §. 74, p. 160; *Wurmser*, Exercit. IX *Jur. Publ.* §. 3, p. 386; *Freherus* ad *Petrum* de *Andlo*, lib. 2, c. 2; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. I, Class. 4. c. 3, §. 35 & 38, p. 359; *Buxtorf* ad A. B. Conclus. 41, lit. §. *Mylerus*, ad *Rumelinum* Part. 2, Differt. 3, §. 27, p. 497; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. V, Sect. XI, §. 28, 29 & 30, p. 140; novissime Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XIX. §. 9 & 10, p. 323; alii plures, vel propterea id negent, quod neque ad Comitia Imperii universalia vocetur; nec votum

votum sessionemque ibi habeat; nec ad onera Imperii contribuat; nec Ejus Electoratus Imperii Circulis comprehendatur &c. Hodie tamen cuncta hæc aliter se habere, præced. Prooem. lit. d, monitum; excepto, quod Bohemia extra Circulos adhuc subsistat; a Circulis vero, ad naturam Status, perperam concludi, præced. Lib. I, Tit. XII, §. 1, lit. f, pag. 999, dictum. Pertinet huc omnino Responsum Electorum Principumque Imperii, An. 1610, in Conventu Pragensi *Matthiæ*, Hungariæ Regi, datum, apud *Goldastum*, lib. 3, de *Regno Bohemiæ* Cap. 3, n. 4, p. 364, cujus Dn. Auctor hic meminit; Conf. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. X, §. VI, lit. E, p. 781; *Limnæus*, libr. 3, *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 23, p. 88; Dn. *Hertius*, cit. Diss. de *Renovato Romano-Germanici Imperii, & Regni Bohemiæ nexu*; Sect. 3, §. 7, & Dn. *Joh. Herman. Schminckius*, in Notis ad *Goldastum* l. c. pag. 364.

(*b*) VOTUM &c. Vid. præced. Prooem. lit. d, v. 4.

(*c*) FRIDERICI II &c. An. 1212, *Ottocaro*; R. Bohemiæ, datum hoc Privilegium. Vid. præced. §. 1, lit. d, v. 2. Cessant hodie disputationes: *Utrum Reges Bohemiæ ad omnia Imperii Comitia sint vocandi? Quo tempore a publicis Germanorum Conventibus fuerint exclusi? An exclusio hac valide fieri potuerit?* de quibus *Conringius* de *Republica*, Exercitat. IX, §. 17, p. 578 & 579; expeditum cum sit, in omnibus Imperii Conventibus publicis & Consultationibus, Eis hodie votum esse sessionemque. Vid. præced. Prooem. lit. d, v. 4, & præced. Lib. I, Tit. XIII, §. I, lit. A, pag. 1031.

(*d*) NEC VOCARI &c. Obsoleta sunt, quæ *Mylerus* ad *Rumelinum*, in *Auream Bullam*, Part. 2, Dissert. 3, §. 4, lit. c, pag. 447, ibique citati alii, in medium afferunt.

(3) Regnum Bohemiæ, secundum prætensionem Bohemorum fuit mere Electitium, (*a*) & hæc prætensio accendit Bellum, quo postea tota Germania nostra conflagravit, & per triginta annos arsit. Secundum mentem Regum Bohemiæ, & Caroli IV, in Aurea Bulla, Cap. VII &, præ cæteris, Cap. XXIV, est Successivum; &, demum in casu deficientis Stirpis Regiæ, est Electitium; adeo, ut inter Regnum Bohemiæ, & reliquos Electoratus Seculares, aliquid discriminis intercedat; in His, deficientibus omnibus Successoribus, provisio pertinet ad Imperatorem: in Illo, ad Regni incolas; Isque Rex est, quem ipsi eligunt. In illis, Primogeniti demortui primogenito Minore existente, Frater Senior ejus Tutor est; (*b*) in Hoc, Proceres Regni (*c*) defectum ætatis supplent. Aur. Bull. Cap. VII & XXIV.

NOTÆ.

(*a*) ELECTITIUM &c. Defuncto sine liberis *Zecho*, Bohemorum Regulo, circa An. 661, ubi *Lechus*, Poloniæ Princeps, Ejus frater, oblatum sibi Bohemiæ Principatum recusasset, *Crocum*, Virum Magnanimum & prudentem, a Bohemis fuisse constitutum Regentem, circa An. 670, auctoritate Scriptorum Bohemicorum, probat *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, Lib. VI, Cap. 3, §. 3 & 4, p. m. 999 &c. Extincto, An. 709, sine masculo hærede, *Croco*, successisse filiarum natu minimam, *Libussam*, sororibus ei deferentibus, thoro postea An. 722 sociatam *Primislao* cuidam, homini agresti, ast artis magicæ peritissimo, quem Regni consortem fecerit; idem docet l. c. §. 5 & 6, pag. 1001 &c. Reliquisse hunc *Primislaum* posteris suis Principatum, quem Conjugi acceptum tulerat, *jure hæreditario*, per annos ferme sexcentos, Idem demonstrandum sibi sumit l. c. §. 7 & seqq. pag. 1003 &c. & Cap. 4, §. 1 & seqq. p. 1009 &c. ita tamen, ut haud diffiteatur (1) *Majoratus jure*, quandoque Patruos nepotibus ex fratribus, in Regimine fuisse prælatos, proinde Liberos non semper Parentes excepisse; *Conradi I*, Marchionis Moraviæ Brunnensis, exemplo, qui, ab obitu *Vratislai* Fratris, Regiminis habenas, An. 1061, susceperit, *Vratislaus* licet quinque filios reliquisset: *Bretislaum, Boleslaum, Borivojum, Uladislaum* & *Sobieslaum*; vid. cit. Lib. VI, Cap. 4, §. 13, pag. m. 1019; nec non *Bretislai 2*, eodem jure Patruo *Conrado*, An. 1093, surrogati, utut Ei liberi essent, superstites: *Udalricus* & *Lipoldus* Moraviæ Marchiones; Vid. idem, l. c. §. 14, pag. 1019; & *Borivoi 2*, ad quem devolutus mortui fratris *Bretislai 2* Principatus, An. 1100, nec ad defuncti sobolem, *Uladislaum* aut *Ulastislaum*; vid. l. c. §. 10, pag. 1021; & *Ottonis*, Moraviæ Marchionis, ab *Henrico S.* Imper. in locum Germani fratris *Suatopluci*, An. 1109, suffecti, præ nepotibus ex Eodem natis: *Bretislao*, *Sobieslao* & *Wenceslao*; vid. ibid. §. 17, pag. 1021; & *Sobieslai*, denato Fratri *Uladislao I*, An. 1125, succedentis, non obstante *Uladislai* prole: *Uladislao, Henrico & Theobaldo*; vid. ibid. §. 19, pag. 1023; & *Uladislai 2*, quem Regni Status, accedente Imperatoris *Henrici 3* confirmatione, ab excessu Fratris, *Sobieslai I*, An. 1140, Principem laudassent, præteritis defuncti filiis: *Sobieslao, Udalrico & Wenceslao*; vid. l. c. §. 22, pag. 1025. &c. (2) Totam hæreditatem non semper uni soli obtigisse, sæpius inter Fratres divisam;

v. g. An. 820, inter *Uneslaum* seu *Vinslaum*, & *Vratislaum*, Vratislaviensis Urbis conditorem, *Vogeni* (aliis *Vorcii*, *Vorii*, it. *Mnata*,) filios; vid. l. c. Cap. 3. §. 10. pag. 1003; An. 873. inter *Hostivitum* & *Mistibogium*, *Neclani* filios; ibid. §. 13. p. 1005; An. 921, inter *Wenceslaum Sanctum* & *Boleslaum* sævum, *Wratislai* gnatos; l. c. Cap. 4, §. 4, pag. 1011. An. 1055. inter *Spitigneum*, *Vratislaum 2*, *Conradum* & *Ottonem*, *Bretislai* filios; ibid. §. 11, pag. 1015; An. 1061, inter *Vratislaum 2*, *Conradum* & *Ottonem*, modo laudatos fratres, l. c. §. 12, p. 1017; An. 1197, inter *Primislaum* & *Uladislaum III*, *Uladislai 2* sobolem, l. c. §. 28. p. 1029; An. 1230; inter *Wenceslaum Luscum* & *Ottocarum*, *Primislao* Patre genitos, l. c. §. 29, pag. 1029 &c. Tenendum tamen, pinguiorem semper natu majorum portionem extitisse, *Moravia* plerumque sola sequioribus asserta. (3) Multos Regulorum mera ex Imperatorum gratia pependisse, v. g. *Wenceslaum*, ab *Henrico Aucupe*; vid. præced. Proœm: lit. d, v. 2; *Bladomarium*, *Jaromirum*, ejusque fratrem, *Othelricum*, ab *Henrico Sancto*, vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catalog. Ducum Venedorum*. §. 17, ad An. 1002, 1004 & 1012, pag. 471 & 472; *Goldastus* l. c. Lib. VI, Cap. 4, §. 8 & 9, pag. 1013 &c. *Suatoplucum*, ab *Henrico V*; *Goldast.* l. c. §. 16, pag. 1021, ad An. 1106; *Ottonem*, ab Eodem; vid. idem l. c. §. 17, p. 1021, ad An. 1109; *Ottonem*, a *Lothario*; vid. idem, l. c. §. 20, pag. 1025, ad An. 1126; *Uladislaum* a *Conrado III*; ibid. §. 21, pag. 1025, ad An. 1139; & §. 22, pag. 1025, ad An. 1140; *Udalricum*, a *Friderico I*, priusquam fratri *Sobieslao* fascibus cederet; l. c. §. 23, pag. 1025; ad An. 1174; *Henricum*, ab *Henrico VI*; l. c. §. 27, pag. 1027, ad An. 1193; *Wenceslaum*, a *Rudolpho Habspurgico*; l. c. §. 31, pag. 1029, ad An. 1278 &c. (4) Indultum quandoque Gentis Proceribus eligendi Regis privilegium, v. g. An. 1109, ab *Henrico V* Imp. de quo *Cosmas Pragensis*, lib. 3 de *Regn. Bohem.* fol. 60 ad An. 1109, *Suatopluci* Reguli, in Expeditione Cæsaris Polonica interfecti, memor: *Mane facto venit Rex (*Henricus Imp.*) ut lugeret super Compatre suo, & astantibus immensis Boëmis concessit: Ut, quemcunque voluissent suorum ex Filiis Principum, sibi in Ducem eligerent &c.* Conf. *Goldastus* l. c. §. 17, ad h. a. pag. 1021. An. 1174, à *Friderico I* Imp. qui eisdem potestatem dederit eligendi successorem ex duobus *Uladislai* Regis Patruis, nempe *Sobieslao* & *Udalrico*, ætatis prærogativa Regnum petentibus, non tamen successuris, nisi post *Uladislai* jam grandævi obitum; Vid. *Goldastus* l. c. §. 23, ad An. 1174, pag. 1025; An. 1199, à *Philippo*, in grati animi tesseram, quod ab *Ottocaro*, seu *Premislao 2*, in Regem fuerit electus; cujus Privilegii Cæsar *Fridericus 2*, in Diplomate, Jura Bohemiæ Regum concernente, 6 Kal. Octob. 1212, Basileæ dato, apud *Goldastum*, in *Appendice Documentorum* Historiam Regni Bohemiæ illustrantium, §. 13, pag. m. 27, reliquosque Auctores, quorum præced. Proœm: lit. b. facta mentio, hisce meminit: *Inde est, quod Nos, attendentes præclara devotionis obsequia, quæ Bohemorum universa Gens, ab antiquo tempore, Romano exhibuit Imperio, tam fideliter, quam devote, & quod Illustris Rex eorum, Ottocarus, à primo, inter alios Principes, specialiter præ cæteris, in Imperatorem Nos elegit, & Nostræ electionis perseverantiæ diligenter & utiliter astitit, sicut dilectus Patruus Noster, piæ memoriæ, Rex Philippus, omnium Principum consilio habito, per suum Privilegium, instituit Ipsum Regem, constituimus & confirmamus, & tam sanctam & dignam Constitutionem approbamus, Regnumq; Bohemiæ liberaliter, & absque omni pecuniæ exactione, & consueta Curiæ nostræ justitia, sibi, suisque successoribus in perpetuum, concedimus volentes: Ut quicunque ab ipsis in Regem electus fuerit, ad Nos, vel Successores Nostros, accedat, Regalia debito modo accepturus &c.* Quam Constitutionem *Carolus IV*, per Bullam declaratoriam de An. 1348. denuoque, per Auream Bullam, An. 1356, Cap. VII, §. 5, ut mox dicam, confirmavit;) Qua formula Idem Cæsar, sub dato *Ulmæ* An. 1216, 7 Kal. Aug. Electionem *Wenceslai*, *Ottocari* Filii, approbaverit, docet *Goldastus*, cit. *Appendice Documentorum*, §. 14, pag. 29 &c. (5) Ipsos Reges nonnunquam successores suos nominasse, v. g. *Bretislaum*; de cujus constitutione, An. 1055, vi cujus Filiorum natu maximus Parenti semper succedat; vid. *Cosmas* l. c. lib. 2, ad An. 1055; *Æneas Sylvius*, Cap. 9 *Hist. Bohem*: *Dubravius*, lib. VII *Hist. Bohem*: pag. 55, verbis præced. Tit. XI, §. 2, lit. b, jam extantibus; *Goldastus*, cit. *Hist. Bohem*: lib. VI, Cap. 4, §. 11, pag. 1016 & 1017. *Vratislaum*, An. 1093, in Conventu Procerum, excludendo filium contumacem *Bretislaum*, Fratri *Conrado* futuram successionem asserente; *Goldast.* l. c. §. 13, pag. 1019; *Uladislaum I*, instinctu Matris, *Zuatava*, itidem, An. 1125, *Sobieslaum* Fratrem *Ottoni*, Moraviæ Marchioni, Fratrueli suo, ætate provectiori, præferentem; Id. §. 19, p. 1023 &c. *Wenceslaum*, qui, teste *Hagecio*, *in der Böhmischen Cronick*, ad An. 1305, fol. 366, moribundus cognominis Filium, & circumstantes simul Proceres, ita allocutus: *Dir befehl ich mein Königreich; du solt auf meinem Stuhl sitzen, und an meiner, als deines Vattern, Stelle herschen &c.* & ad Proceres conversus:

fus: *Ich bitte Euch sämtlich, Ihr wollet dieselbe Unterthänigkeit und Gehorsam, so Ihr mir geleistet, meinem Sohn, als eurem Erbherrn, auch leisten &c.* Unde cognoscimus, Regnum hoc neque merum hereditarium, neque merum electitium, sed mixtum fuisse; mixturam tamen non semper eodem modo se habuisse, jure hereditario quandoque, mox electione, prævalentibus; vi Legum, posterior locum habeat, quoties vel Regia stirps deficit; vel Regnum, ob casus, in Jure feudali statutos, v. g. commisso crimine L. M. Investitura neglecta &c. vacare contingit; ita profecto *Carolus IV* in *Bulla declaratoria*, ad preces Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ & Lusatiæ Ordinum, sub dato *Pragæ*, An. 1348, 7 Id. April. promulgata, apud *Cochlæum*, lib. IX *Histor. Hussiticæ*, fol. 314, *Goldastum*, *Append. Documentor.* ad *Historiam de Regno Bohemiæ pertinentium*, §. 32. p. 55 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, I Continuat. *I Forsetzung*, *I Absatz*, §. 23, pag. 23 &c. & Idiomat. German. apud *Hagecium* l. c. Part. 2. ad An. 1348, fol. 4, & *Goldastum*, in *Collectione variorum Consiliorum*, *de Successione & Jure hereditario Familiæ Regiæ in Hungariam & Bohemiam*, §. 30 *der Beylagen*; p. m. 210 &c. Edit. Dn. *Schminckii* An. 1719; & Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, An. eod. pag. 39: *Electionem Regis Bohemiæ, in casu duntaxat & eventu quibus de Genealogia, progenie, vel semine aut prosapia Regali Bohemiæ, masculus, vel femella, superstes legitimus, quod Deus avertat, nullus fuerit oriundus; vel, per quemcunque alium modum, vacare contigerit dictum Regnum, ad Prælatos, Duces, Principes, Barones, Nobiles, & communitatem Regni præfati, & pertinentiarum ejusdem, habita cum nonnullis Regis Romani, futuri Imperatoris, Co-Electoribus, ac aliis Principibus, qui tunc temporis Nostræ Celsitudinis præsentiæ assistebant, deliberatione matura, Ipsorumque sano digesti consilio, volumus, decernimus, pronunciamus, interpretamur, & præsentis scripti patrocinio declaramus, rite, juste & legitime in perpetuum pertinere; ipsiusque Regis Bohemiæ Electionem, in casu & eventu prædictis, & non aliis, præfatis Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus & Communitati dicti Regni, & pertinentiarum ejusdem, de Nostra Regia Romana plenitudine potestatis, ac ex certa scientia, damus, concedimus, conferimus, & donamus, dictamque Electionem meliori, salubriori & saniori, quo potest, modo fieri, confirmamus & transferimus in eosdem; volentes etiam, ut, quicunque in Regem Bohemiæ electus fuerit, ad Nos & successores nostros, Romanorum Reges & Imperatores, accedat, sua, à nobis, & successoribus nostris, modo debito & solito, Regalia recepturus &c.* Et hoc est, quod in ipsa *Aurea Bulla*, Cap. VII, §. 5, dicitur: *Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus* (Electoralibus) *ipsorum Imperio vacare contingeret, tunc Imperator, seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, tanquam de re, ad se & Imperium legitime devoluta: salvis semper Privilegiis, Juribus & consuetudinibus Regni nostri Bohemiæ, super Electione Regis, in casu vacationis, per Regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, facienda juxta continentiam eorundem Privilegiorum, & observatam consuetudinem diuturnam, à Divis Romanorum Imperatoribus, sive Regibus, obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione Imperiali in nullo præjudicari volumus &c.* Conf. *Goldastus*, *de Regno Bohemiæ*, Lib. VI, Cap. XXI, §. 1 & 2, pag. 1185 &c. & §. 5, pag. 1189 &c. Occiso, in prælio ad *Mohazium*, An. 1526, cum Turcis commisso, *Ludovico*, Hungariæ Bohemiæque Rege, absque prole mascula, *Ferdinandum* Archiducem, qui sororem ejus, *Annam*, in matrimonio habuerat, ab Ordinibus Regni, Bohemiæ sceptra fuisse consecutum, testatur Ejus diploma, sub dato *Viennæ*, An. 1526, 13 Dec. desuper confectum, in cit. *Appendice Documentorum Goldasti*, §. 99, pag. 205 &c. ubi: *Nos Ferdinandus - - - - - notum facimus, tenore præsentium, universis: quemadmodum Barones, Nobiles & etiam Civitates, ac tota Communitas Regni Bohemiæ, ex sua libera & bona voluntate, juxta libertates Regni, elegerunt Nos in Regem Bohemiæ; quapropter recognoscimus, quod hoc ipsum ab Oratoribus ipsorum abunde intelleximus, & re ipsa cognovimus, & comperimus, quod præfati Status & ommunitas illius Regni, non ex aliquo debito, sed ita, prout supra scriptum est, eam Electionem, eligentes Nos in Regem Bohemiæ, ex libera & bona voluntate hoc fecerunt &c.* Plenius argumentum hoc exhaurit: *Richardus Strein*, Baro de *Schwartzenau*, *Maximiliano 2*, *Rudolpho 2*, & *Matthiæ*, Imperatoribus, a consiliis Sacratioribus, (1) *in dem Bedencken, wegen des Königreichs Böheim; Ob dasselbig erblich, oder ein Wahl-Königreich sey?* ad *Matthiam*, adhuc Archiducem, sub dato *Heydeckh*, An. 1599, 25 Januar. (2) *In der Information des Hochlöblichen Hauses Oesterreich erblich Succession der Cron Bœheim, und welcher Gestalt auch sonst die Succession daselbst erblich, und was darbey, biß auf diese Zeit verlauffen;* apud *Goldastum*, in *Collectione variorum Consiliorum*, *de Successione & Jure hereditario Familiæ Regiæ in Hungariam, Bohemiam, acquisitasque Provincias*, Edit. Dn. *Schminckii*, An. 1719, pag. 90 ad 122; nec non *Joachimus Andreas Schlick*, Com. de *Passaun*, *in der Information von der Königlichen Erb- und der Stän-*

Ständen Wahl-Gerechtigkeit in Böhmen, de An. 1617; ibid. pag. 123 &c. Conf. seq. lit. c.

(*b*) TUTOR EST &c. Vid. præced. Tit. XI, §. 4, lit. a.

(*c*) PROCERES REGNI &c. Ita minimum Bohemiæ Directores, in literis ad Electorem Moguntinum, sub dato *auf dem Prager Schloß*, *den* 23 Julii, An. 1619, apud *Londorpium*, Tom. I *Actor. Publ.* Lib. 4, Cap. 61, pag. 659, §. *dessen zu geschweigen &c. Dessen zu geschweigen, daß die Jura Electoralia Bohemica den Löblichen Ständen der Cron Böheim, in Ihren Special-Privilegiis, eigenthümblich übergeben, geschenckt und ad propriirt werden, wie solches, auf erforderlichen Nothfall, mit der Kayserlichen Donation und Confirmation, zu verhoffentlicher Vergnüg, kan erwiesen, und dabey auch verificirt werden, daß, wann sich bey den Regierenden Königen in Böheimb einiger defect, oder Minderjährigkeit, befunden, wardurch Sie an dem würcklichen Gebrauch Jurium Electoralium, nach Gewohnheit der andern Chur-Haüser, sonsten könten verhindert und abgehalten werden, daß dero Usus und Administratio nicht auf die Agnatos proximiores & Seniores, sondern allein auf die Status und Proceres Regni Bohemiæ, devolviret, auch mit und neben dem Kœnig, exerciret werden &c.* Exemplo ut thesin illustrent, pergunt: *Gestalt dann solches, in Weiland Keyser Carln des V Wahl-Handlungen observiret, und, unerachtet deren, durch König Sigismund in Polen, als Seniorem Agnatum & Patruum des damahls lebenden Königs Ludwigs in Böheimb, prætendirten Titul, und erregter Contradiction, so ist doch nichts desto weniger der Cron Böheimb Abgesandter auf seine, so wohl von den Ständen und Regenten, als Ihrem minderjährigen König, vorgebrachte Gewalt, von dem Hochlöblichen Churfürstlichen Collegio, zur Wahl-Handlung, darumb billichen beygelassen, dieweil der defectus Minorennitatis durch der Stände, als der Proprietariorum, speciale Procuratorium, und Plenipotentz, nach Inhalt Ihrer Privilegien, suppliret und erstattet; und dannenhero auch der Böhmische Legatus, in allen damals vorgeloffenen Actis Electoralibus, besonders aber denen Denunciation-Schrifften an Weyland Keyser Carln, nicht allein für des Königs, sondern auch der Cron Böheimb, Gewalthaber und vollmächtigten Gesandten, zum andern und dritten mahl, tituliret und gehalten worden &c.* Disceptabatur enim, An. 1519, in Electione *Caroli V* Imperatoris, inter *Sigismundi*, Poloniæ Regis, qua *Ludovici*, Bohemiæ Hungariæque Regis, adhuc Minorennis, Patrui, proinde proximi Ejus Agnati, Legatos: *Matthiam*, Episcopum Wladislaviensem, & *Raphaëlem de Leschno*, Castellanum Laudensem, mandato pleno, sub dato *Cracoviæ*, 21 Mart. instructos; atque *Ludovici*, laudati Bohemiæ Regis, Ordinumque Regni, Oratores: *Ladislaum de Sternberg*, supremum Bohemiæ Cancellarium; *Christophorum de Schwaneberg*; *Ratislaum Berzkomen de Szebierzow*, supremum Regni Protonotarium, & *Jacobum de Wirtzesenitz*, Eq. Auratum, duplici Mandato, Regio scil. sub dato *Budæ*, 10 Maji, & Ordinum Regni, sub dato *Pragæ*, Feria quarta ante Marcelli Papæ, munitos, (formulas utriusque partis sistente *Goldasto* Part. I *der Reichs-Händel*, Tit. XV & XVI, pag. 26 ad 29,) utri ad Electionem admittendi essent? *Polonis* ad *Auream Bullam*, & quidem Cap. VII, §. 3 & 4, provocantibus, respondebant *Bohemi: daß, wiewohl die Gülden Bull vermag, wann ein Churfürst Minder Jährig, daß sein nächst geliebter Freund, an Seiner Statt, die Chur und Wahl verwalten solle; auf die andern Churfürsten, und nicht auf die Cron, oder den König, zu Böheim, gemeint sey; dan ehe die Gülden Bulle gemacht, habe derselbe Keyser Carl der Cron und den Königen zu Böheimb eine solche Freyheit geben, daß die Cron und der König, und Prælaten, Herren und Ritterschafft zu Böheim, die Wahle haben sollen, also daß es Ihren, nach des Konigs, halben, nit auf den nechsten Freund stehe, wie gegen andern Churfürsten. Und ob man wolt sprechen, diese Freyheit wär mit Auffrichtung der Gülden Bullen gefallen, so seye vielmehr gewiß, daß die Gülden Bulle solche Ihre Freyheit bestettiget; dan in derselben ein Articul begriffen, daß die obgemelt Ordnung der Wahl, der Cron und den Königen zu Böhmen, an Ihrer Freyheit unschädlich seyn solle &c.* Vid. *Goldastus* l. c. Tit. XVII, pag. 29. Rationibus utrinque ponderatis, Bohemos obtinuisse, ex eodem discimus l. c. pag. 30, verb. *Und seind die Böhmen, auff Ihren ingebrachten Gewalt, zugelassen, und haben, aus Ihnen, einen zu der Wahl gegeben, nemblich Herr Wladislaum, Herrn zu Sternberg, Obersten Cantzler der Cron, dem haben die Churfürsten Stat bey Ihnen geben; wie die Gülden Bulle vermag &c.* Conf. *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Dissert. VII, §. 3, p. m. 201; *Strauchius*, Diss. Exoter. 4, §. 2, pag. 87; *Lampadius*, de *Republica Romano-Germanica*, Part. 3, Cap. 4, §. 24, p. m. 57; *Limnæus*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 29, pag. 90, ibique Tom. 4 Addit. ad §. 29, pag. 359; & ad A. B. Cap. VII, §. 2, Observat. 40, pag. 394; *Ditericus* ad eandem, Tit. VII, verb. *Administrator existat &c.* in fin. p. 53; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 16, lit. E, pag. m. 522 & 523; Dnn. *Schwederus, Introd. Jur. Publ.* Part. spec. sect. 2, Cap. 3, §. 12, pag. 769; *Rhetius, Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. VII, §. 16, p. 209: *Hornius, Jur. Publ.* Cap. XXIX, §. 4, pag. 235; *Struvius, Syntagm. Jur. Publ.* Diss. XVI, §. 29, p. m. 341 &c. Alii plures. Enimvero, cum (1) tenor Privilegii, de quo agitur, hactenus delituerit, (2) *Aureæ Bullæ* dispositio, circa Electorum tutelas,

telas, Cap. VII. sit generalis, nec (3) circa Bohemiam speciale quid definitum; (4) Status Regni, sub *Ferdinando 2*, novam faciem induerit; (5) Austriacæ domus hereditarium jus in Bohemiam solemnibus Instrumenti Pacificationis Westphalicæ An. 1648. tabulis, Art. 4. §. 55, *de cætero in Bohemia &c.* confirmatum legatur; (6) Reges omnes, ab An. 1627, quo 25 Nov. *Ferdinandus III*, prævia duntaxat intimatione *Ferdinandi 2* Imp. Regni Statibus facta, diademate Bohemico redimitus fuit, *hereditario jure* hucusque successerint; (7) nequaquam liquidum sit, Legatos Bohemicos, tempore Electionis *Caroli V*, An. 1519, ab Electorali Collegio, qua mandatum procuratorium Regni Statuum producentes, fuisse admissos, sed verosimilius id factum, respectu mandati, quo eosdem *Ludovicus* Rex instruxerat; teste vel Ipsius *Ferdinandi 2* Imp. responsione, ad memoratas *Bohemiæ Directorum* literas, de dato *Prag*, $\frac{13}{23}$ Jul. 1619, ad Electorem Moguntinum, apud *Lundorpium* l. c. T. I. Lib. 4. Cap. 68. §. *belangend aber &c.* pag. 670, ubi: *Belangend aber die, bey Zeiten Königs Ludovici, beschehene Absendung, so müssen sie erstlich wissen, daß damals nicht die Stände, sondern der König Ludovicus Selbst, zur Wahl erfordert worden; auch die Gesandten, allein von dem Kœnig, Schreiben wegen des Gleits gehabt, und, vermöge derselben, das Gleit erlangt: wie ebenes Falls Credentiales an die Churfürsten, allein von dem Kœnig, mit sich gebracht. Ob nun wohl erwehnte Abgesandte, neben dem Königlichen, auch von den Ständen, einen gewalt gehabt, so erscheinet doch aus den Protocollen so viel, daß solches sonderlich wegen des Streits, so damahls zwischen dem König Sigismundo in Polen, als Tutorn und nechsten Agnaten, und dan dem König und dem Ständen, fürgefallen, geschehen sey: wie das disputat, so zwischen den Gesandten vor der Wahl fürgelauffen, klärlich bezeuget. Weil aber, laut besagten Protocols, Sie sich, über denselben damahls strittigen Sachen, mit einander vertragen, und der eine Gesandte, Uladislaus, Herr zu Sternberg, welcher principaliter des Konigs Gesandter war, zur Wahl zugelassen worden: so kan darauf, als einem casu singulari, und so sich gar zwischen andern Parthen, und in andern Sachen zugetragen, diesem Fall, Ihr Königl. Maj. betreffend, zu Nachtheil und præjudicio, nichts erzwungen werden &c.* (8) Multa tunc temporis, contra Leges Imperii & Observantiam, commissa noscantur, in præjudicium tertii non alleganda &c. &c. Vix est, cur dubitemus, quin hodie Bohemia, tutelæ respectu minorennium Regum, majori Privilegio plane non gaudeat, Electoribus reliquis; maxime ex quo liquet, adhuc *Leopoldi* Imperatoris tutelam non Regni Bohemiæ Status, sed *Leopoldum Wilhelmum*, Archi-Ducem, Ejus Patruum, gessisse; quibus (9) accedit, quod Privilegia, dispositioni A. B. contraria, amplius non valeant, utpote, per Cap. XIII dictæ Bullæ, revocata. Conf. Dn. *Schützius* l. c. *Conringius* ad citatum locum *Lampadii*, p. 166; *Limnæus* ad A. B. l. c. Dn. *Schweder* l. c. Dn. *Hornius* l. c. Quid olim circa Tutelam in Bohemia obtinuerit; docet *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, lib. VI, Cap. XIX. tot:

(4) Hæc ita antiquitus competierunt Bohemis, & hæc fuit Disputatio inter Reges & Regni Proceres. Hodie, post pugnam Pragensem (*a*) 1620, controversia hæc ferro & armis decisa est, pro Jure hereditario. Sunt tamen quidam, qui existimant, si quod Deus clementer avertat, Familia Austriaca interiret, quod Bohemi jus eligendi Reges (*b*) iterum recepturi sint, sicut & reliqua Privilegia (*c*) quæ omnia egregia sunt. De his Privilegiis vid. Goldastus de Regno Bohemiæ.

NOTÆ.

(*a*) PRAGENSEM; Vid. Memorabilia mea (*Merckwurdigkeiten*) Seculi XVII, ad An. 1620, Cap. 4, §. 1, pag. 739 ad 748; & præced. Lib. I, Tit. V, Vita *Ferdinandi 2*, ad eundem annum, p. 756.

(*b*) JUS ELIGENDI REGES &c. A *Carolo IV* maxime, An. 1348. eis assertum; vid. præced. §. 3, lit. a, circa finem.

(*c*) PRIVILEGIA &c. Quorum quædam præced. Proœm. lit. d, v. 2, tetigi.

(5) Quamvis autem Regnum Bohemiæ, si Germaniam consideremus, prout in decem Circulos est divisa, ibi non inveniatur, (*a*) de quo supra dictum est; & olim etiam de eo dubitatum fuerit, ita, ut Jus Saxonicum Regem Bohemiæ pro Germano non agnoscat; (*b*) & Electores, apud Goldastum, Part. 2 *der Reichs-Satzungen*, p. 63 & 67, Bohemiam, pro Provincia Germaniæ, agnoscere recusent, Ipseque Carolus IV Status Imperii nun-

quam in Bohemiam evocaverit, ne videretur (c) Eosdem ad Tribunal extra Germaniam trahere: & Rudolphus II, cum aliquando inter Ipsum, & quosdam Imperii Ordines, de ea re, disputaretur, Bohemiam a Germania separatam fassus fuerit; (d) sunt tamen etiam Viri Egregii; (e) qui Bohemiam Germaniæ partem esse demonstrant; (f) Æneas Sylvius, in Bohemia, Cap. I; Dubravius, Histor. Bohem. lib. IX in princ. Conring. de Finibus Imperii, Cap. 4.

NOTÆ.

(a) NON INVENIATUR &c. Nec id necesse est. Vid. præced. Lib. I Tit. XII, §. 1, lit. f, pag. 999 &c.

(b) NON AGNOSCAT &c. Vid. præced. Proœm. lit. b.

(c) NE VIDERETUR &c. Vid. ibid. lit. d, v. 1.

(d) FASSUS FUERIT &c. Vid. ibid.

(e) VIRI EGREGII &c. Ibidem, v. 2, laudati.

(f) DEMONSTRANT &c. Rationibus, ibidem adductis.

(6) Est Archi-Pincerna, (a) &, quando ministrat, non tenetur (b) Coronam Regalem gestare. Aur. Bull. Cap. 4 §. 4; Cap. 27, §. 5, ibique Commentatores. De Ejus Subofficiario supra (c) dictum est.

NOTÆ.

(a) ARCHIPINCERNA &c. Archi-Officium hoc, olim ambulatorium, (ceu ex præced. Lib. I, Tit XIII, Proœm. lit. b, pag. 1018 &c. patet,) jure perpetuo & hereditario, ab *Ottone III* Imp. in Bohemiæ Reges fuisse collatum, ex Bulla quadam *Henrici S*, Imperatoris, asserit *Clutenius*, in *Syllog. Rerum quotidian.* Concluf. 24, lit. o; ut & *Æmilius Chreggene*, in *Velitatione de S. R. Imperii Officialibus*, §. 12; in quam etiam sententiam *Goldastus* Lib. 3 *Bohemiæ*, Cap. 8, §. 3, pag. m. 415, & §. 6, p. 417, inclinare videtur; enimvero, ut sententia hæc falso principio innititur, quasi *Otto III* Electores vel instituerit, vel confirmaverit; ita certum est, Bohemiæ Reges, diu ante *Rudolphi Habsburgici* Imperatoris tempora, Officio huic præfuisse, quandoquidem Cæsar hic, binis diplomatibus, de An. 1289, & 1290, in favorem Bohemiæ Regum editis, quorum præced. Proœm. lit. b, v. 3, & præced. Lib. I, Tit. 13 Proœm. lit. b, pag. 1020, memini; nec non *Carolus IV*, confirmando, An. 1348, posterius diploma; pariter ac *Gerlacus* Moguntinus, & *Rupertus* Palatinus, Electores, diversis chartis, An. 1356, in confirmationem ejusdem Juris, vulgatis, cit. præced. Proœm. lit. b, v. 3, publice id affirmant.

(b) NON TENETUR &c. Vigore Privilegii *Alberti* Imperatoris, sub dato *Nürnberg*, An. 1298, 15 Cal. Decemb. *Wenceslao*, Regi, ejusque successoribus in perpetuum, concessi, apud *Balbinum*, *Miscellan. Bohem.* *Johannem Pessinam* de *Czecherod*, in *Marte Moravico*, lib. 3, Cap. 7, pag. 390; & Dn. *Schminckium*, in *Supplemento Actorum Publicorum, Appendici Documentorum Goldasti Historiæ de Regno Bohemiæ* annexo, §. 18, p. 265, ubi: *Scire vos facimus, & tenore præsentium protestamur, quod, licet Illustres Reges Bohemiæ dum rogati, vel per Reges vel Imperatores Romanorum, Eos ad solemnem Eorum Curiam venire contingit, prædictis Rege vel Imperatore Coronam Regalem gestantibus, cum Eisdem, & Eis præsentibus, Corona Regia uti possint, non tamen in Corona Regia debent prædicti Reges Bohemiæ prædictis Regi vel Imperatori ministrare in officio Pincernatus. Quod autem Magnificus Wenceslaus Rex Bohemiæ, Princeps & Frater noster charissimus, Nobis apud Nurmberg, in solenni nostra Curia, proximo die dominico post Festum B. Martini, sedentibus in Corona, coronatus, ad preces nostras, ministravit in Officio Pincernatus, hoc non de jure, sed ex mera dilectione, quam ad nostram gerit personam, tum Eum fecisse dicimus, & ad serviendum, sive ministrandum, in eodem officio, sub Corona Regia, Nobis, vel Successoribus nostris, Regibus vel Imperatoribus Romanorum, prædictum Regem, & omnes successores suos, Reges Bohemiæ, testamur & volumus de cætero non teneri, nec aliquid eis exinde præjudicium generari &c.* Germanico idiomate, sistit idem Diploma *Goldastus*, Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, p. 28, ast sub dato *Nürnberg*, An. 1299, *im* December; ut &, in *Collectione variorum Consiliorum de Successione & Jure hereditario in Bohemiam, Hungariam &c.* §. XX *der Beylagen*, p. m. 194 &c. nec non Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, *Erste Fortsetzung*, I *Absatz*, §. XI, p. 11, ibi: *Derentwegen fügen wir, mit diesem Unserm Brieffe, manniglichen gnädigst zu wissen, daß die durchleuchtigen Könige in Böhmen, wann dieselbigen von den Römischen Kaysern, oder Königen, zu Hoffe erfordert, und ein Römischer Kayser, oder König, unter der Cron sitzen werde,*

werde, dergleichen mægen, daferne es Ibnen gefællig, bey Ibrem oberften Schenck-Ampt, Ibre Crone auf dem Haupte haben; dafern es Ibnen nit gefællig, fo follen Sie es nit verpflichtet feyn. Und wiewohl Wenceslaus, der König aus Böhmen, Unfer allerliebfter Bruder, als wir, am Sonntag nach Martini, zu Nürnberg Hof gehalten, und unter der Königlichen Crone gefeffen, Uns, auf Unfer Begehren, fein Schencken-Ampt, unter Seiner Cron, verwaltet, folches aber aus keinem Recht, noch Pflicht, fondern aus rechter Lieb, fo Er zu Uns gehabt, und noch tragen thut, gefchehen; Derentwegen follen forthin, weder Er, noch andere feine nachkommende Könige zu Böhmen, dazu gezogen, noch von den künfftigen Römifchen Kaifern, oder Königen, verbunden noch verpflichtet werden; fondern Ibnen foll diefes gantz unnachtheilig feyn &c. Faciunt huc infuper literæ *Gerlaci*, Moguntini Præfulis, de *Juribus Bohemiæ Regum in Electionibus Imperatorum*, fub dato *Metis*, An. 1356, *die dominico, proximo ante feftum* B. *Luciæ* Virginis, quarum præced. Procœm. lit. b, v. 3, mentio facta, ubi circa finem: *ArchiPincernatus officium coram Imperatore, vel Rege Romanorum, in folemnibus Curiis, fub Corona Regia exercere non debet,* (Rex Bohemiæ) *neque tenetur ad hoc, nifi illud velit facere fpontanea voluntate. Poterit tamen, juxta beneplacitum, in præfentia Imperatoris, vel Regum Romanorum, dum folemnes Curias hujusmodi celebrari contigerit, procedendo, vel fedendo, vel ftando, Regalem geftare Coronam; ficut hoc Sereniffimorum Principum, dominorum Regni* (Regis) *Bohemiæ Progenitorum, & Prædecefforum Ipfius confuetudo laudabilis ab olim nofcitur obfervaffe &c.* Quam eandem formulam *Rupertus*, Palatinus Elector, in Diplomate, fub dato *Metis*, An. eod. eodemque die, eundemque in finem, edito, cujus ibidem memini, retinuit. Cuncta hæc ita fe habere, ex A. B. Cap. 4, §. 5, *Præterea &c.* difcimus; Dari tamen adhuc alia Exempla Regum Bohemiæ *fub corona* Electoratus officio functorum, teftantur Acta Electionis *Maximiliani 2* Romanorum Regis, An. 1562, apud *Goldaftum*, Part. I, *der Reichs-Händel*, §. VIII, p. 66 & 67; & *Matthiæ*, An. 1612, ibid. §. XIII, p. 96, §. *Nachmals &c.*

(*c*) SUPRA &c. Scil. præced. Tit. XI, §. 11, lit. a, v. 1.

(7) Locus in Seffione competit Ei a latere dextro Regis Romanorum, poft Moguntinum, aut Colonienfem; A. B. Cap. 4, §. 1. In proceffione folenni, immediate Imperatorem fequitur. A. B. Cap. 22. Nulla ejusdem Regni perfona, cujuscunque tandem illa fit conditionis, in quacunque caufa, ad cujuscunque Actoris inftantiam, extra Regnum Bohemiæ, & Judicium Regalis Curiæ, citari, trahi, aut vocari poteft, (*a*) omni contrario Proceffu irrito. A. B. Cap. 8.

NOTA.

(*a*) POTEST &c. Vigore Privilegii antiquiffimi, a *Carolo IV*, An. 1355, 5 April. *Romæ*, tefte præced. Procœm. lit. d, v. 2; & rurfus, An. 1356, *Norimbergæ*, confirmati. Vid. A. B. Cap. 8.

(8) Ipfe tamen Rex Bohemiæ, fecundum Doctores, quia eft immediatus Imperii Princeps, recte riteque poteft in Camera conveniri, (*a*) in caufis primæ Inftantiæ, (*b*) ad Judicium Cameræ pertinentibus: ad Exemplum Saxonis, Brandenburgici, Auftriaci, Burgundi, Lotharingi, Sabaudi. Goldaftus Lib. 4, de Regno Bohemiæ, Cap. 13, n. 10 & feqq. ubi ponit fequentes exceptiones: in Caufis Feudalibus, (*c*) primo: poffe fubditos Regis Bohemiæ conveniri coram iis, a quibus Feuda obtinent; fecundo, in loco Contractus, aut delicti, (*d*) conveniri poffe Bohemos, coram Judice loci, fi præfentes contrahant, aut delinquant; Tertio: ex Lege Diffamari, 5, C. de Ingen: manumitt. aliquando fuiffe evocatos, fed eos non comparuiffe, (*e*) injunctum tamen illis ab evocantibus Judicibus perpetuum filentium; Quarto: poffe eos a Camera, aut Rotwilano Judicio, teftimonii dicendi caufa, extra Regnum vocari. (*f*)

NOTÆ.

(*a*) CONVENIRI &c. Bohemiæ Reges, in caufis primæ inftantiæ, ad Judicium Cameræ pertinentibus, in Camera conveniri poffe, fententia eft *Chriftiani Barthii*, Tom. I *Sententiarum Cameræ Imper.* fol. 95 & 376; quam *Buxtorffius* ad A. B. Concluf. 88, lit. a, & Concl. 94; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap V, Sect.

Sect.V, §. 128, p. 120; *Rumelinus* ad A.B. Part.I, Diss.8, §. 4, p. 225 &c. *Goldastus*, lib. 4 de *Regno Bohemiæ*, Cap. 13, §. 11, p. m. 677, ibique Dn. *Schminckius* in Notis, lit. e & z, aliique plures, amplectuntur, cum nulla reddi queat ratio, cur, hac in parte, Bohemiæ Reges majori jure frui censendi sint, Electoribus Bavariæ, Saxoniæ & Brandenburgico, aut Archi-Ducibus Austriæ, Ducibus Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ &c. quos omnes, non obstante, quod pari cum Bohemis Fori privilegio gaudeant, in dictis causis, in Camera accusari posse, tralatitium est. Conf. seq. lit. b.

(*b*) INSTANTIÆ &c. Quo referas casus (1) *Protractæ vel denegatæ Justitiæ*; vid. præced. Tit. 8, §. 29, lit. n, v. 12; (2) *Nullitatis*; ibid. v. 13; (3) *Violatæ seu fractæ Pacis publicæ*; ibid. v. 14. Addunt, Bohemum quoque Religiosæ Pacis Legibus teneri, in tantum, ut, ad querelas subditi alicujus, mandatum *de Emigrando* sine Clausula, adversus Eum, in Camera decerni queat; vid. *Frid. Lentius*, in Synopsi, de *Privilegatis Instantiis*, §. 87; *Goldastus* l. c. §. 22, p. m. 681.

(*c*) FEUDALIBUS &c. In Feudalibus quoque controversiis Bohemiæ Reges coram Imperatore, eorumque subditos, coram iis, a quibus Feuda tenent, rite conveniri posse, communi ore fatentur: *Johannes Meichsnerus*, Tom. 2 *Decis. Cameral.* Lib. 2, Decis. I, §. 12, ajens: *Licet Imperator Statum aliquem, verbis quantumvis generalibus, per Privilegia eximat, ita, ut in nulla omnino causa, coram quovis alio, quam Judice domicilii, in jus trahi vel conveniri possit; tamen, ejusmodi Exemptione non obstante, in Causis Feudalibus coram Paribus Curiæ judicium suscipere cogitur, ut, ex notissima Germaniæ consuetudine & usu, indubitate constat &c. Wehnerus*, Tom. VI *Symphorematum*, fol. 5, & in Tract. *de Modo appellandi in Camera Imperiali*, in Procem. fol. 5; nec non *Mylerus*, in Additionibus ad *Rumelinum* in A. B. Part. I, Dissert. 8, §. 3, p. 223, totidem verba repetentes; Conf. *Rosenthal* de *Feudis*, Cap. 12, §. 25; *Goldastus* l. c. §. 25, p. 682 & 683; *Cubach*, lib. 2 *Jurisprudent. publ.* Cap. 29, §. 39; *Buxtorff* ad A. B. Conclus. 94, lit. a &c. Respectu vero Silesiæ, rem aliter se habere, docet *Schrader* de *Feudis*, Part. X, Sect. 1, §. 53, p. 25.

(*d*) DELICTI &c. Æquitati & Justitiæ regulis perquam consentaneum est, *contrahentes* vel *delinquentes*, non obstante quolibet exemptionis privilegio, ibi conveniri posse, ubi contrahunt, vel delinquunt, modo ibidem reperiantur. *Est quippe hæc necessaria Juris communis interpretatio, quæ nunquam excluditur per Privilegium, quantumvis sub arctissima districtione concessum atque impetratum*; ut *Freberus* de *Testamentaria Tutela Curaque Electorum*, Cap. XII, loquitur, addendo: *Veniat igitur Bohemus, & cum nostris Germanis contractus ineat alicubi, Lipsiæ puta, vel Francofurti, vel tagaces aut violentas manus alicubi intentet, aut damnabile aliquid designet: & videat, quomodo fundatam, ratione Contractus aut Delicti, Jurisdictionem eo loco elabatur, domumque revocans audiatur &c.* Idque obtinet, *ne, sub prætextu concessi Privilegii, vel flagitiorum crescat authoritas; vel publica vacillet utilitas*; ut *Leonis & Zenonis* Augustorum verbis utar, Lib. XII, Cod. Tit. XXX, de *Privilegiis Scholarum*, L. 2. Conf. *Gylman*, lib. 2 Decis. 54, §. 87 & 89; *Rumelinus* l. c. §. 2, p. 220 & 221, ibidemque *Mylerus* in Additionibus; *Arumæus* ad A. B. Part. 2, Dissert. I, §. 10; *Goldastus* l. c. §. 26, p. 683; add. præced. Tit 2, §. 61, lit. c, v. 11.

(*e*) NON COMPARUISSE &c. Tutos sese arbitrantes generali Privilegio A. B. Vid. *Goldastus* l. c. § 28, p. 683.

(*f*) VOCARI &c. Ita statuunt: *Arumæus* ad A. B. Discurs. 5, Conclus. 11; *Rulandus*, de *Commissariis*, lib. 5, Cap. 3, §. 25, Part. I; *Arnisæus* de *Jure Majest.* Cap. 2, §. 4; aliique plures; quod (1) maximus sit probationum favor, (2) in mora multum sæpe periculi, ratione testium examinationis, versetur; (3) nec A. B. Cap. VIII contrarium velit, cum non loquatur de Evocatione, quæ testimonii perhibendi gratia, sed illa saltem, quæ litis causa instituitur; hæc, non illa prohibita; (4) Electores Saxoniæ, & Brandenburgici, Archiduces Austriæ, Ducesque Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ &c. non minus Bohemis, jure de non evocando gaudeant, & tamen Eorum subditi haud semel, dicendi testimonii causa, evocati noscantur. (5) Testimonium perhibere, munus publicum & necessarium sit, ad quod etiam invitus quis compelli queat; ne veritas occultetur; quam celare, mortali peccato æquiparandum; per ea, quæ tradit *Gaillius*, Lib. I, *Observat. Pract.* 100, §. 1 & seqq. p. 172 & 173; (6) Contra *Augustum*, Elect. Saxon. subditos, hoc titulo evocatos, se sistere prohibentem, Mandatum aliquando sine Clausula in Camera impetratum fuisse, *Rulandus* l. c. *Arumæus* l. c. Discurs. 5, §. 11; *Rumelinus* l. c. Part. 2, Dissert. I, §. 22, p. 322, ibique *Mylerus* in *Additionibus*, aliique, probent. Conf. *Gaillius* l. c. Observat. 98, p. 170; *Reuberus*, Tr. de *Testibus*, fol. 110; *Goldastus* l. c. §. 29, p. 683.

(9) Rex Bohemiæ Investituram, & Regalia sua, suscipere non tenetur, nisi in metis, vel finibus Regni sui, aut finitimis locis, decem vel quindecim milliaribus Allemannicis, a Regno suo & dominiis suis, distantibus. (*a*)

NOTA.

NOTA.

(a) DISTANTIBUS &c. Idque, vigore Privilegii *Friderici III*, de An. 1462, cujus praeced. Prooem. lit. d, v. 2, memini. Conf. *Limnaeus, Jur. Publ.* lib. 3, Cap. 8, §. 26, p. 88, & Lib. 4, Cap. 7, §. 22, pag. 71.

(10) An Reges Bohemiae collectas Imperii inviti (a) solvant, & an redigi possint, sub certa taxa, in Matriculam? quocunque tempore vehementer disputatum. (b) In Matricula Spirae 1526 constitutum legitur: *Boeheimb, zu Unterhaltung des Kayserlichen Regiments und Cammer-Gerichts, 412 Gülden*; & in Matricula 1553, ordinatum: *Boeheimb, zu Unterhaltung Cammer-Gerichts, 300. fl. Goldast, de Regno Bohemiae, Lib. 4, Cap. 13, n. 12. Vid. alia Privilegia,* (c) *A. B. Cap. X.*

NOTA.

(a) INVITI &c. Praetenderunt omni tempore Reges Bohemiae, immunitatem ab Imperii oneribus, vigore Privilegii *Friderici 2* Imp. de An. 1212, cujus praeced. Prooem. lit. b, facta mentio; a *Carolo IV*, An. 1348, ceu ibidem dictum, confirmati.

(b) DISPUTATUM &c. Maxime in Comitiis Augustanis, An. 1548; teste *Ferdinandi I* protestationis, tunc interpositae, libello; Unde quaedam praeced. Prooem. lit. d, v. 1, retuli. Hodie aliud observari, ibid. v. 4. annotatum. Conf. *Goldastus*, de *Regno Bohemiae*, Lib. 2, Cap XVI, §. I, p. 311; & Cap. 17, §. 24, p. 333; & Lib. 4. Cap 2, §. 5, p. 543.

(c) ALIA PRIVILEGIA &c. De quibus vid. cit. Prooem. lit. b; v. 1; & lit. d, v. 2; de Vasallis Bohemiae vid. *Limnaeus* Tom. I Addit. ad Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 51, p. 360 & 361; *Sprenger* Instit. J. P. lib. 3. c. 4; pr. Dn. *Schweder*, part. spec. Introduct. J. P. Sect. 2, Cap. V, §. 4. p. 782 &c. Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. 14, §. 34. p. 178 &c. Subjici merentur verba *Goldasti* l. c. Lib. I, Cap. XVII, §. 10, p. m. 133: *Habet praeterea Rex Bohemiae quam plurima Feuda in Imperio, quae ab Ipso recognoscunt, Jure Vasallitio, Electores: Moguntinus, Palatinus, Saxo & Brandenburgius: ArchiEpiscopus Salisburgensis; Episcopi: Bambergensis, Herbipolensis, Eichstadianus, Augustanus, Constantiensis; Archi-Duces Austriae & Burgundiae; Duces Bavariae, Saxoniae, Wirtenbergiae &c. Marchiones Misniae; Landgravii Thuringiae, Leuchtenbergiae; Principes Hennebergenses; Burggravii Norimbergenses; Abbates: Waldsachsensis, Ingelnheimensis &c. Comites: Hanoviae; Schwartzenburgii in Thuringia; Wertheimii; Gleichenses; Hohnsteinii; Stolbergii; Leisneckii; Eilenburgii &c. Barones: Limburgii in Franconia; Russii Plawenses; Milchlingii in Franconia; Schoenburgii in Misnia; Wolffsteinii; Heideckii in Bavaria; Equites S. Georgii in Suevia &c. Civitates: Norimberga, Ulma, Ratispona &c. multique alii Principes, Praelati, Comites, Barones & Nobiles passim per Theutoniam; in quos tamen Regi nulla competit Jurisdictio, praeterquam Feudalis, nempe quum de Successione Feudi, aut similis controversia, oboritur: quamquam hodie magna pars praedictorum Feudorum a Rege Bohemiae non amplius recognoscatur &c.* Quod posterius assertum elucescit *auß der Verzeichnüß aller Teutschen Lehen, im Römischen Reich gelegen, so die Röm. Kayserl. Maj. als König zu Böheim, den weltlichen Chur- auch andern Fürsten, Graffen, Herren, Ritter- und Adels-Personen, zu verleihen haben, und bißhero noch in esse seyn, und empfangen werden müssen*; Cujus Dn. *Schminckius*, in Notis ad Lib. I *Goldasti Bohemiae*, Cap. 17, §. 10, lit. a, pag. 135, meminit.

(11) Electori Palatino (a) in Electione, quartum votum tribuit Aurea Bulla, Cap. 4, §. 3, & ibi Commentatores. Hodie, ultimum (b) habet. An olim primum (c) votum Ipsi competierit? quaerit Carpzovius de Lege Regia, Cap. X, Sect. VII. §. 5 & 6.

NOTAE.

(a) ELECTORI PALATINO &c. Historiam Celsissimae Domus Palatinae exponunt: *Marquardus Freherus*, cujus *Origines Palatinae*, An. 1599, *Heidelbergae* in 4to. prodierunt, postea, An. 1613, in Fol. & An. 1686, iterum in 4to. continentes simul *Petri Pithoei* Icti, Observationem de *Comitibus Palatinis, tam Germaniae quam Galliae*, excerptam è libro Ejus singulari, cui Tit. *Memoires des Comtes de Champagne & Brie*, edit. *Paris* 1581, ab ipso *Frehero* in Latinum conversam; nec non *Huberti Thomae Leodii* Commentationem de *Palatinorum origine*. *Johannes Trithemius*, Sponheimensis

mensis Abbas, in Chronico *der Pfaltzgraven beym Rhein und Hertzogen in Bayern*, Interprete *Philippo Ernesto Vœgelino*, An. 1616, 4to. *Hubertus Thomas Leodius*, modo nominatus, in *Annalibus Palatinis* proprie in memoriam vitæ gestorumque *Friderici 2* Electoris scriptis; Francof. 1624, & 1665, in 4to. *Daniel Pareus*, in *Historia Palatina*, impress. Francof. An. 1632, in 12; annoque 1717, in 4to. cura Dn. *Ge. Christ. Joannis*. *Memoires des Princes Electeurs Palatins de la Maison de Baviere*; Leide, 1634, 4to. *Philippus Ludovicus Hoffman*, in Genealogia *der Pfaltzgraven und Churfürsten beym Rhein*, Francf. 1649, Fol. *Georgius Hornius*, Disput. de *Palatinatu Superiore & Electoratu Rheni*, Lugdun. Batav. 1649. *Carolus Ludovicus Tolnerus*, in eruditissima *Historia Palatina*, à principio, in annum usque 1295 deducta, Francof. An. 1700, Fol. aliique plures, à Dnn. *Ludovico Petro Giovanni*, in *Germania Principe*, Lib. V, Cap. VI, pag. 104 &c. *Burcardo Gotthelffo Struvio*, in *Selecta Bibliotheca Historica*, Cap. XXI, §. VI & seq. pag. 560 &c. & *Johanne Burchardo Mencken*, in *der vollständigen Verzeichnis der vornehmsten Geschicht-Schreiber*, Cap. 44, p. m. 167 &c. laudati. Quoad cognitionem Jurium & prærogativarum Sereniss. Electorum, de quibus hic sermo, speciatim evolvendi: *Josias Nolden*, de *Statu Nobilium Civili*, Cap. 8, §. 83 & seqq. p. m. 141 &c. *Sprengerus*, in *Lucerna*, Cap. 2, p. m. 104 &c. *Burgoldensis*, ad *Instrumentum Pacis*, Part. I, Discurs. XXVI, Membr. 2, pag. 451 &c. *Irenicus* ad *Burgoldensem*, pag. 180; *Limnæus* lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. IX, tot. ibique in Additionibus; *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Dissert. 4, §. 7, p. 106 &c. & Dissert. 5, §. 1 &c. pag. 138 &c. passimque alibi; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 21, pag. 553 &c. *Speidelius*, voc. *Pfaltzgraf*, pag. 713 &c. *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. IX, §. 121 & seqq. pag. 447 &c. *Bœclerus*, in *Notitia Imperii*, Lib. VI, Cap. IX, pag. 148 &c. Ill. Auctor *des Europæischen Heroldts*, Tom. I, pag. 295 &c. Viri Consultissimi: Dn. *Thulemarius*, Cap. XVIII *Octoviratus*, §. 13, & seqq. pag. 242 &c. Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 15, & seqq. pag. 793 &c. Dn. *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Art. 3, Cap. 5, §. 9, pag. 222 &c. *Giovanni* l. c. Lib. V, Cap. I, §. 30 &c. pag. 41; Cap. 3, §. 6 & 7, pag. 71 &c. & tot. Cap. 4, p. 82 &c. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diss. XVII, § 23 &c. p. m. 358 &c. Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. XXXIV, §. 5 & seqq. pag. 267; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. 4, §. 20 &c. pag. 232 &c. Dn. *Münchmayr*, *Jur. Publ.* Part. I, Cap. X, §. 8. pag. 223 &c. Auctor *des Reichs-Staats*, Tom. I, Part. 4, Cap. IX, pag. 538 &c. Interpretes Juris publici reliqui. In primis huc facit Dn. *Christiani Caroli Schwengsfeur* Dissertatio, *de Serenissimorum Comitum Palatinorum Rheni singularibus Juribus & Prærogativis præcipuis*, An. 1705, mense Junio, Præside Illustri Dn. *Schwedero*, Tubingæ habita.

(*b*) ULTIMUM &c. Hodie *penultimum*; ex quo Electoratus Brunsuicensis & Luneburgensis introductus.

(*c*) OLIM PRIMUM &c. Ante A. B. exposuisse Palatinos, inter Laicos Electores, *votum primum*, præced. Procœm. lit. b, testimonia veterum probant.

(12) In Sessione, locus Ejus est post Regem Bohemiæ, ad dextrum latus Regis Romanorum, vel Imperatoris; Aur. Bulla, Cap. 4, §. 1. Hodie aliter; de quo supra (*a*) In processione, gestatio Pomi Imperialis aurei Ipsi competit; (*b*) postea, tempore Caroli V, (*c*) Insignibus inserti. A. B. Cap. XXII. Hodie, in Bavarum hæc translata sunt; (*d*) Est Imperii Achi-Dapifer, (*e*) A. B. Cap. XXVII, §. 4. Hodie aliter

NOTÆ.

(*a*) SUPRA &c. Lib. I, Tit. VI, §. 14, p. 819; ibique Notæ, lit. g, pag. 821 &c.

(*b*) COMPETIT &c. Vid. *Aur. Bulla*, Cap. XXII; Jam ante conditam hanc Bullam hujus rei exempla reperiri, admodum probabile; Inaugurationis *Wilhelmi Hollandi* tempore id factum videtur, *Magno Chronico Belgico* teste, verbis præced. Lib. I, Tit. 8, §. 2, lit. m. pag. 880, occurentibus.

(*c*) CAROLI V &c. *Hubertus Thomas Leodius*, cit. *Annal. Palat.* lib. 13, pag. 259, auctor est, *Carolum V* Imp. *Friderico 2* Electori, ubi An. 1544, defuncto Fratri, *Ludovico Pacifico*, in Electoratu successisset, inter Insignia, *Imperiali Pomo* utendi facultatem, hisce verbis, dedisse: *Friderice! volo, quod non meum est, neque habeo, Tibi donare; dono Mundum! quem insculptum Tu, & posteritas Tua, Electores, in signis Vestris, deferatis; quemadmodum Vobis, antiquo jure, & à prima Electorum institutione,*

ne, solennibus Curiæ Imperialis festis, manu gestare competit &c. Conf. *Pareus* l. c. pag. 271; *Freherus*, cit. *Orig. Palat.* Part. I, c. 15, *§. Ab eo igitur tempore &c.* p. m. 128; & in Notis ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, Cap. 8, in fin. *Knichen, de Saxonum non provocandi jure;* voc. *Electorum*, Cap. I, n. 149; *Josias Nolden*, l. c. Cap. 21, §. 29, p. m. 469; *Joh. Paulus Windeck*, in Comment. de *Electoribus*, Cap. XVI, v. *Carolus V concessit &c.* *Hœping*, de *Jure Insignium*, Cap. VI, part. 5, *§.* 1, v. 607, p. m. 329; *Limnæus*, ad A. B. Cap. XXII, observat. 5, pag. 503; Dn. *Spener*, part. spec. *Operis Heraldici*, lib. 3, Cap. 27, *§.* 38, pag. 678; Dn. *Crüger* l. c. pag. 233; Dn. *Schwengsfeur* l. c. § 13, pag. 28 & 29.

(*d*) TRANSLATA SUNT &c. Qua occasione Bavariæ duces Electoratum sint consecuti, dictum præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Ferdinandi 2* Imp. ad An. 1623, p. 757; dignitate hac, An. 1648, per *Instrum. Pacis*, Art 4, §. 3, confirmata; ortaque, inter *Bavarum & Palatinum*, circa Jura & titulos *Archi-Dapiferi*, lite gravissima, placuit tandem litigantibus, an. 1651, hac lege pacem firmari, ut prior posthac *Archi-Dapifer*, & posterior *Archi-Thesaurarius*, nominarentur: vid. præced. Lib. I, Tit. XIV, §. 10, lit. c, pag. 1093. cumque, hoc titulo, Bavarus *Imperiale Pomum*, quo Palatinus Insignia sua hactenus exornaverat, suo scuto insereret, obtulit Imperator *Ferdinandus III Carolo Ludovico* Palatino potestatem, *Pomi* loco, utendi *Corona Imperiali;* quam concessionem totum quoque *Electorale Collegium* approbavit, cujus *Gutachten*, An. 1653, 24 Nov. in Comitiis Ratisbonensibus, publicam ad dictaturam promotum, *Lundorpius*, Tom. VII *Actor. Publ.* Cap. VI, §. 369, pag. 364 &c. exhibet; sufficit inde allegasse: *Und läßt es ein Churfürstlich Collegium bey der, von Ew. Kayserl. Maj. allbereits beschehener allergnädigster Concession und Verwilligung obbemelter Kayserlichen Cron, auch daß Chur-Pfaltz selbige im Wappen führen mœge, allerdings bewenden und verbleiben; wegen deren davon dependirenden functionen aber, hätten mehr höchstgemelter Herr Churfürst Pfaltzgraff, bey allen denen Actibus, wo die Kayserliche Insignia vorgetragen werden, und Seine Churfürstl. Durchl. in Person sich befinden, vorermelte Cron, gleichwie andere Churfürsten Ihre Insignia, (nach Anleitung der Güldenen Bull, und das unlängsten in dem Churfürsten Rath unanimiter verglichenen und geschlossenen Pracedentz Receß,) jedesmahls Selbsten; wo aber die übrige Herren Churfürsten, zum theil, oder alle, abwesend, selbige, mit und neben dero Erb-Aemptern, doch darbey jederzeit ultimo loco, vorzutragen; in Sr. Churfl. Durchl. Abwesenheit aber, dero verordnetes Erb-Ampt, dem Herkommen, und der Ordnung, gemäß, gleichfals vortragen zu lassen. Iedoch, zweitens, mit dieser Bescheidenheit, wann die Kayserliche, oder Römische Königl. Maj. bemelte Kayserliche Cron nicht aufm Haupt haben, wie dann, insonderheit bey dem Actu coronationis eines gewählten Römischen Königs, im Gehen zu der Kirchen, zu geschehen pflegt; daß alßdann Sr. Churfl. Durchl. solche Kayserl. Cron, Ihrer Kayserl. oder Königl. Maj. biß in die Kirchen, vortragen, und daselbst gleich zu und neben den andern Kayserlichen Insignien, und Kleinodien, in der Sacristey, dem Herrn Consecratori und denen assistirenden Geistlichen Herren Churfürsten, von denen Aachischen und Nürnbergischen Gesandten geliefert, und folgends von den Anwesenden Geistlichen Herren Bischöffen und Prälaten, neben denen übrigen Insignien, der alt üblichen Observantz nach, heraußgetragen, und auf den darzu bereiteten Tisch, neben dem Altar, gestelt, von demjenigen, so der Hr. Consecrator darzu zu verordnen hat, in den Kayserlichen Pallast getragen, bey die andern daselbst vorhandene Kayserliche Insignia gleichfals gesetzt; Bey Außgebung der Procession in die Kirchen aber von Kayserl. Maj. Sr. Churfl. Durchl. oder, in Ihrer Abwesenheit, dero Erb-Ampt, zu Handen gestelt, von deroselben in die Kirchen getragen, auf vorberührten Tisch neben dem Altar reponirt, und wann dieselbe, nach beschehener Coronation, der Königl. Maj. von denen Geistlichen Herren Churfürsten, unter währendem Sacro, abgehebt wird, Hochstgemelter Königl. Maj. jedesmahls dargereicht, von deroselben Sr. Churfl. Durchl. zu halten gegeben, und da berührte Cron Ihrer Kayserl. oder Königl. Maj. wieder aufzusetzen, von Chur-Pfaltz Ihro gleichfals wieder gereicht, von deroselben denen Geistlichen Herren Churfürsten zugestelt, und alsdann von diesen, Höchstgemelter Königl. Maj. imponirt werden solle. Wann aber, drittens, der Kayserl. oder auch Königl. Maj. bemelte Kayserliche Cron Selbst auf dem Haupt haben solten; wie, post Coronationem, und im Gehen aus der Kirchen, zu geschehen pflegt; daß alsdann Seine Churfl. Durchl. Selbst, wann Sie in Persohn zugegen, in Ihrer Abwesenheit aber, dero Verordnetes Erb-Ampt, wie oben bereits vermeldet, eine andere, jedoch der obbemelten Kayserlichen, quoad formam, gantz ähnliche Cron, bey den andern Insigniis, vortragen solle &c.* Num vero Serenissimus Elector sæpe dictam *Imperialem Coronam* in Insignibus suis adhibuerit? dissentiunt doctores; affirmat Dn. *Crüger* l. c. Dn. *Thulemarius* contra, l. c. §. 47, pag. 280 & 281; Dn. *Schwengsfeur* l. c. *§.* 13, pag. 29, aliique, negant; id tamen fatetur Dn. *Thulemarius*, *Ratisbonæ* se observasse, quod præfata *Corona* inter *Caroli Ludovici* Electoris Insignia,

signia, quæ, in tabula lignea depicta, Ejus ædibus, An. 1653, Comitiis durantibus, affixa erant, comparuerit, alias sibi non visa. Eandem, à tempore, quo Potentissimus Magnæ Britanniæ Monarcha, ut *Elector Brunsuicensis & Luneburgensis*, de *Archi-Thesaurarii* officio, ab Imperatore *Josepho*, Investitus fuit, mediam Electoralis Scuti areolam occupasse vel publica moneta documento est. Versa vice, proscripto An. 1706 Electore Bavaro, ubi *Palatinus* in pristinum locum, honores, privilegia, terrasque, quibus ante tristia tricennalis belli fata gavisus noscitur, reponeretur, *Imperiale Pomum* inter Insignia Ejus iterum coruscasse, præter innumera monumenta alia, tot similiter cusi probant nummi. Sed hæc iterum mutata sunt, *Bavaro*, vigore Instrumenti Pacis *Badensis*, An. 1714, plene in integrum restituto, hacque occasione *Archi-Dapiferi* munus, annexosque honores & emolumenta, simul recuperante. Conf. cit. præced. Lib. I, Tit. XIV, §. 10, lit. c, pag. 1093, & 1094, & §. 13, lit. b, pag. 1098 & 1099.

(*e*) ARCHIDAPIFER &c. Licet officium hoc ita Palatinis Electoribus proprium olim crederetur, ut nullo modo à se invicem separari possent, Diplomate *Caroli IV*, An. 1356, in favorem Palatinorum edito, cujus præced. Tit. 8, hujus libri III, §. 25, lit. a, memini, teste, ubi: *Quia Nos, cum Jure, & per sententiam, invenimus, quod Electio & Vox, super Principatum, & super Terras Palatinatus, & super Archi-Dapiferiam, taliter fundatæ sunt, ut unum sine alio persistere non possit &c.* quæ in Idiomate Germanico, apud *Goldastum*, Part. 2 *der Reichs Satzungen*, pag. 65, sic sonant: *Wann Wir, zu Rechte, und zu Urtel, funden han, daß die Chur und Stimme, auf das Fürstenthumb, und auff das Land der Pfallentz, und auf das egenant Trüchseßen-Ampt, also gegründtfestiget sint, daß ihr eines, an das ander, nicht gesin mag &c.* Nihilominus, superiori seculo, *Archi-Dapiferatum* Electori Bavariæ fuisse collatum, officio *Archi-Thesaurarii Palatino* in compensationem afferto, lit. d. modo dictum.

(13) Est Vicarius (*a*) vacante Imperio, in partibus Rheni & Sueviæ, & in Jure Franconico. A. B. Cap. V; de quo suo loco dictum est.

NOTA.

(*a*) VICARIUS &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. XI, §. 6, lit. a, pag. 991, & lit. g, pag. 992; add. Tit. VII, hujus Libri III, Procem. lit. b.

(14) Reperitur porro in A. B. Cap. V, §. 3. Et quamvis Imperator, sive Rex Romanorum, super causis, (*a*) pro quibus impetitus fuerit, habeat, sicut ex consuetudine introductum (*b*) dicitur, coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperii Archi-Dapifero, Electore Principe, respondere; illud tamen Judicium Ipse Comes non alibi, præterquam in Imperiali Curia, (*c*) ubi Imperator, seu Romanorum Rex, præsens extiterit, poterit exercere. Vetus Versio Germanica, apud Goldastum, in Statutis Imperialibus, ita habet: *Und wie doch es sey von alter Gewohnheit einbracht, als man spricht, daß ein Kayser, oder ein Ræmischer Kœnig, in Sachen, um die Er hat zu antworten, von einem Pfaltz-Grafen, des Rheins, der da ist des H. Reichs ein Ertz-Drüchseß, und ein Churfürst; doch so mag derselbe Pfaltzgraf das Gericht nirgend anderswo gehalten, denn allein in des Reichs Hof, da der Kayser, oder der Ræmische Kœnig, gegenwærtig ist.* Textus communiter usitatus ita habet: *Und wiewohl ein Kayser, als Ræmischer Kœnig, von Sachen wegen, darumb Er angemüthet wird, von alter Gewohnheit, vor einem Pfaltz-Grafen bey Rhein, des H. Reichs Ertz-Drüchses und Churfürst, antworten solle; jedoch soll der Pfatzgraf dasselbe sonst nirgends haben und suchen, dann an einem Kayserlichen Hof, oder wo der Kayser, oder Ræmische Kœnig, gegenwærtig ist.*

NOTÆ.

(*a*) SUPER CAUSIS &c. Vid. seq. §. 17.

(*b*) EX CONSUETUDINE INTRODUCTUM &c. Naturali æquitati ut conveniens est, ne quis, (casibus exceptis, quorum præced. Lib. 2, Tit. 4, §. 5, lit. d, pag. 1016, memini) in propria causa, sibimet ipsi jus dicat, arg. l. 10 ff. de *Jurisdict.* l. 10 ff. de *Testibus*; l. ult. §. pen. C. *Ubi Senatores vel Clarissimi*; l. un. C. *Ne quis in sua causa judicet &c.* eo quod (1) iniquum sit, licentiam alicui tribuere, in re propria ferendi sententiam, cum homines, a natura, plus sibi, quam aliis, faveant; (2) absurdum, eundem *Judicis* & *partis* vice fungi, l. 13, §. 4, ff.

4, ff. *ad SCt. Trebell.* ita etiam placuit Imperatoribus, quoties ab aliis impetantur, judicium subire Præfecti Prætorio. *Sextus Aurelius Victor*, in *Breviario Historiæ Romanæ*, in vita *Ulpii Trajani* Cæsaris, apud *Fridericum Sylburgium*, Tom. I. *Historiæ Romanæ*, p. m. 515, laudes Principis recensens, ait: *Usque eo innocentiæ fidens,* (fuit) *ut Præfectum Prætorio, Saburanum, nomine, cum insigne potestatis, ut mos erat, pugionem daret, crebro monuerit: Tibi istum, ad munimentum mei, committo, si recte agam: sin aliter, in me magis: quod moderatorem omnium vel errare minus fas sit &c.* Idem docet *Johannes Xiphilinus* in Epitoma *Historiæ Romanæ Dionis Nicæi*, de XXV *Imperatoribus Romanis*, Lib. 60, in vita ejusdem Cæsaris, interprete *Guilielmo Xylandro*, apud *Sylburgium* l. c. Tom. 3, pag. 344 & 345, verb: *Cuidam etiam principio, cum præficeret eum prætorianis cohortibus, atque ipsum, ob eam causam, gladium accingere oporteret; Trajanus nudum porrexit, dixitque: Accipe gladium, quem pro Me, si bene atque ratione imperavero, distringes: sin minus, eo, ad interitum meum, utere &c.* Exemplo forte hujus Principis, Christiani quoque Reges Imperatoresque, *Palatinos Comites*, quibus amplissima cognitione in omnes animadvertendi, qui Legibus non parerent, facultas in Aula, seu prætorio, dabatur, pro Judicibus suis agnoscere dignati sunt; quo pertinent, quæ præced. Lib. I, Tit. XI, §. 1, lit. b, v. 2, pag. 936, ex *Eginharto*, atque *Hincmaro*, adduxi; unde simul petenda ratio, cur Leges, juxta quas Principes pariter, ac ipsimet Imperatores, judicabantur, *Palatinæ* fuerint appellatæ. Provocasse ad eas Saxoniæ Proceres, *Goslariæ* congregatos, An. 1075, data Cæsaris, *Henrici IV*, Legatis responsione, *Lambertus Aschaffenburgensis*, &, ex eo, *Monachus Herveldensis*, affirmant, verbis præced. Tit. IV, §. 8, lit. d, ad An. 1075, pag. 523, occurrentibus, ibi: *Ut, secundum Palatinas Leges, justa examinatione habita, vel puniat convictos, vel absolvat innocentes &c.* imo, Ipse Imperator, teste *Lamberto* l. c. ad An. 1076, pag. 239, *Episcopum Magdaburgensem, Episcopum Merseburgensem, Episcopum Misenensem, Magnum Ducem, Fridericum Palatinum Comitem, præterea omnes Saxoniæ & Thuringiæ Principes, qui adhuc in deditione tenebantur, ab exilio revocari jubet,* (Imperator) *& clementer accersitis ait: Se, cum, juxta Palatinas Leges, extremo in Eos supplicio animadvertere possit, & hoc Jure faciat, gravibus sæpe ab Eis contumeliis lacessitus, tamen memorem Generis Eorum, memorem virtutis, quæ Reipublicæ & honori esse possit & munimento, tam atrocis facti veniam dare &c.* (Eadem proferente *Monacho Herveldensi*, l. c. ad hunc annum, pag. 432; unde sua quoque *Freherus*, Part. I *Originum Palatinarum*, Cap. XVI, p. m. 139) Non minus faciunt huc, quæ *Mathildis* Comitissa, *Azzo* Marchio, Abbas *Cluniacensis*, aliique, ab Imperatore, ad *Gregorium VII* P. R. Anno 1077, rogatum ablegati, *ut Excommunicatione absolveretur*, dicenti Papæ: *Incongruum valde esse, & ab Ecclesiasticis Legibus omnino alienum, ut, absentibus accusatoribus, causa accusati ventilaretur: quin imo, si innocentiæ suæ confideret, omni timoris scrupulo liberatus, statuto die in Augustam, quo cæteri Principes convenire statuissent, fiducialiter occurreret; se illic, discussis utrarumque partium allegationibus, nec odio, nec gratia, ab jure ad injuriam devolvendum, sed, juxta Leges Ecclesiasticas, quam rectissimam possit, de singulis sententiam laturum esse &c.* respondere: *Regem Illius nusquam terrarum subterfugere judicium, quem sciat æquitatis & innocentiæ incorruptissimum vindicem, & Advocatum fore, sed è vicino jam urgere diem anniversarium, quo excommunicatus fuisset, & Principes Regni, hac expectatione suspensos attentosque, anxie rei eventum præstolari, ut, si, ante hanc diem, excommunicatione non absolvatur, deinceps, juxta Palatinas Leges, indignus Regio honore habeatur, nec ultra, pro asserenda innocentia sua, audientiam mereatur &c.* Ita *Lambertus* l. c. ad h. a. pag. 248, totidemque verbis *Monachus Herveldensis*, h. a. pag. 438; add. *Freherus* l. c. Hocque, procul dubio, sensu, *Godefridus* ille Palatinus Comes, qui præsens erat, ubi *Lotharius* Imperator, An. 1137, de lite, inter *Innocentium* P. R. & Cassini Montis Abbatem, *Rainaldum*, cognosceret, *Judex Romani Imperii* vocatur *Petro Diacono*, lib. 4 *Chronici Cassinensis*, Cap. 109, §. 2014, p. 546, quamvis *Gualfridi* nomine, loco *Godefridi*, adhibito, verbis præced. Lib. I, Tit. XI, §. 1, in vita *Wilhelmi* C. P. R. pag. 951, extantibus. Quanta auctoritate *Godefridus* hic in Aula jam Cæsaris *Henrici IV* valuerit, ex *Laurishamensi Chronico*, in vita *Bennonis*, XXXII Abbatum, apud *Freherum*, *Script. rer. German.* p. 88, cognosci potest, ubi: *Corraso in Lauresham & Abrinsberg, atque alibi, prout poterat, Ecclesiastico thesauro, ad Imperatorem Henricum IV, tunc in Italia, ferme decennio turbata Republica, demorantem, contendit, ac per Godefridum, Palatinum Rheni Comitem, cujus sententia momentum Curiæ per id temporis fuit, restitutionem obtinuit &c.*

(2) Seculo XIII, inquit *Speculum Suevicum*, seu *Land-und Leben-Recht*, lib. 2, Cap. 43, *vom Fürsten Leben*, §. 6, apud *Goldastum*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. m. 124: *Wenn die Fürsten den König wollen*

wollent beklagen, so Er Ihn wider Recht thut, das sollen Sie thun vor dem Pfaltzgraffen vom Rhein; die Ere hat Er für andern Fürsten &c. In Codice Alamannico Feudali, quem Dn. *Schilterus* edidit, Cap. 42, p. m. 50, legitur: *So die Fürsten den Künig wellent beclagen, ob Er wider Recht tut, das sollent Se tun vor dem Pfaltzgraffen von Ryne; die Ere hett Er vor andern Fürsten &c.* & Cap. 142, p. 195: *Dis Ere* (investiendi Status Imperii) *het ein Pfaltzgreffe von Ryne davon, das Er ein Richter ist über einen Künig &c.* Vid. præced. Tit. VII, Proœm. lit. b. Cum quo convenit *Jus Provinciale Alemannicum*, Cap. 147, mentione facta Principatuum vacue factorum: *Der König sol mit Recht diser Herrschafft keine in Seiner Gewalt haben Jar und Tag; Er sol sie hin leihen: Tut Er des nicht, das klagen die Fürsten, und ander, das In were, der Pfaltzgrave von Rein der ist zu Recht Richter über den Kœnig; und davon hat der Pfallentz vil Eren &c.* Et Cap. 156, §. 3: *Und wirt der König derselben Schult überkumen, so ist Er zu Unrecht an dem Rihe; da soll man In umb beclagen vor dem Pfaltzgrafen von Rein &c.* Add. *Speculum Saxonicum*, lib. 3, Art. 52, §. 5, apud *Goldastum*, de *Consuetudinibus Imperialibus*, p. 160: *Judex, absque Præfecto, i. e. Sculteto, legitimum Judicium habere minime potest, quia, si de Judice conqueratur, coram Sculteto respondere tenetur; Scultetus enim est Judex culpæ Judicis, & Palatinus, seu Palansgravius, Imperatoris Judex est &c.* Quæ, in Editione *Augustana* An. 1516, ita sonant: *Sine Prefecto, Judex legitimum habere Judicium non potest; coram quo si accusetur, se Juri debebit exhibere, quia Prefectus Judicis Judex est suorum delictorum, sicut Palantzgravius Imperatoris Judex extiterit &c.* In Textu Germanico, verba posteriora male redduntur: *Also is de Palantzgreve over den Keyser &c.* nec non Glossator *des Weihbilds*, Art. VIII, in fin. p. m. 16: *Man sol über In* (Cæsarem) *richten, und sol Im das Heupt, mit einer Gülden Parten, abhawen, über eines Schiltes Rande*, (quæ nugæ?) *Und das sol thun der Pfaltzgraff von dem Rein, der dem Land zu einem Richter über den Kœnig gegeben ist &c.* Eandem in rem facit epistola *Urbani IV*, P. R. ad *Richardum* Anglum, Romanorum Regem, occasione controversiæ, quam cum *Alphonso*, Castellæ Legionisque Rege, Imperialis dignitatis intuitu, ad quam & Ipse erat vocatus, habuerat, sub dato *Urbis Veteris*, 2 Kal. Septemb. (seu 6 Cal. Sept. juxta *Spondanum*, *Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1263. §. V, p. 219) An. 1263. exarata, §. 5, apud Dn. de *Leibnitz*, in *Prodromo Tom. I Codicis Diplomatici Juris Gentium*, p. m. 15, ubi: *Si Votis Principum, ad quos spectat eligere, ad eligendum convenientium, divisis in plures, duo in discordia eligantur, vel alter Electorum per potentiam obtinebit, vel ad prædictum Comitem Palatinum, tanquam ad hujusmodi discordiæ Judicem, est recursus habendus &c.* a vero licet alienum sit, quod de potestate Palatini, casu divisorum in Electione Romanorum Regis votorum, hic traditur; auctoritate Ejus eo usque non extendenda: Reapse tamen ad prærogativam Ejus provocasse *Adolphi* Nassovii Imperatoris hostes, intestinam aliquam perniciem Reipublicæ, An. 1297 & 1298, (ut præc. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 1296 & 1298, pag. 165 & 166, dictum) molientes, innuit *Aventinus*, lib. VII *Annal. Boicor.* Cap. XII, §. 29, p. m. 698, scribens: *Mogontinus Pontifex, Saxoniæ atque Brandenburgii Præsides, Legati Regis Bojemiæ, Regulum Saxonum Arbitrum honorarium* (*quippe Rudolphus, Præfectus Prætorio Rheni, Rectorque Bojariæ, cujus munus est veluti, de querimoniis adversus Cæsarem delatis cognoscere, Jusque dicere: sententiam pronunciare: venire recusarat*) *capiunt; Tribunali imponunt, Adolphum homicidii, stupri in virginem, socordiæ, negligentiæ, perjurii, quod a Francis Occidentalibus intercepta non repeteret, accusant: deinde, Senatus-Consulto Eum in ordinem redigunt; a fastigio deturbant; Rempublicam orbam esse decernunt. Postremo, ne Imperium sine Capite, sicut corpus sine anima, contabescat, Albertum* (Austriacum) *suis suffragiis, rebus imponunt, Cæsarem designant, nuncupant, Non. Calend. Julias declarant &c.* Unde sua *Goldastus*, Tom. I *Constit. Imperial.* p. 315 & 316.

(3) Seculo XIV ineunte, memoratus *Rudolphus* Palatinus, contra ipsum *Albertum*, modo nominatum Regem, Judex constitutus legitur, apud *Henricum Rebdorffiensem*, in *Annalibus*, ad An. 1300, Tom. I *Scriptorum Rer. Germanic. Freheri*, p. m. 412: *Sequente Anno*, (adeoque An. 1301) *circa Festum B. Michaëlis, Dux Rudolphus, & Comes Palatinus præfatus, ab Electoribus Imperii, Moguntinensi, Coloniensi, & Trevirensi ArchiEpiscopis, vocatus fuit ad Rhenum, contra præfatum Regem Albertum, unde iidem Principes contra Ipsum Albertum conspiraverant, eligentes Ipsum Rudolphum pro Judice, & asserentes: ad Comitem Palatinum pertinere, quod sit officium Palatinæ dignitatis, ex quadam consuetudine, de causis cognoscere, quæ Ipsi Regi movebantur. Quare contra Regem proposuerunt: quod Dominum suum proprium,*

scil.

scil. Regem Adolphum, occidisset, ideo Rex esse non posset: & ad depositionem Ipsius cogitabant. Quod audiens Rex Albertus, iratus & commotus fortiter fuit, & maxime contra præfatum Ducem Rudolfum, cujus avunculus extitit, quia sororis suæ (Machtildæ) *filius erat, jurans, quod omnia, quæ ab Imperio obtineret, alienaret ab Eo, videlicet: Suevicum Werd, Novum Forum, & cætera, quod & fecit; post hæc vadens contra præfatos Electores, ArchiEpiscopum Moguntinum, manu potenti, obsedit Pingiam, & sic iidem Electores concordati sunt tandem cum Eodem Alberto &c.* Conf. Nolden, de *Statu Nobilium civili*, Cap. 8, §. 101, p. 143. & *Lehman, Chron. Spirens.* lib. VII, Cap. 3, p. 712; eundem locum producunt: *Freherus*, Tom. I *Originum Palatin.* Cap. XVI, p. m. 141, & in Notis ad *Petrum de Andlo*, lib. 2, Cap. 10, p. 205; *Goldastus* l. c. pag. 316, aliique plures, ast minus accurate *Henrici Steronis Chronico Altahensi* eum vindicantes. Videtur, sua quoque inde hausisse *Georgius Alten*, Secretarius Norimbergensis, in *Chronico*, apud *Besoldum*, Thesaur. voc. *Pfaltzgraven*, p. m. 736; *Bey diesen Zeiten*, (An. 1250) *machten etlich des Reichs, und besonder die Geistlichen Churfürsten, von mancherley Zweiffelhafftigkeit wegen, wider König Albrechten, Bündniß und Verschreibung mit einander; den beschuldigten Sie: daß Er Adolphen, Seinen Herrn, in einem Krieg umgebracht hätte; deßhalb Er der Königlichen Ehr unwürdig wäre; darumb setzeten die andern Fürnehmsten Fürsten Teutscher Nation, Hertzog Rudolph, Pfaltzgraven bey Rhein, zu einem Richter deß Ræmischen Reichs, alſo, daß Er hinfüro, zu künfftigen Zeiten, aus Seiner Tapfferkeit, dasselb Ampt vollführen soll: auf daß die Römische Könige bewegt würden, nichts übels, oder scheldung-würdiges, im Reich fürzunehmen, dardurch Sie der Römischen Königl. Höhe unwürdig geschätzt werden möchten &c.* Conf. *Goldastus*, in *Rationali Constitutionum Imperial.* p. 99; *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Dissert. V, §. 4, p. 142; *Burgoldensis*, ad *Instrumentum Pacis*, Part. 2, Discurs. 20, §. 20, p. 230; *Carpzovius* de *Lege Regia*, Cap. 14, Sect. VI, §. 25, p. m. 370; *Limnæus*, *Jur. Publ* lib. 3, Cap. IX, §. 24, p. 109. & ad A. B. Cap. V, §. 3, *Observat.* XII, §. 2, p. 364; Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. XVIII, §. 21, p. 249; Illustriss. Comes *Johannes Guilielmus de Wurmbrand*, in Dissert. *de Foro S. R. Imperii Germanici Principum*, sæpius jam laudata, Cap. I, §. VI, p. 12; Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. I, Cap. XVI, §. 2, §. 15, p. 195. Alii. Parum quidem præsidii a binis hisce, præpostere, & sine ulla auctoritate Imperii, susceptis depositionibus, ad stabiliendam thesin: *Palatini Comitis esse, feralem in Augustos pronunciare sententiam*; repeti potest, quandoquidem Celsissimi Comites Palatini nunquam ejusmodi Jus sibi arrogarunt; multoque minus illud ab Imperio, ceu *Gregorius Alten*, (insignis insuper solœcismi chronologici reus, cum annus 1250, de quo loquitur, conjurationi Principum in *Albertum*, cujus modo memini, plane non congruat,) opinatur, in Eos delatum, tueri fas est; attamen hoc inde licet elicere, quod Comes Palatinus, ætate ista, pro Judice Imperatoris fuerit habitus, & quidem, *ex consuetudine quadam*; quam ipsemet Imperator, *Carolus IV*, cit. Cap. V, *Aur. Bullæ*, §. 3, verba sistente Dn. Auctore nostro, agnoscit; quamvis simul palam fit, parum absuisse, quin conjurati fractæ pacis publicæ, criminisque Majestatis læsæ, pœnas subiissent. Conf. *Serrarius*, lib. 5 *Rer. Moguntin.* in vita 39 ArchiEpiscopi. *Monzambanus*, Cap. VI, §. VII, p. m. 231; Imo, si fides habenda Auctori *des Bedenckens: Ob ein Churfürst zu Pfaltz, in Caussis gravatoriis, des Kaysers Richter seyn könne?* nomine *Principum Correspondentium*, An. 1610 vulgati, appellavit non solum *Fridericus* Norimbergensis Burggravius, a sententia dicti Imperatoris *Caroli IV*, ad *Rupertum* sen. Electorem Palatinum, sed & hic sententiam Cæsaris reformavit; conf. *Burgoldensis* l. c. & Dn. *Thulemarius* l. c. §. 32, p. 254; consideratis tamen bene, quæ Dn. *Jobus Ludolf*, *in der Schaubühne der Welt-Geschichte des XVII Seculi*, lib. X, Cap. 2, §. 34, ad An. 1610, p. m. 309 &c. hic observanda monet, desiderans, in dicto Consilio, seu *Bedencken*, necessarias circumstantias fuisse omissas: *Ob der Hader zwischen dem Kayser Selbst, und dem Burggraffen, gewest, alſo, daß derselbe, in propria causa, vor- oder nach der Güldenen Bulle, Sich selbst Recht gesprochen? ob der Kayser zu der Appellation still geschwiegen? und ob das reformirte Urtheil exequiret worden?* addendo: *Denn, wenn man diß nicht weiß, so stringiret das Exempel nicht. Verstehet es aber der Author, de Causa quorundam tertiorum litigantium, so ist es vollends gar absurd, daß man eine Appellation, a Superiore ad Inferiorem, statuiren, und daraus ein Judicium Palatini super Imperatorem formiren wolle. Daß auch den Ständen ein solcher Gedancken nimmermehr zu Sinne gestiegen, erscheinet nicht allein aus der Cammer-Gerichts-Ordnung, welche der Churfürst Pfaltzgraff mit machen helffen, da, in dem Titul: von Appellations-Sachen,* (Part. 2, Tit. XXVIII &c.) *oder, wo deren sonst in Reichs-Abschieden gedacht wird, von den Appellationen an Chur-Pfaltz, nicht das geringste erwehnet, noch reserviret wird, auch die Possedirende Fürsten der Julichischen Lande, durch deren occasion eben dieses Bedencken heraußkommen, sich dergleichen Appellation keines wegs, sondern a Cæsare*

Cæsare male informato, ad melius informandum, gebraucht &c.

(4) Sub *Ludovico* Bavaro nullam Judicii hujus habitam rationem legimus. *Mense Septembri Ludwicus* (Imperator) *solenne Colloquium habuit cum Principibus Electoribus Regni, juxta Rhenum, in Oppido Bacharaco, in quo Johannes, Rex Bohemiæ, conquestus est graviter prædictis Principibus, contra prædictum Ludwicum, & Ludwicum, Filium suum, Marchionem Brandenburgensem, super eo, quod Filio suo* (Johanni Henrico, Moraviæ Marchioni) *Uxorem suam* (Margaretham Maultasch, Carinthiæ Ducis, Henrici, filiam,) *& Comitatum Tyrolis in Alpibus, abstulerat violenter. Ipse vero Ludwicus responsum Ecclesiæ, & Dn. Papæ Clementis VI sibi reportatum a Curia Romana, per Nuncios, quos miserat, exponit eisdem Principibus &c.* Sunt verba *Henrici Rebdorffiensis*, in cit. Chronico, ad An. 1344, p. m. 434. Cujus contentionis Ipsemet *Carolus IV* Imp. in *Historia vitæ suæ*, circa finem, apud *Freherum*, de *Scriptoribus rerum Bohemicarum*, p. m. 106, meminit; ut & *Goldastus*, lib. 4 de *Regno Bohemiæ*, Cap. VI, §. 13, p. m. 589, annectens: *Ex quibus verbis* (Rebdorffiensis) *apparet, quænam Causæ ad Collegiales Electorum Conventus referri consueverint, & quod Cæsar conveniri debuerit non coram solo Palatino, sed universo Collegio Archi Principum Electorum &c.* Sic altum de *Palatini Foro* silentium fuit, ubi, An. 1346, Romanæ Curiæ insidiis, laudatus Cæsar solio indignus judicaretur. Nec exauctorato, An. 1400, *Wenceslao*, sententiam *Palatinum*, sed *Moguntinum*, pronunciasse, testantur Acta, præced. Lib. I, Tit. V, in Vita Ejus, p. 682. Conf. Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. I, Cap. XVI, §. 2, §. 16, p. 195. Ast,

(5) Seculo XV, Judicii hujus vestigium iterum occurrit, apud *Gerhardum de Roo*, Lib. V *Annalium Austriæ*, p. 195 &c. qui, Curiæ *Friderici III* Imp. An. 1443 *Constantiæ* celebratæ, memor, ait: *Coram his* (Episcopis Augustano, Brixiensi, Curiensi & Chiemseensi; *Rudolpho*, Duce Silesiæ; *Jacobo*, Marchione Badensi; *Wilhelmo*, Marchione Rötelano; multis Comitibus & Dynastis, absentiumque Principum & Civitatum Legatis, *ad Cæsarem intromissi Helvetiorum* (nominatim: Bernatum, Lucernatum, Suicensium, Glaronensium, & Tugiorum) *Legati, ac dicere jussi, verba, communi omnium nomine, faciente Rudolpho Erlachio, supplices orant, uti Cæsar, more a Majoribus usitato, Privilegia suarum Civitatum rata esse jubeat; quod Ejus beneficium in se collatum gratis animis sint prosecuturi. Cæsar, re cum suis deliberata, per Brixinensem* (Episcopum, Georgium) *respondet: Nec velle se, nec cum dignitate posse, ipsorum petitionem admittere, quod hereditarias Austriacorum ditiones, toties frustra repetitas, eadem, qua ceperant, injuria retinerent; iis vero restitutis, si quid ab Ipso postularent, quod ex officio Romani Cæsaris præstare debeat, facile id ab Se impetrari passurum. Ne vero contra, ac æquum esset, facere videatur, permittere Ipsum, uti ad æquam Juris disceptationem Tiguri, ad Calendas Februarii instituendam, deveniatur, ubi ex Imperii Principibus deligantur Arbitri, aut, si malint, coram Præfecto Prætorii Rhenani, ubi omnes Imperatoris causæ controversæ decidi solent. Quod si hoc nimis longum videatur, ne moram Ipse quæsivisse videatur, staturum de Principum illorum arbitrio, qui tum præsentes aderant. Erlachius ad hæc respondet: Nulla sibi Collegisque hac de re mandata abeuntibus data: nihil igitur transigi posse: de sola Privilegiorum confirmatione nunc agi, quam ubi obtinuerint, tum se de reliquo negotio ad suos esse relaturos, sperare commodum ab illis responsum datum iri. Ita, re infecta, Legati domum abeunt &c.* Eadem profert *Conradus Dietz* de *Weidenburg*, *Ferdinando* Archiduci à Secretis, in Versione Germanica *Gerhardi de Roo*, Edit. Augustan. An. 1621, p. m. 209 &c. Minus accurate locum hunc de *Friderico II* Imperatore intelligendum putat *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. 2, Discurs. 20, §. 20, pag. 229; ad eundem provocant: *Limnæus*, ad A. B. Cap. V, §. 3, Observat. X, pag. 364, & Lib. 3, *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 62, pag. 117; Dn. Auctor noster, seq. §. 20; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Dissert. 24, §. 3, p. m. 515; Dn. *Schwengsfeur*, cit. Dissert. *De singularibus Palatinorum Comitum Rheni Juribus ac Prærogativis*, §. XXIV, p. 48. In contrarium tamen suppeditat Dn. *Jacobus Wencker*, in *Apparatu Archivorum*, §. 69, pag. 383 &c. libellum, quo, sub dato: *Uff Zistag, noch der Heiligen Apostel Tag Symonis & Judæ, An. 1470*, Judex & Assessores *Judicii Westphalici Wünenbergensis*, ad implorationem perfidorum quorundam Civium Argentoratensium, nominatim *Stephani Boppel*, & *Michaëlis Burndrut*, in causa sua contra Senatum Argentoratensem, & *Henricum Beger*, à sententia *Ulrici*, Passaviensis Episcopi, Præsidis & Assessorum Imperialis Cameræ, proterve ad eos provocantium, Imperatorem præfatum, sub pœna etiam contumaciæ, citare ausi sunt, ad comparendum *an de Konigund Kaiserlich Dingstat und Fryen-Stul, zwischen den Porten zu dem Wünenberg, uff den Samstag noch S. Jörgen Tag;* audiendumque simul abrogari quicquid adversi in appellantes decretum, juncta comminatione: *Ir komen auch icht, oder nicht, so muss das*

das Gericht sinen Gang haben, wie sich, noch Fryen-Stuls Recht, gebüren würt. Hierinn wisse sich Uwer Keiserlich Gnod ze richten; auch raten wir Uwern Kaiserlichen Gnodun getruwelich, es darzu nicht kommen lassen &c. Utut inanis fuerit citatio, ista, vel tabulis confœderationis Principum Civitatumque Imperii, *contra injustos Processus Westphalicos*, An. 1461, die Martis post Festum *S. Andreæ*, *Friburgi* initæ, testibus, quarum præced. Tit. 3, §. 21, lit. c, ad An. 1461 memini, perspicue docentibus ejusmodi Jurisdictionem Westphalicis Judiciis nullatenus competere; additis, quæ Dn. *Wencker* l. c. pag. 388, hunc in finem subjungit; attamen notari vel propterea exemplum hoc meretur, quod *Palatinum* querelas desuper movisse, quasi Westphali, in præjudicium Fori sui, falces in alienam messem misissent, nullibi reperiamus, quas, procul dubio, omissurus non fuisset, si citatio hæc ad Ipsum spectasset; Sic,

(6) Seculo XVI, *Hermannus*, Coloniensis Archi-Episcopus, non apud solum *Palatinum*, sed integrum Electorale Collegium, conquestus fuit de Mandatis *Maximiliani* Imp. in favorem Civitatis *Coloniensis*, adversus ipsum, emissis; testibus literis alte memorati Collegii, sub dato *Würtzburg, Donnerstag nach Luciæ*, An. 1502, ad Cæsarem propterea directis, apud *Lundorpium*, Tom. I *Act. Publ.* Lib. I, Cap. VI, p. 24. Nec injuste præteritum se *Palatinum* clamantem deprehendo, cum *Ludovicus XII*, Galliarum Rex, laudatum Imperatorem, An. 1507, in Comitiis *Constantiensibus*, coram toto Imperio, de variis rebus, quietem publicam turbantibus, accusaret, Cæsarque ad querelas Ejus responderet; quam responsionem *Goldastus, in denen Reichs-Handlungen*, p. 52 ad 62, sistit. Enimvero, ad prærogativam hanc gentilitiam *Johannem Casimirum*, C. P. R. Lauterensem, iterum provocasse, documento est Ejus libellus, quo, An. 1583, ab obitu fratris, *Ludovici* Electoris, tutelæ Nepotis curam sibi soli competere, tredecim rationibus probare nisus est; ceu præc. Tit. XI, §. 4, lit. b, p. 773 sq. monitum.

(7) Seculo XVII, hæc res vehementer admodum agitata noscitur, gravissimæ litis occasione inter *Ferdinandum 2* Imp. & *Fridericum V*, Electorem Palatinum, super Bohemiæ Regni corona, quam ambo sibi vindicaverant, ortæ; præsertim huc facit dicti Electoris Responsio ad Imperatoris Monitoria, quibus præfatam coronam deponere jussus fuit, sub dato *Pragæ*, An. 1620, 1 Jul. ubi: *Wann Ihr Kayserl. Maj. als ein Ertz-Hertzog zu Oesterreich, dero vermeinte Böhmische Erb-Forderung, mit ordentlichen Rechten, außzuführen gewillet: so werden Sie solches nicht vor Ihren privat-Räthen und Dienern, sondern, nach Inhalt der Cron Böhmen Privilegien, von derselben zu dergleichen hohen Sachen gehörigen Richtern, nach Ihrer- und allgemeinen Recht verordnung, als der Kläger und Actor, Forum Rei suchen, und verfolgen müßen; wie auch hingegen wiederumb, und wofern Sie, als ein Rœmischer Kayser, von andern mit Recht besprochen werden, so seyn Sie, vermœg der Gülden Bull Caroli IV, vor einem Pfatzgrafen und Churfürsten, Red und Antwort zu geben, schuldig &c.* Vid. *Lundorpius*, Tom. 2 *Act. Publ.* Cap. 30, pag. 42, *§. So ist auch hierauß &c. Bellus*, lib. 4 *des Oesterreichischen Lorbeer-Crantzes*, ad An. 1620, pag. 307; *Theatr. Europ.* Tom. I, An. eod. pag 323; *Meteranus*, lib. 37 *Histor.* an. eod. pag. 31. Eandem thesin, pro *Palatino*, ventilavit Auctor *des Bedenckens: Ob ein Churfürst zu Pfaltz, in Caussis gravatoriis, des Kaysers Richter seyn könne?* cujus mentem *Christianus Gottlieb de Friedberg*, in Tract. cui titulus: *Neuer Calvinischer Modell des H. Röm. Reichs*, apud *Lundorpium*, Tom. 3, Cap. XII, pag. 696, sic expressit: *Wann ein Stand des Reichs vom Römischen Kayser, sive ut Imperatore, sive ut Privato, judicialiter aut extrajudicialiter, gravirt würde, daß der Pfaltzgraff sich des Richterlichen Ampts über den Kayser, so wohl in Appellationen, als simplicis querelæ Sachen, unternehmen kœnne; daß auch des Reichs hœchste Nothdurfft es erfordere, und Chur-Pfaltz, wegen der Pflicht, damit Er dem Reich verwandt, zu thun schuldig: Dann unleydliche Beschwernüß den Ständen, sonderlich den Evangelischen, auf dem Halß liegen, und, je länger je mehr, vom Kayserlichen Hoff gemehret, und, über so vielfältiges vermahnen, nicht abgeschafft werden wollen. Und wann der Kaiser in die alte Cancellos und Schrancken gebracht, solle verhoffentlich bald Besserung folgen, und wäre das, das erwünschte Mittel, die Kayserliche unleydliche Hoff-Proceß zu hintertreiben. Weil dann dem Reich Teutscher Nation so viel daran gelegen, daß solch Pfæltzische Jurisdiction wiederumb in Gang gebracht, und nicht nachgesehen werde, so sey der Pfaltzgraff pflichtbar, sich des Richterlichen Ampts zu unternehmen; auch der Chur-Pfaltz, und gantze, Posteritat, daran gelegen, daß solche Præeminentz und Hoheit dermaleins in Ubung gebracht, und nicht, wie es schier mit dem Vicariat, durch zu viel nachsehen, auch geschicht, per non usum, in vergeß und Abgang gerathe &c.* annexa acri censura; partes *Fridburgii* tuebantur: Auctor *der Rechtfertigung der Kayserlichen*

lichen Achts-Erklärung Pfaltzgraf Friderichs, de An. 1621, nominatim *Propositione XVIII*, apud *Lundorpium* l. c. Tom. 2, lib. VI, Cap. 3, pag. 342 &c. & *Fabius Hercynianus*, (Jacobus Kellerus, Jesuita) in Responsione ad *Ludovici Camerarii Strich durch die Spannische Cantzley*; apud eundem l. c. Tom. 3, lib. VII, Cap. VI, *Sechstes Bedencken*, pag. 314 &c. nihil non corradentes, ad reddendum hoc Palatini Jus dubium, sed & ad probandum, Palatinum plane non esse Cæsaris Judicem, neque ut Cæsaris, neque qua Principis vel Comitis; proferentes hunc in finem, (1) Palatinum recipere ab Imperatore temporalia sua, tanquam Vasallum; proinde Ejus Judicem esse non posse; arg. l. 18 ff. de *Minoribus 25 annis*, §. 1. (2) Contradictionem in Adjecto involvere: Esse summum Principem in Republica & tamen subesse jurisdictioni cujusdam Principis ejusdem Reipublicæ; (3) sano sensui contrariari: Vasallum judicare Dominum Feudi; jurantem fidelitatem & obedientiam, Eum cui Sacramentum fidelitatis & obedientiæ debetur; Inferiorem, summum Principem. (4) Si Palatinus Cæsaris Judex, falsam esse L. 3. C. de *crimine Sacrilegii*, quæ omnes, de judicio Imperatoris Disputantes, sacrilegii criminis reos declarat; falsasque Constitutiones Imperii, Cæsarem pro summo Capite Imperii prædicantes. (5) Cæsarem, ut Principem vel Comitem consideratum, Jurisdictionem Palatini nullatenus agnoscere. (6) Quæ in A. B. de hac re occurrunt, non habere vim Sanctionis, sed esse duntaxat relationem enunciativam, quæ nihil ponat, sed, præsupposito etiam verum esse, quod de consuetudine tunc jactatum fuit, modum saltem addat, locumque. (7) Absurdum esse, pro jure & necessitate venditare, quæ Cæsares olim, *Jobum* & *Samuelem* imitando *Job.* 31, §. 13 & 1 Reg. XII, §. 7,) sponte Comitibus Palatinis concesserint. (8) Auream Bullam ne quidem Palatinum vocare Judicem Cæsaris, sed dicere duntaxat, quod Cæsar coram Eo, tanquam Viro bono, respondere teneatur; adeoque Palatinum, ad summum, pro Commissario Cæsareo hic æstimandum esse, ab ipso Cæsare judicandi potestatem nacto; (9) nullum juris hujus in effectum deducti exemplum allegari posse; exceptis iis quæ tempore *Alberti I* Imp. contigerint; conjurationis autem istius rei quin rebellionis pœnas subiissent, parum abfuisse; (10) Minimum consuetudinem, unquam si quæ fuerit, interea abolitam &c. &c. Contrariam sectantes sententiam: *Ludovicus Camerarius*, in Apologia, *contra personati cujusdam Fabii Herciniani Icti, & aliorum, in se publice sparsas calumnias*, de An. 1624, apud *Lundorp.* l. c. Tom. 3, Cap. VII, p. 369 &c. Auctor *Observationum & Animadversionum in Lituram, sive Castigationem Cancellariæ Hispanicæ*, Cap. VIII, Considerat: 6, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 8, pag. 385 &c. *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. 2, Discurs. 20, §. 20, pag. 229 &c. *Limnæus* lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 29 & seqq. pag. 110 &c. *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 21, lit. c, pag. 553 &c. & qui eos sequuntur alii plures, claræ A. B. dispositioni, nulla Lege publica hactenus abrogatæ, iisque, quæ in Speculis *Suevico* atque *Saxonico*, de prærogativa hac Palatini occurrunt, inhærent. Ad Objectiones respondetur, ad (1) futile esse argumentum; exemplo Curiæ Parium, qui notorie *Senioris*, seu directi Feudorum, Domini Judices sunt, etiamsi Feuda sua ab Eo recognoscant. Ad (2) Hæc ita se habere, si de omnimoda Jurisdictione loquamur; neminem autem huc usque adeo fuisse absurdum, qui Palatino omnimodam & absolutam Jurisdictionem in Imperatorem vindicandam existimaverit. Ad (3) Sanæ rationi haud contrariari, quod, certis temporibus, certisque causis, (sive jam Lege scripta, sive publicis pactis & conventionibus, sive consuetudine laudabili, definitis,) Vasallus Domini, Inferior Superioris, Judicem agat; vid. seq. §. 16. Ad (4) flebilem esse argumentationem: Cæsar vult, ut super causis, pro quibus in judicium trahi potest, coram Palatino Rheni Comite conveniatur; Ergo non verum, quod sacrilegii crimen committat, qui de judicio Principis disputaverit; nec, quod Cæsar sit summum Imperii Caput. Quæ ratio consequentiæ? quidve sic discriminis inter Judicem ejusmodi legitimum, & temerarium, qui propria auctoritate, nulla Lege, nulla consuetudine jubentibus, in prætorium se ingesserit? Ad (5) Frustra hoc objici, cum sermo saltem sit de judicio Palatini in causis, pro quibus Cæsar, *qua talis*, & non qua Archi-Dux, Princeps aut Comes, ab aliis impetitus fuerit. Conf. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. I, Cap. XVI, §. 2, v. 9, pag. 195. Ad (6) Quadrare, quæ Dn. *Schützius* l. c. pag. 554, hic respondet: *Illud fatemur, si noster A. B. paragraphus non Sanctionis, sed enunciativæ tantum relationis est, nos tandem satis non capere, quid Sanctionem Legis esse oporteat. Saltem illud non negatur, ratione Loci, sanctionem specialem intercessisse. Quid absurdius autem quam, absque subjecto, accidentia concipere?* Ad (7) Absurdissimum esse, negare: ea, quæ ab initio meræ voluntatis sunt, interveniente probata, longoque tempore firmata consuetudine rationabili, non fieri posse necessitatis. Consuetudinem sane Jurisdictionem tribuere dudum probasse *Gailium* Lib. I, *Observat.* I, §. 18, p. m. 4; & *Observat.* 57, §. 14. pag. 107, & Lib 2, *Observat.* 52, §. 25, pag. 388; *Limnæum*, ad A. B. Cap. V, §. 3, Observat. XI, pag. 364. Quidve notius, quam Consuetudinem vim cum Lege parem habere? arg. L. 32 ff. de Legibus; L. 2, C. *quæ sit longa consuetudo?* Conf. *Gambsius*, lib. 3 *Thesauri Locorum communium Jurisprudentiæ*, Cap 59.

59, Axiom. 13, p. m. 243; eamque introducere posse, quicquid Privilegio, Pacto, vel Statuto, introduci queat; per ea quæ *Gambsius*, l. c. Axiom. XV, XVII & XIX, pag. 268 & 269, tradit. Ad (8) delirare, qui Judicium agnoscit, nec simul Judicii Præsidem, sive Judicem. A. B. sæpefato, Cap. V, §. 3, expresse statuere, Judicium, in quo Cæsar, a quodam impetitus, coram Comite Palatino Rheni respondere tenetur, non alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator præsens existat, exerceri posse; proinde Palatinum jure vocari hac parte Judicem Imperatoris. De *Commissario Cæsareo, Viroque bono*, quem Palatinus in hoc Judicio repræsentet, altum in A. B. silentium. Ad (9) & (10) sufficere, prærogativam hanc Palatini Imperii Legibus fundari. Privilegia non usu nunquam amitti, si occasio utendi deficiat, etiamsi mille anni desuper præterlaberentur, eo quod, tali casu, nulla negligentiæ culpa non utenti imputari possit, late demonstrare *Gailium* l. c. Lib. 2, *Observat.* 60, §. 1, 2 & 3, pag. 403; *Georgium Achatium Enenckel*, de *Privilegiis*, Lib. 3, Cap. 15, §. 31; *Gambsium* l. c. Lib. 14, Cap. 83, Axiom. X, p. m. 394; *Limnæum*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 62, pag 117; *Carpzovium*, *Jurisprudent. Forens. Romano-German:* Part. 2, Constit. 3, Definit. 23, p. m. 404; *Schwederum*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 22, pag. 798 & 799.

(8) Mea de hac re sententia est, (1) Originem hujus juris omnino à vetustissima consuetudine repetendam; cujus (2) initia spontaneæ Regum Imperatorumque honestati debeantur, qui, licet Princeps, Superiorem non agnoscens, in propria causa Judex esse queat, ceu *Schraderus*, de *Feudis*, Part. X, Sect. 2, §. 64, pag. m. 86; *Rittershusius*, ad *Novellas*, Part. IX, c. 6. §. 82, aliique, satis probarunt, quo & ea pertinent, quæ præced. Lib. 2, Tit. 4, §. 5, lit. d, pag. 1016: produxi; nihilominus rationem, ob quam *Valens*, *Gratianus* & *Valentinianus* Imperatores, notissima Lege: *Ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat*, Lib. 3, C. Tit. V, quendam sibimet ipsi Judicem, esse iniquum statuerunt, ad se quoque spectare arbitrantes, judicio Comitum suorum Palatii, proprio motu, se subjicere maluerint, quam querelas subire, cum partium studio, administratæ sibimet ipsis Justitiæ; (3) eandem vero consuetudinem, tacito Imperantium consensu, per tot Secula approbatam, vim Legis fuisse assecutam; imo (4) mediante promulgata Aurea Bulla, An. 1356, scriptæ Legis naturam induisse, in tantum, ut jam dicere liceat, competere Palatino prærogativam hanc ex Lege, quæ ab initio meræ voluntatis summorum Principum fuit; (5) Palatini Juribus nihil officere, quod, deficientibus Actoribus, diu satis Privilegium hoc non exercuerint; cum nullibi expressum sit, more Fiscalis Eos procedere teneri. (6) Moderna tamen Reipublicæ nostræ facie, admodum probabile non videri, tam facile causas adversus Imperatorem, coram Palatino iri ventilatum; præsertim, cum (7) ne quidem extra controversiam sit, ubi locorum ejusmodi Judicium instituendum? nec, quæ causæ proprie ad illud pertineant? Conf. *Freherus*, ad *Petrum de Andlo*, Cap. X, lib. 2, pag. 191; *Strauchius*, Differt. Exot. 3, §. 6, pag. 73 &c. *Schützius* l. c. pag. 554 &c. ibique *Scharschmidt* in Notis, pag. 559; *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2, Cap. 33, §. 102, pag. m. 567; ab eoque allegati plures alii; *Besoldus*, *Thesaur.* voc *Pfaltzgraven*, pag. m. 736; *Limnæus*, ad A. B. cit. Cap. V, §. 3, Observat 12, v. 5, pag. 365, nonnihil à Strauchio dissentiens; *Burgoldensis* l. c. pag. 231; *Schilterus*, ad *Jus Feudale Alemannicum*, Cap. 42, §. 28, pag. 262; Ill. Auctor *des Europäischen Herolds*, T. I, pag. 299; Dn. *Ludolfus*, *in der Schaubühne der Weltgeschichte des XVII Seculi*, lib. X, Cap. 2, §. 31 &c. pag. 309 &c. *Schwederus* l. c.

(c) IMPERIALI CURIA &c. Vid. seq. §. 19, lit. b, & c.

(15) Utraque versio differt à textu Latino, ita, ut quomodo verba illa: Curia Imperialis; interpretanda sint, omnino in obscuro sit, de quo mox *(a)* videbimus. Interim certum est, hoc jus competere Electori Palatino, propter amplissimam cognitionem, *(b)* quo olim Præfectus Palatii in Aula & Prætorio præditus erat, ita, ut Ipse Rex, vel Cæsar, si ab aliquo se conveniri pateretur, coram hoc solo *(c)* se sistere dignaretur. Freherus, in Origin. Palat. Part. I, c. 16, pag. 119; Bœcler, in Notitia Imperii, lib. IX, Cap. 9. Id quod, postquam Imperium ad Germanos translatum esset, per consuetudinem inter Germanos continuatum est. Vid. Limnæum, Lib. 3, Cap. 9, §. 23. Eundem, in Notis ad A. B. Cap. 5, Observat. I, & seqq.

NOTÆ.

(a) MOX &c. Seq. §. 19.

(b) AMPLISSIMAM COGNITIONEM &c. Ita censent *Freherus*, ad *Petrum* de *Andlo*, Lib. 2, Cap. 10, fol. 194; *Hermes*, *Fascic. Jur. Publ.* c. 19; *Besol-*

Besoldus, Thesaur. Pract. voc. *Pfaltzgraf; Speidelius*, voc. ead. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 14, sect. VI, §. 19, pag. 369; *Schütz*, Vol. 1 *Jur. Publ.* Disput. VII, §. 21, lit. c, pag. 553 &c. *Strauchius*, Diss. Exot. 3, §. 6, pag. 72 &c. *Boeclerus*, *Notit. Imper.* Lib. VI, Cap. IX, pag. 150; *Thulemarius*, in *Octoviratu*, Cap. XVIII, §. 22, pag. 249 &c. *Monzambanus*, Cap. VI, §. VII, p. m. 232; reliqui. Pertinet huc antiqua Ordinatio, *De Officio Comitis Palatini*; apud *Goldastum*, Tom. 3 *Constitut. Imperial.* pag. 403; & Dn. *Thulemarium* l. c. §. 13, pag. 242 &c.

(*c*) HOC SOLO &c. Existimat Princeps quidam, cujus *Bodinus* de *Republica*, Lib. 2, Cap. VI, §. 224, p. m. 361, meminit, prærogativam instituendi Judicii, quoties Imperator à quodam impetitus fuerit, competere *Palatino*, *qua Imperii Vicario*; obque hanc rationem, concurrere cum Eo Saxonem; verba *Bodini* sunt: *Literas me legisse memini, quibus Princeps quidam, amicus ac fœderatus Francorum, Mommorancium, Magistrum Equitum, admonuit*, (An. 1552, 12 Maji) *justam esse Regi Henricho 2*, de *Carolo V* Imperatore, ac de Rege *Ferdinando conquerendi causam, apud Saxoniæ Ducem, & Comitem Palatinum, Imperii Vicarios, quod, contra Leges Imperii, contraque morem Majorum, literas Regis Henrici ad Imperii ordines, à se interceptas, reddi vetarent; ac Episcopum Moguntinum, Imperii Cancellarium, cui munus illud incumberet, quo minus id faceret, prohibuissent &c.* Idem docent: Dn. *Joh. Ernestus Kregel*, in Dissert. Inaugur. De *Vicariatu Saxonico, in casu absentiæ Imperatoris*, 1707, 25 Oct. *Lipsiæ* habita; & Dn. *Joh. Ehrenfrid Martini*, Diss. Inaugur. *De Terris Juris Saxonici, von denen Landen des Sächsischen Rechts, und denen in das Sächsische Vicariat gehörenden Enden*; sub moderamine Dn. *Michaëlis Henrici Gribneri*, An. 1711, 13 Oct. *Witteberga*, ventilata, §. VIII, lit. U, pag. 7. Soli contra *Comitivæ Palatinæ Rheni* jus hoc annexum esse, tradunt: *Freherus*, Tom. I *Origin. Palat.* Cap. XVI, pag. 139; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XVI, p. m. 545; *Carpzovius*, *Synops. Feud.* Quæst. 3, §. 2, Disp. 4; *Schützius* l. c. lit. b, pag. 553; *Limnæus*, ad A. B. Cap. V, §. 3, Observat 14, pag. 367; *Thulemarius* l. c. §. 18, pag. 247; *Coccejus* in *Oratione Inaugurali*, de *Lege Salica*, Heidelbergæ habita, p. m. 41, & *Prudentia Juris Publici*, Cap. XVI, §. 14, pag. 283; *Schweder* l. c. Part. spec. Sect 2, Cap. V, §. 18, pag. 795; *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. 4, Tit. 4, §. 3, pag. 356; sexcenti alii. Id certissimum est, quocunque tandem titulo Palatinus Cæsaris Judex vocetur, neque in antiquissimis *Suevico* & *Saxonico* Speculis, neque in *Aurea Bulla*, neque in ulla Legum Imperii alia, veterique documento, Serenissimi *Saxonis*, qua *Judicis, simultanei*, fieri mentionem. Ante *Bodinum*, nescio an alius Palatino Saxonem Collegam hac parte constituerit; ast, ne quidem *Bodinus* ipse hypothesis hujus auctor est, commemorans duntaxat, in Principis, cujusdam literis ad *Annam Mommorancium*, Equitatus Gallorum Magistrum, doctrinam hanc fuisse repertam; imo aliam *Bodino* fuisse mentem, immediate sequentia ipsius verba innuunt: *Ejus tamen rei summa cognitio penes est Conventus ipsos.*

(16) Nec tamen hoc contra dignitatem (*a*) & Majestatem Imperatoris est, ut quidam perperam existimant: Electoremque Palatinum non esse Judicem Imperatoris, ut Imperatoris, & esse contra Majestatem Imperatoris, ut Vasallus Ejus Eum judicet, (*b*) Sic enim Rex Galliæ (*c*) convenitur coram suo Parlamento; Godofred. in Notis ad L. un. C. Ne quis in sua causa. Elector Saxoniæ (*d*) coram Curia Lipsiensi agit & convenitur; Austriaci, a subditis suis conventi, Nobilem quendam sibi Judicem deligunt. (*e*) Si inter Dominum & Vasallum de Feudo controversia existat, Judicium ad Pares Curiæ (*f*) devolvitur, &, sine dubio, Vasalli Judices erunt Senioris legitimi, non obstante Ejus dignitate & Majestate.

NOTÆ.

(*a*) CONTRA DIGNITATEM &c. Ita argumentatur Auctor *der Rechtfertigung der Kayserlichen Achts-Erklärung* contra *Fridericum* Palatinum Proposit. 8, apud *Lundorpium* Tom. 2, lib. VI, Cap. 3, pag. 342, verb. *Aus gemeinem Geist- und Weltlichem Recht, ist kundt und offenbahr, daß der Kayser, in irrdischen und zeitlichen Sachen diejenige übertreffe, welche zeitliche Güter von Ihme empfangen thun; C. Sollicitæ benignitatis. De Majorit. & Obedient: Nun empfähet aber der Pfaltzgraf von dem Kayser, als dessen Vasall, zeitliche Güther: Sol demnach der Kayser vor Ihm den Vorzug haben: Und ist also, aus dieser Ursachen, der Pfaltzgraff nicht des Kaysers Richter: dann wann ers wäre, so thäte er den Kayser Selbst übertreffen ----- Eben dieses wird auch probirt aus der rechten Vernunfft, Geist- und natürlichen wie auch aller Volcker-Rechten, dann, nach diesen allen, der vornehmste Furst und*

Haupt des gemeinen Bestens, als ein solcher, nicht kan unterworffen seyn einem andern Fürsten eben selbiges gemeinen Bestens, als einem Richter; dann anderster hievon zu urtheilen, ist so gar wieder alle Vernunfft, daß ich auch kümmerlich glauben kan, daß etwas grössers seyn möchte; dan solches, wie die Philosophi davon reden, Contradictorium in adjecto est. Dan, erstlich, wird gesetzt, ein Oberster Fürst zu seyn: Und darnach wird auch gesetzt, so fern solcher, in eben solcher Republick, ein oberen Richter hätte. Indem aber ist er nicht der oberste Fürst, sondern vielmehr derjenige, welcher sein Richter ist. Ist demnach ein Oberster Fürst, und kein Oberster Fürst, mit gleichem Respect, welches doch ein unerhörtes Ding, und wieder die Vernunfft selbst ist. Und also bewendet die Sach gäntzlich in diesem Unserm Fall; dann es sagen Unsere Wiedersacher, daß der Pfaltzgraf sey ein Richter des Kaysers, als eines Kaysers; So ist aber der Kayser, als ein Kayser, der oberste Fürst und das Haupt des H. Rom. Reichs --- So wird demnach der Kayser, durch eben diese Consequentz, kein Kayser seyen; dieweil aber solches aller Vernunfft zu wieder lauffen will, und doch nichts destoweniger die Calvinisten vorgeben, der Pfaltzgraf sey des Kaysers Richter; also sollen sie auch nothwendig sagen, daß derselbe Fürst, welcher sonsten in dem Reich der Kayser genennet wird, zwar den Nahmen habe, doch mit niederer Macht; der Pfaltzgraf aber nicht zwar den Nahmen eines Kaysers, doch den höchsten Gewalt, habe &c. Quam inepte vero hæc objiciantur, non solum pium *Theodosii & Valentiniani* Impp. effatum L. ult. C. *Theodos.* de *Appellat.* documento est, ubi: *Salva Majestatis nostræ reverentia Jus Nobis cum Privatis non dedignamur esse commune*; sed & ex natura consuetudinum, pactorum conventorum, Legum &c. judicandum, quibus notorie obtemperandum est, etiamsi singulare quid complectantur, & ab eo, quod alias observatur, recedant; arg. l. 29, C. de *Pactis*. Nam, ut *Ulpiani* verbis utar, lib. 39 *ad Edictum*, quæ L. 14 ff. de *Jurisdictione* leguntur, *est receptum, eoque jure utimur, ut, si quis major, vel æqualis, subjiciat se Jurisdictioni alterius: possit ei, & adversus eum, jus dici.* Unde manifestum est, non necessario requiri, Judicem semper esse Superiorem eo, qui judicatur. Nemo proinde *Hispaniæ Regum* Majestati unquam detrimentosum putavit, quod coram Regni Ordinibus, in *Conventibus*, ut vocant, *triennalibus*, responderint; teste *Garsia Mastrillo*, de *Magistratibus, eorumque Imperio & Jurisdictione*, lib. 3, Cap. 4, §. 12; Conf. *Reinkingius*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. 2, Cap. 2, §. 222, p. 78; *Nolden* de *Statu Nobilium Civili*, Cap. 8. §. 96, p. 142; *Thulemarius*, Cap. 18 *Octoviratus*, §. 26, p. 251; *Schwengsfeur*, cit. Diss. de *Singularibus juribus Sereniss. Comitum Palatinorum Rheni*, §. 22, p. 46. Nec *Galliæ Regibus*, quod a Parlamento Parisiensi sibi jus dici passi sint; vid. seq. lit. c. Nec *Magnæ Britanniæ Monarchis*, quorum lites cum Populo *mox a Curia majore, quæ ex Pontificibus & Patriciis conflatur, mox etiam ab eo Magistratu, quem ipsi Justitiam Magnam vocant, dirimi solent*, ceu *Bodinus*, lib. I de *Republ.* Cap. 8, §. 84, p. m. 132, loquitur; Conf. *Nolden* l. c. §. 98, p. 142; *Strauchius* Diss. Exot. 3, §. 8, p. 75; Dn. *Thulemar.* l. c. Nec, quod *Daniæ Reges* sententiam Senatus Regni subierint; testib. *Arnisæo*, de *Jur. Majestat.* lib. I, Cap. 6, §. 11; *Nolden* l. c. §. 99. p. 142; *Buxtorf*, ad A. B. Concl. 80, lit. b; *Strauchio*, l. c. *Schwengsfeur* l. c. Nec, quod *Bohemiæ Reges*, ratione *Silesiæ*, coram *Judicio Vratislaviensi*; & ratione Ducatus *Glogoviensis*, coram Paribus Curiæ, comparuerint. Vid. *Schrader*, de *Feudis*, Part. X, Sect. I, §. 53. pag. 25; *Nolden* l. c. §. 91 & 92, p. 142; *Goldastus*, de *Regno Bohemiæ*, lib. 4. Cap. 14, §. 3, p. m. 687 &c. *Limnæus* lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 43, p. 113; *Strauchius* l. c. *Henelius*, in *Silesiographia*, Cap. 8; Dn. *Schminckius* in Not. ad cit. locum *Goldasti*; & ratione ipsius Regni, coram Camerario, seu Burggravio, & Baronibus Regni, se sistere teneantur: quo aurea Constitutio *Caroli IV* spectat, a *Goldasto* l. c. §. 2, citata, ibi: *Licet humano jure Princeps Legibus sit solutus, & cunctos Populos sibi subjectos habeat judicare, & a nemine Ipse judicetur: quia tamen digna vox est Majestate Regnantis, alligatum se legibus Principem profiteri; quod etiam per Prædecessores nostros, Boëmiæ Reges Illustres, observatum fuisse comperimus: præsenti Constitutione decernimus, quod, si quis quandoque forte a Nobis, vel Successoribus nostris, Boëmiæ Regibus Illustribus, qui fuerint pro tempore, reputaverit se gravatum, vel causam ullam se velle dicat intentare Nobiscum: tunc Supremus Camerarius, & Barones, sive Kmethones, de causa vel gravaminis meritis diligenter & libere inquirentes, demum quicquid justum repererint, pronuncient vel decernant. Quorum pronunciationi & decreto stare & contentari Rex Ipse, sicut & subditus, vel querulans, de benignitate Regia teneatur &c.* Ne dicam Germaniæ Proceres, vigore *Austregarum*, coram Consiliariis suis conveniri; Vid. *Ordinat. Cameral.* Part. 2, Tit. 4. v. *zum Achten*; *Schrader* l. c. §. 54. p. 25, & *Consil.* 2. §. 9, Vol. I; *Nolden* l. c. §. 95, p. 142. *Pomeraniæ* Duces, resp. Civitatis *Stralsundensis*, comparuisse quondam coram Senatu *Stralsundensi*, docent *Joachimus a Beust*, in L. 31 ff. de *Jurejurando*, §. 194; *Schrader*, de *Feudis* l. c. *Nolden* l. c. §. 95. p. 142. Qua ratione igitur contra Majestatem Imperatoriam esto, quod Palatinus Ejus Judex nominetur?

(*b*) JUDICET &c. Urget hoc cit. Auctor *der Rechtfertigung*, apud *Lundorpium* l. c. pergens §. 4: *wenigers nicht wird auch eben dieses absonderlich bestättiget, mit dem Lehen-Rechten, welche biß anhero allezeit anderster nit gehalten worden; wie dan auch mit der Natur der Lehen selbst; sintemahl männiglich bekant, daß der Kayser ein Herr der Reichs-Lehen, und der Pfaltzgraff Seiner Vasallen einer seye, welcher auch seinen schuldigen Gehorsamb, mit gewöhnlicher Eydsleistung, bezeugen solle. Nun ist aber aller Vernunfft zu wieder, daß ein Vasall seines Herrn, und also der Unterer deß Ober-Herrn, Richter sey; sonderlich aber derjenige, welcher Treu und Gehorsamb geschworen, dessen welchem doch erst angedeute Treu und schuldiger Gehorsam geleistet werden solle &c.* Quam jejunum & hoc argumentum sit, judicia Parium Curiæ, quibus Feudorum Domini subjiciuntur, demonstrant; Vid. præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 13 & seqq.

(*c*) REX GALLIÆ &c. Ut omnem iniquitatis suspicionem a se depellant Gallorum Reges, Judiciis Regni se submittere Eos solere, tralatitium est. *Bodinus*, lib. I de *Republ.* Cap. 8, §. 104, p. 163, docet, An. 1266, *Ludovicum Sanctum* Iudicio Curiæ Parisiorum damnatum fuisse, ad solvendam, ex deliciarum hortis, Curioni decimam; & p. 164, annectit, in Actis ejusdem Curiæ, sententiam reperiri adversus *Carolum VII*, qua jussus fuerit Urbi Parisiorum proximæ sylvæ usu, constituto tamen pretio, cedere. Conf. *Claudius Sesellius*, de *Republ. Gall.* lib. I: *Chassanæus*, de *Gloria Mundi*, Part. V, Confiderat. 5, v. *Tertio, quoniam licet Papa &c. Bouchel*, au *Thresor du Droit Francois*, T. 3, p. 410; *Gothofredus*, ad Rubr. Tit. C. *Ne quis in sua causa*, lit. b. *Buxtorf* ad A. B. Cap. V, Conclus. 70, lit. b; *Reinkingius*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, class. 2, Cap. 2, §. 221, p. 78; *Nolden*, *de Statu Nobilium*, Cap. 8, §. 91, p. 142; *Mylerus* ad *Rumelinum in Auream Bullam*, Part. I, Diss. V, §. 1, p. 139; *Limnæus*, ad A. B. Cap. V, §. 3, Observat. I, p. 357, & lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 43, p. 113; & ad *Capitulationem Caroli V*, Prooem. voc. *Römischer König*, §. 62 &c. p. 63; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. I, Sect. 7, §. 17 &c. p. 13. *Strauchius*, Dissert. Exot. 3, §. 8, p. 75; Dn. *Thulemarius* l. c. Cap. 18, §. 26, p. 251; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publici*, Part. I, Cap. XVI, §. 1, v. 4, p. 194.

(*d*) ELECTOR SAXONIÆ &c. Vigore *der Churfürstlichen Sächsischen Ober-Hoff-Gerichts-Ordnung zu Leipzig*; Tit. *Wer vor das Ober-Hoff-Gericht &c.* Conf. *Nolden* l. c. §. 94, p. 142; *Limnæus*, lib. 3, *Jur. Publ.* Cap. 9, §. 43, p. 113; *Strauchius* l. c. addendo, reliquis quoque Saxoniæ Ducibus in supremo Provinciali Judicio (quod Jenæ est) Jus dici; quod & Dn. *Thulemarius* l. c. auctoritate *Ordinationis renovatæ Curiæ Provincialis*, Cap. 17, confirmat.

(*e*) DELIGUNT &c. Teste Diplomate *Friderici I* Imp. de An. 1156, in favorem Austriæ Principum edito, præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 9, lit. b, pag. 18, ubi, v. 6: *Etiam debet Dux Austriæ de nullis oppositionibus, vel objectis quibuscunque, nec coram Imperio, nec aliis quibuslibet, cuiquam respondere, nisi id propria sua & spontanea facere voluerit voluntate; sed, si voluerit, unum locare poterit de suis Vasallis, seu Homologiis*, (Homo-ligiis) *& coram illo, secundum terminos præfixos, parere potest, & debet, Justitiæ complemento &c.* Sic *Carolus V*, in confirmatione Privilegiorum eorundem Archiducum, de dato *Augspurg*, An. 1530, 8 Sept. apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.* Lib. 3, Cap 90, p. m. 633: *Der obgemelte Hertzog ist umb kein Sach schuldig vor dem Reich, oder deß Reichs Cammer, Hoff- oder andern Gerichten, wie die Nahmen haben, zu Recht zu stehen, Er wolle dann gerne; sondern Er mag einen Seiner Lehne-Mann setzen, vor demselben soll Er dem Rechten gehorsam, oder statt, thun &c.* Conf. *Cuspiniani Austria*, p. 37; *Münsteri Cosmographia*, lib 3, Cap. 406, p. m. 940; *Limnæus*, lib. V *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 31, p. 37; qui Diploma hoc *Wormatiæ* scriptum tradit, æque ac Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, 4 *Absatz*, §. 31, pag. 49 &c. addens An. 1522. *Joh. Palatius*, lib. I *Aquila inter lilia*, Cap. V, §. 16; Dn. *Thulemarius* l. c.

(*f*) AD PARES CURIÆ &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 13 & seqq. Huc etiam faciunt Lib. I F. Tit. XXI, *De Feudo, sine culpa non amittendo*; Lib. 2, Tit. XXXIX, *de Alienatione paterni Feudi*, §. *si inter dominum &c.* & Tit. LV, de *Prohibita alienatione Feudi*, circa finem. Conf. Juris Feudalis Interpretes omnes; & *Limnæus*, l. c. lib. 3, Cap. 9, §. 43 & 44, p. 113.

(17) In quibus causis hoc Judicium obtineat? dubium est. Alii omnes causas, & Civiles & Criminales, (*a*) huc referunt; propter verba generalia: Super causis, pro quibus fuerit impetitus; *von Sachen wegen, darum Er angemuthet wird.* Alii hoc intelligunt de Causis Civilibus, (*b*) propter verba, quæ leguntur *in dem Schwaben-Spiegel*, lib. I, Cap. 23: *den Kœnig mag Niemand an den Leib gesprechen; Ihm werd das Reich verurtheilet mit der Fürsten Urtheil. Uber des Kœnigs Leib, und über Seine Ehre, mag niemand Urtheil gesprechen, dann die Fürsten; und*

und kriegt Er mit Jemand um Gut, oder um andere Ding, das des Reichs ist, da sollen über sprechen die Fürsten, und Grafen, die Freyen, und des Reichs Dienst-Mann. Limnæus dicto Cap. IX, §. 47. Ex quibus patet, Criminalia pertinere ad cognitionem omnium Principum; (c) Nos etiam quidem hunc textum A. B. accipimus tantum de Civilibus, sed tamen authoritas Speculi Saxonici (Suevici) de quo supra dictum est, non est tanti, ut credamus, Imperatorem in Criminalibus subjectum esse Judicio Principum; in his enim Judicem nullum habet; (d) quia non præsumitur Princeps, coërcitioni & censuræ Subditorum se submittere voluisse. Et hinc etiam fabulosum putamus illud, quod Glossa habet in Weichbild, Lib. I, Art. VIII, quod nimirum Rex condemnatus, & ab Imperio depositus, non gladio, sed aurea securi, super margine alicujus clypei, manu Palatini, percutiatur; (e) Vid. plura supra (f) ubi egimus de modis, quibus Imperator desinit esse Imperator.

NOTÆ.

(a) CIVILES ET CRIMINALES &c. Quænam causæ ad Judicium Palatini pertineant, nullibi expressum. *Criminales* quoque huc trahendas esse, putat *Marcus Wagener*, apud *Spangenbergum*, lib. X *Adelspiegel*, Cap. XVII, f. 305, B, inquiens: *wenn der Kayser wolte seiner Gewalt mißbrauchen, zu jemands unrechtmäßiger Unterdrückung, und wie ein Tyrann regieren, so liegen Ihm im Weg die Fürsten, neben den andern Ständen, darunter die Reichs-Stätte billich mit gerechnet werden; zuforderst die Churfürsten, welche gleich das Aug im H. Röm. Reich sind, die haben nicht allein Macht Ihm einzureden, mit Erinnerung des Eyds, den Ihr. Kayserl. Maj. dem Reich gethan, sondern auch, aus redlichen und genugsamen Ursachen, Ihn abzusetzen, ja, wenn die Verwürckung darnach wäre, als im Sachsen-Spiegel zu finden, soll der Pfaltzgrave bey Rhein Ihm das Haupt, mit einer Gulden Barten, über eines Schildes Rand, abhauen. Dann, wie die Historienschreiber gedencken, so haben die alten Teutschen Kayser Ihnen lassen eine güldene Axt, wie nach jetziger Zeit ein bloß Schwerdt, fürtragen, nach Gebrauch der alten Römischen Bürgermeister, davon mag die Verordnung entstanden seyn, wenn es ein Keyser so gröblich verwirckte, daß man Ihn dann eben mit der Barten, oder Axt, solte rechtfertigen; wie solches in dem Weichbild, von Wort zu Wort, im VIII Articul, weitläufftiger erzehlt, und verklärt wird &c.* Quibus ipse *Spangenbergius* l. c. addit: *Und stimmet hiemit, daß Dion Cassius vom Kayser Trajano schreibet, wie Er seinem Marschalck, dem Sura, als Er den zum Feld-Hauptman, oder Tribuno, gemacht, ein bloß Schwerdt in die Hand gegeben, und gesprochen: Dieses Schwerdt soltu wieder meine Feinde, mir zum Besten, führen, so lang ich recht und billig handle; wo ich aber wieder Gerechtigkeit handeln würde, so magstu dessen kühnlich wieder mich gebrauchen &c.* Non minus Illustris *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 21, lit. c, pag. 555, & Disp. de *Vicariis Imperii*, Concluf. 8; &, post eum, *Hyppolithus a Lapide*, Part. I, Cap. V, Sect. 3, *criminales* quoque *causas* huc pertinere opinantur, etiamsi Glossatoris *Weichbildi*, Serenissimo Electori Palatino carnificis munus, damnabili an deploranda potius temeritate; affingentis, delirationem assensu nullatenus excipiat. Fundamentum sententiæ hujus nititur generali dispositione A. B. quæ nullum causarum discrimen innuit, indistincte statuens, cit. Cap. V, §. 3, *quod Imperator, sive Rex Romanorum, super causis, pro quibus impetitus fuerit, coram Comite Palatino Rheni habeat respondere*; cui adhuc *Friderici III* Imp. responsum, An. 1443, Helvetiorum Legatis, confirmationem Privilegiorum suorum efflagitantibus, *Constantiæ*, per Brixinensem Episcopum, datum, apud *Gerhardum de Roo*, lib. V *Annalium Austriacorum*, p. m. 195, verbis præced. §. 13, lit. b, §. 5, occurrentibus, suffragari videtur, ibi: *Coram Præfecto Pretorii Rhenani, ubi omnes Imperatoris causæ controversæ decidi solent &c.* Enimvero, præsupponendos hic esse terminos habiles, rectius arbitrantur, qui Cæsarem, in criminalibus, vel nullum plane Judicem habere, vel non nisi coram Augustissimo Electorali Collegio integro, aut, tutius adhuc, solennibus in Comitiis universalibus conveniri posse, autumant. In Speculo Suevico, seu *Land- und Lehen-Recht*, Lib. I, Cap. 23, Tit. *wer über den Künig richtet, und Urtheil spricht*, apud *Goldastum*, T. I. *der Reichs-Satzungen*, p. 37, legimus: *dem Künig mag Nieman an den Leib gesprechen, Ihm werd das Rechen vertheilt mit der Fürsten Urtheil. Uber deß Künigs Leib, und über seine Ere, mag Nieman Urtheil gesprechen, wann die Fürsten &c.* Maximi sane momenti res est, criminaliter, contra omnium Judicem, agere. Si Status Imperii non nisi in Comitiis valide Beneficiorum incapaces declarari valent, quidni statuendum de sententia ferali, ipsi Imperatori, omnium Statuum

tuum Domino & Summo Capiti, irroganda? Vid. *Knipſchildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 33, §. 103, p. 567; *Rumelinus* ad A. B. Part. 1, Diſſ. V, §. 7, p. 145, ibique *Myle-rus*, in Additionibus; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. XIV, Sect. VI, §. 21 &c. p. 369; addens, ſi Cæſar coram Electorali Collegio conveniatur, Palatinum manere Judicem, ſalvo alias Moguntini Electoris directorio; *Gaſtelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. VIII, §. 25, p. 397, Ill. *Lyncker*, ad A. B. Cap. V, p. m. 49; Illuſtriſſ. Comes de *Wurmbrand*, Diſſ. de *Foro S. R. I. Principum*, Cap. I, §. IX & X, p. 16 &c. Ill. *Giovanni*, in *Germania Principe*, Lib. V, Cap. 4, §. 8, p. m. 87. Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. I, Cap. XVI, §. 2, v. 11 & ſeqq. p. 195. Tacentibus hic Imperii Legibus, judicium, de quæſtione tam ardua, potiori jure ſuſpendi, quam declarari, firmiſſime teneo, maxime, ubi *ultimum ſupplicium* involvit. Vid. *Limnæus Jur. Publ.* lib. 3, Cap. 9, §. 48, p. 114; Ill. Comes de *Wurmbrand*, l. c. §. IX, p. 17. In caſu *depoſitionis*, quid mihi videatur, præced. Lib. I, Tit. IX, §. 4. lit. a, pag. 915 & ſeqq. expoſui.

(*b*) DE CAUSIS CIVILIBUS &c. Ad ſolas civiles pecuniariasque cauſas, quibus Cæſar ex Contractu, aliove modo, ad inſtar privatorum, tenetur, Judicium Palatini reſtringunt: *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. 4, Cap. 5, §. 5. p. 368; *Knipſchildt* l. c. §. 102; *Gaſtelius* l. c. *Carpzovius* l. c. §. 23. *Vultejus* in L. I, §. 7. C. *Ubi Senatores vel Clariſſimi*; *Heringius*, de *Fidejuſſoribus*, C. 7. §. 291; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XVII, p. 546; *Limnæus* l. c. §. 47, p. 113 & 114; *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. 2, Diſcurſ. 20, §. 20, p. 232; *Irenicus* ad *Burgoldenſem*, p. 180; *Strauchius*, Diſſ. Exot. 3, §. 7, p. 74; Dn. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 4, §. 64, p. 183; Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. XVIII, §. 29, p. 252; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. ſpec. Sect. 2, Cap. V, §. 21, p. 797; Ill. Dn. *Lyncker* l. c. Ill. *Otto Henricus*, L. B. a *Friſen*, Diſſ. de *Jure Principis extra Territorium*, Præſide Ill. *Strykio*, 1676, Francofurti, habita, Cap. I, §. 46, pag. 15; Dn. *Giovanni* l. c. Dn. *Hornius*, *Juris Publici Prudent.* Cap. 34, §. 7, pag. 269; Dn. *Multzius* l. c. v. 11, p. 195, contra *Hippolytum a Lapide* diſputans, quod P. I. Cap. 5, Sect. 3, ſtatuerit, Palatinum quoque Cæſaris eſſe Judicem, ubi de Imperatore deponendo agatur; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. ſpec. Membr. 2, Diſcurſ. XVII, §. 6, p. 376; Dn. *Joh. Andreas Dobner*, Diſſ. de *Imperatore Romano-Germanico*, Præſide Dn. *Bechmanno*, An. 1670, XI Kal. Febr. Jenæ ventilata, §. 80; Dn. *Schwengsfeur*, cit. Diſſ. de *Singularibus Juribus Palatinorum Comitum Rheni* §. 23, p. 46; Alii. In contrarium, Cæſarem ex ſola cauſa publica, v. g. male geſti Imperii; & nunquam privata, coram Palatino conveniri poſſe, ſtatuit Dn. *Coccejus*, *Prudent. Juris Publici*, Cap. XVI, §. 14, p. 283.

(*c*) OMNIUM PRINCIPUM &c. Ob gravitatem cauſæ; utque civile bellum evitetur. Quid enim, ſi integrum Electorale Collegium, vel major Ejus pars, in cauſa hujusmodi, adverſus Imperatorem pronunciaret ſententiam, reliqui vero, una cum cæteris Imperii Statibus, eis reluctarentur? putasne talem ſententiam unquam in effectum iri deductum.

(*d*) NULLUM HABET &c. Præſertim, ubi de pœna corporis afflictiva ſermo eſt.

(*e*) PERCUTIATUR &c. Quod Gloſſatoris delirium merito ſana ratione præditi damnant.

(*f*) SUPRA &c. Lib. I, Tit. IX, §. 4.

(18) In allegato textu præterea fit mentio rerum civilium, quæ ſunt Imperii, & dicitur, quod in talibus rebus, ſeu cauſis, Principes judicare debeant. Unde quæritur ulterius: Quis in Cauſis Feudalibus (*a*) Judex eſſe debeat? Nos putamus, generalem Juris Feudalis deciſionem (*b*) & hic locum habere, quæ habetur 2 F. 55; quia in Jure Publico noſtro nullibi eſt correcta; Imo, per Conſtitutionem Imperatoris Friderici, quæ connexa eſt Sanctionibus Feudalibus, ſub Tit. Pacis Conſtantiæ compoſitæ, confirmata eſt.

NOTÆ.

(*a*) IN CAUSIS FEUDALIBUS &c. Speculum Suevicum, vulgo *Land- und Leben-Recht*, Lib. I, Cap. 23, Tit. *Wer über den Künig richtet &c.* apud *Goldaſtum*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. 37, §. 2, ait: *Und krieget Er* (Rex) *mit Jemand umb Gut, oder umb ander Ding, das des Reichs iſt, do ſollen über ſprechen die Fürſten, und Graffen, die Freyen, und des Reichs Dienſtman &c.* Quæ *Limnæus*, Lib. 3, J. P. Cap. IX, §. 47, p. 114; ut & in Commentario ad *Ottonis Jus Publicum*, Cap. XI, p. 371, (quamvis ex errore, Speculo Saxonico ea vindicet;) *Strauchius*, Diſſ. Exot. 3, §. 7, pag. 74; Dn. *Thulemarius*, *Octovirat* Cap. XVIII, §. 31, p. 254; Dn. Auctor noſter præced. §. 17, pluresque alii, recte de controverſiis feudalibus interpretantur, huc que pertinere exiſtimant. Conf. præced. Tit. 2, §. 60, lit. c, v. 13, *Lite inter Imperatorem &c.* pag. 319, & §. 62, lit. c, v. 5, pag.

pag. 336, ubi maxime *Sigismundi* Imp. testimonium, ad rhombum faciens, ponderandum.

(*b*) DECISIONEM &c. Vid. cit. præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 13. *Lite inter Imperatorem &c.*

(19) Ubi Palatinus hoc jus exercere debeat? propter textum Germanicum, qui diversus omnino est à Latino, obscurum est. Textus videri possunt supra; (*a*) Germanicus textus duplicem locum determinat, nimirum: *den Kayserlichen Hof; oder; wo der Kayser, oder der Ræmische Kœnig, gegenwærtig ist.* Ita etiam obscurum est, quid notet Curia Imperialis? an Aulam, seu Principis domum? an Comitia? eaque, vel Imperialia, vel Electoralia? Alii, per Imperialem Curiam, Comitia Imperialia (*b*) intelligunt; quia, per totam Auream Bullam, hoc sensu accipitur, Cap. 4, §. 4, Cap. 6, in princ. Cap. 12, §. 2, Cap. 21, in princip. Cap. 22, 24, 26, 27, 28. Nos Aulam Principis (*c*) intelligendam putamus; primo, quia hæc consuetudo, ad exemplum Carolingorum ut supra dictum est, continuata est apud Germanos. Jam autem antiqui Præfecti Palatio, seu Comites Palatini, in Palatio Regum hoc jus exercuerunt; secundo, quia sermo est de tali Curia, ubi Imperator vel præsens, vel absens esse potest. Jam autem nullibi hactenus observavimus, Imperatores olim Curiis Imperialibus, seu Comitiis, non adfuisse, aut per Commissarios, ut hodie, à Carolo usque V, in usu est, Comitiis præfuisse. Ergo, talis Curia non intelligitur, sed, sine dubio, Curia Principis, seu Aula Principis. In hac enim Imperatores & Reges mox præsentes mox absentes sunt, experientia teste. Nec obstat ratio dissentientium: non enim sequitur, in hoc Capite hoc vel istud vocabulum, hoc vel alio sensu accipitur; ergo etiam statim, in alio atque alio Capite, eodem sensu accipitur.

NOTÆ.

(*a*) SUPRA &c. præced. §. 14.

(*b*) COMITIA IMPERIALIA &c. Ita sentium *Limnæus*, Lib. 3, *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 77 &c. pag. 119; *Hippolyt. à Lapide*, de *Ratione Status*, P. I, Cap. 5. Sect. 3; *Strauchius*, Diss. Exot. 3. §. 8, pag. 74 & 75; Dn. *Thulemarius*, Cap. XVIII *Octovirat.* §. 24, pag. 250; Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 14, pag. 283;

(*c*) AULAM PRINCIPIS &c. Per *Imperialem Curiam*, intelligendam esse *Residentiam Cæsaris*, seu ordinariam Ejus sedem, cum fervore etiam, propugnavit *Fabius*, contra *Camerarium* disputans, An. 1624, apud *Lundorpium*, Tom. 3 *Act. Publ.* lib. VII, Cap. VI, pag. 315, verb. *Und dieweil du je so genau auff die Gülden Bullen Achtung giebst, und dir der Rechts-Proceß gefällig ist, warumb bist du dann so unbesonnen geweßt, da doch du, und dein Fürst*, (Elector Palatinus) *vermög der Bullen, mit einem solchen Rechtlichen Gewalt, auch wieder die Kayserl. Maj. auffbaümetet, daß Ihr des Rechtens, und Gewöhnlichen Brauchs, so gar vergessen, und Euch eures vorbehaltenen Rechtens nicht gebraucht habt, wider das Kayserliche Mandat, wie man Euch, als Ubelthäter der Verletzten Majestät, für das Kayserliche Gericht citirt, und erfordert hat? Warumb seyd Ihr nicht nacher Wien gezogen, und habt, du, und dein Herr, an dem Keyserlichen Hoff, bey dem ordentlichen Gericht, Ihr Keyserl. Maj. mit Recht fürgenommen &c.* Nec aliter, *Christianus Gottlieb de Friedberg, in dem Neuen Calvinischen Modell des H. Röm. Reichs*, apud eundem, l. c. Cap. XII, pag. 698. *Es giebt diese Satzung* (Aurea Bulla) *dem Pfaltzgraffen am Kayserlichen Hoff kein Gerechtigkeit nicht, sondern verbiet Ihm, ausser des Kayserlichen Hoffs, den Gebrauch solcher Gerechtigkeit, wann Er sie anders hat; welches die Bulle weder zugiebt, noch abspricht. Die Ursach aber, warumb dem Pfaltgraffen, wieder den Kayser Klagen anzunehmen, außer des Kayserlichen Hoffs, verbotten wird, ist diese: wann man den Kayser anderswo, als an Seinem Hoff, verklagen könte, so hätte es das Ansehen, als wann der Kayser nit das Oberste Haupt, sondern einem andern unterworffen wäre; welches dan zu grosser Verkleinerung der Kayserlichen und des Romischen Reichs Hoheit gereichen würde. Wan man aber an Seinem eigenem Hoff, wieder Ihn, vor den Pfaltzgraffen, klagt, wird die Kayserliche Maj. nicht so augenscheinlich dadurch verkleinert; weil es das Ansehen noch hat, daß der Kayser, aus freyem Willen, Sich seines Dieners und Hoffrichters Erkäntnüß unterwerffe, &, à Se male informato, ad eundem se melius informandum appelliren lasse. dan sonst, wan solch Recht zu diesem Ende dem Pfaltzgraffen wäre gegeben worden, damit, wie die Correspondirende* (Principes, *in dem Bedencken: Ob der Churfürst von der Pfaltz*, in Causis

Causis gravatoriis, *des Kaysers Richter seyn könne?*) *und das Würtenbergische Hochzeit-Buch, Vorgeben, Niemand im Reich*, propter denegatam Justitiam, *sich zu beschwären, oder, wieder den Kayser, Rechtloß gelassen werde; wäre, in so viel hundert Jahren, allen denen, so über den Kayser zu klagen gehabt, viel zu kurtz geschehen, und sie gantz Rechtloß gelassen worden; sintemahl so wenig nach, als vor, auffgerichter Güldenen Bull, solch Recht vom Pfaltzgraff geübet worden. Es müßte auch der Pfaltzgraff an den Kayserlichen Hoff nicht gebunden seyn, wann denen, die sich über den Kayser zu beschwären, von Ihm soll geholffen werden; dieweil es sein Seckel nicht leyden will, daß Er dem Kayserlichen Hoff nachziehe, und alda, im Appellations-Rath, des Præsidenten Ampt vertrette.* Pro speciali Cæsaris Aula, loquuntur, insuper *Daniel Otto, Jur. Publ.* Cap. XVI, pag. 546; Ill. Baro de *Lyncker*, ad A. B. Cap. V, pag. 49. Rationibus tamen utriusque partis bene consideratis, rectius vel mihi sententire videntur, qui, mediam incedentes viam, vocabulum *Curiæ Imperialis* ita interpretantur, ut tam de *Aula Cæsarea*, quam de *Comitiis* intelligatur, modo Cæsar præsens sit. Si enim *sola Comitia* indigitarentur, sequeretur, quod Judicium hoc institui non posset, tempore quo *Comitia* non haberentur; si *sola Aula*, consequentia erit, illud, versa vice, institui non posse, Cæsare Comitiis præsidente. Arbitror itaque, Palatinum exercere teneri hoc judicium in *Comitiis*, si quæ celebrentur; & casu quo nulla sint convocata, in *Aula Cæsarea*, ubicunque locorum illa sit; nam ubi Cæsar, ibi Aula. Ita accipio, quæ *Spangenberger*, lib. X des *Adelspiegels*, Cap. 7. fol. 293. tradit: *wenn auch ein Kayser zu besprechen wäre, muß Er, laut der Güldenen Bulla, für dem Pfaltzgrafen Churfürsten, als des Reichs Trüchsessen, Rede und Antwort geben, doch daß der Pfaltzgraf, als Richter, den Kayser nirgend dann auf einem Reichs-Tag, oder, da der Kayser seinen Kayserlichen Hoff hält, fürnehme &c.* Conf. *Schützius*, Vol I *Jur. Publ.* Exercit VII, §. 21, lit. g, pag. 557, ibique *Scharschmidius* in Notis. pag. 560; *Rumelinus* ad A B. Part. I, dissert. V, §. XV, pag. 160; *Limnæus* ad A. B. Cap. 5. §. 3, *Observat* 19, pag. 369 & 370: *Hornius, Prudent. Juris Publ.* Cap. 34, §. 8, pag 270; Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 22, pag 798; Dn *Multzius, Corp. Juris Publ.* Part I, Cap XVI, §. 3, pag. 196 & 197; Cap. XVII, §. 6, p. 201; Dn *Schwengsfeur*, de *Singularibus Juribus & prærogativis Comitum Palatinorum Rheni*, §. 24, pag. 47.

(20) Hoc Judicium quidam hodie in abusum abiisse putant, quia ultra Seculum (*a*) nullus actus dari potest, per quem fuerit continuatum. Sed male; quia forte casus non emersit toto isto tempore, & in nulla causa Civili e. g. in contractu, cum Imperii Statu, vel Privato, celebrato, aliquem læsit; & vero privilegium non amittitur non-usu, si nunquam (*b*) fuit utendi occasio. Gaillius Lib. 2 Observat. 60; Strauchius, Dissert. Exoter. 3, §. 6, 7, 8. Fridericus Austriacus (*c*) Imperator hoc Palatini Privilegium agnovit, dum Privilegia Helvetiorum rata habere noluit, & causam aut Arbitris decidendam, aut, si mallent coram Præfecto Prætorii Rhenani, ubi omnes Imperatoris causæ (*d*) controversæ decidi soleant, tractandam dixit; Gerhard. de Roo, lib. V Histor. Austriac. p. 194. Rationes eorum, qui putant, hoc Judicium ideo non abiisse in desuetudinem, quod, ubi Privilegium habet actus reiterabiles, illud per non-usum non amittatur, quoad actus futuros: & quod actus meræ facultatis, qualis hic actus est, nullo tempore præscribantur, tanquam infirmas, imo falsas, in hoc casu, omittimus.

NOTÆ.

(*a*) ULTRA SECULUM &c. Vid. verba *Friedbergii*, in *dem Neuen Calvinischen Modell des H. R. Reichs*; præced. §. 19, lit. c.

(*b*) SI NUNQUAM &c. Vid. præced. §. 14, lit. b, v. 7. in fine, pag. 887.

(*c*) FRIDERICUS AUSTRIACUS &c. Vulgo *Tertius*. Vid. præced. §. 14, lit. b, v. 5, pag. 884.

(*d*) IMPERATORIS CAUSÆ &c. Subintellige (1) *Civiles & pecuniariæ*; vid. præced. §. 17, lit. b. (2) Causæ, in quibus Cæsar reus est. Si enim Ipsemet agit, nullus Judicio Palatini locus datur; *Fabius*, contra *Camerarium*, apud *Lundorpium*, Tom. 3 *Act. Publ.* lib. VII, Cap. 6, pag. 315, ad An. 1624 ait. *So sey dem nun also, daß der Kayser auch seinen Richter habe, wann Er einem zuvor ein Unbild, oder Schaden, zufügt. Im Fall aber Sein Majestät, unbilliger weiß, angetastet wird, so hat Er keinen andern Richter, von welchem Er das Urtheil erwarten müsse, daß man Ihme unrecht thue; Er ist selber dessen Richter, welcher Ihn beleydiget, er sey dar-*

(b) DIVISA SUNT &c. Indivisibiles esse Electoratus, præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a, p. 659. monitum. de *Saxonico*, inquit *Æneas Sylvius*, de *Statu Europæ*, *sub Friderico III*, Cap. 24, apud *Freherum*, T. 2 *Scriptorum Rer. German.* p. 70. *Jus eligendi Romanorum Imperatorem Saxoniæ Ducibus, ex parvo quodam Principatu, competere asserunt, inter Misniam Slesiamque jacente, cujus Caput Oppidum est Wittenberg &c.* Quid, sub titulo *parvi* hujus *Principatus*, intelligendum veniat, ex primis Investiturarum literis *Sigismundi* Imp. de An. 1425, die *S. Petri ad Vincula*, *Budæ*, in Hungaria, *Friderico* Bellicoso, Misniæ Marchioni, datis, apud *Hortlederum*, T. I *Von Ursachen des Teutschen Kriegs*, lib. 4, Cap. IX, §. 107, pag. 1125; *Gastelium*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. IX, §. 86, pag. 411, aliosque, quorum præced. Lib. I, Tit. V, in *Vita Sigismundi*, pag. 695, memini, discendum est, ubi: *Und Ihm also, im Nahmen der H. Dreyfaltigkeit, das vorgenante Churfürstenthumb und Hertzogthumb zu Sachsen, mit sampt der Chur, und Ertz-Marschalck-Ampt, darzu gehörende, und auch sonst, mit der Pfaltz-Hauß- und Statt-Altstette; und der Graffschafft zu Brene; der Burggraffschafft und Grafen-Gedinge zu Magdeburg und Hall ---- gnädiglich, ---- verlieben &c.* Oppida ad Electoratum spectantia recenset Ipsemet Elector, *Johannes Fridericus*, in Ordinatione: *Was für ein Anzahl Studenten, von der Pfarrer- und Prädicanten- auch deren von der Ritterschafft- und Bürger der Stätte Kindern, Seiner Churfl. Gn. Lande, zu Wittenberg, in der Hohen Schuhl, von dem Einkommen der Drey Stifft-Kirchen, nemblich: Altenburg, Gotha und Eisenach, unterhalten werden sollen &c.* De Dato *Torgaw, am Tag Bartholomæi*, An. 1545, apud *Hortlederum* l. c. Lib. V, Cap. 22, §. 5, pag. 1368, verb. *Unser Chur-Statt Wittenbergk, soll haben Vier Stipendia: und die andern Stätte in gemelter Chur, als: Beltzick, Brück, Nimieck, Brettin, Jessen, Hertzbergk, Liebenwerda, Bitterfeldt, Kembergk, Schmidbergk, und Schwenitz, ein Jede ein Stipendium &c.* Quibus tamen *Hortlederus* l. c. lit. a, in Notis, pag. 1369, addit: *Zana, Græfenheinichen, Brena, Gommern, Seida, Luchaw, Schœnewald, Schlieben, Ubigaw & Warnburgk*, tanquam Oppida, ad easdem Electoratus partes pertinentia. Cernimus hinc: *Landgraviatum Thuringiæ, Marchionatum Misniæ, Marchionatum Lusatiæ, Vogtlandiam*, Districtum *Coburgicum*, & Comitatum Principalem *Hennebergicum*, cum *Electoratu* nequaquam esse confundendos; quas resp. Terras laudatus Elector, in dicta *Ordinatione*, Ipsemet à se invicem segregat, scribens l. c. pag. 1368: *Daß Unser Chur zu Sachsen, drey vom Adel, vier Priester- und zehen Bürgers-Kinder; Unser Fürstenthumb Thüringen, fünff vom Adel, vier Priester- und zwölff Bürgers-Kinder; Unser Marggraffthumb Meissen, fünff vom Adel, vier Priester- und eilff Bürgers-Kinder; und Unser Voitland, drey vom Adel, drey Priester- und sechs Bürgers-Kinder, angeben, und zu solchen Stipendien, biß zu vorberührter gäntzlicher Verledigung, erwehlen sollen und mögen &c.* His autem non obstantibus, *Alstadium*, per Transactionem Numburgensem, de An. 1554, 24 Febr. ad Ducalem Domum, ab Electorali devolutum, pro parte Duci *Altenburgico*, & pro parte *Isenacensi*, postea obtigit. Vid. *Hortleder* l. c. pag. 1369, in Notis; *Gastelius* l. c. §. 87, p. 411, & Cap. XVII, pag. 563 &c. ubi integra Transactio *Numburgica*; *Limnæus*, Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 10, §. 13, p. 134; Dn. *Müller*, in *Annal. Saxon.* ad An. 1554, p. 122. Sed & Comitatus *Brenensis* valde noscitur turbatus, paretque hodie, cum Præfecturis *Bitterfeldensium* & *Soraborum*, (Zörbig) Administratori *Merseburgico*; Vid. Testamentum *Johannis Georgii I.* Electoris de An. 1652, præced. Tit. VIII, §. 19, lit. a; *Gastelius* l. c. §. 87 & 88, p. 411; Illust. Auctor *des Europæischen Heroldts*, Tom. I, p. m. 244. *Sprengerus* in *Lucerna*, Cap. V, p. m. 259, male legit *Ritterfeld*, pro *Bitterfeld*; Conf. Dn. *ImHoff*, *Notit. Procerum Imperii*, lib. 2, Cap. VII, §. 26, p. m. 43. De divisionibus totius Territorii Saxonici, tam *Veteri*, qua in quatuor Circulos principales dispertitum fuit: (1) *Saxonicum*, (2) *Thuringicum*, (subdivisum in Tractus: *Orlanum*; *Salanum*, vulgo Sahlgrundt; *Vinariensem* atque *Gothanum* & *Werranum*; (3) *Misnicum*, (in *Voigtlandicum* & *Torgensem* subdistinctum (4) & *Franconicum*; quam *recentiori*, qua sex Circulis absolvitur, scil. (1) *Saxonico*, (2) *Thuringico*, (3) *Misnico* (4) *Lipsico*, (5) *Montano*, seu *dem Ertz-Gebürgischen Craiß*, & (6) *Vogtlandico*; Vid. *Limnæus*, l. c. §. 15, & 16, p. 134 & 135; *Gastelius* l. c. §. 103, p. 415 &c.

(33) Elector Saxoniæ (a) est Imperii Archi-Mareschallus, (b) A. B. Cap. V, §. 2, in quo munere habet Subofficiarium *(Erb-Marschalck)* Comitem de Pappenheim, (c) ut supra dictum est; aut, eo absente, Mareschallum Curiæ; A. B. Cap. XXVII, §. 3.

NOTÆ.

(a) ELECTOR SAXONIÆ &c. De Juribus hujus Electoris evolvi merentur: Dn. *Conradi Friderici Reinhardi* Dresdensis, Diss. de *Officiis Imperii Saxonicis*, Præside Consultiss. Dn. *Burcardo Gotthelffio Struvio*, 1 Oct. 1712, Jenæ, Eruditorum examini submissa, præsertim, Sect. 2, §. VI &c. pag. 115 &c. Sect. 3 §. V, p. 156 &c. Sect. 4 tot. p. 169 &c. & Sect. 5 tota, p. 178; Dn. *Gribnerus*, in *Opusculis Juris Publici*, An. 1722 vulgatis, Tom. 3, Sect. I, qua, ex instituto, *de Juribus Palatinatus Saxonici, Duci Electori propriis*, agit. *Rumelinus* in *Auream Bullam*, Part. 3, Diss. 5, §. 17, p. 863, ibique *Mylerus*, in Additionibus. *Nolden*, de *Statu Nobilium*, Cap. VIII, §. 103 &c. p. 143; *Irenicus* ad *Burgoldensem*, p. 182; *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. X, §. 19 &c. p. 135 &c. *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. IX, §. 106 &c. p. 416 &c. *Bæclerus*, *Notit. Imperii*, lib. VI, Cap. XI, pag. 151 &c. Dn. *Rhetius*, *Institut. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XII, p. 229 &c. Ill. *Schützius*, Exercit. VII Vol. I *Juris Publ.* §. 23, lit. L, pag. 566; §. 24; lit. d, pag. 573, & lit. e, pag. 574 &c. passimque alibi; Ill. Auctor *des Europæischen Heroldts*, Tom. I, 2 *Absatz*, 3 *Punct*, p. 249 &c. Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 8 & seqq. p. 786 &c. Dn. *Giovanni*, Lib. 4 *Germaniæ Principis*, Cap. 4, pag. 163 &c. Dn. *Hornius*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 32, §. 2 &c. pag. 249 &c. Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. XVI, p. 195 &c. Dn. *Nitzschius*, ad *Capitulationem Josephi*, Art. 3, Cap. V, §. 7, p. 220 &c. Dn. *Wagenseil* & Dn. *Welser*, in Commentatione de *Sacri Romani Imperii Summis Officialibus*, Cap. VIII, p. m. 49 &c. Dn. *ImHoff*, *Notit. Procerum Imperii*, Lib. 2, Cap. VII, §. 1, p. m. 37; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 3, Cap. X, §. 2, v. 44 &c. pag. 1033 & 1034; Dn. ab *Haugwitz*, Tr. de *Regni & Aulæ Mareschallis*, Cap. VI per tot. p. 217 &c. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publici*, Differt. XVII, §. 29 &c. p. m. 362 &c. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part spec. Membr. 2, §. 10, 11 & 12, pag. 222 &c. Dn. *Münchmayr*, Tom. I *Jur. Publ.* Cap. X, §. 6, pag. 221 &c. Dn. *Georgius Schultz*, *in der Anleitung zum Jure Publico*, Lib. 2, I *Abtheilung*, Cap. IX, p. 126 &c. Dn. *Zschackwitz*, *Einleitung zu dem Teutschen Jure Publico* Lib. 2, Cap. XII, Q. 10 ad 13, p. 330 ad 336; Dn. Auctor *des Reichs-Staats*, Part. 4, Tom. I, Cap. 7, §. 2 & seqq. p. 500 &c. Interpretes Juris Publici reliqui.

(b) ARCHI-MARESCHALLUS &c. Vid. præced. Lib. I, Tit. XIV, §. XI, lit. b, pag. 1095 &c.

(c) PAPPENHEIM &c. Vid. præced. Tit. XI, §. XI, lit. a, v. 3, p. 807, & v. 4, p. 811 sqq. ubi Jura Pappenheimii.

(34) Vi hujus officii, Ipsi competere dicitur, ut in campis, in adventu Imperatoris, vel Expeditione, omnibus Statibus præferatur, (a) Ordinesque instruat. (b) Propter hoc Jus, tempore Coronationis Caroli V, Controversia Ipsi intercessit, cum Duce Juliacensi; (c) qui, istis in locis, præequitare voluit; & cum res aliter componi non posset, Saxo concessit, ut Dux Juliacensis, jure salvi conductus, quod in istis locis Ipsi competit, cum suis copiis, è vestigio Civitatem, absque eo quod hospitia subintrarent, ante omnes pertransiret. vid. *Limnæus* ad Capitulationem Caroli V, Act. 30, p. 320.

NOTÆ.

(a) PRÆFERATUR &c. Eandem prærogativam sibi vindicant Electores, quoties Imperator solenni pompa Urbem quandam ingreditur; imo ii quoque, qui absentium vices sustinent; de quo *Sixtus Sommerus*, in Libello *de Officio Mareschalli Pappenheim*, cujus præced. Tit. XI, §. XI, lit. a, v. 4, pag. 816 memini, Tit. *von Einreitung und Station auf allen Kayserlichen Hof- und Reichstagen*; apud *Carpzovium*, de *Lege Regia*, Cap. X, Sect. VI, pag. 253; *Limnæum*, Tom. 2 Addit. *Jur. Publ.* ad Lib. 3, Cap. 7, p. 183; Dnn. *Wagenseil* l. c. §. 3, p. 50, & Dn. *Thulemarium* l. c. Cap. XXI, §. 27, p. 364: *In den Einreitungen und Einzügen eines Römischen Kaisers, oder Königs, auf die Kaiserliche oder Königliche Hof- oder Reichs-Täge, hat, von Alters, allewegen des Churfürsten von Sachsen Hofgesinde, oder Bottschafften,*

ten, mit dem Unter-Marschall, den Vorzug gehabt, unangesehen, daß die Fürsten, in derer Zirck und Provintz die Malstatt gelegen, je zu Zeiten gemeynet, Ihnen gebühre der Vorzug. Wie dann An. 1530, im Einreiten gen Augspurg zwischen Bayern und Sachsen des Vorzugs erhalten &c. Hinc *Wagenseil* & *Welser* l. c. *Cum Urbem aliquam, sive Coronationis, sive alterius negotii publici expediendi causa, intrare vult Imperator, nos den Einritt vocamus, si in Comitatu Ejus fuerit Archi-Mareschallus, aut alius hujus nomine, Is agmen ducit, & primus Urbem ingreditur; atque sic locum, qui Domino Territorii, aut saltem jus salvi conductus habenti, cæteroquin convenire debebat, sibi vindicat &c.*

(*b*) ORDINESQUE INSTRUAT &c. Vid. *Maurus* de *Coronatione Caroli V*, seq. lit. c, *Goldastus*, in *Rationali Constitutionum Imperialium*, p. 102; *Limnæus*, Tom. 4 Addit. *Jur. Publ.* ad lib. 3, Cap. X, §. 27. p. 363. Ill. *Rhetius* l. c. §. 13, p. 232; Dn. *Schweder* l. c. §. 9, p. 363; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 3, Cap. 10, §. 2, v. 45, p. 1033; Dn. *Nitzschius* l. c. §. 7, v. 23, p. 221; Dn. *Hornius* l. c. §. 4, p. 251 &c. Dn. *Reinhardus*, l. c. Sect. 2, §. 14, pag. 139, exemplis thesin illustrans; in primis hic consuli meretur Ill. *Auctor des Europäischen Heroldts*, T. I pag. 250, &c. Dn. ab *Haugwitz* l. c. Sect. I, §. 16, pag. 228 &c.

(*c*) JULIACENSI &c. Contigit hæc controversia An. 1520, 22 Oct. ubi *Carolus V* inaugurandus *Aquisgranum* pervenisset; quam Urbem *Johannes*, Juliacensis Dux, non solum sui Territorii esse causabatur, sed & ibidem jus conducendi specialiter sibi competere asseruerat, proinde Legatum Saxonicum, *Wolffgangum*, Principem Anhaltinum, præcedere voluit; Quo contra Jus Archimareschallatus urgente, vehemens orta disputatio; neutro alteri cedente, prorupit quidem Juliacensis, ante cæteros in Urbem se recipiens, ast Anhaltinus, ne de Jure Saxonum Electoris quicquam remittere videretur, illudque sartum servaret tectumque, ultra horæ quadrantem, morabatur Imperatorem, totumque comitatum, priusquam Eos introduceret, egregio in arena reperto sibi consulens remedio. Memor controversiæ hujus *Hartmannus Maurus*, in *Descriptione Coronationis Caroli V*, apud *Goldastum*, Part. 3 *Politicorum Imperialium*, p. m. 267, & *Schardium*, Tom. 2 *Scriptorum Rer. German.* p. 19, ait: *Nisi inepta altercatio, atque concertatio, inter Legatum Ducis Saxoniæ, Principem de Anhalt, & Ducem Juliacensem, uter Eorum praequitaret? incidisset, potuisset ornatissimus splendidissimusque Exercitus Regius, summa luce, die serenissima lucidissimaque, Civitatem ingredi - - - - Dux etenim Juliacensis, quia prope quadringentos Equites instructissimos in campis habebat, non tam aurata atque discolori veste, quam ferro atque ære, fulgentes, non sustinuit suos, inter Germanos Equites, nullis secundos, novissimo loco ordinari. Saxones vero ad antiquum morem, repertasque schedulas, quæ eis suffragabantur, provocantes, obfirmate urgebant, asserentes: se quidem permissuros, ut Juliacensis, cum viginti quatuor modo Equitibus, in fidei publicæ, eo loci, ex Jure Præfecturæ, dandæ, sive Salvi Conductus atque commeatus, signum, præcederent, quemadmodum retroactis temporibus omni ratione affirmabant factum, injuriosque esse Juliacenses, si ultra hoc pergerent; Principi eorum, Archimarscalco Imperii, (cui, Statibus in campis Imperii & Expeditione existentibus, competeret prærogativa præcedendi, Ordinesque instruendi,) contra irrefragabilem vetustissimumque morem, petita denegare. Nec potuit hæc pertinax plusculis verbis habita contentio, quæ rem interturbavit, diu sedari. Multa igitur desuper collocuti, hanc unam viam, ut materia tumultus subduceretur, tandem invenere, quod Dux Juliacensis, cum suis copiis, evestigio Civitatem, absque eo quod hospitia subintrarent, ante omnes pertransiret &c.* Conf. *Æmilius Chreggrene*, in Velitatione *de septem S. R. I. Officialibus*, n. 27; *Limnæus*, Tom. IV Addit. *Jur. Publ.* ad lib. 3, Cap. X, §. 27, p. 363; & ad *Capitulationem Caroli V*, Art. 30, voc. *Empfahen*, §. 4, p. 320; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 3, p. 50; Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. XVI, §. 16, p. 199, &c. Dn. *Becmannus*, *Histor. Anhalt.* Part. V, Lib. 2, Cap. 12, §. 4, ad An. 1520, p. m. 140 & 141; Dn. *Hornius* l. c. §. 4, p. 251; Dn. ab *Haugwitz*, l. c. §. 36, pag. 243 &c.

(35) Item, vi hujus officii, est Judex & Patronus Buccinatorum, (*a*) *der Trompeter*; ut patet ex confirmatione Ferdinandi II Imperatoris, (*b*) de dato *Regenspurg*, An. 1623, die 27 Febr. *über die dreyzehen* Puncten, *welcher sich die Feld-Trompeter, wegen der Lehr-Jungen, verglichen*; ubi ita, in fine: *Diese* Puncten *bestættiget Kayser* Ferdinand *der* II, *doch mit diesem Bedinge, daß solche* Confirmation *dem Chur-Fürsten zu Sachsen, und dessen Nachkommen, an dessen Recht und Gerechtigkeit, als der Feld-Trompeter hohen* Patron *und* Judici, *unpræjudicirlich und ohne Schaden sey.*

NOTÆ.

(*a*) PATRONUS BUCCINATORUM &c. De thesi vid. *Sprengeri Lucerna*, Cap. 2, p. 105; *Dietherr*, ad *Besoldi Thesaurum Practicum*, voc. *Music*, p. m. 657; *Layritz, Handlung der Welt Alter*, pag. 312, n. 6. Ill. Auctor *des Europaischen Heroldts*, T. I, p. 253; *Franckenberg, Schaubühne*, p. 184; Dn. *Multzius* l. c. v. 54, p. 1034; Dn. *Itter*, de *Feudis Imperii*, Cap. 3, §. 26, pag. 144; Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe*, Cap. 4, Lib. 3, §. 9, p. m. 171; Dn. *Thulemarius* l. c. §. 21, p. 202; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 9, p. 787; Dn. *Hornius* l. c. §. 6, p. 255; Dnn. *Wagenseil* & *Welser* l. c. §. 34, p. 82; Dn. *Crüger* de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. 4, §. 10, p. 223; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XVII, §. 35, p. 365; Dn. *Reinhardus*, cit. Diss. de *Officiis Imperii Saxonicis*, Sect. 2, §. XV, p. 140 & 141; Dn. Auctor *des Reichsstaats*, T. I. Part. 4, Cap. VII, §. 7, p. 504; Dn. *Zschackwitz* l. c. lib. 2, Cap. XII, Q. XI, p. 333 &c. Dn. *Johan. Fridericus Scheid*, Diss. Inaug. de *Jure in Musicos singulari*, *Rappolsteinensi Comitatui annexo*, An. 1719, 19 Maji, Argentorati defensa, Sect. 2, p. 24; &c. Alii. Arbitrantur nonnulli, Buccinatores modernos parum Serenissimi Electoris patrocinio indigere, utpote, sive foris bellicos Exercituum, sive domesticos Principum, spectemus, Dominis suis parentes, ad instar cæterorum servorum ac militum; ast Ill. Auctor *des Europaischen Herolds* l. c. pluribus ostendit, Buccinatores & Tympanistas totius Imperii, in rebus *artem* ipsorum vel *statum* respicientibus, coram Collegio, seu Societate, Sereniss. Saxonum Electoris auctoritate, *Dresdæ* constituta, vulgo *der Chur-Sächsischen Cammeradtschafft*, omni procul dubio, sive jam lis in Imperii Comitiis, sive in Expeditionibus bellicis, oriatur, adhuc hodie conveniendos esse; imo, & si casus in Aula Principis cujusdam contingat; (de quo aliquando dubitatum) in tantum, ut ne quidem Privilegia Statuum *de non evocandis subditis*, impediant, quo minus controversia ad dictam Societatem Dresdensem deferatur, sique ibi decidi nequeat, Judicio supremi Aulæ Electoralis Saxonicæ Mareschalli, *dem Churfürstl. Ober-Hoff-Marschall-Ampt*, terminanda relinquatur; addens: *Es haben, bey der Kayserl. Maj. die sämtliche jedesmahl anwesende Kayserliche Chur-und Fürstliche Hof- und Feld-Trompeter, auch Heerpaucker, die Puncten ihrer Ritterlichen Kunst übergeben, und von Kayserl. Maj. wie auch, An. 1657, von Chur-Sachsen, erneuren und bestättigen lassen, und sich allesamt, welche sie angenommen, darauf verbündlich gemacht, und das Erkändniß und Bescheide der Churfürstl. Sæchsischen Camerradtschafft gesuchet und angenommen, wie die Exempel von denen Chur- und Fürstlichen Höfen: Maintz, Trier, Cœlln, in Sachen* contra *die Kayserlichen, wegen der Lehr-Jahr; Bayern, Brandenburg, Sachsen, Lüneburg, Braunschweig, Würtzburg, Passau, Würtenberg, Lauenburg, Holstein, und andere Reichs-Ständte mehr, solches bewähren, und diese offentlich in Schrifften erkant: Es rühreten ihre Privilegia ursprünglich von Chur-Sachsens hochtragendem Reichs-Marschall-Ampte, als von ihrem Hohen Patron und Richter, her, daher gebührete der Chur-Sæchsischen Cameradtschafft, in Articuls-Sachen, billig der Vorzug, und schuldigste Respect; auch wære ihr Urtheil billich eine Richtschnur vorfallender Irrungen zu achten. Und wiederumb anderwerts schrieben die Chur-Cœllnischen Hof- und Feld-Trompeter: Sie hætten mit denen Chur-Maintzischen, Trierischen und Bayerischen communiciret, welche der Cameradtschafft zu Dresden ihre Meinungen immediate überschicken würden, und wolten sie bey Churfürstl. Durchl. zu Sachsen, als des H. R. Reichs ErtzMarschalln, dessen Jurisdiction diese Sache betræffe, dero auch alle und jede Trompeter im Ræmischen Reich, unterwürffig wæren, ferner anhalten &c.* Conf. Dn. *Horn* l. c. Dn. *Reinhardus* l. c.

(*b*) FERDINANDI II IMPERATORIS &c. Quam *Limnæus*, Tom. V, Addit. ad Lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 10, §. 27, p. 210, suppeditat. Extensionem ejusdem Privilegii, An. 1630, 24 Octob. Ratisbonæ, ab eodem Imperatore confirmati, sistit Dn. *Lunigius*, *Part. Generali des Reichs-Archivs*, p. 558 &c. Confirmatio *Ferdinandi III* Imp. Articulorum XXII, ab ipsis Buccinatoribus & Tympanistis Ratisbonæ, 14 Junii, An. 1653, conditorum, sub dato *Regenspurg*, 7 Julii an. eod. habetur apud *Fabrum*, Tom. 4 *der Staats-Cantzley*, Cap. XIII, Fascic. 3, §. 3, p. 848 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. pag. 561 &c. Notari inde merentur præcipue Art. (1) vi cujus, *Ein jeder ehrlicher Hof- und Feld-Trompeter, oder Heer-Paucker, der Söhne hat, neben seinem Sohn, noch einen Lehr-Jungen, zu gleicher Zeit, aufzudingen, und, nach den gewöhnlichen Lehr-Jahren, auch wieder frey zu sprechen, Macht haben solle;* Art. (2) *kein Trompeter, oder Heer-Paucker, einen Lehr-Jungen aufnehmen darf, es habe dan derselbe zuvor genugsame Nachricht und Beweiß seines Ehrlichen Herkom-*

kommens und Geburt, *beygebracht*; *überdem soll er auch nicht weniger als hundert Reichsthaler Lehr-Geld von selbigen nehmen*; *davon der Lehr-Junge, neben 2 oder 3 erbettenen Zeugen, alsbald vor dem Aufdingen, das halbe Lehr-und Kost-Geld, das übrige aber nach dem Freysprechen, zu erlegen, oder genugsame Burgschafft deswegen zu leisten, schuldig*, Art. (3) *Jeder Lehrherr seinen Lehr-Jungen zwey Jahr erhalten soll, und selbigen eher loß zu sprechen, ihm nicht erlaubt seyn*; Art. (4) *keiner einen Lehr-Jungen, der von seinen Lehr-Meister geloffen, bey 50 Thal. Straf, annehmen darf.* Art. (10) *soll keiner, bey Verliehrung der Kunst, mit den Gaucklern, Hanßtauben, Thürnern, oder bey den Glückshäfen &c. zu blasen, Macht haben &c.* Art. (11) *soll kein Ehrlichen Feld-Trompeter des Nachts, über die gewöhnliche Zeit, auf der Gassen und Creutzwegen, weder in offentlichen Bier- und Weinschencken, noch sonsten irgend, außgenommen bey Fürsten, Herren, Adel- und andern qualificirten Persohnen, sich hören oder gebrauchen lassen &c.* Art. (13) *soll keiner, der in beyden Künsten erfahren, zu gleicher Zeit, keinen Jungen in beyden Künsten informiren, sondern nur in einer &c.* Art. (17) *wer den andern mit ehrenrührigen Worten angreifft, die er nicht probiren kan, soll das erste mahl, 10 Thal. das andere, 20 Thal. und das dritte, 30 Thal. Straf geben*; *das vierte mahl aber, der Kunst gantz beraubet sein &c.* Art. (18) *wan die der Cammerathschafft Zusammenkunfft hält, soll ein Jeder, auf erfordern, bey Straf eines Thalers, an bestimten Ort und Stunde, erscheinen, und sich nichts, als Gottes Gewalt, Herrendienste, oder andere dergleichen erhebliche Ursachen, daven abhalten lassen.* Art. (21) *soll alle halb Jahr, als umb Ostern, und auf Michaëlis, eine Zusammenkunfft gehalten werden, worauf alle Händel und Irrungen zu entscheiden &c.* Hæc omnia An. 1657, denuo fuisse confirmata, ex dictis præced. lit. a, manifestum est.

(36) In Comitiis ac processionibus Imperialibus, Gladium Imperialem, seu Regalem, evaginatum strictumque, Imperatori præfert, (*a*) in peculiaris Majestatis symbolum, (*b*) Aur. Bull. Cap. XXII. & XXVI, §. 3. Hinc, præter alia, in insigniis habet Gladios duos, (*c*) decussatim compositos.

NOTÆ.

(*a*) PRÆFERT &c. Non semper id usu venisse, documento est *Magnus*, Danorum Rex, qui *Lothario*, Imperatori, ad Ecclesiam procedenti, corona etiam ornatus Gladium *Halberstadii* prætulisse legitur. Vid. *Chronographus Saxo*, ad An. 1134, p. m. 290; *Otto Frisingensis*, lib. VII *Chron.* Cap. XIX, p. m. 149; aliique, præc. Lib. I, Tit. V, in vita *Lotharii*, ad An. 1134, p. 565, nominati. De *Bolislao* Polono, Cæsare laudato, An. 1135, Festum Assumptionis B. Mariæ *Merseburgi* celebrante, idem constat ex *Chronico Montis Sereni*, h. a. verbis præced. Lib. I Tit. 2, §. 10, lit. D, ad An. 1135, p. 122, occurrentibus. Memor Curiæ *Moguntinensis*, *Philippi* Imperatoris An. 1198, *Arnoldus Lubecensis*, lib. VI *Chron. Slavor.* Cap. 2, §. 2, p. m. 451, ait: *Bojemo* (Primislao Ottocaro) *etiam major dignitas accessit, ut, cum antea Ducatum teneret, titulo Regio a Philippo sublimatus, ibi & Ipse procederet coronatus, & Gladii Regii bajulus &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1198, p. 148. *Caroli IV* temporibus vero gavisos esse prærogativa hac Saxoniæ Regulos, ex *Aurea Bulla*, Cap. XXII, discimus, ubi: *In celebratione Imperialis Curiæ ---- Dux Saxoniæ Imperialem, vel Regalem, ensem deferens, Imperatorem, seu Regem, immediate præcedat &c.* quod Cap. XXVI §. 3, repetitur. Existimasse tamen *Wenceslaum*, Lucemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ &c. Ducem, Cæsaris fratrem, sibi, *qua Brabantiæ Duci, Sacrique Romani Imperii Marchioni*, hac ratione fieri injuriam, testatur laudati Cæsaris declaratio, qua, sub dato *Metis*, An. 1357, Non. Januar. pronunciavit, Saxonicam Ensis prælationem Brabantino nullatenus fore fraudi, eo quod nondum de Feudis suis esset investitus. Suppeditat ejus formulam Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 13, p. 185, inde huc faciunt: *Cum, in solenni Curia nostra Imperiali, quam, in Civitate Metensi, sacratissimo die Nativitatis Dominicæ, cum universis Principibus ---- in multitudine numerosa, celebravimus, inter Illustres Rudolphum, Ducem Saxoniæ, S. R. I. Archi-Marschallum, Avunculum nostrum, ex una, & Wenceslaum, Lucemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Ducem, Sacrique Imperii Marchionem, Fratrem nostrum, ex altera parte, suborta fuisset materia quæstionis, uter videlicet Eorum Ensem nostrum Imperialem, in prædicta, & aliis solemnibus Curiis Imperialibus, ante faciem Majestatis Cæsareæ, præcedendo gestare, seu, Imperatore, vel Rege Romano, in mensa, vel pro Tribunali, sedente, coram Eo tenere, deberet? Utroque Ipsorum hoc sibi competere contendente: Nos --- habito cum Electoribus, & aliis Principibus ante dictis, super hoc, maturo consilio, considerantes, quod prædictus frater noster Ducatum Brabantiæ & Marchionatum prædictos, (quorum virtute, Ensem ipsum*

ad

ad gestandum, ut præmittitur, & tenendum, sibi dari petebat,) a nostra celsitudine nondum suscepit in Feudum, nec de Feudis Ducatus & Marchionatus eorundem per Nos extitit investitus; declaravimus, &, tenore præsentium, auctoritate declaramus expresse, eidem Fratri, Lucemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Duci, & Marchioni Imperii, in Juribus, Privilegiis, sibi & dictis Ducatui & Marchionatui, præsertim circa portationem & tentionem Ensis Imperialis, competentibus, nullum per hoc præjudicium generari, vel inposterum illud sibi posse vel debere quovis modo nocere, quod præfatus Dux Saxoniæ, in hac Curia nostra, Ensem ipsum ante faciem nostram gestavit, & etiam, circa mensam Imperialem, tenuit coram Nobis &c. Recruduit controversia An. 1376, tempore coronationis *Wenceslai* Romanorum Regis; de qua ita *Emundus de Dyuter*, in *Magno Chronico Belgico*, apud *Pistorium*, p. m. 326; *Cujus coronationis tempore* (An. 1376, 6 Julii, Aquisgrani peractæ, vel Ipsomet teste, in Diplomate, sub dato Aquisgrani, An. 1376, *in Octava Beatorum Petri & Pauli*, in favorem *Ruperti Senioris* C. P. R. quoad jus *primariarum precum*, in Diœcesibus Spirensi & Wormatiensi, Ei indultum, edito, apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Absatz*, §. XII, p. 12, verb. *Concedimus per præsentes, quod Tu omnes primarias preces, ratione nostræ Coronationis in Romanorum Regem, hodie, videlicet die sexta mensis Julii, Aquisgrani, divina favente clementia, solenniter susceptæ &c.) permaxima discordia, sive dissensio, inter Illustrem dominum Wenceslaum de Bohemia, Ducem Lucemburgensem, Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ, Fratrem dicti Domini Imperatoris,* (Caroli IV) *ex una, & Illustrem Ducem Saxoniæ,* (Wenceslaum) *ex altera parte, utroque, scil. Lucemburgensi, occasione Ducatus Lotharingiæ & Brabantiæ, sed Saxoniæ Duce, rationi officii sacri Marescallatus Imperii, arrogante sibi jus deferendi ensem Regalem, sive Imperialem, coram Rege, tam in sua coronatione, quam in aliis solemnibus actibus; & res eo devenit, ut uterque, pro sui Juris conservatione, & manutentione, ad arma se compararit. Quod Imperator percipiens, misit ad prædictos contendentes, Illustrem Wilhelmum, Ducem Juliacensem, ac Villicum Burgimagistrum & Rectoris Imperialis Sedis Urbis Aquensis, ad pacificandas partes prædictas, Jure cujuslibet semper salvo. Et interim, tumultu durante, Imperator sagax, tempore coronationis in Ecclesia, sive Capella Imperiali, B. Mariæ ibidem, ut moris est, celebratæ, Illustrem Sigismundum, Marchionem Brandenburgicum, filium suum secundo genitum, tunc Juvenem, & non nisi decem annos habentem, Ensem Imperialem ante se præferre jussit; ut a prædicto Dn. Sigismundo --- in sacro Generali Constantiensi Concilio, An. Dn. 1415, ex ore Ejus proprio, commemorari sæpe audivi &c.* Substitit ita res, ad Annum usque 1415, quo Cæsar *Sigismundus*, sub dato *Costentz, des Sontags Quasimodogeniti*, litem ita terminavit, ut Saxoniæ Electores, vigore Aureæ Bullæ, in perpetuum posthac, jure præferendi Imperatori Gladium fruerentur. Habetur Ejus Constitutio apud Ill. *Auctorem des Europäischen Heroldts*, T. I, p. 250, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, IV *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 2, p. 5 &c. ibi: *Wir Sigmund --- thun kundt offenbahr mit diesem Briefe --- als der Allerdurchlauchtigste Fürst und Herr, Hr. Carl, Römischer Kayser, Unser lieber Herr und Vatter, mit Kayserl. Gesetze und Rechte, mit Nahmen in der Güldenen Bull, gesetzet und geordnet hat, unter andern Stücken, daß ein Hertzog zu Sachsen, als des H. Reichs Ertz-Marschall, das Schwerdt vor einem Ræmischen Kœnig, oder Kayser, tragen und halten soll, als offt sich das gebühret; und als von derwegen, zwischen dem Hochgebohrnen etwan Wentzelauen, Hertzogen zu Sachsen, und dem von Brabandt, der in solcher Gerechtigkeit, vormahls zu Ache meinte zu entweldigen, ein groser Uflauf worden war, hielt der Hochgebohrne Rudolph, jetzund Hertzog zu Sachsen &c. an seines Vatters statt, des ebegenanten Unsers lieben Herrn und Vatters, Kayser Carls, Schwerdt, als König Wentzlau, Unser Lieber Bruder, gekrönet ward, Uns daselbst gegenwärtig; dasselbe Schwerdt Er auch allhie, zu Costentz, in der H. Christ-Messe, als ein Ertz-Marschall des H. Reichs, vor Uns gehalten, und auch, wan sich das gebührt, getragen, und, nach Unser Begehr, dasselbe Schwerdt Uns gegeben hat, dafür wir Ihme ein ander Schwerdt, mit Unserm, und des Reichs zu Ungarn, und andern Wapen und Schilden, gezieret, wieder gegeben haben; darumb so befestigen und bestetigen solche Gerechtigkeit, meynen, setzen und wollen Wir, daß dem ebegenannten Rudolph, und seinen Nachkommen, Hertzogen zu Sachsen, des H. Reichs Ertz-Marschalln, und niemand anders, solche Gerechtigkeit, das Schwerdt vor dem Kayser, oder Ræmischen Kœnig, zu tragen, soll gebühren, zu ewigen Zeiten, als Ihm das auch von Kayserlichem Gesetze und Recht gebühret &c.* Cernimus hinc simul, Principem quoque Electoralem Saxonicum *Aquisgrani* ensem Cæsari prætulisse. Id

interim

interim certissimum est, ab hoc tempore, nullam amplius Saxoniæ Electoribus, hoc titulo, litem fuisse motam; in quorum etiam Juris firmamentum, omnino Pacta conventa Augustissimi Electoralis Collegii, An. 1653, faciunt, præced. Tit. XI, §. XI, lit. b, v. 13, laudata; conf. *Auberti Miræi* Tom. I *Diplomat. Belgic.* c. 96, p. 222; *Schiffletius*, in *Commentar. Lothariensi*, Cap. 23, p. 98; *Balbinus*, in *Historia Bolislaviensi*, seu *Epitome Rerum Bohemicarum*, p. 380; *Sixtus Sommerus*, de *Officio Pappenheimii*, qua Vicarii Archimareschalli Imperii, Tit. *Vom Schwerdt vortragen*, apud *Carpzovium* de *Lege Regia*, Cap. X, Sect. VI, p. 250, verbis præced. Tit. XI, §. XI, lit. a, v. 4, §. 11, &c. pag. 816. occurrentibus; *Nolden*, de *Statu Nobilium*, Cap. VIII, §. 104, p. 143; *Zölner*, Discurs. de *Elect. Regis Romanorum*, Conclus. X, lit. D. *Limnæus*, ad *Auream Bullam*, Cap. XXII, Observat. 3, p. 501; & lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. X, §. 28, p. 137, & Tom. V Addit. ad lib. 3, Cap. X, §. 28, p. 209; *Mylerus*, ad *Rumelinum* in *Auream Bullam*, Part. 3, Dissert. I, θ. 4, p. 657; *Boeclerus*, *Notit. Imperii*, Lib. VI, Cap. XI, p. 152; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, θ. 24, lit. D, p. 573; *Becman*, de *dignitat. Illustr.* Dissert. V, Cap. I, §. 6, p. 481; Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. XII, §. 2, p. 230; Ill. Auctor *des Europäischen Heroldts*, T. I, p. 250 &c. Dn. *Multzius* l. c. P. 3, Cap. 10, §. 2, v. 47, p. 1033; Dn. *Schweder Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. V, §. 9, p. 787; Dn. *Thulemarius*, Cap. XVI, *Octoviratus*, §. 17 & seqq. pag. 200 &c. Dn. *Nitzschius*, ad *Capitulationem Josephi Imp.* Art. 3, Cap. V, §. 7, v. 23, p. 220; Dn. ab *Haugwitz*, cit. Tr. de *Regni & Aulæ Mareschallis*, Cap. VI, Sect. I, §. 92, p. 300 &c. Dn. *Wagenseil* & *Welser*, de *S. R. Imperii summis Officialibus*, Cap. VIII, §. 5 & 6, p. 51 &c. Dn. *ImHoff*, *Notit. Procerum Imp.* lib. 2, C. 7, §. 1, p. 37; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XVII, §. 29, p. 362; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. 4, §. 10, pag. 222; Dn. Auctor *des Reichs-Staats*, Tom. I, Part. 4, Cap. VII, §. 8, p. 504; Dn. *Reinhardus*, Diss. cit. de *Officiis Imperii Saxonicis*, Sect. 2, §. XI, p. 126 &c. Alii. Qualis Gladius præferatur? nova quæstio est. *Matenesius*, lib. 3 de *Coronat. Ferdinandi II*, p. 88, affirmat, intelligi hoc titulo Gladium *Caroli Magni*; ast Dnn. *Wagenseil* & *Welserus*, l. c. §. XI, p. 57 &c. probant, id vel propterea esse non posse, quod tam Gladius, quem *Norimbergenses* afferunt, quam alter, ab *Aquisgranensibus* allatus, una cum reliquis Clinodiis, in templum, ubi Coronatio peragitur, deferantur, priusquam Cæsar & Electores illud, pompa solenni, petant, certumque tamen sit, in festiva hac processione, Gladium aliquem Imperatori præferri; arbitrantes, non alium illum esse, quam eum, quem Cæsar in Principum Investituris, aliisque solemnibus, adhibere soleat. Quæ etiam ita se habent, priusquam templum ingrediantur; ast, ubi Cæsar coronatur & ungitur, ipsum gladium Caroli Magni, ut vocant, in Templo, a Saxone gestari, ex historia Coronationum liquet. Vid. præced. Tit. XI, §. XI, lit. b, v. 10, 12, 17 & 18.

(*b*) SYMBOLUM &c. Gladium, non solum in Majestatis signum, sed & administrandæ Justitiæ intuitu, præferri, docet *Gotfridus Viterbiensis*, Part. XIX *Chronicorum*, Tit. *Quid significat Gladius Regalis, vel Imperialis?* apud *Pistorium*, p. m. 531, verbis præced. Lib. I, Tit 8, §. 2, lit. i, pag. 878; extantibus. Eodem facit formula precationis, a Consecratore adhiberi solitæ, tempore Inaugurationis Cæsareæ; ibid. p. 879. Conf. Dnn. *Thulemarius* l. c. §. 17, p. 200; *Crüger* l. c.

(*c*) GLADIOS DUOS &c. Hinc illud *Albini*, in *Chronico Misnico*, Tit. XVI, p. 435; *der Chur-Sachsen Wapen ist ein Fahn, so oben schwartz, und unten weiß, darin zwey rothe Schwerdter überschrenckt; daher der alte Reim:*

Zwey Schwerd des Marschalln-Ampt bedeuten,
Die Wendischen Heyden außzureuten.

Conf. *Limnæus*, lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. X, §. 29, pag. 138; Dnn. *Thulemarius* l. c. §. 23, p. 203; *Crüger* l. c. *Giovanni*, *German. Princ.* lib. 3, Cap. 7, §. 4, lit. y, pag. 255.

(37) In Electione Imperatoris, quinto loco (*a*) votum suum profert. *Aur. Bull.* Cap. 4, §. 3.

NOTA.

(*a*) QUINTO LOCO &c. Vid. *Limnæus* ad A. B. Cap. 4, §. 3, Observat. VIII, p. 331; *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Dissert. 4, §. 7, p. 106; Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. 24, §. 81, p. 465; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* part. spec. Sect. 2, Cap. 5, §. 8, p. 786;

(38) Habet etiam Elector Saxoniæ jus particulare in exquirendis Votis, (*a*) in Conventibus nonnullis. In Conventu Ratisbonensi Electorum & quorundam Principum, de Anno 1623, postquam Moguntinus primo compellavit Trevirensem; deinde, Coloniensem, & sic deinceps, usque ad Saxonem, inclusive; deinde, reddito voto Saxonico, Legatus

gatus Saxonicus interrogavit Legatos Brandenburgicos, aliosque ad consilium vocatos Principes, aut eorum Legatos; & omnium tandem sententiis exquisitis, Moguntinus suam, ultimo loco, addidit (*b*) sententiam, cum indicatione, quonam major pars tenderet. *Reinkingius* de Regimine Seculari & Ecclesiastico, lib. I, Class. 3, Cap. 5; *Limnæus*, Tom. IV, ad Lib. 3, c. 10, p. 363.

NOTÆ.

(*a*) VOTIS &c. Pertinet huc Transactio, inter *Albertum* Moguntinum & *Johannem* Saxoniæ, Electores, mediante *Ludovico*, Electore Palatino, An. 1529, Spiræ, *wegen der Umbfrage*, inita; quam praeced. Tit. X, §. 13, v. 8, pag. 732 exhibui. Conf. ibid. ad Procem. lit. d, pag. 700.

(*b*) ADDIDIT &c. Ex consuetudine *Moguntinum*, (interrogante, nomine totius Collegii Electoralis, Saxonum Electore,) ultimo loco votum suum adjicere, notat *Sprengerus*, in *Lucerna*, Cap. I, p. 25; Tempore Electionis *Caroli V*, An. 1519, omnes Electores in *Moguntini* votum inquisivisse, constat ex Protocollo istius Electionis, Tit. XXVI, apud *Goldastum*, Part. I *der Reichs-Händel*, pag. 41, verb. *Deßgleichen hat der Ertz-Bischoff zu Meintz die andern Churfürsten, auch die Böheimischen Bottschafft, jeglichen in seiner Ordnung, gefragt, ---- darnach haben alle Churfürsten, mit sampt der Bœheimischen Bottschafft, den Ertz-Bischoff zu Mentz gefragt, in wem Er sein* Votum *und Stimm dirigiren und geben wolle? darauf Meintz, wie die andern obbestimpt, geantwortet, und sein* Votum *und Stimm auch dem vielgenannten König Carln, Ertz-Hertzogen zu Oesterreich &c. geben hat &c.* nec non ex ipso Electionis Decreto, ibid. Tit. XXXI, p. 45 & 46, ibi: *Und wir Albrecht, Cardinal, als Ertz-Bischoff zu Meintz &c. der andere unserer Mit-Churfürsten und geschickten Bottschafften, Stimm und* Vota, *nach Ordnung und Gesetze darüber gemacht, von jedem sonderlich, gefragt und erforscht, und wir andere Churfürsten und geschickte Bottschafften samptlich, herwiederumb des ehegemelten Hrn. Albrechten Cardinals, als Ertz-Bischoffen zu Meintz, Stimm und Votum auch gefragt und geforschet.* Postea tamen placuit, solum *Saxonem* Votum Moguntini expetere debere; quo facit laudata Transactio Spirensis, An. 1529, ubi: *So aber die Churfürsten, ohne Beywesen eines Römischen Kaysers, oder Königs, mit oder ohne Ihre Räthe, auf des Reichs-Versammlungen bey einander in Ihrem Rath seind, so soll ein jeder Ertz-Bischoff zu Mayntz, Churfürst, der je zu Zeiten sein wird, oder, so Er nicht gegenwärtig wäre, seine Bottschafft, die Umfrage zu thun haben, also, daß derselbe Ertzbischoff selbst, oder dessen Bottschafft, die andere Churfürsten, und Ihre Bottschafften, und herwieder der Churfürst von Sachsen, oder desselben Bottschafft, einen Ertzbischoff zu Maintz, Churfürsten, oder seine Bottschafft, fragen soll &c.* Nec aliud in Comitiis obtinere, testantur quæ Auctor *des Außführlichen Berichts, wie es auf Reichs-Tägen pflegt gehalten zu werden*, Comitiorum, An. 1582, Augustæ Vindelicorum celebratorum memor, apud *Goldastum* l. c. Part. XXII, Cap. VI, *von Propositionen und Umbfragen im Rath*, p. 931, tradit: *Alßbald auf die* Proposition, *fragt der Churfürst zu Meintz, Trier, darnach Cölln, Pfaltz, Sachsen und Brandenburg, Ihres* Voti, *einen nach dem andern; letzlich fragt der Churfürst zu Sachsen, Meintz, der dann, durch seinen Cantzler, oder andern, den Sie es befohlen, sein* Votum *und Meinung, seiner Ordnung eröffnen läßt &c.* Eadem & apud *Lehmannum* Lib. VII *Chronici Spirensis*, Cap. 124, p. 1015, habentur, quamvis, pro: *der dan durch seinen Cantzler*; mendose ibi legatur: *deren jeder läßt durch seinen Cantzler &c.* In eandem sententiam scribit Auctor *der Grundveste des H. R. Reichs* (Rudolphus Heiden, Consiliarius Saxo-Vinariensis) Part. 2, Cap. 4, p. m. 86: *Im votiren, wird die in der Güldenen Bull, Art. 4, §. 3, vorgeschriebene Ordnung, jedoch mit Außnahm des Königs in Böheim, gehalten; von Chur-Trier, auf beschehene Chur-Maintzische Anfrag, jedesmahl der Anfang gemacht; und, nachdem die* Vota *herumbgangen, von Chur-Maintz, so durch Chur-Sachsen gleichfalls umb seine Meinung, im Nahmen der andern, gefragt wird, beschlossen &c.* Ut & Auctor discursus *vom Gegenwärtigem Reichstag zu Regenspurg*, de An. 1696, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. XIX, pag. 115 & 116; *Belangend nun die* Consultationes *selbst, so wird, in dem Churfürstlichen* Collegio, *folgende Ordnung gehalten: Chur-Maintz proponiret, als* Director, *die zur Ansag gebrachte Materi, und das* Objectum deliberandi, *und rufft, nach solcher* Proposition, *zum Votiren auf, (1) Chur-Trier, (2) Chur-Cölln, (3) Chur-Bayern, &c. (4) Chur-Sachsen, (5) Chur-Brandenburg, (6) Chur-Pfaltz.* (Notandum, ex quo Bohemiæ Rex jura Comitiorum plenissime recuperavit, Votum Ejus immediate post Coloniensem, adeoque loco tertio, expeti;) *Wann diese Sechs* (hodie octo, eo numeratis Bohemo & Brunsuicensi & Luneburgensi) *Chur-Fürsten also ordentlich*

ſich ihre Vota *ſchrifftlich, oder mündlich, abgelegt haben, ſo votiret erſt Chur-Maintz, und Wird darzu, von Chur-Sachſen, aufgeruffen. Nach welchem Er, der Chur-Mainziſche* Director, *das* Concluſum ſecundum Majora, *oder* Unanimia, *entweder mündlich außſpricht, oder zu Papier bringet, und offentlich verlieſet, damit ein oder anderer Hr. Geſandter, wo er es nöthig findet, dabey moniren könne &c.* Conf. *Albini Meiſſniſche Chronick*, Cap. XVI, p. m. 437; *Limnæus* ad A. B. Cap. 4, §. 3, Obſervat. X, p. 331; Dn. *Thulemarius* l. c. Cap. 24, §. 81, p. 465; Dn. *Schweder* l. c. Part. ſpec. Sect. I, Cap. 2, §. 19, p. 230; Dn. *Nitzſchius*, ad *Capitul. Joſephi*, Art. 3, Cap. V, §. 22, p. 220; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 3, Cap. X, §. 2, v. 53, p. 1034.

(39) In ſolennibus Curiis, (*a*) poſitum ante ædificium ſeſſionis Imperialis, vel Regalis, acervum avenæ (*b*) poſtquam equo inſidens menſuram avena replevit, populo diripiendum relinquit, de quo ſupra; (*c*)

NOTÆ.

(*a*) CURIIS &c. Id ſolummodo fit tempore Inaugurationum.

(*b*) ACERVUM AVENÆ &c. Quem Saxonum Elector propriis ſumptibus accumulari curat. Conf. præced. Tit. XI, §. XI, lit. a, v. 4, §. 21 & 22, & lit. b, v. 2, 8, 10, 12, 15, 17 & 18; nec non præced. Lib. I, Tit. 8, §. 3, lit. b, pag. 897.

(*c*) SUPRA &c. cit. Lib. I, Tit. VIII, §. 3.

(40) Vacante Imperio, eſt ejusdem Vicarius (*a*) & Proviſor, in illis locis, ubi Jura Saxonica vigent, (*b*) de quo ſupra.

NOTÆ.

(*a*) VICARIUS &c. Vid. præced. Tit. VII, Prooem. lit. b; & Lib. I, Tit. XI §. 3, lit. a, pag. 969 &c. §. 4 & ſeqq. p. 972 &c.

(*b*) VIGENT &c. Vid. præced. Tit. VII, Prooem. lit. b.

(41) Subditi Ejusdem ad aliud Judicium, extra Territorium, trahi non poſſunt; (*a*) nec ab Ejusdem proceſſibus, ſententiis, interlocutoriis & definitivis, ſive præceptis, ad quodcunque aliud tribunal licet appellare, (*b*) quamdiu querulantibus Juſtitiam non denegaverit, (*c*) *Aurea Bulla*, Cap. XI, §. 3.

NOTÆ.

(*a*) NON POSSUNT &c. Privilegium hoc omnibus competere Electoribus, præced. Tit. VIII, §. 29, lit. m, pag. 667 probavi. Speciale tamen Diploma eundem in finem largitus eſt *Sigismundus* Imperator *Friderico*, Electori Saxoniæ, ſub dato *Kesmarck*, An. 1423, *an Unſer Lieben Frauen Tag Annuntiationis*, apud *Antonium Wecken, in der Beſchreibung der Statt Dreſden*, Part. 2, Tit. I, lit. R documentorum, p. 179, & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, 4 *Abtheilung*, 2 *Abſatz*, §. 2 Supplementorum, p. 258, ubi, inter alia: *Dorumb, mit wolbedachten Mute, gutem Rate, und rechten Wiſſen, haben wir Jm* (Friderico laudato) *und Synen Erben, dieſe beſünder Gnade und Freyheit getan, und tun Jn die, von Romiſcher Küniglicher Macht Volkommenheit, in crafft diß Brieffs, das Jre Leute, Edele, Herren, Ritter, Knechte und Underſeſſen, in dem Kurfürſtenthum zu Sachſen, und andern Synen Landen und Fürſtenthum, geſeſſen, für keinem anderm Richter und Gerichte, noch ſüſt zu Recht, dann allein für dem obgenannten Hertzog Friedrichen, und Synen Erben, oder für Jren Amptlüten, in den Gerichten, dorynn ſy geſeſſen ſeyn, und dorynn Sy geboren, umb eynicherley Sachen willen, pflichtig ſeyn ſollen zu ſteen, und zu antworten; ſy tun es dann von iren guten Willen; und ob Sy das wol eyns oder mer teten, ſo ſol Jn doch das an dieſen Unſern Gnaden und Freiheiten nicht ſchedlich ſin; und daß Sy auch nyemand für eynig Lantgericht, oder ander Gericht, ußwendig den eigenen Landen, furheiſchen, laden, oder damit umbtriben ſolle, noch keyn Urteil über Sy ſprechen, ſünder, wer zu Jn zu ſprechen hette, oder zu ſchieben gewüne, das der, oder die, das Recht darumb für den vorgedachten Hertzog Friedrichen, ſynen Erben, oder Jren Amptlüten, ſuchen, und nemen, on Geverde &c.* Meminit ejusdem Diplomatis Dn. *Müller*, in *Annalib. Saxonib.* ad An. 1423, d. 25 Mart. p. 12, verb. *Sonnabends, am Tage Mariæ Ver-*

Verkündigung, hat Keyser Sigmund diesem Churfürst Friedrichen, vor sich und seine Nachkommen, ein Privilegium de non trahendo, sive de non evocando, subditos extra territorium, *ertheilet, zu Keßmarck, in Zipß &c.* Simile Privilegium indultum fuisse, a *Sixto IV*, P. R. sub dato *Romæ*, An. 1481, IX Kal. Januar. *Ernesto & Alberto*, Electori & Ducibus Saxoniæ, & quidem in confirmationem diplomatum *Martini V & Bonifacii* IX. PP. RR. super eadem re confectorum, discimus ex tabulis desuper editis, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. Contin. 2, IV *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 38, p. 235 & 236; inde huc faciunt: *Nos igitur, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica - - - - ordinamus, quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, subditi, Clerici & Laici, prefati Ernesti & Alberti, Ducum prefatorum, successorumque suorum, ad cujusvis instantiam, & ex quacunque causa, coram hujusmodi & quibuscunque aliis Conservatoribus Universitatum, Ecclesiarum & Collegiorum, seu Judicibus, sub quibusvis verborum forma deputatis, & deputandis, præterquam coram Judicibus a Sede Apostolica specialiter delegatis, & Ordinariis Judicibus, ad Judicium evocari nequaquam possint & debeant, nisi Ordinarii Judices, in premissis, Justitiam denegaverint ministrare, aut negligentes fuerint in premissis.* Hinc sua Dn *Müller* l. c. ad An. 1481, ad diem 5 Januar. pag. 47: *Nono Kal. Januar. haben die beeden Brüdere, Churfürst Ernst, vnd Hertzog Albrecht, vom Pabst Sixto IV, ein Privilegium, daß dero Unterthanen, ausserhalb Landes, vor Gerichte zu stehen, nicht schuldig, erhalten &c.* Nec tamen confundendum esse hoc Privilegium, cum illo, *de Non appellando*, quo Serenissimus Elector itidem fruitur, bene notat *Carpzovius*, de *Lege Regia* Cap. IX, Sect. 3, § 11, pag. 217, scribens: *Labitur quoque in eo Zinzerling, Dict. Disp. de Appellat. Conclus. 70, quod Privilegium de Non Evocando, cum Privilegio de Non appellando, confundit, & utrumque pro uno eodemque venditat, in quo ipsi assentitur Limnæus, lib. 3 de Jure Publico, Cap. 2, §. 69* (rectius 68, p. 25) & *Cap.* 10, *§. 37*, (pag. 139, quamvis, utroque loco, *Limnæus*, distincte satis, utriusque meminerit, vel sola Conjunctione disjunctiva, *Nec*, qua utitur, teste;) Amplius id elucescit ex ipsa Confirmatione horum Jurium, a *Ferdinando* I Imp. sub dato *Augspurg*, 2 Maji, An. 1559, facta, apud *Jacobum Ayrerum*, Part. 2 *Processus Histor.* Cap. 4, Observat. 2 p. 514 &c. aliosque, præced. Tit. VIII, §. 29, lit. n, v. 8, nominatos, ubi: *Es were auch Unsers Vorfahren am Reich, weyl. Kaysers Sigmundts, hochlöbl. Gedächtniß*, Privilegium *vorhanden, damit Se. Ld. als Römischer Kayser, die Chur- und Fürsten zu Sachsen sonderlich begnadet, darinnen versehen, das Niemand des Haußes zu Sachsen Unterthanen für ander Gericht ziehen und laden solte; welches auch (NB) auf die Appellationen, daß dieselben Niemandt von Jhren Gerichten, an andern Ort fürnehmen solt, jederzeit verstanden worden &c. Primum* igitur Privilegium vetat Electoris subditos ad extraneum Tribunal evocari; *Alterum* vero prohibet, ne quis a sententia Electorali ad extraneum Judicem provocet. Illud *primam* potissimum *Instantiam*, hoc *secundam*, respiciunt. Conf. *Arumæus* ad A. B. Discurs. 5, Concl. 11; & 13; *Buxtorff* ad eandem, Conclus. 94; *Carpzovius* l. c.

(*b*) APPELLARE &c. Sed & hoc Privilegium Electoribus omnibus commune est; vid. præc. Tit. VIII, §. 29, lit. n, p. 669. Attamen, speciali diplomate, An. 1559, 2 Maji, a *Ferdinando I*, in gratiam *Augusti* Electoris, cum extensione ad totam domum Saxonicam, denuo fuisse confirmatum, dictum ibidem, v. 8. Conf. *Albinus*, *Meißnische Chronick*, Cap. XVI, p. m. 437. Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XII, §. 12, p. 232; *Dn. Nitzschius*, ad *Capitulationem Josephi*, Art. 3, Cap. V, §. 7, p. 221; *Dn. Giovanni*, *German. Principis* lib. 3, Cap. 4, §. 32, p. 184 & 185.

(*c*) NON DENEGAVERIT &c. Hos enim nonnullosque casus alios, facere cessare hoc Privilegium notavi, præced. Tit. VIII, §. 29, lit. m, & lit. n, v. 12.

(42) Extenditur hoc Privilegium ad singulos (*a*) Ducatus & Ditiones domus Saxoniæ, (*b*) etiam ad eas, in quibus Jus Civile locum obtinet, ut in Ditione Coburgensi & Hennebergensi, usque ad Sylvam Thuringicam. *Gylmann.* Tom. 3 Symphor. fol. 31 & 274; *Limn.* dict. loc. ubi etiam iis respondet, qui putant, hoc Privilegium fuisse tantum concessum, & extensum, ad ea loca, ubi Jus Saxonicum viget. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) AD SINGULOS &c. Repetitur extensio hæc, quoad Privilegium *de Non evocando*, in Diplomate *Maximiliani I*, in confirmationem ejus An. 1497, 20 August. Oeniponti dato, ubi: *Wir Maximilian*

An. 1488, in Expeditione, qua sæpe laudatus Imperator, *Fridericus III*, filium, *Maximilianum*, Brugis Flandrorum custodiam subeuntem, inde liberare moliebatur, summæ rerum præfecto *Friderico* Brandenburgico, majoris Vexilli gestatio credita fuit Marchionis affini, *Wilhelmo*, *Juliacensium* Duci, minoris vero *Alberto Saxoni*, &, sub Eo, *Alexandro Pappenheimio.* Fidem his conciliant literæ *Friderici Bockii*, Capitanei Argentoratensis, ad dominos suos, de dato: *Jm Her vor Gent in Flandern, am Samstag nechst vor S. Johans Tag zu Sungihten, An. 1488*, apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 31 & 32: *Am andern Tag frug, nochdem man uffgebließ, die Trümmen schlug, und die Gezelte gefellet, und ufflud, sammelten sich der Fürsten, Bischöven, Ebten, und der Rich-Stett, Zug, zu Roß und zu Fuß, uff einem witen Velde, do wurden alle Fenel undergeton, und umbgewunden, ußgenommen das Ren-Fenel, under Hertzog Albrechts Zug von Sachsen, furt Alexander, Marschalck zu Pappenheim, als sich das, von siner Vetter und sinen wegen, Ambts und Lehens halben, geburt --- denselben Tag ließ die Kays. Maj fliegen des Richs Houpt-Baner, (ist ein groß guldin Feldt, und darin ein Adeler mit zweygen Köpffen,) und wart den Tag geben dem Hertzogen von Gulich und Bergen, der Brandenburgischen Marggrefen Schwoger; wart geordnet der Keyserl. Maj. noch zu ziehen &c.* immediate annectentis: *Darzu ließ die Kayserl. Maj. fliegen Alt-Osterrich, under Siner Gnaden Hoffgesind, (sind fünff gülden Adeler, oder Lerchen, in einem blowen Feld,) dasselbe wart geordent, nebent des Richs Houpt-Baner, uff die rechte Hant, und der Stet Zug uff Lincke. Dieselbe Zit, als des Richs-Fenel, den Stetten zugehœrig, verhalten wart, beschach deshalben Forderung, durch mich, Friderich Bock, Houptman, in Bysin Hrn. Friderich, Graven zu Bitsch, an den Marggrafen, als Obersten Houpt-Mann, der Billigkeit noch, uns das zu geben &c.* & pag. 33: *Als der Marggraff, Oberster Houptman, das Feld bestelt, und alle Dinge ordente, befalh Sin Gnad*

(Cæsar) *das die Richstet der Stat Straßburg Fenel offen behalten solten, und das so lang fliegen lassen, bitz Sy mit des Richs-Fenel versehen wurden; das ouch also bitzhar geschehen, und durch mich, Friderich Bock, Ritter, und keiner andern Statt Houptman, gefüret worden ist &c.* Eodem faciunt literæ Doctoris *Jacobi Merswini*, ad fratrem suum, Argentorati morantem, de dato: *Jm Her vor Gente, an Mitwoch nechst noch* Corporis Christi, An. 1488, ibid. p. 42 & 43, *An Fritag nechst vor* datum *dis Briefes, als sich der Keyser Morgens erhub, und sich, für Gente, an das Ortt, do wir dißmole ligen, slagen wolt, wurden aller Fürsten, Herren, und Stette büle Fenlin zugetan, und wart geoffnet des Richs grossgüldin Fan, und geben dem Hertzogen von Gülch; dem Hertzogen von Sachssen wart geben das Renne-Fenlin; füret, uß Gerechtigkeit, Alexander Marschalck zu Pappenheim --- Am selben Tage, als man die Fenlin fliegen, und andere beslieſſen ließ, wart, von wegen der Rich-Stett, begert, an den Marggraven von Brandenburg, als Obersten Houptmann, Jn ouch Jr Fenlin zu geben; von demselben würdent Sie gewisen zu dem Keyser, und, wo uns dasselbe wurde, möchten wir es füren, süst möchten wir der Statt Straßburg Fenlin offen behalten, so lange, bitz wir des Richs-Fenlin hetten &c.*

An. 1542, imminente bello Turcico, *Schrieb Churfürst Johann Friderich zu Sachsen, an Cuntzen Gozmann, des Ober-Sächsischen Kreyses Kriegs-Rath, Wolfen von Pappenheim Erb-Marschalln, und Aßmußen von Kœseritz, Zahlmeistern*, sub dato *Weihmar, Freytags nach* P. P. (Petri Pauli) An. 1542, *also: wo der Kayser*, (Carolus V) *oder König*, (Ferdinandus) *Selbst zu Feld ziehen, und alsdenn des Reichs-Haupt-Fahne fliegen würde, daß alßdann du, Wolff von Pappenheim! solche Haupt-Fahnen führen, und dich davon nicht dringen lassen soltest; auch nichts desto weniger Fleiß fürwenden, daß uns darneben des Reichs-Renn-Fahne auch gelassen. Könt es aber nicht erhalten werden, so sollet Jhr daran seyn, daß dem von Pappenheim die Haupt-Fahne bleibe. Solches wollet euch, auf berührten Fall, von unsert wegen, da der Kayser, oder König, selbst zu Feld ziehen würden, also gäntzlich halten. So würdest auch du, Wolff von Pappenheim, alsdenn, von unsert wegen, das Erb-Marschall-Amt, auch die Gerechtigkeit so dazu gehören, wohl zu üben, und davon nichts zu entziehen lassen. Wo aber weder der Kayser, noch König, selbst würden zu Feld ziehen, und also des Reichs Haupt-Fahne nicht fliegen, so wollet euch darum nicht annehmen, doch mit allem Fleiß daran seyn, daß dem von Pappenheim gleichwohl des Reichs-Renn-Fahne zu führen gestattet werde, und Jhr mögliche Fürwendung thun, daß uns an unser Gerechtigkeit nichts entzogen werde &c.* Hæc Ill. Author *des Europäischen Herolds*, cit. Tom. I, p. 251.

Ex hactenus dictis, colligo (1) Jus gerendi Imperialis Vexilli majoris, *das große Reichs-Panier*, seu *des H. R. Reichs Haupt-Fahne*, diu quondam ambulatorium fuisse, ex mero Imperatorum arbitrio pendens. (2) Perperam illud confundi cum *Vexillo conflictus, mit des H. R. Reichs Renn-Fahne:* (3) *Lazium* proinde, Lib. 7 Commentariorum *Reipublicæ Romanæ in alienis Provinciis*, c. 5, p. 689, non satis distincte loqui, scribendo: *Ubi Sacri Imperii Copiæ in aciem educuntur, præsente Imperatore, tum & Labarus aureus* (*des Reichs Haupt-Fahne*) *volitat, nigra aquila adornatus, cujus ferendi facultatem, ex veteri prærogativa, Duces Würtenbergenses habent &c.* (4) Electores Saxoniæ utrumque ad se spectare arbitrari. (5) Vexillum minus, sive *die Renn-Fahne*, quandoque Civitatibus Imperii fuisse commissum, nemine contradicente. (6) Facie Expeditionum bellicarum alia hodie ac olim, utut Archi-Mareschalli jus circa gerendum Vexillum, qualecunque illud sit, non adeo in usum venire soleat, tamen plane extinctum illud esse haud existimandum; Conf. Dnn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* C. XIII, §. 15 & seqq. p. 235 &c. *Giovanni*, Lib. VI *Germaniæ Principis*, Cap. 3, §. 2, p. 70 &c. *Hornius* l. c. p. 252.

Materia hæc, nostris temporibus, in disquisitionem maxime trahi cœpit, ex quo rumor ortus, Potentissimo Electori Brunsuicensi & Luneburgensi, *Ernesto Augusto, Archi-Vexilliferi* munus collatum iri. Quid Sereniss. Ducis Würtenbergici Administratoris, *Friderici Caroli*, mandato, Illustris dominus *Kulpisius*, anno 1692, ad Vice-Cancellarium Imperii, in literis, desuper dederit? ex sequentibus cape:

P. P.

Ew. Exc. soll ich gehorsambst nicht verhalten, wie daß des Hrn. Administratoris, *meines gnädigsten Herren, Hochfürstliche Durchl. als dieser Tagen bey deroselben im Feldlager gewesen, mir, unter andern, gnädigst befohlen, Ew. Exc. nebst Vermeldung derofreundlichen Grusses, in Ihrem Nahmen zu hinterbringen, wie daß Sie auserlich vernommen, ob solte das Hochfürstliche Haus Hannover, bey der prætendirenden neuen Chur-Würde, auch zugleich das* Prædicat *und Ertz-Ampt eines Reichs-Fendrichs suchen,*

suchen, und in denen Gedancken stehen, daß von Ihrer Kayserl. Maj. demselben wohl darin gratificirt werden möchte. Obwohlnun Höchstermeldt meines Gnädigsten Hrn. Hochfürstl. Durchl. die Hauptsache, der prætendirenden neuen Chur-Würde selbsten, desmahlen an seinen Ort gestelt seyn liessen, und davor hielten, daß, so wenig dem gesambten Fürstl. Collegio, und übrigen Reichs-Ständen, wieder dero Consens, und Willen, eine solche neuerliche, gegen die Güldene Bull, das Instrum. Pacis Westphal. auch andere Reichs-Constitutiones, lauffende Dignitæt, und derselben, ex commissione totius Imperii, anhängige Chur-Function, in diesem, oder jenem Hauß, zu agnosciren, oder zu respectiren, so schlechter Dinge aufgebürdet werden könne, eben so wenig auch Ihre Kayserl. Maj. zu Præjudiz der alten Fürstlichen Häuser, dergleichen Ibres Allerhöchsten Orts zu verhengen, sondern vielmehr, wann ja was prætendirt werden wolte, die Sach ad Comitia, wohin sie eigentlich gehœrte, zu remittiren, dero höchstberühmten Reichs-Vätterlichen Æquanimitæt nach, verhoffentlich gemeinet seyn würden; so hätten Sie nichts desto weniger für nöthig erachtet, Ew. Exc. die vorläuffige Nachricht, und Information, geben zu lassen, daß, wann dergleichen Prædicat und Ampt, jemands in dem H. R. Reich, es seye auch wer es wolle, ertheilt und gegeben werden wolte, ein solches, in particulari dem Hochfürstlichen Hauß Würtenberg, zu höchsten Præjudiz, und Nachtheil, gereichen würde, als welchen einzig und allein solches Ampt und Prædicat, von mehr als fünffhundert Jahren her, ohndisputirlich, zukäme, und, biß auf den heutigen Tag, ohne einzig anderwerte Turbation, von denen regierenden Kaysern, und gesambten Reich, zugelegt und gegeben, dahero auch die Reichs-Fahne inter insignia Domus beständig geführt worden seye; gestalten Sie, wann es von nöthen, und nicht selbst im gantzen Reich notorisch wäre, gar leicht, nicht allein aus denen ältesten ohnverwerflichen Documentis, darthun könten, daß solche Prærogativ, schon hiebevor, von wegen der uhralten, mit der Würtenbergischen Familie nächst verwandt gewesener Grafen von Gröningen, der Ascendenten und Vor-Eltern, zugestanden, sondern auch, nach völligen Abgang wohlermelten Grafen von Gröningen, insonderheit Graf Ulrich von Würtenberg, vor sich, und die seine Männliche Descendenten, mit sothanen des Reichs Sturm-Fahnen, vom Kayser Ludovico, glorwürdigsten Andenckens, von neuen, und zu mehrerer Sicherheit, laut der vorhandenen Original-Lehen-Briefen, in anno 1336, also und dergestalt, belehnt worden, daß solch Prærogativ, Ampt und Prædicat, der Statt, und Burg Gröningen, so von dato an, ein inseparables Stück und Theil des Hertzogthums Würtenberg seye, und durch GOttes Gnade fernere bleiben würde, annectirt, auch von wegen derselben, deren von Würtenberg, als Eigenthums-Herren, und Besitzern, ermeldter Statt und Burg, ewiglichen zustehen und gebühren solle. Wie dann auch ferner zu erweisen, daß, als zur Zeit der Exaltation dieses Hochfürstlichen Hauses, auf dem Reichs-Tag zu Wormbs, dem ersten Hertzogen von Würtenberg, Eberhardo Barbato, solcher Prærogativ halber, einiger Scrupel movirt, und von einem anderwertigen Reichs-Stand, in etwas dergleichen prætendirt werden wollen, so zu Restringirung dieser Prærogativ, mit der Zeit, gereichen können, Hochermeldten Hertzogen Eberhardo, und seinen Descendenten, sothane Prærogativ, ohne alle Limitation, von der damahlen regierenden Kays. Maj. Maximiliano I. glorwürd. Andenckens, confirmirt und bestättiget, und ein eigener Lehn-Brief, unterm 23 Jul. an. 1495. deswegen gefertigt, und zugestelt worden. Von welcher Zeit an, biß auf diese Stunde, in allen Belehnungen, welche die regierende Hertzogen von Würtenberg, ihrer Land und Leute halber, von denen jedesmahl regierenden Kaysern, empfangen haben, ein absonderlicher Articul, dieser offtgemeldter Prærogativ halber, als eines besondern Reichs-Ampts, und Lehens, inserirt, und selbiges, solcher gestalt, ohn-unterbrochen, conservirt worden seye; Welchem allem nach, und fals die Prætension des Hochfürstlichen Hauses Hannover, wie es äuserlich verlauten wolle, Seine, des Herren Administratoris, Durchl. aber noch zur Zeit nicht glauben könte, auf ein gleichmässigs Ampt und Prædicat gehen solte, öffters ermeldt meines Gnädigsten Herrens Hochfürstl. Durchl. Ew. Exc. freund- und gantz angelegenlichst ersucht haben, daß Sie nicht allein der R. Kayserl. Majest. Unserm allerseits Allergnädigsten Herren, das hierunter versirende Interesse des Hochfürstl. Hauses Würtenberg, gebührend zu erœffnen, und daß, zu deßen Præjudiz, in diesem Stück nichts geschehen möge, dero tragenden hohen Ampt nach, ohnmaßgeblich verfügen zu helffen, sondern auch ohnbeschwert S. Hochfürstl. Durchl. ob dieser Rumor einigen Grund habe, und worauf das Werck eigentlich beruhe, Nachricht zu geben, sich gefallen lassen möchten, damit Sie, pro re nata, bey Ihro Kayserl. Majest. selbsten die weitere Nothdurfft beobachten, und in einer förmlichen Deduction, dero Hochfürstl. Hauses, und besonders eines jeden regierenden Hertzogen zu Würtenberg, dißfals habende Gerechtsame, welche alles andere consortium in dieser Prærogativ, quocunque titulo selbige etwa colorirt werden möchte, excludire, vorstellen könten. Sothane beliebige Willfahrung werden S. Hochfürstl. Durchl. jederzeit mit gebührenden Danck erkennen, und gegen Ew. Exc. zu demeriren suchen; Ich aber habe hiemit, die mir gnädigst aufgetragene Commission verrichten wollen, und ver-

verharre übrigens, mit unausſetzlichen Reſpect &c. Datum *Stutgard, den 6-16.* Aug. An. 1692.

Non multo poſt, cum prelo ſubderetur: *Kurtze* Deduction, *den Unterſcheid des Reichs Haupt-Pannier, und des Reichs Sturm-Fahne betreffend,* (de qua mox) apud *Caſſandrum Thucelium,* in *Electis Juris Publici curioſis*, Cap. 4, pag. 130 &c. Evolavit, An. 1693, in favorem Sereniſſ. Domus VVürtenbergicæ, aliud Scriptum, Tit. *Gegen-*Deduction, *daß dem Hochfürſtlichen Hauß Würtenberg, das Reichs-Panner, oder Reichs-Fendrich-Ampt,* Prædicat, *und* Inſigne, *ſchon von etlichen* Seculis *her, rechtmæſſig zuſtehe, und dahero, ohne Kranckung deſſelben althergebrachter Prærogativen, keinem andern Chur- oder Fürſten, erſt neuerlich verliehen werden kœnne &c.* apud eundem, l. c. pag. 152 &c. cujus potiora argumenta ſunt:

(1.) Quod Fanon Imperatoris, vel Regis; *des H. R. Reichs Fahne; der Reichs-Panner; des Reichs-Pannier; des H. R. Reichs Obriſt-Feldpanier; des H. R. Reichs Rennfahne, des Kayſers und H. R. Reichs Sturmfahne*, ſint Synonyma. Vid. Anti-Deduct. cit. §. 7. p. 157. Roboratur theſis, (1.) Diplomate *Ottonis II,* Imp. apud *Chiffletium*; Cap. 2 *Commentar. Lotharienſi* p. 10, quo, an. 982. Monaſterio Gorzienſi quædam donaverat, inter alia inquiens: *Omnium fidelium noſtrorum, præſentium ac futurorum, noverit pia devotio, qualiter Conradus, filius Rudolphi, quondam Comitis, in die belli, quod fuit inter Nos & Saracenos, ſub FANONE NOSTRO, h. e. IMPERIALI VEXILLO, legali ritu tradendum nobis commendavit omne prædium ſuum &c.* (2) Auctoritate Anonymi de *Geſtis Ludovici Pii* (rectius Ludovici VII Reg. Gall. vid. du Freſne, Gloſſ. voc. Baneria, p. m. 455) *Illa die faciebat Antegardam Gaufridus de Ranconio ---- qui gerebat Regis BANERIAM &c.* Vid. l. c. §. 8. pag. 157 & 158: (3) Loco notabili *Alberti Argentinenſis, Carolo IV* coævi ſcriptoris, in Chron. ad an. 1349. p. m. 152. ubi: *Rex hoc audito, ſtatim BANNERIUM Suum, quod dicitur Sturmfahn, ſuper Turrim Eccleſiæ Spirenſis conſtituit, & populo Civitatis ad arma mandari, per Magiſtros Civium præcepit &c.* Vid. l. c. §. 9. p. 158. (4.) Teſtimonio *Balduini*, Trevirenſis Præſulis, quod literis confirmatoriis, de an. 1332. in vigilia B. Virginis Mariæ, *Conrado*, Comiti *Schlüſſelburgio*, ſuper Inveſtitura de caſtro & oppido *Gröningen*, datis, exhibuerint, ibi: *Notum facimus univerſis, quod Nos, ex ſpeciali gratia, & favore, quibus Nobilem Virum, Conradum de Sluzzelberg, Amicum Noſtrum dilectum, proſequimur, gratiam, Sibi & ſuis heredibus, factam, per Imperium prædictum, de caſtro & Oppido Gruningen, ac ipſorum pertinenciis, ipſis per idem Imperium, in feodum conceſſis, ad hoc, quod ipſi Vexillum ejusdem Imperii, dictum Sturmfahne, in volgari, debitis temporibus, ratione dicti feodi, ducere debeant. ---- approbamus &c.* Vid. l. c. Lit. F. Documentorum, pag. 205.

(2.) Jus gerendi vexilli, quod *Sturmfahnen* vocatur, tempore *Friderici I.* Imperatoris, in Gentem VVirtembergicam, lineæ Grœningenſis, hæreditario jure, poſt obitum *Ottonis*, Comitis VVittelſpachii, qui munere illo tunc fungebatur, tranſiiſſe, probabile ſit, (1.) quia VVirtembergici ejusdem cum Hohenſtaufiis originis, (2.) *Ludovicus, Emico & Ulricus* Comites, in Aulis laudati Cæſaris, & *Henrici VI.* educati fuerint, inſuperque Familiam hanc (3.) *Conradus* Romanorum Rex, Sueviæ Mareſchallatus dignitate; an. 1259. condecoraverit. (4) Comes *Hartmannus* de *Grœningen*, jam Seculo XIII. literis fundati Monaſterii *Steinheim* ad *Murram*, a *Berchtoldo* de *Blanckenſtein*, de an. 1257. teſtibus, hoc titulo uſus ſit, verb. *Hartmannus, Comes de Grieningen, & Sacri Imperii Signifer &c.* Vid. l. c. §. 19. p. 165 &c. Conf. lit. B. Documentorum, pag. 202 & 203.

(3.) Dictum Caſtrum & Oppidum *Grœningen,* pulſis Comitibus, Familiæ Wirtenbergicæ, anno 1295, ereptum, annoque 1301. ab *Alberto* Imperatore, *Eberhardo* Würtembergio, cujus ſigillum, Aquilam referendo, ſat, ſe unius ejusdemque cum Grœningenſibus Familiæ, oſtenderet, compenſandis ejus opera, & in bellum, adverſus *Adolphum* Naſſovium, impenſis ſumptibus, 12000. libb. obulorum (*zwölff tauſend Pfund Heller*) ſumma oppignoratam, atque à *Friderico* Imperatore, an. 1316. utrumque reluente, Imperio reſtitutum, cum omnibus juribus, inde pendentibus, beneficiaria lege, à *Ludovico* Bavaro Imp. an. 1322. *Conrado*, Comiti Schlüſſelburgio, *Ratisbonæ*, die Dominica poſt Feſtum Michaëlis, intuitu ſtrenue Ei adverſus hoſtes, navatæ operæ, datum fuerit. Verba Diplomatis deſuper confecti, huc ſpectantia, ſunt: *Attendentes igitur, quod Tu ſemper nobis, & Ipſi Imperio, gratis obſequiis, & puritate fidei, devotus extitiſti, & continue aſtitiſti, & ſpecialiter pre oculis collocantes, quod Tu, VEXILLIFER, in magnifico Triumpho belli noſtri ſtrenuus fuiſti. Te, pro hujusmodi ſerviciis, fide, laboribus, & ſtrenuitate, remunerare volentes, ut Te reddamus in antea promptiorem, Tibi & Tuis heredibus, premiſſorum conſideratione, Civitatem & Caſtrum Grieningen, cum omnibus ſuis juribus, feodis --- & pertinenciis quibuscunque, in feodum directum & perpetuum, duximus concedendum &c.* Vexilliferatus licet in toto diplomate, quod in laudata *Anti-Deduct.*

duct. lit. E. Documentorum, p. 204. occurrit, nulla fiat mentio, à dicti tamen Castri dependentibus eum annumerandum esse, innuunt Trevirensis verba, de quibus, sub argumento primo, dictum. Ventilantur hæc in allegata *Anti-Deductione*, §. 20, pag. 167 &c.

(4.) Curante eodem Cæsare, *Ludovico*, omniaque ratihabente, *Conradus Schlüsselburgius*, dictum Castrum Oppidumque *Grœningen*, cum omnibus inde pendentibus juribus, consequenter etiam Vexilliferatus dignitate, *Ulrico*, Comiti Wirtembergico, intuitu, quod (1.) Ejus esset affinis, (2.) Bona quæstionis, Fatorum inclementia, Familiæ Würtembergicæ erepta, per 14. annos possederit, (3.) ultimusque Gentis suæ extiterit; mediante 6000. libb. obulorum summa, (*vor sechs tausend Pfund Heller*) vendiderit, annoque 1336. Familiæ laudatæ restituerit; Vid. l. c. §. 21. p. 169 &c. E Documentis pertinent huc, sub Lit. K. p. 208. *Kayser Ludwigs Willbrief, an Conrad von Schlüsselburg, daß Er, mit Graf Ulrich von Würtenberg, gütlich handlen und übereinkommen soll, wegen Grüningen, Statt und Burg*, cum appertinentiis, d. d. Ulm A. 1336. *Sonntag vor Mitfasten &c.* Sub Lit. L. p. 208, *Kauf- und Ubergabsbrieff Graf Conrad von Schlüsselburg, an Graf Ulrich von Würtemberg, wegen Grœningen, Burg und Statt*, d. d. *Sonntag vor Michaëlis*, A. 1336. Sub Lit. M. p. 210; *Kayser Ludwigs Confirmation, über obbemeldten Kauf- und Ubergab, Grœningen, Burg und Statt, und was dazu gehört*. d. d. *Freisingen auf dem Feld, Sonntag vor Michaëlis*; A. 1336. atque sub Lit. N. l. c. *Anweisungs-Brieff Conrad von Schlusselburg, als er die von Grœningen, von sich ab, und an die Herrschafft zu Würtenberg anweißt* d. d. *Dinstag vor Michaëlis*. 1336.

(5.) Idem Cæsar, *Ludovicus*, Würtenbergicis pristinam prærogativam, injuria temporis aliquandiu illis ereptam, restauraturus, specialiter *Ulricum*, Com. Würtembergicum, dato Diplomate *zu Ulme, an dem Suntage vor Mittervasten*, An. 1336, de jure Vexilliferatus investiverit. Vid. l. c. §. 22. p. 170. Extat Diploma l. c. lit. O. Documentorum, p. 211.

(6.) Würtembergici, inter Insignia, à tempore erecti Ducatus, Imperiale Vexillum, Aquila teste, in illo adparente, semper collocaverint. Illustratur thesis (1.) quia Imperatores, non nisi *Aquilam μονοκέφαλον*, quondam, insignis loco, adhibuerant, vid. l. c. §. 10. p. 159. (2.) nullibi *der Grœningische Sturmfahne*, sed *des H. R. Reichs Sturmfahne*, *audit*. Vid. l. c. §. 24. p. 173. (3.) dignitas hæc eodem ex fonte, cum reliquis Officiis Imperii, i. e Cæsare, promanavit. l. c. §. 25. p. 175 &c.

(7.) Continua serie Würtembergici hoc jus quoque possederint. Argumenta sunt (1.) Quod *Hartmannus* Com. Grœningensis, jam Sec. XIII. Signiferum Imperii se vocaverit; Vid. l. c. §. 28. p. 179. &c. (2.) Sec. XIV. *Ulricus* Würtembergicus, nova investitura, dignitatem conservaverit, Vid. l. c. (3.) *Eberhardus*, cogn. *Greiner*, officio suo fungendi, præter Civitatem Argentoratensem, anno 1363. *an St. Johans Abend* d. d. *Prag*, à *Carolo IV*. mandatum acceperit, *daß, wann selbige* (i. e. Eberhardus & Civitas Argentoratensis,) *mit ihren Vœlckern auf das Feld ziehen würden, gegen Räuber, oder böse Leuth, und mit Nahmen, gegen Hertzog Rubrecht vom Rhein, der des Kaysers offenbahrer Feind, sie dann das Reichs-Pannier, von des Kaysers und des Reichs wegen aufwerffen, und darunter ziehen mögen &c.* Vid. l. c. (4.) *Fridericus III.* Imperator, Sec. XV. *Alberto* Brandenburgico, atque *Ulrico* Beneamato, Würtembergico, speciali diplomate, de dato *Gratz, Mittwochen, nach S. Margrethen Tag*, anno 1461. imperium in militem Imperii (*die Reichs Hauptmanschafft*) contulerit, iisque, an. 1462. teste Rescripto d. d. *Grätz, Mittwochen nach dem Sontag* Reminiscere, *Carolum* Marchionem Badensem, atque *Eberhardum* Würtembergicum, sociaverit, cum mandato: *Daß sie, in den Sachen, als des Kaysers und des Reichs Hauptleuthe, gemainlich, und sonderlich, an des Kaysers Statt, verfahren, mithin alle und jegliche, dero und des Reichs Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Herren, Ritter, Knechte, Stätte, Leute, so viel der in solchem ungefehrlich Nothdurfft seyn würdet, mit ihrer Macht, und bey den Pœnen, in der Kayserlichen Auferforderung, und Mahnbrieffen begriffen, zu ihnen, unter das Kayserliche, und des H. Reichs Banyr, auf erfordern sollen &c.* Vid. l. c. §. 29. p. 180, & Lit. Q. & R. Document. p. 212, & 214. (5.) Laudatus *Ulricus*, in picturis, statuisque, vexillum Imperiale exprimi jusserit, illudque (6.) Ei mortuo, an. 1480. fuerit quoque prælatum. Vid. l. c. (7.) Idem de *Eberhardo Barbato*, notum fit, testibus Monumentis, Lit. U, X, & Y. Documentorum, p. 216. (8.) *Maximilianus I.* eidem *Eberhardo*, ubi in Wormatiensibus Comitiis, an. 1495. Ducem Eum creasset, facultatem adhibendi posthac in Insignibus dicti Vexilli, concesserit, deque hoc jure specialiter Eum investiverit, prælato Ei propterea Bannerio flavo, Aquilam nigram exhibente; Vid. l. c. §. 30. p. 182. & Lit. Z. atque AA. Documentorum. (9.) Hoc jus ab eodem Cæsare, an. 1505. 27 Jul. *Ulrico* Duci, fuerit confirmatum, teste lit. CC. Document. pag. 224. (10.) Idem Dux, cum Pomeraniæ Ducibus ob primas litigans, *in dem Gegenbericht*, ad Pomeranorum Memoriale, anno 1547. ad illud provocaverit, Cæsarque & Status Imperii, prætensioni Ejus non contradicendo, tacito consensu eam approbaverint. Vid. l. c. §. 31. p. 183. & lit. DD. atque EE. Documentorum, p. 224 & 225. (11.) Celebrandis Augustæ Vindeli-

delicorum, exequiarum *Caroli V.* solennibus, an. 1559. *habe Graf Ludwig von Oetingen, so damahls am Kayserl. Hof sich aufgehalten, denen anwesenden Fürstlichen Würtembergischen Gesandten hinterbracht, wie er gehört, daß Nahmens der Röm. Kayserl. Majest. Ihnen, Würtembergischen, nicht allein zu der* Procession, *sondern auch den Reichsfahnen in derselben zu tragen, angesagt werden solte &c. Es habe auch der Kayserliche Rath* Joh. Ulricus Zasius, *welcher bey der Kayserl. Maj. in sondern Gnaden gestanden, und hauptsächlich der Director solcher Cerimonien gewesen, auch nachgehends Reichs-Vice-Cantzler geworden, Hertzog Christophen, seines habenden Rechtens, wegen Führung des Reichs Panniers, bey solcher feyerlichen Procession, durch seine Gesandten, erinnern lassen &c.* Re ad Ducem delata, *habe er den Gesandten diesen Befehl ertheilt, daß, wann ihnen zum Dienst angesagt würde, der Principal-Gesandte, Ludwig von Frauenberg, demselben mit gebührenden Klagkleidern beywohnen, und den Dienst, bis für die Kirchen, und folgends wiederum von der Kirchen, auswarten, Wann Ihm aber der Reichs-Fahn, wegen Würtemberg zu führen, zugestelt werden wolte, vermelden solte, daß einem Hertzog von Würtenberg gleichwohl solche Hoheit von dem H. Reich gebühre, wüste aber nicht, daß die zu solchen* Actibus *solten gebraucht werden, im übrigen hätte er sich* cum defectu instructionis *zu excusiren, jedoch aber Achtung zu geben, ob, und wer sonsten solchen Fahnen, bey solchen* Ceremoniis *führen würde &c.* Vid. l. c. §. 32. p. 184 &c. (12.) Anno 1566. in expeditione contra Turcas, delectum quendam Ministrorum suorum instituente Cæsare *Maximiliano II.* cum ferendum Vexillum Pomeraniæ Duci traderetur, *Christophorus* Dux, ad quem laudatus *Zasius*, in literis d. d. Viennæ, 5. Aug. 1566. cuncta perscripserit, non solum Consiliarios suos, quid facto opus? consuluerit, sed insuper *Anselmo von Leipzig*, uni ex Ministris suis, in Exercitu Cæsareo commoranti, ut, quale Vexillum istud, Pomerano commissum, esset, qualemque haberet effigiem, contemplaretur, sibique notum faceret, in mandatis dederit, reque comperta, *daß es nicht der* formale *Reichsfahnen mit dem Adler, sondern ein besonderer Hof-Fahnen, gewesen,* acquieverit, nec desuper, ceu in animo habuerat, apud Cæsarem fuerit conquestus, nec filiorum Primogenitum *Eberhardum*, fungendi illius muneris gratia, in Hungariam miserit. Vid. l. c. §. 34. p. 186 &c. (13.) Cum an. 1532. *Carolus V.* expeditionem in Turcas moliretur, Vexillumque Imperii explicari, tradique *Philippo* Palatino, Vicario suo in Ducatu Würtembergico, quo *Ulricum* Ducem pepulerat, curaret, impellentibus Avunculis, *Wilhelmo & Ludovico*, Bavariæ Ducibus, *Christophorus*, *Ulrici* filius, palam protestationem interposuerit, allegando, *daß solcher Fahn niemand dann einem Hertzogen von Würtenberg zu führen gebührte,* Cæsarque intuitu teneræ Principis ætatis, quodque fungendo Vexilliferatus muneri nondum sufficeret, dicto Vexillo, aliud, scil. S. Georgii, substituerit, illudque *Ruperto* Palatino commiserit. Vid. l. c. §. 34. l. c. & Lit. JJ. Document. p. 232 &c. (14) *Rudolphus II.* Imp. in Investiturarum literis, de dato *Pilsen*, 18 April. Anno 1600. speciali paragrapho, hoc jus Duci *Friderico* confirmaverit, secutis hinc omnibus, ad modernum usque, Imperatoribus. Vid. l. c. §. 35 p. 188. & Lit. LL. MM. NN. OO. PP. & QQ. Documentorum. p. 234.

(8.) Celeberrimorum Scriptorum cohors, pro Würtembergico pronunciet, Eique splendorem ferendi Imperialis Vexilli, minime denegandum arbitretur. Adducuntur hoc nomine *Wolffgangus Lazius*, lib. 7. Comment. *Reipublicæ Romanæ*, c. 5. pag. 689; *Nicolaus Reusnerus*, lib. I. *Stemmatum*, *seu Armorum Gentilitiorum*, n. 12; *Theodorus Hœping*, de *Jure Insignium*, Cap. 6. part. 5. §. 9. membr. 2. §. 780. & Cap. 17. §. 6. §. 182 & 183. Ill. Dn. *Ulricus Obrechtus*, in Diatriba de *Vexillo Imperiali*, c. 4. pag. 24. qui scribit: *Eximio sane illo eminentique significatu, solus sibi Vexilliferi Imperialis nomen, & Jus hæreditarium, Serenissimus Dux Wirtembergicus vindicat, in cujus Insignibus idcirco Vexillum Imperii depictum extat. &c.* Illustris Author *de Jure Suprematus, ac Legationis Principum Germaniæ*, c. 42. *Marquardus Freherus*, in Not. ad *Petrum* de *Andlo*, l. 2. c. 15. in fin. multique alii. Vid. l. c. §. 37. pag. 191 &c.

Hæc, ni fallor, est summa totius Deductionis Würtenbergicæ. Sequuntur jam,

Argumenta *des Unterscheids &c.*

(1.) Quod in Vexillo Imperii Supremo *in des H. R. Reichs Haupt Banniere*, non appareat Aquila *μονοκέφαλος*, sed biceps, *ein zweykopffigter Adler*, secus ac in Vexillo Würtembergico, seu *Sturmfahnen*, ubi non nisi Uniceps exprimitur; Vid. l. c. §. 24. p. 139. laudato propterea Dn. *Obrechto*, *de Vexill. Imper.* c. 3. p. 15. Aquilam Serenissimæ Domus Würtembergicæ esse unicipitem, sed in Vexillo Imperiali Majore, cæterisque Insignibus Imperialibus, bicipitem exprimi, docente.

(2.) Vexillum Imperii Majus, quadratæ sit figuræ, idemque, quod Gallico Idiomate *Banniere Libre* vocamus, cum Würtenbergicorum *Sturmfahnen* longo velo, in cuspidem sensim obliquetur, sicque indicia particularitatis, seu minorativa, præbeat, nec ab illo Vexillo, quod vulgo *Pennon* audit, figura distinguatur. Vid. l. c. §. 25, 26, & 27, p. 140 &c.

(3.) In investitura *Eberhardi*, primi Ducis Würtembergici, an. 1495. in Comitiis Wormatiensibus, Vexillum quæstionis, non modo post Vexilla Ducatuum

tuum Würtenberg & Teck, sed & post Mompelgardense, latum fuerit, insigni argumento, pro Summo Imperiali illud non fuisse habitum. Vid. l. c. §. 6. &c. p. 132. & §. 27. p. 141; Conf. *Hortlederus von Ursachen des Teutschen Kriegs*, lib. 3. c. 1.

(4.) *Ludovicus* Bavarus Imperator, cum anno 1328. *Castruccium* de *Altelminellis*, Ducem Lucanum, Comitemque Sacri Lateranensis Palatii, de Vexilliferatu Imperii, ita investiret, ut Vexilli Imperialis *ubilibet* ferendi facultate frueretur, *Conradus* Com. Schlüsselburgicus, non nisi anno 1322. de Castro & oppido *Grœningen*, Ejusdem Cæsaris beneficio, investitus inter testes, Diplomati nullatenus se opponens, obscura licet lectione: *Conradus de Zolusselberg*, subscripserit, quod procul dubio, nisi discrimen, inter Solenne Imperii Vexillum, atque Würtembergicum, reperiretur, factum foret. Vid. l. c. §. 40, p. 146. Diploma Cæsareum Lucano Duci datum, extat apud *Meibomium, in variis opusculis Historicis*, p. 508.

(5.) Omnem rationem fugiat, tantum munus arctis limitibus circumscripto Comitatui Grœningen, innexum fuisse. Vid. l. c. §. 21. p. 138.

(6.) *Carolus IV.* Imperator, an. 1363. Imperiale Vexillum, in bello contra *Rupertum* Palatinum, specialiter *Eberhardo* Würtembergico, atque Civitati Argentoratensi, commiserit, non levi argumento, Comitem *Eberhardum*, differentiam, inter suum & Imperii Vexilla, haud ignorasse, nec alias, absque protestatione, dictam Civitatem jurium suorum participem fieri, passum fuisse, præter quod nec ipse speciali concessione indiguisset, si jure feudi munus illud obire valuisset. Vid. l. c. §. 34. & 35. pag. 144.

(7.) *Friderico III.* Cæsare, an. 1475. contra *Carolum*, Burgundiæ Regulum, laboranti *Novesio* suppetias ferente, duo Imperii Vexilla, quorum alterum curæ fuerit *Alberto*, Saxoniæ Duci, alterumque Civitatibus Imperialibus, explicata in castris adparuerint, nulla plane Würtembergici præsentis, nec verbo desuper gravatum se sentientis, facta mentione Vid. l. c. §. 38 39. & 45. p. 145.

(8.) Vexillum Würtembergicum unquam in castris visum fuisse, nullo exemplo probari queat. Vid. l. c. §. 37. p. 145.

(9.) Imperiale Vexillum solenne, omni tempore, ambulatorium fuerit, usque ad dicti Lucani Ducis ætatem, in quem *Ludovicus* Cæsar, perpetui feudi lege, ad posteros quoque transituri, prima vice illud contulerit; nec, post Ejus, mascula prole orbati, fata, hæreditario jure, ulli Familiæ commissum legatur. Vid. l. c. §. 45. p. 149.

(10.) Ex Historia nihil aliud eruere liceat, præter quod Vexillum Würtenbergicum particulare Suevicum fuerit, & quidem *des Hertzogthums Schwaben Sturm- oder Aufbotsfahnen*, à solenni Ducali adhuc distinguendum. Vid. l. c. §. 21. 22. & 23. pag. 138 &c.

(11.) Vexilla, queis *Sturmfahnen* nomen, quod in subitis casibus tantum adhiberentur, diversa in Imperio extitisse, testimonio *Alberti Argentinensis*, ad an. 1349. inquientis: *Reversus est autem Rex Spiram ---- Conquerebantur tum Civitates Rhenenses, quod Rupertus, Dux Bavariæ, haberet castrum, dictum Nova Curia, distans ad unam leucam à Civitate Spira, in qua latitarent latrones, qui mercatores, transeuntes publicam viam versus Wormatiam, in nemore dicto Rech-Holtz, despoliarent. Rex hoc audito, statim Bannerium Suum, quod dicitur Sturmfahn, super turrim Ecclesiæ Spirensis constituit, & Populo Civitatis ad arma mandari, per Magistros civium præcepit: & egressus Civitatem cum sua Gente armatus, Populo Eum sequente, cum Bannerio, ante castrum prædictum, ipsum funditus destruxit &c.* probandum sit, quandoquidem notanter hic Bannerii Cæsarei, quod *Sturmfahn* audit, non vero Würtenbergici, seu Grœningensis, mentio occurrat; unde aliud fuisse Cæsareum *Sturmfahne*, & aliud Würtembergicum, censendum. Vid. l. c. §. 32. & 33, pag. 143.

(12.) *Crusius*, Suevicarum rerum peritissimus, Vexilli Würtembergici particularitatem vel ipse agnoscat, scribens: *Cæsar, Comiti Ulrico Vexillum militare Sacri Romani Imperii Oppidi Grœningæ & arcis dedit &c.* cum adjectione *Oppidi Grœningæ & arcis* opus non fuisset, si Solenne Imperii Vexillum subintelligendum fuerit; præter quod vox *militare*, aliquid denotet, cujus extra bellum nullus usus; Vid. l. c. §. 13. p. 135. & §. 47. & 48. p. 149. nec non *Limnæus*, Tom. IV. I. P. p. 181. qui VVürtembergicum, tanquam Minus Solenne, ab Imperiali Solenni, omnino distinguendum arbitretur. Vid. l. c. §. 14. p. 135; Conf. præced. Argum. I.

Apparuit insuper. An. 1695. *gründliche Beantwortung der Würtenbergischen Gegen-*Deduction.

Ad Thesin (1.) quod hypothesis illa infirmo fundamento nitatur.

Ad Argumentum (1.) negandum non esse, Imperatorem, per *Fannonem*, Imperiale Vexillum intellexisse; inde vero, ad VVürtembergicorum *Sturmfahnen*, nihil concludi posse. Vid. l c. p. 66.

Ad Argum. 2. Banneriam illam omnino Imperii Vexillum arguere, sed nihil inde consequentiæ ad VVürtembergicum, nisi antea probetur, solum Imperiale Vexillum in Imperio fuisse. Vid. l. c. p. 60. & p. 66.

Ad

Ad Argum. 3. Alberti Argentinensis locum impugnare VVürtenbergicorum assertionem, nequaquam firmare. Vid. Argum. XI. *des Unterscheids.* Conf. l. c. p. 70 & 71.

Ad Argum. 4. Verba Trevirensis pariter ac Alberti Argentinensis, de particulari quodam Vexillo Imperii, scil. de illo, quod vulgo *Sturmfahne* vocetur, accipienda esse. Verba insuper *Vexillum Imperii*, nihil contrarii involvere, cum VVürtembergicum Vexillum omnino, certo modo, sub hoc nomine venire queat. Vid. l. c. p. 71 & 72.

Ad Thesin II. Sub *Friderico I.* quædam Officia, hæreditario jure in certas Familias transire cœpisse, de Vexilliferatu Imperii vero idem dici non posse, quippe qui ante *Rudolphi I.* Cæsaris ætatem, hæreditarius non fuerit. Vid. l. c. p. 96.

Ad Argum. 1. Nec aliunde constare, nec heic probari, VVürtenbergicos, una cum Hohenstaufiis, à Gibellinis descendere, licet nihil ad rem faciat. Vid. l. c. p. 98.

Ad Argum. 2 & 3. Hæc nihil probare.

Ad. Argum. 4. De subscriptione illa valde dubitandum, cum Author Voluminis *Documentorum redivivorum Würtenbergicorum*, anno 1636. Tubingæ editi, Part. 2. p. 367. de ea taceat, verba huc spectantia ita saltem referens: *Et ut omnia supradicta majorem habeant firmitatem, sigillum Dn. H. Episcopi Spirensis, & Comitum Ulrici de Würtenberc, & Hartmanni de Grunigen & - - - - de Veihingen, & proprii roborari presentem paginam procuravi &c.* Insuper Laici tunc temporis ipsimet subscribere non fuerint soliti, tanquam omnis literaturæ ignari, sed Notarius quidam eorum nomina tabulis injecerit: præter quod Diploma quoddam de anno 1269. quo *Hartmannus* Grœningensis principaliter versatur, in dicto Volumine, p. 378 occurrat, Grœningensis, nudis verbis, citra omne epitheton, mentionem faciens, verb. *Nos Godefrid. de Lewenstain, & Hartmannus de Gruoningen Comites &c.* ergo multo minus præsumendum. Eum in priori diplomate, non nisi testium censu veniens, à scriba quodam *Signiferum Imperii* vocatum fuisse. Ipsum etiam Diploma non an. 1257. sed 1255. datum sit. Vid. l. c. p. 103, 104 &c.

Ad Thesin III. Decrementa Domus Grœningensis probatione destitui. Infirmum esse argumentum, à sigillo *Eberhardi* Wurtembergici desumptum, quandoquidem & in Insignibus Domus Bavaricæ, nec non Palatinatus Saxoniæ, Marchionumque Misniæ, Aquila conspiciatur, citra omne indicium, per illam, prætensionem in Castrum & Oppidum Grœningen, vel inde dependens *Sturmfahnen*, innui. Accedere, nec in ipso *Hartmanni* Grœningensis Monumento Aquilam Vexillumve Imperii adparere; Nec VVürtembergicum jurium suorum tempore oppignorationis *Albertinæ*, reluitionis *Fridericianæ*, multoque minus, investituræ *Conradi* Schlüsselburgici, oblitum fuisse, si fundata quædam habuisset; quia vero de nulla Ejus protestatione, oppositione, vel reservatione, constet, ideo, nec aliud, quam nihil juris Illi in bona Grœningentia competiisse, credendum. Quantum ad verba Diplomatis, rursus non esse sequelam, Schlüsselburgium Vexilli Imperialis curam habuisse, in prælio ad Mühldorfium, strenuamque operam *Ludovico* Cæsari, adversus *Fridericum* Austriacum, in bello illo captivitatem subeuntem, navasse, propterea que à laudato Cæsare de Castro & oppido Grœningen, cum inde pendente ferendi *Sturmfanonis* jure, fuisse investitum. Ergo Vexillum illud (*Sturmfahne*) pro Summo Imperiali habendum. Vid. l. c. pag. 112. ad 115.

Ad Thesin IV. Hypothesin esse, Cæsarem, quasi animo restitutionis faciendæ, Grœningensia bona juraque VVürtembergicis restitui curasse, non confundendam cum libero ejus consensu, quo contractum illum promoverit. Meram insuper hypothesin esse, Schlüsselburgium ideo, quod quatuordecim annis Bona illa juraque possederit, ea vendidisse, affinitate & orbitate magis eo contribuentibus. Vid. l. c. p. 117.

Ad Thesin V. Præsuppositum esse, quod de restaurata Majorum prærogativa allatum, nec ullibi probatum, Comiti *Ulrici* Majores, vel castrum Grœningen, vel inde dependens jus ferendi Vexilli (*Sturmfahnen*) unquam possedisse. Vid. l. c. p. 119 & 120.

Ad Thesin VI. Ad (1.) Aquilam Imperii bicipitem, jam ante erectionem Ducatus VVurtembergici, fuisse in usu, nec antiquiora tempora in contrarium aliquid facere, cum consuetudo posterior priorem tollat. Vid. l. c. pag. 75 & 76. Ad (2.) Vexillum Grœningense ita vocari posse, respectu Territorii, cui inhæreat, pari modo, ac Tribunal Imperii in Suevia, *Rodwilanum*, a loco, vocetur; deinde, nomen *Imperiale* illi tribuendum, quatenus Nationis cujusdam in Imperio, i. e. Suevicæ, peculiare fuerit. Vid. l. c. pag. 127. Ad (3.) Non sequi, Cæsarem contulisse in Familiam Wurtembergicam jus ferendi Vexilli Grœningensis, ergo, quin Archi-Vexilliferatum Imperii, alii Familiæ concedat, esse prohibitum nec omnia officia à Cæsaribus promanantia, Archiofficia statim vocari posse. Vid. l. c. p. 183, & 184.

Ad Thesin VII. Per adducta argumenta assertionem non probari.

Ad Argum. 1. Huc spectare, ad argumentum 4. Theseos II. dicta.

Ad Argum. 2. Frustra de conservatione sermonem fieri, ubi de acquisito non constet. Vid. l. c. p. 142.

Ad

Ad Argum. 3. Quadrare huc Argumentum VI. *des Unterscheids zwischen dem Reichs-Haupt-Bannier, und der Würtenbergischen Sturmfahne.*

Ad Argum. 4. Electionem personæ cujusdam ad ferendum, certo saltem tempore, Imperii Vexillum, non confundendam esse cum hæreditario jure ferendi Vexilli Grœningensis. Vid. l. c. pag. 150.

Ad Argum. 5. 6. & 7. Pertinere hoc ad ornamenta Serenissimæ Domus VVürtenbergicæ. Vid. l. c.

Ad Argum. 8. Aquilam illam non nisi unicipitem esse, insuperque rubeum limbum, *der rothe Schwengel,* ibi conspicuum, notam minorativam prodere, alienam à Summo Imperii Vexillo. Vid. l. c. p. 82. & 153.

Ad Argum. 9. Duci nihil aliud confirmari potuisse, quam quod à Parentibus acceperit, i. e. nudum jus ferendi Vexilli Grœningensis.

Ad Argum. 10. Nudas assertiones non esse actus possessorios, propterea que nec opus esse protestationibus, præsertim cum eo tempore allegentur, quo, de iis, incidenter saltem occurrentibus, in Judicio, nulla agitetur controversia. Vid. l. c. p. 155 & 156.

Ad Argum. 11. Non esse dubitandum, quin honor præferendi Imperialis Vexilli VVürtembergicis Legatis, si ipsorum Principalis voluisset, tunc exhibitus fuisset; inde tamen argumentum, ad hæreditarium jus ferendi Vexilli Grœningensis, iterum claudicare. Vid. l. c. p. 159 & 160.

Ad Argum. 12. Nullibi ostensum, Vexillum Pomerano commissum, non fuisse Imperiale, negandum licet non sit, Vexillum Imperii Aulicum, *die Reichs-Hof-Fahne*, pariter ac VVürtembergicum, omnino a solenni Imperiali distinctum esse separatumque. Vid. l. c. pag. 164.

Ad Argum. 13. Nudam Principis juvenis *Christophori* relationem, veluti verba auribus aptantium blandimentis conflatam, omni exceptione vix majorem esse, nec, tacentibus Imperii Actis, plenariam probandi vim habere. Vid. l. c. p. 165. & 166.

Ad Argum. 14 Diplomata Cæsarea non nisi juris ferendi Vexilli VVürtembergici, *Sturmfahnen*, mentionem facere.

Ad Thesin VIII. Resp. Loca Autorum, vel ex opinione, vel aliena fide loquentium, vel male informatorum, veritatem rei invertere non posse. Vid. l. c. p. 176.

Stantibus ita rebus, declarante Cæsare, sub dato VVien, 22 Dec. 1699, ad instantiam precesque Legati VVürtembergici, Dn. *Johannis Backmeisteri*, occasione literarum feudalium pro Serenissimo Domino suo concipiendarum, Viennam missi, supplicatum, ne quid, in favorem Potentissimi Novemviri Brunsvicensis & Luneburgensis, statueretur, quod Serenissi. ducibus VVürtenbergicis, eorumque literis feudalibus, præjudicio esset, apud Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, IV *Abtheilung*, VII *Absatz*, §. 47. p. 765 &c. *Daß sie alles Ernstes daran seyn, und dahin kräfftigst* cooperiren *wolten, daß der Neunten Chur ein solches Ertz-Amt beygeleget werde, welches der Fürstlichen Würtenbergischen zu Lehn rührenden Kayserl. und Reichs-Sturm-Fahnen keinerley Weise abbrüchig und præjudicirlich seyn könte; wie dann, wann solches anständiges Ertz-Amt außgefunden seyn würde, weder des jetzt-regierenden Herrn Hertzogs zu Würtemberg Durchl. noch deren künfftigen* Successoren, *wegen des beym Fürstlichen Hauß Würtenberg stehenden Kayserl. und Reichs-Sturm-Fahnen, und denen, vermöge der Lehn-Briefe, anklebenden Herrlichkeiten, Gerechtigkeiten und Zugehör, etwas in den Weg gelegt, weder ein anderer jemahlen* præponiret, *oder beygesellet, sondern von Ihro Kayserl. Maj. und dero Nachkommen im Reich, Er, Hertzog Eberhard Ludwig, und alle Ihm succedirende regierende Hertzogen zu Würtemberg, dabey aufs kräfftigste geschützet und gehandhabet werden solten &c.* Sereniss. insuper Saxonum Electore quæcunque competentia, intuitu Jurium Archi-Mareschallatus, sibi reservante, penitus rumpi cœpit negotium, maxime ex quo Potentiss. Elector Brunf. & Luneb. *Georgius Ludovicus*, An. 1710, 12 Apr. de Officio *Archi-Thesaurarii Imperii*, investitus fuit; quod præc. Lib. 1. Tit. V. §. 11, in vita *Josephi* Imp. pag. 792, notavi. Conf. *Europ. Heroldt*, cit. Tom. I, pag. 253. Dn. *Joh. Michaël Weinrichius*, diss. de *Vexillis & Vexilliferis*, 5 Non. Maji An. 1710. *Erfurdiæ* defensa, Cap. I, §. 10. & seqq. p. 20 &c.

(X) *Munus Supremi Venatoris Imperii, des H. Rœm. Reichs-Ober-Jægermeisters,* respectu scil. *Palatinatus Lauchstadiensis*, An. 1350. *des nechsten Dornstags nach* Invocavit, Budissæ, *(Bautzen)* à *Carolo IV.* Imp. in *Friedericum, Balthasarem, Ludovicum, & Wilhelmum*, fratres, Landgravios Thuringiæ, atque Misniæ Marchiones, beneficiali lege collati, teste diplomate apud Dn. *Conradum Friedericum Reinhardum*, cit. diss. de *Officiis Imperii Saxonicis*, Sect. I. §. 22, p. 95, ubi, inter alia: *Wir Karl - - - - thun kund offentlich mit diesem Briev - - - - daß wir - - - - den Hochgebohrnen Friederich, Balthasar, Ludwigen und Wilhelmen, Gebrüdern, Landgraven zu Döringen, Marcgraven zu Meissenn - - - - lieben die Phallantz Graffschafft zeu Lauchstete, mit allen Herrschafften und Amptem, domit dieselben Phallantz Graffschafft gewirdet, geeret, und uz gesatzt ist, von Alter, by Namen, - - - - mit dem Banne, das man nennet Obrist-Gerichte - - - - mit allen Wiltpanen, als des Rœmischen Reichs Obrister Jegermeister &c.* Conf. idem, Sect. V, §. 1. p. 178; præ-

præsertim Illustr. Auctor *des Europ. Herolds*, T. I. p. 257, verbis præced. lib. I, Tit. XIII, Procem. lit. b, pag. 1022, occurrentibus; queis simul probatur, *Fridericum* laudatum in Comitiis Metensibus, An. 1356, munus hoc re vera exercuisse; quod & alii; ibidem laudati, confirmant, quibus sociandus *Czechorodius*, in *Marte Moravico*, lib. 4, Cap. 2, p. 430 & 431, Illustr. Dn. *Ludwigo*, in diss. de *Jure Suffragii Regis Bohemiæ*, Cap. 2, §. 9, lit. *a* hoc titulo commendatus. *Leopoldum* Imp. confirmasse Privilegium hoc *Johanni Georgio II*, Electori, An. 1661. 28 Aug. docent cit. Dn. Author *des Europ. Herolds* l. c. &, ex Dn. *Franckenbergii jetzt regierender Welt Schaubühne*, p. 185. Dn. *Thulemarius*, *Octovirat.* Cap. XVI, §. 32, p. 213. In gratiam Potentiss. Poloniarum Regis, *Friderici Augusti*, qua Electoris Saxoniæ, Imperatorem *Josephum*, solenni diplomate, sub dato *Wien*, 9 Aug. 1708, idem Privilegium habuisse ratum, testatur Formula apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, 4 *Abtheilung* 2 *Absatz*, §. 79, p. 246 &c. De Thesi conf. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XIII, §. 20, p. 238. *Eybenius*, de *Titulo Nobilis*, §. 30, p. 847 Operum Ejus Academicorum; *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 3, Cap. X, §. 2, v. 175, p. 1041; *Giovanni*, in *Germania Principe*, lib. 3, Cap. 4, §. 12, p. 172 & 173; *Hornius*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 32, §. 9, p. 257; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. IX, §. 37, p. 190 & Exercit. XVII, § 37, p. 366. *Austriæ*, *Pomeraniæ* & *Würtenbergios* Duces idem axioma sibi arrogare, præced. lib. I. Tit. XIII, Procem. lit. b, pag. 1022 & 1023, monitum; Insuper *Bodinum*, lib. 1. de *Republica*, Cap. 8. §. 83. p. 131, *Carinthiæ* ducem *Maximum Imperatoris Venatorem* vocare deprehendo.

(XI) *Dignitatem Burggravii Magdeburgici*; quam *Fridericus Bellicosus*, Misniæ Gentis Marchionum primus Elector An. 1425, à *Sigismundo* Imp. nactus fuit; tam arcte etiam illa dignitati Electorali inhæret, ut, præter Electorem, nemo Saxoniæ Ducum, ne quidem Princeps Electoralis, titulo & insignibus *Burggravii Magdeburgici* uti queat. Terræ ad Burggraviatum hunc pertinentes, sunt Præfecturæ: *Gommern*, *Ranis*, *Elbenau*, & *Gottau*. *Augustum* Electorem cessisse, An. 1579, mediante Transactione cum *Joachimo Friderico*, Marchione Brandenb. qua Administratore, juribus, quibus Burggravii, vel olim, *Magdeburgi* & *Hallæ* fruebantur, notum est. Vid. præced. Lib. 1, Tit. XVII, §. 14. lit. c. pag. 691 &c. Conf. *Europ. Heroldt* T. I. p. 246; *Hornius* l. c. §. 11. p. 259.

(XII) Quod, ex Privilegio *Caroli IV.* An. 1350, qua *Landgravius Thuringiæ*, *Feuda militaria emere, & ab Imperii immedietate eximere possit.* Vid. Dn. *Giovanni* l. c. §. 16, p. 176.

(XIII) Quod, ex Privilegio laudati Cæsaris, *jure* gaudeat *revocandi domum subditos*, *Territorium deserentes.* Vid. *Knichen*, de *Saxonum non provocandi jure*, Cap. 3, n. 84, p. 258; Dn. *Giovanni* l. c. §. 8. p. 170 & 171.

(XIV) Vigore *Aureæ Bullæ*, Tit. XXIX, §. 3, in Principum investituris, qui Feuda equo insidentes ab Imperatore suscipiunt, accipit Elector, si præsens est, qua Archi-Mareschallus, Eoque absente, Vice-Mareschallus Pappenheimius, Equum istum. Vid. Dn. *Hornius* l. c. §. 6. p. 255. *Wagenseil*, de *Summis Archi- & Officialibus Imperii*, Cap. 8, §. 35. p. 83; *Reinhardus* l. c. Sect. 2, §. 16, p. 144 &c.

(XV) *Archidapifero* & *Archi-Camerario*, officiis in Curia Imperiali fungentibus, scipionem præfert. Vid. Dn. *Reinhardus* l. c. §. XI. p. 131.

(XVI) Est Protector Episcopatus *Numburgensis* vid. seq. Tit. XIX, §. 143, lit. a, ut & Civitatis *Mülhusanæ*; Vid. Dn. *Giovanni* l. c. §. 30. p. 183. Dn. *Reinhardus* l. c. Sect. V. §. 5, p. 182. de *Erfordia* idem asserunt *Limnæus*, lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XV. §. 5. p. 347, & Dn. *Reinhardus* l. c. pariter ac de *Northusio*, Thuringiæ Oppidis. De *Erfurto*, Vid. seq. Tit. XIX, §. 147, lit. b. *Northusana* vero Jura An. 1699, Electori Brandenburgico vendita, asserit Dn. *Giovanni* l. c.

(XVII) Quod *Expectantia fruatur*, v. g.

(1) In *Principatum Anhaltinum*; vigore Diplomatis *Ferdinandi I.* Imp. de dato *Franckfurt am Mayn*, An. 1562, 5 Decembr. *Augusto*, Electori Saxonum, scripti, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 70, pag. 319; Conf. Dn. Auctor *des Europäischen Heroldts*, T. I, pag. 264; Dn. *Hornius* l. c. Cap. 32, §. 12, pag. 259.

(2) Ex diplomate *Ferdinandi II* Imp. sub dato *Newstadt* An. 1625, 13 Aug. in favorem *Johannis Georgii I.* Electoris, confecto, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 90. p. 411 &c. *Auf die Graffschafft Hanau, und alle diejenige Stücke, so die Graffen von Hanau, vom Kayser und dem H. Röm. Reich, zu Leben tragen, und welche*, *Vermög der beyden Lehenbrieffen*, de dato *Wien*, 12 Oct. 1620, *Hans Reinhardt*, *Graff zu Hanau, empfangen hat.* It. *Die Anwartschafft und* Expectantz *auf die Graffschafft Schwartzburg, wie auch den halben Thüringer Wald, und alles und jedes, was sonsten, Günther, Antoni Henrich, Carl Günther, Hans Günther, Christian Günther, Ludwig Günther, und Albrecht Günther, Brüder und Vettern, alle die Vier-Graffen des Reichs, Graffen zu Schwartzburg und Hohnstein*

An. 1053: Ego, Albertus, S. Bremensis Ecclesiæ Metropolitanæ ArchiEpiscopus, Fratresque mei, Dedo & Fridericus &c. Vid. *Lindenbrog*, §. 22 *Privileg. Hamburgens.* p. 138.

An. 1056, Imadus, D. G. Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus ---- precibus (Eilberti Abbatis) *gratuito annuentes, ipsum Prædium ---- banni nostri munimine confirmavimus, & ---- sigilli nostri impressione insigniri mandavimus &c.* Vid. Dn. *Schaten* cit. lib. VI, ad An. 1056, pag. 548, & Dn. *Lunigius* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Paderborn*, §. 44, pag. 720; quamvis, errore typographico, in priori, mendose annus 1066, & in posteriori, An. 1046, legatur, neutro *Indictioni VIII*, al. IX, qua diploma exaratum, respondente.

An. 1057, Anno II, divina præstante Misericordia, Coloniensis Ecclesiæ Archi-Episcopus ---- notum esse volumus cunctis &c. Vid. Dn. *Tolnerus* l. c. §. 33, p. 29; Dn. *Lunigius* l. c. Contin. Part. I, Tit. *Cölln*, §. 10, p. 329.

An. 1058, Imadus, D. G. Paderburnensis Ecclesiæ Episcopus ---- Noverit Universitas, qualiter Nos ---- quoddam prædium in Tuista ---- Cœnobio in Suburbio Civitatis Nostræ --- contulimus &c. Vid. Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 552.

An. 1064, Ego Ethelo, Hildenesheimensis D. G. Episcopus ---- nostro Episcopali banno pacem firmavimus &c. Vid. Dn. *Heineccius*, *Antiquitat. Goslariens.* lib. I, ad h. a. pag. 75 & 76; & Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Walckenredens.* Cap. X, §. 6, lit. q, pag. 119.

An. 1066, Ego Theodwinus, D. G. Leodiensis Episcopus ---- si vero Nos, vel aliquis Successorum Nostrorum, præscriptam libertatem ---- infringere tentaverit, concedimus & statuimus &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 23, p. 493.

An. 1069, Sifridus, Moguntinæ Speculator Ecclesiæ ---- necessarium duximus vestro reservari judicio, quas novimus, nec posse, nec debere, sine vestra auctoritate, Nostro terminari studio &c. Vid. literæ ejus ad *Alexandrum* P. R. apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. Partis I, Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. 13, pag. 23. Conf. Ejusdem literas, ad eundem Papam, de An. 1071, ibid. §. 14, p. 24 & 25, ibi: *Relatum est Nobis --- à Nobis canonice accipiat oleum consecrationis &c.*

An. 1071, Ego Henricus, Dei Misericordia, Altæ Sylvæ dictus Abbas ---- Nos, omnibus istis pacatis, ordinavimus inter ipsos &c. Vid. Laudum, in causa Ecclesiæ Leodiensis cum Duce Lotharingiæ, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 26, p. 495.

An. 1073, Sifridus, Moguntinus, id quod est, Dei Gratia ---- plurimum Gratiæ vestræ referimus caritati ---- multiplices Vobis grates referimus &c. Vid. Ejus literæ ad *Hildebrandum*, Cancellarium Pontificis, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. Partis I, Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. 15, p. 25.

An. 1075, Ego Adelbero, Sanctæ Würzeburgensis humilis Minister, notum esse volumus. Vid. Dn. *Lunigius*, Contin. I, citati *Spicilegii Eccles.* VI *Absatz*, *im Anhang*, Tit. *Saalfeld*, §. I, p. 1134.

Nonnulli tamen plurali penitus abstinuere, v. g.

Sec. VIII, Anno octavo *Theodorici* Regis; *Ego, in Dei nomine, Eberhardus, filius Adalberti, quondam Ducis, etsi vilissimus Christi famulus ---- in re mea propria, in loco qui dicitur Maurobaccus ---- in Pago Alsacensi ---- Monasterium ædificavi &c.* Vid. Dn. *Lunigius* Part. 3, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. V, Tit. *Murbach & Lüders*, §. 3, p. 176.

Sec. IX, An. 870, *Alfridus, Dei disponente Providentia, Hildesiensis Ecclesiæ Antistes, cum ---- circa Me specialiter divitias bonitatis Ejus ---- perpenderem, qui me, nullis exigentibus meritis, de sordibus levatum, inter Principes Ecclesiæ considere, & solium gloriæ tenere fecit, ne tantis Ejus beneficiis ingratus apparerem &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Cap. VII, Tit. *Essen*, §. 1, pag. 18. Conf. Ejusdem diploma, An. 877, annexis anathematibus, promulgatum, apud eundem, l. c. in Appendice, Tit. *Essen*, §. 1, p. 323 &c.

Sec. X. An. 964; *Ego, Marchio Gero, divina favente Clementia, omnibus ---- notum esse volo ---- postquam Filii Mei, Sigifridus & Gero, viam universe carnis fuissent ingressi, constructoque ex inde Monasterio Puellarum in Gerenrod, Sanctam Sedem Apostolicam adii, ipsumque Monasterium --- sedi Apostolice obtuli &c.* Vid. *Heppenrodius*, *Chronic. Gernrodens.* apud *Meibomium*, Tom. 2. *Rer. German.* pag.

pag. 422; Dn, *Becman, Histor. Anhalt.* Part. 3, Lib. I. Cap. 7, §. 3, pag. 168 &c. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. VII. *Gernrode*, §. 4. p. 79.

Sec. XI, An. 1021, 4 Non. Januar. in Talpiaco Castro, *Adelboldus*, Trajectensis Præsul, in charta descriptionis Nobilium Vasallorum suorum: *Ego Adelboldus, Dei solummodo gratia, S. Trajectensis Ecclesie Presul indignus, cum Feudales Liberi Trajectensis Ecclesie à Me Feudum suum requirerent, Predecessorum meorum, Episcoporum Trajectensium Mihi literas ostenderunt &c.*

Ex hactenus dictis constat, *Adelheidam*, Quedlenburgensem, forte primam fuisse, quæ, An. 1068, Pronomen *NOS*, chartis præfixerit, licet plerique Procerum plurali numero gesta sua tunc nota facere dudum consueverint, utut diplomata sua pronomine *Ego* inchoassent. Hicque scribendi mos & postea observatus fuit, v. g. dicto Sec. XI,

An. 1084, Borchardus, D. G. Halberstadensis Episcopus - - - - notum sit - - - - qualiter, pro remedio anime Nostræ, omniumque Nobis commissorum &c. Vid. Dn. *Leuckfeld, Antiquit. Halberstad.* p. 685; & Dn. *Lunigius*, l. c. Part. 2, Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Halberstatt*, §. 16, p. 23.

An. 1085, Ego Nortpertus, Gratia Dei, Presul Curiensis, petii Adalberonem, Liberum & Ingenuum Hominem, ut solenni traditione traderet super Altare S. Marie in Augusta Civitate, proprium meum Monasterium Hegibach, quod in manus ejus tradiderim, cum manu Advocati mei, Gebionis &c. - - - Si vero, quod absit, ex stirpe Nostra Vir industrius & idoneus defecerit, provideat Episcopus Augustensis &c. Vid. Dn. *Lunig*, l. c. cit. Part. 2, Cap. 4, in Supplem. Tit. *Augspurg*, §. 1. pag. 1056.

An. 1088. Liemarus, D. G. Bremensis Archi-Episcopus - - - notum esse Volumus Caritati Vestræ &c. Vid. *Privilegia Hamburgensia* apud *Lindenbrogium*, §. 33, pag. m. 146; Dn. *Lunigius* l. c. Contin. Partis I, Cap. 2, in Appendice, Tit. *Bremen*, §. 47, pag. 92.

An. 1090, Waltramus, D. G. id quod est, (Numburgensis Præsul) *- - - Amici Nostri inter mulierculas, & simplex vulgus, somniant - - - - in Vestro judicio conferamus - - - & antiquorum Patrum utamur testimonio &c.* Vid. Dn. *Leuckfeld* l. c. p. 693 & 694; Dn. *Lunig.* l. c. Part. 2, Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Naumburg*, §. 3, pag. 145.

An. 1093, Ruothardus, D. G. Sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ Archi-Episcopus; cum condignum Nobis & salubre, pro Officii nostri dignitate videatur - - - - ut, quicquid ad honorem Dei & laudem, sancitum, & ratum teneamus, & Privilegii nostri auctoritate corroboremus &c. Vid. Dn. *Schaten* l. c. lib. VII, ad h. a. pag. 634. Conf. Dn. *Lunigius* Contin. I *Spicilegii Eccles.* 5 *Absatz*, Tit. *Corvey*, §. 3, pag. 907.

An. eod. Henricus D. G. Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus. Notum esse volumus universitati Fidelium &c. Vid. Dn. *Schaten* l. c. pag. 633.

An. eod. Ego, Henricus, D. G. Comes Palatinus Rheni, & Dominus de Lacu - - - notum facimus &c. Vid. *Freherus*, P. 2. *Originum Palat.* Cap. IX, p. 33.

An. 1094, Ego Anshelmus, D. G. Laureshamensis Ecclesiæ Abbas - - - - Cellam meam, in monte Abrinsberg - - - - construximus, & - - - - Fratribus, ibidem Deo famulantibus, stipendia circumquaque accumulavimus &c. Vid. Dn. *Tolner*, cit. *Cod. Dipl. Palat.* §. 20, p. 15.

Sec. XII, idem plane stylus in usu fuit; sexcentis documentis, quorum nonnullorum præced. Lib. I, Tit. 4, §. 19, lit. b, pag. 396 &c. facta mentio, testibus. Ut chartæ parcam, recensebo saltem diplomata quædam, quorum initium aut *Ego*, aut *Nos*, præ se fert.

An. 1112, Ego Albertus, Moguntinæ Ecclesiæ, Dei Clementia, ArchiEpiscopus - - - - volumus notum esse &c. Vid. Dn. *Lunigius*, *Spicileg. Eccles.* Contin. I, 3 *Absatz*, §. 2, p. 206.

An. 1124, Ego Albero, Gratia Dei, Leodiensis Episcopus, notum facio. Vid. Dn. *Lunigius*, cit. *Spicilegii Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 33, p. 499.

An. 1129, Ego Norbertus, D. G. Magdeburgensis Ecclesiæ ArchiEpiscopus &c. Nos paupertati eorum - - - condolentes &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. I, Contin. Cap. 2, in Appendice, Tit. *Magdeburg*, §. 84, p. 32; Dn. *Leuckfeld*, *Nachricht vom Pramonstratenser, oder Marien-Kloster, in der Alten Statt Magdeburg*, §. 3, p. 10.

An. 1130, Ego Herimannus, Augustensis Ecclesiæ Presul indignus, quoddam predium - - - - legitima commutatione Nobis contraditum, Nos delegari fecimus &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, Cap. 4, in Supplemento, Tit. *Augspurg*, §. 4, p. 1057.

An. eod. Ego Lotharius, D. G. Romanorum Rex. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Part. I, Contin. Cap. 2, in Appendice, Tit. *Magdeburg*, §. 86, p. 32.

An. eod. Ego Diemo, Laureshamensis D. G. Abbas - - - - commutationem fecimus &c. Vid. *Freherus* l. c. Tom. I, p. 182.

An. 1138, Ego Heinricus, D. G. Ratisponensis Episcopus - - - - Nos quidem in Rorensi Ecclesia - - - - hactenus

ctenus Advocatum declinavimus &c. Vid. *Gewoldus*, l. c. Tom. 3, Tit. *Rohr*, p. 172.

An. 1140, Ego Otto, D. G. Frisingensis Ecclesiæ Episcopus, qualicunque Misericordia Domini favente --- contradidimus &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tit. *Schöftlarn*, p. 201.

Idem circa tempus: *Ego Luitpoldus, Dux Bavariorum, D. G. cupiens hæreditare beatitudinem --- volumus, & irretractabiliter decernimus* &c. Vid. *Gewoldus*, l. c. Tit. *Reicherfperg*, p. m. 158.

An. 1146, Ego Conradus, divina favente Clementia, Romanorum Rex, ---- per Nos, & per Principes Nostros --- pax est reformata. Vid. *Nicol. Zillesius, in defensione Abbatiæ S. Maximini Trevirensis*, & Dn. *Tolnerus, Cod. Diplom. Palat.* §. 52, p. 46.

An. eodem: Ego Conradus, per Gratiam Dei, Salisburgensis Ecclesiæ ArchiEpiscopus ---- pro qualitate collatæ Nobis industriæ, Ecclesiam nostram administravimus & dispofuimus &c. Vid. *Hundius*, T. 3. *Metropol.* Tit. *Raittenhaslach*, p. m. 134.

An. eod. Ego Adalbero, Hamburgensis, seu Bremensis, Ecclesiæ, Deo propitiante, vocatus ArchiEpiscopus ---- si quis hoc factum nostrum infregerit, anathema sit &c. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Tit. *Bremen*, §. 60, p. 99.

An. 1148, Ego Güntherus, D. G. Episcopus Spirensis, notum fieri desidero, quod Dn. Waltherus de Lomersheim ---- Nos, cum prædicto Abbate Diethero ---- supplex adiit, ut & locum, & conventum, intuitu Dei, visitaremus --- Nos itaque --- prout exorati fuimus &c. Vid. *Crusius, Annal. Suev.* P. 2, lib. X, Cap. VIII; *Document. Wirtenberg.* Tom. I, Tit. *Maulbronn*, §. I. p. 781. In Idiomate Germanico, quod *Crusius* l. c. *Documenta Würtenbergica* l. c. p. 788; *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirens.* Cap. LIII, p. 501, & Dn *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, 3 *Fortsetzung*, 3 *Abtheilung*, XIX *Absatz*, §. 129, p. 256, suppeditant, inchoatur charta: *Wir Günther von Gottes Gnaden &c.*

An. eod. Nos Berchtoldus, Dominus de Eberstein &c. Vid. initium hujus lit. c.

An. 1149, Ego Hartwicus, Deo donante, Bremensis, seu Hammaburgensis, ArchiEpiscopus ---- sigilli Nostri impressione signari, & testium nomina annotari jussimus &c. Vid. Dn. *Lunig*, Contin. Partis I *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, Append. Tit. *Bremen*, §. 61, p. 99.

An. 1152, Ego Hillinus, D. G. humilis Minister, & servus ---- notum facimus &c. Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Cap. 2. Tit. *Trier*, §. 33, p. 213.

An. eod. Ego Wigmannus, D. G. Cycensis Ecclesie Episcopus, cum dilecta Amita mea, Hadewiga, Venerabili Gerenrodensis Ecclesie Abbatissa, in hoc consensi &c. Vid. idem, l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Gernrode*, §. 14, p. 86.

An. 1153, Ego, per D. G. Gebhardus, Wirzburgensis Ecclesie Episcopus, gratum Nos Deo, & dignum pastoralibus curis peregisse opus confidimus &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2 dicti *Spicilegii*, Cap. 4. Tit. *Würtzburg*, §. 21, p. 943.

An. 1158, Nos Eberhardus, D. G. Salzburgensis ArchiEpiscopus, Vid. init. hujus lit. c.

An. 1180, Ego Otto, D. G. Babenbergensis Ecclesiæ Episcopus, notum facio --- Concambium, quod inter Vos (Nos) & dilectum fratrem nostrum, Engelschalcum, Osterhoven Cœnobii Præpositum, & Ejus Fratres, factum est ---- eandem pecuniam ab eis in concambium accepimus, &, pro remedio animæ nostræ, tantundem ---- tradidimus, & delegavimus &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. Tit. *Osterhoven*, p. 9; Conf. ejusdem charta An. 1188, l. c. pag. 10.

An. 1185, Ego Fridericus, D. G. Dux Sueviæ ---- interventu Avunculi nostri, Welfonis Ducis ---- concessimus & tradidimus &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 3, Cap. VI, *Roth*, §. 6, p. 454.

An. eod. Ego Conradus D. G. Corbejensis Abbas ---- mota Nobis quæstione &c. Vid. Idem l. c. Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 57, p. 99.

An. 1190, Nos Conradus, D. G. Comes Palatinus Rheni &c. Vid. initium hujus lit. c.

Sec. XIII, nihil immutatum; excepto, quod pronomen *Nos*, frequentius usurpatum conspiciatur. En exempla!

An. 1201, Ego Ludovicus, D. G. Comes Rheni, & Dux Bavariæ --- notum fieri petimus --- quod Nos cum Comite Henrico de Ortenberch tali conditione convenimus &c. Vid. Dn. *Lunig*, *Spicileg. Secular.* Part. 2 Supplement. p. 1834.

An. 1202, Ego Eberhardus, per Dei misericordiam, Salitzburgensis Ecclesiæ ArchiEpiscopus ---- intelligimus, Nos non solum teneri &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tit. *Seon*, p. 239.

An. 1207, Nos Philippus, D. G. Suevorum Dux, notum facimus &c. Vid. Dn. *Lunig*, Part. 3 *Spicileg. Eccles.* Cap. VI, Tit. *Marchtbal*, §. 7, p. 347.

An. 1208, Ego Heinricus, D. G. Dux Saxoniæ, &

C. P. Rheni ---- a dilecto socero nostro, ad me usque, translatum Sconaugiense Cenobium ---- defendere, & donis amplificare ---- decrevi &c. Vid. Tom. I Document. Würtenberg. Tit. *Bebenhusen*, §. 7, p. 371.

An. 1209, Ego Conradus, D. G. Ratisbonensis Episcopus ---- praeceptis salutaribus moniti, & divina institutione instructi, pastoralis esse novimus officii &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tit. *Rohr*, p. 170.

An. 1210, Ego Eberhardus, D. G. Abbas S. Emmerani in Ratisbona ---- notum sit, quod Nos ---- permutavimus, sive vendidimus, & in jus proprietatis obtulimus &c. Vid. *Hundius*, l. c. Tom. 2, Tit. *Haimeran*, pag. 263; & Dn. *Lunig* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *S. Emmeran*, §. 31, p. 656.

An. 1216, Ego Chunradus, D. G. Ratisbonensis Ecclesiae Episcopus ---- Nos itaque ---- iterum ad amicabilem eos induximus compositionem &c. Vid. *Gewoldus*, cit. Tom. 3 *Hundii*, Tit. *Ober-Münster*, p. 3, & Dn. *Lunigius* l. c. Cap. VII, Tit. eod. §. 7, p. 180.

An. 1218, Nos Berchtoldus, D. G. Babergensis Episcopus ---- protestamur, Nos literas ---- Antecessoris Nostri --- Ekberti Episcopi, vidisse &c. Vid. *Gewoldus*, l. c. Tit. *Osterhoven*, p. 14.

An. 1219, Ego Fridericus, Romanorum Rex, & Rex Siciliae, notum esse volumus universis &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Cap. VI, Tit. *Roth*, §. 8, pag. 455.

An. 1224, Ego Theodoricus, D. G. Monasteriensis Episcopus --- notum esse volumus &c. Vid. Dn. *Lunig*. cit. *Spicileg. Eccles.* Contin. I, 4 *Absatz*, Tit. *Münster*, §. 1, pag. 587.

An. 1228, Nos Ulricus, miseratione divina, Pataviensis Archidiaconus --- ad notitiam cupimus pervenire &c. Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 15.

An. 1240, Nos Otto, D. G. Palatinus Comes Rheni &c. Vid. Dn. *Lunig*. l. c. Tit. *Freysingen*, §. 5, pag. 519.

An. 1243, Nos Otto, D. G. Dux de Brunswic; in charta MS. qua Viduae Patrui, *Henrici* Palatini, proprietatem suam in Isenhagen, pro 185 marcis, vendidit.

An. eod. Ego Henricus, D. G. Comes de Ortenberg &c. Vid. Dn. *Lunig, Spicileg. Secular.* Part. 2 Supplement. §. 7, pag. 1837.

An. 1244, Ego Rapoto, Com. Pal. Bavariae, notum facio &c. Dn. *Lunig* l. c. §. 8.

An. 1246, Nos Otto, D. G. Comes Palat. Rheni --- praesenti scripto declaramus &c. Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 19.

An. 1247, Rapoto, D. G. Palatinus Comes Bavariae --- hinc est, quod Nos, ad petitionem --- Abbatis Ecclesiae Altahensis ---- omne jus, quod in recipienda Muta nostra, vel telonio, apud Pleinting, à nostris Progenitoribus, habuisse dinoscitur, sibi concessimus liberaliter &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. §. IX, p. 1837.

An. 1253, Ego Albertus D. G. Dux Saxoniae, Angriae & Westphaliae ---- discordia inter Ecclesiam Mindensem, & Nos ---- sopita est penitus, in hunc modum, quod --- Castrum praedictum (Sachsenhagen) *& proprietatem omnium bonorum Nostrorum, in Dioecesi Mindensi existentium, contulimus ipsi Ecclesiae &c.* Vid. Dn. *Lunig*, Part. 2 *Spicil. Eccl.* Cap. 4, Addit. Tit. *Minden*, §. 24, pag. 114.

An. eod. Nos Henricus D. G. Misnensis & orientalis Marchio. Vid Dn. *Leuckfeld, Antiquit. Walckenred.* Cap. XI, §. 9, lit. m, pag. 151.

An. eod. Nos Otto, de Benthem notum facimus universis &c. Vid. Dn. *Lunig. Spicil. Secul.* Part. 2, Supplement. pag. 1815.

An. 1256, Nos Henricus, D. G. Palatinus Comes Rheni &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2, Tit. *Aldersbach*, pag. 46; & Tom. 3, Tit. *Osterhoven*, pag. 21.

An. 1258, Nos Henricus D. G. Argentinensis Episcopus &c. Vid. Dn. *Lunig Spicileg. Ecclesiast.* Part. 3, Cap. VI, Tit. *Seltz*. §. 2, pag. 778.

An. 1259, Nos Berchtoldus, D. G. *Babenbergensis Episcopus &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 21.

An. eod. Nos Albertus, de Hals &c. Vid. *Gewoldus* l. c. p. 22. Conf. Ejusdem charta An. 1262, l. c. pag. 23.

An. 1260, Nos Conradus, D. G. Sanctae Coloniensis Ecclesiae Archi-Episcopus &c. Vid. Dn. *Lunig*. l. c. Contin. Partis I, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 37, pag. 346; Conf. Ejusdem Transactio cum Civitate Coloniensi, An. eod. l. c. §. 39, pag. 353.

An. 1262, Wir Walther, von GOttes Gnaden, Bischoff zu Straßburg &c. Vid. Dn. *Lunig*. l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Straßburg*, §. 16, pag. 873.

An. eod. Nos Poppo de Durn, Comes de Dilnsperg &c. Vid. *Freherus*, P. I, *Origin. Palatin.* Cap. X, pag. 101; Dn. *Tolner, Cod. Dipl. Palat.* §. 116, pag. 79.

An. 1263, Nos Henricus, D. G. *Dux Silesiae, & Dominus Vratislaviae.* Vid. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs Archivs Contin.* 4. 2 *Theil*; *Fortsetzung, IX Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 2, pag. 231.

An. eod. Nos Theodoricus, D. G. Marchio de Landsberg &c. Vid. Idem, l. c. 10. *Absatz*, §. 3, pag. 592.

An.

An. eod. Ego Conradus, D. G. *Iherusalem & Siciliæ Rex, ac Dux Sueviæ, - - - notum esse volumus &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Steingaden.* pag. m. 251.

An. 1268, Nos Emicho, Comes de Liningen, tenore præsentium profitemur &c. Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs Archivs, Contin. 4, im 2 Theil. 44 Absatz*, §. XV, pag. 469.

An. eod. Nos Albertus, D. G. *Thuringiæ Landgravius, & Saxoniæ Comes Palatinus, recognoscimus &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 4. *im 2 Theil in der Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, 4 *Absatz*, §. 20. p. 429.

An. 1269, Nos Eberhardus, D. G. Præpositus Monasteriensis, Ratisbonensis Diœcesis; Vid. *Hundius* l. c. Tom. 3, Tit. *Pfaffenmünster*, pag. 71.

An. 1270, Nos Otto Senior, Dominus in Eberstein - - - - notum fieri volumus &c. Vid. *Documenta Würtembergica*, T. 1. Tit. *Albæ Dominorum*, §. 1, pag. 121.

An. 1271, Nos Bertholdus, D. G. Babenbergensis Episcopus &c. Vid. Dn. *Lunig* Part. 2, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Bamberg*, §. 37, p. 32. Conf. Ejusdem charta An. 1276, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 3, Tit. *Osterhoven*, p. 26.

An. 1272, Nos Albertus D. G. Comes de Glichen, recognoscimus &c. Vid. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, *Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, 4 *Absatz*, §. 21, p. 430.

An. 1273, Nos Ludovicus, D. G. Comes Palatinus Rheni &c. Vid. *Freherus* T. 2. *Origin. Palat.* Cap. VII, p. 24. Dn. *Tolner* l. c. §. 86, p. 71. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXVII *Absatz*, §. 253, p. 398.

An. eod. Nos Godefridus, Comes Seynensis, tenore præsentium - - - - declaramus &c. Vid. *Freherus* l. c. pag. 25. Dn. *Tolner* l. c. §. 87, pag. 71. Dn. *Lunig* l. c. §. 254, p. 399.

An. 1275, Ego Casimirus, D. G. Pomeranorum Princeps, Majori Ecclesiæ Camminensi, quam - - - - fundavimus &c. Vid. Dn. *Lunig* Part. 2, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Camin*, §. 4, p. 7.

An. 1276 Nos Otto Senior, de Eberstein, - - - - & Nos Simon, Comes Gemini Pontis & de Eberstein &c. Vid. *Documenta Würtenbergica*, T. I, Tit. *Albæ Dominorum*, §. 5, p. 141.

An. eod. Nos Simon, Comes de Eberstein & Zweinbrucke - - - - publice profitemur &c. Vid. Dn. *Schilter*, Comment. *ad Jus feudale Aleman.* p. 458; Dn. *Tolner* l. c. §. 104, p. 74.

An. 1277, Nos Ludovicus, D. G. Comes Palatinus Rheni &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Schöftlarn*, p. m. 205 (vet. Edit. p. 297) Dn. *Tolner* l. c. §. 102, p. 74.

An. 1278, Nos Hermannus, Comes de Sulze - - - notum sit - - - - quod Nos Villam in Hophowe - - - - assignavimus & tradidimus &c. Vid. *Documenta Würtenbergica*, Tom. I, Tit. *Albirsbach*, §. 5, pag. 255.

An. eod. Nos Gottifridus, Præpositus Ecclesiæ Soliensis, Salzeburgensis Diocesеos &c. apud Dn. *Lunigium*, Contin. I, *Spicilegii Eccles.* 2 *Absatz*, §. 18, p. 175.

An. 1279, Nos Cunradus, permissione divina, Præpositus Montis S. Petri &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *S. Petri Matronæ*, p. m. 69.

An. eod. Nos Henricus, Comes de Honstein. Vid. Dn. *Leuckfeld. Antiquit. Walckenred.* Cap. XIX, p. 391.

An. 1281, Nos Henricus, D. G. Dux Silesiæ & Dominus Vratislaviensis &c. Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, *Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 6, p. 233.

An. 1282, Nos Heinricus, D. G. Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus &c. Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 72.

An. 1285, Nos D. G. Conradus, Comes de Wernigerod &c. Vid. Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Poeldens.* Append. 4, §. 35, p. 302.

An. eod. Nos Meynerus, D. G. Comes de Sladen &c. Vid. Dn. *Leuckfeld* l. c. §. 36, p. 303.

An. eod. Nos Heinricus, D. G. Comes dictus de Kirchperg &c. Vid. Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Ilfeldens.* §. 4, lit. e, pag. 58.

An. 1286, Nos Albero, divina miseratione, Ecclesiæ in Osterhoven Præpositus &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Osterhoven*, p. 27.

An. 1287, Nos Heinricus D. G. Com. Pal. Rheni &c. Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Oting*, p. 50.

An. eod. Nos Adolfus, Comes de Nassowe &c. Vid. *Schilter*, cit. Comment. ad *Jus Aleman. Feudal.* pag. 440; Dn. *Tolner* l. c. §. 108, p. 76.

An. 1288, Nos Otto, D. G. Comes de Bren. Vid. Dn. *Lunigius Contin. I Spicileg. Ecclesiastici*, 3 *Absatz*, Tit. *Magdeburg*, §. 3, p. 282.

An. 1291, Nos Reinboto, D. G. Episcopus Ecclesiæ Eystetti &c. Vid. Dn. *Lunig*, Part. 3, *Spicilegii Ecclesiastici* Cap. VI, in Supplemento, Tit. *Kaysersheim*, §. 1, p. 805.

An. eod. Nos Milo, permissione divina, Abbas *Monasterii de Murrhardt - - - - nec non Nos, Fridericus, Abbas Monasterii de Nernsheimb &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Elwangen*, §. 5, pag. 117.

An. eod. *Nos Walrabus, Comes de Zwainbrucke &c.* vid. Dn. *Schilter* l. c. Dn. *Tolner* l. c. §. 115, p. 79.

An. eod. *Nos Eberhardus, D. G. Comes de Wirtenberg &c.* vid. *Documenta Würtenbergica*, Tom. I, tit. *Laureacum*, §. 8, p. 734. Rursus,

An. 1293, *Nos Eberhardus, Comes de Wirtemberg &c.* Vid. *Documenta Würtenberg.* l. c. §. 9, p. 736.

An. eod. *Nos Rudolphus, D. G. Nobilis de Nifen &c.* vid. ibid. Tom. 2, tit. *Frawenzimmern*, §. 9, pag. 515.

An. 1295, *Nos Rudolfus, D. G. Comes Paldatinus Rheni &c.* vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, tit. *S. Petri Matronæ*, p. 68.

An. 1296, *Nos Conradus, D. G. Ecclesiæ Ratisponensis Episcopus &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. Tit. *Viebach*, p. 287, & 288.

An. eod. *Wir Pernnger, von GOttes Gnaden, Graff zu Leonberg &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. p. 286.

An. eod. *Nos Wernhardus, D. G. Abbas Inferioris Altach &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tit. *Osterhoven*, pag. 28.

An. 1297, *Nos Rudolfus, D. G. Com. Palat. Rheni &c.* vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *S. Petri Matronæ*, p. 69.

An. 1298, *Nos Enicho, D. G. Ecclesiæ Frisingensis Episcopus &c.* vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. Tit. *Raitenbuech*, p. 128.

An. eod. *Nos Ulricus, D. G. Comes de Helfenstein &c.* vid. *Documenta Würtemberg.* T. I. Tit. *Bebenhusen*, §. 16, p. 389.

An. 1299, *Nos Cunradus, D. G. Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus &c.* vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 2. Tit. *Aldersbach*, p. 48, & Tit. *Haimeran*, p. 265. Dn. *Lunig*, l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *S. Emmeran.* §. 35, p. 658.

An. eod. *Nos Wernhardus, D. G. Ecclesiæ Pataviensis Episcopus &c.* vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. Tit. *Salvator*, p. 193.

Sec. XIV. Usitatius adhuc fuit pronomen *NOS*, adeo, ut raro chartæ reperiantur, à quarum initiis *EGO* apparet; v. g.

An. 1301, *Nos Leupoldus D. G. Episcopus Babenbergensis &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Osterhoven*, pag. 29.

An. 1302, *Nos Gerhardus, D. G. Sanctæ Moguntinensis Sedis Archi-Episcopus &c.* Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, *im 2 Theil*, 44 *Absatz*, §. 31, p. 477,

An. eod. *Wir Sybote, von Gottes Gnaden, erwöhlt zu einem Bischoff von Spire &c.* Vid. Dn. *Lunig Spicileg. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Speier*, §. 8, pag. 836.

An. 1304, *Nos Wernhardus, D. G. Ecclesiæ Pataviensis Episcopus &c.* vid. *Gewoldus* l. c. pag. 30.

An. 1306, *Nos Ulricus, miseratione divina Abbas --- in Osterhoven &c.* vid. *Gewoldus* l. c. p. 31. Conf. Ejusdem charta. An. 1311, l. c. p. 32.

An. eod. *Nos Fridericus, Comes de Liningen &c.* apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, *im 2 Theil*, 44 *Absatz*, §. 33, p. 477.

An. 1308, *Nos Georius, Comes Irsutus &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. §. 34, p. 477.

An. 1309, *Nos Simon, natus Dn. Eberhardi, Comitis Geminipontis &c.* l. c. §. 35, p. 478.

An. 1312, *Wir Emerich, von Gottes Gnaden, Bischoff zu Wormbs &c.* Dn. *Lunig*, Part. 2, *Spicileg. Eccles.* Cap. 4, tit. *Worms*, §. 7, p. 926.

An. 1314, *Nos Otto, D. G. Dux de Brunswig & Luneburg.* Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, *2 Theil, Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, 1 *Absatz*, §. 3, p. 220.

An. 1317. *Wir Grave Burckhardt von Hohenbergk &c.* vid. *Documenta Würtenberg.* T. 2, tit. *Mariæ Reuthin*, §. 3, p. 476.

An. 1319, *Ich Hertzoge Friderich von Tekke, tun kunt --- das Ich &c.* vid. *Documenta Würtenberg.* Tom. I, tit. *Albirsbach*, p. 7, p. 259.

An. 1320, *Ich Grafe Johan von Nassau &c.* vid. *Lehman, Chron. Spirens.* lib. 7, cap. 26, p. 765; Dn. *Tolner* l. c. §. 224, p. 84.

An. eod. *Nos Conradus Senior de Winsperg Dominus, recognoscimus &c.* vid. Dn. *Lunigius*, Contin. I, *Spicilegii Eccles.* 5 *Absatz*, tit. *Fulda*, §. 4, p. 933.

An. 1327, *Wir Friderich, von GOttes Gnaden, Ertz-Bischoff zu Saltzburg &c.* Dn. *Lunig*, l. c. Contin. Partis I, Cap. 2, Tit. *Saltzburg*, §. 35, p. 977.

An. eod. *Wir Grave Hainrich von Tuwingen &c.* Vid. Documenta *Würtenberg*, T. I. Tit. *Hirsaugen*, §. 7, p. 559, & §. 24, p. 403.

An. eod. *Nos Otto, D. G. Comes de Lutterberg &c.* Vid. Dn. *Leuckfeld. Antiquit. Walckenred.* P. 1. Cap. 16, §. 4, p. 322.

An. 1328, *Wir Wolfram, von GOttes Gnaden, Bischoff zu Würtzburg &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, Cap. 4. Tit. *Würtzburg*, §. 31, p. 949.

An. 1329, *Wir Rudolff von GOttes Gnaden, Pfalentzgraff bey Rheyn &c.* *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Raitenbuech*, p. 115.

An. 1330, *Nos Hinricus, D. G. Lubicensis Ecclesiæ Episcopus &c.* Vid. Dn. *Lunig*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lübeck*, §. 86, p. 338,

An. 1331, *Wir Krafft von Hohlenloch &c.* Vid.

Schil.

Schilteri Comment. ad *Jus Feudale Aleman.* p. 523; Dn. *Tolner* l. c. §. 131, p. 87.

An. 1335, *Wir Heinrich*, *von GOttes Gnaden, Pfalletzgrave ze Rein &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Windsperg*, p. 340.

An. 1336, *Nos Frater Otto dictus Abbas Zwetlen Monasterii &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Osterhoven*, p. 33.

An. 1340, *Wir Walrave, Gravé zu Zweinbrücken &c.* Vid. Dn. *Tolner* l. c. §. 132, pag. 87

An. 1343, *Wir Graf Ulrich von Wirtenberg &c.* Vid. *documenta Würtenberg.* Tom. I, Tit. *Bebenhusen*, §. 25, p. 406.

An. 1344, *Wir Grave Gœtz, Grave Wilhelms seligen Sun von Tüwingen &c.* Vid. ibid. §. 26, p. 409.

An. 1348, *Wir Grave Eberhardt, und Wir Grave Ulrich, von Wirtenberg*, ibid. §. 28, p. 413.

An. 1350, *Wir Ludweig*, *von GOttes Gnaden, Margraff ze Brandenburg &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Raitenbuech*, p. 115.

An. 1362, *Wir Gotfried, von GOttes Gnaden, Bischoff zu Passaw &c.* Vid. Dn. *Lunig*, cit. *Spicileg. Ecclesiast.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passaw*, §. 45, p. 791.

An. eod. Wir Menhardt, *von GOttes Gnaden, Margraff zu Brandenburg &c.* Vid. *Gewoldus* l. c.

An. 1363, *Ich Hertzog Cunrad von Urselingen &c.* Vid. *Document. Würtemb.* T. 1. Tit. *Alpirspach*, §. 10, pag. 263, & §. 11, pag. 265. Principem hunc, ex Ducibus Spoletanis oriundum, à Sede *Ursslingen*, prope *Rothwilam*, nomen assumsisse, discimus ex Dn. *Burgermeisteri* Vol. I. *Thesauri Juris Equestris*, XII *Satz*, Cap. 23, p. 409.

An. 1366, *Wir Henrich von GOttes Gnaden, Bischoff zu Costantz &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Costantz*, §. 9, p. 162.

An. 1375, *Wir Graf Hainrich von Schawnberg &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3. Tit. *Suben*, p. 259.

An. 1377, *Wir Wilhelm, Graf zu Schawnberg &c.* ibid. p. 260.

An. 1386, *Wir Steffan, von GOttes Gnaden, Pfaltz-Graffe bey Rhein &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Raitenbuech*, p. 116.

An. 1388, *Wir Burckhardt von Gottes Gnaden, Bischoff zu Costantz &c.* Vid. *Acta Lindaviensia*, fol. 927.

An. 1393, *Wir Johannes von GOttes Gnaden, Pfallentzgraff bey Rhein &c.* *Gewoldus* l. c.

An. 1397, *Wir Graf Ulrich zu Schawnberg &c.* Vid. *Gewoldus* l. c. Tom. 3, Tit. *Suben*, p. 260.

Sufficiant hæc cognoscendo Seculorum memoratorum stylo.

(*d*) SECUTI SUNT &c. Imo præiverunt.

(*e*) PLACUERIT &c. Idem observavit *Limnaus*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 14, p. 55; &, ex eodem, Dn. *Hagelgansß*, cit. Dissert. de *Titulo Nos Dei Gratia*, Part. 1, §. 7.

(5) Voci *Wir*, in titulis Principum, (*a*) junguntur Verba: *Von GOttes Gnaden*; (*b*) quo modo scribendi Principes Imperii usi sunt, à tempore immemoriali, ejusque originem fere ignoramus. Probabile tamen est, hunc morem cœpisse tempore Ottonum (*c*) Imperatorum, quibus imperantibus, Ducatus & Marchionatus Imperii hæreditario jure possideri cœperunt.

NOTÆ.

(*a*) PRINCIPUM &c. Olim & *Comitum*, *Pralatorumque* inferioris subsellii; Vid. præced. §. 4, lit. c; nec non præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 395 &c.

(*b*) VON GOTTES GNADEN &c. Laudari hic merentur binæ dissertationes, de *Titulo: Nos Dei Gratia*, quas sæpe dictus Dn. *Michaël Henricus Hagelgansß*, Moderatore Dn. *Friderico Geislero*, An. 1677, Lipsiæ conscripsit, & publice defendit. Uti autem Magnates videntur vocabulo hoc, ad denotandum, se *Gratia Divina* unice acceptum referre, quod, inter tot hominum myriades, prærogativa gaudeant, ut, pro *Vicariis Dei*, in his terris, habeantur, hocque titulo á nobis venerandi veniant. Quo respicere videtur locus *Aventini*, lib. 4. *Annalium Boicorum*, Cap. IX, §. 6, p. m. 341, ubi, mentione facta *Ludovici Pii* Imperatoris: *Nulli delegavit Officium, ut non adjiceret: Vide, quid agas: Non Hominis, sed Dei Optimi Maximi, Minister es, Ejusdem Sacramento authoratus es: & agamus, ne quis popularium Nos accuset. Quodcunque judicabis facturusve es, in te redundabit. Ita tecum agetur, quemadmodum cum alio egeris. Non est enim apud Dominum, Deum Nostrum, iniquitas, aut cupido, acceptione personarum. Rex Deus omnibus idem, qui Nos ad rerum humanarum fastigium provexit &c.* Qui fit, ut sæpissime Præsules se saltem *Indignos & humiles Dei servos*, nominaverint. *Ditmarus Salisburgensis*, inchoavit literas ad *Johannem VIII.* P. R. Sec. VIII: *Theotmarus, indignus Archi-Episcopus, & Apostolicarum rerum Procurator promptissimus &c.* Vid. *Gewoldus*, ad Tom. I. *Hundii Metropolis*, Tit.

Saltzburg, pag. 32, & in Edit. Vet. pag. 46. Sic *Rabanus Moguntinus*, in literis ad *Reginbaldum* quendam, apud Dn. *Lunigium*, Contin. Partis I. *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, Tit. *Maintz*, *§*. 4, pag. 10. *Hrabanus, exiguus servorum Dei servus &c.* Plura exempla præced. §. 4, lit. c, ad Ann. 965, 979, 1015, 1021, 1023, 1052, 1130, 1140, 1152 &c. nec non præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, p. 397, offendis; in primis huc faciunt formulæ clariores v. g. *Sifridi Moguntini*, An. 1073: *Sifridus Moguntinus, id quod est, Gratia Dei.* Vid. præced. *§*. 4, lit. c, ad h. a. *Walrami Numburgensis*, An. 1090: *Waltramus, Dei Gratia id quod est &c.* Vid. ibid. ad An. 1090; *Henrici Leonis*, An. 1149, 12 Id. Septemb. *Henricus, Dux Bauwariæ & Saxoniæ, ad hoc culmen potestatis Nos, per gratiam Dei collocatos, juste recognovimus &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. in Appendice, Tit. *Bremen*, §. 62, pag. 100; *Eberhardi Bambergensis*, in literis ad *Eberhardum* Salisburgensem, An. 1160, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Bamberg*, §. 103, pag. 138: *Eberhardus Babenbergensis, Gratia Dei, si quid est &c.* Imo, manifesto documento sunt tot Diplomatum, chartarumque principia, quibus non solum Imperii Proceres, sed ipsi quoque Imperatores, fassi sunt, se munus Regium, dignitatemque Episcopalem, Ducalem &c. fuisse nactos:

Gratia Dei, chartis innumeris testibus, *Caroli Magni* Regis præsertim, tam ante, quam post debellatum Longobardorum Regem, *Desiderium*.

Per Gratiam Dei. Vid. præced. *§*. 4, lit. c, ad An 1146.

Annuente divina Gratia. Vid. ib. ad An. 1036.

Divina largiente Gratia; vid. Charta *Ludovici*, Regis Bavariæ, apud *Hundium*, l. c. Tom. I, Tit. *Ratisbona*, p. m. 150.

Divina favente Gratia, Vid. Charta *Arnolfi* Imp. An. 888, apud *Schatenum*, *Annal. Paderborn.* lib. 3, h. a. pag. 213; & *Ottonis I*, An. 958, ibid. lib. 4, ad h. a. pag. 303.

Divina dispensante Gratia; Vid. Charta *Geronis* Marchionis, præced. lib. I, Tit. 4, *§*. 9, lit. b, pag. 395.

Gratia Christi; Vid. Epistola 92 *Bonifacii* Moguntini, ad *Fulradum* Presbyterum, apud *Browerum*, lib. 3. *Antiquit. Fuldens.* c. 10, p. 203.

Divina ordinante Gratia; Vid. Charta *Ludovici* Regis, An. 910, apud *Boxhornium*, de *Leodiensi Republica*, pag. 459, & dipl. 21, p. 480.

Divina disponente Gratia. Vid. Charta *Conradi II*, apud *Browerum* l. c. Cap. 17, p. 262.

Cælesti Gratia; Vid. charta donationis *Conradi*, Episcopi Passaviensis, An. 1155, apud Dn. *Lunigium*, Contin. I. *Spicilegii Ecclesiastici*, 4 *Absatz*, Tit. *Passaw*, §. 5, p. 683.

Misericordia Dei. Vid. Charta *Hetti* Trevirensis, præced. §. 4, lit. c, Sec. IX.

Per Dei Misericordiam; vid. ibid. ad An. 1202.

Divina præstante Misericordia; ibid. ad An. 1057.

Divina largiente Misericordia, vid. Charta *Caroli Simplicis* R. Galliæ, apud *Boxhornium* l. c. pag. 466.

Qualicunque Misericordia Domini favente; præced. §. 4, lit. c, ad An. 1140.

Sola miseratione Divina; ita *Sigefridus* Ratisbonensis; teste *Aventino* l. c. lib. 7, c. 4, §. 15. p. m. 639.

Dei Clementia; vid. Charta *Ottonis I* Imp. An. 966, apud *Lindenbrogium*, §. 9 *Privilegiorum Ecclesiæ Hamburg* pag. 131.

Divina Clementia; Vid. Charta *Henrici* Regis An. 931, apud Dn. *Schaten* l. c. lib. 3, ad h. a. p. 265.

Divina favente Clementia; Vid. Diploma *Ottonis Magni*, An. 942, apud *Schatenum*, l. c. lib. 4, ad h. a. pag. 286; & ad An. 945, pag. 288, & ad An. 946, pag. 289; nec non de An. 968, apud *Freherum*, P. 2 *Orig. Palat.* Cap. XVI, pag. m. 77; Add. Charta *Geronis* Marchionis, de An. 964, ex *Hoppenrodii Annalibus Gernrodensibus*, apud Dn. *Meibomium*, T. 2. *Rer. German.* pag. 423; Dn. *Becmannum*, *Hist. Anhalt* Part. 3, Lib. I, Cap. 7, *§*. 3, pag. 168; & Dn. *Lunig.* l. c. Part. 3, cap. 7, tit. *Gernrode*, §. 4, p. 79.

Divina dispensante Clementia; Vid. Charta *Ottonis* Bambergensis An. 1126 apud Dn *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Bamberg*, §. 22, p. 22.

Divina largiente Clementia; vid. præced. §. 4, lit. c, ad An. 853. & charta *Ottonis I*, An. 936; apud Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 277.

Divina auxiliante Clementia; vid. Charta *Ottonis I*, Imp. An. 946, apud Dn. *Schaten* l. c. lib. 4, ad h. a. p. 288.

Divina concedente Clementia; Vid. Charta *Ottonis* laudati, An. 952, ibid. ad h. a. pag. 296.

Divina propitiante Clementia; Vid. Charta Ejusdem, An. 961, apud Dn. *Schatenum* l. c. lib. 4, ad h. a. pag. 306.

Divina repropitiante Clementia; Vid. Charta *Ludovici Pii* Imp. An. 834; apud Dn. *Schatenum* l. c. lib. 2 ad h. a. pag. 95, 97, 118 &c.

Divina favente Gratiæ Clementia; vid. Charta *Henrici Sancti*, qua Fuldensem Ecclesiam Comitatu *Stoddenstat* donavit; apud *Browerum*, lib. 3. *Antiq. Fuldens.* c. XV, p. 252.

Divi-

Divina ordinante Clementia; vid. Charta *Dagoberti*, An. 639, apud *Boxhornium* l. c. p. 437.

Adminiculante ſuperne Regis Clementia; Vid. Charta *Arnulphi* Com. Flandriæ, An. 941, apud *Olivarium Vredium de Sigillis Comitum Flandriæ*; Dn. *Heineccius*, de *Veteribus Germanorum Sigillis*, P. I, Cap. X, §. 18, p. 123.

Divina donante Clementia; Vid. Charta *Caroli Magni*, An. 802, Cœnobio *Werthinenſi* data, apud *Bucelinum*, in *Germania Sacra*, voc. *Werthinenſe*, p. m. 307, & *Schatenum*, lib. 4. *Hiſt. Weſtphal.* pag. 601; vix autem genuinis diplomatibus annumerari poteſt, cum (1) nullibi alias Cæſar hoc titulo uſus ſit: *Divina donante Clementia Imperator Auguſtus*; (2) nec Invocationem *Sanctæ & Individuæ Trinitatis* adhibuerit; (3) *Ludgerus*, *beatæ memoriæ* vocetur, quem tamen adhuc vixiſſe conſtat; (4) Idem Præſul licentiam ædificandi in Werthina Eccleſiam ab Imperatore noſtro petiiſſe dicatur, qui, in Traditionibus apud *Bollandum*, jam An. 796, 800 & 801, Abbas audit, proinde, ſine dubio, Eccleſiæ præfuit. (5) Vox *Brabant* ævo Carolino recentior videatur; In diviſione Regni *Lotharii*, An. 870, inter *Ludovicum*, Germaniæ, & *Carolum*, Galliæ, Reges, inſtituta, apud Authores, quorum præced. Lib. I. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 59, memini, habetur: In *Bracbanto*, *Comitatus quatuor &c.* (6) Nullibi *Carolus* formulam uſurpaverit: *Signum Domini Caroli Imperatoris Auguſti*; bene vero: *Signum Caroli Sereniſſimi Imperatoris*; aut: *Signum Caroli Sereniſſimi Auguſti*; nunquam conjunctim: *Imperatoris Auguſti*; (7) Non ſatis probari queat, *Hildegrimum* fuiſſe Cæſaris Notarium; (8) Inſolita ſit ſubſcriptio: *Anno Incarnationis Domini 802*; (9) *Carolus* ſcribatur cum K. (10) Princeps hic Paſcha *Aquisgrani* celebraverit teſtib. *Annal. Pithœanis*, h. a. pag. 17, nec non *Adelmo Benedictino*, ap. *Freherum*, pag. 406; adeoque, 6 Kal. Maji, Wormatiæ, ubi charta fertur data, eſſe non potuerit &c. Vid. Dn. *Eccardi*, *cenſura Diplomatis Carolini*, *de Scholis Oſnabrugenſis Eccleſiæ*, *Græcis & Latinis*, *ab objectionibus Jodoci Hermanni Nunningbi*, *vindicata*, §. XIII & ſeqq. ad XVII, pag. 9 ad 11.

Divina præveniente Clementia. Vid. Charta *Lotharii* Regis, An. 856, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccleſ.* Contin. I, VI *Abſatz*, Tit. *Münſter in S. Gregorien-Thal* §. 9, p. 1099.

Divina providente Clementia. Vid. Charta *Arnolfi* Imp. An. 893, apud Dn. *Schatenum*, l. c. lib. 3, ad h. a. pag. 228.

Divina adjuvante Clementia. Vid. Charta *Zuentebulchi*, Lotharingiæ Regis, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. XI, p. 1100.

Divina opitulante Clementia; vid. Charta *Ottonis I*, Imp. An. 937, apud *Lindenbrogium*, §. VII. *Privilegiorum Hamburgenſium*, pag. 130 &c. *Maderum*, in Appendice ad *Adamum Bremenſem*, §. XI. Diplomatum, pag. 207; *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 740; & Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs* Archivs, Contin. 2, *Fortſetzung der 2* Continuation, 4 *Abtheilung*, 5 *Abſatz*, Tit. *Bremen*, §. 2, pag. 430. Indicia tamen & hic adſunt, Diploma non eſſe genuinum; minimum interpolatum; dum (1) *Otto Magnus*, hoc titulo alibi non utitur. (2) nunquam ita crude phraſin adhibuit: *Dinoſcat omnium Fidelium Noſtrorum ſagacitas*; ſed plerumque: *Noverint omnes Fideles Noſtri*, *tam præſentes quam futuri*; vel: *Noverit omnium Fidelium Noſtrorum*, *tam præſentium*, *quam & futurorum*, *induſtria*; vel: *Dignoſcant omnes Fideles Noſtri*, *præſentes ſcil. & futuri &c.* (3) Stylus: *Anno Ottone Regnante Rege*, adhuc Cæſari inuſitatus; genuinæ chartæ habent: *Anno Sereniſſimi Regis Ottonis*; vel: *Anno Dn. Ottonis*, *Invictiſſimi Regis*; vel: *Anno Piiſſimi Ottonis Regis*; vel: *Regnante Ottone Sereniſſimo Rege*; vel: *Regnante Pio Rege Ottone &c.* (4) Subſcriptio Cancellarii deeſt; (5) Incompertum, quis fuerit ille *Thiatarius*, de quo in charta ſermo? (6) Loca: *Bremum*, *Birſina*, *Ramelslo* & *Buckin*, quorum ibidem mentio, in alio diplomate, 2 Kal. Julii, An. eod. proinde paulo ante ſcripto, apud *Lindenbrogium* l. c. §. VI, pag. 130; *Maderum*, l. c. §. X, pag. 206; *Meibomium* l. c. pag. 740; *Lambecium*, *Orig. Hamburg.* Part. I, pag. 38, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 1, pag. 429; nominantur: *Ramaslaum*, *Bremum*, *Bireſinum* & *Bukkenum*. (7) Nullibi Cæſar ita locutus: *Per ſuccedentium temporum curricula diligentius obſervetur*; (8) *Lambecius*, diligentiſſimus Hamburgenſium Privilegiorum indagator, documentum hoc ignoravit.

Divina Providentia; vid. Charta *Adaldagi*, ArchiEpiſcopi Hamburgenſis, de An. 997, apud Dn. *Davidem Georgium Strube*, in Comment. de *Jure Villicorum*, Cap. I, §. 3, pag. 6 &c. Quamvis nec hæc ſuppoſitionis notis careat; cum (1) *Adaldagus*, *Adamo Bremenſi*, lib. 2, Cap. XIX, pag. 55, & *Alberto Stadenſi*, ad An. 988, pag. 110, teſtibus, jam an. 988, 4 Kal. Maji, vitæ finem fuerit conſecutus; (2) Tempore *Ottonis III*, nemo Statuum Imperii, multoque minus *Adaldagus*, ab initio literarum, pronomen *Nos*, uſurpaverint; (3) Exemplum, apud *Wolterum*, in *Chronico Bremenſi*, in vita *Adaldagi*, Tom. 2. *Scriptorum Rerum Germanicarum Meibomii*, pag. 30, non eadem extenſione, qua apud Dn. *Strube*, reperiatur; (4) Stylus à ſe invicem differat, quandoquidem *Borchardus*, & ipſe ArchiEpiſcopus Bremenſis, in confirmatione Privilegii hujus, An. 1335, 12 Junii, Bre-

mæ edita, (ubi, inter alia; *Quam quidem literam vidimus, inspeximus, & legi fecimus, & examinavimus diligenter, cujus tenor,* NB. *de Verbo ad verbum, talis est)* apud Dn. *Strube* l. c. legit: *Universis Christi fidem tenentibus &c. Wolterus* vocem *Christi* omittit; ille: *qualiter*; hic: *quatenus*; ille: *pro amore nostræ Bremensis Ecclesiæ;* hic: *pro auctoritate;* ille: *Leonem Septimum*; hic *Leonem*, omisso numero septenario; ille: *laboravimus;* hic: *laboraremus;* ille: *recepta licentia*; hic: *recepta litera*; ille: *plurimorum sanctorum*; hic addit: *Videlicet Quiriaci, Cæsarii, Victoris & Coronæ Cancianorum, Felicis & Feliciani, Cosmæ & Damiani, ac Secundi, Ducis Legionis Thebæorum &c.* ille: *Ad terminos Ecclesiæ nostræ, scilicet in Bücken, primo pervenimus*; hic: *Ad terminos Ecclesiæ nostræ in Bucca pervenimus*; ille: *Reliquias S. Felicis Confessoris, & aliorum Sanctorum &c.* hic: *Reliquias S. Felicis Pontificis & Martyris, & aliorum quorundam Sanctorum &c.* ille: *Fratres;* hic: *Et tunc Fratres;* ille: *Quædam decimæ, & prædia, & alia Bona;* hic: *Quædam decimæ, & quædam prædia, & alia quædam Bona &c.* ille: *Petentes humiliter, sibi per Nos;* hic: *petentes humiliter*, omissis reliquis; ille: *Subveniri*; hic: *ipsis subveniri;* ille: *decimas, infra scriptas, videlicet: Hoste, Gamerkesens, Maringen, Duddenhusen, Holtorpe, Brun, Ottulen, Mimegersen, & de Suerinmere dimidiam &c.* Hic: *Decimas infra scriptas, videlicet: Mertvelde, Winberge, Weringen, Meinisen, Holthusen, Magelsen, Rethusen, Hadendorpe, Hadermissen &c.* ille: *Ludigerum, præclaræ Nobilitatis, & exquisitæ virtutis, in nomine Jesu Christi, sicut copiosa decreta priorum Patrum nostrorum demonstrant, Advocatum in Bücken esse censemus, præcipientes ei, & successoribus suis, sub anathematis pœna, & inter minatione districti judicii Dei, ne difficultate, & judiciorum subtilitate, Populum comprimat &c.* Hic: *Et, inter cætera, præficimus eis Luderingum de Hodenberge Advocatum, ut ipse neminem comprimat, nec injuste gravet &c.* ille, omissis multis interjectis: *dat. & ordinat. in Ecclesia Bremens. Anno Incarnationis domini DCCCC. LXXXXVII, VI Kalend. Nov. &c.* Hic nullum habet datum, dicens saltem &c. *Adaldagum* An. 888 obiisse; quo vero nondum erat natus. Aliud vidi exemplum manuscriptum hujus diplomatis, quoad extensionem, exemplo *Borchardi* æquale, ast illud non minus cum *Borchardino* discrepat; illud enim habet: *Hammaburgensis;* hoc: *Hamburgensis*; illud: *Fidem Christi;* hoc: *Christi Fidem;* illud: *Nos suscepit*; hoc: *Nos recepit;* illud: *& aliorum Sanctorum*; *quo facto;* hoc verba: *quo facto*, omittit; illud: *Quædam decimæ, & quædam prædia*; hoc: *Quædam decimæ & prædia;* illud: *decimas infra scriptas*; *videlicet: Hoste, Ethrekesen, Brun, Oculen, Maringen, Duddenhusen, Holtorp, Mimegersen, & de Suerinmere dimidiam &c.* Hoc: *decimas infra scriptas, videlicet: Hoste, Gamerkesens, Maringen, Duddenhusen, Holtorpe, Brun, Ottulen, Mimegersen, & de Suerinmere dimidiam &c.* illud: *Omnesque auferentes eos;* hoc voculam *eos* omittit; illud: *Banno nostro & anathemate censuimus subjacere*; hoc: *Banno nostro anathemati censimus subjacere &c.* illud: *Desideramus;* hoc: *Desideravimus;* illud: *Ac totius Capituli;* hoc: *Et totius Capituli;* illud: *Eglonis Præpositi;* hoc: *Ejilonis Præpositi;* illud: *Ac Canonicorum;* hic: *Et Canonicorum;* illud: *Exquæsitæ virtutis;* Hoc: *Exquisitæ virtutis*; illud: *Decreta piorum Patrum &c.* hoc: *Decreta priorum Patrum*; illud: *unum malceum;* hoc: *unam malten*; illud: *Et hunc;* hoc: *Et tunc;* illud: *non excedat;* hoc: *non extendat*; illud: *Nec aliquid villicorum;* hoc: *nec aliquis villicorum;* illud: *Hujusmodi præstationes;* hoc: *hujusmodi procurationes;* illud: *solummodo*; hic: *solum*; illud: *sed solummodo*; hoc: *Sed Canonicis solummodo;* illud: *Per dictam ordinationem nostram eximere &c.* hoc: *Per dictam Ordinationem in tantum eximere;* illud: *Et persequi*; hoc: *ac persequi;* illud: *Ad fluvium Warumpmenou;* hoc: *ad fluvium Warmenow;* illud: *firmiter & fideliter;* hoc: *Fideliter & firmiter;* illud: *Præpositus & Decanus communiter;* hoc: *Præpositus & Decanus conventus;* illud: *Et Pontificiali Decreto;* hoc: *Et Pontificis decreto*; illud: *debent contra eum procedere*; hoc: *Debeat contra eum procedere;* illud: *Ut ipsa Ordinatio*; hoc: *Ut ista Ordinatio*; illud: *Transgressores Ordinationis*; hoc: *Transgressores Ordinationis nostræ;* illud: *Cujus Ordinationis*; hoc: *Hujus Ordinationis*; illud: *Elecbernus Decanus;* hoc: *Gherbernus Decanus*; illud: *Adelbertus Custos*; hoc: *Adalbertus Custos;* illud: *Ac tota Congregatio;* hoc: *Et tota Congregatio*; illud: *Ghervildus Advocatus, Gherwardus, Willo &c.* hoc: *Gherhardus Advocatus, Gherwardus, Wyllo;* illud: *Anno Incarnationis domini 987, Indict. VIII, VI Kal. Nov.* Hoc: *Anno Incarnationis Domini 997, 6. Kal. Nov.* (5) Nulla genuina charta monstrosum titulum Archi-EpiscopisHamburgensibus & Bremensibus impertiat, qualis hic *Adaldago* vindicatur, ante *Adalbertum*, cujus diplomati de *Fundatione Cœnobii Rastadiensis*, de An. 1059, apud *Lindenbrogium* l. c. §. XXIV. p. 139, hujusmodi præfixus: *Ego Adelbertus, S. Romanæ & Apostolicæ Sedis Legatus, nec non universarum Orientalium ac Septentrionalium Nationum ArchiEpiscopus, Hammaburgensis quoque Ecclesiæ Provisor indignus &c.* & in alio, An. 1068, ibid. §. XXIX, p. 143. *Adalbertus, Almæ Romanæ & Apostolicæ Sedis Legatus, Vicarius Papæ, nec non omnium Septentrionalium Nationum Archi-Episcopus; Sanctæ quoque Hammaburgensis Ecclesiæ Provisor indignus &c.*

Suc-

Successores quoque eo abstinuisse, documento sint chartæ *Liemari*, D. G. *Bremensis Archi-Episcopi*, An. 1088. ibid. §. 33, & 34. pag. 146 & 147; *Friderici*, *D. G. Hammaburgensis Ecclesiæ Antistitis*, An. 1106, ibid. §. 35. p. 148; *Athelberonis*, D. G. *Hammaburgensis Archi-Episcopi*, An. 1136, ibid. §. 40, p. 151. An. 1141, §. 41, p. 151; An. 1143, §. 43, p. 153; An. 1144, §. 44. p. 154; An. 1146, §. 46. p. 156; *Hartwici, deo donante, Bremensis, seu Hammaburgensis, Archi-Episcopi*, An. 1149; ibid. §. 48, p. 157. An. 1164, ibid. §. 58, p. 165. *Baldewini*, D. G. *Bremensis Archi-Episcopi*, An. 1174, ibid. §. 60, p. 166; *Gerhardi*, D. G. *Sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archi-Episcopi*, An. 1238, ibid. §. 69, p. 173. (6) *Adaldagus* nunquam se scripserit *Servum Servorum Dei*; præsertim circa finem literarum; (7) dictiones: *Secundum ardentissimam voluntatem nobis cœlitus inspiratam &c. Per quosdam malignos Nobiles Milites &c. Præclaræ Nobilitatis & exquisitæ virtutis &c.* ævum Ottonianum non redoleant; *Nobilium* voce, Principibus tunc & Comitibus indigitatis. (8) *Indictio VIII*, nec Anno 987, congruat, nec Anno 997. &c.

Divina ordinante Providentia. Vid. Charta *Ludovici Pii*, An. 819; apud *Schaten* l. c. lib. 2, h. a. p. 65 &c. *Lotharii* Imp. An. 844, ibid. ad h. a. pag. 128. *Arnolfi*, ducis Bojorum, præced. §. 4, lit. c, Sec. X.

Divina disponente Providentia. Vid. Charta *Altfridi*, Hildesheimensis, An. 870, apud Dn. *Lunigium*, part. 3. *Spicileg. Eccles.* Cap. VII, Tit. *Essen*, §. 1. p. 18; & *im Anhang*, Tit. *Essen*, §. 1. p. 323.

Dei disponente Providentia; Vid. Charta ejusdem, An. 873. apud *Schaten*, l. c. lib. 3, pag. 174.

Deo propitiante; Vid. præced. §. 4. lit. c, ad An. 1146.

Deo donante; ibid. ad An. 1149.

Permissione divina; ibid. ad An. 1192.

Voluntate divina; Vid. Charta *Theodorici* Numburgensis, de An. 1249, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I, 4 *Absatz*, Tit. *Naumburg*, §. 3, pag. 887.

Divina dispensatione; Vid. Charta *Philippi* Coloniensis, An. 1184, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg.* Contin. partis I, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 21, p. 337.

In Dei nomine; Vid. Charta *Eberhardi* Comitis, An. 732, apud Dn. *Lunigium*, Contin. I, cit. *Spicilegii*, 5 *Absatz*, Tit. *Murbach*, §. 4, p. 952;

Ego, in Dei nomine, Eberhardus Comes; Charta *Arnulphi*, Flandriæ Comitis, An. 953, apud Dn. *Heineccium* l. c. *Ego, in Dei nomine, Arnulphus, Flandriæ Comes & Marchisus &c.* Add. præced. §. 4. lit. c, ad Ann. 761 & 1023. De aliis ne dicam.

Ex quo *Gregorius VII*, P. R. auctoritati Cæsareæ classicum canere cœpit, Romanæque contra Sedi Majestatem affingere, vix divina inferiorem, factum, ut pedetentim Præsules, auribus ejus famulari meditarentur, fœda adulatione eo usque serpentes, ut, infelici conflata *Henrici V.* Imp. cum *Calixto* Papa Transactione An. 1122. (de qua præced. lib. I. Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 65.) à pristina submissione, qua olim Auctorem pariter functionum suarum, ac supra tot alios elatæ sortis, Deum, unice profitebantur, recedendo, in titulis Pontificem Romanum Creatori Cœli & Terræ sæpius adjungerent, *Dei & Apostolicæ Sedis Gratia*, se scribendo; Vid. *Tritthemius, Chron. Hirsaug.* pag. 244; *Brower, Antiquit. Fuldens.* lib. 3, cap. 9, pag. 197. Seculi XIV Exempla profert *Du Fresne*, Gloss. voc. *Dei Gratia*, pag. m. 45. Antiquius longe præbet Epistola *Eberhardi Bambergensis*, ad *Eugenium III* P. R. Anno, ut *Baronius*, Tom. XII *Annal.* ad An. 1153, §. 14. pag. m. 377 docet, 1153, 8 Id. Julii, defunctum, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg.* Part. 2, Cap. 4. Tit. *Eichstädt*, §. 5, p. 206, ubi: *Beatissimo Patri & Creatori suo, Eugenio, S. Catholicæ Ecclesiæ Summo Pontifici, Eberhardus Babbergensis, Divina & Apostolica Miseratione, minimum id, quod est, debitam in Christo obedientiam &c.* Auream *Friderici II* Imp. Bullam, de *Libertate Ecclesiastica*, sub dato *apud Egram*, An. 1213, 4 Id. Julii, Tom. I. *Constitut. Imper. Goldasti*, pag. 291 &c. & apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg.* P. I. Cap. I, §. 79, p. 169. & Contin. 8, 2 *Absatz*, §. 9, pag. 166 &c. subscripsit: *Conradus, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia, Metensis & Spirensis Episcopus.* In Sigillo *Arnoldi* Bambergensis, Bullæ Indulgentiarum Ecclesiæ SS. *Simonis* & *Judæ* Goslariensi, An. 1287, in *Herbipolensi* Synodo concessæ, appenso, inscriptio sonat: † *Arnoldus, Dei & Aplice*, (Apostolice) *Sed. Gra. Babenbergen. Eps.* Vid. Dn. *Heineccius*, de *Veteribus Germanorum sigillis*, Part. I, Cap. VIII, §. 14, pag. 69. Exempla Sec. XIV, præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 397, & 398, produxi, quibus initia jungas Privilegii *Wilhelmi* Argentoratensis, sub dato *Argentinæ*, 19 Mart. An. 1398, Abbatiæ *Gengenbach* scripti, apud Dn. *Lunig.* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Gengenbach*, §. 9, p. 304, verb. *Wilhelmus, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia, Electus Confirmatus Argentinensis Episcopus &c.* Aliis, Sec. XV, adde Chartam *Alberti Ratisbonensis*, super beneficio in *Hagenhil*, An. 1414, 25 Oct. confectam, apud *Gewoldum*, Tom. 2, *Hundii Metropolis*, Tit. *Essing*, p. m. 204: *Albertus, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia, Episcopus Ratisbonensis &c.* nec non *Conradi* Præsulis, An. 1433, ibid. T. I. Tit. *Ratisbona*, pag. 180: *Conradus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Ratisbonensis &c.* & *Henrici*, de An. 1479, ibid. pag. 182: *Nos Heinricus, Dei & Apo-*

Apostolicæ Sedis Gratia, Episcopus Ratisponensis &c. Sic Abbas *Mellicensis* An. 1457, apud *Hundium* l. c. Tom. 2, Tit. *Berchtesgaden*, §. 27, pag. 118: *Nos Johannes, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia, Abbas Monasterii Mellicensis &c.* Perversum hunc adulandi morem merito carpit *Aventinus*, lib. VII. *Annal. Boicorum*, Cap. 4. §. 15, pag. m. 639, *Friderici II.* Imp. temporis memor: *Friderici hujus ætate, excluso Populo, cæterisque Sacrificulis, duntaxat mystis imponi Pontifices cœptum esse, supra explanavimus; eas ob causas, illius tempestatis Episcopi, in titulis, initiis Epistolarum, atque Decretorum, non, uti nunc fit, ascribunt: Apostolicæ Sedis Gratia, nimirum favore humano: sed, more Pauli, Clementiæ duntaxat divinæ id munus atque donum acceptum referunt &c.* Existimat *Du Fresne* l. c. hanc esse hujus rei originem, *seu, quod à Summis Pontificibus Episcoporum electio confirmaretur;* seu, *quod Romana Sedes principium ac fons esset omnium Episcoporum*, juxta C. 3 *Concilii Romani*, An. 863: *Cum Sede Apostolica, unde eos principium Episcopatus sumpsisse, manifestum est &c.* mallem ego *famulitium*, hoc titulo, nominari, quod Romano Episcopo deberi gratiam ejus aucupantes plenis buccis profitebantur.

In æmulationem forte, sive ut Clericorum vanitati justa solverent, Imperatorum jura tuentes Laici, quandoque *Dei & Imperatoris gratia* Spartam sibi demandatam fassi sunt. *Franciscus Guillimannus* sane, lib. 2. *Rerum Helveticarum*, Cap. XV, §. 2. pag. m. 123, mentione facta *Conradi, Zaringiæ* Ducis, Rectoris Burgundiæ primi, ait: *Hoc deinceps titulo omnes Zaringiæ Duces usi sunt, in hanc fere formam: Cunradus, vel Berchtholdus, de Zaringen, Dux, & Rector Burgundiæ, Dei & Imperatorum Gratia, Judex constitutus & Advocatus, in omne Turegum Imperialem Jurisdictionem habens &c.* Conf. *Pithœus* Liv. I *des Comtes de Champagne & Brie*, pag. 473; *Pontus Heuterus*, lib. I *Rer. Burgund.* pag. 8; *Carpzov. Disput. Feudal. IX*, ad Tit. 24 & 26; Dn. *Heineccius*, de *Veteribus Germanorum sigillis*, P. I, cit. Cap. VIII, §. XV, pag. 70. Trahenda huc non minus epistola *Ottocari III*, Bohemiæ Regis, ad *Rudolphum* Imp. de qua *Megiserus*, lib. VIII. *Annal. Carinthiæ*, Cap. 37, pag. 898; ad An. 1276: *Pfaltzgraf Ludwig am Rhein unterstund sich, zwischen zweyen Kœnigen zu handeln, und Fried zu machen, derowegen Ottacker seinen Vettern, Pfaltzgraf Ludwig, einen Brief übergab, mit vollem Gewalt; der Titul laut also: Serenissimo Domino suo, Rudolpho, Regi Romanorum, Semper Augusto, Odagrius, Dei & Illius Gratia, Rex Bohemiæ. Es wurden alle Gefangene ledig gesprochen; Oesterreich, Steyer, Kärndten, Crayn, die Windische Marck, Histria, wurd dem Kayser; Bœhem, Schlesien und Mehrern, Ottacker zugesprochen &c.* Et frequenter quidem scripsisse in hunc modum Cæsari *Ottocarum*, ex *Historia Australi*, ad An. 1278. apud *Freherum* T. I. *Scriptorum German.* pag. 329, discimus. Conf. *Carpzovius*, l. c. & ad A. B. Qu. 4, pag. 88; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. 4. Cap. VI, §. 30, pag. 58. & Tom. IV. Addit. ad hunc locum, pag. 423; Illustr. Dn. ab *Eyben*, Diss. de *Origine Illustris Regulæ: S. R. J. Electores, Duces &c. tantum posse in suis Territoriis, quantum Imperator in Imperio;* Cap. VIII, Part. 3. *Operum* Ejus *Academicorum*, pag. m. 81; *Hagelganß*, cit. Diss. priori, de *Titulo Nos Dei Gratia*, Cap. 2, §. 42; Dn. *Multzius*, Part. I. *Corporis Juris Publici*, Cap. 4, §. 3, v. 11, pag. 97; Dn. *Heineccius* l. c. Ut taceam fundationem Collegii Monachorum B. Benedicti, juxta Civitatem *Lycii*, an. 1181, Mens. Septemb. Regni vero *Wilhelmi*, Siculorum Regis, XVI, à *Tancredo, Lycii* Comite, *Rogerii*, Apuliæ Ducis filio, factam, apud *Ughellum*, Tom. IX. *Italiæ Sacræ*, in Aletinis, seu Lyciensibus Episcopis, pag. 98. ubi: *Tancredus; Dei & Regis Gratia, Comes Lycii &c.* In præsentiarum vero abstinent Principes tali more scribendi.

Licet igitur Proceres nostri jure meritoque *Dei Gratiæ* se scribant, modestiæ tamen & civilitatis signa edendo, in literis ad Cæsarem, nec titulo hoc utuntur, nec, in numero plurali, *Wir*, vel *Uns &c.* sed singulari, *Ich*, & *Mir &c.* loqui amant; quod, ante me, observavit; Illustr. Dn. de *Seckendorf*, Part. 2. *des Teutschen Fürsten - Staats*, Cap. 2, §. 2, p. 61, ubi, ad Quæstionem *Wie ein Landes-Herr, in Erhaltung Seines Fürstlichen Staats den Staat des Römischen Käysers vor Augen habe?* ait: *Bey dem Ersten, nehmlich der Erhaltung Seines Fürstlichen Standes, Ehre, Macht und Hoheit, ist Er schuldig, zuförderst den Respect, Ehre und Hoheit des Teutschen Reichs, und der Kayserlichen Maj. vor Augen zu haben, nicht allein (1) mit äusserlichen Worten und Titul, daß er nemlich den Römischen Kayser Seinen Allergnädigsten Herrn nennet, und Ihme den Titul Ihrer Kayserl. Majestæt giebet, Sich aber einen Unterthänigsten oder Allerunterthänigsten Gehorsambsten Fürsten des Reichs heisset, und nicht, wie gegen andere, Sich von Gottes Gnaden, und Wir, sondern nur Ich, schreibet; und was dergleichen gebührliche Ceremonien und Höfflichkeiten mehr sind; sondern Er ist auch (2) mit Seinen Pflichten dahin gewiesen &c.* Hinc forte sua Illustr. Baro de *Lyncker*, Tr. de *Libertate Statuum Imperii*, Sect. I, p. m. 23; & Dn. *Hagelganß*, l. c. Diss. priori, Cap. I, §. XV, & Diss. posteriori, Cap. 4, §. 46. & Dn. *Multzius* l. c. §. 4, v. 13, p. 97; & Part. 2, Cap. 1, §. 11, v. 69, p. 258; de pluribus aliis ne dicam; secus tamen fit, si Princeps Imperii simul Reges sint, quo

casu

casu integros titulos ponunt; & in plurali loquuntur; v. g. *Rex Daniæ*, In literis ad Cæsarem, de dato *Kopenhagen*, 26 Oct. An. 1717, in puncto demolitionis Wismariensis, apud *Fabrum*, Tom. XXXII *der Staats-Cantzley*, Cap. XI, p, 740. *Ew. Kayserl. Maj. und Ld. an Uns abgelassenes Freund-Oheim-und Brüderliches Schreiben, vom 28 Sept. ist Uns, von dero bey Unserm Hoff subsistirenden Residenten Schmid, gebührend überreichet worden, und Wir haben daraus ersehen &c.* Nec aliter Potentissimi Reges *Magnæ Britanniæ*, & *Borussiæ*, pariter ac moderni *Sueciæ* & *Poloniarum* Electi.

(c) OTTONUM &c. Ante tempora *Henrici IV*, genuinum ejusmodi diploma me hactenus nondum vidisse, præced. §. 4, lit. c, lubens fassus sum.

(6) Inter vetustiora Germanici Imperii exempla, referri potest, quod 977, Ottone secundo imperante, *Otto*, Dux Wasgoviæ, in fundationis Diplomate Monasterii Sancti Lamberti, se, gratia Dei, regnare, *Wir Otto (a) von Gottes Gnaden, Hertzog von Waßgau*, subscripserit. *Phil. Simon. in Chron. Episcop. Spirens. rubr. de Episcop. Bertoldo 22.* Ecclesiastici longo tempore hoc titulo abstinuerunt, memores professionis suæ humilitatis. Nec sub *Carolingorum* regimine facile reperies, Episcopum aliquem tali inscriptione usum fuisse; Episcopus Argentinensis *Heddo*, in testamento suo, hæc verba præposuit: *Ego Dei nomine Eddo peccator, per Misericordiam Dei vocatus Episcopus: Guilliman. de Episcop. Argent. in Eddone.* Subsecutis temporibus, Episcopi communiter, Divina permissione, vel indulgentia, *aus Gottes Verhængnis, oder, aus Gottes Erbarmung*, tale officium se gerere scripserunt. *Vide Simon. de Episc. Spirens. passim.* Postquam vero integros pagos, districtus, territoria, cum Jurisdictione, appetere, eaque ab Imperatoribus obtinere cœperunt, titulo & inscriptione, Dei gratia, (b) usi sunt. Sicut de Episcopo Constantiensi *in Instrumento 1388. confecto* legimus: *Wir Burckard von Gottes Gnaden, Bischoff zu Constantz.* De Archi-Episcopo Moguntino, legimus, quod anno 1354. in Attestato aliquo publico, parem titulum adhibuerit, *Wir Gerlach, von Gottes Gnaden, des heiligen Stuls zu Maintz Ertz-Bischoff.* Exempla vetustiora reperies apud *Trithemium in Chronic. Sponheimens. sub Adelberto Archi-Episcopo anno 1127.*

NOTÆ.

(a) WIR OTTO &c. Conf. præced. §. 4, lit. c.

(b) DEI GRATIA &c. Jam Seculo IX, id factum; ibidem dixi; qui locus simul *Mylerum*, de *Principibus Imperii*, Part. I, Cap. 30, §. 6, pag. 298, illustrare queat.

(7) Quo titulo sensim recepto, Ecclesiastici Principes immediati, in hunc usque diem utuntur, fruuntur; & nulli alii Duces, aut Comites, subalterni, cujuscunque Regis aut Monarchæ existant, utcunque se liberos esse pronuncient, in suis Rescriptis, aut Instrumentis publicis, absque læsæ Majestatis crimine eo uti audent. Hinc de *Ludovico XI.* Galliarum Rege, refert *Bodinus*, Eum sub gravi pœna, (a) Armoricum Duci, mandasse, ut hanc inscriptionem suis Rescriptis præmissam detraheret. *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 7. n. 772.* Testatur quoque *Petrus Ærodius*, Comitem Armeniacum, quod se *Gratia Dei* inscriberet, (b) sub *Carolo VII.* Galliarum Rege, propterea læsæ Majestatis criminis accusatum fuisse, eo quod hisce verbis a regia potestate se liberare videretur, unumque se, non *Carolum* Regem observari velle videretur. *Petr. Ærod. rer. judicat. lib. 7. c. 9. Theodor. Hœppink de jure insign. vide Myler. de stat. Imp. part. 1. c. 30, §. 8. p. 299.*

NOTÆ.

(a) FRANCISCO &c. Idem docent *Draco*, de *Origine & Jure Patriciorum*, lib. 3, in Appendice Capitis 2, §. 13, p. m. 234; *Mylerus* l. c. §. 7, p. 299; alii.

(b) INSCRIBERET &c. Assentiuntur: *Joh. de Bussieres, Histor. Francic.* lib. XII, Cap. 26; *Limnæus, Notit. Regni Franciæ*, lib. 2, Cap. VI, lit. ooo, pag. 431; & Tom. IV. *Addit. Jur. Publ.* lib. 4, Cap. VI, §. 15, pag. 422; *Reinking.* de *Regimine Seculari & Ecclef.* lib. I, Class. V, Cap. VI. §. 25, pag. 602; *Sixtinus*,

tinus, de *Regalibus* lib. 1, c. 3, §. 18; *Hagelganß*, cit. Diff. priori de *Titulo Nos Dei Gratia*, Cap. 3, §. 43; Dn. *Multzius*, *Corp. Juris Publici*, Part. I, Cap. 4, §. 3. v. 10, pag. 97. Dn. L. B. de *Lyncker*, de *Libertate Statuum Imperii*, Sect. I, §. 3, pag. m. 21. Aliud tamen in Gallia olim obtinuisse, docet *Limnæus* cit. Tom. IV, Addit. l. c. & in *Notitia Regni Franc.* l. c. lit. lll & mmm, pag. 430; & *Hagelganß* l. c. lit. θ. Conf. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 399.

(8) Quia autem Principes Imperii suam potestatem non immediate a Deo acceperunt, hinc Berchtoldus de Zeringen ita scribere solitus est: *Ego Berchtoldus de Zeringen, Dux & Rector Burgundiæ, Dei & Imperiali gratia. Vide Pithœum livr. 1. des Comtes de Champagne, & Brie.* Sic Rudolpho Regi scripsit Odagrius; (*a*) *Odagrius Dei & Imperatoris Gratia, Bohemiæ Rex. Megiserus in Annal. Carinthiæ lib. 8. cap. 37. pag. 898.* Ut ita dicendum videatur, Principes nostros, hoc titulo, modestiæ tantum gratia, uti, ut ostendant, se memores esse, in omni actione esse Deum, a quo proficiscuntur & emanant omnia. Id quod Fridericus III. majori emphasi etiam aliquando expressit, quando dixit: *In der Reformation zu Franckfurth am Mayn 1442. aufgerichtet, in pr. Sintemahl wir von Gottes Gnaden, unverdienter Sachen, zu der Würde des Rœmischen Kœniglichen Gewalts erhœhet.* Idem fecit Maximilianus, *in der Reformation, die Frey-Schœpffen und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend, zu Worms, Anno 1495. in pr. Nachdem wir von Gottes Gnaden zu der Hœhe Rœm. Kœniglichen Würde unverdient beruffen und kommen seynd.* Sic circa annum Christi 1050. Fridericus ab Hohenstauffen, Dux Sueviæ, hereditario jure ab Henrico IV. creatus, hoc titulo usus est: *Friederich, von Verhangnis Gœttlicher Mildigkeit, Hertzog zu Schwaben und Francken: Crusius part. 2. l. 7. c. 1. Annal. Svevic.*

NOTA.

(*a*) ODAGRIUS &c. vid. præced. §. 5. lit. b. circa finem.

(9) Verum, utut hoc ipsum sit, & Christianum, laudemque maximam mereatur, tamen specialem Principibus prærogativam tribuere non potest; omnes enim æque gratia Dei sumus, quod sumus, teste Apostolo, (*a*) non nostra opera, aut merito. Hinc nullum dubium est, quin isti, qui Majestatem habent, hac formula ostendere velint, suam potestatem esse immediate a Deo, & non ab hominibus, ideoque etiam eam hominum judicio non subjici. Id quod Ludovicus Bavarus notabili sanctione declaravit, *apud Goldast. Declaramus*, inquit, *quod Imperialis dignitas & potestas est immediate a solo Deo. Vide supra de titulis Imperat.*

NOTA.

(*a*) APOSTOLO &c. Hæc omnino vera, si de sensu Grammaticali & Theologico, loquamur; secus si de Politico; hinc recte D. *Paulus*, 1 Corinth. 3, §. 10. *Juxta Gratiam Dei*, datam *mihi, ut sapiens Architectus, Fundamentum posui* &c. & Lucas, *Apostol. Act.* Cap. 17, §. 28. *In Ipso* (Deo) *vivimus novemur & sumus &c.* & §. 29: *Dei genus sumus &c.* & D. *Ambrosius*, de *Vocatione Gentium*, lib. 2, Cap. IX. *Gratia Dei in omnibus justificationibus principaliter præminet - - - sive igitur initia, sive profectus Fidelium, sive usque in finem perseverantium cogitemus. Genus, nulla species cujusque virtutis occurrit, quæ vel sine dono divinæ Gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur &c.* Nec abludit pium monitum *Philippi Horstii*, in *Epistolographia* lib. 1. Cap. 3, p. 23: *Quanquam in usu esse hæ exordiendi formulæ desierunt, nihil tamen causæ est, cur non a nobis Christianis, quasi postliminio, revocari & usurpari possint, quin aliquando debeant - - - - e. g. Si vales, bene est: Ego D. G. valeo bellissimè. Si vales bene est: Ego D. G. Sic vivo & valeo, ut nunquam pene in vita suavius &c.* Conf. *Hagelganß*, cit. Diss. de *Titulo Nos Dei Gratia*, Diss. 2, Cap. 1, §. 8.

(10) An etiam Principes Imperii nostri hunc titulum adhibeant, quia Superioritas territorialis ipsorum est majestatica & independens, ut quidam volunt, merito dubitaveris.

Sicut

Sicut enim infra probabimus, Omnis ipſorum Superioritas territorialis eſt poteſtas dependens. *(a)* Hinc nos putamus: quia reſpublica noſtra eſt mixta ex Monarchia & Ariſtocratia, Principesque ac Status de Summa Imperii poteſtate participant, ac non minus ſubjectum Majeſtatis exiſtentiæ ſunt, ac ipſe Imperator, quod ſe ſcribant DEI Gratia, non minus ac ipſe Imperator, non quidem reſpectu Superioritatis territorialis, hæc enim, *ut dictum,* dependens eſt: ſed reſpectu juris, quod in Comitiis habent.

NOTA.

(a) DEPENDENS &c. Vid. ſeq. Tit. XV, §. 6. lit. b.

(11) Nec obſtat, quod præmittunt hunc titulum ibi, ubi agitur de Superioritate territoriali; hoc enim non fit, propter Superioritatem territorialem, ſed quia nemini competit Superioritas tetritorialis, niſi ipſi, qui eſt Status Imperii, *ut infra dicemus.* Alii putant, Imperatori Prædicatum hoc competere primario & per Excellentiam: Principibus vero ſecundario. Alii diſtinguunt, *ut dictum,* inter formulas pietatis & authoritatis: atque dicunt, priori uti eos, qui habent aliquem ſuperiorem; poſteriori, qui nullum majorem agnoſcunt.

(12) Præterea eos appellamus *Sereniſſimos,* (a) *Celſiſſimos, Illuſtriſſimos, Illuſtres, &c* Duces Germanice, *Durchleuchtigkeit,* quod Prædicatum, *ut dicunt,* primus Dux Bavariæ ſibi aſſumpſit: reliqui Principes plerique in eo ipſum ſecuti ſunt. Uno verbo, omnes fere eminentes tituli hodie ſummis poteſtatibus attribuuntur, etiam, *Optimi Maximi,* niſi quod ſolus Omnipotentiæ titulus Divino Numini manſit ſingularis; unde Fœderati Belgæ tantum *Altipotentes* ſalutantur. Ante aliquot annos quidem diſputatio habita eſt Argentorati, cujus titulus eſt *de Orbe Terraqueo,* ubi Reſpondens dedicationem ita concepit: *DEO Omnipotentiſſimo, & Regi Galliarum Omnipotenti;* ſed valde propterea a Profeſſoribus notatus, & merito; ubi enim non eſt comparativus, ibi non eſt ſuperlativus, & ſi non dantur duo omnipotentes, multo minus dabitur omnipotens & omnipotentiſſimus. Quamvis hæc talia hic forte aliena videri poſſint: a titulis enim, de quibus nos hic agimus, authenticis & curialibus, diſtinguenda ſunt epitheta & elogia, a privatis tributa, *de quibus vide Bœcler. in diſput de S. R. Imperio, voce Imperium.*

NOTA.

(a) SERENISSIMOS &c. De his titulis vid. ad Lib. I. Tit. 4. §. 6. lit. a, pag. 370 &c. Civilitati meræ tribuendum, cum Clericis, *non-Principibus* natis, titulus *Durchlauchtigkeit* tribuatur; quo literæ *Caroli Guſtavi,* Suecorum Regis, ad Electorem Moguntinum, de dato *Stockholm,* 10 Mart. 1655, pertinent, apud *Lundorpium,* Tom. VII *Act. Publ.* lib. VII, Cap. 121, p. 983: *Wir Carl Guſtav --- wünſchen dem Hochwürdigſten und Durchleuchtigſten Fürſten, Unſern liebſten Freund, Herrn Johan Philipſen, Ertz-Biſchoffen zu Maintz ---- Glück und Heil.* & poſtea: *Hochwürdigſter und Durchleuchtigſter Fürſt &c.*

(13) Principum prærogativa & præcellentia, præ reliquis Statibus inferioribus, apparet etiam in titulis, quos Legatis ſuis (a) vel tribui volunt, vel ſi iis hi denegentur, eos & aliorum Legatis denegant, quippe propterea & præterito, & hoc tempore, multis diſputationibus occaſionem præbuerunt. *Eitel Friderich von Heerden, in der Grundveſte des heiligen Ræmiſchen Reichs, pag. 59.* de hac re ita ſcribit: *Bey bisherigen Reichs-Verſammlungen, ſeynd diejenige Churfürſtliche Geſandten, welche ihnen das Prædicat Excellentz, von denen Fürſtlichen, gegeben haben wollen, entweder gantzlich unbeſucht und unangeſprochen verblieben, indem die Fürſtlichen ſich ihrer gar geæuſſert, oder, im Fall einer oder anderer einen zu ſprechen begehret, ſie von ihnen nicht admittiret, oder doch nur durch einige Adjunctos, empfangen und gehœret worden.*

 Glei-

Gleicher gestalt, als auf jüngstem Regenspurgischen Reichs-Tag, der Churfürst von Cœllen, die Audientzien denen Chur- und Fürstlichen Gesandten mit bedecktem Haupt zu geben begunte, blieben nicht allein die meisten davon, sondern auch einige Churfürstliche, da ihnen solches begegnete, wurden zu ebenmæssigem Hut auffsetzen, der Churfürst aber durch solche Retorsion, seine angemaßte Weise gegen sie zu ændern, so bald bewogen. In Tractatu Pacis Osnabrugo-Monasteriensi, Principes mirum in modum inter se dissensere. Præbuere rixarum initia Electorum Legati, *Excellentiæ* (*b*) honorem atque appellationem a cæteris sibi deferri, vehementius efflagitantes, quam aut loco aut rei conveniebat, idque vocabulum, ut veteri mori adversum, & tanquam Dominos inde, hinc famulos arguens, Parthorum regno, quam Germanorum libertati, convenientius esse, dicebant Principum protestantium Legati: quamquam autem lis in medio indefinita remansit, tamen illa, hinc sibi tribuentium, inde negantium illos honores titulosque, contestatio, multum de necessaria in animorum commune bonum conspiratione detraxit; unde illud quoque consecutum est, ut Saxonis & Brandenburgici Electorum Legati, in commune, cum cæteris Principibus Protestantibus, minime consuluerint, sed veluti omnium arbitri, separati egerint, & codicillis ad cæteros missis, Dominorum suorum jussa insinuaverint, læto, sine dubio, his controversiis, Cæsare, qui sub Comitiorum initia, quum vetera Jura repeterent Ordines, nec quicquam nisi suo arbitratu consensuque incipi gerique vellent, assensus est, nisi in iis, quæ singulari prærogativa ad Electorum Collegium pertinerent, illorum imitatus Principum exempla, qui plurium Imperium juxta libertatem, paucorum dominationem regiæ libidini propiorem existimarunt. *Vide Forstner. in Epist. p. 14 & 15.* Cum in ultimo Conventu Neomagensi anno 1677. idem eveniret, & Imperator noster atque Rex Galliarum Electorum Legatis titulum Excellentiæ darent, eumque Principum Legatis denegarent, hi pacis negotiationem cum ipsis ingredi constanter denegarunt, usque dum idem titulus Excellentiæ ipsis tribueretur. *Vide novissimum tractatum sub ficto nomine Cæsarini Fürstenerii, de Jure Suprematus & Legationis Principum Germaniæ.*

NOTÆ.

(*a*) LEGATIS SUIS &c. Num titulus *Ambassadoris*, seu Legati primi ordinis, his competat? vid. *Annotata, über die fürgefallene Quæstion: Ob Reichs-Fürsten befuget, Ambassadeurs zu schicken?* apud *Cassandrum Thucelium*, in *Electis Juris Publici curiosis*, Cap. VII, §. 2, p. 296 &c. cui, §. 3, p. 312 &c. annectit aliam quæstionem: *Ob, bey allgemeinen Conventen und Zusammenkünfften, die Fürstliche Abgesandten mit sechs Pferden fahren können?*

(*b*) EXCELLENTIÆ &c. Ante tractatus Pacis Westphalicæ, nihil de controversia hac auditum. Hinc inter *Gravaminum Protestantium Politica*, An. 1645. Plenipotentiariis Cæsareis juxta, & Cancellariæ Moguntinæ, exhibita, apud *Lundorpium*, Tom. V *Act. Publ.* lib. 2, Cap. 115, §. 4. p. 1056: *die Herren Churfürstliche Abgesandten haben auch bey jetzigem ansehnlichen Convent, und Friedens-Tractaten, ein bißhero unerhörtes Prædicatum Excellentiæ, von den Fürstlichen Abgesandten, prætendiret; Allermassen nun solche Neuerungen den Hohen Fürstlichen Häusern in Teutschland, zu nicht geringer Verkleinerung, auch den jetzigen Tractaten, wegen abhender Communication, zu schädlichem Auffenthalt, gereichet, die Fürsten des Reichs auch solche Neuerungen, und ungewöhnliche Titulaturen, nimmermehr einräumen und attribuiren werden: also wird inständig gesuchet, solche Neuerungen, und daher erfolgende Consequentien, ein vor allemahl, ein- und abzustellen &c.* Enimvero, mordicus prærogativam hanc tuebantur Electores, adeo, ut, sub initium modernorum Comitiorum, Legatus Electoris Brandenburgici vel ab ipso Commissario Principali Cæsareo, *Guidobaldo*, Salisburgensi ArchiEpiscopo, *Excellentiæ* titulum sibi dari voluerit. Quid Imperator, ad ArchiEpiscopi informationem, & resp. querelas, desuper rescripserit, sic accipe:

Extract aus Ihro Kayserl. Maj. an Dero Gesandschafft zu Regenspurg, abgelassenen Schreiben, unterm dato 1662. 10. Oct. in puncto Prædicati Excellentz;

WAs dann die von der Chur-Brandenburgischen Gesandschafft prætendirte Titulatur, *und Oberhand in Dr. Andacht Residentz, betreffen thut,*

thut, müssen Wir zwar dahin gestelt seyn lassen, was sie, über die Ihnen, von Dr. Andacht rechtmäßig gegebene Negativam, *für einen Bericht nacher Berlin gethan haben. Wie Wir aber Unsers Orts Deroselben, und Ihrem Ertzstifft, an dero hergebrachten Rechten, einigen Eintrag zufügen zu lassen, nicht gemeinet sind, also kommt Uns die Anmaßung desto unvermutheter vor, nachdem, bey denen vorgewesenen Reichs- und andern* Conventibus, *als viel man wissen kan, so gar die Fürstliche Rathe und Abgeordnete, denen Churfürstlichen Gesandten dergleichen* Titulatur, *der Excellentz, niemahlen zugelegt, daß gedachte Chur-Brandenburgische Gesandschafft eine solche* Prærogativam, *nicht allein gegen andere Unsere zum Reichs-Tag verordnete* Commissarios, *sondern auch gegen einen der vornehmsten Fürsten und Ertz-Bischoffen des Reichs, und zumahlen gegen unsern* Principal-Commissarium, *und* Repræsentanten *Unserer eigen Kayserlichen Persohn, bey dem Reichs-Tag, prætendiren mœgen; Da Ihnen doch nicht wohl unverborgen seyn kan, wie bebarlich der in Dr. Andacht, und Euerer andern,* Relation, *von obgedachten* 13 Sept. *benandter Chur-Brandenburgischer Abgesandter, Geheimbter Rath Portman, bey dem nechst vorgewesenen Franckfurtischen* Deputations-*Tag, mit dergleichen neuerlichen* Prætension, *ab und zurück gewiesen worden; Und Unser in GOtt ruhender Hr. Vater nicht allein gegen Ihn, Portman, sondern auch Chur-Bayern selbst, dessen Ld. eben dergleichen* Tractament, *für Ihren* Principal-*Gesandten zu besagten* Deputation-*Tag, gesuchet, das Alte Herkommen behauptet haben, allermassen solches alles, aus hierbeygefügten* Actis, *mit mehren zu ersehen. Wobey, wie Wir es auch Unsers Orts, allerdings verbleiben lassen, also wollen Wir der beständigen Zuversicht leben, es werden Obgedachter Churfürsten Ld. Ld. Ld. nicht weniger ihres Theils, bey so kundbahren Reichs-Herkommen acquiesciren, und dißfals einige beschwerliche Neuerung einzuführen nicht gemeinet seyn &c.*

Maxumè calefecerat hæc res Legatorum animos, Noviomagensi pace concludenda, Electorum Legatis Secundariis eundem quoque ambientibus, quos imitantes Principum Legati, parique Legatorum, seu Ambassadorum, censu, cum Electoralibus, vel unice fere quæstionis Prædicati *Excellentiæ* fundamenta, sub initium, inde petentibus, venire volentes, eadem prætensione tenebantur. Literas, quas Legati Serenissimæ Domus Brunsuicensis, nominatim *Franciscus Ernestus*, tunc Baro, postea Comes, a *Plato*, & *Salentinus Justus Synolt*, cognom. *Schütz*, anno 1676. 14 Aug. ad Angliæ Regem, Pacis veluti Mediatorem, propterea dederant, exhibet Tom. I: *des Actes & Negotiations de la Paix de Nimegue* pag. 233. inde huc faciunt: *A Vestra Majestate mitiora utique expectamus, quam, cum justum reputaverit, ut Electorum Ministris, ad dictos Tractatus pacificatorios mittendis, titulus Legatorum, sive Ambassadeurs, in literis securitatis, tribueretur, ut Nobiscum durius agatur, æquum haud censebit. Quod enim discrimen in mittendis Legatis, inter Electores atque Principes Imperii, intercedat, nec nobis constat, nec quo pacto asseri possit, conjicere licet. Sumus* (1.) *Membra ejusdem Imperii*, (2.) *Vivimus ejusdem Legibus*; (3.) *Par in Principatus Nostros, eorumque Vasallos & subditos, ac Electoribus, Superioritas*, (4.) *Eadem Nobis jura Belli, Pacis, Fœderum, in quibus tractandis potissimus Legatorum usus.* (5.) *Eadem dignitatis nomina & Electorum & Principum Legatis, qui in Comitiis Imperii comparent ---- Quin imo id tum ex Instr. Pac. Westphalicæ, tum tabulis Fœderis, quod Christianissimus Rex, anno hujus sæculi* 58. *cum nonnullis Electoribus ac Principibus Imperii, contraxit, ac vulgo Rhenanum appellatum, horum Plenipotentiarios, eodem titulo affectos, ad oculum liquet. Et quidem in Tabulis Fœderis modo dicti Rhenani, omnibus Legatorum titulus adscriptus &c.* Privilegiis Domus potius insistere visus fuit Legatus Neoburgicus, Dn. *Caspars*, in literis ad Eundem Regem, de quibus, in dictis Actis, l.c. pag. 241 &c. quandoquidem, rationum nomine, varia exempla, Ducum Juliacensium Legatis, solenni significatione hunc Titulum quondam fuisse datum, proferebat, in primis *Francisci I.* Galliarum Regis, teste rati habendi Fœderis, cum *Wilhelmo*, Juliacensi Duce, initi, formula, de qua l. c. p. 243. nec non *Henrici VIII*, Regis Angliæ, teste Instrumento publico, de an. de 1539. quo l. c. p. 249. Magis rem communem agere adparuerat Ipse Dux Neoburgicus, in literis ad laudatum Angliæ Regem, de dato *Nieubourg*, 1676, 22 Oct. ubi inter alia: *Le droit des Alliances, de Paix, & de Guerre, me compete independemment, sans contestation, comment me peut on tirer en dispute celuy d'envoyer des Ambassadeurs, pour faire des Alliances, guerre, & paix, objet & matiere principale de celuy cy. Votre Majesté a jugée avec justice, qu'on ne le pouvoit pas disputer aux Princes Electeurs de l'Empire, mais comme leur preeminence n'est que de pouvoir élire un Empereur, lorsceque l'Empire vacque, comment me peut on disputer, ce qui m'est de toute maniere commun avec Eux. Nous vivons* (1.) *sous les mêmes Loix*, (2.) *Joüissons de la même Souveraineté, dans nos Principautez*, (3.) *Exerçons les mêmes Droits d'Alliances, de paix & de guerre*, (4.) *& nos Constitutions nous donnent indistinctement le droit d'Ambassade; par quelle raison donc en veut on former la distinction, jusqu'icy inoüie ---- Il est notoire, que mes Ministres que j'envoye aux Dietes & Assemblées Imperiales, avec caractere d'Ambassadeurs, y sont receus comme tels. S. M. T. C. n'ayant pas fait difficulté Elle même de les appeller, & traitter, comme tels,*

tels, egalement avec ceux de S. M. de Suede, & des Princes Electeurs, dans l'Alliance du Rhin, de l'an 1658. *& si on desire des exemples hors de l'Empire, il n'est pas besoin d'en tirer de l'antiquité, les deux dernieres elections des Roys de Pologne en fournissent de tres evidents, ou mes Ministres ne furent seulement receus, par la Republique, comme des Ambassadeurs, avec plein & formel caractere, mais aussy apres l'Election, par le Roy même, s'etants couverts devant le Roy, & la Reine Doüariere, soeur de l'Empereur; ayants eu la main, sans dispute, chez les Nonces du Pape, les Ambassadeurs de l'Empereur, de France, de Suede, & de tous les autres, etants traittez de tous d'Excellence, & ayants receus, par tout, & en tout, les memes honneurs, prérogatives, & préeminences, que les autres Ambassadeurs de Tétes Couronnées, & de toutes les autres Puissances &c.* Vid. *Actes de Nimegue,* Tom. I. p. 255 &c. Valde irritabant hæ literæ Electorales, quorum in favorem, evolabat non multo post, *Lettre d'un desinteressé, à un sien Amy, touchant le Titre d'Ambassadeur, avec lequel les Princes d'Allemagne desirent d'envoyer leurs Ministres au Congres de Nimegue, & les differences, que quelques uns tachent de susciter entre les Electeurs de l'Empire, & les dits Princes:* cujus tenor ibidem habetur p. 267 &c. Quæ inde huc pertinent, sequuntur: *J'ay pourtant tousjours oui dire, que les Electeurs alloient de pair avec les Roys, mais jamais, que les Princes de l'Empire fissent de même. L'on voit, que le Roy Tres Chretien même fait entre Eux une distinction assez essentielle, quand il appelle les Electeurs, ses Freres, & les Princes de l'Empire, ses Cousins ---- L'on voit particulierement aux Couronnements des Empereurs, comment les Electeurs, parmy lesquels est le Roy de Boheme, representent avec l'Empereur, la Majesté de cet Auguste Empire. L'on y voit non seulement l'Empereur couronné, & en son habit Imperial, assis, tout seul, souz un dais, à table, mais assy les Electeurs autour de Luy, chacun, en son ordre, de meme assi tout seul à sa table, & souz un dais, & parmy Eux le dit Roy de Boheme, tous, & chacun d'Eux, servis en Roys, au lieu que les autres Princes, qui s'y trouvent, ont une table eloignée de plusieurs pas de là, sans dais, & ou ils se mettent en foule --- Il est (1.) aux seuls Electeurs, en faisant l'Election d'un Empereur, de Luy faire la Capitulation particuliere; (2.) de continuer, & d'excercer leurs dignitez & fonctions hereditaires, d'Archichancelliers, Archi Mareschaux, Archichambellans, & autres; (3.) d'etre Vicaires de l'Empire &c. (4.) D'en donner leurs avis à l'Empereur, avant que de convoquer les Etats, pour s'assembler, (5.) D'avoir soin, qu'il ne soit accordé, au prejudice des Etats de l'Empire, des nouvelles impositions de gabelle, ou de peage, à quoy il faut qu'ils donnent leurs approbations. (6.) D'avoir & de conserver le College Electoral, lequel a eté tousjours tenu pour la Base de l'Empire dans sa vigueur, & de s'assembler de leur propre chef, toutes & quantes fois il Leurs semble bon & necessaire, (7.) De presenter, de leur propre chef, des Assesseurs, ou Juges, au Grand Tribunal de Speir, ou les Princes de l'Empire ne presentent les dits Assesseurs, ou Juges, que conjointement avec les autres Etats de l'Empire. (8.) D'administrer la justice, dans leurs Terres Electorales, souverainement, & sans appel. (9.) D'avoir aux Assemblées, & Dietes de l'Empire, une place plus relevée, & d'y faire le premier corps, & un College separé de celuy de Princes, auquel il entre aussy des Prelats, Comtes & Barons. (10.) D'etre traittez & honorez de l'Empereur, dans les lettres, & en toutes autres occurrences, tout autrement, & en tout autres termes, que les Princes. (11.) D'avoir un droit particulier, au regard de la Succession, administration, & Tutele, quand ils viennent à mourir, en laissant des Heritiers pupils. (12.) D'etre à l'Exemple des Empereurs, à l'entrée de leur 18. année, Majeurs ---- Il faut avöuer aussy, que, si les dits Princes vouloient pour cela introduire cette nouveauté dans l'Empire, que de s'egaler aux Electeurs, qu'il n'y auroit point d'Eveque d'Allemagne si petit, ny aucun Prince si nouvellement receu, & si peu considerable, qu'il puisse etre, qui se trouvant aux Assemblées, & Dietes de l'Empire, avec les susdits Princes, & y jouissant avec Eux du droit de suffrage, (Wahl) ne voulut marcher depair avec Eux, ce que les dits Princes trouveroient pourtant, sans doute, bien ridicule. Et si ces Princes vouloient fonder leur pretension, d'etre autant que les Electeurs, sur leurs droits Territoriaux, & de Superiorité, ne seroient ils pas obligez d'avouër, cequi neantmoins seroit encore beaucoup plus etrange, que les Prelats, les Comtes, les Barons, & les Villes Imperiales, qui ont aussy bien des droits territoriaux, pourroient pretendre avec Eux, tout le meme &c.* Rebus sic stantibus, publica non modo negotia insignem remoram patiebantur, sed & an 1677, 22 Nov. Legati Brunsuicensis & Luneb. Memoriale, Cæsari oblatum, prædictis juribus ulterius insistens, novas solicitudines dabat. Extat illud apud *Thucelium* in *Electis Juris Publici curiosis*, Cap. VII. p. m. 279 ad 281. Quomodo Electores illud interpretati sint? ibidem habetur l. c. p. 282 ad 286. Tandem, anno 1678, 28 Jun. St. V. concluserunt: (1.) *Daß denen Furstlichen Gesandten, derer Herren Principalen von denen Herren Churfürsten in Persohn, in Ihren Residentzen, die Pracedentz und Oberhand vergünstigt wird, eben dergleichen auch von denen Churfürstlichen Gesandten geschehen solle &c.* (2) *Wegen des Prädicats Excellentz, halt man für bedencklich, solches denen Fürstlichen Gesandten zuzulegen, fals Sie aber gleichfals damit zurück halten solten, mœchte man es dissimuliren, im übrigen aber*

aber wegen dessen Begebung, sich in einiges præjudicirliches Pactum oder Convention, nicht einlassen &c. (3.) *Ist ein Churfürstlich Collegium der beständigen Meinung, daß die erste Visite von denen Fürstlichen zu erst abzustatten, weil bekandt, daß kein Churfürstlicher einen nachkommenden Fürstlichen, weder auf vorigen, noch heutigen Reichs-Tag, jemahls zu erst besucht. &c.* Vid. l. c. pag. 286 & 287. Conf. *Europäischer Heroldt*, T. I, pag. 188 & 189; Dn. *Feltz*, Diss. de *Electorum Juribus prærogativis*, An. 1710 Argentorati defensa, pag. 97 &c. Principum animis propterea non tranquillioribus, Pacis contrahendæ negotii summo dispendio, ad minutias usque itum fuit, de quibus *in der Relation, was bey Kayserlichen Herrn Principal-Commissarii Invitirung zur Taffel, zwischen denen Chur- und Fürstlichen Gesandten passirt*, 1678. 16. Nov. plura occurrunt apud Thucelium l. c. pag. 290. &c. Spectant hunc Annotata *über die fürgefallene Quæstion: Ob Reichs-Fürsten befuget* Ambassadeurs *zu schicken?* quæ l. c. pag. 296 ad 312, habentur; nec non Quæstio: *Ob, bey Allgemeinen Conventen, und Zusammenkünfften, die Fürstlichen Abgesandten mit sechs Pferden fahren können?* affirmative decisa l. c. pag. 312 &c. Quem finem cuncta sint consecuta, docet Dn. Auctor.

(14) Habent item Principes Imperii Insignia (*a*) Nobilia & Familiæ; *Turnier und offene Helm*; quæ Insignia & Fœminæ, licet in aliam Familiam transeant, non plene abjiciunt. Sicuti & Apanagiati, qui & Titulum Primogeniti gerunt, nisi quod in Filiis Electoralibus ille, qui non est Elector, Electoris titulo abstineat, & Insignia Familiæ retineat. Insignia, in genere, sunt impressiæ (*b*) constantes, Summi Principis authoritate alicui concessæ, aut propria voluntate adsumptæ, personam a persona, Familiam a Familiis, Civitates a Civitatibus, Collegia à Collegiis, varie distinguentes. *Vid. Limn. Jur. Publ.* lib. VI, Cap. VI, n. 23. Impressia, est vox Italica, sed significantissima, figuram symbolicam, animo alicujus aliquid objicientem, denotans: Unde Insignia sunt impressiæ, hoc est, symbola, statum alterius animo imprimentia.

NOTÆ.

(*a*) INSIGNIA &c. Qui de *Insignibus* scripserunt, habentur in Appendice Dn. Auctoris; Conf. *Bœcleri Notitia Imperii*, lib. X, Cap. VII, in fine, p. 190 & 191, & quos Dnn. *Struvius*, in *Selecta Bibliotheca Historica*, Cap. XXXI, §. 22 & seqq. p. 802 &c. & *Mencken, in der Verzeichniß der vornehmsten Geschicht-Schreiber*, §. 103, p. 499 &c. hoc titulo commendant; quibus jungas: Dn. *Schurtzfleischii* Diss. de *Nobilium Insignibus*, An. 1698, Kal. Mart. Resp. Dn. *Julio Alberto a Rohr*, Eq. Misn. Wittebergæ defensam, quæ, in Volumine Disputationum Ejus Historicarum, XXIII locum occupat; *Joh. Christoph. Dornii*, Diss. de *Ruta Saxonica*, Præside laudato Dn. *Struvio*, An. 1705, 13 Junii, Jenæ habitam, Sect. I, qua, de *Origine & incrementis Insignium Germanorum*, agit. Dn. *Joh. Stephan. Burgermeister*, Vol. I *Thesauri Juris Equestris, Publici & Privati*, XI *Satz*, Cap. I ad XIX, pag. 168, ad 251; Dn. *Joh. Michaëlis Heineccii* Syntagma Historicum de *Veteribus Germanorum, aliarumque Nationum, Sigillis*, Francof. & Lips. 1719. Dn. *Martini Schmeizelii*, *Einleitung zur Wappen-Lehre*; Jenæ, 1723.

(*b*) IMPRESSIÆ &c. Quandoque & *Impressio* legitur. Laudatus Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. 2, §. 8, pag. 19, ait: *Huc pertinet etiam vox Impressio, quæ sæpius sigillum notat. Sic Sigillum minus Ecclesiæ SS. Simonis & Judæ Goslariensis hac inscriptione gaudet: IMPRESSIO SCI MATHIE.*

(15) Insignia dicuntur: Impressiæ constantes; ut discernantur ab Emblematibus, & figuris, certo negotio, e. g. nuptiali, funebri &c. adhibitis.

(16) Insignia (*a*) vel adsumuntur propria auctoritate; (*b*) qualia sunt, primò, ea, quæ Reges & Principes, superiorem non habentes, sibi eligunt, e. g. Imperator, Aquilam bicipitem; (*c*) Galliarum Rex, Carolus VI, tria Lilia; (*d*) Hispaniarum Rex varia, (*e*) pro Regnorum varietate; Angliæ Rex, (*f*) tres Leones, & tria Lilia; Rex Poloniæ, albam Aquilam (*g*) coronatam, hiante rostro, & extensis alis; Rex Bohemiæ, Leonem rubeum, (*h*) bifurcata cauda &c. Secundò, ea, quæ ab inferioribus assumuntur: quales

ſunt præſertim Mercatores, qui propria authoritate ſibi ſigna fingunt, dummodo hæc careant omni fraude. Vel conceduntur à Superiore; ut, in Imperio noſtro, Imperator ea concedit, vel per ſe, vel per alios; ſic Inſignia concedere poſſunt Archiduces Auſtriæ; (*i*) item, Comites Palatini, *die Reichs-Hof-Grafen*; quibusdam poteſtas iſta, Inſignia, Cæſareo nomine, elargiendi ſpecialiter data eſt, ſed maxima cum reſtrictione; plerumque ita, ne alicui integram Aquilam, maxime Imperialem, aut Coronam Regiam in galea, vel Galeam tornneariam apertam & cancellatam, concedant; aut avita (*k*) quorumvis Principum, Comitum, Baronum & Procerum arma, ſeu Inſignia, largiantur. *Sagittar. de Comit. Palat.* θ. 33, lit. C.

NOTÆ.

(*a*) INSIGNIA &c. Inſignia in genere, eſſe egregia virtutum ſagi togæque præmia; proinde, rebus præclare geſtis acquiſita, conſtans doctorum opinio eſt. Vid. Dn. *Spener*. de *Origine Inſign.* P. I. §. 39 &c. *Claude François Ménétrier*, *de l'Origine des Armoires*, *Edit. Pariſ.* 1679, paſſim; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. VI, Cap. VI, §. 9, p. 188.

(*b*) PROPRIA AUCTORITATE &c. Certis inſignibus ſe diſtinguere, neceſſitas Gentes docuit; ex quo enim bella gerendi cupido hominum animos invaſerat, & alter alteri violentam manum inferre moliebatur, Alæ, Legiones, cohortes, quibus ad hoc utebantur, evitandis in acie confuſionibus, diſtincta invicem inſignia adhibere cœperunt; in quam rem non male *Godeſcalcus Stewechius*, Muſſipontanæ quondam Academiæ ornamentum, in Commentar. in Lib. I Cap. 20, *Vegetii*, de *Re militari*, p. 61: *Ex re militari haud dubie mos, quo etiamnum hodie Inſignia Familiarum exorta, atque diſtincta videmus, cum galeis inſident Leones, Lupi, Cervi, Canes, Aquilæ, Vultures, Dracones, & aliarum beſtiarum ſive capita, ſive cornua, ſive pedes &c.* Ægyptiorum Reges *Leonis*, *Tauri* vel *Draconis* capite, Inſignis Principatus loco, jam fuiſſe uſos, ex *Diodoro Siculo*, lib. II, probat *Limnæus*, l. c. pag. 187; Unde Inſignium æſtimanda antiquitas. A Regibus, deſcendit mos aſſumendi Inſignia ad Belli Duces; poſtea ad alios, fortiter in præliis ſe gerentes. Fundamentum collocandi feras inter inſignia, *ſuperſtitio* ſtravit & *vanitas*; *illa*, ut, re bene geſta, publicus cultus fieret animantibus, ſub quorum auſpiciis victoria reportata credebatur; quis enim neſcit, *Ægyptios* magni feciſſe *Taurum Apim*, & *Crocodilum*; Babylonios *Elephantem*; Perſas *Aprum*; Romanos *Aquilam* &c. Vanitas, ut fortium factorum monumenta poſteritati relinquerentur; quæ ſimul ratio, cur illi quoque, qui feroces beſtias jugulaverant, exuvias earum, trophæorum inſtar, publice oſtentarent, easque inſignibus inferrent; qui fit, ut vel hodie adhuc *Inſignia beſtiis ferocioribus ornata*, præ reliquis *nobiliora* eſſe judicentur. Conf. *Limnæus* l. c. pag. 188; *Hoeping*, de *Jure Inſignium*, Cap. XVII, Paragr. 2, §. 44 &c. p. 845 &c.

(*c*) AQUILAM BICIPITEM &c. Avem hanc a Romanis ad ſigna tractam, ita, ut ſingulis Legionibus *propria* eſſet *Aquila*, certis tamen notis a reliquis diſtincta, poſt *Lipſium*, in Lib. XV *Annal. Taciti*, verb. *Agmina Legionum*, pag. 407, erudite demonſtrat *Hœping* l. c. Paragr. 6, §. 153 &c. pag. 855 &c. In Caſtris *Bruti*, reperiebantur *Aquilæ ex argento* confectæ, *Appiano* teſte, in Hiſtoria Romanorum. *Dio Caſſius*, qui ſub *Alexandro Mammeæ* Imp. floruit, Lib. 40 Hiſtoriarum, *aureæ* mentionem facit, verb. *Quod Aquilam dicunt, eſt modicum ſacellum, & in eo Aquila aurea, conſtituiturque in omnibus Legionibus &c.* Juxta *Lazium*, in præfatione Commentarii de *Republica Romanorum*, p. 8. protulit præcipuum Romanorum ſignum *Aquilam* duntaxat *auratam* ex ligno, quod unicum Legioni, & cohorti milliariæ proprium fuerit. Collocabatur autem in haſta, vel pertica, vel ferculo, de quo *Dio*, lib. 4: *Ferculum, ſeu ſacrarium, ſive ſacellum, eſt modicum, in quo Aquila aurea collocatur, & in omni juſto Exercitu, ab Aquilifero, haſta longa præfixa defertur: quæ, quo facilius humi impingi poſſit, in acutam cuſpidem deſinit*; (Conf. *Hœping* l. c. §. 172, p. 856.) & quidem in medio Legionis, ubi Imperator, vel Dux, erat; nec prius evellebatur, quam acie dimicandum eſſet; nec prius hybernis moveri ſolita, quam univerſus Exercitus egrederetur, Legionesque in prælium prodirent. Vid. *Hœping* l. c. §. 175 & 176, p. 857. Formam ejus non adeo magnam fuiſſe, ex *Stewechio* l. c. Cap. 23, verſ. *Et ſigna conſtituunt*, p. 65, ubi icones, cognoſcendum. Poſtea in Vexillis quoque depicta apparuit. Sic *Jovia cohors flavam* in Vexillo *Aquilam* habuit. Vid. *Hœping* l. c. §. 181 & 182, p. 857 &c. De origine *bicipitis Aquilæ*; numque revera *biceps* dicenda ſit, an vero, ſub hac figura, *duæ Aquilæ, alis ſe invicem obtegentes*, fuerint repræſentatæ? multa diſſerit *Höping* l. c. Cap. VI, Part. 2, Paragraph 5, §. 215 &c. p. 266 &c. Paragraph. 6, §. 235 &c. p. 269 &c. & Paragraph. VII, §. 264 &c. p. 272 &c. exiſtimans tan-

tandem, *Carolum Magnum*, ex quo Occidentis Imperator factus, in memoriam Victoriæ Germanorum, *Quinctilio Varo* ad internecionem fere cæso, quondam reportatæ, *combinatas Aquilas*, tunc captas, Legionibus, quibus præferebantur, deletis, insignis loco adhibuisse; Vid. idem l. c. Paragraph. V, §. 229, pag. 269; & 262, p. 272. Ut autem forma *bicipitis Aquilæ* longe antiquior est *Carolo Magno*, utpote jam conspicua in clypeo Militis cujusdam, in columna *Trajani*, *Lipsio*, *Analect. ad Militiam Romanam*, p. 18; & Dn. *Heineccio*, de *Veteribus Germanorum sigillis*, Part. I, Cap. X, §. 30, pag. 130, testibus; ita nullo documento authentico probari queat, *Carolum Magnum*, Ejusve posteros, Germaniæ Reges, *Aquilam*, nedum *bicipitem*, inter Insignia unquam retulisse. Allegat quidem *Winckelmannus*, ex *Levini Hulsii serie Romanorum Imperatorum*, pag. 121, numismata quædam *Caroli Magni*, *bicipitem Aquilam* præ se ferentia; (vid. *Tentzelii monatliche Unterredungen* An. 1694, pag. 490;) enimvero, suppositititia ea esse, recte judicat Dn. *Heineccius* l. c. P. I, Cap IX, §. 70, pag. 112; nec memini, me ullam Imperatoris effigiem cum *Aquila bicipite*, vidisse, ante *Conradum I*, quem *Gabriel Bucelinus*, in *Historia Agilolfingica*, pag. 375, sedentem in throno, coronam cum cruce in capite, nudum *gladium* dextra, & *Globum cum cruce* sinistra, gestantem, habentemque ad pedes scutum cum *Aquila bicipite*, in cujus pectore aliud scutulum cum *Leone gradiente* conspicitur, exhibet; vereor autem ut & hæc genuina dici mereatur, cum pallium, quo cingitur, similius sit Electorali cum hermelino, quam Regali. Id tamen verum,

CAROLI MAGNI sigillum fuisse ovale, faciem Ejus continens in sinistram conversam, cum capillis brevibus, auribus & cervice nudis, barba decora, ast nullo in capite diademate, nec laurea, apparente; addita epigraphe: † XPE PROTEGE CAROLVM REGE͞ FRANCOR Vid. Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. V, Tab. 23, p. 387, & Tab. 24, p. 389, & Tab. 25, p 391 conf. *Nicolaus Zyllesius*, in *defensione Abbatiæ S. Maximini Trevirensis*, Edit. 1638, Part. 3, p. 13; Dn. *Heineccius* l. c. P. I, Cap. IX, §. 12, p. 79; & Tab. III ænea, §. 8 & 9.

LUDOVICUS PIUS usus noscitur sigillo, Virum gravem, facie itidem in sinistram conversa, eleganti barba coruscum, laureaque coronatum, sistente, cum epigraphe: † XPE PROTEGE HLVDOVICVM IMPERATORE. Vid. *Baluzius*, Tom. 2 *Capitularium*, in Notis, Col. 1305; *Mabillon* l. c. Tab. 26, p. 395, & Tab. 28, p. 399; *Tentzel*, in *Vindiciis Censuræ Conringianæ Diplomatis Lindaviensis*, Cap. V, §. 4 p. 101, voci licet IMPERATORE, lineola, substrato puncto, literam M denotante, hic superaddita sit, ita, ut legatur: † XPE PROTEGE HLVDOVICVM IMPERATORE͞ Conf. Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 18, p 83.

LOTHARIO tribuit Dn. *Mabillon* l. c. Tab. 30, p. 403, sigillum, facie Imperatoris, Romanorum Principum more, laurea redimiti, adhuc in sinistram conversa, decoratum, cum inscriptione, in circumferentia: XPE ADJVVA HLOTHARIVM AVG. Conf. Dn. *Heineccius* l. c. §. 23, p. 87.

LUDOVICUM GERMANICVM in sigillo vidit *Conringius*, in Appendice *Censuræ Diplomatis Lindaviensis*, p. m. 363, capite in dextram converso, laurea coronatum, imberbem, cum collo nudo, & epigraphe: † XPE PROTEGE LVDOVICVM REGEM; Conf. Dn. *Heineccius* l. c. Tab. æn. IV, §. 13; In alio sigillo, quod *Conringio* l. c. p. 369, visum, apparet Rex sine laurea, ast coma longiore, & barba satis prolixa ornatus; Conf. Dn. *Heineccius* l. c. §. 12, qui l. c. Part. I, Cap. IX, §. 25, lit. b, in notis, pag. 88, affirmat, elegantissimum sibi *Corbejæ* ostensum Principis hujus sigillum, diplomati An. 873 appensum, eadem cum inscriptione, nisi quod voci LVDOVICVM, lit. H. præfixa appareat.

CAROLI CALVI Sigillum plumbeum, apud *Baluzium*, Tom. 2 *Capitularium*, p. 1284, exhibet, in antica, Ejus iconem, absque diademate & laurea, cetera capillati, cum lemmate: †. GLORIA SIT XPO REGI VICTORIA CARLO; in aversa facie, sistitur Ejusdem monogramma, cum inscriptione: †. JHV. (Jesu) NATE DI (Dei) CAROLVM DEFENDE POTENTER. In sigillo cereo, repræsentatur, (apud eundem, p. 1305,) vultu graviori, sub corona laureata, & epigraphe: †. KAROLVS MISERICORDIA DI (Dei) IMPERATOR AVG. Apud Dn. *Mabillonium*, l. c. Lib. V, Tab. 31, p. 307, offendimus, in Ejusdem sigillo, vultum Ejus, sinistrorsum respicientis, sine barba, ast capite laurea cincto, cum inscriptione: †. KAROLVS GRATIA DI (Dei) REX; & in alio, cujus Tab. 32, pag. 409, meminit, vultum Ejus, cum laurea, & naso monstroso, lemmate addito: † KAROLVS MISERICORDIA DI (Dei) IMPERATOR AVG. Conf. *Baluzius* l. c. qui, in Archivo celeberrimi Monasterii S. Dionysii, præceptum Imperatoris hujus sibi ostensum affirmat, sigillo cereo adpenso, cum similibus vultu & inscriptione; add. Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, § 26, p. 88, & Tab. æn. 3, §. 13 & 14.

CAROLUS CRASSUS primus sigillo usus deprehenditur orbiculari, cetera imberbis, & in occipite coronatus laurea, juncto scuto oblongo, ex quo Vexillum surgit, addita epigraphe: KAROLVS IMPERATOR. Vid. Dn. *Heineccius* l. c. P. I, Cap. IX, §. 27, p. 89, & Tab. æn. 4, §. 16.

ARNOLPHI Imperatoris numisma aureum sistit,

sistit, in antica, faciem Ejus, ad pectus usque, laureati, imberbis, & collo nudo, cum scuto rotundo, in quo vel *sceptrum*, vel *vexilli hastile*, visitur, juncta inscriptione: ARNOLPHVS REX; &, in postica, Ejusdem monogramma, cum epigraphe: †. IMPERATOR. AVG. Conf. *Octavius Strada*, lib. 3 *Numismatum Impp.* p. 385; Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 27, p. 89, & §. 28, ubi simile sigillum, Diplomati *Corbejensi* An. 890, appositum se vidisse testatur, excepta voce ARNOLPHUS, litera F, loco PH. scripta; & Tab. æn. 4. §. 17.

CONRADUM I celebrat Diploma Corbejense de An. 913, cui innexum sigillum sistit Eum, dextra *Vexillum*, sinistra gestantem *umbellam*. In circumferentia legitur ---- NRADVS, literis CO, & voce REX antiquitate deletis. Vid. Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 29, p. 89, & Tab. æn. 4, §. 18.

HENRICI AUCUPIS Diploma Corbejense, An. 922, appensum habet sigillum, in quo conspicuus Rex dextra *Vexillum*, & sinistra *umbellam* tenet, cum lemmate: HEINRICVS REX. Vid. Dn. *Heineccius*, l. c. §. 30, p. 89, & Tab. æn. 4, §. 19.

OTTO MAGNUS, in sigillo chartæ Corbejensis An. 937, exhibetur, ad umbilicum usque, barbatus, & pallio amictus, dextra *Vexillum*, & sinistra *umbellam* præferens, cum titulo: †. OTTO D̅I̅ G̅R̅A̅ REX; vid. Dn. *Heineccius*, cit. Part. I, Cap. IX, §. 31, p. 90, & Tab. ænea V, §. 1; cum quo sigillum convenit, quod, ex museo Dn. *Joh. Godefridi Olearii*, *Sagittarius*, ab initio *Magdeburgensis ArchiEpiscopatus Antiquitatum* propinat; nec non cum eo, quod a Diplomate pendet, quo Augustus, sub dato *Quitilingoburg*, 5 Id. April. An. 959, Cœnobium nostrum *D. Michaëlis* hereditate *Vulfhardi*, cognominis Filii, donavit. Asservatur charta in Abbatiæ nostræ scriniis. Apud *Zyllesium* l. c. Part. 3, p. 16, & Dn. *Heineccium* l. c. Tab. V ænea, §. 2 & 3, occurrit cum *corona radiata*. Dn. *Becmannus*, in *Historia Anhaltina*, Part. IV, Cap. 3, p. 518, appositaque Tab. I ænea, §. 1 & 2, duo alia ejusdem suppeditat sigilla, in quorum altero, juvenis imberbis, erectis cum crinibus, nudoque collo, *lanceam dextra* & *umbellam* sinistra tenens, epigraphe juncta: OTTO D̅I̅ GRA REX; apparet, in altero vero, cum crinibus pendentibus, capite serta cincto, dextra *Vexillum*, & sinistra *umbellam* ferens, addita inscriptione: † OTTO D̅I̅ G̅R̅A̅ REX. In duobus aliis, §. 3 & 4, alia iterum facie, sine armis, in priori quidem *barbatus* cum mitra; in posteriori vero coronatus *sine barba*, sistitur. Cæsar factus, teste Diplomate, sub dato *Ingelinheim*, Indict. VIII, Non. April. An. 965, usus fuit sigillo, in quo coruscat effigies Ejus thoracati, coronati, barbati, dextraque *sceptrum liliatum*, & sinistra *Globum* ferentis, cum epigraphe: † OTTO IMPERATOR AVGVSTVS. Vid. Dn. *Heineccius* cit. Tab. ænea V, §. 4, & P. I, Cap. IX, §. 32, pag. 91.

OTTONIS II, qua Regis, sigillum, quo chartam An. 963 munivit, apud *Zyllesium* l. c. pag. 22, sistit Ejus faciem, diademate redimiti, vultu juvenili & liberali, cum lemmate: †. OTTO D̅I̅ G̅R̅A̅ REX. In sigillo vero Diplomatis *S. Maximini* Trevirensis, An. 974, proinde, postquam Imperiale solium conscenderat, apparet liliato diademate exornatus, facie nonnihil rugis implicata, barbatus, dextra *baculum*, sinistra *Globum crucigerum* tenens; in peripheria habetur: †. OTTO IMP. AVG. Vid. *Zyllesius* l. c. pag. 28; & Dn. *Heineccius* l. c. Tab. V. ænea, §. 6. Apud Dn. *Becmannum* l. c. Tab. ænea, §. 5, delineatur cum corona, è qua tres globuli surgunt, facie barbata, thorace & paludamento vestitus, conspicuis in Ejus dextra, *lancea in crucem desinente*; in sinistra, *Globo crucigero*; cum inscriptione: †. OTTO. IMP. AVG.

OTTONEM III, in diplomate Monasterii Nienburgensis An. 996, apud Dn. *Knauthium*, de *Pagis Anhaltinis*, n. 61, pag. 37, Parentis sigillum adhibuisse, vel propterea suspicatur Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 34, pag. 92, quod, per omnia, simile illud sit sigillo Parentis, excepta *cruce* in Globo, quæ non in flammulas, sed in globulos, definit; Vid. Dn. *Heineccius* l. c. Tab. V. ænea, §. 7; nec tamen præsumendum, anno prædicto, rugosam Ei faciem jam fuisse, prolixamve barbam, cum, juxta præced. Lib. I, Tit. V, pag. 504, ultra annum ætatis 15, nondum ascenderit. In *Historia Anhaltina* Dn. *Becmanni*, cit. Tab. ænea I, §. 6, profertur, idem sigillum, ibique Cæsar, sub corona simplici, è qua tres globuli surgunt, cum facie penitus crinita, *sceptro*, terram versus demisso, in Ejus dextra, & *Globo crucigero*, in sinistra, apparentibus, cum inscriptione: † OTTO IMP. AVG. In proprio Ejus sigillo, diplomati An. 990. appenso, coronatus juvenis figuratur, thorace & paludamento indutus, imberbis, dextra *Sceptrum liliatum*, sinistra *Globum sine cruce*, gestans, cum inscriptione: OTTO D̅I̅ GRATIA REX. Vid. *Zyllesius* l. c. pag. 28, & Dn. *Heineccius*, Tab. ænea V, §. 8. Dn. *Mabillon*, in Supplemento de *Re Diplomatica*, Cap. XI, §. 3, pag. 48, suppeditat Ejusdem *Auream Bullam*, possessiones *S. Martini* in Italia sitas confirmantem, in cujus antica parte iterum Cæsarem barbatum notamus, corona pariter & laurea redimitum, cum paludamento, & epigraphe: OTTO IMPERATOR AVGVSTVS; in postica, Ejus vultum, sine barba, & sine coronis, dextra *Vexillum*, sinistra *Scutum*, tenentis, cum inscriptione: †. RENOVATIO IMPERII ROMA-

ROMANORVM. De Ejusdem Sigillo plumbeo, quo Diploma *Metensis Cœnobii S. Felicis* superbit, testatur idem, quod, una parte thoracem ejus, cum redimiculo gemmeo, tribus lineis superne distincto, exhibeat, cum lemmate: OTTO IMPERATOR AVGVSTVS; & altera, thoracatam Ejus effigiem, laurea capite ornato, *vexillo* in dextra, & *umbone* in sinistra, conspicuis, juncta epigraphe: IMPERII ROMANORVM, voce *Renovatio* omissa. Conf. idem, lib. 2. de *Re Dipl.* Cap. 16, §. 17, pag. 142; & Dn. *Heineccius* cit. P. I. Cap. IX, §. 36, pag. 92 & 93, qui tertii diplomatis Ejusdem meminit, *bulla plumbea* muniti, quo bonorum Romanæ Ecclesiæ recensum instituit, an. 1339, sub *Benedicti XII.* P. R. auspiciis, à *Johannne de Amelio*, Forojuliensi Archidiacono, *Assisii*, in lucem edito, qui de bulla hac ipsemet, *Baronio* teste, Tom. XII. *Annal.* ad An. 1191, §. 67, p. m. 828, scribit: *Inter alia vero, elegimus ac vidimus, & diligenter inspeximus, quoddam Privilegium, cum quadam bulla plumbea parva inpendenti, sive in fine dicti Privilegii, cum pergameno alligata, in qua quidem bulla, ab una parte, in circumferentia ejusdem, scriptum erat: OTTO IMPERATOR ROMANVS; alia vero parte erat quoddam caput hominis, cum pilis crispis, & cum spatulis, scriptumque erat, in circumferentia: AVREA ROMA, ut prima facie apparebat.* Integrum diploma legitur ibid. §. 68 & 69; quid Baronius in eo desideret, docet l. c. §. 71, p. 830; Conf. tamen præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, p. 63, & Tit. XV, §. 22, lit. c, pag. 1371.

HENRICUS SANCTUS in sigillo *S. Maximiniano* Treviris, apud *Zyllesium* l. c. Part. 3, pag. 32, throno insidet, sub diademate, cui crux superimposita, dextra *Sceptrum liliatum brevius*, sinistra *Globum sine cruce*, tenens, cum inscriptione: --- DI GRA. ROMANORVM. IMP. AV. Simile appendit Diplomati, quo, sub dato *Walbach*, An. 1003, 4 Id. Maji, *Folcmaro*, Fideli suo, bona quædam propria donavit, ab *Heineccio* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 38, pag. 94, producto; ectypon suppeditat idem, Tab. V. ænea, §. 11, mutilam inscriptionem utrobique ita supplens: †. HEINRICVS DI GRA. ROMANORVM. IMP. AVgustus. In sigillo, quo donationem Nienburgensi factam Ecclesiæ, An. 1004, VI Id. Aug. munivit, apud Dn. *Becmannum* l. c. Tab. ænea 1, §. 7, sedet in solio simplici, sine dorso, sub simplici corona tricuspidata, rugosa facie, sine crinibus, nudo collo, paludamento indutus, ferens dextra *brevem hastam*, & sinistra, paululum erecta, *Globum sine cruce*: In Orbe legitur: † HENRICVS DI. GRATIA REX.

CONRADI SALICI Sigillum, donationis chartæ, Ecclesiæ Numburgensi, An. 1032. factæ, appensum, apud *Maderum, Antiquit. Brunsuic.* p. 218 refert Eum sedentem in sella, cum Pomo & corona, Imperiali. Aliud exhibet *Tentzelius*, Supplem. 2 *Histor. Gothanæ*, pag. 388, Thuringiæ Comiti *Ludovico* concessum, in quo Cæsar solio insidens conspicitur, manuum altera *Lilium*, & altera *Baculum Regalem*, tenens, addita epigraphe: † CVONR ----- PERATOR, Vid. Dn. *Heineccius* l. c. Tab. VI ænea, §. 2. Perfectius sigillum suppeditat diploma *S. Maximinianum* de An. 1026, apud *Zyllesium* cit. Part. 3 *defensionis Abbatiæ S. Maximini* Trevirensis, pag. 34, in quo, diademate & pallio insignis, throno Cæsar insidet, dextra, *baculum, in terram demissum, & in lilium desinentem*; sinistra *lilium*, ferens, cum inscriptione: † CHVONRADUS D‾I GRATIA REX; Conf. Dn. *Heineccius*, cit. Tab. VI, §. 1, & Part. I, Cap. IX, §. 39, p. 95; Peculiare sigillum depromit Dn. *Becmannus* l. c. §. 8, in quo delineatur, collocatus in throno sine dorso, cinctus corona, in formam mitræ, tribus locis globulis ornatæ, fabricata, cum paludamento, facie venusta, & barbata, thoracatis brachiis, tenens *dextra* Globum cum cruce (exemplo rarissimo) & sinistra *Aquilam* ad volatum paratam in pertica brevi; in circulo habetur: † CHVONRADVS DI GRA. ROMANORV. IMP. AVG. In Ejusdem *Bulla plumbea*, Confirmationi Privilegiorum *Gernrodensis Abbatiæ*, de An. 1029, 10 Cal. Sept. sub dato *Wahlhausen*, appensa, habetur *des Kaysers Bild, halb mit der Brust, mit dieser Uberschrifft: CHVONRADVS, Dei gratia Romanorum Imperat. Augustus; auf der andern Seite stehet ein Bild, mit dem gantzen Leibe, in der rechten Hand einen drey zinckihen Spieß; in der lincken Hand aber ein Schild haltend, mit dieser Uberschrifft: HEINRICVS SPES IMPERII*; Sunt verba Dn. *Knauthii*, lib. 2. *Antiquitat. Comitatus Ballenstad. & Ascherslеb.* Cap. 28, p. 102; unde sua Dn. *Heineccius*, cit. Part. I, Cap. IX, §. 40, p. 96 &c. Eandem bullam sistit Dn. *Becmannus* l. c. §. 9. & 10: in cujus antica, Cæsaris facies semiplena conspicitur, coronati, & barbati, cum epigraphe: † CHVONRADVS DI GR ROMANOR IMP AVG. In postica vero effigies juvenis, Romano more vestiti, stantis, dextraque perticam cum Vexillo, & sinistra rotundum scutum tenens, cum epigraphe: † HEINRICVS SPES IMPERII.

De HENRICO III inspicienda Bulla Aurea, diplomati, quod *Wilhelmus Heda*, *Hist. Ultraject.* p. 126, posteritati reliquit, annexa, continens una parte *Caput Ejus barbatum, & coronatum, ad scapulas*

pulas usque, dextra manu extensa, cui avicula insidet; altera vero, *Urbis Romæ simulacrum.* Vid. Dn. *Heineccius*, l. c. §. 41, p 97. Ex *Zyllesio*, l. c. p. 36, allegat *Papebrochius*, in Propylæo Tom. II. Aprilis, §. 51, de *Vitis Sanctorum*, diploma, ab Eodem Imperatore 8 Kal. Aug. An. 1043 (1044) Trevirensibus datum, in cujus sigillo Cæsar, in throno sedens sub corona fulget, dextra *liligerum sceptrum*, sinistra *Globum cum cruce*, tenens, cum epigraphe: HEINRICVS DEI GRACIA III REX ROMANORVM; conf. Dn. *Heineccius*, cit. Tab. ænea VI, §. 4. *Maderus*, in *Antiquitatibus Brunsuicensibus*, præmissa Traditione laudati Cæsaris, super Villis quibusdam in Pago *Wetha* & *Tycherin*, sub dato *Goslariæ*, 12 Kal. Aug. An. 1040, Ecclesiæ Nyobergensi facta, in calce monogrammatis, inquit, p. 221. *In sigillo sedet Rex in sella, dextra sceptrum, cum insidente ave, sinistra vero pomum Imperiale tenens.* Conf. Dn. *Heineccius* cit. Tab. ænea VI, §. 5. Dn. *Tentzelius*, in *supplem. Histor. Gothanæ* II, p. 407, meminit Ejusdem sigilli, quod Cæsarem in simpliciori throno collocatum, dextra *sceptrum liligerum*, sinistra *baculum Regalem*, ferentem, sistit, cum lemmate: † HEINRICVS TERCIVS DI. GRA. REX; Conf. Dn. *Heineccius* l. c. §. 3. Apud Dn. *Becmannum* l. c. §. 12, offendis Sigillum diplomati, quo, An. 1041, Ecclesiam Nienburgensem in Tutelam recepit, appensum, in quo repræsentatur Cæsar barbatus simplici insidens sellæ, coronatus, brachiis thorocatis, paludamento amictus, dextra ferens *avem quasi volantem* baculo infixam, & sinistra *Globum sine cruce*; in orbe legitur: † HEINRICVS D̄I GRATIA REX; necnon, §. 11, aliud, chartæ donationis Ballenstadiensi cœnobio factæ, An. 1053, annexum, ubi rursus Imperator sellæ insidens paulo ornatiori conspicitur, coronatus, cum barba tamen minori, & paludamento, *dictam avem* dextra & *Globum cum cruce* sinistra gestans, cum lemmate in circumferentia: † HEINRICVS DI GRA REX. *Octavianus Strada*, lib. 3 de *Vitis Cæsarum per numismata*, p. 412. delineatum dat Principem nostrum in nummo, ita, ut in antica &c. Ejus effigies appareat, cum inscriptione: *Imp. Cæs. Henricus. Pi. Fe. Aug.* (i. e. *Pius, Felix, Augustus.*) in postica, Scutum, pileo ducali tectum, & *Aquila bicipite* exornatum, cum epigraphe: *Moneta aurea Henrici Imp. & Du. Fr.* (Ducis Franconiæ) Enimvero, tam ob literarum ductum, quam insolitam titulorum structuram, ipsiusque scuti, aliud scutulum &c. Franconiæ ducatus insignia referens, innexum habentis, ratione, merito Dn. *Heineccius*, cit. P. I, Cap. IX. §. 70, p. 112, rejiciendum tradit hunc nummum.

HENRICUS IV, in sigillo cereo, quod Dn. *Knauthius*, in Dissert. de *Pagis Anhaltinis*, §. 10, p. 4, æri incisum dedit, Cæsarem ostendit barbatum, coronatum, thronoque insidentem cum paludamento, in cujus dextra, *triumphale sceptrum*; in sinistra, *Globus Imperialis sine cruce*, deprehenduntur, cum epigraphe: †. HEINRICUS DI GRATIA REX; Conf. Dn. *Heineccius* l. c. Tab. VII ænea, §. 2. In alio sigillo, cujus ectypon *Zyllesius* l. c. pag. 40, & Dn. *Heineccius* l. c. §. 1, subministrant, eminet Cæsar in throno simplici sedens, coronatus, sine barba, dextra *sceptrum* ferens, cui avis imposita; sinistra *Globum cum cruce*, addito lemmate: †. HEINRICVS D̄I GRA REX. Similia duo alia, donationibus An. 1060 innexa, sistit Dn. *Becmannus* l. c. Tab. æn. 2, §. 1 & 2, excepto quod Cæsar, in priori, cum pileolo, tribus globulis crucigeris ornato; in posteriori vero, cum pileolo sine globulis, appareat; in priori insuper vox HEINRICVS non integra extat, posterioribus quatuor literis vetustate deletis. In alio apud Dn. *Heineccium* l. c. §. 6, occurrit cum barba, in throno collocatus, dextra, *breve sceptrum liligerum*; sinistra, *baculum*, tenens, in circumferentia legitur: HENRIC D̄I GRA FRANCORV̄ REX.

HENRICUM V delineat sigillum *S. Maximinianum*, diplomati An. 1112 affixum, apud *Zyllesium* l. c. pag. 50, & Dn. *Heineccium*, cit. Tab. VII. § 3, ut thronum occupantem, imberbem, eleganti tunica talari & pallio vestitum, cum *sceptro florigero*, in dextra; & *Globo crucigero*, in sinistra. Peripheria continet verba: †. HENRICVS D̄I GRA ROMANORUM IIII IMPR. AUG. Conf. Dn. *Heineccius* l. c. P. I, Cap. IX, §. 44, p. 99.

LOTHARIUS in sigillo conspicitur sub corona hactenus inusitata, ab utraque temporum parte, pendentes habens tres globulos, tintinnabulis similes, *sceptrum, in flores desinens*, dextra, & *Globum cum cruce*, sinistra, ferens, juncta epigraphe: †. LOTHARIUS DEI GRATIA. III. ROMANOR. IMPR. AUG. Vid. Dn. *Meibomius*, Tab. ænea, ad Tom. *III Scriptorum Rerum Germanicarum*, p. 158; & Dn. *Heineccius* l. c. § 45, p. 100, nec non cit. Tab. ænea VII, §. 4 & 5, ubi tamen, in circumferentia, tantum REX, non *Imperator* vocatur. Simile sigillum appendet diplomati, quo, sub dato *Lunæburc*, 9 Kal. Oct. An. 1135, in gratiam *Annonis* Abbatis, Cœnobio nostro *S. Michaëlitano* Luneburgi, varia Privilegia indulsit, quamvis sine inscriptione, utpote, una cum margine, a vetustate rosa.

CONRADI III sigillum, quo diploma *Nienburgense* de An. 1143 munivit, apud Dn. *Knauthium*, de *Pagis Anhaltinis*, §. 84, p. 54, & Dn. *Heineccium*, l. c. Tab. ænea VIII, §. 2, iconem Ejus præsentat, throno insidentis a dorso cancellato, cum barba in genas pro-

protensa, sub corona, ex utraque parte, ornata cruce, cujus dextra *cruciforme sceptrum*, & sinistra *Globum crucigerum*, tenet, addita epigraphe: †. CVNRADVS. DI GRA. ROMANORVM. REX III. In alio, quod Dn. *Heineccius* l. c. §. I. Diplomati Ecclesiæ SS. *Simonis & Judæ* Goslariensis, de An. 1150, cujus formulam in *Antiquitatibus Goslariensibus* lib. 2, ad h. a. pag. 146, edidit, appendere testatur, etiam sedet in throno cancellato, ast punctis interstincto, imberbis fere, habens in capite coronam, ab utraque parte, pariter ac in summitate liliis ornatam, de qua fasciæ utrobique pendent, in tres globulos desinentes, sub paludamento, dextra *Sceptrum* gestans *lilio, in quinque folia expanso*, magnifice instructum; sinistra, *Globum cum cruce*; in circumferentia legitur: †. CVNRADVS. DI. GRA. ROMANOR¯V. REX. II. Conf. idem, cit. P. I. Cap. IX, § 48. p. 102. Simile sigillum, donationi An. 1147 innexum, æri incisum dat Dn. *Becmannus* l c. Tab. 2, §. 3, ubi tamen non liliis, sed tribus globulis crucigeris, corona exornata conspicitur, cum inscriptione: †. CVNRADVS. D¯I. GR-A-- ROMANORV REX II.

FRIDERICVM BARBAROSSAM *Aquilam bicipitem* in sigillis adhibuisse, discimus ex sigillo, quo Diploma, An. 1156, 15 Cal. Octob. in augmentum Privilegiorum Celsissimæ domus Austriacæ, Ratisbonæ scriptum, corroboravit, apud Dn. *Sigismundum von Bircken*, im *Oesterreichischen Spiegel der Ehren*, Lib. 2, Cap. 2, pag. 170, ubi Cæsar, cum Paludamento, magnifico throno pyramidali insidet, venusta barba, & corona, cum superimposita cruce, pendentibusque ab utraque parte fasciis, quarum extremitates tribus globulis terminantur, ornatus, dextra *sceptrum ligerum cum cruce*, & sinistra *Globum cum cruce*, gerens, apparentibus, in pyramide dextra, *Aquila bicipite* in scuto, & in sinistra, *tribus Leonibus* in scuto; addita perigraphe: ✠ FRIDERICVS I. ROMANORVM IMPERATOR. Conf. Dn. *Burgermeister*, Vol. I. *Thesauri Juris Equestris*, XI Satz, Cap. 4. p. 186. De *Sigillo* Ejusdem *cereo*, Privilegio Civitatis Spirensis de An. 1182 appenso, ait *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirens* Cap. 64, p. m. 531. *Das Siegill dieses Privilegii ist im rothen Wachs, mit diesen Worten: FRIDERICVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVGVSTVS. In der Mitte, ist des Kaysers Bildnuß, auf einem Stuhl sitzend, in der rechten, einen Scepter; in der Lincken, den Reichs-Apffel, haltend, mit des Kaysers gewöhnlicher Unterschrifft, durch sonderbahre characteres unterzeichnet &c.* Quæ Dn. *Heineccius* cit. Part. I, Cap. IX, §. 50, p. 102, repetit. In sigillo apud Dn. *Becmannum* l. c. Tab. 2, §. 4 delineatur insidens solio, lapillis pretiosis exornato, imberbis, sub corona, in superiori parte globulo crucigero distincta, de qua utrinque pendent fasciæ, gemmis itidem refertæ, in tres globulos desinentes; nudo collo, paludamento pretioso amictus, dextra ferens *brevius sceptrum liliatum*, & sinistra *Globum liliferum*; addito lemmate in circumferentia: † FREDERICVS DEI GR¯A ROMANORVM IMPERATOR AVGVSTVS. Aliud offendimus apud *Zyllesium* l. c. Part. 3, pag. 59, in quo Cæsaris corona pariter, ac sceptrum, Globus aureus, pallium, Zonæ, armillæ, & thronus, innumeris iterum gemmis exornata videntur, cum inscriptione: † FREDERIC9 DEI G̅R̅A̅ ROMANO IMPERATOR AVGS. vid. Dn. *Heineccius* l. c. p. 103; qui ipsemet, Tab. ænea VIII, §. 3 & 4, duo alia suppeditat, sistentia Cæsarem, in throno collocatum, lapillis pretiosis undique coruscante, barbam prolixam habentem, & coronam in capite, cruce superimposita, lapillisque itidem pretiosis splendentem, de qua fasciæ utrinque pendent, gemmis distinctæ; in dextra Ejus, *sceptro liligero, quod in crucem desinit*; &, in sinistra, *Globo cum cruce*, apparentibus, adhibita utrinque eadem inscriptione, scil. †. FREDERIC9 DEI GRA. ROMANOR. IMPERATOR AVGS. quamvis, in priori, literæ OMAN, vocis ROMANOR; sub throni basi, sejunctim a reliquis, ponantur; in posteriori vero, consueto ordine in circulo, cum throni basis eo usque se non extendat.

HENRICVS VI in Insignibus *Simplici Aquila* usus fuisse legitur, de quo *Hœping*, de *Jur. Insignium*, Cap. VI, Part. 2, Paragraph. V, §. 224, p. 268, *Castaldi* Tr. de *Imperat*. Quæst. 89, memor. *Ad ejus probationem faciunt, quæ n. 6, notat, videlicet, quod Bononiæ, An. 1536, antiquissimum Henrici VI. Imperatoris, sub anno 1196, 5 Idus Septemb. manu Conradi in favorem Dominorum de Cattaneis de Montebellio Bononiensium, super dicto Castro, & quibusdam aliis, datum, & sigillo, simplicem unius Capitis Aquilæ figuram præferente, roboratum vidisset Privilegium &c.* Ejusdem vero effigies, apud *Bucelinum*, in *Historia Ducum Bavariæ Agilolfingicæ stirpis*, pag. 420, quo stans, barba satis prolixa, crinibusque brevioribus nonnihil inflexis, venustus paludamento, & palliolo Electorali simili, nec non corona cum cruce, ornatus, dextra *sceptrum liliatum*, & sinistra *Globum crucigerum*, tenens, repræsentatur, ad pedem sinistrum, Scutum refert cum *Aquila bicipite*, cujus medium aliud scutulum, cum *Leone gradiente*, capite in sinistram verso, complectitur.

PHILIPPI *Auream Bullam* ita describit *Gelenius*, in *vita S. Engelberti*, p. 32, &, ex eo, Dn. *Heinec-*

neccius, cit. Part. I, Cap. 4. §. 5, p. 34: *In fine dependet, ex filo serico, Sigillum aureum, ab una parte habens templum, tergemina insignitum turri &c. ab altera parte sedet Imperator in solio Regio, tenens dextra Sceptrum, sinistra Orbem mundi &c.* Effigies Ejus apud *Bucelinum* l. c. pag. 421, Eum repræsentat stantem; sine barba; sub corona, cum cruce; singulari paludamento, & toga talari, in inferiori parte denticulata, vestitum; Zonaque gemmis pretiosis referta, de qua quinque Globuli pendent, cinctum; in cujus dextra *liliatum sceptrum*, & in sinistra, *Globus cum cruce*, apparent, posito ad pedem dextrum Scuto *Aquila bicipite* ornato, in cujus pectore aliud scutulum conspicitur cum *Leone gradiente*, capite ejus in dextram verso.

OTTO IV, in sigillo, apud *Meibomium*, Tom. 3 *Rer. German.* p. 158, & Dn. *Heineccium* l. c. Tab. ænea VIII, §. 5, exhibetur throno insidens, coronatus, modica cum barba, fascias denticulatas, ab utraque temporum parte, habens pendentes, *sceptro*, in formam pedi Archi-Episcopalis, cum duplici cruce, efformato, in Ejus dextra; & in sinistra, *Globo cum cruce*, conspicuis, a dextris, *sole*; & *Luna* a sinistris, stantibus, epigraphe addita: †DEI GRATIA: OTTO: ROMANORVM IMPERATOR: ET SEMPER AVGVSTVS. Dn. *Georgius Roth*, in *descriptione Privilegii* hujus Imperatoris, An. 1209 *Stadensibus irrogati*, Tab. ænea, §. 3, producit Ejus sigillum, in quo rursus figuratur in Throno sedens, coronatus, ast imberbis, cum crinibus parvis nonnihil crispis, sub paludamento & pallio, dextra *sceptrum* tenens *liligerum*, & sinistra *Globum cum cruce*; in circumferentia legitur: †. OTTO DEI GRA ROMANOR REX ET SEMP AVGVST. In Vexillis, *Aquila* Eum usum, discimus ex *Rigordo*, ad An. 1215, ubi: *Opposita parte stabat Otto, in medio agminis confertissimi, qui Sibi, pro Vexillo, erexerat Aquilam Deauratam, super Draconem, pendentem in pertica oblonga, erecta in quadriga &c.*

De FRIDERICO II inquit *Joh. Kirchmannus*, de *Annulis*, Cap. 8, p. 54, (edit. Slesvig. 1657,) *Vidi in Archivo Inclytæ hujus Reipublicæ* (Lubecensis) *duas FRIDERICI II Imp. Bullas aureas, quarum una Ille Avi sui, FRIDERICI I, Cogn. Barbarossæ, privilegia Urbi Lubecæ, An. 1188. Concessa, confirmat; altera eam Liberam Imperii Urbem pronunciat, & novis insuper beneficiis cumulat &c. In earum antica parte videtur effigies Imperatoris, in solio sedentis, & tenentis dextra Sceptrum; sinistra Globum cruciferum, cum hoc titulo: FRIDERICVS DEI GRA. ROMANORVM IMPERATOR SEMP. AVGVSTVS REX IERLEM* (Ierusalem) *ET SICILIE.* Conf. Dn. *Heineccius* cit. Part. I, Cap. IX, §. 56, p. 106. Dn. *Mabillon* de *Re Diplomatica*, lib. 2, Cap. XVI, §. 16. p. 141, mentionem faciens Bullæ *Caroli*, Siculorum Regis, An. 1274, pro Abbatia *omnium Sanctorum Ordinis S. Augustini* apud Andegavenses datæ, ait: *Longe amplior est Bulla Aurea FRIDERICI II, pro Cœnobio S. Apri Tullensi; qua Bulla appendet ex serico rubeo, præfertque, in antica parte, effigiem Imperatoris, sedentis in throno, duobus liliis superne ornato, in dextra: Virgam cruce insignitam; in sinistra: Globum cum cruce, gestantis, adjecta in orbem hac inscriptione: † Fridericq di gra Romanor' Rex & Semp. Augustus & Rex Sicilie; in postica, Urbs Roma exhibetur, cum his verbis: Aurea Roma; & in circulo: †. Roma Caput mundi regit Orbis frena rotundi.* Conf. Dn. *Heineccius* l. c. Ejusdem Bullæ ectypon, ex *Antonio Matthæi*, de *Nobilitat.* Cap. XVII, p. 1028, sistit idem Dn. *Heineccius* l. c. Tab. ænea 2, §. I, in cujus antica parte figuratur Cæsar throno insidens, a tergo cancellato, & punctis interstincto, coronatus, cum barba modica in mento, & crinibus in humeros usque protensis, dextra *Sceptrum* tenens palmæ frutici simile, in crucem desinens; sinistra *Globum Imperialem cum cruce*, addita epigraphe: † FRIDERIC9: DI. GRA. ROMANOR. REX. SEMP. AVGVST. REX. SICILIE. in postica: *Templum tergemina insignitum turri*, cujus basi inscriptum: AVREA ROMA; in circumferentia legitur: † ROMA: CAPVT: MVNDI: REGIT: ORBIS: REGNA: ROTVNDI. Apud *Gelenium*, in cit. vita *S. Engelberti*, p. 114, describitur Ejusdem *sigillum cereum*, rotundum, referens in solio Cæsarem togatum, in capite gestantem coronam, infulæ formam habentem, a qua vitæ ab utraque parte, duo lilia defluunt, cum *Sceptro* in dextra, & *Globo crucigero* in sinistra; inscriptio est: FRIDERICVS DEI GRATIA IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS. Ex *Antonii Weckii* Parte 2 *descriptionis Urbis Dresdensis*, p. 154, profert Dn. *Heineccius* l. c. Tab. ænea XVII, §. 1, aliud sigillum, laudati Cæsaris iconem sistens, solio impositi, togati, cum corona in capite, de qua fasciæ pendent utrinque cum globulis, tenentisque dextra *Sceptrum, desinens in crucem*, & sinistra *Globum cruce ornatum*, juncta epigraphe: †. FRIDERICVS DI GRA ROMANOR---SEMP AVGVST9 ET REX SICIL'. aliud addens, § 2, *Weckiano* huic per omnia simile, nisi quod, fasciarum loco, crines in humeros usque propendere videantur, & sceptrum liligerum sit, cum pleniori inscriptione: †. FRIDERICVS DI GRA IMPERATOR. ROMANORV. SEMP. AVGV-

AVGVST9; in medio, a dextris habetur: I REX; & a sinistris: JERIM. In sigillo, diplomati confirmationis Privilegiorum domus Austriacæ, sub dato *Veronæ*, An. 1245, Mens. Junio, appenso, apud *Sigismundum von Bircken*, im *Oesterreichischen Spiegel der Ehren*, Lib. 2, Cap. 3, p. 185, repræsentatur Cæsar, in antica, sedens in throno, quatuor pyramidibus turritis superbiente, cujus tergum in formam templi fabricatum; sub corona Imperiali crucigera, prolixiori barba venustus, dextra *sceptrum liligerum* ferens, sinistra *Globo crucigero* imposita, conspicuis in Pyramide a dextris, scutulo cum *Aquila bicipite*; in Pyramide a sinistris, scutulo *cum Insignibus Siciliæ Regni*; & intra pedes, tertio scutulo cum *tribus Leonibus*; juncta in peripheria inscriptione: † FRIDERICVS II ROMANORVM IMPERA: SEMPER AVGVSTVS: SICILIÆ REX: DVX SVEVIÆ. ubi notandum, voces *Sicilia* & *Suevia*, per *a*, pingi; in altera parte apparet Roma, turribus circumdata, & Tiberi rigata, cum epigraphe: † ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS SCENA (forte FRENA) ROTVNDI. *Eandem Aquilam* cernimus in effigie Ejus apud *Bucelinum*, in cit. *Historia Agilolfingica*, Tab. æn. 36, p. 422, ubi plenius Ejus scutum, in varios laterculos partitum, quorum medium scutulum minus occupat cum dicta *Aquila bicipite*, in cujus pectore adhuc aliud minus cum *Leone* conspicitur.

In HENRICI, Romanorum Regis, *Friderici 2* Imp Filii, sigillo, quo diploma quoddam Ecclesiæ SS. *Simonis & Judæ* Goslariensis munivit, apud Dn. *Heineccium*, cit. Tab. IX ænea, §. 1, figuratur Rex coronatus, imberbis, in throno collocatus, cum paludamento, ferens dextra *sceptrum liligerum*, in crucem exiens, sinistra *Globum cum cruce*, lemmate adposito in circumferentia: †. HENRICVS. DI. GRA. ROMANORVM REX 7 SEMP. AVGVSTVS; in medio, a dextris, extat: 7 DVX S, & a sinistris: VEVIE. In alio sigillo, diplomati, quo sub dato *Eslingen*, An. 1228, nono Cal. sept. Privilegia Austriaca confirmat, appenso, apud Dn. *Sigismundum von Bircken*, l. c. pag. 178, sistitur in antica, throno insidens magnifico liliato, sub corona Imperiali, prolixa barba conspicuus, dextra *sceptrum liligerum*, & sinistra *Globum crucigerum*, gestans. A dextris throni, prominet scutum cum *Aquila bicipite*; a sinistris, aliud, *cum Insignibus Siculorum Regni*, &, intra pedes Ejus, tertium, *cum tribus Leonibus*; juncto in peripheria lemmate: HENRICVS ROMANORVM IMPERATOR. In postica, videtur Ejus Monogramma.

CONRADVS, itidem Romanorum Rex, frater Ejus, in sigillo apud *Zyllesium* l. c. Part. 3, pag. 60, & Dn. *Heineccium* l. c. Tab. IX. ænea, §. 2, occupat solium, coronatus, cum barba, more Sinensium accommodata, crinibusque brevioribus, in dextra *Sceptrum liligerum* admodum breve habens, & in sinistra *Globum cum cruce*; in orbe legitur: †. CONRAD9 DIVI AVG9TI. IMPRIS FRIDICI. FILI9 DI GRA. ROMANOR. I. (in) REGE. ELECT9; & in medio, a dextris, quatuor reperiuntur literæ HERE, & a sinistris S. JERIM (Heres Jerusalem)

WILHELMO Hollando vindicat Dn. *Heineccius*, cit. Tab. ænea IX, §. 3, sigillum &c. chartæ Goslariensi innexum, ubi Cæsar apparet throno insidens, coronatus, modica cum barba, & crinibus non nihil incurvatis, *sceptro liligero* in Ejus dextra, & *Globum cum cruce*, in sinistra fulgentib9, epigraphe adjuncta: †. S. WILHELMV - - - - - ROMANORVM REX SEMPER. AVGVSTVS. Simile delineat *Antonius Matthæi*, de *Nobilitate*, lib. 4. c. 17, p. 1028. In numismatibus, apud *Stradam*, l. c. p. 438, 439 & 456, Princeps hic, pariter ac Antecessor Ejus, HENRICVS RASPO, non nisi *Aquila simplici* in Insignibus usi deprehenduntur; ast apud Dn. de *Bircken* l. c. lib. 1, Cap. VI, p. 59, & WILHELMI nostri, & RICHARDI Angli, & ALPHONSI Castellani, Insignia *duplicem*, sive *bicipitem Aquilam*, præ se ferunt, splendente, inter duo avis capita, Imperiali corona clausa cum cruce, & eminentibus, in scutis peculiaribus, Aquilæ pectus tegentibus, singulorum armis gentilitiis.

RVDOLPHVM Habspurgicum effert Sigillum apud *Zyllesium* l. c. Part. 3, p. 61; *Weckium* l. c. P. 2, T. I, p. 160, & Dn. *Heineccium*, cit. Tab. IX, §. 4, sedentem in throno, coronatum, facie rugosa, crinibus non admodum longis, nudoque collo, dextra *sceptrum liligerum*, & sinistra *Globum cum cruce*, portantem, cum lemmate: † RVDOLPVS DEI GRACIA ROMANORVM REX SEMPER AVGVSTVS. Idem, in Sigillo, quo diploma Sereniss. domui Austriacæ, An. 1283, 11 Junii, Reinfeldæ, datum, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. Lib. 2, Cap. 4, p. 197, delineatur, in antica, insidens solio, corona Imperiali clausa ornatus, prolixam alens barbam, tenensque dextra *sceptrum liligerum*, & *Imperiale pomum cum cruce* sinistra, cum inscriptione: †. RVDOLPHVS. DEI GRATIA ROMANORVM REX SEMPER AVGVSTVS; in postica extante Ejus monogrammate. Apud eundem, lib. 1, Cap. 16, p. 140, habentur Ejusdem insignia *bicipite* cum *aquila*, corona Imperiali duo colla jungente, in cujus Aquilæ pectore scutum sistitur partitum, cujus laterculus dexter *Leone Habspurgico* &c. & sinister *Landgraviorum Alsatiæ insignibus*, coruscat; de quo scuto

vid. idem, lib. I, Cap. 4, pag. 29, in fine. In tumulo ANNÆ, Conjugis Ejus, eandem Aquilam conspici, patet ex laudato *Sigismundo von Bircken* l. c. lib. I, Cap. 13, p. 111.

ADOLPHUS Nassovius *Aquilam simplicem* adhibuisse fertur; vid. *Sigismundus von Bircken* l. c. Lib. 2, Cap. 6, p. 213. In sigillo, quod Dn. *Becmannus* l. c. Tab. 2. §. 6, suppeditat, sedet in sella, cujus dorsum ex baculis, arcu superne junctis, constare videtur, sub corona liliata, crinibus brevibus ast incurvatis, sine barba, nudo collo, cum paludamento, dextra ferens *sceptrum* in tria lilia desinens, & sinistra *Globum cum cruce in altum erecta*; adposito lemmate, † ADOLFVS. DEI. GRACIA ROMANORVM REX. SEMPER. AVGVSTVS.

In ALBERTI I Insignibus *biceps* iterum notatur *Aquila*; teste Dn. *Bircken* l. c. lib. 2, Cap. 10, p. 248, pariter ac in nummis ELISABETHÆ, Ejus Conjugis; notante Dn. *Heineccio* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 70, pag. 113.

HENRICUS VII Insignia Luxenburgica usurpare solitus fuit; de quo *Hertius* in diss. de *Fide diplomatum*, Sect. 1, §. 8, & Sect. 2, §. 4, ubi: *Illud ad memoriam insigne est, & investigationem accuratiorem meretur, quod Carolus IV Imp. in Charta An. 1348, apud Nicol. Henelium, in Silesiographia appendice Privilegiorum, notavit, Gloriosæ memoriæ Henricum, Avum suum, quondam Romanorum Imp. Sigillo Comitatus Luccenburgensis, & cæteros divos Romanorum Electos, Prædecessores suos, suorum titulorum, & Se etiam Marchionatus Moraviæ sigillo, ante ipsorum, & suæ coronationis solennitatem, usos fuisse.* Conf. Dn. *Heineccius* l. c. P. 1. Cap. IX, §. 62, pag. 108.

FRIDERICUM Austriacum non nisi *simplici Aquila* fuisse usum, innuit Ejus effigies, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. Lib. 3, Cap. I, pag. 255, nec non sigillum conventioni cum *Ludovico* Bavaro, de dato *Münichen*, An. 1325, *an dem Pfintztag vor Unser Frawen Tag*, annexum, apud eundem l. c. lib. 3, Cap. 4, pag. 297, in cujus antica parte, apparet insidens throno, corona Imperiali, in formam infularum fabricata, paludamento & pallio, ornatus, dextra *Sceptrum liligerum*, & sinistra *Pomum crucigerum*, gestans; a dextris, eminente scuto cum *Aquila simplice*, &, à sinistris, alio, cum Insignibus Archiducalibus, *trabe* scil. *argentea*, in campo rubeo; in circumferentia occurrunt verba: †. FRIDERICVS. DEI GRATIA. ROMANORVM REX SEMPER AUGUSTUS. Postica repræsentat LUDOVICUM Imperatorem, simili sub corona, in solio sedentem, *duas inter aquilas*, habentemque sub pedibus duos Leones rugientes, & se invicem aspicientes, paludamento insuper & pallio pretioso amictum, cum *sceptro liligero*, in dextra, & *Pomo crucigero* in sinistra, juncta epigraphe in peripheria: ❀ LUDOVICUS. QUARTUS DEI GRATIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS. Quæcunque Conventioni huic habenda sit fides, de qua præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Ludovici*, ad An. 1325, p. 662, aliquid dictum, concordare tamen, ex parte, sigillum hoc, cum Ejusdem

LVDOVICI sigillo, quod appensum testatur *Clemens VI*, P. R. mandato Ejus procuratorio, occasione submissionis, An. 1344, 16 Januar. per *Humbertum Delphinum*, aliosque *Ambassadores*, Romanæ Sedi factæ, confecto, apud *Stephanum Baluzium*, lib. 2. *Miscellaneorum*, p. m. 274, verb: *Vice & nomine Ipsius Domini Ludowici de Bavaria, exhibuerunt* (Legati Ejus) *& produxerunt quandam litteram, quam dicebant esse Procuratorium dicti Ludowici, scriptam & signatam --- & sigillatam impendenti quodam sigillo rotundo, in cera crocea, in quo, in medio, sculpta erat quadam imago Hominis, habentis infulam in capite suo, sedentis inter duas Aquilas, habentis sub pedibus ejus duos Leones, & tenentis, in manu dextra, quoddam Sceptrum, &, in manu sinistra, quoddam Pomum rotundum, in cujus circumferentia hæ littera legebantur: LUDOVICUS QUARTUS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS; & à tergo dicti sigilli, erat quadam impressio alterius parvi sigilli, in qua erat sculpta quadam Aquila, &, in circumferentia ipsius, eæ litteræ legebantur: JUSTE JUDICATE FILII HOMINUM &c.* Quæ de *duabus Aquilis*, ad utrumque throni latus conspicuis, hic dicuntur, confirmat *Sigillum cereum*, tabulis fœderis inter Eundem, & *Philippum Valesium*, Galliarum Regem, An. 1341, icti, formulam subministrante Dn. *Leibnitio*, Tom. I. *Cod. Diplom. Jur. Gentium*, §. 81, pag. 153 &c. utpote in cujus antica, sedere videtur in throno, sub corona quasi mitrata, *sceptrum* dextra, & *Pomum* sinistra, ferens; ad dextram solii, habetur *Aquila simplex*, & à sinistra, alia. Sub pedibus Cæsaris, insculpti sunt duo Leones; in circumferentia legitur: †. LUDOVICUS QUARTUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS; in postica cernitur impressio *contra-sigilli*, formæ rotundæ, cujus medium *Aquila* tenet, junctis in peripheria verbis: †. JUSTE JUDICATE FILII HOMINUM. Vid. Dn. de *Leibnitz* l. c. v. I. Easdem *binas Aquilas*, telamonum loco, ad utrumque Cæsaris latus, thronum stipantes, deprehendimus quoque in Sigillo, literis Ejus ad *Bernhardum spoliatum*, Principem Anhaltinum, de An. 1340, innexo, apud Dn. *Becmannum*, cit. *Histor. Anhaltina*, Part. 4, Cap. 3. p. 518,

Tab.

Tab. ænea 3, §. 2; sub pedibus tamen Imperatoris, non *Leones*, ceu in binis prioribus, sed *Canes*, figurantur. In circumferentia legis: †. LVDOVICV--- QUARTVS. DEI. GRATIA. ROMANORV ------ RATOR. SEMPER. AVGVSTVS. *Contra-sigillum*, in facie opposita, continet *Aquilam simplicem*, cum epigraphe: †. JUSTE. JUDICATE. FILII. HOMINVM. In alio tamen sigillo, quo literas feudales, in favorem ejusdem Principis *Bernhardi*, An. 1318, munivit, cujus ectypon Dn. *Becmannus* l. c. Tab. ænea 3, §. 1, sistit, delineatur sedens in throno, *nullis Aquilis* ad latera ornato, nec sub pedibus habens *Leones, canesve*, sub corona aperta in capite, paludamento & pallio amictus, modica cum barba, & crinibus nonnihil crispis, dextra *sceptrum* gerens *liligerum*, & sinistra *Pomum cum cruce*, juncto in circumferentia lemmate: †. LVDOWICVS DEI GRATIA ROMANORVM REX SEMPER -- GVSTUS. Dn. *Burgermeister*, Vol. 1. *Thesauri Juris Equestris, XIV Satz*, Cap. XV, pag. 571, memor diplomatum hujus Imperatoris, Ann. 1331, 1346 &c. Civitati Ulmensi datorum, ait: *Bey welchen Kayserlichen Diplomatibus --- des Ludovici Bavari Sigill. auff der vordern Seiten seine Bildnüß völlig mit dem Reichs-Scepter, daran zu oberst ein Adler, in der Rechten, und mit dem Reichs-Apffel in der lincken Hand, zu jeder Seiten aber einen grossen Adler stehend, und unter jedem Fuß einen grosen Löwen liegend repræsentirt, mit des Nahmens Umbschrifft am Rand herum &c.* Nonnunquam contra *bicipitem Aquilam* in Insignibus Eum adhibuisse, documento est scutum ejus, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. Lib. I, Cap. XVI, pag. 145, *bicipitem Aquilam* referens, hodierno more pictam, in cujus pectore parvum scutulum reperitur partitum, cujus dexter laterculus *Rhombos Bavaricos*, & sinister *Leonem Palatinum*, complectuntur. Conf. Dn. *Burgermeister* loc. cit. *XI Satz*, Cap. 4, p. 186. Mentio adhuc fit, apud *Kirchmannum*, de *Annulis*, Cap. VIII, pag. m. 54 & 55, *Aureæ* Ejusdem *Bullæ*, ad vulgarem morem compositæ, qua *Lubecensi* Civitati jus monetæ, tam aureæ, quam argenteæ, cudendæ concessit, in cujus antica parte, Imperatoris, in solio sedentis, tenentisque dextra *sceptrum*, & sinistra *Globum cruciferum*, effigies visitur, adposito lemmate: LVDOVICVS IV DEI GRATIA ROM &c. in postica, castrum turritum, cum inscriptione: ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI.

GUNTHERI *Schwartzburgici* sigillum *Aquilam bicipitem* prodit *cum corona Imperiali clausa*, & scutulo minori in pectore, *coronato Leone* distincto; apud *Sigismundum von Bircken* l. c. lib. 3, Cap. VI, p. 325.

CAROLUM IV. *simplici Aquila* usum fuisse ab initio, testatur celebratissima *Aurea Bulla* de An. 1356. quam Dn. *Thulemarius*, Tr. de *Bullis*, c. 8, §. 5, p. 79, & Dn. *Heineccius* l. c. Part I, Cap. IX, pag. 113, & Tab. ænea 1, §. 6, æri incisam dederunt, cujus alterum latus effigiem Cæsaris refert, sedentis in throno, Imperatorio amictu & ornatu conspicui, coronam Imperialem infulatam, circuloque clausam, in capite habentis, dextraque *Sceptrum liligerum*, & sinistra tenentis *Imperiale Pomum cum cruce*, apparente, à dextris solii, scuto cum *Aquila simplice coronata*; & à sinistris, alio scuto cum *Leone Bohemico*; periphería ita sonante: † KAROLVS QUARTVS DIVINA FAVENTE CLEMENCIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS ET BOEMIE REX. Altero sigilli latere exhibetur Templum, seu Castrum, cum turribus, & porta in medio aperta, literisque AUREA ROMA, ita quidem positis, ut AUR, primam lineolam, EA, R secundam, & OMA, tertiam, conficiant, decorata; in margine extante versu: † ROMA. CAPVT. MUNDI. REGIT. ORBIS. FRENA. ROTUNDI. Conf. *Kirchmannus* de *Annulis*, Cap. VIII. p. m. 55, &c. *Andreas Matthæus*, de *Ordine Equestri*, Cap. 17, p. 1028; Dn. *Burgermeister*, Vol. 1 *Thesauri Juris Equestris*, XI. *Satz*, Cap. 4, p. m. 186. In alio sigillo, quo literas Feudales *Bernhardi IV.* Principis Anhaltini, An. 1348, roboravit, notante Dn. *Becmanno* l. c. pag. 519, & cit. Tab. III. ænea, §. 3. delineatur Cæsar magnifico insidens throno, prolixa barba, crinibus satis copiosis, & corona aperta, venustus, amictusque paludamento, dextra *sceptrum*, sinistra *Globum cum cruce*, ferens, juncto lemmate: †. *Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiæ* (NB. per æ.) *Rex*; dextrum throni latus scuto ornatur, cum *Aquila simplice*, & sinistrum alio, in quo *Leo Bohemicus*. Apud Dn. *Heineccium*, cit. Tab. ænea IX, §. 5. & Dn. *Becmannum*, l. c. pag. 519, & Tab. ænea 3, §. 4, deprehenditur in solio collocatus, sub corona infulari, circulo clausa, prolixam alens barbam, crinesque in humeros usque pendentes, consueto vestitu Imperatorio amictus, cum *liliato sceptro* in dextra, & *crucigero Pomo* in sinistra; à throni dextris, offendis *Aquilam* grandioris formæ, obtorto collo, rostro tenentem *Scutum, cum simplici Aquila minori*; & à sinistris, aliam *Aquilam* formæ majoris, obtorto collo, rostro tenentem *Scutum cum Leone Bohemico*; in circumferentia legimus: *Karolus Quartus divina Favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemie Rex.* In *contra-Sigillo*, notas *Aquilam simplicem*, ad volatum quasi paratam, capite in sinistram converso,

cum

cum lemmate, † JVSTE ∴ JUDICATE ∴ FILII ∴ HOMINUM. † simile sigillum innexum diplomati ejus, An. 1370. civitati Ulmensi dato, testatur Dn. *Burgermeister* l. c. XIV. *Satz.*, Cap. XV, pag. 571. Enimverò, quandoque & *Aquilam bicipitem* Ei arrisisse, ostendit sigillum, quo, sub dato *Wien*, An. 1368, *an dem nechsten Sontag, nach des H. Creutzes Tag, als es gefunden ward*, Privilegium Austriacum *de Non evocando*, confirmavit, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. lib. 3, Cap. IX, p. 350. in cujus altera facie, imago Cæsaris, in solio collocati, paludamento & pallio Regali vestiti, *coronam Imperialem cum cruce* gestantis capite, dextràque *liliatum sceptrum*, & sinistrâ *Pomum crucigerum*; visa, à throni dextris, *grandiori Aquila*, quæ, inflexo collo, dependens rostro tenet scutum, cum *Aquila bicipite*; & à sinistris, *alia* similis formæ, rostro scutum tenente cum *Leone Bohemico*. Peripheria sic comparata: † *CAROLUS IIII. divina favente clementia Romanorum Imperator semp. Augustus & Bohem. Rex.* Altera facies occupat Principis Monogramma. Eandem *Aquilam bicipitem* observare licet in Ejusdem insignibus, apud eundem l. c. lib. I, Cap. XVI, p. 148. pariter ac in sigillo tredecim Provincialis Alsatiæ Pacis Judicum, An. 1366, juncta epigraphe: *S. Pacis Generalis Alsatiæ*, docente Dn. *Wenckero*, de *Juribus Archivi & Cancellariæ*, p. 468.

WENCESLAUS, Parentis exemplo, itidem tam *simplici*, quam *bicipite Aquila*, usus legitur. De *bicipite* inspiciendus nummus apud *Octavianum Stradam, Hist. Cæsarum per numismata*, lib. 3, pag. 467, ad quem Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 7c p. 113, provocat; Dn. *Becmannus* l. c. pag. 519. & Tab. ænea III, § 5, aliud sigillum subministrat, quod idem literis feudalibus *Sigismundi*, Principis Anhaltini, An. 1385, appendit, in cujus altero latere, throno insidens apparet, cum corona aperta, nudo collo, crinibus in humeros demissis, paludamento, in dextra *septro liligero*, & *Globo crucigero* in sinistra, latus throni dextrum stipante *Aquila simplici* ad volatum quasi parata, in scuto, & sinistrum *Leone Bohemico* in scuto; addita epigraphe: †. WENZESL. DEI. GRAT. - - - - - ANO - - - - - - - SEMPER. AVGVSTVS ET BOEMIA REX; reliquis vetustate deletis. In altero, habes impressionem formæ rotundæ, cum *Aquila bicipite*, absque tamen corona, in cujus pectore, scutum sistitur octangulum cum *Leone Bohemico*. In sigillo verò, quo literas oppignorationis Advocatiæ Provincialis Sueviæ, pro quadraginta florenorum Florentinorum millibus, *Leopoldo* Austriæ duci, Ejusque heredibus, scriptas, sub dato *Franckfort auf dem Main*, An. 1379, *an dem nechsten Freytag nach S. Matthias Tag*, munivit, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. lib. 3, Cap. X, p. 361, sedens quidem in throno conspicitur, sub corona aperta, & paludamento, cum collari linteo, dextra *sceptrum* tenens in cuspidem finiens, & sinistra *Globum cum cruce*; ast *Aquila simplice*, duntaxat à dextris, & *Leone Bohemico*, à sinistris, in Scutis, apparentibus, cum inscriptione orbiculari: †. WENZESL. DEI. GRATIA. ROMANORUM. REX. SEMPER. AVGVSTVS. ET. BOHEMIÆ (per æ,) REX. Confirmationi Ejusdem Privilegiorum Austriacorum de dato Wien, An. 1386, *des nechsten Dienstags nach dem Sontag als man singt: Cantate*, teste eodem l. c. Cap. XI, p. 379. appendit Bulla rotunda, etiam cum *Aquila simplice*, expansis alis, capiteque in sinistram verso, cum *Leone Belgico* in pectore, & lemmate: † JUSTE JUDICATE FILII HOMINUM.

SIGISMUNDI sigilli memor *Freherus*, ad *Petrum de Andlo*, pag. 585, ait: *Imperatoris schemati, in antica, adscriptus est prolixus titulus:* SIGISMUNDUS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGUSTUS AC HUNGARIE BOHEMIE DALMACIE CROACIE RAME SERVIE GALLICIE LODOMERIE COMMIE BULGARIEQUE REX ET LUCENBURGENSIS HERES; *aversa parte Aquila conspicitur, cum versiculis:*

AQUILA EZECHIELIS
SPONSE MISSA EST DE CELIS
VOLAT IPSA SINE META
QUO NEC ALES NEC PROPHETA
EVOLAVIT ALCIUS.

Conf. Dn. *Heineccius*, l. c. Part. I, Cap. IX, §. 65, p. 108, & Tab. ænea 2, §. 2. In sigillo, quod idem Princeps in literis investituræ *Alberto* Principi Anhaltino, An. 1417, scriptis, adhibuit, apud Dn. *Becmannum* l. c. pag. 519, & Tab. ænea IV, §. 1, repræsentatur Cæsar solio insidens splendidissimo, ter tabulato, supra clauso, & lilio ornato, sub corona clausa crucigera, paludamento, reliquoque vestitu Cæsareo, amictus; barbam & crines satis prolixos habens, tenensque dextra *Sceptrum*, & sinistra *Pomum cum cruce*; à dextris throni, duo reperiuntur scuta, quorum superius, *Aquilam simplicem*; & inferius, *Leonem Bohemicum*, continet; totidemque à sinistris, alterum cum *Archi Episcopali cruce*, moderno scil. Regni Hungariæ insigni; & alterum, cum 4 *coccineis fasciis in clypeo candido*, quæ vetera dicti Regni insignia denotant; & ad pedes duo alia, dextrum cum *Leone & tribus trabibus*; sinistrum cum *Leone solo*. In circumferentia legitur: †. *Sigismundus. Dei. gra. romanor. rex. semp. August. Hũgar. Dalmat. croat.*

croat. rane. serv. gallicie. lodomerie. Comae. bulgarieque. rex. marchio. brãdenborgens. nec nõ. bohemie. & luceburgens. heres. Dn. *Henricus Samuel Macrinus*, Ober-Segger Sulciæ Luneburgensis in Tract. *Von der Sültzen zu Lüneburg*, Cap. VI, §. 4, p. 42, sistit, ex autographo, copiam diplomatis laudati Imperatoris, (vi cujus, nulli extraneo qualecunque sal, per Terras Luneburgenses, ad partes maritimas deducere liceat, præter Luneburgicum; apud *Schilterum*, inter diplomata Historiam *Friderici III.* Imp. illustrantia, p. 252, jam extantem,) sub dato *Constantiæ*, An. 1417. 28. Junii, cujus autographo sigillum è cera citrina appensum, per omnia, (ceu ex typo, ibidem expresso, apparet) cum *Anhaltino* hoc convenit, excepto quod in circumferentia legatur: *Sigismundus Dei Grat. Romanor. Rex. Semp. Augustus. Hunga. Dalma. Croa. Rance Serviæ Gallicie Lodomerie Komae Bulgarieque Rex Marchio Brandenburgens nec non Bohemie & Lucemburgens: Dux.* Insuperque superius scutum, à dextris, non simplicem, sed *bicipitem aquilam* contineat; versaque vice, dextrum, ad ejus pedes conspicuum, *Leonem* sine trabibus, & sinistrum, *Vulpem*, vel *lupum* referat. Reperiri adhuc alia Ejusdem Insignia cum *Aquila bicipite coronata*, cujus pectori infixum scutum minus, partitum, laterculorum dextro *Fascias Hungariæ Regni*, & sinistro *Leonem Bohemicum*, complectentibus, teste iconismo, apud *Sigismundum Von Bircken* l. c. Lib. I, Cap. XVI, p. 148. Imò Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 70, p. 113, existimat, Eum fuisse primum, qui *duas Aquilas*, quibus *Ludovicus* Bavarus, *Carolus IV.* & *Wenceslaus*, telamonum instar, ad utrumque throni latus, usi sunt, in unam veluti conflaverit, ac *bicipitem* finxerit, invalescente abhinc more, ut Cæsares, priusquam Romæ coronarentur, *simplicem*, inaugurati verò *bicipitem*, adhiberent.

ALBERTI II Insignia apud *Sigismundum von Bircken*, l. c. lib. 4, Cap. 13, pag. 508, coronatam sistit *Aquilam simplicem*, cum scuto in pectore, armis Hungariæ Bohemiæque Regnorum, nec non Austriæ Archiducatus, referto.

De FRIDERICO IV, (vulgo III,) sigilla supersunt, tam *simplicem* quam *bicipitem Aquilam*, præ se ferentia. *Anthonius Weckius* in *descriptione Urbis Dresdensis*, pag. 23, prioris generis sigillum sistens ait: *Bey diesem Siegel ist mit zu gedencken, daß es kein Kayserlich, sondern ein Römisch-Königliches ist; und dahero, so wohl das Bildniß nur mit einer Königlichen Cron, als auch der Adler mit einem einfachen Kopff, zu sehen. Nach der Zeit aber, und als dieser Kayser die* Benediction *zu Rohm erhalten, und als* Imperator *geherschet, hat Er in dem Siegel eine Kayserliche Crone, und den doppelten Adler, wie der Abriß*, sub §. VII, *vorstellet, geführet &c.* Quæ Dn. *Heineccius* l. c. repetit. Duo alia sigilla, *cum Aquila simplice*, suppeditat Dn. *Schilter* in calce documentorum, historiam Ejus illustrantium, post pag. 326, §. 4 & 5. *Biceps* contra deprehenditur, quamvis *non coronata*, in sigillo, quo Princeps hic, sub dato *Grätz, den Montag nach Margarethæ*, An. 1461, diffidationis literas ad *Ludovicum* Bavarum, munivit, juncta epigraphe in peripheria: †. JUSTE JUDICATE FILII HOMINVM. In pectore *Aquilæ* cernis scutum, & in eo *trabem argenteam, in campo rubeo*, Austriacum veluti Insigne. *Eadem Aquila* occurrit in Ejusdem sigillo, literis compositionis Ejus cum *Alberto* Austriaco, Ipsius fratre, Mediatore *Georgio*, Bohemorum Rege, stabilitæ, sub dato *Chorneuburg, am Pfüngstag vor Barbara*, An. 1462, appenso, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. Lib. V, Cap. XV, p. 706; in circumferentia eminent quinque Insignia alia Ei usitata, adpositis, in circulo superiori, verbis: *Sig.* FRID. DIVINA. FA: CLEM. ROMA: IMPERA: SEMP: AVGUS: & in circulo inferiori: ARCHI: AVST: ET. STIR. CARINTHIÆ. A. E. J. O. V. *Eandem* reperiri, in sigillo Diplomatis, quo, sub dato *Grätz*, An. 1470, *am Mittwoch nach S. Michaëls Tag*, *Ludovicum Schœfferlenium* in classem Nobilium retulit, Auctor est Dn. *Burgermeisterus*, cit. Vol. I *Thesauri Juris Equestris, im XI Satz*, Cap. 4, p. 186. In *Sigillo* Ejusdem *Majestatico*, ut vocant, apud Dn. *Schilterum*, l. c. §. 3, & Dn. *Heineccium* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 66, p. 109, & Tab. ænea 2, §. 2, figuratur Cæsar, in antica, solio insidens magnifico, Imperatorum more vestitus, sub corona infulari, modice apparente barba, gestans dextra *sceptrum liligerum*, & sinistra *Globum cum cruce*; dextrum throni latus ornat scutum, cum *Aquila bicipite non coronata*, & paulo inferius, aliud, cum *trabe Austriaca*; & sinistrum, *Leo* seu *Panther*, in scuto, inferius occurrente alio scuto cum *Aquila simplice*, juncta epigraphe, in orbe exteriori: FRIDERICVS: DEI: GRA: ROMANO: IP̄AT: IS SEMP. AVGTS. AVSTRIE: STIRIE: KARINTHIE: ET A. E. J. O. V. & in circumferentia interiori: † CARNIOLE DUX † COMESq; TIROLIS. In postica, exhibetur Templum turritum, in cujus porta patente legitur AVREA ROMA, literis ita ordinatis, ceu de *Aurea Bulla Caroli IV* dictum; in superiori Templi parte prostant præfatæ literæ A. E. J. O. V. & in peripheria: ROMA CAPVT

MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Memor Ejusdem *Sigillorum cereorum* Dn. *Weckius* l. c. P. 2. Tit. 11, p. 180, inquit: *In antica exhibetur Imperator throno insidens, Provinciarum Austriacarum insignibus per orbem dispositis, cum perigraphe: SIGILLVM MAIESTAT. FRIDERICI DEI GRA ROMANORV̄ IMPERATORIS SEMPER AVGVSTI DVCIS AVSTRIE KARINTHIE ET CARNIOLE COMITISQVE TIROLIS ETC: Infra: QUI NATVS EST IN DIE MATHEI APOST. CIↃ CCCCXV. In postica, Aquila biceps, cum versiculis:*

AQVILA EZECHIELIS
SPONSE MISSA EST DE CELIS
VOLAT IPSA SINE META
QVO NEC ALES NEC PROPHETA
EVOLAVIT ALCIVS.

Conf. Dn. *Heineccius* cit. Part. I, Cap. IX, §. 66, pag. 109; qui, §. 68, pag. 109 & 110, simul expositionem horum versiculorum, ex Prophetia *Ezechielis* XVII, §. 1, 2, 3 & 7, addit. In lapide Ejus sepulchrali adhuc *eadem Aquila* videtur, apud *Sigismundum von Bircken* l. c. lib. V, Cap. 41, p. 1086, & *Schilterum* l. c. post p. 326; nec non in nummo Conjugis Ejus, ELEONORÆ, apud *Schilterum* l. c. Non semper autem *Aquilam hanc*, sed *simplicem* duntaxat, in *Sigillis* Ejus *Majestaticis* fuisse visam, testantur sigilla duo, apud *Dn. Becmannum* l. c. Tab. ænea IV, & P. IV, Cap. 3, p. 519, ubi alterum literis feudalibus Principum Anhaltinorum *Adolphi*, *Bernhardi* & *Georgii*, An. 1444, & alterum, investiturarum Diplomati Principis *Woldemari*, Ejusque fratrum, Agnatorumque, An. 1475, appensa tradit, verb. *N. 2, Kaysers* Friderici III, *nebst dem an der Gegen-Seite stehenden Adler, von An. 1444, an Fürst Adolphen, Bernd und Georgen, welches in einem Transsumpt des Officialen der Dohm-Probstey zu Magdeburg, folgender maßen beschrieben wird: An dessen Briefe hanget ein groß Ingesiegel, mit cynem grauen ingefluchten brawnnen seydn Snure, in gele Wachsse, auf beyden Seyten ußgedruckt, in des Mittel der eynen Seyten, man sehen mocht eyn Kuniglichs Bilde, gecront, erhaben sitzende uf eynen Kuniglichen Stule, in seyner Majestet, unnd hatte, in seyner rechten Hand, eynen Zcepter, unnd, in seyner lyncken Hand, eyn Globat, unnd usser halben umbgeben mit vylen kleynen Schildigen; unnd, unter die Fusse desselbtigen Bild, eyn ußgedruckt Signet, in roten Wachsse, mit eynem Zweifachten Haubte, unnd in der Circumferentie mocht man lessen sollche Wort: † Sigillum Majestatis Friderici Dei gratia Romanorum Regis Semper Augusti, Ducis Austrie, Stirie, Carinthie, & Carniole, & Comitis Tirolis. Und uff der andern Seiten, eyn Adeller, mit ußgestrackten Flügeln, umbgeben mit syben Kleinen Schildigen, unnd, in syner Circumferentien, mocht man lesen solche Wort: Aquila Esechielis Sponse missa est de Celis, Volat ipsa sine meta, quo nec Vates, nec Propheta, Evolavit altius. †. a. e. i. o. u. Diesem ist noch ein anderes Kaysers* Friderici III, *fast gleich, in Fürst Woldemars, und seiner Brüder, und Vettern, Belehnung, von An. 1475, dessen Beschaffenheit gleichfalls in einem* Transsumpto Erasmi, *Probsts im Neuen Wercke vor Halle, folgender massen vorgestellet wird: Sigillum Serenissimi & Magnificent. Principis & Dni. Dni. FRIDERICI, moderni Romanorum Imperatoris semper Augusti, Ducis Austrie, Stirie, Carinthie, Carniole, & Comitis Tirolis, super nominati, de quo facta est mentio, erat cereum glauci coloris, magnum, rotundum, appensum in filis & sanis sericis viridis & fusci coloris, in una ejus parte lateris, utputa in superficie, & ab intra, apparuit Imago Imperatoris sedentis in Majestate sua, cum octo clipeis perpendiculariter venustata, Ejusque sub pedibus Secretum, sive Signetum, apparuit rubeum, in glauca cera impressa, in quo apparebant due facies cum dorsis connexe, in cujus quidem sigillo, preter circumferenciam, fuerunt hec verba scripta: Sigillum Majestatis Friderici Dei gracia Romanorum Regis perpetuo Augusti, Ducis Austrie, Stirie, Carinthie & Carnulie, & Comitis Tyrolis &c. In altera vero parte ejusdem sigilli, apparuit Aquila magna, extensis alis venustata, septem clipeis orbiculariter circumdata, in cujus capite he litere scripte fuerunt: A. E. I. O. U. cum quibusdam meteris, que incipiunt: Aquila Ezechielis Sponse missa est de celis, volat &c. Sub pedibus apparebat hec scriptura: Qui natus est in die Matthei, sub Anno M. CCCC. XV. In parte autem ejusdem in circumferencia, hec metera: Aquila Ezechielis &c. Scripta fuerunt, & in ambabus parti-*

partibus, tam ab intra, quam in locis circumferentibus, apparebant plura puncta Majestatem Imperatoris venustantia.

MAXIMILIANUS I adhibuit in sigillo, literis feudalibus *Rudolphi I* Principis Anhaltini An. 1495, 16 Julii, innexo, magnam *Aquilam simplicem* cum expansis alis, in scuto coronato, cujus telamones duo gryphes, unguibus coronas tenentes, de quibus Aureum Vellus pendet, conspicuis, à dextris, duobus scutis minoribus, quorum superius *Crucem albam*, & inferius *Leonem* continet; apparentibus in sinistra parte totidem, superiori quidem cum *Fasciis Burgundicis* transverse locatis; & inferiori, cum *Tyrolensi Aquila simplice*. In circumferentia exteriori, legitur: S. MAXIMILIANI DEI GRA. RO. REGIS. SEMPER AVGUSTI ARCHIDUCIS AUSTRIE DVCIS BURG. BRABAN. STIRIE CARINTHIE KARNIOLE LUXEMB. ETc. & in interiori: COMITIS FLANDRIE. TIROLIS: PALATINI: HANONIE: HOLLAN: LANGRAVI: ELSACIE: SACRI IMPERII MARCHIOIS DOMINIQ. FRISI. GHELRIE. Vid. Dn. *Becmannus* l. c Tab. 4 aenea, §. 2. ibidemque Part. 4, Cap. 3, p. 519. Notandum, *Aquilam simplicem* Ei placuisse, licet jam coronatus extiterit Imperator. *Bicipite* tamen Eundem fuisse usum, ostendunt Insignia Ejus apud *Sigismundum von Bircken* l. c. Lib. VI, Cap. XXI, p. 1388, ejusmodi avem exhibentia, cooperto ejus pectore scuto partito, à dextris *trabem Austriacam*, & à sinistris *Fascias Burgundicas*, referente.

CAROLUM V constanter *Aquilam bicipitem* in Insignibus pingi curasse, cujus exemplum Successores Ejus omnes hactenus imitati sunt, expeditum est, adeo, ut *Beutherus*, ad *Animadversiones historicas Parentis sui*, c. 11, pag. 157, nullum Imperatorem Occidentis *bicipitem Aquilam*, ante *Carolum V*, assumpsisse, scribat, falsa licet hypothesi, quam nummis antiquioribus facili negotio destrui posse, dudum notarunt *Mutius Surgens*, in Annotationibus ad *M. Antonii Surgentis*, Neapolitani, Tract. *de comparatione Praefecti Pratorio, reliquorumque antiquorum Magistratuum, cum Vice-Rege, aliisque Magistratibus nostri temporis*, lib. I, Cap. 22. n. 12, p. 197; *Limnaeus* Tom. IV Addit. ad Lib. VI *Juris Publici*, Cap. VI, §. 27, p. 96; Dn. *Spener*, *Oper. Herald.* Part. spec. Lib. I, Cap. IX, §. 10, p. 45; alii; Conf. Dn. *Heineccius* l. c. Part. I, Cap. IX, §. 70, pag. 113.

(*d*) TRIA LILIA &c. De antiquissimis Gallorum insignibus, *tres ranas*, sive *bufones*, modo *tres coronas*, nunc *Leones*, nunc *Aquilam*, nunc *Alaudam*, &c. prae se ferentibus, fuse agit *Höping*, de *Jure Insignium*, Cap. VI, Part. 3, Class. I, Paragr. 2 & 3, pag. 285 &c. *Clodovaeum* Magnum *aurea tria lilia*, in *area caerulea*, conversa, primum usurpasse, *Johannis Tilii*, lib. 2, *Histor. Gall.* Rubr. de *Insignibus & Stemmat. Reg.* p. 128, sententia est; qui insuper, in *Chronico Reg. Francor.* ad An. 1381, *Caroli VI* memor, ait: *Hic Rex tres tantum liliorum flores, pro Insigni Regum Franciae, gestare instituit*; alios idem dicentes nominat *Höping* l. c. paragr. 3, §. 400, p. 289; ad quem etiam Reverendiss. *Fürstenbergius*, in *Monumentis Paderbonensibus*, p. m. 188, provocat, verb. *Francis, tempore Pharamundi Regis, usitatos tres bufones aureos, in area nigra, seu nigros bufones in area aurea; à Meroveo ex objecto viso bufones versos in Leones; à Clodoveo, Leones in lilia, quae cum essent indefinita, Caroli VI Edicto, tria retenta, asserit Theodorus Hoppingius Susatensis, in suo, de Insignibus, opere erudito.* Quae omnia *Limnaeus* in *Notitia Regni Franciae*, lib. I, Cap. X, p. 256 &c. solide enucleat. Hypothesin de *Carolo VI*, confirmat *Jean Chaumeau, dans l'Histoire de Berry*, lib. 6, chap. 2, p. 221: *Le Roy Charles VI, à son premier advenement à la Couronne de France, (qui fut en l'an 1381) ordonna, que deslors en avant, les Roys de France ne porteroient que trois fleurs de Lis, en leurs Escussons & armoiries &c.* Conf. *Limnaeus* l. c. litt. ee, pag. 264. Dn. *Spener, Op. Herald.* Part. spec. Lib. I, Cap. 24, §. 1 & seqq. p. 110, ad 116; *Sigismundus von Bircken*, *im Oestreichischen Spiegel der Ehren*, Lib. I, Cap. 2, p. 13 &c.

(*e*) VARIA &c. Castellae Legionisque Reges diu post conjunctionem horum Regnorum, *solum Leonem rubeum, in campo albo*, pro Insignibus adhibuisse leguntur, donec *Alphonsus VIII*, al. IX, Sec. XII, reportata de Maurorum Rege, *Miramamolino*, ad *Losam*, insigni victoria, *Aureum castrum, in campo rubro*, addiderit, ita, ut ab illo tempore, i. e. circa An. 1160, Castellae Legionisque Reges quadripartitum scutum, in hunc usque diem, in Insignibus usurpaverint, in laterculo superiori dextro, & inferiori sinistro, *Castellum Aureum in campo rubro*, & duobus reliquis *Leonem fulvum, in campo albo*, exhibens. Vid. *Höping* l. c. Cap. VI, Part. 3, Paragraph. 2, Class. 2, §. 449 & 450, p. 297 & 298. Caetera Hispaniae Regum Insignia, quibus intuitu *Arragoniae*, *Siciliae*, *Neapolis* &c. &c. utuntur, exponit idem l. c. Paragraph. 4 & seqq. p. 300 ad 307.

(*f*) ANGLIAE REX &c. Ante *Guilhelmum* Normannum, cognom. *Conquestorem*, *jubatos Leones tres*, militari parma depictos, gestantem, & ad Successores, Angliae Reges, transmittentem, nullum

lum Britannicis Regibus Insigne publicum fuisse, sed alios alio, pro arbitratu sumpto, usos, ex *Jovii Chronico Regum Angl.* ad An. Christi 1067, & *Polydori Vergilii* lib. IX *Histor. Anglicanæ*, p. 162, tradit *Höping* l. c. Cap. VI, Part. 3, Procem. §. 376, pag. 284, & l. c. Claff. 3, Paragraph. 2, §. 493, p. 308. *Tria Gallorum lilia* in scuto Anglorum Regum apparent, ex conventione *Bretiniacensi*, An. 1360, inter *Johannem*, Galliæ Regem, in Anglia captivum, & *Eduardum III* Magnæ Britanniæ Monarcham, contracta. Vid. *Hoeping* l. c. Paragraph. 3. §. 495. pag. 308 & 309; Dn. *Spener* l. c. Lib. I, Cap. 3, §. 8, p. 11.

(*g*) ALBAM AQVILAM &c. Avem hanc, cum expansis ad volandum alis, hiante rostro, Gentis conditorem *Lechum*, postquam locum, ubi *Gnesnam* condidit, a nidificantium Aquilarum multitudine purgasset, Augurum consilio, inter Insignia jam retulisse, & pro stemmate patrio sibi elegisse, auctoritate Scriptorum Polonicorum, affirmat *Hoeping* l. c. Cap. VI, Part. 3, Claff. VII, Paragraph. 2, §. 546 &c. p. 319.

(*h*) LEONEM RUBEUM &c. Primum Bohemiæ Regum Insigne *Nigram Aquilam*, seu *fuscam*, *in clypeo candido*, fuisse, constantèr asserit *Dubravius*, lib. V *Histor. Bohemicæ*, p. m. 32, perhibens *Ottonem Magnum* Imp. Ave hac *S. Wenceslaum*, Bohemorum Ducem, ab Angelis ad Comitia comitatum, in memoriam pietatis Ejus, condecorasse; adstipulantibus ei *Michovio*, lib. 3 *Chron. Regum Polon.* c. 21: *Pontano*, lib. 2 *Bohemiæ Piæ*, fol. 14; *Boregkio*, *Chron. Bohem.* in vita *S. Wenceslai I* Ducis, f. 48; *Hagecius* vero, in *Chron. Bohem.* in vita *Boleslai I*, & in vita *Uladislai II*, An. 1159, fol. 254; *Goldastus* de *Regno Bohemiæ*, lib. 3, Cap. XIV, §. 33, p. m. 507 & 508, celebrant hoc titulo *Aquilam nigram in campo rubro*. Juxta *Æneam Sylvium*, *Hist. Bohemicæ*, Cap. 18, in fine, p. m. 132, *Otto II* Imp. demum, in *Bretislaum*, Ejusdem Gentis Principem, Generum suum, Insignia hæc contulit. De qua re plura, apud Dn. *Schminckium*, in Comment. ad *Goldastum* l. c. pag. 508; & *Höpingium* l. c. Cap. VI, Part. 3, Claff. 8, Paragraph. I, §. 552, p. 320. Recentiora arma, scil. *Leonem rubeum bifurcatæ caudæ, in clypeo albi coloris*, ob strenuam in expugnatione Mediolanensi navatam operam, *Fridericum I* Imp. dono dedisse *Vladislao*, Regiis insuper honoribus ab Eo decorato, Auctor est *Æneas Sylvius* l. c. Cap. 24, p. m. 134; ad quem *Höping* l. c. Paragr. 2, §. 554. p. 321, provocat; Conf. reliquos Dn. *Schminckio* l. c. pag. 509, hunc in finem laudatos, ubi vir doctiff. simul observat, *Crusio*, in *Annal. Suev.* Part. 2, lib. lib. 11, Cap. 14, *Leonem* hunc credi *album*, *in campo rubro*.

(*i*) ARCHIDUCES AUSTRIÆ &c. Vid. Dipl. *Caroli V*, Austriis Archiducibus datum, apud *Goldastum*, Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, p. m. 195, §. 36: *Auch daß Sie, und Jre Erben, und Nachkommen, in allen Jhren Landen, Herschafften und Gepieten, Grafen, Freyherren, - - - machen, denselben Wappen und Kleinod, mit Schild und mit Helm, und allerley Zierheit, Farben und Plaßnierungen, geben und leihen - - - mogen &c.* Vid. præced. Tit. II, §. 57, lit. i, pag. 255. ubi plura; Conf. *Höping* l. c. Cap. VIII, §. 1, Membr. 4, v. 71, p. 532; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 22, §. 1, v. 134, p. 734; *Fridericum Sapientem*, Saxonum Electorem, idem jus accepisse, à *Maximiliano I* Imp. in Civitate Imperiali Augusta, 8 Aug. An. 1500, annotavit Dn. *Schurtzfleischius*, in *Historia Friderici III Sapientis*, §. 3. Simile Privilegium, ex *Maximiliani II* Imp. gratia, ab an. 1575, habuisse noscuntur *Veronensium* Marchiones. Sic Jus, *Einem jeden, nach seinem Stand und Wesen, Zeichen, und bürgerliche Wappen, und Kleinodien, mit Schild und Helm, zu geben und zu verleihen*; nacti sunt, à *Ferdinando III*, sub dato *Wien*, 16 Nov. 1650, *Christianus*, Com. de *Rantzow*; apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. 109, p. 194, §. *gleichfals*; &, à *Leopoldo*, sub dato *Wien*, 29 Jan. 1663, *Philippus Erwinus* L. B. *Schœnbornius*; vid. Idem, *Spicileg. Secular.* 2 *Theil*, 45 *Absatz*, pag. 1209; &, sub dato *Wien* 20 Oct. 1671, *Joh. Adolphus* Princ. *Schwartzenbergius*; ibid. 48 *Absatz*, §. 54, p. 1335; §. *gleicher gestalt &c.* &, sub dato *Wien*, 15 Octobr. 1675, *Leopoldus Wilhelmus*, Com. *Kœnigseck*, ibid. I *Theil*, 17 *Absatz*, §. 4, p. 764; &, sub dato *Pardubitz*, 1680, 27 Maji, *Joh. Lucas*, & *Franciscus Adolphus Ditericus*, Barones *Ingelheimii*; vid. *Catalogus Privilegiorum Statuum Imperii de non appellando*, in Append. p. 157; &, sub dato *Wien*, 22 Decembr. 1691, *Christianus Wilhelmus*, Com. *Schwartzburgicus*; vid. Dn. *Lunig*, *Reichs-Archiv*, Part. spec. Cont. 2, VI *Abtheilung*, 29 *Absatz*, §. 1 Supplem. ulter. p. 110 & 111.

(*k*) AVITA &c. De origine horum Insignium, inquit *Philippus Bonani*, Soc. Jes. Tom. 2 *Numismatum Pontificum Romanorum*, in vita *Martini V*, p. 1: *Docet P. Claudius Franciscus Menetrier, in suo Tractatu circa Insignium originem, Cap. 2, omnia ea, quæ in vitis Pontificum, ante Bonifacium VIII, exprimuntur à Ciacconio, Victorello, Panvinio, & aliis, fictitia esse, & pro libito inventa ab artificibus, eo quod, ut ille putat, ante annum millesimum ducentesimum, Insignia Familiarum nondum fuerant inventa.* Enimvero altius ascendendum esse, innuit

nuit Sacratiss. Imperator *Leopoldus*, in Diplomate, quo An. 1674, 10 Octob. *Albertum Ernestum*, Oettingensium Comitem, in Principum classem evexit, apud Dn. *Multzium* l. c. v. 51, p. 719. verb: *Bucelinus an gewissen Orten attestiret, daß noch zu Kaysers* Ottonis Magni *Zeiten, welcher in dem* X Seculo *regieret, Grajo umb das H. Röm. Reich sich sehr verdient gemacht, und dahero* Bellicosus *genennt, Ihme auch nicht allein das Wapen, auf solche Weise, wie es jetzo noch geführet wird, vermehret, sondern benebens der Nahme Graffen von Ottingen, in Gedächtniß* Ottonis, *ertheilet worden &c.* Dn. *Tentzelius*, in *Vindiciis Conringianæ censuræ Diplomatis Lindaviensis*, Cap. IX, §. XI, p. 210, existimat, vera & Familiis Illustrium propria seu Gentilitia arma, *ante annum Millesimum*, nec originem suam, nec usum hæreditarium habuisse, sed *Seculo* demum *undecimo*, usum Insignium constantem in Familiis increbuisse, disciplinam insuper scutariam, ad certam præceptorum normam, fuisse excultam; auctoritatem, hoc titulo, Dn. *Menêtrier*, *de l'Origine des Armoiries & du Blason*, Cap. 3, allegans. Id Heraldicæ artis periti norunt, quod, antiquis temporibus, sigilla Principum Comitumque, nudas subscriptiones, adhibentium loco sigillorum, Ipsorum saltem imagines, vel sellæ insidentes, (in Judiciariæ potestatis signum,) vel stantes thoracatas, manuum altera plerumque sceptrum, nudumve gladium, hastam, vel vexillum, &c. & altera scutum sive umbellam, *nullis gentilitiis Insignibus*, sed striis duntaxat lineisque, exornatam, tenentes, adjectis, in orbe solo nomine & dignitate, retulerint.

Sec. IX, ETHICONIS &c. Allemanniæ Principis, *Ludovici Pii* Imp. affinis, effigies, (vereor autem ut genuina sit,) repræsentat Eum, apud *Bucelinum*, in *Historia Bavariæ Ducum Agilolfingicæ Gentis*, pag. 368, stantem, thorace indutum, barba spissiori & crinibus brevioribus distinctum, ducalem mitram in capite habentem manuumque sinistra *Vexillum*, in terram defixum, cum *Leone jubato, rugiente & gradiente, bifurcata cauda*, & dextra tenentem *gladium*, cuspide in terram demissa.

HENRICUS, Ejus filius, quem *Ducem* Bavariæ *cum aureo plaustro* vocant, apud eundem, p. 376, erectus stat, sub toga talari thoracatus, & balteo cinctus, gemmis ornato, atque in suras usque propendente, mitram gestans ei similem qua Pater usus, barbam venustam alens crinesque breves, & paululum incurvatos; dextra gladium in vagina ferens, cuspide in terram defixa, sinistramque nuda chirotheca indutam extendens, ad cujus pedem sinistrum idem *Leo*, qui in scuto *Ethiconis* conspicitur, excepto quod sinistram ejus ungulam erectam deprehendamus.

Sec. X, ETHICONEM, seu ATTICUM, Bavariæ Principem, Ejusque fratrem, CONRADUM, Constantiensem Episcopum, An. 976, 6 Cal. Dec. defunctum, laudati *Henrici cum aureo plaustro* filios, avitum *Leonem* in insignibus usurpasse, pariter ac reliquos Gentis Boicorum Regulos, testantur eorum effigies, apud *Bucelinum*, l. c. pag. 379, 381 &c. Pertinent huc quoque, quæ, ex Diplomate Cæsareo, de Comitibus, nunc Principibus, *Oettingensibus*, modo commemoravi.

ARNULFI Magni *Flandriæ* Comitis, memor Dn. *Mabillon*, de *Re diplomatica*, Lib. 2, Cap. 18, §. 3, p. 146, ait: *Ex Flandriæ Comitibus, apud Olivarium de Wreo* (Vredium, cujus opus, *de Sigillis Comitum Flandriæ*, Bruxellis An. 1639 prodiit,) *primus pingitur Arnulfus Magnus, An. 953, in sigillo rotundo, sedens, togatus, capite redimito, cum Gladio in dextra, sinistrâ expansâ, clypeo sinistrum brachium protegente;* alto tamen de Insignibus silentio.

GUNTRAMUM, contra Comitem *Habspurgicum*, circa An. 945 ad plures abeuntem, primum in Insignibus adhibuisse *Leonem* gentilitium *purpureum*, *in campo aureo*; scutis probat *Sigismundus von Bircken, im Oestreichischen Spiegel der Ehren*, lib. I, Cap. 4, p. 29.

Sec. XI, de BALDUINO PIO, *Flandriæ* Comite, pergit *Mabillon* l. c. *Secundum est sigillum Balduini Pii, sub Anno 1065, galeati, & sago induti, cum gladio in dextra, & clypeo in sinistra averso, sine calcaribus & stapedibus &c.* immediate annectens: *Sequitur Sigillum ROTBERTI I, dextra Gladium tenentis, sinistra clypeum cum Leone, Insigni Comitum Flandriæ, ex charta Cœnobii S. Petri Gandavensis, An. 1072 datæ. Et hic primus est Flandriæ Comitum, qui symbolum gentilitium præferat. Omnium vero sigilla chartæ affixa sunt, usque ad Balduinum VII, cognomento Securim, qui Comitatum iniit An. 1112, nam ab Eo Sigilla appendi cœperunt &c.* Conf. de Sigillis his, *Vredius* l. c. p. 2, 4, 6, 7, 8 & 9. &, ex eo, Dn. *Heineccius* de *Veterum Germanorum sigillis*, Part. I, C. X, §. 16, p. 122.

In GUELFI, *Azonis*, Estensium Marchionis, Filii, primique *Bojorum* Ducis ex hac Gente, insignibus, *Leonem* iterum offendis Antecessoribus usurpatum; vid. *Bucelinus* l. c. p. 389. Ast Filius Ejus,

GUELFUS V, cogn. *Pinguis*, primus *Rhombos Boicos*, insignium loco, sibi elegisse cernitur; vel icone teste, apud *Bucelinum* l. c. pag. 394, quos & Posteritas Ejus retinuit; vid. ibid. p. 395, 399 &c.

ALBERTUS, *Ballenstadiensis* Comes, an. 1074 mortuus, in fundatione Ballenstadiensis Præposituræ, circa An. 1073, usus est sigillo, quod Ipsius imaginem sistit, umbilicum tenus palliatam, galeaque acuta, multis globulis exornata, tectam, dextra *Vexillum*, sinistra *umbellam*, *ab Insignibus*

vacuam,

vacuam, præferentem, cum perigraphe: † ADELBERTVS COMES. Vid. Dn. *Knauth*, de *Pagis Anhaltinis*, §. 22, p. 9; Dn. *Heineccius*, l. c. Dn. *Becmannus*, *Hist. Anhalt.* Part. 4, Cap. 5, p. 541, Tab. I ænea, §. 1.

OTTO, Frater Ejus, cogn. *Dives*, Balenstadiensis Comes, *stratoria ligna in clypeo transversa, atro gilvoque colore variata*, quæ Recentiores Heraldicæ artis periti *fascias* vocant *nigras*, *in campo aureo*, insignium loco, tulisse fertur. Vid. *Höping*, de *Jure Insignium*, Cap. VI, Part. V, Membr. V, §. 710, pag. 345; *Ernestus Brotuffus*, in *Chronico Anhaltino*, fol. 12, putat ab his etiam *trabibus* vocari arcem *Ballenstädt*, quasi *Balckenstedt*. Desunt autem monumenta publica, quibus hypothesis illustrari queat.

Sec. XII, occasione Sacrarum Expeditionum, mos Parentum assumendi Insignia magis magisque invaluit, adeo, ut sæpissime Filiis eadem quæ Parentibus arma fuerint, scutis impressa, in posteros deinde transmissa. Sic *Urticæ folium*, quo ADOLFUS, *Holsatiæ & Schauenburgi* Comes, intuitu Arcis *Schauenburg*, in monte urticarum exstructæ, in *Terra Sancta* se a reliquis commilitonibus distinxerat, adjectique in memoriam clavorum, quibus Salvatoris manus pedesque transfigebantur, *tres clavi*, vel adhuc hodie Holsaticarum ditionum arma sunt. Vid. ex *Ottone Sperlingio*, de *Numorum bracteatorum origine*, p. 44, Dn. *Heineccius* l. c. §. 30, p. 131, & Part. 2, Cap. IV, §. 4, p. 215.

LEOPOLDUM AUSTRIACUM, postquam in Palæstina, *Aconis* muros superasset, albo paludamento indutus, quod totum hostili mox sanguine tinctum apparuerit, ea parte dempta, quæ baltheo tegebatur, auctorem fuisse insignis Austriaci, *aream rubicantem*, *cum fascia*, *sive segmento albo*, *mediam dirimente*, præ se ferentis, ex *Lipsii Cent. Singul. ad Germanos & Gallos*, Epist. 36, commemorat *Limnæus* lib. VI *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 24, pag. 195. Conf. *Besoldi Thesaurus*, voc. *Wappen*, p. m. 988.

GUELFI, *Bojorum* Principis, exemplo, cujus scutum, apud *Bucelinum* l. c. Tab. æn. ad pag. 402, *Leonem jubatum* sistit, cum *bifurcata cauda*, *ore hiante*, & *dextra ungula in altum erecta*, cognominis Filius eandem bestiam, *Insignis* loco, adhibuisse deprehenditur; vid. *Bucelinus* l. c. Tab. æn. ad p. 405. Utrumque imitando *HENRICUS LEO*, *Saxonum*, *Bojorumque* Dux, Senioris *Guelfi* ex fratre Nepos, eandem feram in scuto usurpavit; sigillo teste, apud Dn. *Heineccium* l. c. Tab. æn. X, §. 5, ubi Equo insidens apparet, dextra Vexillum, tribus vicibus in ora exteriore incisum, variisque reticulis exornatum; & sinistra oblongum scutum, cui *Leo* insculptus, tenens, cum perigraphe: HENRICVS DEI GRA. DUX BAWARIE 7 (&) SAXONIE. Quandoque tamen scutum cum *duobus Leonibus*, (quos, nescio qua auctoritate, tacentibus minimum de re tanti momenti Scriptoribus coævis, *Gerharho Stederburgensi*, *Arnoldo Lubecensi*, *Alberto Stadensi &c.* res hujus Principis diligenter annotantibus, *Theodoricus de Niem*, à *Gregorio XI*, ad *Johannem XXII* vulgo XXIII, usque, Pontificum Romanorum Scriba, Episcopus postea Verdensis, Tract. de *Juribus Imperii circa Investituram Episcopatuum*, Tit. *de Bello inter Fridericum I, Imp. & Papam*, apud *Schardium*, de *Jurisdictione Imperiali*, p. m. 279; *Henricus Wolterus*, in *Chronico Bremensi*, in vita *Hartwici II* ArchiEpiscopi, apud *Meibomium*, T. 2 *Rer. German.* p. 54; *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunsuicensi*, apud Dn. de *Leibnitz*, T. 3 *Scriptor. Rerum Brunsuic.* pag. 344; *Joh. Schiphower*, in *Chron. Oldenburgensium Archi-Comitum*, ad An. 1185, apud *Meibomium* l. c. T. 2, p. 146; *Crantzius*, lib. VIII *Saxon.* Cap. 28, & lib. IX, c. 19; *Büntingius*, *Chron. Brunsuic.* p. m. 166; *Spalatinus*, in Chron. apud *Hortlederum von Ursachen des Teutschen Kriegs*, Tom. I, lib. 4, Cap. 23, Tit. I, pag. 1492; *Meibomius*, in Not. *in Auream Bullam Andronici Imp.* l. c. Tom. I, p. 483, aliique permulti, quibus tamen Dn. *Godefridum Hechtium*, Luccaviæ Rectorem, in Commentario *de Henrici Guelfi*, *Bojoariæ & Saxoniæ Ducis*, *Insignibus Gentilitiis*, an. 1715, Wittebergæ excuso, §. 22 & seqq. p. 31 &c. se opposuisse deprehendo; ex Anglia, ab *Henrico* Rege, Ejus socero, aut, ut aliis videtur, *Richardo* affine, in eum collatos, adduxisse Eum perhibent) Eidem placuisse, innuit icon Ejus, palliati, dextraque Gladium in vagina, cuspide tangentem terram, & sinistra Vexillum, ferentis, *duobus Leonibus* ornati, apud *Bucelinum* l. c. Tab. ænea, ad p. 414; & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Ilfeldens.* Cap. 3, §. 2, p. 18. Patet hinc simul, tempore *isto*, *Insignia Gentilitia*, *sigillis* quoque *Equestribus*, utut Sec. XI demum introductis, (admodum licet simplicibus, adeo, ut in plerisque ephippia etiam & fræna desiderentur, & Galeæ Equitum, acuminatæ duntaxat, omni ornamento carerent, reliquo habitu ex lorica consistente, quam prolixior tunica tegebat; in dextra eorum Vexillo plerumque, hasta vel Gladio, & sinistra Scuto, striis, lineisque rudioribus referto, conspicuis, *Vredio* l. c. p. 7 & Dn. *Heineccio* l. c. §. 21, p. 125, testibus;) expressa jam innotuisse; quæ sigilla abhinc in genere ornatiora, Equi multo comtiores, ephippia frænaque elegantiora, stapedesque expressiores, notantur.

HENRICUS, filius Ejus, Saxoniæ Dux, Comesque

mesque Rheni Palatinus, modo *unico Leone* usus est, ceu ex icone patet apud *Bucelinum*, l. c. Tab. ænea, ad p. 417; Conf. *Tentzel*, in *Vindiciis Censuræ Conringianæ Diplomatis Lindaviensis*, Cap. IX, §. XI, p. 210; modo *duobus*, sigillo teste, apud Dn. *Meibomium*, in Tab. æn. ad pag. 158 *Tomi Tertii Rerum German.* altero quidem in *Vexillo*, quod, Equo vectus, mitra capiti imposita, dextra gerit, & altero in *scuto*, quo Ipsius pectus tegitur; addita, in orbe, inscriptione: † HEINRICVS. DI. GRA. DUX SAXONIE. ET. COMES. PALATIN9. RENI. Conf. Dn. *Heineccius* l. c. §. 21, p. 126.

De Fratre Ejus, OTTONE, scribit *Tentzelius* l. c. *Leonis* memor Parenti Ejus usitati, cujus iconem *Meibomio*, in cit. notis *in Bullam Andronici*, Tom. I, *Rer. German.* p. 483, debemus: *Eadem Leonis, sed corona redimiti, tessera gavisus est Filius Henrici Leonis secundo-genitus, OTTO, qui in Imperatorem Romanum evasit, tum alibi, tum in nummis bracteatis à se cusis.* Posteros *Henrici Leonis*, in hunc usque diem, dictos duos Leones, seu Leopardos, in Insignibus retinuisse, pro certo traditur; quamvis haud semel unum duntaxat adhibuerint.

FRIDERICVS, *Suevorum* Dux, in sigillo chartæ An. 1181, apud Dn. *Obrechtum*, Vol. I *Prodromi Rerum Alsaticarum*, Cap. X, p. 229, equo insidens apparet, thorace indutus, dextra vexillum tenens, in quo *Leo currens* conspicitur.

BERNHARDUM *Anhaltinum*, laudati *Henrici Leonis* Adversarium, cum *nigro urso*, quod avitum Sereniss. Principum Anhaltinorum δεῖγμα est, offendimus in sigillo, quod confirmationi donationis cujusdam *Marienthalensi* Monasterio factæ, An. 1176, 14 Kal. Maji, appendit, apud Dn. *Knauthium* l. c. §. 35, p. 17; & Dn. *Heineccium* l. c. §. 23, p. 126, ubi, Equo insidens dextra *Vexillum*, & sinistra *frænum* tenet, galea pennata caput Ejus obtegente, & in Equi tegumento, ante & retro, *urso nigro* adparente; lemmate addito: †. BERNHARDVS. DEI. GRATIA. COMES. ASHERSLEVE; In alio vero, chartæ, qua An. 1195, *Colbeccensem* Ecclesiam, ara salis (*Sohlguth*) in *Stasfurto* dotavit, innexo, apud eundem Dn. *Knauthium* l. c. §. 36, p. 19, *ursi* loco, tam ante quam retro, in tegumento Equi, conspiciuntur *tria capita humana*; juncta epigraphe: BERNHARDVS. DUX. SAXONIE. ANGRIE. WESTFALIE. COMES. ASHERSLEVE; reliquis eodem modo, ac in priori, se habentibus. Confer tamen de hoc sigillo Dn. *Becmannus*, cit. *Historia Anhaltina*, Part. 4, Cap. 5, p. 541, qui illud pro genuino non agnoscit, insuperque dicta capita, pro *tribus semicirculis*, Comitatus *Brenensis* insignibus, serius assumtis, habet. Quicquid sit, repetunt Saxones ab hoc *Bernhardo* originem *Rutæ* suæ in Insignibus, quam à *Friderico I* Imp. Eum obtinuisse perhibent, cum de Saxoniæ Ducatu investiretur; ita *Crantzius*, lib. V *Saxon.* Cap. XXV; & lib. IX, Cap. XIX; *Chytræus*, lib. I *Saxon.* pag. 40; *Spalatinus* l. c. *Albinus, im Sächsischen Stammbaum*, p. 208, quamvis aliam occasionem fingat, qua *rutam* insignibus intulerit; *Höping*, de *Jure Insignium*, Cap. VI, Part. V, Membr. V, v. 710, p. 345, ubi farrago Auctorum ita sentientium; *Spener, Op. Herald.* part. special. in Prolegomenis, Cap. I, Sect. I, §. 5, p. 7; *Limnæus, Jur. Publ.* Tom. V Addit. ad Lib. V, Cap. XV, p. 454; novissime Dn. *Dornius*, Diss. de *Ruta Saxonica*, Sect. 2, XII & seqq. p. 20 &c.

Sec. XIII, HENRICI, Principis *Anhaltini*, sigillum, quo donationem Pagi *Loseke*, Ecclesiæ *Coswicensi*, traditi, An. 1215, 9 Kal. Mart. munivit, apud Dn. *Becmannum* l. c. Tab. I ænea, ad pag. 541, §. 4, delineat Ejus imaginem, Equo vecti, galea multis cimeriis referta, & calcaribus distincti, dextra lanceam ferentis, & humero sinistro scutum ovale, in cuspidem finiens, ac partitum, cujus pars prior (argentea) *dimidiam Aquilam rubeam*, & posterior (aurea) *quinque fascias nigras*, continet; quod Insigne reliqui Principes omnes, testibus ibidem sigillis quamplurimis, conservarunt, modoque adhuc conservant; tegumento equi, in pectus usque phalerati, in terram usque propendente, à cujus tergo *lilium*, & sub pede Principis sinistro *rosa*, apparent; in circumferentia legitur: HENRIC. D. GRAC. COMES ASCHARIE ∴ PRINCEPS DE ANHALT. Quinque fascias has nigras, in campo aureo, antiquissimum Ascaniorum arcis *Ballenstedt* constituisse δεῖγμα, sententia est *Brotuffi in Chron. Anhaltino*, p. 12, ceu, sub *Ottone Ballenstadiensi*, Sec. XI jam monui.

LUDOVICUS, *Thuringiæ* Landgravius, in sigillo Diplomatis, quo, An. 1221, Monasterii Cellensis Subditis immunitas à teloneo confirmatur, itidem Eques sistitur, splendide exornatus, cum *Vexillo* in dextra, & scuto cum *Leone Thuringico* in sinistra. Vid. Dn. *Schlegel*, Diss. de *Num. Isenacens.* T. 2, §. 33, p. 44. De aliis ne dicam.

Privatorum *Insignia avita*, seu *gentilitia*, paulo serius introducta sunt; sub finem tamen hujusmet seculi, & initium proxime sequentis XIV, quod multis sigillis cereis v. g. *Henrici de Zuerin*, de An. 1293; *Ottonis*, *Ghevehardi*, *Werneri & Ghevehardi* de *Grote*, de An. 1303; *Werneri de Medingen*, de An. 1307; *Eckhardi de Esdorp*, de An. 1323 &c. &c. eadem plane insignia, quibus adhuc

huc hodie Illustres hæ Familiæ utuntur, continentibus, probare ausim. Conf. Dn. *Burgermeister* *Thesaur. Juris Equestris*, Vol. I, XI *Satz*, Cap. 4, p. 187 ad 190.

(17) Quomodo hæc facultas Insignia concedendi, in Capitulatione Leopoldi (*a*) sit restricta, supra, occasione Titulorum, diximus, ubi vide.

NOTA.

(*a*) LEOPOLDI &c. scil. Art. 44; ubi: *Wir sollen und wollen auch - - - zu prajuditz, oder Schmälerung, einiges alten Hauses, oder Geschlechts, desselben Dignitat, Stands und üblichen Tituls, keinen, wer der auch seye, mit neuen Prædicaten, Höhern Tituln, oder Wapen-Briefen, begaben &c.* Quæ confirmata sunt, Art. 43 *Capit. Josephi*, nec non Art. XXII *Capit. Caroli VI.*

(18) An Imperator Insignia Imperii (*a*) concedere alicui possit? Quidam negant; ne contrario admisso, ex paritate Insignium, maxima in compluribus oriatur confusio, fraudique fenestra aperiatur; neve præterea proprium quod est Regni signum, illud aliis communicetur. Quid factum sit, de his Insigniis (*b*) Imperialibus, & an nulli fuerint communicata? supra videri potest. Add. *Limnæus*, Addit. ad Lib. VI, Cap. VI, §. 28.

NOTÆ.

(*a*) INSIGNIA IMPERII &c. Ventilat quæstionem hanc, præeunte *Chassaneo*, in *Catalogo Gloriæ Mundi*, Part. I, Consid. 38, Conclus. 44, *Limnæus*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 28, p. 196 &c. negative ad eam respondendo, ob rationes à Dn. Auctore hic adductas; quæ sententia quoque verior, si de *Aquila* loquamur, per omnia *Imperiali*, seu *Regia*, simili; secus, si differentia occurrat; Vid. *Höping*, de *Jure Insignium*, Cap. VIII, §. 1, Membr. 4, v. 80. pag. 533, & Membr. 5, v. 105, pag. 537, Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 22, §. 1, v. 139, pag. 734. Hinc, in diplomatibus Comitivarum, expressis verbis *Comitibus Lateranensis Palatii* hodie interdictum, ne ejusmodi *Aquilam* alicui largiantur. Documento sunt tabulæ *Leopoldi* Imp. sub dato Viennæ, 23 Decemb. 1697, Pro-Cancellario Academiæ *Altorffiensis* concessæ, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 4, 2 *Theil*, 35 *Absatz*, §. 96, pag. 199, ubi: *Prænominato Pro-Cancellario liberam facultatem & potestatem damus, ut possit & valeat honestis personis, illud ab ipso petentibus, Insignia, seu Arma, cum Galeis clausis, concedere & elargiri, idonea & convenientia qualitati personæ, quod ex ipsius arbitrio dependere volumus, eosdemque Insignium & Armorum capaces reddere: dummodo tamen, in hujusmodi Armorum & Insignium concessione, observet, ne alicui integram Aquilam, maxime Imperialem, aut Coronam Regiam, aut in Galea, aut Galeam apertam, tornеariam, aut avita quorumvis Principum, Comitum, Baronum & Procerum, Arma, seu Insignia, præcise elargiatur &c.*

(*b*) INSIGNIIS &c. Usum jam esse voce hac *Innocentium III*, P. R. An. 1198. electum, ex *Gregorii IX.* lib. V. *Decretal.* Tit. 33, de *Privilegiis*, Cap. 23. *Antiqua &c.* constat, ubi: *Legatus, utens Insigniis Apostolicæ dignitatis &c.* Idem *Bartolus* fecisse legitur; & quamvis *Laurentius Valla* Eum acerbe propterea insectatus sit, *Insignibus* scribendum, non *Insigniis*, perhibens, nihilominus sæpissime adhuc prior lectio retinetur. Vid. *Limnæus* l. c. §. 2 & 3, pag. 185; *Spener, Op. Herald.* Part. Gen. Cap. 1, §. 3, pag. 12.

(19) Insignia, in genere divisa, sunt Nobilia, vel Ignobilia (*a*)

NOTA.

(*a*) IGNOBILIA &c. De divisione hac, vid. *Limnæus* l. c. §. 14, pag. 189. Recte *Casparum Lerch von Dürnstein*, vulgo *Dirmstein*, quod Doctis, qui Nobiles non sunt, scuti & galeæ jus adimat, reprehendit Dn. *Spener* l. c. §. 14, pag. 16; stylo etiam Curiæ probans, apud Germanos, Ignobilibus non minus quam Nobilibus Insignia tribui. Conf. *Besoldus*, voc. *Wappen*, p. m. 988; Dn. *Burgermeister*, Vol. I. *Thesauri Juris Equestris*, XI *Satz*, Cap. V. pag. 191.

(20) Nobilia sunt, quibus Galea perforata adjecta, quam nos vocamus *einen offenen Helm*; (*a*) nonnunquam corona exornata. Ignobilia, quibus Galea clausa, *ein Verschlossener*

ſener und zugethaner Helm, adjecta. Quamvis hoc aſſertum non omni dubio (*b*) careat: cum conſtet, Principes Viros non tam præciſe hunc morem obſervaſſe, ſed quandoque clauſa etiam uſos eſſe Galea. Unde Ducibus quibusdam Brunſuicenſibus, in illuſtri examine, in cauſa *Braunſchweig*, contra *Braunſchweig*, Quæſt. 8, p. 178 & ſeq. It. *Braunſchweigiſche Hiſtoriſche Händel*, Part. 3, pag. 1452, ita legitur: *Daß die Læbliche Hertzogen von Braunſchweig, wie nicht weniger andere Fürſten mehr, und in ſpecie Hertzog Bernhard und Heinrich zu Braunſchweig*, An. 1388, *einen Geſchloſſenen Helm, und eintzelen Læwen im Schild, auf dem Helm aber das weiſe Pferdt (c) geführet; wie ſolches aus dem vorhin* (pag. 176) *bey gedrucktem Abdruck zu finden. So hat gleichfals Hertzog Otto ein Siegel, ſo an dreyen briefen dero Stadt Seeſen geben, zween Læwen, und droben ein geſchloſſenen Helm mit dem weiſen Pferdt, wie aus folgendem Abdruck zu erſehen, geführt; desgleichen hat auch Hertzog Heinrich der ælter zu Braunſchweig, welcher ein vortrefflicher Kriegs-Held geweſen, auch im Krieg ſein Leben ritterlich gelaſſen, und die Stadt Braunſchweig, wegen ihres Ungehorſams, bekriegt, ſein Wappen, in* An. 1471, *mit einem geſchloſſenen Helm geführet; wie dan dergleichen Wappen noch eines, in Stein gehauen, auf dem Schloß Wolffenbüttel, an einem alten Zwinger, zu befinden.*

NOTÆ.

(*a*) OFFENEN HELM &c. Ut plurimum perforatum, ſive apertam, Galeam Inſigne Nobilitatis innuere, vel Ipſe *Carolus V.* Imp. diplomate, quo, ſub dato *Ratisbonæ*, An. 1541, 14 Julii, *Georgium Sabinum* Brandenburgicum in claſſem Nobilium evexit, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, *Erſte Abtheilung, 2 Abſatz*, §. 258, p. 603, agnoſcit, verb: *Porro, ad hunc Equeſtris Ordinis gradum, addimus etiam Tibi Inſignia, quibus Tua Nobilitas latius inclareſcat, videlicet: Clypeum cæruleum, & in eo Pegaſum candidum, ex nubibus volantem, alis in altum porrectis: Galeam vero cancellato ore, qualis ſolet eſſe Nobilitatis non poſtremæ, & in Galea alium Pegaſum cum nubibus &c.* Firmum tamen argumentum, a tali Galea, ad Nobilitatem, deſumendum haud eſt; innumeris Exemplis in contrarium extantibus. Vid. Dn. *Burgermeiſter*, Vol. I *Theſauri Juris Equeſtris*, XI Satz, Cap. XI, p. 214. *Quod autem Galeæ Nobilium perforatæ ſint, ex iſto principio ortum eſt, quod priſcis ſeculis Equites primo unum foramen, in frontiſpicio Galeæ, fecerunt, per quod adverſum hoſtem proſpicerent ---- deinde, paulatim pluribus foraminibus, ornatus cauſa, perſpicuas reddiderunt: quæ poſtmodo, velut decoris militaris argumentum, Inſignibus Nobilium ſuperius infigebatur &c.* Hæc *Loccenius*, lib. 3. *Antiquitatum Sueo-Gothicarum*, Cap. VII, in fin. p. 135 &c. Alias rationes producit *Höping*, de *Jure Inſignium*, Cap. IX, §. 4, Membr. 3, v. 509, p. 661. Differentiam Galearum innuit *Andreas Fauyn*, Tr. de *Premiers de la Couronne de France*, Liv. 3, Chap. 4, p. 290: *Aux Roys apartient de porter le Heaulme au metal tarré de front, a onze grilles; les Ducs a haute fleuron, c'eſt a dire, Souverains en leurs Terres, ainſy que Lorraine & Savoye, neuf; les autres Ducs, Marquis & Comtes, ſept; & les hauts Barons & Chevaliers, cinq; les Gentilshommes, de ſi noble maiſon qu'ils ſoyent, ne le doivent tarrer de front, ainſi de coté ſeulement, à trois grilles.* i. e. Regum eſt portare Galeam ex metallo in fronte *undecim cancellis* illuſtratam; Ducum altioris floſculi, id eſt, qui ſummum habent Imperium in Terris ſuis, quales ſunt Lotharingus, Sabaudus, *novem*; Reliqui duces, Marchiones, Comitesque, *ſeptem*; eminentiores Barones & Equites, *quinque*; Nobiles, etiamſi ex domo Nobiliſſima deſcendant, non debent illam illuſtrare in fronte, ſed ex obliquo tantum, *tribus cancellis &c.* de Theſi, quod Galea perforata non ſemper Nobilitatem denotet, legas inſuper *Höping* l. c. v. 515, p. 663.

Dictam putant *Galeam* à *Gallo gallinaceo*, quem, teſte *Plutarcho* in *Artaxerxe*, *Cares*, Aſiæ Minoris Populi, ſummitati capitis armati impoſuerant; ſed ita ſcribendum eſſet: *Gallea*; *Scaligero* ad *Varronem*, (eam à *Galero*, capitis operimento, quo, veteres olim utebantur, vel *Suetonio* teſte, in vita *Neronis*, Cap. 26, ubi: *Poſt crepuſculum ſtatim, arrepto pileo, vel galero, popinas inibat &c.* deducendam exiſtimantem,) etymon verius videtur, à græca voce γαλῆ, ſive γαλέη, felem, ſeu catum, denotante, derivatum, quod *ſelina pelle* conſtaret; quandoquidem certum eſt, *Galeas* olim ex diverſorum animalium pellibus fuiſſe confectas; hinc κυνέη, galea erat ex *pelle canina*, à voce κύων, canis; λυκέη, *lupina*, à voce λύκος, lupus; ταυρείη, *taurina*, à ταῦρος, taurus; ἰκτιδέη, muſtelina, ab ἴκτις, muſtela; ἀλωπεκείη, *vulpina*,

ab *ἀλώπηξ*, vulpes; *αἰγέη*, *caprina*, à voce *αἴξ*, capra; *λεοντέη*, *leonina*, à *λέων*, Leo; *ἀρκτέη*, *ursina*, ab *ἄρκτος*, ursus; *ὀφιώδης*, *serpentina*, à vocabulo *ὄφις*, serpens &c. de quibus *Galearum* generibus Veteres evolvendi; v.g. de

Lupina, *Virgilius*, lib. 7. *Æneidos*, circa finem p. m. 1237, Edit. Basil. 1561:

- - - - fulvosque Lupi de pelle galeros.
Tegmen habet capiti.

Vulpina, *Suidas*, ubi: *ἀλωπεκεία ἡ περικεφαλία*, i. e. vulpina ipsa Galea.

Caprina; *Juvenalis*, Satyra V, Lib. I, §. 155, p. m. 154. Edit. Lugdun. 1658:

Discit ab hirsuta jaculum torquere capella.

Leonina; *Claudianus*, lib. 1, de *Laudibus Stiliconis*, p. m. 10, Edit. Francof. *Caspari Barthii*, An. 1650

- - - - - - - - - His fulva Leones
Velamenta dabant &c.

& *Virgilius* l. c. pag. 1231.

Ipse pedes tegmen torquens immane Leonis
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti: sic Regia tecta subibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

Et Statius Lib. VII.

Tela rudes trunci, Galeæ vacua ora Leonum.

Ursina, *Idem Statius*, lib. 4.

Ille Lycaoniæ rictu caput asperat Ursæ.

Serpentina Claudianus l. c.

Serpentum gestant patulos pro casside rictus,
Splendent vipereæ squamosa pelle pharetræ.

Vid. plura apud *Lipsium*, de *Militia Romana*, lib. 3, dialog. I, *Cluverium*, lib. I *German. Antiq.* Cap. 44, *Limnæum*, cit. lib. VI *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 68 & 69, p. 211; *Höping* l. c. Cap. IX. §. IV. Membr. I, v. 496, p. 658; & Membr. 4. v. 527 &c. p. 665.

Helmum vocant Leges Ripuariæ, quod Romanis *Galea* est; hinc modernum vocabulum *Helm*; Gallorum *Heaulme*; & Italorum *Elmo*. Unde verò ipsa vox *Helm* descendat, num à verbo *Helen* i. e. à celando, quod caput eo celetur, & tegatur? an à verbo antiquo *Hellan*, i. e. tuendo & defendendo? legas *Höping* l. c. v. 500. p. 659. Conf. *Limnæus* l. c. pag. 212. Hachenberg, in *Germania Media*, diss. 4 *de Re Militari Germanorum*, §. IX, p. 118. qui simul notat, capitis hoc munimentum priscis Germanis insuetum fuisse, eo quod, Herodiano, lib. VI. & *Dione* lib. 38, testibus, nudis capitibus pugnassent, pellemve ferarum hiante super frontem rictu, induissent. Enimverò, ex his ipsis ferarum pellibus Galeas quondam fuisse confectas, nec ex ære, aut lamina, ut postea, modo dictum. Conf. *Höping* l. c. Membr. 4. v. 518 & seq. p. 664.

(*b*) OMNI DUBIO &c. Totidem verbis idem monet *Höping* l. c. Membr. 3, v. 515, p. 663.

(*c*) DAS WEISSE PFERDT &c. *Diodorus Siculus*, lib. V, de *Celtis* ait: *Galeas imponunt æneas, magnas adpendices, pro illarum habentes magnitudine, quæ spectantibus aliquam dabant ostentationem. Aliis quidem cornua sunt adfixa: aliis avium aut quadrupedum formas habent expressas.* Conf. Dn. *Dornius*, cit. Differt. de *Ruta Saxonica*, Sect. I, §. 2 &c. pag. 3. *Candidum Equum* vetera *Christianorum Saxonum* per *Westphaliam* constituisse arma, ex quo *atrum*, quo Ethnici uterentur, *Carolus Magnus* abrogaverit, docet *Crantzius*, lib. 2 *Saxoniæ*, Cap. 24: *Armorum Insignia quæ militaribus, ut fit, signis præferebat*, (Wedekindus) *pullum equinum habebant atrum: Sed placuit Regi, ut, postquam de tenebris Gentilium errorum pervenit in lucem veritatis, ut Candidum acciperet. Ea vero sunt vetustissima Saxoniæ arma &c.* Repetit hanc assertionem lib. VIII *Saxon.* Cap. XXVIII, addens simul,; *Henricum Leonem* fuisse primum, qui illum Galeæ imposuerit: *Fridericus* (2 Imp.) *diremit controversiam inter Ottonem, Wilhelmi filium, Leonis Nepotem, & hunc Albertum, ducem Saxoniæ; ut esset Otto cum posteris suis, Dux de Brunswico & Luneburgo: attributis Ei armis, quæ avus Ejus, Henricus, extulerat Anglia, duobus fulvis Leonibus, pro ditione Brunswickcensi, & alium lasurii coloris Leonem, adjectis in clypeo maculis, de Terra Luneburgensi: quæ erant olim arma Hermanno Duci, & Posteris Ejus, cum titulo ducatus Saxoniæ. Vetera autem arma Saxoniæ, ab usque Wedekindo ducta, pullus erat equinus candidus, quem Brunschwickcenses duces, ut veram monstrarent lineam antiqui Generis, transtulerunt in conum galeæ &c.* & clarius adhuc, lib. IX *Saxon.* Cap. XIX. *Saxonia tenuit, ex Wedekindo, Equinum pullum candidum, quem illi Karolus Magnus, pro nigro, commutavit. Sed postquam Henricus Leo destitutus est Saxonia, ex Anglia cum rediret, fulvos Leones duos in clypeo præferebat: equinum pullum transferens in conum Galeæ &c.* Hinc sua *Spalatinus* in *Chronico*, apud *Hortlederum*, *von Ursachen des Teutschen Kriegs*, Tom. I, Lib. 4. Cap. 23, Tit. I, p. 1492; Conf. *Conradus Botho*, in *Chronico Picturato Brunsuicensi*, quod in An. 1489 explicit, apud Dn. *Leibnitzium*, Tom. 3 *scriptorum Rer. Brunsuic.* p. 344; *Fabricius*, lib. 4 *Originum Saxonicarum* p. 440; *Petrus Albinus*, *im Sächsischen Stamm-Baum*, p. 297; *Bünting. Chron. Brunsvic.* p. m. 166; Dn. *Spenerus Oper. Herald.* Part. spec.

ſpec. Lib. 2, Cap. IX, §. 2. p. 398; Dn. *Leuckfeld*, in *Antiquit. Ilfeldenſibus*, Cap. 3, §. 2. p. 18; Dn. *Burgermeiſter*, Vol. I. *Theſauri Juris Equeſtris*, XI *Satz*, Cap. 2, p. m. 182; Alii. Ea vero, quæ de Saxonum *Equo atro*, in *candidum*, a *Carolo Magno*, mutato, hic dicuntur; admodum incerta ſunt, nullo monumento indubitato; aut coævi Scriptoris auctoritate, probanda; ne dicam, & ea, quæ *Crantzius* de *Equo albo* ſcribit, dubio plane non carere.

(21) Quo accedit, quod nec quilibet, cujus Inſignia ſunt nobilia, protinus ſupra campum Galea utatur; nonnullos enim profeſſio impedit; (*a*) nonnullos vero ſexus. Ita Archi-Epiſcopi & Abbates mitras habent, ſed inter ſe paululum differentes, Archi-Epiſcopus mitræ adjunctam habet crucem; Epiſcopus, lituum, *einen Biſchoffs-Stab*; Abbas mitram ſolam, aut lituum ſolum. Sunt tamen nonulli Prælatorum, qui & mitra & galea utuntur, in quibus ſcilicet dupla concurrit, Jurisdictio & reſpectus. Sexus mulieribus impedimento eſt, quo minus utantur Galea. Illuſtriores fœminæ coronas imponunt (*b*) Scutis, Regias, ducales &c. pro cujusque dignitate.

NOTÆ.

(*a*) IMPEDIT &c. Locum parallelum offendis apud *Limnæum*, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 72 & 73, p. 213. Conf. *Höping* l. c. Cap. IX, §. 4, Proem. v. 492 & 493, p. 658.

(*b*) CORONAS IMPONUNT &c. Eadem habet *Limnæus* l. c. & *Höping* Cap. IX, §. IV, Memb. VII, v. 558, p. 670.

(22) Nobilia iterum ſunt vel Familiarum, vel Officiorum. Hæc potiſſimum competunt Perſonæ, quæ munus fert. Quamquam interdum, in primis ubi munera hereditaria (*a*) facta ſunt, Liberi alii, quam qui munus gerunt, in memoriam a Parentibus geſti muneris, iſthæc inſignia ſibi propria reddant. (*b*) In Imperio noſtro, exempla habemus in Bavaro, Palatino, Saxone, Brandenburgico Electoribus: quorum quilibet inſignibus Gentilitiis officii ſui junxit Inſignia. (c)

NOTÆ.

(*a*) HEREDITARIA &c. Quando munera hæreditaria fiunt, inſignia quoque, inde competentia, non amplius pro perſonalibus, ſed pro hereditariis habenda eſſe, recte docet *Limnæus*, cit. lib. VI *Jur. Publ.* Cap. VI, §. 16, p. 190.

(*b*) REDDANT. Exemplis hoc illuſtrat, ex *Claudio Fauchet*, *Freherus ad Petrum de Andlo*, lib. 2 de *Roman. Imper.* Cap. 8, p. 190, & ex *Andrea Fauyn*, lib. 2 *des Premiers Officiers de la Couronne de France*, Cap. 8, p. 152; *Limnæus* l. c.

(*c*) INSIGNIA &c. Vid. *Limnæus* l. c. Idem de Sub Officialibus Electorum, dicendum. Dn. *Burgermeiſter* l. c. XI *Satz*, Cap. XII, p. 216, ait: *Ehren-oder Dignitat-Wappen; wie im H. Reich die Erz-Erb-oder andere Aembter ſeyn; Dann die Sub-Officiales Ihren Erb-Aemtern, gleichförmige Wappen führen; als: die Schencken von Limpurg, einen Becher; die Truchſeſſen von Waldburg, einen Reichs-Apffel; die Marſchallen von Pappenheim, zwey ſchregs-gelegte Schwerdter; die Graffen von Hohenzollern, zwey geſchrenckte Scepter, als Erb-Cämmerer; und die Grafen von Sinzendorff, eine Cron, als Erb-Schatzmeiſter &c.*

(35) Jus, quod quis prætendit, conservatur variis modis, e. g. eligendo sibi anomalam sessionem, h. e. extra cæterorum *ordinem*; (*a*) protestando, petendoque, ut protestatio actis insinuetur, *alternando*, (*b*) utendo promiscua sessione, plane abstinendo *à Conventibus. Vide de his omnibus Limn. dicto loco.*

NOTÆ.

(*a*) ORDINEM &c. Spectant huc, qui scamno transverso insident, *auf der Querbanck.*

(*b*) ALTERNANDO &c. De alternantibus, evolve præced. Lib. I. T. XVI, §. 10, lit. k, pag. 42, schemata ut & *Sprengerum*, in *Lucerna Imp.* pag. 27, 29 & 30, & Dn. *Lunig*, Part. Gener. *des Reichs-Archivs, im andern Theil*; Tit. *von jetzigen Reichstag*, p. 43.

(36) Interim certum est, has concertationes esse perniciosissimas, & maxima incommoda secum trahere, *ut patet ex Recessu Imperii, de anno 1603. §. Der in dem heiligen Reich.* Quanquam in hac noxa veniunt consideranda, non tam mora in comitialibus deliberationibus, & notabilis quidam defectus expeditionis: quam præsertim animi, qui hisce rebus valde distrahuntur, ab illa arctiore conjunctione & confidentia: denique etiam hæc inter occultas causas plurimarum in Imperio distractionum est.

(37) De præcedentia inter exteros, *videantur Libri Theodori & Dionysii Gothofredi, Le Ceremonial de France, duobus tomis in fol. Theodori Graswinckelii de præcedentia inter Rempubl. Venetam & Sabaudum. Ferdinandi Vasquii præfatio controversiarum Illustrium. Jacobi Gothofredi lib. posthum. de Jur. Præced. Crusii de Præcedentia.*

(38) Ad Jura prærogativa Principum referuntur etiam prætensiones, quas habent contra alios. Collegit breviter has prætensiones Illustres, *Johan. Theodor. Sprenger* (*a*) & bono Principi suo subjunxit, ubi itidem externa immiscet. *Dn. Philippus Jacobus Spenerus, SS. Th. Doctor, & Francofurti ad Mœnum Pastor primarius, in manuscripto, cui titulus de Prætensionibus Illustribus.*

NOTA.

(*a*) SPRENGER &c. Add. Dn. *Christophori Hermanni Schwederi, Theatrum Historicum Prætensionum & Controversiarum Illustrium in Europa*; Fol. Lips. 1712.

(39) Item, huc pertinet, (*a*) quod Principes habeant, in suis causis, peculiares Judices, (*b*) de quibus partim supra diximus, de Reservatis Imperatoris; partim autem infra (*c*) dicemus. De Jure singulorum Principum, vide apud *Limnæum*, & alios.

NOTÆ.

(*a*) PERTINET &c. Add. quod v. g.

(I) *Non teneantur, in judicium vocati, extra Germaniam comparere.* Meminit hujus Privilegii *Crantzius*, lib. X *Saxon.* Cap. 38, circa finem: *Nam & Ale-*

& Alemanniæ Principes audio privilegiis esse communitos, quod non teneantur in locis extra Imperii limites, comparere; cujus Privilegii conservator fertur esse Comes de Zwartzeborg &c. Hinc sua *Magerus,* de *Advocatia armata,* Cap. XV, §. 186, pag. 659; & *Gryphiander,* de *Weichbildis,* Cap. 60, §. 16, p. 151; Nititur assertum hoc Artic. XV *Capitulationis Caroli V,* verb. *Auch die Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Graffen, Herren, und den Adel, auch andere Stände und Unterthanen des Reichs, mit rechtlichen oder gütlichen Tagleistungen, ausserhalb Teutscher* Nation, *und von Ihren Ordentlichen Richtern, nicht tringen, erfordern, noch fürbescheiden, sondern Sie alle, und jeden insonderheit, im Reich, laut der Gülden Bull, auch wie des Reichs Ordnungen, und ander Gesetz, vermögen, bleiben lassen &c.* Quod Capitulationibus *Ferdinandi I,* Art. 14; *Maximiliani II,* (Edit. Dn. Thulemarii) Art. XV; *Rudolphi II,* Art. 14; *Matthiæ,* Art. 15; *Ferdinandi II,* Art. 13; *Ferdinandi III,* Art. 17; *Ferdinandi IV,* Art. 15; *Leopoldi,* Art. 15; *Josephi,* Art. 17 & *Caroli VI,* Art. 16, confirmatum. Eodem facit *Ordin. Camer.* An. 1555, Part. 2, Tit. VII, in fine, verb. *dieselben aus dem Reich Teutscher* Nation *nicht ziehen &c.* Conf. *Limnæus,* lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 87, p. 180, ad auctoritatem provocans *des kurtzen, aber wohlgegründeten,* Special-*Berichts, von dem vermeinten* Interesse *des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen,* p. 49, verbis præced. Tit. XII, Prooem. lit. d, occurrentibus; *Schützius,* Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. 8, θ. 19, lit. c, pag. 670; *Nitzschius,* ad Art. 17 *Capitul. Josephi,* §. 1, p. 382.

(II) *Immunes esse dicantur à Vectigalibus, quoad res, quas ad proprium usum advehi curant.* Vid. *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Zoll* p. m. 529: *Zollfrey sind (1) Principes, Comites, Nobiles S. R. Imperii. Habent immunitates præscriptione, privilegio vel Contractu, quæsitas, ut liceat ipsis vina, frumenta, ac ejus generis alia, victus & cultus causa, usui suo, sine vectigali, per alterius territorium ducere, vel flumen trajicere. Quod intelligendum est per Analogiam & rationem L. 209, de V. S. de iis tantum, quæ ad victum & cultum, pro suæ conditionis splendore, non solum ipsius Principis, sed & Familiæ, spectant; at non, ut etiam seorsim Ejus Ministri, sui causa, quid earum rerum ducant --- deinde, si quid vini, vel frumenti, emat, ducat, non sui & Aulæ suæ causa, sed ut revendat, in caupona curet distrahi, & ita ut mercimonii causa potius emat & ducat, immunis à vectigali non erit, nisi ex speciali & expressa concessione &c.* Conf. *Bocerus* de *Regalib.* c. 2, §. 197; *Sixtinus* de *Regalib.* lib. 2, Cap. VI, §. 111 &c. *Petrus Friderus Mindanus,* de *Mandatis,* lib. 2, Cap. 42, §. 6, v. 20, p. 239; *Einsiedel,* de *Regalibus,* Cap. III, §. 29, p. 362 &c. quamvis hic immunitatem hanc cum grano salis intelligendam esse arbitretur, i. e. si consuetudine certa nitatur; Dn. *Nitzschius* l. c. Art. 22, §. 1, p. 450. Id considerandum putaverim, si immunitas hæc characteri Status annexa sit, ita ut Principes ea gaudeant, quia Status sunt, dubium oriri, cur speciali privilegio ab Imperatore concedatur? arg. *Ordin. Regim. zu Augspurg,* de An. 1500, Tit. 21, *Alle, so in des Reichs Regiment gehörig, sollen allen* Tax, *Zoll und Ungelds frey seyn. &c.* Hinc est, quod, si desuper in Judicio controvertatur, immunitatem non *ex Jure Status,* sed, vel Privilegii, præscriptionis, conventionis, pacti, aliove titulo valido, defendi videamus; vid. Dn. *Multzius,* Part. 2 *Corporis Juris Publ.* Cap. XVI, §. I, v. 40 &c. p. 514. Quibusdam cognationis, vicinitatis, reverentiæ, quandoque & metus oneris reciproci, vel indignationis gravioris, aliæve Rationes Status, eandem conciliare, idem l. c. annotavit. Exempla dari haud pauca quod Electores, Principes & Status, vectigalia à se invicem exegerint, affirmat idem, v. 42. Conf. *Klockius,* Discept. de *Jure vectigal.* θ. 30.

(III) *Ministri Eorum, ad Conventus Publicos ablegati, ejusdem immunitatis participes sint.* Vid. *Capitul. Caroli VI,* Art. VIII, in fine, *nachdem auch die Billigkeit erfordert &c.* Quadrat huc Conclusum duorum Superiorum Collegiorum, *die Maut-Befreyung derer, von denen Reichs-Stättischen Gesandten, nach Regenspurg, auf den Reichs-Tag, bringenden Mobilien und Victualien betreffend;* An. 1708, 30 Aug. per Moguntinum, ad publicam dictaturam promotum, apud *Fabrum,* Tom. XVI *der Staats-Cantzley,* Cap. VI, §. 1, p. 336 &c. *So ist, auf abermahlig geführt des Reichs-Stättischen* Collegii *Beschwerde, bey dero Uberlegung, dafür gehalten, daß dieses Verfahren der Maut-Beambten, und Zoll-*Administratoren, *gegen die Reichs-*Constitutionen, *das Alte Herkommen, auch die, noch bey fürwehrender Reichs-Versamlung, errichtete Reichs-Schlüsse, und darauf von weyland Ihro Röm. Kays. Maj.* Leopoldo, *allerglorwürdigster Gedächtniß, allergnädigst emanirte* Edicten *und* Mandata, *lauffe, krafft deren, alle des H. R. Reichs Churfürsten, Fürsten, und Ständen Räthe, Bottschafften und Gesandte, so sich auf Reichs-*Collegial-Deputations- *und Craiß-Tägen befinden, oder dahin sich verfügen, von wegen derselben* Mobilien, Consumptibilien *und* Victualien, *aller Orten, Zoll-Mauth-*Accis- *und Auffschlag frey paß- und repaßiren, und mit dergleichen* Exactionen, *weder von* Immediat- *noch* Mediat-*Ständen, keineswegs, Ihrer habenden* Privilegien, *oder anderer vorwendender Ursachen ohngehindert, beschwäret werden sollen &c.* Quæ totidem verbis Concluso trium Collegiorum, in eadem causa, An. 1710, 6 Maji, dictato, inserebantur. Vid. *Faber* l. c. §. 2, p. 341.

6 Q 2 Junga-

Jungatur Conclusum duorum Superiorum Collegiorum, 13 Mart. 1722, per Moguntinum, ad dictaturam publicam promotum, *die Beybehaltung der Gesandtschafftlichen* Privilegien *und Immunitäten*, in puncto *des* Accises *und Umgeldes, betreffend*; annexa Senatus Ratisbonensis responsione, apud *Fabrum* l. c. Tom. 40, Cap XIII, §. 1 & 2, p. 674 &c.

(IV) *Se invicem in protectionem suscipere queant*. Vid. seq. Tit. XIX, §. 142 &c.

(V) *Protectionem & apud Exteros quaerere possint &c.* Vid. ibid. §. 149. de quibus, aliisque pluribus, infra dicendi erit occasio.

De JURIBUS COMITUM, legi meretur P. F. de *Wissenbach*, Illustrissimi Wetteravicorum Comitum Collegii Subdelegati, Protestatio, interposita *bey der Extraordinari Cammer-Gerichts-Visitation zu Wetzlar, als man Ihm, mit 6 Pferdten zu fahren, nicht hat verstatten wollen*, d. 28 Januar. An. 1711, apud Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Reichs-Archivs*, 1 Contin. 2. *Fortsetzung*, §. 122, pag. 400 & 401. Eodem faciunt: *Ahasverus Fritschius*, de *diatis Comitum Imperii*, An. 1670; Dn. *Friderici Luca, Uhralter Reichs-Grafen-Saal*; Dn. *Schilteri* Diatribe, *de S. R. Imperii Comitum Praerogativa ac Jure, inter ipsos & Ordinem Equestrem Imperii immediatum, controverso*, Argentorat. 1702; *Joh. Tobias Meel*, Buxovilla-Hanoicus, Differt. de *Superioritate Territoriali Comitum Imperii*, Praeside Dn. *Joh. Henr. Boeclero*, Argentorati, An. 1710, 14 April. habita; Ill. Auctor *des Europaeischen Heroldts*, Part. I, p. 605 &c. Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imper.* lib. VI, VII, VIII & IX, pag. 286 &c. *Reichs-Staat* cum Notis Dn. *Bilderbeckii*, Vol. 2, Part. V, Cap. 28 ad 32, pag. 198 &c. De *Jure mittendi Legatos*, quo gaudent, vid. seq. Tit. XIX, §. 153, lit. a.

TIT. XIV.
DE JURIBUS CIVITATUM IMPERII PROPRIIS.

IMperialium Civitatum (*a*) prae caeteris, Excellentiam & splendorem communem, partim Tituli & Encomia, partim Jura & praerogativae, commendant.

NOTA.

(*a*) IMPERIALIUM CIVITATUM &c. Legi merentur: *Andreae Knichen*, Velitatio Apologetica, *de Civitatum Juribus Territorii*; Helmstad. 1606; Auctor *des gründlichen Berichts von den Freyen und Kayserlichen Reichs-Städten, Ihrem Stand und Regalien*; Franckf. 1612, qui *Johannes Goddaeus*, Prof. Juris Marpurgensis fuisse fertur; & reliqui. praeced. Lib. I, Tit. XVIII, Prooem. lit. (a) pag. 763 & 764, hoc titulo commendati; quibus jungas: *Johannis Adami Dappii*, Diss. Inaug. *de Civitatibus Imperii*, & *Joh. Michaëlis Haintzii*, Diss. de *Juribus Civitatum Imperialium*, *Knipschildio*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 21, §. 12, pag. 454, laudatas; Dn. *Friderici Heilbronneri*, Ulmensis, Diss. Inaug. *de Superioritate Territoriali Civitatum Imperialium*, Praeside Dn. *Christ. Wildvogelio*, 1709. Mens. Junio, Jenae ventilatam; Dn. *Davidis Rau*, Diss. Inaug. *de Pari nexu Civitatum Imperialium cum S. R Imperio*, Praeside Dn. *Schwedero*, An. 1714, 5 Mart. *Tubingae* habitam, oppositamque dissertationi Dn. *Heussi*, de *Civitatum dispari nexu cum S. R. Imperio*, cujus cit. praeced. lib. I, Tit. 18, Prooem. pag. 764, memini; *Sprengeri Lucernam*, Cap. 4, quo *de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, *agit*; Dn. *Münchmayer*, T. 1. *Jur. Publ.* Cap. XVI, *von denen Freyen Reichs-Städten, und deren Freyheit*, p. 427; *Reichs-Staat*, Edit. Dn. *Bilderbeckii*, Tom. 2, Part. VI, Cap. 1, 2, 3 & 4, pag. 236 ad 297 &c.

(I) Ad Titulos, primo, pertinet, quod audiant: *Ehrbahre und Freye Reichs-Staette*; (*a*) secundo: Nobilia Imperii Membra; (*b*) Tertio: Illustres Reipublicae; (*c*) Quarto: Fulcra & Columnae (*d*) Imperii; Quinto: Sanctae, (*e*) in Reformatione Politica Sigismundi, (*f*) ubi Cap. X, ita legitur: *Da würden die Heilige Reichs-Stadte geordnet, und befreyet*;

freyet; Darumb stehen Sie geschrieben Heilig, wann In ward empfohlen alle Gerechte und Gœttliche Seeligkeit; und ward die Christenheit durch Sy gestercket, und wurden In Geistliche und Weltliche Recht empfohlen, als dem Keyser das Reich &c. Vid. *Goldast.* Tom. 2. *der Reichs-Satzungen*, pag. 133.

NOTÆ.

(*a*) EHRBAHRE UND FREYE REICHS-STÆTTE &c. Vid. Oratio Legatorum Civitatum Imperialium, in Hispaniam, ad Imperatorem missorum, An. 1523, præced. Lib. I, Tit. XVIII, §. 1, lit. a, pag. 765 &c.

(*b*) NOBILIA IMPERII MEMBRA &c. *Sigismundus* Imp: in Procemio *Reformationis Ecclesiasticæ*, in Concilio Basileensi, (An. 1436, ut *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 3, §. 16, pag. 208, annotavit) concinnatæ, & à *Friderico de Landskron*, qui Ei à consiliis erat, An. 1440, idiomate germanico in lucem editæ, apud *Goldastum*, Tom. 2, *der Reichs-Satzungen*, pag. m 110, ait: *Darumb sind ermant des ersten all Ir Edlen Reichs-Stett - - - wann die schlieffen, und nit wachten, so wer die Christenheit Gottes, und aller seiner Genaden, entfrembdet; - - - - darumb Ir Edlen Reich-Stett sint ermant, bey Gott dem Vater - - - - thut darzu, als Ir das Oberst Gelied seyt, auf dye, in diser Zeit, die Christenheit wol gepauen ist &c.* & Cap. 3, pag. 112 & 113: *Ir wirdige Reichs-Stett, so man alle Welt rechnet, so sind Jr doch die Gelider, die an dem Göttlichen Recht nicht weichen süllen. Ir habt euer Freyheit von der Christenheit; Ir sind des H. Gelaubens Beschirmer, recht Vogt &c.* Conf. *Sixtinus de Regalibus*, lib. I, Cap. 4, §. 80; Auctor (Gœddæus JCt. Marpurgensis) *des Gründlichen Berichts, des H. Reichs-Statt Friedberg Regalia betreffend;* P. 1. Punct. 15. n. 14; *Limnæus*, Tom. 3. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 41, p. 23; *Paurmeister*, de *Jurisdict.* lib. 2, c. 2, §. 45, vers. *Ab Imperatoribus &c.* *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. V, §. 15, pag. 124; *Mägerus*, de *Advocatia armata*, Cap. VI, §. 187; *Knipschild*, l. c. & Lib. 2, Cap. I, §. 5, pag. 155; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. I, Class. 4. Cap. 20, §. 13, pag. 490.

(*c*) ILLUSTRES REIPUBLICÆ &c. Vid. *Schurff*, Respons. XXVI, n. 1 & 2, Cent. 1; *Dauth*, in *discursu generali & speciali de Rebuspublicis Inferioris Saxoniæ*, pag. 36; *Limnæus* l. c. §. 42, p. 23; *Knipschild* l. c. Lib. 2, Cap. 1, §. 32, pag. 162; Recte hinc cum Rebuspublicis Italicis comparantur; Vid. *Scipio Gentilis*, de *Jurisdict.* lib. 3, c. 22; *Klockius* de *Contributionibus*, Cap. V, §. 41, p. 130.

(*d*) FULCRA ET COLUMNÆ &c. Vid. *Petrus de Andlo*, de *Roman. Imper.* lib. I, Cap. 16, fol. 75; cit. Auctor *des gründlichen Berichts &c.* l. c. §. 11. *Limnæus* l. c. §. 43, pag. 23; *Bertram*, de *Comitiis*, Conclus. 45; *Peucerus*, in *Chronico*, in vita *Caroli IV*, f. 179; *Reinking*, l. c. *Christoph. Mingius*, de *Superioritate Territoriali*, Conclus. 43; *Knipschildt* l. c. §. 7, pag. 155. *Rumelinus*, ad A. B. Dissert. 1, §. XI, pag. 33.

(*e*) SANCTÆ &c. Conf. *Besoldus*, Discurs. de *Jurib. Civitat. Imper.* §. 10; *Klockius* l. c. §. 74 & 75, pag. 133; *Limnæus* l. c. *Bertram* l. c. *Knipschild* l. c. §. 1 & 2, pag. 154; *Rumelinus* l. c. pag. 34.

(*f*) SIGISMUNDI &c. Eodem tempore, cum Reformatione Ecclesiastica, cujus præced. lit. b. memini, composita, formulam sistente *Goldasto*, T. 2. *der Reichs-Satzungen*, p. 129 &c.

(2) Ad Jura ipsarum pertinet, *Primo:* Quod immediate (*a*) Imperatori & Imperio subjaceant.

NOTA.

(*a*) IMMEDIATE &c. Fruuntur enim Juribus Comitiorum, æque ac reliqui Status immediate Imperatori & Imperio subjecti; Hinc Cæsar *Ferdinandus I*, in Resolutione *über das Concept des Religion-Friedens*, An. 1555. 30 Nov. *von den Ständen, auf dem Reichstag zu Augspurg, übergeben*, apud *Goldastum*, T. 1. *der Reichs-Satzungen*, pag. 288 *daß hinfüro, wie bißhero, Geistlichs und Weltlichs-Stands Personen, in solcher Frey- und Reichs-Stadt, neben einander friedlich und ruhig bleiben und wohnen - - - solches würd Ihr Königl. Majest. Erachtens, nicht allein, von wegen Erhaltung alles bürgerlichen ruhigen und feindlichen Wesens, rathsam und dienlich, sondern auch - - - billich und gleichmässig seyn, in Betrachtung, daß die Bürgerschafft in den Frey- und Reichs-Stædten, alle zugleich, und ohne Mittel, dem Ræmischen Kayser und Kœnig, und dem H. Reich, so wohl als andere mehr Stände, unterworffen &c.* Conf. *Knipschild* l. c. Lib. 2, Cap. I, §. 44, pag. 165: *Sunt quoque Civitates Imperiales Status Imperii, habent Jus Comitiorum, Jura Sacrorum, Regalia, Territorialia, & alia Jura Statibus & Ordinibus Imperii reliquis competentia &c.* & tot. Cap. 2,

6 Q 3 pag.

pag. 179 &c. Add. *Limnaeus*, l. c. §. 44, pag. 23; *Reinking*, l. c. lib. I, Claff. 4, Cap. 20, §. 30 &c. pag. 493. Valet argumentum à juribus Comitiorum ad immedietatem; aſt non contra.

(3) *Secundo:* Quod ſint Status Imperii, & Seſſionem & Votum in Comitiis habeant Deciſivum; (*a*) de quo infra (*b*) plura dicemus, in Tit. de Comitiis.

NOTÆ.

(*a*) DECISIVUM &c. De Controverſia hac vid. præced. lib. I, Tit. XVIII, §. 1, lit. a, pag. 765 &c. Conf. *Reinking* l. c. *Boecler*, *Notit. Imper.* lib. XI, Cap. 3. *Knipſchild* l. c. Lib. 2, Cap. 2, §. 45 &c. pag. 185 &c. *Datt*, *Vol. Rer. German.* Lib. V, Cap. VI, p. 803 &c.
(*b*) INFRA &c. Lib. 4. Tit. I, §. 28 & 29.

(4) *Tertio:* Quod habeant Superioritatem Territorialem, (*a*) de qua vid. Tit. ſeq.

NOTA.

(*a*) SUPERIORITATEM TERRITORIALEM &c. Quam *Andreas Knichen*, in *Velitatione Apologetica*, Eis denegat. Vid. ſeq. Tit. XV, §. 13.

(5) *Quarto:* Quod poſſint celebrare Conventus; (*a*) de quo in Capite de Comitiis, (*b*)

NOTÆ.

(*a*) CONVENTUS &c. ſcil. ſolennes; vulgo *Statt-Tage*.
(*b*) DE COMITIIS &c. Vid. ſeq. Lib. 4. Tit. II, §. 31.

(6) *Quinto:* quod præcedant (*a*) Nobiles Imperii immediatos. Hoc tamen inter Civitates Imperiales & Nobilitatem immediatam valde controverſum eſt. Et *primo* quidem, anno 1619. in Conventu Correſpondentiæ Norimbergæ, inter Ordinem Equeſtrem Franconiæ & Civitates Imperiales orta contentio eſt: *Deinde* Francofurti 1631, & 1634, & *tandem* vehementer agitata 1647, miſſo, a Nobilitate, Wolffgango a Gemmingen, in Monaſterienſem dietam.

Fundamenta Civitatum ſunt hæc; *Primo*, conſueta formula Actorum Publicorum, ubi Electorum, Principum & Statuum fit mentio: Nobilitas vero immediata *nunquam Statuum* (*b*) nomine venit, in Matricula non continentur, ad Comitia non vocatur, nec ſuffragium illi conceditur, quod Civitatibus, in Comitiis & Circularibus Conventibus, nunquam negatur: Status autem Imperii haud dubie ei præferendus, qui non eſt Status; nec enim major in Imperio, quam illa admiſſio, dignitas eſſe poteſt. *Secundo*, in Pace Religioſa; poſtquam primo loco Regula præſcripta Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, tandem ultimo loco Conſtitutio etiam ad Nobilitatem immediatam extenditur. *Tertio*, quamvis Nobiles 1619, Norimbergæ, & Francofurti 1631. & 1634. primum locum affectarent ante Civitates, his tamen prærogativa antiqua ſervata eſt.

Fundamenta Nobilium ſunt *primo*: Stylo Imperii & Conſtitutionibus Imperii, quoties mentio fit Nobilitatis & Civitatum, illa præponitur. *Reſpondent* Civitates (1.) contrarium eſſe in uſu: (2.) ſæpe in hujusmodi Conſtitutionibus, dignioribus minores nominandi ordine anteponi. *Secundo*, in toto mundo, Nobiles ignobilibus anteponuntur. *Reſpondent* Civitates: Civitates (1.) in ignobilium ordinem perperam referri, (2.) reſpectum hic non ad ſingulos, ſed ad univerſos, habendum. *Tertio*, hac antelatione degradari Nobilitatem, & pretium adimi ordini equeſtri ac militari: *Reſpondent* Civitates, non ita Nobilitati propriam eſſe militarem gloriam, quin & in Civitatibus refulgeat. *Quarto*, Nobilitatem ſemper junctam fuiſſe Comitibus & Baronibus: *Reſpondent* Civitates: (1.) Non ex ea conjunctione, ſed ratione & dignitate Status, æſtimari prærogativam in Imperio.

rio. (2.) Si Comitibus & Baronibus conjuncti sint Nobiles, manere tamen Nobiles, & non fieri Barones. De cætero, etiam Civitates vicinis & extraneis Principibus ac Regibus jungi fœderibus. *Quinto*, Nobilis, si Baronis dignitatem nanciscatur, eo ipso Civitatibus anteponitur: *Respondent* Civitates: Præcedit Baro, non ut Nobilis, sed ut Imperii Status, quo ablato respectu, cadit prærogativa. *Sexto*, quum Nobilitas mediata anteponatur Civitatibus Provincialibus, immediatam immediatis etiam præferri debere. *Respondent* Civitates: non respiciendum ad solam immedietatem, sed prærogativam Status Imperii. *Septimo*, dari à Cæsare Nobilitati: *Edele*, Civitatibus vero, *Ehrsame und Ehrbare*. Respondent Civitates: ex prædicatis talibus nihil colligi. *Octavo*, Nobilitatem fuisse Statum Imperii, & ante 200. annos locum habuisse in Comitiis. *Respondent* Civitates: hoc perinde esse, ac si non habuerit jus illud. Conringius *ad Lamp. part. 3. c. 7. §. 2.* judicat, Nobilium istorum postulatum, dum enixe sæpius petierunt, sese inter Imperii Ordines ad Comitia convocandos recipi, omni jure niti: quum vero hactenus frustra hoc petierint, illos esse extra dignitatem, quæ urbibus debetur. Plura jura hic non recensemus; sicuti nec Jura propria uniuscujusque Civitatis; hoc enim compendii nostri modum excederet: sed Lectorem remittimus *ad Limnæum* (c) & inprimis *ad Knipschildium*, qui materiam de Civitatibus justo volumine complexus est.

NOTÆ.

(a) PRÆCEDANT &c. Cœpisse controversiam hanc in Conventu Correspondentium, *Norimbergæ*, An. 1619, recte monet Dn. Author. Memoriale congregatis Statibus, nomine Nobilitatis Immediatæ Franconicæ, 11 Nov. tunc exhibitum, sistunt *Lundorpius*, Tom. 1. *Act. Publ.* Lib. 4, Cap. 171, pag. 890 & 891; *Limnæus*, Lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 3 &c. §. 34, p. 99 &c. & Dn. *Lunigius* Part. spec. *des Reichs-*Archivs, Contin. 3, VII *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 17, pag. 56 & 57. Fundamenta Nobilium erant:

(1) Exordium Aureæ Bullæ, ubi: *Assistentibus* (assidentibus) *Nobis omnibus Principibus Electoribus, Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numerosa &c.*

(2) Recessus Imperii, in quibus Nobiles semper Civitatibus præferuntur v. g. *Spirensis*, An. 1542, §. 66, *Es sollen auch alle Churfürsten &c.* ibi: *Churfürsten, Fürsten, Geistliche und Weltliche; Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, die vom Adel, auch Frey- und Reichs-Stædt &c.* Spirensis An. 1544, §. 27, *Und nemlich sollen &c.* verb. *Alle und jede Churfürsten, Fürsten, Geistliche und Weltliche; Prælaten, Graffen, Freyen, Herren, die vom Adel, auch die Frey- und Reichs-Stætte &c.* Kayserl. Landfried zu Augspurg, de An. 1548, Tit. XXIX, §. 4, *Und gebieten darauf &c. Allen und jeden Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen; Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Bürgermeistern, Richtern, Ræthen, Bürgern, Gemeinden &c.* Ordinatio Cameræ, Part. 2, Tit. X, §. 1. *Und ob Jemand von Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Graffen, Herren, Ritterschafft, Stædt, oder andern &c.* R. J. Ratisbobonensis, An. 1557, §. 53, *Wir wollen auch &c.* ubi: *Bey der Freyen Ritterschafft, auch den Hain- und See-Stædten &c.* Kœnigs Ferdinandi I. Neue Müntz-Ordnung zu Augspurg, de An. 1559, Procem. verb. *Entbieten allen und jeden Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Prælaten, Grafen, Freyen, Herren, Rittern - - - Bürgermeistern, Richtern, Ræthen, Bürger, Gemeinden &c.* R. J. Augustanus, An. 1566, §. 49, *Wir wollen auch &c.* juncto §. 50, *die Hain und See-Stædt belangend &c. &c.*

(3) Observantia; *nach welcher, bey allen Festivitæten, besagter Ritterschafft Abgesandte der Frey- und Reichs-Städten Abgeordneten vorgezogen würden, ein solches auch von diesen niemahlen wiedersprochen, noch Ihnen disputirlich gemacht worden &c.*

(4) *Bey allen Nationen, in gantz Europa, dem Ritterlichen Adel vor den Städten, die* Præcedentz *gegeben würde.*

(5) *Es unlaugbar, daß, wan ein einiger von Adel zum Freyherrn-Stand sich erheben liesse, die Reichs-Stätte die* Præcedentz *Ihm gerngönneten; folglich solche dem gantzen* Corpori *des unmittelbahren Reichs-Adels,*

Adels, darunter viele ansehnliche tapffere und begüterte Freyherren befindlich, umb so viel weniger streitig gemacht werden könte.

(6) Der uhralte Ritterliche Adel Stifft-Fähig, und vermittelst dieses Kleinods, zu Chur-und Fürstlicher Hoheit gelangen könten.

(7) Es Ihren Corpori *im geringsten nicht nachtheilig wäre, daß die Frey-und Reichs-Städte, biß dato, bey allgemeinen Reichs-Versammlungen, auch* Deputation- *und Craiß-Tägen, die nächste Stelle, gleich nach denen Grafen und Herren, eingenommen; Weil die Reichs-gefreyete Ritterschafft in die Reichs-und Craiß-*Matricul, *auch dero Anschläge, nicht begriffen, auch auf die Reichs*-Deputation- *und Craiß*-Convente *nicht beschrieben zu werden pflegten; folglich, weil kein* intermedius *sich biß hieher angefunden, Ihnen auch kein anderer* Locus *hatte angewiesen werden können.*

(8) Denen drey Ritter-Craißen nichts præjudicirte, *was zwischen der Statt Straßburg, und der Elsaßischen Ritterschafft, der Session halber, Herkommens; weil gedachte Ritterschafft unter Ihren Corpore gar nicht begriffen.*

Quid obtinuerint? docet *Nolden*, de *Statu Nobilium Civili*, Cap. XI, §. 374 & 375, p. 222: *In Principum Conventu, auf den Fürsten Tagen, ubi Civitates Imperiales, & Nobiles Immediati, simul comparent, Civitates Nobilibus, circa jus* προεδρίας, *praferentur; quapropter, tametsi An. 1619, Mens. Octob. in Conventu Correspondentium Norico, Ordo Equestris Franconiæ sessionem ante Civitates Imperiales Liberas, peteret, Legati tamen Civitatum Imperialium ipsis cedere noluerunt, & obtinuerunt &c.* Conf. *Limnæus*, l. c. *Crusius*, de *Præcedentia*, Lib. 4, Cap. 28, §. 23, p. pag. 818.

Recruduit nihilominus Controversia *Francofurti* An. 1631, & maxime An. 1633, *Heilbronnæ*, in Conventu quatuor Circulorum superiorum, Suevici scil. Franconici, & utriusque Rhenani, ubi, nomine Immediatæ Nobilitatis Franconicæ, Suevicæ & Rhenanæ, novum Memoriale exhibitum, cujus formulam *Limnæus*, Tom. 4 Addit. ad Lib. VI *Jur. Publ*, c. 3, §. 55, p. 67, suppeditat; momenta hæc sunt:

(1) Seye bekandt, und bey allen Vœlckern gemein, daß der Adel und Ritterschafft, als ein privilegirter *Stand, denen Stätten vorgezogen würde.*

(2) Solches auch im H. R. Reich bißhero observirt *worden; Davon die Güldene Bull; Reichs-*Constitutiones, *und Abschiede, wie auch Cammer-Gerichts-Ordnung*, Part. 2, Tit. 4, *mit mehrem zeugeten.*

(3) Bey Fürstlichen Conventibus, *Hochzeiten, Kindtauffen, Begräbnissen, und dergleichen Solennitäten und Zusammenkünfften, ein gleiches* practicirt *würde.*

(4) Bey den Land-Tagen, die Landsassen von der Ritterschafft und Adel denen Land-Städten, notorie *vorgiengen; woher sich*, ex paritate rationis, *von dem unmittelbahren Reichs-Adel, zu den Reichs-Städten, ein gleiches schliessen liesse.*

(5) Die Ritterschafft vor diesem, auch noch bey Kaysers Maximiliani I *Zeiten, als selbige, (sonderlich S. Georgen Schilt im Hegau, die zu Friedberg und Gelnhausen,) auf die Reichs-Tage beschrieben, und erschienen, denen Reichs-Stätten vorgesessen, welche annoch der Ritterschafft* incorporirt, *dahero folgte, daß, wie nur etliche* Membra *des Ritterlichen* Corporis *denen Reichs-Städten vorgangen, umb so viel mehr das gantze* Corpus *denselben vorzuziehen.*

(6) Seye notorium, *daß, noch vor wenig Jahren, die Graffen, Herren und Ritterschafft im Land zu Francken, ein* Corpus *gemacht, auch unterschiedene von denen Grafen, und der Ritterschafft*, Directores *und Hauptleute gewesen; wann nun ausser Zweiffel die Graffen und Herren denen Städten vorgezogen, also wäre ja auch die Ritterschafft, als ein mit Graffen und Herren* unirtes Corpus, *denselben zugleich mit vorgangen.*

(7) Daß die Städte, nächst denen Grafen und Herren, auf den Reichs-Tägen, ihre Sessiones *hätten, Ihrem* Corpori *gar nichts* præjudicirte; *weilen nicht erweißlich, daß, wann die Ritterschafft auf dergleichen Reichs- oder andern Versammlungen, erschienen, derselben jemahls die Stätte vorgangen; dahero es auch, wan dieselbe zugegen, billig bey dem alten Herkommen bleiben müste.*

(8) Konten die Reichs-Stätte dem unmittelbahren Reichs-Adel auch aus diesem fundament, *weil sie unter denen Reichs-Ständen mit begriffen, die Reichs-Ritterschafft hingegen kein Stand des Reichs wäre, vorgezogen werden; weil (1) keine* universal *Folge, daß derjenige, der ein Stand des Reichs, allen andern, die keine Stände, vorgehen könne; (2) es noch nicht erwiesen, daß die Freye Reichs-Ritterschafft kein Stand des Reichs seye; vielmehr, weilen bekant, daß selbige hiebevor ein Stand gewesen, wäre zu vermuthen, daß Sie dergleichen annoch seye; wie Sie dan dahero in denen Reichs-*Constitutionibus *und Satzungen, annoch begriffen, und den andern Ständen gleich gehalten, auch von weyland* Rudolpho II, *die Fränckische Ritterschafft, vermög an Sie abgegangenen* Rescripti, *austrücklichen Stände des Reichs genennet worden; so gar, daß, so viel die Austräge anlangte, die Ritterschafft derselben fähig, die Reichs-Stätte aber nicht, sondern von selbigen ausgeschlossen wären; Sie also ein* privilegirter, *und von denen* oneribus Imperii *befreyter Stand geblieben &c.*

Quo rerum eventu & hæc prolata fuerint, docet *Burgoldensis* ad *Instrum. Pacis*, Part. I, Discurs. 22, §. 7, pag. 410: *Quamvis Nobiles An. 1619. Norimbergæ, & Fran-*

& Francofurti 1631, & 1634, primum locum affectarent ante Civitates ; his tamen prærogativa antiqua servata &c. Conf. *Puffendorf*, Lib. XVIII *Rerum Suecicarum*, ad An. 1646, §. 125, pag. 657.

An. 1634, in Conventu *Francofurtensi* sex Circulorum, nominatim *Suevici*, *Franconici*, utriusque *Rhenani*, & utriusque *Saxonici*, instaurarunt Immediati Nobiles prætensionem suam, voto autem non gavisi.

An. 1646, durantibus Westphalicæ Pacis tractatibus, rem suam, per *Wolfgangum de Gemmingen*, hunc in finem *Osnabrugam* missum, denuo proposuerunt; cujus argumenta refutando Civitates publice docebant, apud *Lundorpium*, Tom. VI *Contin. Act. Publ.* lib. 3. Cap. 43, pag. 108 &c. (1) Durantibus dictis tractatibus, sexies se jam Nobilibus fuisse prælatas, veluti, (1) in Propositione Suecica, (2) Responsione Cæsarea ad hanc propositionem; (3) Ordinum Imperii Protestantium Gravaminibus; (4) Ordinum Romano-Catholicorum Gravaminibus contrariis; (5) Propositione Protestantium, Sess. VI. in eodem puncto, facta, (6) Declaratione Romano-Catholicorum.

(2) Stylum Imperii Recessuum quorundam, quoad ordinem personarum, adeo diversum esse & varium, ut neutiquam pro authentico & immutabili, haberi mereatur; v. g. in R. J. *Ratisbonensi*, An. 1576, §. 22, *Wir wollen auch*; §. 23, *Dann weiters wollen wir &c.* & §. 24, *Wie auch die Eydgenossen &c.* & *Augustano*, An. 1582, §. 21, *Wir wollen darneben &c.* §. 22, *Dan weiters wollen wir &c.* & §. 23, *Wie dann auch die Eydgenossen &c.* Hanseaticas Civitates, quo titulo nonnullæ Civitates Immediatæ notorie veniant, Nobilitati Immediatæ, *Helvetis*, aliisque Europæ Potentibus, fuisse prælatas; adeoque totum Corpus Civitatum Imperii multo magis Corpori Nobilium anteferendum esse.

(3) Nobilitatem immediatam, ante annnum 1619, prærogativam hanc nunquam ambiisse.

(4) Palam esse, Civitatibus Imperialibus, propter concurrentem *Status* qualitatem, digniores *Nobilitate* censeri; hocque intuitu, in Conventu pariter *Correspondentium Norimbergæ*, An. 1619, & in Conventu *Francofurtensi*, An. 1634, eas semper, hoc nomine, præripuisse palmam.

(5) Non attendendum, quid nonnunquam, turbido Rei publicæ statu, contigerit, sed quid fieri debuisset.

Ursit in contrarium, pro *Nobilibus*, laudatus *Gemmingius*, in Memoriali, Plenipotentiariis Suecicis Mense Febr. An. eod. *Osnabrugis* oblato, apud *Lundorpium*, l. c. lit. A, pag. 109.

(1) Interrupto nunquam Curiæ stylo, quoties *Nobilitatis immediatæ* & *Imperii Civitatum* simul, in Imperii Constitutionibus & Recessibus mentio fieret, tributum semper Nobilitati priorem locum;

(2) Per universum Terrarum Orbem, Nobiles præferri charactere hoc non coruscantibus.

(3) Habendam præsertim Nobilium valore militari se distinguentium rationem, ne Ignobilibus postponantur.

(4) *Hippolytum* à *Treysbach* (quo sub nomine *Philippum Knipschildium* latere, aliquoties dictum) edito Tract. cui Titulus: *Unvorgreiffliches Bedencken, über etliche Fragen, der Freyen-Reichs-Ritterschafft in Schwaben, Francken und am Rheinstrohm, Stand und* Session *betreffendt*, de An. 1644. (apud Consultiss. Dn. Burgermeisterum, Vol. I. *Bibliotheca Equestris*, p. 766. & seqq.) reliqua argumenta produxisse, tanti quidem ponderis, ut nonnemo ex præcipuis Civitatensium ultro fassus sit, se nescire, quid ad ea respondendum? allegatis tot Imperii Recessibus, in quibus Nobilitati prior locus semper datus appareret &c. &c.

Regessere Civitates, *Lundorpio* teste, l. c. lit. B, p. 110 & 111.

(1) Sexies se, ut jam monitum, durantibus saltem Pacis laudatæ tractatibus, Nobilitati fuisse prælatas, adeoque possessione frui, nunquam passuras, sub finem tractatuum Nobilibus postponi.

(2) Non satis se mirari posse, quod Nobilitatis Causidicus asserat, in Imperii Recessibus honoratiorem locum semper tribui Nobilibus, cum non solum consueto stylo id contrarietur, quo *Status*, (qua appellatione *Civitates* notoriè comprehenduntur,) ante *Nobiles* perpetuò veniant, sed & expressis verbis Civitates Nobilibus præferantur; *in der Ordnung des Regiments zu Augspurg, de An. 1500*, Tit. XXXV, *von der Steuer der Frey- und Reichs-Stätt*; cum quatuor sequentibus; Conf. *Reformation guter Policey zu Augspurg, de An.* 1530, Tit. XIII, *Bürger in Städten &c.* & Tit. XIV, *vom Adel &c. Reformation guter Policey zu Augspurg, de An. 1548.* Tit. 4. *von des Adels &c.* §. 2. *welche Grafen, Herren, Communen, oder Adel, &c.* Tit. X. *von Bürgern &c.* & Tit. XI. *von Adel &c.* R. J. *Ratisbon.* 1576. §. 22, *wir wollen auch* & §. 23, *dann weiters Policey-Ordnung zu Franckfurt, de An. 1577,* Tit. I, *von den Gottes-Lästerungen*, §. 6, *würde aber eines Churfürsten, Fürsten, Grafen, Herrn, Commun, oder eines andern Amptman, deßgleichen die vom Adel &c.* & Tit. 4, *von Grafen &c.* §. 2; *Item, welche Grafen, Herren, Commun, oder vom Adel &c. &c.*

(3) Ex iisdem fundamentalibus Imperii Legibus constare, nullum planè certum ordinem statuum fuisse observatum, sed Civitates promiscuè, quandoque ante, quandoque post Comites, Barones & Nobiles, collocatas; proinde nullum argumentum immutabile inde desumi posse.

(4) Idem notandum in *R. J. Augustano*, An. 1555, ubi,

ubi, facta, (implicitè licet,) sub generali vocabulo *der Ständte*, Civitatum mentione, §. 26, *und in solchen Frieden*, Nobilitas quoque Religiosæ Pacis particeps declarata; & §. 27, cautum demum, quomodo Religionis negotium in Civitatibus mixtis, in quibus utraque Religio in usu, posthàc se habeat.

(5) Extra dubium, majorem Civitatibus, *qua Imperii Statibus*, Splendorem, ac Immediatæ Nobilitati, utpote *Statibus* non annumeratæ, vindicandum; idque fundari, tam in R. J. *Augustano*, An. 1548, §. 56, *wan auch ein Ausgezogener &c.* quam declaratione *Ferdinandi*, Romanor. Regis, de An. 1555, 30. Aug.

(6) Se non obstantibus Nobilium oppositionibus admodum calidis, non solum in Conventu Correspondentium *Norimbergæ*, An. 1619, sed & *Francofurti*, An. 1631 & 1634, in possessione prælationis fuisse confirmatas.

(7) Quod, per universum Terrarum Orbem, honoratior locus Nobilitati, præ Civitatibus, competat, falso niti principio; nec Imperiales Urbes, ut privatos homines, considerandas, sed tanquam Respublicas & Universitates, cum inseparabili *Status Imperii* dignatione, quibus, una cum Electoribus, Principibus, Prælatis & Comitibus, sessio & suffragium in Comitiis competeret; præferendis propterea Nobilibus, prærogativa hac non gaudentibus; nec mirum hinc, Episcopos Prælatosque, humiliore loco ortos, ob dignationem *Statibus Imperii* adhærentem, præferri illis, qui alias natalium præstantia præcellant; exemplo quoque Helvetiorum & Italicarum Civitatum, constare, Respublicas liberas, tam conjunctim quam divisim, Nobilibus præferri;

(8) Comites, Barones & immediatos Nobiles, in quibusdam Urbibus, jus Civitatis adeptos, ac alicubi in senatum receptos; quosdam civilem subjectionem subiisse.

(9) Dari in quibusdam Urbibus Familias splendidissimas, quæ, si velint, in Societates Equestris ordinis recipiantur, imo ad ludos equestres, nullo contradicente, admittantur.

(10) Quid in aliis Regnis receptum sit, huc non pertinere; cum sermo sit de Civitatibus, caractere *Status Imperii* præditis, quo Civitates extra Imperium omnes destituerentur; quam etiam in *Reformatione Sigismundi*, de An. 1436, subinde: *Nobiles, ac Nobilia & Sancta Imperii Membra; Illustres; Fulcra & Columnæ Imperii*; *Ecclesiarum & Scholarum seminaria &c.* vocentur.

(11) Se, una cum Imperatore, & Statibus Imperii, reliquis, pollere facultate condendi fundamentales Reipublicæ Leges; pangendi Fœdera cum extraneis; Belli gerendi; concludendæ Pacis; cudendæ monetæ, tam aureæ quam argenteæ &c. quibus Regalibus Nobiles carerent.

(12) Absurdè à *Gemmingio* postulari, ut, militarium functionum intuitu, Nobilibus faveatur. Milites, non ut Ordines, sed ut privatos, facere stipendia. Longè plures Urbibus oriundos sequi castra, qui non minus strenuè, quam Nobiles, rem gererent, Gregariorum censu planè non venientes.

(13) *Treysbachium* esse nomen fictum; argumenta ejus scripti, facili negotio refutari posse; nec ei valdè honorificum, ad auctoritatem ignoti cujusdam Civitatensis Ablegati hoc titulo provocare.

(14) In omnem eventum, contra omnia, in præjudicium quietæ possessionis suæ, si quid forsitan decerneretur, quam solennissimè se protestari.

Anno eodem, ubi Conventus *Re- & Correlationis*, in Bentheimensi Pago, *Lengerick*, *Monasterium* inter & *Osnabrugam*, à Principum Legatis celebraretur, ventilata denuo controversia hac, quid tandem decisum fuerit, ex Relatione Legatorum Civitatum *Francofurtensis* & *Ulmensis*, qui ipsimet intererant, apud *Lundorpium* l. c. Cap. 44, pag. 113, petendum est, ubi: *Den 12 Ejusdem* (Augusti) *ist man abermahls zusammen kommen, und endlichen, nach langem hin- und wieder geführten* Discurs, *dieses* Modi *eins worden: daß, nach dem Fuß des Religion-Friedens*, primo *sollen Chur-Fürsten und Stände*, absque interruptione, *und unter denselben die Städt* implicite *gesetzt: Folgends, die Ritterschafft, mit ihren* Gravaminibus, *eingerückt; und dan*, tertio, *wiederumb die Stätte* explicite, *jedoch mit solcher* clausula *gedacht werden: daß, ob Sie wohl hieoben, unter dem Wort Stande, schon begriffen, jedoch, zu mehrer der Sachen Erläuterung, diß Orts* de novo *einverleibt seyen; Welches die Stätte, friedliebens willen, zumahlen zu Beförderung der Sachen, jedoch auf* Ratification *Ihrer Herren und Obern, angenommen &c.*

Conf. de hac lite: *Vittorio Siri*, Tom. V, pag. 348 &c. *Burgoldensis*, ad *Instrumentum Pacis*, Part. 1, discurs. 22, §. 7, p. 409; *Textor. Jur. Publ.* Tit. 14, & 15; *Limnæus*, Tom. 2, lib. VI. *Jur. Publ.* Cap. 3, §. 334 &c. p. 99 &c. & Tom. 4, Addit ad lib. VI, Cap. 3, §. 34, p. 67 &c. *Schützius*, Vol. 1, *Jur. Publ.* Exercit. IX, §. XI, lit. A, p. 741; ibique *Scharschmidius*, in Notis, p. 744 &c. *Puffendorf*, lib. 18. *Rer. Suecic.* ad An. 1646, §. 125, p. 657. Dn. *Godofred. Ferdinandus de Buckisch*, *Observat. in Instrumentum Pacis*, Art. V. Observat. 67, p. 204 & 205; Dn. *Zweyburg* (*Zwantzig*) *Theatr. Præcedentiæ*, Part. 1, Tit. 100, p. 203 &c.

An. 1684, Mens. Septembr. cum, occasione Commissionis Cæsareæ, Civitati Francofurtensi, & Wetteraviceæ Nobilitati demandatæ, Commissarii Nobilitatis, tam votando, quam sedendo, præcedere molirentur, opponebant se *Francofurtenses*, literis ad

ad Cæsarem datis, quibus aut primas sibi relinqui, aut Commissionem in alium transmitti, efflagitabant, quorum voto Cæsar quoque annuit; *An. 1685*, ablegante Cæsare, ad Circuli Suevici Comitia, *Frobenium Mariam Fürstenbergium*, cum Credentialibus, ita inscriptis: *Denen Hoch- und Ehrwürdigen, auch Hochgebohrnen, Unsern lieben Freund, Vetter und Fürsten, auch Ehrsamen, Wohlgebohrnen, Edlen, Unsern lieben Andächtigen, und des Reichs Getreuen*, N. N. *Prælaten, Grafen, Ritterschafften, und Stätten des Schwäbischen Craises, &c.* denuo protestabantur Civitates, petentes simul *Ihre schrifftliche* Protestation *nicht allein dem aufzurichtenden Recess einzuverleiben, sondern auch dem Kayserl. Herrn* Commissario, *zu dem Ende bekandt zu machen, damit ins künfftig denen Reichs-Stätten, an Ihrer Præcedentz, vor der Ritterschafft, hiedurch nichts* præjudiciret, *sondern selbige vielmehr bey dem gesampten Craiß-Corpore, von Fürsten, Prælaten und Graffen, ohne* intercalation *der* Noblesse, *beybehalten werden möchten &c.* Quam protestationem reliqui quoque Circuli Ordines non solum æquam judicarunt, sed & Cæsareo Commissario insinuarunt, qui factum errori Cancellariæ imputandum reponebat, Civitatibus nullatenus præjudicio, seu fraudi, futuro. Favent Civitatibus: *Lundorpius*, cit. Tom. VI. lib. 3. c. 43. Rubr. p. 108; *Crusius* cit. lib. 4, c. 28, §. 23 & 24, p. 818; *Burgoldensis* l. c. pag. 411; *Nolden* l. c. Cap. IX, §. 375, p. 222; *Limnæus*, cit. lib. VI, c. 3. §. 34, p. 99; *Textor, Jur. Publ.* Tit. XV, §. 141; *Mylerus ab Ehrenbach*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 1, Cap. XIII, §. 6, p. 92 & 93; *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. 32, §. 138, p. 1244; Dn. de *Buckisch* l. c. pag. 205. Alii; *Nobilitatis* causam tuentur: *Schilterus Instit. Jur. Publ.* T. I. Lib. I, Tit. 22, §. 6, p. 231, & Dn. de *Burgermeister*, Vol. I. *Thesauri Juris Equestris*, XI *Satz*, Cap. 30, p. 291 &c. quamvis, Cap. 31, p. 308, mentem suam desuper ita declaret, ut nihil præjudicii Civitatibus attulisse videri cupiat; add. insuper Dn. *Wolfgangi Philippi Nagel*, Theses Inaugural. *de Nexu Ordinis Equestris Immediati, in Suevia, Franconia, & Terra Rhenensi, erga Cæsarem & Imperium*, An. 1715, 29. Febr. Tubingæ defensæ, §. 37, apud Dn. *Burgermeister* l. c. pag. 621 &c. Qui temperamento litem decidi posse arbitrantur, existimant: In negotiis Comitialibus, meritò primas tribui *Civitatibus*, eò quod sint *Status*, quibus in Imperii Comitiis nemo præferatur; in negotiis verò Extra-Comitialibus, *Immediatæ Nobilitati*; Vid. Ill. Auctor *des Europäischen Heroldts*, Tom. I, p. 768; Dn. *Sigismundus Jacobus Holtzschuher* de *Neuenbürg*, in Dissert. de *Statuum Imperii Potestate Legislatoria, contra Jus Commune*, Præside Ill. Dn. *Thomasio*, An. 1703, 14 April. Halæ ventilata, §. V, pag. 5. hæc adeo vera esse docet, ut in Comitiis quoque Provincialibus Statuum Imperii Ordinem Equestrem Ordini Civico præferri tradat. Dn. *Kestnero*, in Disp. de *Summis in Imperio Romano-Germanico Personis, earumque officiis & Juribus*, Respondente Dn. *Johanne Adolpho Fürstenau*, An. 1702, Mens. Martio, Rintelii defensa, §. XI, p. 23, videtur, Consuli, totam Civitatem Imperii repræsentanti, Nobiles omninò cedere teneri, tanquam *Non-Status*; extra verò repræsentationis actum, relinquendum *Nobilitati*, ex communi consuetudine, locum priorem. Cum definitione publica hæc egeant, maxime, ex quo Civitates, An. 1686, in literis ad Cæsarem, momenta juris sui, denuo Imperatori, tanquam Judici, commendarunt, quæ seq. Lib. 4, Tit. I, §. 34, lit. tecum communicabo; Cæsarque, ad intercessionales Electoris Moguntini, pro Nobilibus exaratas, sub dato *Wien*, 14. Febr. 1688, apud Dn. *Burgermeisterum*, *Cod. Diplom. Equestr.* p. m. 438, nihil aliud respondit, quam: *I[illegible] Ihro Kayserl. Maj. dem Churfürstlichen, wiewohl bey Ihro vielgültigen Vorworth, dermahlen* in puncto Voti & Sessionis, *keine anderweite* Deferentz *bezeugen könten, als daß Sie der löblichen Schwäbischen Ritterschafft Dero gnädigste Kayserliche* Promotoriales *an Fürsten und Stände des Schwäbischen Kraises, umb deroselben* Votum & Sessionem in Circulo Suevico, immediate *nach dem Grafen-Stand, nach Anzahl Ihrer habenden* Cantonen, *gegen Vertrettung Einhundert Gülden, für einen einfachen Römer Monat, zu der Creiß-Cassa zugestatten, in Kayserlichen Gnaden hiemit verwilligten &c.* (Conf. Dn. *Lunigius*, Part. Spec. *des Reichs*-Archivs. Contin. 3, 7. *Abtheilung*, 1. *Absatz*, §. 58, p. 121 &c.) absit, ut judicium meum interponam. Id saltem dixerim, sicut, in Imperii Conventibus, *Status* notorie nemini loco cedunt; ita vice versa palam esse, *Nobilitatem Immediatam* Comitibus etiam & Baronibus, in Senatibus Imperii sessionem votumque non habentibus, extra Comitia v. g. in Judicio Imperiali Aulico &c. adæquari, vel *Capit. Leopoldina* teste, Art. 40, nec non *Josephina*, Art. 39, & novissima *Carolina*, Art. 24, quæ sic se habet: *So dann sollen und wollen wir verfügen, daß, in Unserm Reichs-Hoff-Rath, auf den Ritterbäncken, zwischen denen von Ritter-Stand, welche zu Schild und Helm, Ritter- und Stifft-mäßig, gebohren, und denen Graffen und Herren, so in denen Reichs-Collegiis keine Session oder Stimm haben, oder von solcher Reichs-Session habenden Häußern entsprossen und gebohren sind, in der Raths-Session, dem alten Herkommen gemäß, kein Unterscheid gehalten, sondern ein jeder, nach Ordnung der angetrettenen Raths-Dienste, ohne einigen von Standeswegen suchenden Vorzug, verbleibe &c.* Conf. Dn. *Schilter*. l. c. Dn. *Thyllius*, in Comment. ad Capitulat.

tulat. *Caroli VI*, Art. 24, p. 149; Non minus verum, qui in certo Collegio, certisve circumstantiis occurrentibus, alteri præfertur, Eum ubique, & semper, loco propterea ei cedere non teneri; ob innumeras absurditates inde profluxuras, quo allegata modo *Carolinæ Capitulationis* verba pertinent, æque ac Cathedralium Capitulorum Statuta, quorum vigore, Canonici loca in Capitulis occupant, juxta ordinem, quo installantur, nulla sanguinis, unde orti, habita ratione; quamvis in loco tertio hæc notorie mutentur. Imo, non extra omnem limitationem axioma: Hic est *Status* Imperii; ergo, semper & ubique, iis præferendus, qui *Status Imperii* non sunt. Baro certe Imperii, extra Comitia, Principi apannagiato nunquam de priori loco litem movebit, licet hic prærogativa *Status* non gaudeat, & ille, quoad dignationem, qua eminet, in Imperii Senatibus longe majori auctoritate præditus noscatur. Conf. Dn. de *Burgermeister* l. c. pag. 297.

(*b*) NUNQUAM STATUUM &c. Novæ rixæ: *Num Immediata Nobilitas inter Status Imperii referri queat?* de quibus seq. Lib. 4, Tit. 1, §. 30 & seqq.

(*c*) AD LIMNÆUM &c. Qui toto Libro VII, *Jur. Publ.* Jura Civitatum, tam universalia, quam peculiaria, exponit. Idem facit *Philippus Knipschildius*, Eslingensis Reipublicæ tunc Syndicus, Tract. Politico-Historico-Juridico, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium, tam generalibus quam specialibus*, in sex libros diviso, edit. Ulmæ, 1678. Add. *Christiani Gastelii* Tract. de *Statu Publico Europæ*, Cap. 32, pag. 917 &c. Ill. *Schützius*, Vol. *Jur. Publ.* Exercit. 8, §. 24, lit. B, pag. 692 &c. ibique *Scharschmidius*, in Notis, p. 697, ad 702; Ill. Auctor *des Europäischen Heroldts*, Tom. I, pag. 737, ad 762 &c. Dn. Auctor *des Reichs-Staats*, cum Notis Dn. *Bilderbeckii*, Tom. 2, Part. VI, Cap. 1, 2, 3 & 4, pag. 236 ad 296; Dn. *Münchmayer*, *Jur. Publ.* Tom. I, Cap. XVI, p. 472 &c.

TIT. XV.
DE SUPERIORITATE TERRITORIALI, *ET* PERSONIS, QUIBUS EA COMPETIT.

TRansimus ad Jura, omnibus Statibus Imperii communia, quæ, uno vocabulo Superioritatis Territorialis, (*a*) comprehendimus.

NOTA.

(*a*) SUPERIORITATIS TERRITORIALIS &c. Evolvendi de hac materia: *Andreas Knichen*, qui forte primus eam methodice tractavit, Synopticam Tractationem edendo: de *Sublimi & Regio Territorii Jure*, Francofurti, An. 1600; recusam An. 1658, & 1669, novissime, An. 1688, curante Dn. *Christiano à Kremberg*; Conf. Ejusdem Apologetica Velitatio, *de Civitatum Jure Territorii*, Helmstad. 1606; *Johannes Dresanus*, in *Conclusionibus*, de *Superioritate Territoriali*, *Christophorus Mingius*, Diss. Inaug. de *Superioritate Territoriali, & ejusdem Juribus adfinibus*, An. 1621, Giessæ habita; Ill. *Huldericus von Eyben*, Diss. de *Origine Illustris Regulæ: S. Rom. Germanici Imperii Electores, Duces, Marchiones, Landgrafios, Burggrafios, Principes, Comites, Barones, cæterosque Territorii Dominos, tantum posse in suis Territoriis, quantum Imperator in Imperio*, Mens. Sept. An. 1660, Resp. Dn. *Wernero Rudolpho von der Schulenburg*, Eq. March. Giessæ, defensa, quæque, inter Opera Ejus Academica, ab Ill. Dn. *Hertio*, An. 1708 edita, Part. 3, p. 751 &c. conspicitur; (Conf. Ejusdem Diss. de *Sede Majestatis*, Resp. *Nicolao Guldenadlero*, An. 1664, ibid. ventilata, Cap. 3, §. 28 &c. in laudatis Operibus Academicis, pag. 686; Ejusdemque *Electa Juris Feudalis*, Cap. X, §. 8 & seqq. in dictis Operibus l. c. pag. 623; nec non Ejusdem *Discursus Academicus*, *de Authoritate usuque Juris Justinianei in Germania privatarum publicarumque causarum Judiciis*, Resp. Dn. *Joh. Eisenhart*, Marchico, 28 Aug. 1672, Helmstadii, publico examini oppositus, Cap. VI, §. 13 &c. Part. 2 præfatorum Operum Academicorum, pag. 180.) Ill. *Ludolfus Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, & *Regimine Principum, summæ Imperii Reipublicæ æmulo*,

lo, Disp. Inaug. Præside *Henrico Binnio*, 20 August. 1661, Helmstadii propugnata; præsertim Cap. I, §. 4. Cap. 2, 3 & 4. *Johannes W. Relfendso* (Joh. Wolfgang Rosenfeld) *de Summa Principum Germanicorum potestate*; 1669, in 12mo. *Henricus Güntherus Eulenhaupt*, Diss. Inaug. de *Juribus Territorialibus*, Altorf. 1671; *Joh. Andreas Fromman* JCt. & Prof. Tubingensis, & Dn. *Lauterbachius*, Discurs. *de Superioritate & Condominio Nobilium Immediatorum, & in specie Ganerbiorum*, an. 1671; *Joh. Henricus Dobausen*, Brunsuic. Differt. de *Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii sublimi*, Præside *Joh. Georgio Simone*, Jenæ 1672; Dn. *Georgii Adami Struvii*, Diss. de *Superioritate Principum Imperii*, Vol. I Fritschiano: *Fridericus Theodorus Klampring*, Westphal. Diss. Inaug. de *Potestate Domini Territorii, & relativa Subditorum obligatione*, Jenæ, 1679. Dn. *Johannes Conradus Fabricius*, Diss. de *Superioritate Territoriali*, Præside Dn. *Joh. Nicol. Hertio*, An. 1682, Giessæ, publico examini subjecta; Per-Illustr. Baro *Nicolaus Christophorus de Lyncker*, Diss. de *Superioritate Territoriali*, An. 1686, Resp. Dn. *Bartholomæo Kellnero*, Erfurtensi, Jenæ habita, Annoque 1699 recusa; Ejusdem Diss. de *Superioritate Sacra*, Jenæ, 1689; Dn. *Antonius Guilielmus Ertel*, *Theatr. Superioritatis Territorialis*; (cujus summam Dn. *Burgermeisterus*, Tom. I *Bibliothecæ Equestris*, p. 1429 &c. exhibet;) de An. 1684 & 1702; Idem, de *Jurisdictione Inferiore Civili*, Lib. 2, Cap. I, p. 254 &c. Ill. *Christianus Thomasius*, Diss. de *Feudis Oblatis*, Resp. *Joh. Friderico Egger*, Lipsiensi, 19 August 1687, Lipsiæ propugnata, Cap. I, §. 23 &c. Ejusdem Differt. de *Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum*, Hallæ, 1696, 27 Maji, Resp. *Petro Henrico Muckio*, Weickershemo Franco, defensa, §. 3 & seqq. Dn. *Georgius Henricus Wegelinus*, Heilbronnens. *de Jactata vulgo Ordinis Cisterciensis Libertate ac Exemptione à Superioritate & Advocatia Regionum in S. R. G. Imperio Dominorum*, Præside laudato Dn. *Hertio*, An. 1703, *Giessæ*; Dn. *Christophorus Andreas Remer*, Brunsuic. Diss. de *Habitu Territoriorum Germanicorum*, Præside Dn. *Gottliebio Gerhardo Titio*, 12 Junii 1704, Lipsiæ; præsertim, Cap. I, §. 36 &c. Dn. *Johannes Laurentius Schmid*, Diss. Inaug. de *Superioritate Territoriali Nobilium Imperii immediatorum*, Altorf. 1708, 1 Nov. Dn. *Fridericus Heilbronnerus*, Ulmens. Diss. Inaugur. de *Superioritate Territoriali Civitatum Imperialium*, Præside Dn. *Christ. Wildvogel*, mens. Junio, 1709, Jenæ; Dn. *Joh. Tobias Meel*, Buxovillanus, Diss. de *Superioritate Territoriali Comitum Imperii*, Præs. Consult. Dn. *Joh. Henrico Bœclero*, 14 April. 1710 Argentorati; Dn. *Johannes Philippus Heuss*, Argentoratensis, Diss. de *Civitatum dispari nexu cum Sacro Romano Imperio*, Præside Dn. *Johanne Petro Ludewig*, Hallæ, 30 Oct. 1710; Cap. VII, p. 55 &c. Dn. *David Wilhelm Rau*, Differt. Inaug. *de Pari nexu Civitatum Imperialium cum Sacro Romano Imperio*, Præside Dn. *Gabriele Schwedero*, An. 1715, Tubingæ; *Caspar Lerch à Dürnstein*, *von des H. Röm. Reichs RitterlichenTeutschen Freyen Adels, oder, Cæsarei Equestris Ordinis, uhralte Historische auch wohlgegründete Herkommen*, passim; quem Tractatum Consultiss. Dn. *Joh. Stephanus Burgermeister*, Vol. I *Bibliothecæ Equestris*, An. 1720, iterum inseruit; *Christophorus Besoldus*, Thesaur. Pract. voc. *Lands-Obrigkeit*, p. m. 494, & voc. *Lands-Hoheit* p. 520, ibique *Dietherr*, in Additionibus; *Speidelius*, Notabil. Historico-Juridico-Politicis, voc. *Lands- und Fürstl. Obrigkeit*, p. m. 595 &c. *Wehnerus*, Observat. Pract. voc. *Land-Fürstliche Obrigkeit*, p. m. 325 &c. *Wurmser*, Exercit. Academ. 3, Quæst. VII, p. 109, Quæst. XI, XII & seqq. *Nicolaus Mylerus ab Ehrenbach*, in *Archologia Ordinum Imperii*, Tubing. 1663; & de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XIV, §. 8 &c. p. 110 &c. & Part. 2, Cap. 36, p. 331 &c. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, Lib. I, Class. V, Cap. I & seqq. p. 513 &c. *Philippus Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, p. 271 &c. *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 4, Cap. VIII, §. 182 &c. pag 236 &c. Ill. *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, § 4 & seqq. pag. 350 &c. *Daniel Heiderus*, in Fundamentis Discursus *von Reichs-Vogtheyen*, lit. w w w w, pag. 116 &c. Dn. *Bœclerus*, *Notitia Imperii*, lib. V, Cap. 2, p. m. 109 &c. Ill. *Seckendorffius*, *im Teutschen Fürsten-Staat*, Part. 2, Quæst. 2 & seqq. p. 53 &c. Ill. *Puffendorffius*, Cap. VIII *der Einleitung*, §. 20, p. m. 613 &c. *Mōnzambano* Cap. V, §. 28; Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. I, §. 10 & seqq. p. 326 &c. Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XXI, §. 7 & seqq, p. 347 &c. Ill. Auctor *des Europäischen Heroldts*, Tom. I, pag. 165 &c. Dn. *Fritschius*, *Manual. Juris Publici*, voc. *Superioritas Territorialis*, p. m. 360 &c. Dn. *Kulpisius*, ad *Monzambanum*, Part. 2, Cap. V, §. 28, p. 185 &c. Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part.

ſpec. Sect. 2, Cap. X, & XI. p. 866 &c. Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 58, p. 591 &c. Dn. *Schilterus*, *Inſtit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 24, p. 236 &c. Dn. *Nitzſchius*, Comment. *ad Capitulationem Joſephi*, Art. 3, Cap. 3, §. 7, p. 204 &c. Dn. *Ockel*, de *Regali Poſtarum Jure*, Cap. 4, pag. 45 & ſeqq. Dn. *Titius*, *Specim. Jur. Publ.* lib. 3, Cap. 4 & ſeqq. ad IX, pag. 295 &c. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſert. XXVI, p. m. 561 &c. Dn. *Jacobus Brunnemannus*, in *Examine Juris Publici*, lib. 3, Cap. 3, p. 90 &c. Ejusdem Diſſ. de *Fœderibus Statuum Imperii cum Exteris*, Reſp. *Andrea Caſparo Schwartzkopffio*, Brunſuic. Hallæ, 1703, habita, §. 2 & ſeqq. pag. 7 &c. Dn. *Georgius Schultz*, *Anleitung zum Jure Publico*, Lib. 2, *dritte Abtheilung*, Cap. 2, p. 188 &c. Dn. *Gottfried Langen*, *Einleitung zum Jure Publico*, Part. 2, lib. I, Sect. I, §. 2, pag. 449 &c. Dn. Auctor *Meditationum in Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suecicum*, Mantiſſ. I *ad Specimen Quartum*, An. 1708; Dn. *Franciſcus Guilielmus Hoeggmayr*, Diſcurſ. *de Primis Juris Publici Principiis*, Auguſt. Vindel. 1713, Sect. 4, Aphoriſm. 3, p. 88 &c. Dn. *Johannes Chriſtophorus Donaverus*, Diſſ. de *Jurisdictione Communi*, Reſp. Dn. *Chriſtophoro Theophilo de Furtenbach à Reichenſchwand & Oberndorff*, 1698 *Altorfii* defenſa, Cap. 2, p. 12 &c. Dn. *Michael Münchmayer*, Part. I *Jur. Publ.* Cap. 22, pag. 599 &c. Ampliſſ. Dn. *Johannes Stephanus Burgermeiſterus*, *Theſaur. Juris Equeſtris*, Vol. I, XII *Satz*, Cap. 30, pag. 454 &c. Dn. *Zſchackwitz*, *Einleitung zum Jure Publico*, lib. 4, Cap. I, p. 890 &c. Dn. *Lunigius*, Part. Gener. *des Reichs-Archivs*, *im Andern Theil*, Cap. 3, p. 35 &c. Author *des Reichs-Staats*, Part. 3. I *Abtheilung*, Cap. 2, p. 236 &c. Dn. *Wegelinus* ad *Capitulat. Caroli VI*, Art. VIII, Membr. 2, p. 168 & 169. Alii.

Unde *Territorium* dicatur? non una eademque doctorum ſententia. *Pomponius* L. 239, ff. de V. S. §. 8, ait: *Territorium eſt univerſitas agrorum intra fines cujusque Civitatis: quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magiſtratus ejus loci, intra eos fines, terrendi, id eſt, ſubmovendi jus habet.*

Hucque reſpicere videtur *Wehnerus* l. c. p. 326; *Varroni*, lib. 4, de *Lingua Lat.* §. 4, princ. dicitur à *terendo*, quod pedibus teratur. *Cujacius* ad L. 53 C. de *decurionibus*, derivat etymon à *Terra*. De quibus aliisque etymologiis, evolvas *Gothofredi* notas in L. 239, ff. de V. S. §. 8, voc. *Territorium*; *Andreæ Knichen* cit. Tractationem ſynopticam, de *Sublimi & Regio Territorii Jure*, Cap. I; Dn. *Dohauſen*, cit. Diſſ. de *Jurisdictione Statuum Imperii ſublimi*, Cap. I.

(1) Res quidem nota eſt, (*a*) & cœpit eo tempore (*b*) quo Territoria Principum facta ſunt hereditaria. Vid. Diſp. *Eubenii*, de Origine dicti: Quilibet Princeps in ſuo Territorio tantum poteſt, quantum Imperator (*c*) in univerſo Imperio; *Ludolphum Hugonem*, in Tractatu, cui Titulus: De Statu Regionum Germaniæ, & Regimine Principum, ſummæ Imperii Reipublicæ æmulo; de quo judicium Bœcleri hic merito adſcribimus; Hic (ſcil. Ludolphus Hugo) inquit, in hac quæſtione, de Forma Imperii, caute, ſobrie, eruditeque inceſſit, conſcripto Nobili Commentario: de Statu Regionum Germaniæ. Iterari & augeri editionem, è Republica crediderim. Hic diſtincta videbis, quæ vulgo confunduntur; explicata, quæ intricantur. Ita autem ſe comparaſſe videtur, ut, ſive in Republica Imperii Monarchiam declarare, ſive mixtum, ex Monarchia & Ariſtocratia, Statum probare velis, non ſis habiturus eum adverſarium; quamvis Lectorem, captum Viri doctrina & judicio, nunquam ſatiari, & ſemper aliquid ultra expetere, fas eſt. Notit. Imperii, lib. 22, c. 3.

NOTÆ.

(*a*) NOTA EST &c. Auctor *der Kayſersheimiſchen* Confutation, p. 20, apud *Limnæum*, Tom. I Addit. ad Lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 182, p. 629, ait: *die Lands-Fürſtliche Obrigkeit iſt, vor Alters, im Reich ein gantz unbekandt Ding geweſen, und iſt ein neuer fœtus noſtri ſeculi.* Conf. Bœcler, *Notit. Imperii*, lib. V, Cap. 2, p. m. 110. *Michaël Praun*, Conſil. Brandenb. *in ſeinem Adelichen Europa*, §. 847, memor Tranſactionis, inter Marchiones Brandenburgicos, & Senatum Populumque Norimbergenſem, de An. 1427, vigore cujus *Norimberga des Vogelfangs, wie auch insgemein, neben der Schwein-Hatz, alles kleinen Waidwercks auf und an beyden Reichs-Wälden, dadurch die Pegnitz fleußt, innerhalb der Grentz-Waſſer, berechtiget worden*, accedente An. 1559, 28 April. per definitivam, confirmatione Camerali,

nerali, addit: *die Superioritas Territorialis war damahlen noch unbekandt, weil die* Regalia *meistentheils bey den Kaysern bestunden, dahero auch die Landstrassen freye Kayserliche Landstrassen genennet worden: dan* Superioritas Territorialis *war damahlen der Kayser, und wuste man von keiner solchen Landsasserey, wie sie heut zu Tag im Gebrauch ist; wie Hr. Caspar Lerch von Dürmstein nicht unrecht behauptet. Erst An. 1585, ist die Landsfürstliche Obrigkeit, in einer Chur-Pfältzischen Rechts-Sache bey der Kayserl. Cammer, an Tag kommen. Der* Religions-*Frieden hat viel dazu gethan, und in dem Münsterischen Frieden, ist es recht stabiliret worden &c.* Nec aliter Auctor *Deductionis Summariarum Rationum, warumb die Hertzogen zu Würtenberg den Prælaten der restituirten Gottes-Häuser, in* Reformation *der* Religion *bey ihren Unterthanen, nicht Hinderung thun sollen;* de An. 1631, apud *Lundorpium*, Tom. 4 *Act. Publ.* Lib. 2, Cap. I, §. XV, pag. 240: *Daß die Hertzogen zu Würtenberg Sich keiner Landsfürstlichen Obrigkeit zu berühmen haben, giebt, erstlich, diese* General-Præsumtion, *weil die Landsfürstliche Obrigkeit in den H. Reich, von Alter, fast unbekandt, erst umbs Jahr 1585, in einer Chur-Pfältzischen Rechts-Sach, bey Kayserlicher Kammer, an Tag kommen, auch den Ständen des Reichs, und der Kayserl. Maj. selbst darüber habenden unmittelbaren Superiorität nit wenig præjudicirlich ist;* cum intersit Imperii, & præsumendum, sine dubio, omnes Imperatori soli atque immediate esse subjectos; *darumb auch, als bey dem Reichs-Tag* An. 1594, *und bey den* Disputationibus An. 1600, *wegen der Landsasserey, nur in gewissen geringen Politischen Sachen, etliche Zweiffel vorgefallen, hat man sich darüber nit resolviren können, sondern diß im H. Reich ungewöhnliche* præsuppositum *einer Landsfürstlichen Obrigkeit, unerlediget, und an sein Ort gestellt seyn lassen müssen &c.* & paucis interjectis: *diese angebene Landsfürstlithe Obrigkeit, sonderlich über Geistliche, auch nit ungemittelte Reichs-Ständ, ist in dem Reich, vor Jahren, so gar ungewohnt gewest, daß, als* An. 1495, *eine durchgehende Anlag des gemeinen Pfennings, bey damahligen Reichstag, verwilliget und verabschiedet worden, der Einzug solchen Pfennings, von den Prælaten, und andern Geistlichen, die dem Reich nicht ohne Mittel zugethan, keinem Fürsten, oder weltlichen Herrn des Landes, worinn dieselben Prælaten, und Geistlichen, gesessen, sondern den Bischoffen,* Ordinariis illorum locorum, *überlassen worden; ungeacht die weltliche Herrschafften, von andern ihren Lands-Unterthanen, solche* contribution *eingefordert &c.* In eandem sententiam ire videtur *Fritschius*, ad Lib. 4 *Limnæi Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 182, pag. 152, verb. *Ante centum annos* (scripsit autem An. 1680) *paucissimis Scriptoribus materia hæc cognita fuit; hodie tamen optime est explicata &c.* Add. Consultiss. Dn. *Burgermeisterus*, Vol. I *Thesauri Juris Equestris*, XII *Satz*, Cap. XXX, p. 454; aliique plures. Si *vocis* originem spectemus, non adeo multum a vero hic receditur; quamvis & exempla dentur omnino antiquiora, quæ *Superioritatis* vocabulum clare produnt, v. g. *Carolus IV* Imp. in literis feudalibus, An. 1372, *Wilhelmo*, Duci *Geldriæ*, concessis, apud *Pontanum*, *Histor. Gelr.* ad h. a. lib. 7, pag. 300, inquit: *Wilhelmum, Ducem de Gelria, & Comitum de Zutphania, cum Ducatu Gelriæ, & Zutphaniæ Comitatu, cum Superioritatibus, Juribus, Teloniis, Feudis, homagiis, proprietatibus, Civitatibus, Castris, Territoriis, hominibus, & cum pertinentiis & attinentiis, quibuscunque nominibus censeantur, cum Nostro Imperatorio Sceptro investivimus &c.* Sic, *Henricus*, Angliæ Rex, in confirmatione articulorum Tractatus, in Urbe Troja Campaniæ, 21 Maji 1420, conclusi, apud Dn. de *Leibnitz*, Part. I *Codicis Diplomatici Juris Gentium*, §. 134, v. 8, p. 333: *Faciemus, quod Curia Parlamenti Franciæ custodietur, & observetur in auctoritate & Superioritate suis &c.* & *Carolus V*, in Conventione cum Imperio, ratione *Circuli Burgundici*, de An. 1548: *Provinciis, Principatibus & Suprematibus liberis &c.* de qua mox, sub *Carolo V*, ad h. a. Hinc *Wehnerus*, *Observat. Pract.* voc. *Lands-Fürstliche Obrigkeit*, p. m. 325 & 326 (Edit. veter. 458) *De Landsfürstliche Obrigkeit*, aliquid scribere, difficile est, cum nomen, & res, *der Fürstlichen Lands-Obrigkeit, und Ober-Herrlichkeit*, nec forma, Legibus & juris usu definita, nec certis limitibus circumscripta, adeoque juri nostro scripto incognita, & solis moribus introducta, varieque usurpata sit &c. idem docentibus: *Gylmanno*, Tom. I *Symphorematum Supplicat. Cameral.* Part. I, Tit. 2, de *Reconvent.* voto I, §. 58, fol. 77; *Joh. Meichsnero*, Tom. 2 *Decis. Cameral.* Part. I, Decis. VIII, n. 54, v. 1, p. 810, in Causa *Hirnheim*, contra *Chur-Pfaltz*; & Tom. 2, Part. 2, Decis. 4, n. 171, fol. 260, in Causa *Ingelheim*, contra *Chur-Pfaltz*; *Bidenbachio*, *Quæst. Nobilib.* Quæst. I, n. 1; *Schützio*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 4, lit. g, pag. 350; *Reinkingio*, de *Regim. Secul. & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. 3, §. I. p. 539; *Bœclero*, *Notit. Imper.* lib. V, Cap. 2, p. 109; *Limnæo*, lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 182, pag. 236; *Klockio*, *Relat.* 169, n. 54; *Mylero* de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 36, §. 2, p. 332; Dn. *Ertel*, de *Jurisdictione Inferiore Civili*, Lib. 2, Cap. I, p. 254; Dn. *Hœggmayr*, Discurs. de *Primis Juris Publici Principiis*, Sect. 4, Aphorism. 3, lit. b, pag. 97, aliisque pluribus; enimvero, quantum ad *rem* ipsam, dicendum aliud; Ut enim non

omnia

omnia Jura, & Regalia, quæ hodie ad Superioritatem Territorialem referuntur, uno eodemque tempore, Principes & Status olim acquisiverunt, recte monente B. *Schiltero*, T. I, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. 24, §. VI, p. 242, & 243; ita quoque subinde alia designandæ rei adhibebantur nomina, quæ inpræsentiarum non amplius sufficiunt; v. g. sæpius in chartis offendimus formulas & vocabula: *omne Jus & dominium: Omnia Jura Cæsari & Imperio competentia: Regalia omnia: Immunitas à Judiciaria potestate Seculari qualibet: Merum & Mixtum Imperium: Jurisdictio; Jurisdictio omnimoda: Bannum Regium: Dominatio: Ditio &c.* Quibus Procerum potentia, libertas, propria Jurisdictio, Regalia &c. vel olim innuebantur, minus jam sufficientibus definiendæ Eorum *Superioritati Territoriali*; Exemplis hæc quodammodo ut illustrentur, nolo quidem producere,

CAROLI MAGNI donationis chartam, qua, sub dato: *Ad Portum Naonis, in Francia, Anno incarnatæ salutis 746* (in margine habetur 786) *Ludovico*, Comiti *Glichensi*, ejusque filiis, *Carolo* & *Ludovico, Tractum Regionis in saltu Thuringiaco, ad 20 milliaria in longitudine, & 10 in latitudine, jure hereditario possidendum, dederit, cum facultate in Territorio Districti illius dominationis, quærendi & fodiendi aurum argentumque, & omnia alia metalla; Oppida insuper Glichou & Aschk, cum omnibus requisitis & Regaliis, quæ ad ipsum, ab obitu Viri Nobilis Sichardi, Dn. in Gleicho, pervenerint*, apud *Goldastum*, Tom. I *Constit. Imperial.* pag. 17; *Laurentium Peckenstein, Theatr. Saxon.* fol. 235, & Dn. *Tentzelium*, in *Vindiciis censuræ Conringianæ Diplomatis Lindaviensis*, Append. 4, pag. 83 &c. eo quod (1) Carolus M. An. 746, adhuc infans 4 annorum fuerit, (2) Thuringia tunc Austrasiæ partem constituerit, adeoque Regibus Franciæ paruerit, nec proinde Rex se *istius Terræ dominatorem* appellare potuerit; (3) Donationes tanti valoris tunc fuerint insolitæ; (4) *Carolus* bella Hispanica demum an. 778 cœperit, ceu in Ejus vita, præced. Tit. V Lib. I, p. 444 dictum, (5) *Dithmarus* lib. 2, p. m. 18 testetur, temporibus *Ottonis Magni* primam in Saxonia inventam argenti venam, (6) phrasis *nostri sigilli magni appensione munitam*, ævo Carolino non respondeat; (7) *nec elogium Equitis & Militis Christiani, Exercitusque Capitanei Generalis*, ista ætate auditum sit &c. &c. nec Diploma, quo sub dato *Aquis*, 14 Kal. Januar. An. Imperii tertio, proinde An. 803, *Wihoni*, Episcopo *Osnabrugensi*, *omne Regale vel seculare judicium super suos servos, & Liddones, & Liberos, Malman & Mundman, & omnes utriusque Sexus homines, eidem Ecclesiæ pertinentes*, annexa immunitate à Jurisdictione Ducum, Comitum, aliorumque Judicum publicorum, concessisse fertur, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Oßnabrück*, §. 1, p. 576, aliosque, quorum præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1124, hoc titulo memini; cum nec hoc omni suppositionis nota careat, eo quod (1) datum dicatur, 14 Kal. Januar. quo tempore *Wibo* Episcopus, *Erdwino*, *Erdmanno*, in *Chron. Episcoporum Osnabrugensium*, apud *Meibomium* Tom. 2 *Rer. German.* p. 198, teste, ubi *Calend. Aprilis*, ejusdem anni decessisse scribitur, non amplius fuerit in vivis; (2) Nemo coævorum scriptorum Episcopatus hujus mentionem faciat; (3) nullibi certo constet, *Osnabrugam* tunc jam fuisse conditam; (4) *Carolus* Ecclesiam istam non solum construxisse perhibeatur, sed & Sanctorum *Crispini & Crispiniani*, (quos, circa Annum 303, sub Maximiniano Imperatore, apud *Suessionas*, martyrio coronatos, fama fert) corpora illuc transtulisse; cum tamen palam sit, Principem hunc, anno demum 804, prima vice *Suessionenses*, & quidem transeundo saltem, invisisse; nec *Anastasium* Bibliothecarium, diligentissimum alias gestorum sub Romanis Pontificibus annotatorum, nec ullum ex veteribus alium, de translatione hac quicquam annotasse, licet aliorum minoris pretii Sanctorum, v. g. *Viti, Pusinnæ, Liborii &c.* translocationes in Saxoniam, descriptores suos invenerint; ne dicam, adhuc anno 861, *Hincmarum*, Rhemensem ArchiEpiscopum, Synodum *apud Martyrium SS. Crispini & Crispiniani, secus Civitatem Suessionis*, habuisse, vel *Annalibus Bertinianis* testibus, non levi argumento, eorum corpora, tunc nondum inde fuisse ablata; (5) Juxta *Erdmannum* l. c. pag. 203, *immunitatis privilegium*, de quo hic sermo, *Dodoni* Episcopo, an. 938, ab *Ottone Magno* datum; (6) Nomen *Caroli*, cum K. scribatur; (7) Vix genuinum Diploma Principis hujus ostendi queat *Monogramma*, inter verba: *Signum*, & *Caroli Piissimi ac Serenissimi Imperatoris*, referens; de quibus, aliisque huc facientibus, omnino evolvas Dn. *Eccardi*, *Diploma Caroli Magni*, *de Scholis Osnabrugensis Ecclesiæ, Græcis & Latinis, critice expensum, An. 1717*; ut & Ejusdem *Gründliche Untersuchung eines alten Carolinischen Schenck-Brieses, in welchem der Griechischen und Lateinischen Schule zu Oßnabrück, gedacht ist*, de An. 1719, §. 10, &c. pag. 13 &c. nec non ejusdem *Censuram Diplomatis Carolini, de Scholis Osnabrugensis Ecclesiæ, Græcis & Latinis, ab Objectionibus Jodoci Hermanni Nunninghi, Canonici & Scholastici* Vre-

Vredensis, *vindicatam*, An. 1721, §. 37 & seqq. pag. 25 &c. Ast

LUDOVICUS PIUS, in Diplomate, XI Kal. Aug. Anno Imperii sui sexto, Indict. XII, proinde An. 821, apud *Engelhaim*, *Buchoviensibus* concesso, & *Bruschio*, (ceu Tract. de *Monasteriis Germaniæ*, Tit. *Buchaugia*, p. m. 66, ipsemet testatur) viso, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Buchau*, §. 2, p. 7 & 8, ait: *Monasterio*, *Buchovia nominato*, *quod constructum est in honore SS. Cornelii & Cypriani*, *ac situm est*, *juxta Lacum*, *qui vocatur Phedersee*, *quandam Villam proprietatis nostræ*, *sitam in Centena*, *Extagia nuncupata*, *quæ appellatur Mongen*, *ac Ecclesiam*, *in Villa*, *quæ appellatur Sulgon*, *cum terminis*, *& omnibus ad se pertinentibus*, *videlicet*: *curtibus*, *ædificiis*, *Familiis*, *ac mancipiis*, *Terra salica*, *cultis & incultis*, *agris*, *pratis*, *campis*, *pascuis*, *sylvis*, *decimis*, *aquis*, *aquarumque decursibus*, *molendinis*, *piscationibus*, *viis & inviis*, *exitibus & regressibus*, *omnibusque rebus*, *magnis & parvis*, *ad easdem res juste legitimeque pertinentibus*, *æternaliter in proprium donamus*; *constituimus quoque & confirmamus*, *per Nostræ authoritatis munitionem*: *Ut nullus Publicus Judex*, *neque Dux*, *neque Comes*, *aut quilibet ex judiciaria potestate*, *Ecclesias*, *curtes aut loca*, *vel agros*, *seu reliquas possessiones*, *memorato Monasterio præsenti tempore subjacentes*, *vel quæ deinceps in Jus & dominium ejusdem Monasterii*, *divinæ Pietatis augmento*, *pervenerint*, *ad causas audiendas*, *vel freda exigenda*, *vel paratas faciendas*, *fidejussores tollendos*, *aut homines etiam*, *tam Ingenuos*, *quam & servos*, *super Terram ipsius Monasterii commanentes*, *distringendos*, *nec ullas redhibitiones*, *vel bannos*, *aut illicitas occasiones requirendas*, *seu ullum Placitum publicum habendum*, *nullis temporibus ingredi*, *vel ea*, *quæ supra memorata sunt*, *præsumat exigere*; *& ut censuales homines suæ Familiæ*, *in quibuscunque locis sint constituti*, *pacem habeant*, *& coram nullo Judice regantur*, *aut bonum persolvant*, *aut seculare negotium habeant*, *nisi coram Abbatissa*, *vel ipsius Monasterii Advocato &c.*

Idem, in charta donationis *Huxariæ*, sub dato *Ingelinheim*, 6 Cal. Aug. Anno Imperii Ejus X, Indict. I (i. e. An. 824) Cœnobio *Corbejensi* factæ; *Placuit Excellentiæ Nostræ*, *prædictam Villam*, *quæ dicitur Huxeri*, *cum omnibus finibus & terminis suis*, *& cum Terris*, *silvis*, *aquis*, *aquarumque decursibus*, *cum omnibus adjacentiis & appendiciis suis*, *ad idem Monasterium* (Novam Corbejam) *per hanc auctoritatem*, *jure perpetuo conferre*, *& de Nostro Jure*, *in Jus & Dominationem prædicti Monasterii*, *præsentialiter tradere*, *nec non & res*, *seu possessiones*, *quæ a Deum timentibus Saxonibus infra ipsam Saxoniam*, *ad hoc opus inchoandum*, *vel adjutorium præstandum*, *conlatæ sunt*, *per hanc auctoritatem confirmare &c.* Vid. *Monumenta Paderbornensia Fürstenbergii*, p. m. 120; Dn. *Schaten*, *Annal. Paderborn.* lib. 2, ad h. a. pag. 74; Dn. *Mabillon*, Part. I *Actorum SS. Benedictinorum* Seculi IV, f. 524; Dn. *Tentzel*, *in Vindiciis Censuræ Conringianæ Diplomatis Lindaviensis*, Append. I, §. 5, p. 9.

Idem, in charta, qua, sub dato: *Blanciaco*, 7 Id. Decembr. Anno Imperii sui XXI, Indict. XII, (adeoque An. 834) *Corbejensibus Meppenam* dono obtulit: *Nullus Fidelium Nostrorum*, *ab eorum* (Corbejensium Abbatum) *dominatione & potestate eam quoquo modo auferre*, *aut in aliam quamlibet partem*, *quacunque occasione*, *transferre præsumat*; *sed liceat memorato Abbati*, (Warino) *Ejusque successoribus*, *ac Monachis*, *in memorato Monasterio per tempora degentibus*, *jam dicta Cella* (Meppena) *cum omnibus ad eam pertinentibus ---- uti*, *absque cujusquam contrarietate &c.* Vid. Dn. *Schaten*, *Annal. Paderbornens.* Lib. 2, ad h. a. pag. 98; & Dn. *Lunigius* l. c. Part. 3, Tit. *Corvey*, §. 8, p. 63.

LOTHARIUS, in Diplomate, quo, sub dato *Aquisgrani*, 13 Cal. April. Anno Imperii in Italia XXII, Indict. VII, (proinde An. 844) *Rugiam* Insulam in proprietatem Abbatis *Corbejensis* concessisse legitur, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 10, pag. 64, hæc suppeditat: *Ecclesiæ*, *quæ vocatur Nova Corbeja*, *in Pago Augen*, *super fluvium Wisara ---- cui nunc præest dilectus*, *& Propinquus noster*, *Abbas Warinus*, *in proprietatem tradidimus Rugacen Insulam Slavorum*, *cum tota Terra ejusdem Insulæ ---- ita videlicet*, *quod*, *si quid in ipsa sit in munitionibus*, *in Villis*, *in Vicis*, *in domibus vel ædificiis*, *Terris*, *cultis & incultis*, *silvis*, *pratis*, *campis*, *pascuis*, *aquis*, *aquarumque decursibus*, *viis & inviis*, *exitibus & reditibus ---- si quæ*, *præter hæc*, *lucra*, *de ipsa Insula*, *vel in ea habitantibus*, *provenire possunt*, *vel postmodum poterunt*, *memorato Monasterio subdita esse instituimus &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, ad h. a. pag. 1131. Quid donationi huic opponi possit, pete ex Ill. Dn. de *Ludewig*, Tomo 2 *Scriptorum Rerum German.* in *Historia Episcopatus Caminensis*, pag. 508.

Idem, in donationis charta, sub dato Id. Maji, Anno Imperii in Italia XXVI, & in Francia VI, Indict. VIII (adeoque, An. 845) Abbatiæ *S. Stephani*, *Argentorati*, in Palatio Regio *Argentorato*, factæ, memor fundationis ejus, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Straßburg*, §. 4, pag. 867 & 868, cæterosque, præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, ad

An.

An. 845, p. 1132, ait: *Quemadmodum in eisdem insertum continebatur auctoritatibus, eundem locum, per Pragmaticam Regis Childerici Constitutionem, prærogativa emunitatis libertate communiri impetravit, ita dumtaxat, ut, salva per omnia reverentia sacrosancti Antistitis, in cujus consistit Territorio* (i. e. Argentoratensis) *nullus Judex publicus, vel quislibet ex Judiciaria Potestate, in loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas in quibuslibet Pagis, vel Territoriis, possidebat, nisi defensor, quem ipsius loci Congregatio & Abbatissa voluntarie a Palacio impetraverit, audeat ingredi, ad causas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, vel colonos, vel fiscalinos homines, ullo modo molestare - - - - donatione legitima tradidimus jam sepe dicto loco S. Stephani proto-Martyris, ad stipendium Fratrum Canonicorum & Sanctimonialium, Deo ibidem famulantium, undecim nominatas & dominicas curtes, cum omnibus appendiciis suis, & Justitiis suis, Nobis in eis constitutis - - - - Infra muros, Basilicam S. Crucis, cum suis terminis, & decimis Bothebur - - - Banno & cyppo. In Pago Alsacinda, Wanga cum suis appendiciis, campis, silvis, vinetis, rivis, eorumque decursibus, cunctisque Justitiis* &c. Vid. supr. l. c.

LUDOVICUS GERMANICUS, in charta donationis, sub dato *Patherbrunnen*, 4 Id. Dec. An. septimo Regni Orientalis Franciæ, (i. e. 845) Ecclesiæ *Corbejensi* collatæ, apud Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 132; *Concessimus ad Monasterium, quod Nova Corbeja nuncupatur - - - - in Villa Regia, in loco nuncupante dudum Hucxeri, mansa undecim, quæ sunt in Pago Langneæ, in Villa, quæ dicitur Hemli, cum omnibus appendiciis, vel ad se pertinentibus, in terris videlicet, cultis & incultis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, adjacentiis, perviis, exitibus & regressibus - - - - ut nostri Juris atque possessionis in re proprietatis est, totum & integrum, præscripto Monasterio Corbejæ - - - perpetualiter, ad possidendum fruendumque, concessimus, atque de nostro Jure, in jus & dominationem præfati Monasterii, liberalitatis nostræ munere, contulimus &c.*

Idem, in alio diplomate, sub dato *Rosbath*, 9 Cal. Jan. an. eodem, dictæ Abbatiæ concesso, apud *Schatenum*, l. c. pag. 133: *Sunt enim prædictæ res in Pago Guottinga, in Villa, quæ dicitur Amplidi, h. e. mansum dominicatum, cum casis & reliquis ædificiis, cum aliis mansis XX, ibidem aspicientibus ad deservientibus. Has itaque res, cum domibus, ædificiis, mancipiis utriusque Sexus, Salinariis, terris, cultis & incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, adjacentiis, perviis, exitibus & regressibus, quæsitis & inquirendis, quemadmodum Banzleibs Comes in beneficium hactenus habuit, & nostri Juris atque possessionis in re proprietatis est, totum & ad integrum, prædicto Monasterio concessimus, & de Jure* (nostro) *in Jus & dominationem ejus, liberalitatis nostræ munere, contulimus &c.* Hujus insuper loci est, Ejusdem immunitatis charta, cujus, sub dato Aquisgrani, 11 Id. Junii, An. Ipsius Regni in Orientali Francia XXXVI, Indict. VI (i. e. An 873) *Rataldo*, Argentoratensium Episcopo, concessæ, mentio facta præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, ad An. 873, pag. 1133; Conf. Dn. *Lunigius*, cit. *Spicileg. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Strasburg*, §. 8, p. 870.

CAROLUS CRASSUS, sub dato Wormatiæ, 3 Id. Junii, An. 884, Abbati Monasterii Laureacensis, *quasdam res juris sui, in jus & proprietatem perpetuo possidendum, concessit, videlicet, in Comitatu Wormatiensi, ad Villam quæ dicitur Alesheim, Curtem indominicatam, sicut ad Imperatorem pertinet &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, ad h. a. pag. 1136.

Idem, in Charta Cœnobio *Monasterii Superioris* Ratisbonæ, vulgo *Ober-Münster*, sub dato 14 Cal. Mart. An. 886, Indict. 4, in Villa *Rotwila*, scripta, apud *Hundium*, T. 3 *Metropolis*, voc. *Ober-Münster*, pag. 1, nec non *Gewoldum*, ad T. I ejusdem *Metropolis*, p. 245: *In Nostræ emunitatis defensionem suscepimus* (dictum Monasterium) *ea videlicet conditione, ut, neque Nos, neque quisque Imperator, aut Rex, aut Comes, aut Regius Exactor, sive ex Imperiali, sive ex propria authoritate, quicquam ibi ordinandi, aut exigendi, habeat potestatem &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, p. 1136.

Idem, in Diplomate, *Bisoni*, *Paderbornensium* Episcopo, An. 887, XI Cal. Octob. Indict. V. in Curte Regali *Justinawa*, dato, apud Dn. *Schatenum* l. c. lib. 3, ad h. a. pag. 199, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4. Tit. *Paderborn*, §. 5, p 699: *Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Judex Publicus, vel quislibet ex Judiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones jam dictæ Ecclesiæ, quas nunc, infra ditionem Regni nostri Legibus possidet, vel quæ deinceps in Jura ipsius loci divina Pietas voluerit augeri, ad causas judiciario modo audiendas, vel freda exigenda, mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationem distringendos, nec ullas redibitiones, vel injustas occasiones requirendas,*

das, ullo unquam tempore, ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat &c. Conf. præced. lib. I Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1137.

Regino, ad An. 897, p. m. 70, ait: *Ea tempestate, inter Rudolphum, Episcopum Wirtzeburgensem, & filios Henrici Ducis, Adalbardum & Henricum, magna discordiarum lis, & implacabilis odiorum controversia, ex paucis minimisque rebus oritur - - - & dum de Nobilitate carnis; de Parentum numerosa multitudine; de magnitudine terrenæ potestatis, ultra quam decet, se extollunt: in mutuis cædibus prorumpunt; innumerabiles ex utraque parte gladio pereunt; truncationes manuum ac pedum fiunt; Regiones illis subjectæ, rapinis & incendiis, solotenus devastantur &c.*

ZUENTEBOLDUS, Lotharingiæ Rex, in confirmatione Privilegiorum Monasterii *S. Lindgeri, Werthinæ*, sub dato 5 Id. Maji, An. 898, Aquisgrani, apud Reverendiss. *Fürstenbergium*, cit. *Monumentis Paderbornens.* p. m. 41: *Item, concedimus eis, ut, in omnibus Mercatibus, qui per Rhenum sunt, à teloneis sint liberi, nec aliquid exigatur, ubicunque, ad suas utilitates, indigent emere aut vendere. Item, præcipimus, ut nullus Judex Publicus in eorum Hominibus habeat ditionem; sed Advocatus eorum super eis Justitias agat; nec ad publicum Mallum quisquam succlamationem faciat, priusquam Advocatum eorum interpellaverit, pro Justitia facienda &c.*

LUDOVICUS IV, Germaniæ Rex, in Confirmatione Privilegiorum Abbatiæ *Corbejensis*, de dato *Triburias*, An. 900, 4 Id. Octob. Indict. 3, apud Reverendiss. *Fürstenbergium* l. c. p. 105, & Dn. *Schatenum* l. c. lib. 3, ad h. a. pag. 237: *Omnes concessiones seu donationes Antecessorum nostrorum, eidem Cœnobio collatas, nostra auctoritate firmamus, atque corroboramus, videlicet, ut & immunitatem habeant ab omnibus publicis exactionibus, & Judiciariis Potestatibus, Homines ejusdem Ecclesiæ, Liti & Coloni, & Rectores ipsius Monasterii in expeditionem, cum suis hominibus ire non cogantur - - - - sed & hoc - - - - addere decrevimus, ut infra ipsam Abbatiam, in Villa, Horobusum nuncupata, publicum eis liceat habere Mercatum, & Monetam, & ibi potestatem habeant accipiendi teloneum, quod ipsorum Advocatus nostro exigat Banno, ab his, qui illuc causa emendi veniunt, intra Marcam memoratæ Villæ, & Montis, Eresburg nuncupati &c.*

An. 903, 2 Id. Aug. Indict. VI, *Ottingæ*, donat Idem Cœnobium *S. Emmerani* Ratisbonæ, Curte quadam, *cum omni integritate, Regimine & Banno, mancipiis utriusque sexus, ædificiis, pontibus ac censu, sylva, omnique usu ejusdem sylvæ, aquis &c. &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *S. Emmerani*, §. 16, pag. 648; Conf. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1139.

Idem, An. eod. 4 Non. Octobr. *Reginæ*, tradit *Veringam, cum curtibus & casis, aliisque edificiis, Familiis utriusque sexus, mancipiis, parschalcis, sindmannis, hengistnotis, censibus, campis, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis, Terris cultis & incultis, vel quicquid eadem curtis rite investitura retinet, de suo Jure, in Jus & potestatem sacro sancte Christi Matris Ecclesiæ*, (Frisingæ) *ubi electus Dei confessor Corbinianus, corpore quiescit &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Freysingen*, §. 5, p. 214.

Idem, sub dato *Waipillinga*, 16 Cal. Januar. An. 908, in donatione. *Pilgrimo*, Archi-Episcopo *Salisburgensi* facta: *Quasdam res Proprietatis nostræ - - - - hoc est, Curtem nostram, Saltzburghove vocatam - - - - potestative in proprietatem* (Præsulis) *concessimus, atque transfudimus, totam cum integro - - - Venationibus - - - omnibus censibus, in Halla & extra Hallam, in Salina & extra Salinam - - - Teloneis duobus - - - - & cum omnibus appendiciis &c.* Vid. præced Tit. IV, §. 6, lit. a, sub *Ludovico IV.*

De Ejusdem Privilegio, An. 909, *Meginberto, Sabionensi* (Brixiensi) Episcopo, simili fere formula, qua modo dicta Paderbornensis charta An. 887, concesso, vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, ad h. a. pag. 1139.

OTTO MAGNUS, sub dato *Salz*, An. 940 4 Kal. Junii, donat Abbatiam *S. Emmerani* Ratisbonæ, loco, qui vocatur *Helphindorf*, cum *Foresto & Forestariis, atque Venatione, nec non & Regio Banno.* Vid. *Gewoldus* ad T. 2 *Metropolis Hundii*, p. 372; Dn. *Lunig*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesi.* Cap. VI, Tit. *S. Emmeran*, §. 18, p. 648.

An. 941, *concessit in proprium Sigifrido Geronis*, Brandenburgensium & Lusatorum Ducis ac Marchionis, filio, *totum, quicquid idem Gero, in Villis Osteregulum & Westeregulum, Regii tenuit Beneficii, cum omni proprietate, quam intra illarum Marcam hactenus habuit, jure perenni, cum novo Castello in Osteregulum, ut de his omnibus liberrimam habeat potestatem, quicquid exinde sibi placuerit, faciendi.* Vid. præc. Lib. I, Tit. XVI, §. 4, lit. b, pag. 7.

Idem, sub dato *Magdeburgi*, 7 Id. Maji An. 946. confert *Oudoni, Havelbergensi* Episcopo, *de proprietate sua, medietatem Castri & Civitatis Havelberg, & medietatem omnium villarum illuc attinentium - - - in Provincia Nieletizi - - - in eadem Provincia, Nizem, Civitatem, cum omnibus utilitatibus suis; in Provincia Zenizici duas villas in Malinga, Buni & Orogavitz, & dimidium sylvæ, quæ dicitur Porci, cum Villis in ea, cultis & colendis; in Provincia Lizizi, Marrenbis Castrum, cum adjacentibus villis: Pricipini, Rozmoc, Cotini, Virskroiz, Niecurim, Milcuni, Malizi, Rabbuni, Priecipim, Podesal, Ludini; in Provincia Mintaga, 30 Mansos - - - Plot, Civitatem totam, cum Burcwardo, in Provincia Desseri; Wizoka, Civitatem, cum omni Burcwardo; Pochlustini, Civitatem, cum omni Burcwardo, decimam Tributi, quæ Ei solvebatur de Radewer; decimam etiam tributi, quæ Ei debebatur de Inferiori Marchia &c.* vid. Dn. *Lunigius* l.c. Part. 2, Cap. 4, *in Anhang*, Tit. *Havelberg*, §. 1, pag. 80.

An. eod. concedit Abbati Corbejensi *Bannum* super duas villas *Meppium* nominatas. vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c.

Idem, sub dato *Magadaburg*, An. 949, Kal. Oct. in diplomate Fundationis & dotationis Ecclesiæ Episcopalis *Brandenburgensis*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Brandenburg*, §. I, p. 3 & 4, inquit. *In prædio nostro, in Marchia illius* (Geronis, dilecti Ducis ac Marchionis) *sito, in Terra Sclavorum, in Pago Heveledun, in Civitate Brandunburg - - - Episcopalem constituimus sedem, proferentes ei Religiosum Presulem Thiatmarum, eidemque conferentes Ecclesiæ dimidiam partem prædictæ Civitatis Aquilonarem, & dimidiam partem totius Insulæ septentrionalem, in qua Civitas eadem habetur constructa; dimidiamque partem omnium Villarum illuc pertinentium; duas insuper integre Civitates, cum omnibus suis appendiciis, Pricervi, Ezeri, nominatas &c.*

Idem, An. 952, in Charta *Drogoni*, Episcopo *Osnabrugensi*, Id. Junii, data, apud Dn. *Schatenum* l. c. Lib. 4, ad h. a. pag. 295: *Nos, pro interventu venerabilis Episcopi Osnabrugensis Ecclesiæ, Drugonis, Monetam, & Mercatum publicum, in loco Wyddenbrugge nuncupato, fieri concessimus; quod, pro remedio animæ nostræ, eidem Ecclesiæ, quidquid Fiscus & pars Regia inde obtinere poterit, sub potestate Episcopi jam dicti, successorumque ejus, ordinandum, vel in Moneta, vel in Telonio, aut in qualibet Actione publica, tradimus, hujus auctoritatis nostræ præcepto, per quod volumus, firmiterque jubemus, ut nullus Judex de præscriptis rebus habeat ullam potestatem inquietandi, vel quidquam molestiæ faciendi, sed ut præfatæ Ecclesiæ Episcopus, successoresque ejus, a nobis, nostrisque successoribus, hoc inviolabiliter teneant &c.*

An. eod. in charta confirmationis factæ Marchioni *Geroni* donationis, sub dato *Walahusen*, 5 Cal. Aug. apud Dn. *Meibomium*, T. I *Script. Rer. German.* p. 744, & Tom. 2, p. 419; Dn. *Knauthium*, *Antiquit. Anhalt.* p. 43; *Notum sit omnibus - - - quod Nos omnem Regionem, Zermund nuncupatam, filio nostro, Luidolfo, in proprietatem donavimus. Filius vero noster, Conradi ducis, nostrique Marchionis, Geronis, interventu, tres marcas ejusdem prædictæ Regionis, cum omnibus appendiciis & adjacentiis suis, Jure perenni, supra nominato Marchioni, in proprietatem, manu sua donavit, quod est situm in Pago Zermund, in Comitatu Theomari Civitatis* (Comitis) *Osterburgensis. Posteaquam - - - volumus, firmiterque jubemus: Ut prænotatus Marchio noster, Gero, de his omnibus nostro dono, sibi in proprium concessis, amodo, & deinceps omni tempore, liberrimam teneat potestatem, habendi, donandi, vendendi, seu, quicquid placuerit sibi, inde faciendi &c.*

An. 959, sub dato *Magdeburg*, 6 Non. Julii: *Noverint omnes Fideles nostri - - - qualiter Nos ad Ecclesiam, quam in Magdeburg construximus - - - quasdam res Nostræ proprietatis, h. e. in Pago qui vocatur Helinge & Mosde, in locis sic nominatis Buckstadin & Rinckburst, in Comitatu & Legatione Henrici Comitis, omnem Justitiam, ac Censum, qui Saxonice Mal vocatur; nec non & omnibus appenditiis, ibidem jure pertinentibus, ædificiis, curtibus, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, cultis & incultis, mancipiis utriusque sexus, in proprium damus, & perpetuo jure possidendos &c.* vid. *Sagittarius*, *Antiquit. Magdeburg*: §. 69, p. 36; Dn. *Lunigius*, Contin. I *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, *im Anfang zu den Ertz-Stifften*, §. 19, p. 6.

An. eod. sub dato *Fritislaræ*, 17 Kal. Februar. in charta donationis Ecclesiæ *Curiensis*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2. cit. *Spicilegii Eccles.* Cap. 4. Tit. *Chur*, §. 2, pag. 154, inquit Idem: *Venerabili Episcopo Lui-*

Luitholfo quasdam res Juris Nostri in Rhetia Curiensi, in Comitatu Adelberti Comitis, in loco & Civitate Curia, S. Dei Genitrici Mariæ, & S. Lucio, Confessori Christi, ibidem requiescenti - - - contradimus, hoc est: Dimidiam partem ipsius Civitatis, cum tali districtione & Jure, sicut hactenus ad nostram pertinebat potestatem, & sicut Homines totius Provinciæ, censuales ac liberi, debitores sunt, cum ædificiis, in muro, & assiduis vigiliis, & custodiis, intus & foris, & cum omni sua pertinentia in curtitibus & constructuris, & Ecclesia S. Laurentii &c.

Idem, An. 961, in charta *Landwardo, Mindensium*, Præsuli data: *Jubemus ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex Judiciaria Potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones dictæ Ecclesiæ, quas nunc - - - possidet, vel quæ deinceps in Jura ejus divina Pietas voluerit augeri, ad causas judiciario more audiendas, vel freda exigenda - - - - - ingredi audeat &c.* vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. D, pag. 1145,

Idem, An. eod. *Ex suo Regio Jure, transfundit in jus & proprietatem B. Martyris Christi Mauritii* (Magdeburgi) *Civitatem Magdeburgensem & omnem Regionem &c.* vid. ibid. p. 1146; ad h. a.

Idem, An. 963, in confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Laurishamensi*, sub dato *Papiæ*, 7 Kal. Febr. in *Chronico Laurishamensi*, apud *Freherum*, T. I *Script. Rer. Germ.* p 70, ut & apud Dn. *Meibomium*, T. I *Rer. Germ.* p. 746; *Statuimus etiam, Episcopum, in cujus parochia situm est Monasterium, ex qualibet occasione, ibi irrumpere, seu monachos irrationabiliter inquietare, non debere; nec ex rebus Monasterii, in omni Imperii nostri ditione, thelonei exactionem fieri: nec Publicum Judicem, seu quemlibet ex Judiciaria potestate, vel aliquam aliam personam, quicquam potestatis, aut negocii, sine voluntate, aut permissu Abbatis, in omnibus sæpedicti monasterii rebus habere, vel exercere. Quicquid Jus Fisci exinde exigere potuerat, ex integro in usus monasterii cedere præcipimus. Homines quoque Ingenuos seu servos, in possessionibus Monasterii commanentes, distinguere, sive ipsas possessiones, contra Abbatis decretum, intrare; seu, ad causas audiendas, seu mansiones faciendas, aut freda vel tributa exigenda, vel ullam in aliquo violentiam faciendam, omnibus omnino hominibus - - - interdicimus &c.*

Idem, An. 695, *Ex integro S. Mauritio Martyri* (Magdeburgi) *donat atque ex suo Jure & dominio, in jus S. Martyris Mauritii, atque venerabilium ArchiEpiscoporum, qui pro tempore fuerint Rectores ejusdem Ecclesiæ, largitur atque transfundit, duas curtes Juris Regni sui, Calvam scil. & Rosburg &c.* vid. ibid. ad h. a. Eadem formula, *transfudit* in jus ejusdem Ecclesiæ, eodem anno, Curtem Juris Regni sui, *Rosbach*, cum locis aliis; vid. ibid. pag. 1147. ubi adhuc chartæ plures, huc spectantes.

An. 966, largitur *Adaldago*, Episcopo *Hamburgensi*, *Bannum, Mercatum, Teloneum, Monetam, totumque quod inde Regius Reipublicæ Fiscus obtinere poterit*, in loco *Bremum* (Brema) nuncupato. vid. ibid. h. a. pag. 1148, & præced. Tit. 2, §. 38. lit. c, ad hunc annum.

An. eod. sub dato *Quidelinburgi*, varia bona in Comitatu *Mamaconis*, quem ipsi in beneficium concessit, nominatim in *Veltheim, Hessenheim, Arnlaldesheim, Bernsherdestorp, Cugelinge, Echeim, Sehusen, Drongelevo, Hahaldesleve, Valdorf &c.* tradit & donat, Eidem *cum omni integritate*, ita, *ut liberam habeat potestatem, tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid sibi licuerit, exinde faciendi.* vid. *Meibomius* T. 1 *Rer. German.* p. 750.

An. 967, tradit ArchiEpiscopo *Magdeburgico* Prædium *Wulferstede*, cum omnibus ad illud ritè pertinentibus, *in ejus jus ac dominium, perpetualiter ibidem manendum.* Vid. præc. Lib. I. Tit. XV, §. 5, lit. d, ad h. a. pag. 1149.

An. 970, offert *S. Mauritio Magdeburgensi* Municipium *Spaitne, cum omni Burgwardo suo, & quicquid Juris ibi habuit, ex toto & ex integro;* ibid. ad h. a. Conf Dn. *Lunigius*, Contin. I *Spicilegii Eccles.* Cap. 2, *im Anfang von den Ertz-Stifftern*, Tit. *Magdeburg*, §. 59, p. 21.

An. 972, in confirmatione donationum Ecclesiæ *Leodiensi* factarum, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg.* Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 13, p. 488: *Fideli nostro, Notkero, Venerabili Episcopo, & omnibus, qui, post Eum, in Leodiensi Ecclesia futuri sunt Episcopi, confirmamus has Abbatias, Laubiensem & Fossensem, cum omni integritate sua, & Comitatum de Brunengerunz; & in Trajecto, quicquid Regalis jus Fisci exigere poterat, in Moneta, in Telonio, tam in navibus & ponte, quam Foro & vicis, exitibus & reditibus ipsius loci. Concedimus etiam & confirmamus ei Abbatiam S. Petri, in loco qui dicitur Gemblues, in Comitatu Darnuensi, cum omnibus ad eam pertinentibus - - - - Hanc Abbatiam omnino liberam præfatæ Leodiensi Ecclesiæ confirmamus, & in perpetuum possidendam*

dam concedimus, *eo rationis modo*, *ut nullus Comes*, *vel sub Comite agens*, *nullus Advocatus*, *vel qualibet secularis persona*, *ad causas audiendas*, *vel ad aliqua districtionis negotia exercenda*, *ipsam Abbatiam*, *& ei subdita loca*, *intrare & inquietare præsumat*, *sed Leodiensis Episcopi provisioni*, *ordinationi*, *advocationi*, *tuitioni*, *subjaceat &c.* Conf. seq. charta *Henrici S.* An. 1006.

Idem, in diplomate, *Otgero*, *Spirensium* Præsuli, exarato: *Nullus dux*, *sive Comes*, *vel nullus publicus Judex*, *ex judiciaria potestate*, *aut aliqua cujuslibet potestatis ignota persona*, *nisi solus Episcopus*, *& Advocatus ipsius*, - - *deinceps potestatem habeat*, *pro quocunque negotio*, *vel pro aliqua re*, *parva aut magna*, *placitum retinere*, *seu publicum judicium facere*, *infra Civitatem*, *Spira seu Nemeta vocatam*, *aut in circuitu extra Civitatem*, *i. e. in villa Spira*, *& in Marcha*, *quæ eidem Urbi adjacens est*, *aut aliquid*, *per Regale Bannum*, *in usum nostri*, *Successorumque nostrorum exigere &c.* vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, pag. 1150.

Ejusdem memor *Sigebertus*, in vita *S. Guiberti*, fundatoris *Gemblacensis*, apud *Surium*, 23 Maji, p. m. 295, ait: *Insuper permissa est eis* (Gemblacensibus) *potestas Advocatum*, *& Regularem Abbatem*, *cum Imperio Regis*, *eligendi*, *Castellum construendi*, *mercatum*, *percussuram monetæ materiam faciendi &c.* vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, p. 1150 & 1151.

OTTO II. in donationibus charta, qua sub dato *Tribure*, An. 974, 2 Kal. Julii, magnum terræ tractum in Comitatu *Carniolæ*, in Ecclesiam *Frisingensem* transtulit, apud *Gewoldum*, Addit Tomi I *metropolis Hundii*, *Catalog. Episcopor. Frisingensium*, p. 92 Edit. Nov. & 135, Edit. vet. nec non Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Freysingen* §. XI, p. 217 & 218: *Et hoc ipsum Territorium*, *cum omnibus ad hoc pertinentibus*, *nec non & Alpamosangam*, *deinde Transorizam*, *usque ad montem Lubinc* - - - - *hoc totum*, *in proprium quondam nostro Fideli*, *nobisque satis caro Episcopo*, *Abraham vocitato*, *cum omnibus rebus*, *donavimus*, *jure legitimo*, *ad pretitulata loca aspicientibus*, *cum curtibus & edificiis*, *mancipiis* - - - *agris*, *cultis & incultis*, *pratis*, *pascuis*, *silvis*, *aquis*, *aquarumque decursibus*, *molendinis*, *piscationibus*, *venationibus*, *vineis*, *viis & inviis*, *exitibus & redditibus* - - - *Et ut nullus Comes*, *vel ulla persona*, *in aliquo loco se intromittat*, *absque licentia vel jussione prefati Episcopi Abrahe*, *aut illius hominis*, *cui Episcopus hoc regendum commisit &c.*

Idem, in donatione *Gandersheimensi*, sub dato *Gruonaha*, 3 Id. Junii, An. eod. apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersheim*, Cap. XIV, §. 7, p. 105, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. XI, p. 23: *Quoddam Juris nostri prædium*, *Sebusa nuncupatum*, *in Pago Ambergawe*, *& in Comitatu Rotimigii Comitis situm*, *& Civitatem*, *ad idem pertinentem*, *Sebusaburg nominatam*, *ad Monasterium Gandersheim* - - - *Nostra Imperiali potentia*, *in perpetuam proprietatem tradidimus*, *cum utriusque sexus mancipiis*, *ædificiis*, *terris*, *cultis & incultis*, *campis*, *agris*, *pratis*, *pascuis*, *sylvis*, *aquis*, *aquarumve decursibus*, *molendinis*, *mobilibus & immobilibus*, *viis & inviis*, *exitibus & reditibus*, *quæsitis & inquirendis*, *& cum omnibus*, *jure legaliterque ad hoc pertinentibus*, *tali ratione*, *ut hæc omnia*, *ad ejusdem Ecclesiæ usus*, *atque Abbatissæ liberam potestatem*, *firmiter ac perpetualiter deserviant*, *ut cætera res eodem modo*, *à Regibus vel Imperatoribus*, *ad Christi Ecclesiam traditæ &c.*

Idem, in Charta *Quedlinburgensi*, sub dato *Tullide*, 6 Id. Maji, apud Dn. *Kettnerum*, *Antiquit. Quedlinburg*: §. XVII diplomatum Seculi X, p. 23. & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Quedlinburg*, §. XIV, p. 185: *Nos Sororis Nostræ Machtildis*, *videlicet Venerabilis Abbatissæ*, *amoris instigante ardore*, *quædam Nostræ proprietatis Prædia*, *Curtem videlicet Bareboi*, *cum omnibus Villis & appertinentiis suis*, *in Pago Northuringia*, *&*, *in Comitatu Huodonis Comitis*, *Zizowi & Niumburg*, *cum omnibus quæ Fridericus in Beneficium visus est habere*, *Nostra Imperiali potentia*, *eidem*, *in perpetuæ usum proprietatis*, *donavimus*, *firmiterque*, *Nostro ex Jure*, *in ejusdem Carissimæ Sororis Nostræ Jura transfundimus*, *cum utriusque sexus mancipiis*, *ædificiis*, *terris*, *cultis & incultis*, *pascuis*, *silvis*, *aquis*, *aquarum decursibus*, *piscationibus* - - - - *& cum omnibus eorum legalibus justisque appertinentiis*; *hoc itaque tenore*, *ut*, *toto humanæ inquietudinis motu compresso*, *hæc jam prælibata*, *cum eorum appertinentiis*, *eadem cara Nobis admodum Soror teneat*, *possideat*, *ac liberam dehinc dandi*, *tradendi*, *vendendi*, *seu commutandi*, *absque omnium hominum contradictione*, *potestatem habeat*, *sive aliud*, *quicquid ei melius placuerit*, *inde faciendum &c.* (In confirmatione *Ottonis III*, sub dato *Altstedi* 12 Kal. Junii, An. 987, exprimuntur quoque *Venationes*. Vid. Dn. *Kettner*, l. c. §. XXII, p. 29, & 30, & Dn. *Lunigius*, l. c. §. XX, p. 188.)

Idem,

Idem, in alia Charta, sub dato *Quidelingeburg*, 3 Id. Maji, eidem Cœnobio concessa, apud *Maderum*, *Antiquitat. Brunsuic.* p. 113, Dn. *Kettnerum* l. c. §. XVIII, p. 24, & Dn. *Lunigium*, Part. Spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, *in der zweiten Fortsetzung, V Abtheilung*, Tit. *Quedlinburg*, §. 33, p. 857 & 858: *Intimo sororis nostræ Mathahildis, videlicet Venerabilis Abbatissæ, amoris instigante ardore, quædam Nostræ proprietatis Prædia, Curtem videlicet Deotfordi, in Pago Hardego, & in Comitatu Deommonis Comitis; Broculstedi in eodem Pago, in Comitatu autem Friderici Comitis; Smahen, in Pago Hassega, in Comitatu Sigofridi Comitis; Duderstedi, in Comitatu Bernhardi Comitis, situm, Nostra Imperiali potentia, ad Monasterium Sanctimonialium in Quidilingeburg - - - in perpetuæ usum proprietatis, donavimus, firmiterque, Nostro ex Jure, in ejusdem Jura Ecclesiæ transfudimus, cum utriusque sexus mancipiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis - - - - & cum omnibus eorundem legalibus justisque appertinentiis &c.*

Idem, sub dato *Threke*, An. 976, 14 Kal. April. donat *Milonem*, Episcopum *Mindensem*, *Regio Banno &c.* vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, ad h. a.

Idem, An. 979, in perpetuam proprietatem concedit Abbatissæ, *Gandersheimensi*, Juris sui locum *Pateleche*, cum *sylvis*, *piscationibus*, *venationibus &c.* Vid. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

Idem, sub dato *Gruona*, An. 981, 8 Id. Januar. confirmando donationes & Privilegia *Pipini*, *Caroli Magni*, *Ludovici* & *Caroli*, Francorum Regum, *Leodiensi* Ecclesiæ tradita, & ab Ipsius Parente corroborata, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. XIV, p. 489: *Imperiali Edicto præcipimus: Ut nullus Comes, nullus Judex, nisi cui Episcopus commiserit, audeat potestatem exercere, super ea loca* (Hoyum, Fosses, Lobies, Tungres &c.) *neque placitum habere; aut freda, aut tributa, aut bannos, aut telonia, aut reditus de statione navium, exigere; neque in quibuslibet aliis, quæ vel nunc habentur, vel de cætero habenda sunt. Si quis autem, contra hoc præceptum, egerit, & ullam vim in rebus Ecclesiæ, sub nomine Potestatis, fecerit, & Bannum Regium componat, & conatus ejus irritus fiat &c.* Quæ cuncta *Otto III*, sub dato *Gilenheim*, An. 985, Non. Junii, rata habuit; ibid. §. XV, pag. 489; pariter ac *Henricus Sanctus*, sub dato *Erstem*, 4 Id. Junii, An. 1006, ibid. §. XVIII, pag. 490; & *Henricus IV*, sub dato *Aquasgrani*, 7 Cal. Julii, An. 1070, ibid. §. XXIV, pag. 493 & 494; & *Fridericus I*, sub dato, *apud Civitatem Tridentinam*, 7 Id. Sept. An. 1155, ibid. §. XXXVI, pag. 501, & *Rudolphus*, sub dato *Oppenheim*, 4 Id. Sept. An. 1275; ibid. §. 45, p. 510.

Idem, in Privilegio Archi-Episcopi *Moguntini*, sub dato *Veronæ*, 18 Cal. Julii, An. 983, apud Dn. *Lunigium, in der Fortsetzung des Ersten Theils Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. VII, pag. 16: *Quorumcunque Nostrorum Fidelium industriæ pateat, qualiter Willegisus ArchiEpiscopus Veronæ Nos adierit, simulque & pro utilitate quacunque in Pinguia Civitate roboranda, ab Antecessoribus suis, ArchiEpiscopis videlicet, & a se hactenus detenta, quod sua intererat, interpellarit - - - - non solum id corroboravimus, verum & quicquid proprii Juris ibidem hucusque continuimus, ad Ecclesiam ArchiEpiscopalem, in Urbe Moguntina constitutam - - - in proprium mancipando donavimus; hoc scil. tenore, quod prænominatus ArchiEpiscopus, aliique, post Eum, cujusdem Ecclesiæ Proto-Præsules, præfatum Jus potestative, infra & extra Pinguiam Civitatem, in omnibus rebus ubicunque positis, vel cujuscunque beneficio detentis, illuc jure pertinentibus, possideant, & Banno, sub Territorio ejusdem Civitatis, & in locis contiguis, & hinc eo Banno, quod vulgariter Bann-Pennick dicitur, cis Rhenum, a ponte super Salisum rivum extenso usque Heimbach; ac citra Rhenum, ubi Ecclesiæ rivulus influit, usque ad Lubam villulam, cæterisque utilitatibus, in Moneta, Vinetio, mancipiis utriusque sexus, Curtibus, ædificiis, Silvis, Venatu, omnique silvatica utilitate, pratis etiam & pascuis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, & naulo, ab utrisque fluviis, & Rheno & Navo, accipiendo, quod illam traditionem respiciat; nec non Terris, cultis & incultis, Molendinis, jam motis, vel movendis, viis & inviis, exitibus & redditibus, quæsitis & acquirendis cunctis pertinentiis &c.*

OTTO III, in dicta confirmationis charta Privilegiorum *Leodiensium*, de dato *Gilenheim*, An. 985, Non. Junii, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. XV, p. 489: *Super hæc omnia quæ dicta sunt, quæque ab Antecessoribus nostris, Ecclesiæ S. Mariæ, sanctique Lamberti, concessa sunt, concedimus eidem Venerabili Notkero Episcopo, &, per eum, omnibus ejus successoribus, quod reliquum Hoyensis Comitatus in Nostra*

ditione

ditione superfuerat, infra eundem Vicum, vel extra, ut tam idem Episcopus, quam & reliqui, per succedentia tempora, Episcopi, cuique Fidelium suorum, & Nostrorum, Militum vel Amicorum, dari illum censuerint, liberam habeant facultatem &c. Præsul consequitur hic Jus investiendi de integro Comitatu Hojensi.

Idem, sub dato *Mulinhusen*, Non. Febr. An. eod. in charta *Quedlinburgensi*, apud Dn. *Kettnerum* l. c. Dipl. XIX Seculi X. p. 25 & 26, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, §. XVII, p. 186 & 187: *Mechtildæ, Quitilineburgensis Monasterii Venerabili Abbatissæ, de Nostra proprietate dedimus duas Curtes, Walehusen & Berge nominatas, in Thuringia, & in Pago Helmenwoge, ac Comitatu Wilhelmi Comitis, sitas; & Curtem Walpechi dictam, in Pago Suevon, & in Comitatu Rihtagi Comitis sitam; unamque Terram Sclavonicam, Siuseli nuncupatam, cum Urbibus, Villis, Vicis, ad illam Terram jure pertinentibus; atque ad integrum prædictas Curtes, cum omnibus utensilibus, illuc Jure adspicientibus, Villis, vicis, mancipiis utriusque sexus, areis, Ecclesiis, ædificiis, Terris, cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, vineis, vinetis, sylvis, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis - - - - ea videlicet ratione, ut eadem jam dicta Mathilda, Honorabilis Abbatissa, cara nobis admodum Amita Nostra, de præfata proprietate, sibi à Nobis tradita, liberam dehinc tenendi, tradendi, vendendi, seu commutandi, absque omnium hominum contradictione, potestatem habeat, sive aliud, quicquid ei melius placuerit, inde faciendum.*

Adhuc eodem die, sub iisdem formula & clausulis, dedit laudatæ Abbatissæ, *de sua proprietate, Curtem Triburis, in Francia, & in Pago Rinichgove, ac Comitatu Cononis ducis, sitam, atque ad integrum, cum omnibus utensilibus illuc rite aspicientibus - - - sylvis, venationibus - - - piscationibus &c.* Vid. Dn. *Kettner* l. c. dipl. XX, p. 26. Dn. *Lunig* l. c. §. XVIII, pag. 187.

An. 988, sub dato *Wigeldeshusen*, 13 Kal. April. in Charta, super libertate *Ripesholte*, inquit Idem, apud *Lindenbrogium*, *Diplom. Hamburgensis Eccles.* §. XIII, p. 133. *Adaldagus, Bremensis Ecclesiæ Venerabilis ArchiEpiscopus, innotuit Serenitati Nostræ, quod duæ Sorores, una Reyngart vocata, altera Wendila, in Fresia, in Pago Astringa, in Comitatu Bernhardi ducis, tradidissent omnem hæreditatem suam ad Ecclesiam Bremensem, cum suis Patronis & Advocatis, ea scil. conditione, ut eam diebus vitæ suæ possidere debuissent. Quo facto, una earum, Reyngart, divino jussu obiit, quâ defunctâ, alia quæ supervixit, Wendila, divino amore compuncta, totum quod habuit præfatæ Ecclesiæ dimisit, duas videlicet Curtes, Ripesholt, & in More, cum omnibus suis pertinentiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, mancipiis utriusque sexus, areis, campis, pratis, pascuis, sylvis, Venationibus, Piscationibus, Aucupiis, aquis, aquarumve decursibus &c.* &. p. 134: *Insuper & omnes res præfatæ Ecclesiæ ab omni censu Juris Nostri absolvimus, &, ut eidem Ecclesiæ libere serviant, omni Judiciaria Potestate remota, firmiter, hac Regali præceptione, jubemus &c.*

An. 989, sub dato Franckfurt, Kal. Oct. in diplomate, *Abrahamo, Frisingensium* Præsuli, ad petitionem *Henrici, Karentinorum* Ducis, scripto, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. I *Hundii Metropolis*, in Catalogo Episcoporum Frisingensium, p. m. 92, & Edit. Vet. p. 136. *Heiderum* in *Apologia der Reichs-Vogtheyen*, Cap. V, pag. 226, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicileg. Eccles.* Cap. 4, Tit. *Freisingen*, §. 12, p. 218, ait Idem: *Venerabili viro, Abrahæ, Frisingensis Ecclesiæ Præsuli - - - quandam Nostræ proprietatis partem, in Regione, vulgari vocabulo Threme, & in Marchia Ducis Hainrici, & in Comitatu Waltilonis Comitis, sitam - - - - Nostra Regali Providentia, in proprium usum concessimus, firmiterque donavimus, cum Terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, silvis, ædificiis, aquarumque decursibus, ipsoque jam dicto Foresto, Venationibus, Piscationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus, reditibus, quæsitis & inquirendis, & cum omnibus Jure legaliterque ad hæc pertinentibus; præcepimus etiam & noviter constituimus eidem loco Bannum Nostrum, à rivulo Subniza, versus Occidentem, usque ad finem Bosanga; & inde, usque ad jam dictum rivulum Chothablam; indeque usque ad in Zoura fluvium; & quicquid inter hæc eadem præfata undique secus comprehensum videtur loca, Regio Imperatorioque more jubemus eo tenere, ut, si quis quarumlibet personarum, in quibuslibet jam dictis silvularum, vel Forestorum, locis, cujuscunque generis feras, canibus, vel qualicunque modo, insequitur, Bannum, hujus*

jus

ius culpa, nostro debitum Fisco, ipsi Episcopo, omni dubitatione postposita, si hoc absque Ejus fecerit licentia, dominica æstimatione persolvat &c.

An. 990, sub dato *Saffenburga*, 4 Id. Aug. inquit Idem, in charta *Gandersheimensi*, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquit. Gandersheim.* Cap. XIV, §. 8. lit. u, pag. 110, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. XVII, p. 26. *Caræ Sorori nostræ, Sophiæ, Sanctimoniali, de nostra proprietate dedimus 30 mansos in villis: Motlevingerod, Fonsazi & Hudilvingerod, dictis sylvis; & in Pago Lisgewe vocato, ac Comitatu Sigeberti Comitis, jacentes; & alios 30 mansos, in villis: Peranbuson, Liuchingeshuson, Ethelleceshuson, Lengleron, Rodereshuson, & Hatticheshuson, nominatis, sitos, & in Pago Lochne nuncupato, atque Comitatu Herimanni Comitis, jacentes; atque eosdem mansos, numero sexaginta, cum omnibus utensilibus ad eos rite pertinentibus, in mancipiis utriusque sexus, areis, ædificiis, Terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, Piscationibus, molendinis ---- ad integrum sibi in proprietatem tradidimus, ea videlicet ratione, ut eadem jam dicta soror nostra, Sophia, Sanctimonialis, de præfata proprietate, sibi à nobis tradita, liberam de hinc faciendi, quod velit, potestatem habeat, sive eam tradere, vel commutare, aut vendere, seu magis sibi retinere, voluerit &c.*

An. 993, Idem, in Charta *Quedlinburgica*, sub dato *Merseburg*, 5 Non. Julii, apud Dn. *Kettnerum*, *Antiquit. Quedlinburg*: §. XXIII, diplomatum Seculi X, p. 30 & 31, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, p. 189, §. XXI: *Caræ Amitæ nostræ Mathildæ, scilicet Quitilineburgensis Ecclesiæ Honorabili Abbatissæ, dedimus de Nostra proprietate duo loca, Potzdupimi & Helm dicta, in Provincia Havelen vocata, & in Insula Chocie, in Vitzler sita; atque eadem loca, cum omnibus utensilibus, ad ea rite pertinentibus, in mancipiis utriusque sexus, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, Sylvis, Venationibus, aquis, aquarumque decursibus, Piscationibus, molendinis --- cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici possunt, de Nostro Jure, in suum Jus, perpetualiter habenda transfulimus; ea videlicet ratione, ut eadem jam dicta dilecta Mathild, Amabilis Abbatissa, Nostra cara Amita, de præfata proprietate, sibi à Nobis tradita, liberam dehinc faciendi, quod velit, potestatem habeat, sive eam tradere, vel commutare, aut vendere, seu magis sibi retinere, voluerit &c.*

An. 994. Idem, in Charta *Halberstadensi*, 8. Kal. Februar. *Scheningæ*, *Hildewardo* Præsuli exarata, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Halberstad.* §. 39, Diplomatum, pag. 665 & 666, & Dn. *Lunigium*, Part. 2. *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Halberstatt*, §. VIII, pag. 18: *Quandam Nostræ proprietatis portionem, quam hæreditario Jure Hildiburgis Abbatissa inhæredare debet --- ad Monasterium --- in Hadmersleven constructum, cui Ipsa modo honorabiliter præsidet, in proprium damus, eandemque proprietatem, cum omnibus rebus attinentiis, quæ ad eam pertinent, in Vicis & Villis, his nominibus nuncupatis: Nienstidi, Handorp, Widislevi, Aritzstedi, Thiadulwesdorp, Toriestinge, Rimisdorp, Tritselinge, Walbislevi, Werdegesdorp, Volbasdorp, Thornstedi, Zemrich, Kipperan, Rasmodi, Ritzstedi, Tulinibi, Zaabesdorp, Visbini, Oztromia, Oztrolue, quibuscunque Pagis, vel Comitatibus, sitis, aliisque utensilibus, quæ adhuc aliquo modo dici possunt, in mancipiis utriusque sexus, areis, Ecclesiis ---- silvis, Venationibus ---- Piscationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, à Nostro Jure, in ejusdem Ecclesiæ Jus, perpetualiter ibi habendum, transfundimus. Et quia jam dictum Monasterium Hadmersleven, ex traditione divæ mem. Bernhardi Episcopi, cum suis appendiciis cunctis, prædictæ Ecclesiæ Halberstadensi subjectum est ---- idem Monasterium, cum præfata proprietate --- prælibatæ Halberstadensi Ecclesiæ --- perpetim obtemperandum subjicimus, donamus & confirmamus &c.*

An. 995, sub dato *Magdeburg*, 17 Kal. Sept. Idem, in Charta *Frisingensi*, apud *Gewoldum*, Addit. Tom. I. *Hundii Metropolis*, in Catalogo Episcoporum *Frisingensium*, pag. m. 93, & Vet. Edit. pag. 138: *Gotescalcus, Frisingensis Ecclesiæ Episcopus, quoddam prædiolum suæ Ecclesiæ, jacens in confinio Nostræ proprietatis Orientalis Urbis Cremisa, cum omnibus utensilibus ad idem pertinentibus, consiliante Duce Henrico, in jus Nostræ proprietatis, manu sua, suique Advocati, Anzonis, perpetuo consistendum tradidit. Nos autem econtra, in eadem Marcha, & in Comitatu Heinrici Comitis, Nostræ proprietatis sex Regales Hubas, in loco, qui dicitur Zudamaresvelt,*

juxta

juxta fluvium, qui dicitur Ipisa, cum curtiferis, areis, pratis, pascuis, silvis, Saginationibus, Venationibus, Piscationibus, Zidelweida, molendinis, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, ea omnia, quæ Nos hactenus detinuimus utilitate, ac juste legitimeque ad eas Hobas pertinente, sub præsentia Fidelium Nostrorum, in manum præscripti Episcopi tradimus; ea lege, & eo tenore, ut præfata Ecclesia S. Mariæ, Sanctique Corbiniani Confessoris, & Gotescalcus Episcopus, & successores ejus, sine contradictione omnium hominum, ea in perpetuam potestatem possideant &c.

An. eod. sub dato 13 Kal. Novemb. *Quitilineburg*, Idem. in charta *Quedlinburgensi*, apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. XXVII, p. 36, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg.* §. 25, pag. 191: *Quicquid Deodericus, Noster Miles, Beneficii ex Nostra potestate habuit in Pago Hardago, & Comitatu Friderici Comitis, ad Monasterium, Quitilineburg nominatum, in proprium dedimus, atque hoc ipsum prædium in Villis: Godenhusen, Sifrithusen, Vinschesdeyr, Strebechi, Widermidi, dictis, situm, cum omnibus pertinentiis suis, hoc est, areis, ædificiis, Terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, Venationibus, aquis, aquarumque decursibus, Piscationibus, molendinis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici, inveniri, & nominari possunt, supra nominato Monasterio in proprium tradentes &c.*

An. eod. sub dato *Sciningе*, 7 Cal. Novemb. Idem, in Charta *Herfordensi*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Herford.* §. XIII, pag. 125 &c. *dedimus quoddam Nostræ proprietatis predium, Hedum dictum, in Pago Hedergo dicto, & in Comitatu Heiconis Comitis situm, Immæ, Sanctimoniali Virgini*, (Herfordensi) *scilicet Bernardi Ducis Filiæ, atque id ipsum prædium, cum omnibus pertinentiis suis, h. e. Villis, areis, ædificiis, mancipiis utriusque sexus, nec non liberis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, Venationibus, aquis, aquarumve decursibus, Piscationibus, molendinis, quæsitis & inquirendis, exitibus & reditibus, viis & inviis, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici, inveniri aut nominari possunt, ei in proprium tradidimus, ea videlicet ratione, ut eadem jam dicta Imma Sanctimonialis liberam semper faciendi, quod velit, potestatem habeat, tradendi, commutandi, vendendi, seu magis sibimet retinendi &c.*

An. 906, 8 Id. Novemb. Idem in Charta *Moguntina*, apud Dn. *Lunig, in der Fortsetzung des Ersten Theils Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, Tit. *Maintz*, §. VIII, pag. 16: *Forenstein, & Bannum nostrum, & ejusdem Banni usum ---- Fideli Nostro, Willegiso, Venerabili ArchiEpiscopo, suisque successoribus, cum consensu Conradi Ducis, cæterorumque quamplurimorum Fidelium Nostrorum, in proprium potestative tradimus ---- ea ratione, ut nemo mortalium in eodem Forenstein venari, vel feras inquietare audeat, nisi ab ejusdem Ecclesiæ ProtoPræsule licentiam accipiat &c.*

An. eod. sub dato *Bruchselle*, Kal. Nov. Idem, in charta *Frisingensi*, apud *Gewoldum* l. c. pag. 94. & Edit. Vet. pag. 139: *Quasdam Nostri Juris res, in Regione, vulgari nomine Ostirrichi, in Waccha, & in Comitatu Hainrici Comitis, filii Luitpaldi Marchionis, in loco, Nuivanhova dicto, idem, cum eadem Curte, in proximo confinio adjacentes triginta Regales Hobas, cum Terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, ædificiis, aquis, aquarumve decursibus, Venationibus --- piscationibus ---- omnibusque Jure legaliterque ad easdem Hobas pertinentibus, super gremium Frisingensis Ecclesiæ --- cui nunc Fidelis Noster, Godescalcus, Venerabilis præsidet Episcopus, in proprium atque perpetuum usum concessimus ---- eo modo, eoque tenore, ut eadem præfata Frisingensis Ecclesia, idemque prædictus Antistes, Gotescalcus, omnesque successores, libero deinceps arbitrio hæc omnia tenendi, commutandi, & quicquid voluerint, inde faciendi.* (fruantur)

An. eod. sub dato *Moguntiæ*, 2 Non. Jul. in charta *Gandersheimensi*, apud Dn. *Leuckfeldum, Antiquit. Gandersheim.* Cap. XIV, §. 8, lit. y, pag. 112, & Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg. Eccles.* Part. 3, Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. XIX, pag. 27 & 28, Idem: *Sophiæ, Sorori Nostræ ---- prædium, Eskiniwiage nominatum, in Pago Germaremarca vocato, & in Comitatu Hygonis, Comitis, situm, contradidimus, totumque, quicquid est inibi utilitatis, Nostrum Jus Regium hactenus respicientis, cum omni integritate, in proprium addiximus, ea quidem ratione, ut, si jam dicta Soror Nostra, antequam Nos, naturæ concedens universæ carnis iter arripiat, prædium, quod mancipavimus, ad Nos hereditario Jure recurrat; sin autem Nobis superstes exstat, commutandi, sive vendendi, seu magis retinendi, vel, quicquid libuerit, inde faciendi, liberam potestatem habeat; ut autem Nostra Traditio, qualis sit, sciatur, summatim hic aperiatur: Prædium Eskiniwiage prænominatum,*

cum

cum Familiis, utriusque etiam sexus mancipiis, vineis, vinetis, sylvis ac sylvatica utilitate, Venatu, ac ædificiis --- Piscationibus ---- inventis, quæsitis, & adhuc quomodolibet acquirendis &c.

An. 997, sub dato in *Palatio Noviomagi,* 15 Cal. Junii, paribus privilegiis exornando Cœnobium *Eltenense,* quibus *Assindienses, Gandersheimenses* & *Quedlinburgenses* Sanctimoniales gaudent, apud Dn. *Schatenum,* lib. 4. *Annal. Paderbornens.* ad h. a. pag. 343 & 344, & Dn. *Lunigium* l. c. *Im Anhang,* Tit. *Elten, §.* 4, pag. 357 & 358, scribit Idem: *Baldericus* (Wichmanni Comitis, qui, sub Ottone Magno, An. 968, dictum Cœnobium condiderat, Filiæ, *Adelæ,* maritus) *omnia ejusdem Monasterii Prædia, quæ prior Abbatissa duntaxat in sua habuit potestate & Investitura, ad reliquias S. Viti, in præsentia Nostri, Nostrorumque plurimorum Fidelium, concessit, radicitusque contradidit, quorum nomina hæc sunt inscripta: Keltnon; Furnon; Vorithusen, cum omnibus utilitatibus, ad ea loca juste ac rite pertinentibus: Embricæ media pars, æque divisa; in Hamme media pars; Arhnem media pars; Redingen media pars; Aspel; Tornicka media pars; Herveldt, dimidia pars; Lyende, dimidia pars; Thule dimidia pars; Malime, dimidia pars; Brummen, dimidia pars; Oelbergh media pars; Rathe, dimidia pars; Huingen, dimidia pars; Thelden, dimidia pars; Tryendem media pars; Putte---- dimidia pars. Adhæc quatuor Foresta: in Steenwalt, in Offet, Wichmoet & Subort. In his quatuor Forestis, Cervum vel Cervam, venandi nullus habeat licentiam, nisi verbo & consensu Abbatissæ; & si Cervus, vel Cerva, effugiat de his Forestis, eos in alias sylvas sequi, sit licentia Abbatissæ ----- Præter hæc, quicquid prædii divus Imperator Semper Augustus Wichmanno in proprium donavit, præcipue quæ dicuntur in Nardinklant, Urck, Barbuorgt, Otwines; Prædia insuper in Frisonibus, quicquid Abbatissa in quatuor Comitatibus, videlicet: Hunesco, Fualge, Merime, Micheta, tributi, à Magnificentia Avi Nostri recepisset, Nos, Nostræ descriptionis præcepto, ad utilitatem Abbatissæ, & Sororum, ibidem Deo & S. Vito famulantium, largimur & concedimus, in omnibus utilitatibus supradictis, sicut & in ista proprietate, areis, ædificiis &c. Et, quod dilectus Genitor Noster eidem Monasterio concessit, eodem modo, pro Paterna remuneratione, Nos contradimus ---- & Nos adhuc volumus --- Ut in eodem Monasterio, vel locis ad id pertinentibus, nullus Dux, Comes, vel Vice-Comes, nullus Marchio, vel quilibet Scholdatio, vel alia Judiciaria persona, ullum habeat placitum, nec parafredos, nec paratas faciendas, nec aliquod exigatur servile servitium, priusquam* (hic sensus corruptus, vel aliquid omissum) *ejusdem Abbatissæ servus, in cujuscunque Comitatu habitet, alterius Comitis non eat Placitum, sed ad ejus solummodo, quemcunque Abbatissa sibimet eligere velit, Advocatum &c.* de confirmatione *Lotharii,* sub dato *Gœszilariæ,* 4 Id. April. An. 1134, evolvas Dn. *Lunigium* l. c. *§.* V, p. 359.

An. 999, sub dato *Romæ,* 3 Non. Januar. idem, in Charta *Christiani, Passaviensis* Episcopi, apud *Gewoldum* l. c. in *Catalogo Episcoporum Patavienſium, §.* 3, pag. 242 Edit. Nov. nec non, Dn. *Lunigium,* Part. 2, sæpefati *Spicilegii,* Cap. 4, Tit. *Passau, §.* XIX, pag. 770: *Eidem SS Sedi ---- concessimus, atque largiti sumus, ejusdem Civitatis Mercatum, Monetam, Bannum, Theoloneum, & totius Publicæ Rei districtum, tali tenore, ut prædictus Præsul, Christianus, suique Successores, omnem publicam rem, hactenus Nobis, in eadem Civitate Pataviensi pertinentem, habeat, & firmiter, intra Civitatem & extra, perpetualiter teneat, sine omnium hominum contradictione &c.* Et.

An. eod. sub dato *Romæ,* 6 Kal. Maji, in Charta *Quedlinburgensi,* apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. 28, pag. 37 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg,* §. XXVI, pag. 192: *Amantissimæ Sorori Nostræ Adelheidæ, Venerabili Abbatissæ, quandam Provinciam, Gera dictam, in proprium dedimus, cum omnibus utensilibus, areis, ædificiis, Villis, mancipiis utriusque sexus, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, Venationibus --- Piscationibus --- quæsitis & inquirendis, cæterisque omnibus appendiciis, quæ adhuc dici, inveniri, aut nominari possunt, & cum omnibus eorundem legitimis justisque appertinentiis ---- Nostra Imperiali potentia, libera traditione donavimus, eo tenore, ut ipsa, de prædicta hæreditate, omnium absque prohibitione, liberam dehinc potestatem habeat dandi, vendendi, commutandi, seu, pro animæ remedio, tradendi, vel, quicquid magis libuerit, inde faciendi &c.*

An. 1001, sub dato *Romæ,* 10 Kal. Febr. Idem, in charta *Hildesheimensi,* apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. IX, *Hildesheim,* §. 1, pag. 255: *Regia lar-*

largitione in proprium tradidimus (Bernwardo Præsuli) *hoc est, Castellum, Dalehem nominatum, situm autem infra ejusdem Episcopatus terminos, in Pago Hassala, sive Ambergam, in Comitatu Filiorum Eckbrathi Comitis, & Nepotis nostri, cum Villis & areis, Ecclesiis & ædificiis, mancipiis utriusque sexus, ac silvis & campis, Venationibus & Piscationibus - - - in omnibus utensilibus, quæ adhuc dici, aut nominari, possunt. Fiscum etiam, quem huc usque, ad nostras manus, de liberis Hominibus, per eundem Pagum, recepimus, pari sententia Episcopo - - - perpetualiter largimur &c.*

An. eod. in diplomate confirmationis Privilegiorum *Rhetarii*, *Paderbornensis* Episcopi, sub dato *Romæ*, Cal. Januar. apud Celsiss. *Fürstenbergium*, in *Monumentis Paderborn.* p. 211, Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. p. 355, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Paderborn*, §. 8, p. 701: *Insuper renovamus & confirmamus jam habitæ Sedi Comitatus super Pagos: Paterga, Aga, Treveresga, Auga, Soretfelt, dictos, pro decimis Novæ Corbejæ ad Monasterium pertinentibus; & de proprietate Clericorum, si quis sine hærede illorum obierit, ejusdem Ecclesiæ concessa; & de tribus mansis in Tuisburg, & in Trutmannia; & de Foresto, quod incipit de Dellina flumine, & tendit per Ardennam, & Sinede, usque in viam, quæ ducit ad Herisiam. Hæc igitur omnia - - - sæpe nominatæ Sedi Paderbrunnensi in jus proprietarium donamus; & firmissima traditione restauramus &c.* Confirmationem *Henrici Sancti*, sub dato *Quidilingaburc*, 4 Non. April. An. 1003, sistunt *Fürstenbergius* l. c. pag. 213; *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 367; Dn. *Lunig*, l. c. §. 10, p. 702.

Eccardi, *Misniæ* Marchionis, memor *Ditmarus*, lib. V, p. m. 53, inquit: *Vitæ cursum quam probabiliter egit, hoc etiam testificatur, quod, apud Dominum*, (Ottonem III) *suimet Beneficii* (Misniæ) *maximam partem acquisivit in proprietatem &c.*

HENRICUS SANCTUS, in confirmatione *Wodilulphi*, *Osnabrugensis* Episcopi, Privilegiorum, sub dato *Merseburc*, 5 Cal. Aug. apud Celsiss. *Fürstenbergium*, cit. *Monument. Paderborn.* pag. 214; Dn. *Schatenum* l. c. Lib. 4, ad h. a. pag. 364 & 365, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Osnabrück*, §. 5, pag. 578: *Hoc præceptum, pro voto ejus* (Wodilulphi) *conscribi jussimus, per quod firmiter præcepimus, ut, sicut Sanctæ Ecclesiæ Clerici per totam Franciam, & Saxoniam, & immunitatis tuitione, & Antecessorum nostrorum, Regum videlicet & Imperatorum, auctoritate confirmantur; ita præfati Præsulis Sedes sancta perpetuo, per hoc præceptum nostrum, domino opitulante, stabilita consistat, eo pacto, ut nullus Judex publicus, neque aliqua Judiciaria Potestas, aut Comites, aut Vice-Comites, vel Missi dominici per tempora discurrentes, loca illius Episcopatus, ad Placita habenda, vel freda, vel parafreda exigenda, aut paratas faciendas, vel fidejussores tollendos, aut servos, vel liberos, sive liddones, & cæteros, & eos qui casum persolvere debent, quod Mandschad vocatur, ad pontem restaurandum aut corrigendum, ullo unquam tempore astringendos, ingredi valeant. Liceat etiam, in eodem loco Osnabrugensi Mercatum habere, & Monetam publicam instituere, & Teloneum seu Vectigal inde accipere, omni tempore, nemine contradicente. Sit quoque licentia præfato Venerabili Episcopo, Ejusque Successoribus, & suo Advocato, res prædictæ Ecclesiæ, cum omnibus quæ possidet, vel deinceps acquisierit, quieto ordine possidere, suasque Ecclesias juste corrigere, & suas causas absque ulla contrarietate, ordinare atque disponere &c.* Conf. seq. Tit. 18, §. 8, lit. b; ad h. a.

Idem, in confirmatione Privilegiorum *Arnoldi*, Episcopi *Halberstadensis*, sub dato *Trajecti*, An. eod. 6 Kal. Sept. apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus nummariis Halberstadensibus*, §. 14, lit. a a a, pag. 34: & in *Antiquit. Halberstadensibus*, §. 40 documentorum p. 666; nec non Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicileg. Eccles.* Cap. 4, *im Anhang zu den Hoch-Stifftern*, Tit. *Halberstatt*, §. 9, p. 19, præmissis iis, quæ de *Mercatu*, *Moneta*, *Telonio*, & *Banno Regio*, statuit, præc. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ottone III*, jam adducta, ait: *Præcipientes similiter Regio jussu, ut nullus Judex publicus, seu qualibet judiciaria persona, ejusdem Sedis Litos & Colonos, seu quoslibet Viros, ad ipsam Sedem, variis modis quæsitos, aut inquirendos, quolibet modo distringere audeat, sed maneat ipsius loci Episcopo facultas propria, quæ de his juste voluerint, faciendi &c.*

Idem, in Charta confirmationis terrarum Privilegiorumque Episcopatus *Leodiensis*, sub dato *Erstem*, 4 Id. Junii, An. 1006, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Lüttich*, §. XVIII, p. 491: *Firmissime jubemus, ut deinceps nullus Comes, nullus Judex, nisi cui Episcopus commiserit, in prædicta Loca*, (Lobium, ad S. Hubertum, Bronio, Gembluos, Fossis in Malonia, Namurcum, Dionantum, Geumacum, Edla, Tungros, Hoyum, Trajectum, Malinas &c.) *vel eorum Territoria, quæ, in quibuslibet Pagis,*

gis, infra Regni nostri ditionem, & nunc habent, & in futuro habenda sunt, ad causas audiendas, vel ad freda, aut banna, aut tributa, aut de statione navium, vel de qualibet alia re, telonia exigenda, aut aliqua districtionis negotia super homines, tam Ingenuos quam servos, in eis manentes, exercenda, nostris & futuris temporibus, ingredi audeat, vel quicquam in eis, contra voluntatem Episcopi, successorumque ejus, attentare audeat: sed ipsi Præsuli, successoribusque suis, & nunc & semper, liceat res prædictæ Ecclesiæ, & illi subditarum, sub tuitionis atque immunitatis nostræ defensione, remota totius Judiciariæ Potestatis inquietudine, quietas possidere &c.

Idem, in traditione Prædii *Chatsa*, ad Ecclesiam *Frisingensem*, sub dato *Babenberga*, 1007, 6 Id. Maji, Indict. V, apud *Gewoldum*, ad T. I *Hundii Metropol.* p. m. 96, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Freysingen*, §. XIX, p. 222 *de propria quasi Camera - - - subtraximus quoddam nostri Juris prædium, Chatsa vulgo nominatum, in Provincia Carinthia situm, cum familiis utriusque sexus, curtiferis, edificiis, terris, cultis & incultis - - - - omnibusque eidem prædio juste & legaliter pertinentibus, ad Ecclesiam Mariæ, Matris Domini, ejusque S. Confessoris, Corbiniani, in proprium donavimus, eo namque tenore, ut jam dictus Engilbertus, Frisingensis Episcopus, suique Successores, absque contradictione omnium nostro dominio subditorum, liberam exinde habeant potestatem tenendi, possidendi, commutandi, vel, quicquid in usum Ecclesiæ libuerit, faciendi; præcipientes igitur, ut nullus Dux, aliquisve Comes, jugum, vel aliquam discretionem, servis, libertisque, in eodem prædio habitantibus, imponere jus habeat; sed Advocatus, eidem Curti ab Episcopo positus, quicquid in eadem Curte ad regendum emendandumve sit, juxta Leges, ac instituta Majorum, potestate diffiniat &c.*

Idem, in donatione *Bambergensi* hujus anni, vid. seq. Tit. XVIII, §. 8. lit. b. ad h. a.

Idem, in charta permutationis, cum Episcopo *Herbipolensi*, *Henrico*, An. 1008, 7 Maji, Herbipoli, initæ, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Würtzburg*, §. XI, p. m. 937: *Kund sey allen Christglaubigen - - - - daß Wir ein theil des Bistumbs Würtzburg, welche Gegend die Grafffschafft Radentzgay genant - - - - und dann ein theil an der Gegend Volckfeld genant - - - - von Heinrich, der benenten Kirchen Bischoff - - - - durch eine beständige, redliche Verwechslung zu Uns bracht, und dem gedachten Bischoff Heinrichen, und seinem Stifft, dargegen übergeben haben, folgende Unser Eigenthumb in dem Grabfeld, und in Graff Otten Grafschafft gelegen, nemlich Meynungen, Meinunger-Marck und Waldorff, mit allen ihren zugehörigen Dörffern, und beiderley Geschlecht eigen Leuten, Kirchen, Zehenden, Wäldern, Gejägden, Wassern - - - - auch allen andern Nutzbarkeiten, wie die geheissen und genant werden mögen; und haben die aus Unsern Rechten und Gewehr, in des gemelten Stiffts Rechten und Gewehr gesetzt, mit der Gestalt, daß der gedachte Bischoff Heinrich, und seine Nachkommen, der obgedachten Flecken halben, hinfüro freyen Gewalt haben sollen, dieselben zu besitzen, zu verwechseln, oder damit zu thun, was Ihnen beliebt &c.* Exemplum hoc è Latino desumtum;

Huc pertinent Ejusdem donationes Ecclesiæ *Leodiensi* factæ; de quibus seq. Tit XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

Idem, sub dato *Ogelosheim*, 3 Non. Sept. An. 1008, pro *Baldolvesheim*, *Ehuhinegeshoven* & *Sonderenhoven*, quæ à *Sophia*, Gandersheimensi Abbatissa, in compensationem accepit, ait: *Quandam Curtem, quæ dicitur Darneburge, in Pago Harthega, in Comitatu Ipponis Comitis, sed & Budveldum, cum Foresto & Venatione, & Rediborum, cum omnibus, ad eadem tria loca pertinentibus, curtificiis, ædificiis, ac utriusque sexus familiis, Ecclesiis, vicis, agris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, cum viis & inviis, cultis aut incultis, exitibus & reditibus, quæsitis sive inquirendis, seu cum omnibus, quæ quolibet modo dici aut scribi possunt, utensilibus, per hanc nostram Regalem, concedimus atque largimur, & de nostro Jure ac dominio, in ejus jus & dominium, omnino transfundimus, paginam, ea videlicet ratione, ut præfata Abbatissa - - - - de prænominatis tribus curtibus potestatem habeant exinde, quicquid ei placuerit, faciendi &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. 20, pag. 28; Dn. *Leuckfeld*, *Antiquit. Gandersheim.* Cap. XIV, §. 9, lit. Z, pag. 113.

Idem, in charta donationis, sub dato *Goslariæ*, 6 Julii, Indict. VII (1008) Abbatiæ *Fuldensi* factæ, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Fulda*, §. 50, p. 155: *Comitatum Stoddenstat, situm in Pago Moyngowe, Fuldæ ad Altare S. Bonifacii, tali jure, talique constitutione, quali & debet - - - - donavimus, ea videlicet ratione, ut ipse* (Abbas Richardus) *suique successores, sicut de cæteris ejusdem*

dem Abbatiæ bonis, *debinc liberum habeant arbitrium*, *quoquo modo desuper præcipiendi*, *seu quodlibet utile prædictæ Ecclesiæ inde faciendi &c.*

Idem, in commutationis charta, cum Cœnobio eodem, sub dato *Gelenheim*, 3 Non. Sept. An. 1009, apud Dn. *Leuckfeldum* l. c. lit. c, pag. 114 & 115, & Dn. *Lunigium* l. c. Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. 21, p. 29, pro *Badeliska* curte: *Quandam Juris nostri* (curtem) *Dalebeim*, *in Pago Ambraga*, *in Comitatu vero Wishmanni Comitis*, *sitam*, *cum omnibus suis pertinentiis*, *sive appendiciis*, *villis*, *ædificiis*, *pratis*, *pascuis*, *sylvis*, *venationibus* – – – *piscationibus* – – – *cum omnibus*, *quæ quolibet modo dici*, *aut nominari possunt*, *utilitatibus*, *Sanctæ Ecclesiæ Gandesheimensi* – – – *per hanc nostram Regalem paginam*, *concedimus*, *& de nostro Jure & dominio*, *in ejus jus & dominium transferimus &c.*

Idem, in donationis diplomate, An. 1010, Abbatiæ *Ober-Münster* Ratisbonæ concesso, apud *Hundium*, Tom. 3 *Metropolis*, voc. *Ober-Münster* p. m. 2, & Dn. *Lunigium* l. c. Cap. VII, Tit. *Ober-Münster*, §. 4, p. 179: *Quandam nostri juris curtem*, *nomine Salach*, *in Comitatu Ruperti Comitis*, *in Pago Donogew*, *cum omnibus suis pertinentiis*, *& appendiciis*, *Villis videlicet* - - - - *sylvis*, *venationibus* – – – *piscationibus* - - - - *cum omnibus*, *quæ quolibet modo dici aut nominari possunt*, *utilitatibus*, *per hanc nostram Regalem paginam*, *eidem Monasterio* - - - - *integre concessimus*, *atque tradidimus*, *& de nostro Jure ac dominio*, *in ejus jus & dominium omnino transfundimus*, *ea quippe ratione*, *ut Abbatissa Wilpurga* - - - - *eique succedentes Abbatissæ*, *de eadem proprietate* - - - - *debinc liberam habeant potestatem*, *quicquid eis placuerit*, *faciendi &c.*

Idem, sub dato *Tribura*, 4 Id. April. An. 1011, in donatione, *Meinwerco*, *Paderbornensi* Episcopo, facta, apud Dn. *Schatenum*, Lib. 5 *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 394, & Dn. *Lunigium* Part. 2, *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Paderborn*, §. XIII, pag. 704: *Comitatum*, *quem Habold Comes*, *dum vixit*, *tenuit*, *situm scil. in locis Haverga*, *Limga*, *Thiatmalli*, *Aga*, *Patherga*, *Treveresga*, *Langaneka*, *Erpesfeldt*, *Silbiki*, *Matfeldt*, *Nitherga*, *Sinatfeld*, *Ballevan* prope *Spriada*, *Gambiki*, *Gession*, *Sewardeshusen*, *cum omni legalitate*, *in proprium concedimus atque largimur*, *per hanc nostram Regalem paginam*, *eo videlicet rationis tenore*, *ut præfatus Episcopus Meginwerc*, *suique successores* - - - - *debinc liberam habeant potestatem de eodem Comitatu*, *ejusque utilitatibus*, *quicquid eis placuerit*, *faciendi &c.*

Idem, in charta qua, sub dato *Werla*, An. 1013, testatur, *Ottonem III* Imp. permisisse non solum *Bernwardo*, *Hildesheimensium* Præsuli, *speciale jus Castellum Mundburg*, *in ripa Aleræ fluminis*, *ad munimentum & tuitionem*, *contra perfidorum incursionem*, *& vastationem Sclavorum*, *ædificandi*, sed & *Comitatum*, *circumjacentem illud Castellum*, *in Pago Astvala*, *quod olim Thidericus*, *Palatinus Comes*, *postea quoque filius ejus*, *habuerat*, *Ei in beneficiarium jus concessisse*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Hildesheim*, §. 2, pag. 256, inquit: *Eundem Comitatum*, *scriptis Regiis Nostri præcepti illi* (Episcopo) *in finem dierum præstitimus*, *ita*, *ut nullus Judiciaria potestate*, *quid in eo*, *contra illius jussum*, *seu votum*, *agere præsumat*; *verum*, *quicunque ipse velit*, *ut eundem Comitatum*, *nostra largitione*, *habeat*, *& regat*, *præcipientes jubemus*, *ut id ratum firmumque consistat &c.*

Idem, sub dato *Werlæ*, An. 1013, 5 Non. Martii, apud Dn. *Schatenum*, *Annal. Paderborn.* lib. V, h. a. pag. 402 & 403; & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Paderborn*, §. XV, p. 705: *Nos* - - - - *Prædia eadem* (quæ *Meinwercus*, Episc. Paderborn. hæreditario Jure possederat, & matri suæ, *Adalæ*, tradiderat; hæcque vicissim in Cæsarem transtulerat) *legitime nobis tradita*, *inter quæ principales sortes sunt ista*: *Widun*, *Rimi*, *Meribitii*, *Goltbike*, *Dodenhuson*, *cum appertinentiis*, *Villis*, *& mancipiis utriusque sexus*, *silvis*, *viis & inviis*, *exitibus & reditibus*, *molendinis*, *piscationibus*, *pascuis*, *venationibus*, *quæsitis & inquirendis*, *omnibusque utensilibus*, *quæ quolibet modo dici*, *vel nominari possunt*, *S. Paderbrunnensi Ecclesiæ* - - - - *per hanc Regalem Paginam*, *largimur*, *omnium hominum contradictione remota*; *Insuper*, *etiam Regali auctoritate*, *præcipimus*: *Ut nulla major minorve persona*, *aliqua Judiciaria potestate*, *in eisdem prædiis se intromittat*, *nisi Advocatus*, *quem ejusdem Ecclesiæ Episcopus sibi eligat &c.*

Idem, in donatione Comitatus *Bessingen*, sub dato 21 Junii, 1013, Ecclesiæ Herbipolensi facta, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Würtzburg*, §. 13, pag. 939: *Demnach sey kund allermänniglich* - - - *daß wir wohl eingedächtig der Treu und Dienst*, *so Uns der Ehrwürwürdige Heinrich*, *Bischoff*, *gar offt getreulich erzeigt hat*, *die Graffschafft zu Bessingen*, *zu dem Amt*, *Sitz und Flecken Gerach gehörig*, *samt der Fraischlichen Obrigkeit*, *Bann und Grantzen*, *allen ihren*

ren Zugehœrungen - - - *dem Stifft Würtzburg zu eigen Recht und beständiglich übergeben haben, nach ihrem Gefallen, und Nutzbarkeit ihres Stiffts, damit zu thun &c.* Exemplum Latinum deficit.

Idem, in charta, sub dato *Drodmannia*, 4 Id. Januar. An. 1016, Indict. 13, Ecclesiæ *Paderbornensi* scripta, apud Dn. *Schatenum*, lib. V *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 417, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Paderborn*, §. 18, p. 707: *Omnium Fidelium Christi* - - - *noverit universitas, qualiter Meinwercus, Sanctæ Paderburnensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopus, omnia prædia sua, quæ hereditario jure possederat, Matri suæ, Adelæ, contradidit; dehinc ipsa, cum manu mariti, & Advocati sui, Balderici Comitis, cum consensu etiam heredum, eadem prædia potestative Nobis donavit: at Nos, perpetuæ beatitudinis spe* - - - - *commoniti, Prædia eadem, legitime Nobis tradita, (inter quæ, principales Cortes sunt istæ: Immedeshusen, Walmonthem, Haverloo, Hukilhem, Mandelhiki, Golthbiki, Doddohusen, Hokinesleve, Wackeresleve) cum appertinentibus Villis, & mancipiis utriusque sexus, silvis, viis & inviis, exitibus & reditibus, molendinis, piscationibus, pascuis, Venationibus, quæsitis & inquirendis, omnibus utensilibus, quæ quolibet modo dici vel nominari possunt, S. Paderburnensi Ecclesiæ* - - - *per hanc Imperialem paginam largimur, omnium hominum contradictione remota. Insuper etiam Imperiali auctoritate præcipimus, ut nulla major minorve persona aliqua, judiciaria potestate, in eisdem prædiis se intromittat, nisi Advocatus, quem ejusdem Ecclesiæ Episcopus sibi eligat &c.*

Idem, in donatione nobilis Prædii *Bernehusen*, eidem *Meinwerco* Præsuli, sub dato *Drodmanniæ*, 1016, 19 Cal. Febr. asserti, apud Dn. *Schaten* l. c. pag. 418 & 419, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 20, pag. 708: *Quandam Curtem Nostræ proprietatis, Berneshusen dictam, in Pago Lisga, in Comitatu Udonis sitam* - - - - *proprietario Jure concedimus* (dicto Præsuli) *cum omnibus appertinentiis, rebus, Territoriis, Villis, mancipiis utriusque sexus, Silvis, Venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus* - - - - *ea ratione, ut prænotatus Episcopus, ejusque Successores, liberam potestatem in ejusdem Ecclesiæ utilitatem vertendi habeant &c.*

Idem, in charta, sub dato 5 Id. Julii, An. 1017, ap. Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 426, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 22, pag. 709: *Abbatiam, nomine Helmwardeshusen, cum omnibus suis appendiciis, mobilibus & immobilibus, Sedi Paderbornensi* - - - - *in proprium dedimus, nostroque Jure & dominio, in jus & dominium ipsius, amodò potestative* - - - - *tradidimus &c.*

Idem, in Diplomate, an. eod. *Herbipolensi* Episcopo dato, apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatib. Pœldensibus*, Append. 3, §. 1. p. 252, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, 3 *Fortsetzung*, XXIII *Absatz*, §. 172, p. 325: *Nec quisque Comes, vel aliquis publicus Judex, in ulla penitus re, præfatæ Ecclesiæ homines, vel res, audeat, ullo unquam tempore, vel loco, distringere, vel inquietare, vel aliquam potestatem, aut Jurisdictionem, in toto Ducatu, vel Cometiis, Orientalis Franciæ, nisi super Parrochos, quos Bargildon vocant, exercere &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. d, pag. 1179.

Confer Ejusdem donationes quasdam, huc pertinentes, seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad An. 1019, 1020 & 1021.

Idem, in charta, sub dato *Noviomagi*, An. 1021, 10 Kal. Aug. apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. p. 444; Dn. *Lunigium* Part. 3, *Spicilegii Eccles.* Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. 22, p. 29; & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquitat. Gandersheim.* Cap. XIV, §. 9, lit. d, pag. 115: *Talem Comitatum, qualem Otto Comes, ex Imperiali Nostro munere, infra hos quippe Pagos: Gandersheimigawi, Grenigabi, Fretenigabi, Flentigabi, Auganawi, Vierzigauwi, Erigauwi, & insuper quicquid his duobus Pagis: Eilwerigawi* (al. Svilberigawi) *& Ammerigawi*, (al. Erimergawi) *visus est habere, ad Altare SS. Confessorum, pariterque Pontificum, B. scil. Anastasii atque Innocentii, in quorum honorem prædictum Gandersheimense Monasterium constructum atque consecratum est, prout juste ac legaliter possumus, per hanc Imperialem paginam, donamus atque largimur in proprium.*

Idem, confirmando, sub dato *Padebrun*, 14 Cal. Mart. An. eod. donationem *Dodiconis* Comitis, cum consensu *Hildigundæ*, Matris suæ & *primitivæ heredis*, atque *Sigobodonis* fratris, *proprium prædium suum*, in locis *Wartbergi*, *Rainlesessum*, *Erungun*, *Radi*, *Radi in superiori Wurmlahun*, *Rohthem*, *Garametti*, *Rodwardeshusun*, *Illandehusun*, *Silihem*, situm, cum omnibus ad hæc loca pertinentibus appendiciis, Ecclesiæ *Paderbornensi* dono offerentis, factam, apud Reverendiss. *Fürstenbergium*, *Monument. Paderborn.* p. 145 & 146; Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 441 & 442, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, 3 *Fortsetzung*, 3 *Abtheilung*,

theilung, 23 *Absatz*, in Supplemento *zum Stifft Paderborn*, §. 203, p. 370, ait: *Comitatum, quem Dodico Comes, dum vixit, tenuit, situm videlicet, in locis: Hessiga, Netga, Nihterga, cum omni legalitate, in proprium concedimus, atque largimur, per hanc Nostram Imperialem paginam, eo videlicet, tenore rationis, ut præfatus Episcopus Meinwerc, suique Successores, præscriptæ Ecclesiæ* (Paderbornensi) *præsidentes, dehinc liberam habeant potestatem, de eodem Comitatu, ejusque utilitatibus, quicquid eis placuerit, faciendi, ad eorum tamen utilitatem Ecclesiæ &c.* Ipsa *Dodiconis* donatio habetur in dictis *Monumentis Fürstenbergii* l. c. pag. 144, ut & apud Dn. *Schatenum* l. c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 202, p. 369 &c.

Idem, in donationis charta, sub dato *Quidilingiburch*, An. eod. cognominis Ecclesiæ factæ, apud Dn. *Kettnerum Antiquit. Quedlinburg.* inter Diplomata Sec. XI, §. 1, p. 160: *Nos --- Ancillis Dei ---- in loco qui dicitur Quidilingiburch, in proprium donamus, & in dotem offerimus, tale prædium, quale quidam Nobilis Vir, nomine Egino, à sua proprietate, in nostram dedit proprietatem, quod vocatur Pliozuuvzi, & decem mansos in altero loco, qui dicitur Arrikesleva, quæ sita sunt in Pago Nordduringon, in Comitatu vero Thiotmari Marchionis, cum omnibus eorum pertinentiis &c.*

Huc etiam pertinet donatio Curtis *Ruitte*, Ecclesiæ *S. Emmerani* facta, seq. Tit. XVIII. §. 8, lit. b, ad h. a. ut & *Paderbornensis*, An. 1023, ibid. h. a.

CONRADUS SALICUS; in charta, sub dato *Brixiæ*, An. 1027, prid. Kal. Junii, Comitatum *Tridentinum* in Ecclesiam cognominis transferens, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, Tit. *Trident*, §. I, p. 913, ait: *Comitatum Tridentinum, cum omnibus suis pertinentiis, & utilitatibus illis, quibus eum Duces, Comites sive Marchiones, hucusque, beneficii nomine, habere visi sunt, S. Tridentinæ Ecclesiæ ---- cui Venerabilis Vir, Udalricus Episcopus, praeesse videtur, in proprium, cum districtis, placitis, cunctisque publicis functionibus, & redhibitionibus ---- in perpetuum damus, tradimus, atque --- in S. Suprascriptæ Tridentinæ Ecclesiæ --- proprium Jus & dominium modis omnibus, transfundimus, atque delegamus, eo videlicet tenore, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vice-Comes, Gastaldio, sive aliqua Regni nostri magna vel parva persona, supradictum Episcopum, & suos Successores, inquietare, molestare, seu etiam intromittere audeat, sine supradicti Episcopi, seu Successorum suorum, qui pro tempore fuerint, gratis concessa licentia &c.* Pari formula, donavit eandem Ecclesiam Comitatibus *Venostensi* & *Bauzanensi*.

An. 1028, sub dato: *Monte Ritinæ*, Kal. Junii, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 2, p. 914; conf. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

An. 1029, Idem confirmat Regalia Episcopi Frisingensis. Vid. praec. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad An. 996.

Huc etiam pertinet donatio *Porcetana*, An. eod. Vid. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

Idem, in charta translatæ Sedis Episcopalis *Zizæ Numburgum*, sub dato *Quitilineburg*, 16 Calend. Januar. An. 1032, apud Dn. *Sagittarium*, in *Historia de Eccardo II, Marchione Misniæ*, Sect. XI, §. IX, pag. 22, & Dn. *Lunigium* l. c. in Appendice, Tit. *Naumburg*, §. 2, p. 143: *Ob frequens servitium chari nostri Kalonis Episcopi Ecclesiæ S. Petri Nuwenburg, cui Ipse præsidet, Balchstæd, nostram Regalem Cortem in Pago Thuringiæ, in Comitatu Madelgobonis sitam, cum omnibus attinentiis, sylvis ---- venationibus ---- seu cum omni utilitate, quæ nominari vel scribi potest, in proprium tradidimus, ea videlicet ratione, ut ipse, suique successores, de eadem corte, in his omnibus, quæ ad ejusdem Ecclesiæ pertineant utilitatem, liberam potestatem habeant faciendi &c.*

Idem, in donatione Prædii *Emlingen*, sub dato *Imileb*, An. 1033, 12 Kal. Aug. *Engilberto, Frisingensi* Episcopo, facta, apud *Gewoldum* Tom. I *Hundii Metropolis*, p. m. 98, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Freysingen*, §. 24, p. 225: *Ad Altare S. Dei Genetricis Mariæ, in Civitate Frisingensi, ubi egregius Christi Confessor Corbinianus corpore requiescit, Curtem Emlingen, sitam in Comitatu Udalstaiti Comitis, cum omnibus ejusdem loci Justitiis, ceterisque pertinentiis ---- que aut scribi, aut nominari possunt, eo videlicet tenore, eandem Curtem, de nostri dominii jure, in jus & dominium predicte Frisingensis Ecclesie transfundimus, & in proprium perpetuo possidendo tradimus, ut idem Venerabilis Presul Engilbertus, suique successores, liberam habeant potestatem, eam, sicut alias Ecclesie sue proprietates, libere possidendi, &, si opus fuerit, commutandi, seu, quicquid Ecclesie sue libitum, inde faciendi &c.*

Idem, sub dato *Immileb*, An. eod. 14 Kal. Aug. eadem formula, Curtem *Alarum*, in Comitatu & Marchia *Adalberti* Marchionis sitam, *cum omnibus ad eam de Jure ac legaliter pertinentibus, de suo Jure*

Jure aut dominio, in jus atque dominium Frisingensis Ecclesiæ omnino transfudit, & in proprietatem perpetuam donavit &c. Vid. *Gewoldus* l. c. pag. 98, & Dn. *Lunig* l. c. §. 25, p. 225.

Huc faciunt aliæ donationes, quarum seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b. sub *Conrado Salico*, mentio fiet.

HENRICUS III, in charta donationis, sub dato *Ulmæ*, An. 1040, 9 Kal. Febr. Ecclesiæ *Leodiensi* collatæ, apud Dn. *Lunigium*, cit. Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. 22, p. 493: *Omnibus ---- perspicuum esse volumus, qualiter Nithardus, S. Leodiensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopus, nostram Regalem adiit Sublimitatem, humiliter deprecans, ut ---- Comitatum Arnoldi Comitis, nomine Haspinga, in Pago Haspingow situm, cum tali Jure, talique districto, quale Parens noster, aut Nos, hactenus in illo visi sumus habere, in Moneta, vel Telonio, imo, cum omni utilitate, quæ scribi aut excogitari potest, prædictæ Leodiensi Ecclesiæ --- ea lege in proprium concederemus, ut hanc proprietatem, quam hactenus in illo habuimus, præfatus Episcopus, Nithardus, suique successores, abhinc potestative habeant &c.* Conf. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, ad h. a.

Idem, in charta cessionis Castri *Bruggiheim*, pro Cœnobio *Kinewag*, Abbatissæ *Gandersheimensi*, sub dato *Francofurti*, An. 1043, XI Kal. Junii, tradita, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Ganderheimens.* Cap. 14, §. 10, lit. e, pag. 117, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. 23, pag. 30: *Castrum quoddam nostræ hereditatis, Bruggiheim dictum, in Septentrionali parte Leinæ fluminis situm, sub integritate libertatis Regalis possessionis, cum omnibus rebus, appendiciis & terminis suis, quingentis videlicet Regalibus mansis, cum omnibus ad se jure pertinentibus & respicientibus, mancipiis utriusque sexus ---- campis, pratis, pascuis, Sylvis, Forestibus, omnique sylvatica utilitate, aquis ---- vel cum omnibus appendiciis, quæ vel excogitari, vel nominari possunt, memoratæ Ganderesheimensi Ecclesiæ subditum esse facimus, atque, per hanc nostram auctoritatem, ita condonamus & tradimus, ut in Jure & subjectione* (Ejus) *absque cujusque diminoratione, atque retractione, permaneat &c.*

Idem, in charta donationis, sub dato *Bodveld*, An. 1045, 6 Kal. Maji, *Beatrici*, filiæ suæ, qua Abbatissæ *Quedlinburgensi* factæ, apud Dn. *Kettnerum*, *Antiquit. Quedlinburg.* inter Diplomata Sec. XI, §. 6, pag. 165, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, §. 30, p. 194: *Tale Prædium, quale habere visi sumus in locis Sinslebo & Anegrimeslebo, causa dilectiss. Filiæ nostræ, Beatricis, Ecclesiæ in honore Domini nostri Jesu Christi, & S. Servatii, atque S. Dionysii, constructæ, cui prædicta Filia nostra ---- præest, Regali nostra potestate & auctoritate, ex nostro dominio, in proprium condonavimus, & in ejus jus atque dominium liberaliter transfudimus &c.*

Idem in donatione, An. eod. *Reginoldo* cuidam facta, seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

Idem, confirmans donationem *Eckehardi* Marchionis, sub dato *Walehusen*, An. 1046, XI Kal. Mart. Cœnobio *Gernrodensi* assertam, apud Dn. *Becmannum*, Part. 3 *Histor. Anhalt.* lib. I, Cap. VII, §. 4, p. 171: *Ad Ecclesiam S. Cypriani, in Gerenrod Civitate constructam, cui, sub presenti tempore, Halecha Venerabilis preest Abbatissa, talia prædia, qualia fel. mem. Ecgihardus Marchio, in his locis: Ganderesleb o, Westerbuson, Morore, Richbrechtingerod, Winethuson, Ecgibartingerod, Doubonrod, Haselfeld, obtinuit, & Ipse eidem Ecclesiæ donare decrevit ---- in proprium tradidimus, cum omnibus suis appendiciis, h. e. mancipiis utriusque sexus ---- piscationibus, silvis, Venationibus, vineis ---- cum omni utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire; ea videlicet ratione, ut eadem proprietas à Nobis illuc concessa & data, sub Ecclesiæ deinceps Jure consistat, & prenominata Abbatissa, ejusque future subsequentes, ad usum prefate Ecclesie ---- idem proprium sub sua potestate perpetualiter teneant atque possideant &c.* Eadem charta reperitur apud *Hoppenrodium*, *Annal. Gernrod.* Tom. 2 *Scriptor. Rer. German. Meibomii*, p. 430, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Gernrode*, §. X, p. 84.

De aliis Ejusdem chartis huc facientibus, evolve seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b.

HENRICUS IV, sub dato *Goslare*, 6 Kal. April. in charta Cœnobii *Goslariensis*, SS. *Simonis* & *Judæ*, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquitat. Walckenred.* Cap. XIII, §. 5, p. 203: *Quoddam nostræ proprietatis prædium, Valendre dictum, quod in nostram potestatem, hæreditario Regni jure, cessit, in Diœcesi Trevirensi situm, ad Altare SS. prænominatorum ---- cum omnibus pertinentiis suis, in proprium tradidimus, areis ---- sylvis, venationibus ---- Piscationibus ---- quæsitis & inquirendis, & cum omni Jure & utilitate, quæ ullo modo*

do inde provenire poterit, ea videlicet ratione, ut prædicti Monasterii Præpositus, cæterique Fratres, de eodem prædio ---- omnimodo liberam potestatem habeant possidendi, commutandi, precariandi, vel, quicquid illis placuerit, ad utilitatem ejusdem Monasterii scr. Fratrum, inde faciendi &c.

Idem, in charta, *Hamburgensi*, de An. 1062; de qua præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad h. a.

Idem, in donatione *Gernrodensi*, sub dato *Alsteten*, 5 Id. Julii An 1064, apud Dn. *Becmannum*, l. c. §. V, pag. 172, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VII, Tit. *Gernrode*, §. XI, p. 84: *Hedewige, Abbatisse Ecclesie ---- Gerenrode --- tale predium, quale Nobis, post obitum Juten, in hereditatem venit, in Pago Suabe, in Villa Ratere & Pichelingen, in Comitatu autem Adalberti Comitis situm, cum omnibus appendiciis --- in proprium dedimus, atque tradidimus, & in eternum possidendum concessimus, ea videlicet ratione, ut prædicti loci Abbatissa liberam inde potestatem habeat tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid inde, ad usum Ecclesie, voluerit faciendi &c.*

Eundem *Trajectensi* Ecclesiæ Comitatum quendam Frisiæ, *Ostergowe* & *Westergowe* dono dedisse, ex confirmatione *Conradi III*, sub dato *Coloniæ*, An. 1138, 5 Id. April. discimus, apud Dn. *Tolnerum, Cod. Dipl. Palat.* §. 46, p. 41 & 42.

Plurium Ejusdem donationum huc spectantium memini seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, in Ejus vita.

HENRICUS V, in Epistola ad omnes Christianos, apud *Dodechinum*, in Appendice ad *Marianum Scotum*, ad An. 1110, p. 467, tractatuum cum Romano Pontifice, *Paschali*, memor: *Quum, per Nuncios nostros ab Eo* (P. R.) *quæreremus: Quid de Nobis fieret? in quo Regnum nostrum constat, quomodo fere omnia Antecessores nostri Ecclesiis contulerunt, & tradiderunt? subjunxit: Fratres Ecclesiæ decimis, & oblationibus suis, contenti sunto: Rex vero Prædia, & Regalia, quæ à Carolo, & Ludovico, Ottone & Henrico, Ecclesiis collata sunt, sibi & successoribus suis, recipiat & detineat &c.* Conf. Ejusdem conventionis charta cum dicto Præsule; *Papa præcipiet Episcopis præsentibus, in die coronationis Regis, ut dimittant Regalia Regno, quæ ad Regnum pertinebant, tempore Caroli, Henrici, & aliorum Prædecessorum Ejus, & scripto firmabit, sub anathemate: Ne quis eorum, vel præsentium, vel absentium, vel successorum eorum, intromittant se ullo modo, vel invadant eadem Regalia, id est, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias, omnia Jura Centurionum, i. e. Villicorum; Turres & Villas, quæ Regni erant, cum omnibus pertinentiis suis; Militiam & Castra &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in Vita *Henrici V*, p. 551 &c. & Tit. XV, §. 5, lit. a, p. 1140 & 1141.

Idem, in Confirmatione Privilegiorum Ecclesiæ *Herbipolensis*, An. 1120, *Solus prædictus Episcopus, & sui successores, hanc judiciariam potestatem*, (in Francia Orientali) *potestative, juxta Antecessorum nostrorum traditionem, exercendi potestatem habeat &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. d, pag. 1179 & 1180.

CONRADUS III, confirmando Privilegia Ecclesiæ *Cameracensis*, sub dato *Aquisgrani*, An. 1146, 3 Kal. Januar. ap. *Andream du Chesne*, in *Historia Genealogica domus Lucemburg. Miræum* in *donationib. Belgicis* & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Dipl. Palat.* §. 51, p. 45, ait: *Subsignatas possessiones præfatæ Sedi Cameracensi ---- irrefragabiliter assignavimus, Civitatem scil. quæ Cameray nuncupatur, cum Justitiis, districtibus, moneta, molendinis, ---- Ecclesiis, Villis ---- Abbatiam etiam Gaugerici; Comitatum totius Terræ Cameracensis; Castellaniam quoque, Casaturas & hominia, quæ de Feodo Episcopi esse constat; ad hæc novum Castellum cum Justitiis, districtibus, moneta, molendinis, aquis, casatis, Forastum etiam, tendens in longitudine à Sanasionis monte, usque ad illum locum, ubi 2 Helpræ cadunt in Sambram; in latitudine, à Villa quæ dicitur Barsis, & loco qui vocatur Gorgunes, ita ut Sambra decurrit, & 2 Helpræ, usque ad ulteriorem ulterioris Helpræ ripam; decernimus ergo & Regia authoritate præcipimus: ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex Judiciaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas denominatas possessiones prædictæ Ecclesiæ, quas moderno tempore, in quibuslibet Pagis, vel Territoriis, infra ditionem Regni nostri, juste & legaliter tenet & possidet memorata Ecclesia --- ad causas exigendas, aut feoda,* (freda) *aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam Ingenuos, quam servos &c. super terram ipsius commanentes, aliquatenus astringendos, vel ullas redibitiones, aut illicitas occasiones inquirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat &c.*

Idem,

Idem, confirmando donationem Cœnobiorum *Kemnade & Visbeck*, *Corbejensibus* factam, sub dato *Frankenevord*, An. 1147, apud Dn. *Schatenum*, lib. VIII *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 771, ait: *Tradidimus inperpetuum Corbejensi Monasterio. & eidem qui nunc - - - praest, Abbati, scil. Wiboldo - - - duo Fœminarum Monasteria, Keminada videlicet, atque Visbeke, & de nostro atque Regni Jure, per manum Herimanni, Palatini Comitis de Rheno - - - firmavimus - - - in potestatem, & jus, atque dominationem Corbejensis Monasterii &c.*

FRIDERICUS I, in Diplomate, XV Kal. Octob. An. 1156; *Henrico, Austriæ* Duci, Ratisbonæ dato, apud *Goldastum*, Tom. I *Constitut. Imper.* p. 302 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Absatz*, §. 4, p. 4, inquit: *Marchionatum Austriæ, & dictam Marchiam supra Anasum, commutavimus in Ducatum, eundemque Ducatum, cum subscriptis Juribus, Privilegiis & Gratiis omnibus, liberalitate Cæsarea, contulimus Heinrico, prædicto Patruo nostro charissimo, pranobili suæ Uxori, Theodoræ, & liberis eorundem - - - nec non prætacta Terra Austriæ subnotatas Constitutiones, Concessiones & Indulta, authoritate Imperiali, in Jura plena & perpetua redactas, donavimus liberaliter - - - Quicquid Dux Austriæ in Terris suis, seu districtibus, seu fecerit, seu statuerit, hoc Imperium, nec alia Potentia, modis seu viis quibuscunque, debet alio quoquo modo in posterum commutare - - - Inter Duces Austriæ qui senior fuerit, dominium habeat Terræ dictæ - - - dicti Ducis institutionibus & destitutionibus, in Ducatu Austriæ suo, est parendum - - - Præfatus quoque Ducatus Austriæ habere debet omnia & singula Jura, Privilegia, & Indulta, quæ obtinere reliqui Principatus Imperii dinoscuntur &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 129.

Idem, in confirmatione Privilegiorum Ecclesiæ *Herbipolensis*, de An. 1168, apud *Gylmannum*, Tom. VI *Symphorematis Supplicationum Cameralium*, Cap. 3, p. 61; Dn. *Cortrejum*, Tom. IV *Corporis Juris Publici*, inter *Privilegia Statuum Imperii*, §. 60, p. 300; Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, *dritte Fortsetzung*, XXIII *Absatz*, §. 174, p. 326, & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Pœldens.* Append. 3, §. 3. p. 254 &c. *Heroldo, venerabili Episcopo, suisque successoribus in perpetuum, - - - damus & concedimus, & præsentis Privilegii munimine confirmamus, omnem Jurisdictionem, seu Plenam potestatem faciendi Justitiam, per totum Episcopatum & Ducatum Würtzburgensem, & per omnes Cometias, in eodem Episcopatu, vel Ducatu, sitas, de Rapinis, & incendiis, & allodiis, & beneficiis, de Hominibus, & de Vindicta Sanguinis &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. d, pag. 1180.

Idem, in literis feudalibus, quibus, sub dato *Gelinhusen*, Idib. April. An. 1180, Indict. XIII. *Angariam*, *Westphaliamque* inter *Philippum*, Coloniensem ArchiEpiscopum, & *Bernhardum* Anhaltinum, æquis partibus divisit, apud *Gelenium*, in Syntagm. de *Magnitudine Coloniæ*, lib. I, Cap. VII. p. 73; Dn. *Schatenum*, cit. *Annal. Paderborn.* lib. IX, ad h. a. pag. 850 &c. Dn. *Fridericum Lucæ*, Part. I *Fürsten-Saal*, Cap. I, p. 17, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, 3 *Abtheilung*, 3 *Absatz*, §. 167, p. 434: *Nos, habita cum Principibus deliberatione, communi Ipsorum consilio, Ducatum, qui dicitur Westphaliæ & Angariæ, in duo divisimus, & - - - - unam partem, eam videlicet, quæ in Episcopatum Coloniensem, & per totum Episcopatum Patherburnensem, prætendebatur, cum omni Jure & Jurisdictione, videlicet: cum Comitatibus, cum Advocatiis, cum Conductibus, cum mansis, cum curtibus, cum Beneficiis, cum Ministerialibus, cum mancipiis, & cum omnibus ad eundem ducatum pertinentibus, Ecclesiæ Coloniensi legitimo donationis titulo, Imperatoria liberalitate, contulimus & - - concessimus, præmemoratum ArchiEpiscopum Philippum portione illa Ducatus, suæ collata Ecclesiæ, Vexillo Imperiali, solenniter investimus &c.*

Adolphus, Holsatiæ & Schauenburgi Comes, in charta confirmationis Privilegiorum Civitatis *Hamburgensis*, sub dato An. 1190, in Vigilia Nativitatis Domini, apud *Lambecium*, lib. 2 *Rerum Hamburgensium*, ad An. 1225, p. m. 3, ait: *Notum facimus, tam præsentibus, quam futuris, quod Nos illam Gratiam & libertatem, quam Gloriosus Princeps, Dominus Noster FRIDERICUS, Romanorum Imperator, ad petitionem nostram, dilectis & fidelibus Nostris Civibus in Hamborch, privilegio suo, contulit & donavit, de bona vera nostra voluntate, propter eorum fidele obsequium, confirmamus prædictis perenniter conservandam; tali autem forma & ordinatione: quod universi ipsius loci mercatores, una cum mercandisiis suis, & navibus, usque ad prædictam nostram Civitatem, libere valeant de mare venire, & redire, absque teloneo, & omnis Ungeldi exactione, & in omni dominii nostri districtu, libertatem habeant transeundi & redeundi de omni exactione Ungeldi & telonii; ipsisque conferimus, ut nemo ædificet aliquod Castrum penes eorum Civitatem, circumquaque ad duo milliaria: & ut piscaturam*

 turam

turam habeant in aqua, dicta Albia, ex utraque parte Civitatis, ad duo milliaria; similiter, in rivulo dicto Billa, liberam habeant potestatem piscibus capiendis, ad unius spatium milliaris. Qualiacunque etiam bona Oppidani præfati Oppidi emerint, vel comparaverint, in terminis Nostri Dominii, in lignis, cineribus, & blado, & in curru, vel navi, oneraverint, illa bona à nemine debent arrestari, vel impediri, nisi, per testes idoneos, probabile sit, quod aliquod postea fecerint forefactum ---- Potestatem etiam habeant examinandi denarios monetariorum in pondere & puritate. De omni autem expeditione ipsos Cives liberos annuimus fore &c.

HENRICUS VI, in diplomate, sub dato, apud *Franckfordiam*, An. 1190, Indict. VII, 8. Kal. April. *Philippo*, Coloniensium Præsuli, concesso, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Eccles.* Part. I, *Contin. I*, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. XXII, pag. 338, inquit: *Sancimus, ut Burgenses de Civitate Colonia, Nuissa, & aliis Oppidis, quæ Coloniensis Archi-Episcopus libere tenet, ad manus Nostras, sint de cætero, apud Werdam, de omni telonio absoluti &c.*

OTTO IV, in charta, sub dato *Aquisgrani*, An. 1198, IX Aug. *Widekino, Corbejensi* Abbati, concessa, apud Dn. *Schatenum* lib. IX. *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 921 & 922 & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 61, pag. 101; ubi, concessis ei foresti venandique Juribus: *Bona quoque Corbejensis Ecclesiæ antiqua, vel de novo acquisita, vacantia, vel locata, & Jurisdictiones, videlicet Advocatias, & Comitatus, & Regales Bannos, quos Ipsi de Nostra Serenitate indulsimus, privilegiis confirmamus &c.*

PHILIPPUS Imperator, confirmando donationes veteres Imperatorum & Regum Germaniæ quorundam, Salisburgensi Ecclesiæ factas, sub dato *Maguncia*, An. 1199, 3 Kal. Octob. *Constituimus --- ut ea, quæ prætaxata Ecclesia hactenus recto titulo possedit & tenuit ---- de cætero possideat ac teneat, ita libere, ac cum Jurisdictione, quod nullus Judex Publicus, nec quisquam Judiciaria fungens potestate, ad causas audiendas, vel ad freda, aut tributa, aut telonea exigenda --- prædictæ Ecclesiæ possessiones ingredi audeat; sed hæc Jura, & cætera similia emolumenta, quæ Fiscus Regalis inde sperare poterit ---- prædictæ sedi ---- in integrum cedant &c.* Vid. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, Sec. IX, sub *Carolo Magno*; & sub *Ludovico IV.* ad An. 908. Add. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad An. 1199.

Idem, investiendo *Thomam, Sabaudiæ* Comitem, de avitis ditionibus, scribit, sub dato *Basileæ*, An. 1207, Kal. Junii, Indict. X, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheil.* 12 *Absatz*, §. 1, p. 3. *Feudo suo, quod prius ab Imperio tenuit, addimus sibi, concedimus & confirmamus, Villam de Kario, nec non Villam de Testona, cum omnibus appendiciis, & tenimentis earum, & cum omni Jure & integritate, quemadmodum ad Imperium spectare dignoscuntur &c.*

Idem, in charta *Manegoldo, Pataviensi* Episcopo, An. eod. 4 Non. Novemb. concessa, apud *Gewoldum*, T. I. *Metropol. Hundii*, in Catalogo Episcoporum *Pataviensium*, pag. m. 252, (Edit. Vet. pag. 379) & Dn. *Lunigium*, P. 2. *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, §. 31, pag. 779, memor *Ottonis, Meraniæ* Ducis, ait: *Comitatum etiam quendam, qui durat à Ponte, qui Regenbrugge dicitur, usque ad fluvium, qui Ildse nuncupatur; &, à fluvio Danubii, usque ad terminum Boemiæ; quem memoratus Dux, potestate & jure tenebat Imperii, in manus Nostras resignavit, & Nos eundem Comitatum, Nobis libere resignatum, statim Pataviensi Ecclesiæ perpetuo, libere & absolute possidendum, contulimus &c.*

FRIDERICUS II, in Constitutione, *de Juribus Principum Ecclesiasticorum*, sub dato *Frankenforte*, An. 1220, 6 Kal. Maji, apud Dn. *Schilterum*, Tom. 2. *Jur. Publ.* Tit. XV, pag. 111: *Item, nova Thelonea, & novas monetas, in Ipsorum Territoriis, sive Jurisdictionibus, Eis inconsultis, sive nolentibus, non statuemus de cætero; sed antiqua thelonea, & jura monetarum, Eorum Ecclesiis concessa, inconvulsa & firma conservabimus & tuebimur, nec Ipsi ea infringemus, nec ab aliis lædi permittemus &c.* & pag. 114: *Item, inhibemus, ad imitationem Avi Nostri, fel. mem. Imperatoris Friderici: Ne quis Officialium Nostrorum in Civitatibus Eorundem Principum, Jurisdictionem aliquam, sive in thelonis, sive in monetis, sive in aliis officiis quibuscunque, sibi vindicet, nisi per octo dies ante Curiam Nostram, ibidem publice indictam, & per octo dies postea finitam; nec etiam, per eosdem dies, in aliquo excedere præsumant Jurisdictionem Principis, & consuetudines Civitatis; quotiescunque autem ad aliquam Civitatum Eorum accesserimus, sine nomine Publicæ Curiæ, nihil in ea Juris habeant, sed Principes, & Dominus ejus, plena in ea gaudeat potestate &c.*

Sub hoc Principe florens JOHANNA, *Flandriæ* & *Hannoniæ* Comitissa, variis reditibus dotando Cœnobium de *Marketa*, Cisterc. Ordinis, An. 1220, apud P. *Angelum Manrique*, Tom. 4. *Annalium Cisterciensium*, ad Annum 1225, c. 8. n. 8, ait: *Cum, post decessum*

decessum p. m. Domini & Mariti Nostri , essemus in pleno & libero Dominio Terræ Nostræ, volentes imposterum, Abbatissam & moniales Ecclesiæ supra dictæ majori pace & libertate gaudere ----- Insuper molendina, quæ habent, vel habebunt in Terra, vel Dominio Nostro, libera sint similiter ab omnibus consuetudinibus &c.

Ex Ejusdem Imperatoris mandato, HENRICUS, Romanorum Rex, Filius Ejus, sub dato *Ulmæ*, An. 1228. Indict. I. restituens *Montem Martis* Corbejensium Abbati, paulo ante Coloniensium Archi-Episcopo, solenni in Curia Herbipolensi, adscriptum, in *Monumentis Paderbornensibus* Reverendiss. *Fürstenbergii*, pag. 98, ait: *Auctoritate præsentium, in possessionem ejusdem Montis, dictum Principem Nostrum, Abbatem Corbejensem, mittimus, cum omni Jure, nullam Jurisdictionem in ejusdem Montis possessione recognoscentes Archi-Episcopo Coloniensi &c.*

CONRADUS, Dux *Masoviæ* & *Cujaviæ*, in donatione Terræ *Culmensis*, sub dato *Cruffwiz ante Pontes*, An. 1230, Mens. Jun. *Ordini Teutonico* facta, apud Dn. *Leibnitzium*, Prodrom. Tom. I. *Cod. Diplomat. Juris Gentium*, §. IX, pag. 7. inquit: *Dedi & contuli Hospitali S. Mariæ Domus Teutonic. & Fratribus ejusdem domus, totum & ex integro Culmense Territorium, cum omnibus suis attinentiis, ab eo loco, ubi Drivenca egreditur terminos Prussiæ, & per decessum ejusdem fluminis, usque in Vislam; & in decessu Vislæ, usque ad Offam, & per ascensum Offæ, usque ad terminos Prussiæ, in veram ac perpetuam proprietatem, possidendum, pleno Jure, cum omni libertate, totam terram, cum aquis, aquarumque decursibus, stagnis, paludibus, montibus, vallibus, saltibus, nemoribus, sylvis, arbustis, pratis, pascuis, omnibus cultis & incultis, viis & inviis, cum omnium eorum libera & plena utilitate, & fructu, quæ in prædictis omnibus sunt, vel fuerint, inventa, apparentia, vel inculta, & specialiter, sive aurum, sive argentum, vel alia quæcunque species æris, vel metallorum, aut gemmarum: fontes, vel venæ salis, & quicquid omnino in Terra, vel supra, vel in aquis, inventum fuit, Castores & omnes venationes quarumque ferarum; piscationes quoque piscium omnis generis, cum ipsis aquis prædictis, & omni eorum proventu & utilitate, in piscationibus, navigiis, passagiis, pontibus, molendinis, & insulis, cum Villis & Castris, Oppidis, Grangiis, Foris, Monetis, Pedagiis, Theloneis Terrarum & aquarum, & omnino cum omnibus continentiis, intra limites prædictos, & pleno jure, & integra libertate ipsorum etiam limitum, sine qualibet diminutione, cum omni honore & Jurisdictione, perfecto ac vero Dominio, proprietate ac possessione omnium prædictorum, & aliorum omnium, quæ, in privilegiis largitionum ---- conscribi solent.*

Laudatus Cæsar, *Fridericus II*, in literis Investiturarum *Wenceslai*, *Bohemiæ* Regis, sub dato *Melsie*, An. 1231, Mens. Julio, apud *Goldastum*, in *Appendice Commentariorum de Juribus ac Privilegiis Regni Bohemiæ*, §. XV. Document. pag. m. 51, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. I, 1 *Fortsetzung*, 1 *Absatz*, §. 4, pag. 6. *Regnum Bohemiæ, cum omni honore, ac dignitate, Civitatibus, Castris, Villis, & Terris, eidem Regno pertinentibus, & cum omni Jure, quo dictus Rex,* (Ottokarus) *Pater Ejus, idem Regnum rationabiliter noscitur possedisse, Imperialis authoritatis munimine confirmamus præfato Waczlao, Juniori Regi, tenendum & possidendum &c.*

Idem, in Constitutione de *Juribus Statuum*, sub dato: *Apud Sibidatum*, in *Foro Julii*, An. 1232, Mens. Majo, Indict. V, apud Dn. *Schilterum*, l. c. p. 118, §. 5. *Unusquisque Principum libertatibus, Jurisdictionibus, Comitatibus centum, sibi liberis, vel infeodatis, utetur quiete, secundum Terræ suæ consuetudinem approbatam &c.* & §. 11, p. 119: *Conductum Principum per Terram Eorum, quam de manu Nostra tenent in Feodo, vel per Nos, vel per Nostros, non impediemus, nec confringi patiemur &c.* & l. c. §. 14. *Nullam novam monetam, in Terra alicujus Principis, cudi faciemus, per quam Moneta ejusdem Principis deterioretur &c.*

Idem, in Diplomate, An. eodem, 10 Maji, apud *Portum Naonis, Henricis* Ruthenis dato, apud *Peckenstein, Theatr. Saxon.* fol. 271 &c. & Dn. *Tentzelium*, in *Vindiciis Censuræ Conringianæ diplomatis Ludoviciani Lindaviensis*, Append. 3, pag. 85 & 86: *Vobis Heinricis, Seniori & Juniori de Plawe, & omnibus Vestris heredibus, facultatem concedimus & potestatem, ut querere & fodere aurum & argentum, aliaque omnia metalla, debeatis & possitis. Et si que in presenti, vel in posterum, aurifodine, vel argentifodine, ac cujuscunque eris commoda vel utilitates, in Territoriis districti Dominationis Vestre supervenerint, hec vobis, & heredibus cedant omnimodo cum proventu --- Insuper indulgentes Vobis, & heredibus Vestris masculinis, ut debeatis & possitis aureos grossos & denarios monetare, que* ab

ab omnibus Christi Fidelibus, ut bona moneta, tanquam Nostra, accepta debeat esse & rata &c. Germanico idiomate sistit idem Diploma Dn. Lunig, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XVIII *Absatz*, §. 155, pag. 233. & XXIX *Absatz*, §. 1. Supplement. pag. 589. Vid. præced. Tit. 4. hujus libri III, §. 4, lit. c. ad An. 1231; Conf. *Limnæus*, ad A. B. Cap. IX, §. 1. Observat. 24, p. 424.

Idem, in Constitutione *Francofurtensi*, An. 1234. 3 Id. Februar. apud *Albericum*, Monachum trium fontium, in Chronico, ad h. a. pag. 548: *Universis, potestatem judiciariam habentibus, authoritate Regia præcipimus, quatenus, ad reprimendam hereticorum perfidiam, toto nisu solenniter* (solerter) *intendant, ac, in justa persecutione, Judicii præferant æquitatem --- Quod si Princeps facere neglexerit, & de hoc convictus fuerit --- Regi centum libras auri, in pondere Karoli, persolvet; Comes vero, vel alius Nobilis, Judicium habens, si non judicaverit secundum Provinciarum consuetudinem, Domino Regi centum marcas argenti componet &c.*

Idem, in literis Investiturarum *Ottonis*, Ducis *Brunsuic. & Luneb.* sub dato *Maguntiæ*, An. 1235, Mens. August. apud Dn. *Meibomium*, Tom. 3. *Rer. German.* pag. 207, *Sagittarium, Orig. Duc. Brunsuic.* pag. 141; Dn. *Fridericum Lucæ*, Part. 2, *Fürsten-Saal*, Cap. VI, pag. 392 &c. Dn. *Fellerum, in der Genealog. Histor.* Cap. 13, pag. 417 &c. & Dn. *Rehtmeierum, Chron. Brunsuic. & Luneburg.* Part. 3, Cap. 26. ad an. 1235, p. 473 &c. *Otto de Luneburg --- proprium suum Castrum Luneborch, quod, Idiomate Teutonico, vocatur Eigen, cum multis aliis Castris, Terris & Hominibus, eidem Castro pertinentibus, in Nostram proprietatem & Dominium, specialiter assignavit, ut de eo, quicquid Nobis placeret, tanquam de Nostro proprio, faceremus; Nos autem, qui tenemur modis omnibus Imperium augmentare, prædictum Castrum de Luneborg cum omnibus Castris, pertinentiis & hominibus suis, quemadmodum, ex Ejusdem Ottonis assignatione, in proprietatem accepimus, in præsentia Principum, in Imperium transtulimus, & concessimus, ut per Imperium infeodari debeat. Civitatem insuper de Brunswic, cujus medietatem proprietatis Dominii, à Marchione de Baden, & reliquam medietatem à Duce Bavariæ, dilectis Principibus Nostris, emimus, pro parte Uxorum suarum, quæ fuerunt quondam Filiæ Henrici de Brunsvic, C. P. Rheni, Patrui dicti Ottonis, similiter, in eadem Curia, Imperio concessimus, proprietatem Nobis debitam in Dominium Imperii transferentes ---- Attendentes, quam pura fide, sincera & prona devotione, se totum mandato & voluntati Nostræ commisit, & in proprietatem Nostram concessit proprie proprium Castrum suum, de quo nemini tenebatur ---- Civitatem Brunsvic, & Castrum Luneborch, cum omnibus Castris, Hominibus & pertinentiis suis, univimus, & creavimus inde Ducatum, &, Imperiali auctoritate, dictum Consanguineum Nostrum, Ottonem, Ducem & Principem facientes, Ducatum ipsum, in Feodum Imperii, Ei concessimus &c.*

Ætatis hujus Præsul *Herbipolensis*, HERMANNUS, in Fundatione Monasterii *Frawenzimmern*, in *Zabergoja*, Ord. Cisterc. An. 1238, Tom. 2. *Documentorum Würtenbergicorum*, Tit. *Frawenzimmern*, §. 2, pag. m. 505, inquit: *Statuimus itaque, ut ibidem sint Deo devote Mulieres, que Regulam observent S. Benedicti, secundum Institutionem Fratrum Ordinis Cisterciensis, Jurisdictionem temporalium & Spiritualium, in Bonis que nunc habent, vel habiture sunt, Nobis integram reservantes, salvis Cisterciensis Ordinis institutis &c.*

BARNIMUS, Dux *Slavorum*, in Privilegio Civitati *Stargardensi* concesso, An. 1243. die *S. Johannis Baptistæ*, apud Dn. *Cortrejum*, Tom. 4. *Corporis Juris Publ.* in *Catalogo Privilegiorum Statuum Imperii* §. 89, pag. 351: *Inam fluvium supra & infra Civitatem, totum & integrum descendentem, usque in Mare salsum, liberum Nostra prædicta donamus perpetuo Civitati --- Porro donamus eidem Nostræ Civitati Stargarden, libertatem Telonii, per universas Civitates Nostras, secundum aliarum nostrarum consuetudinem Civitatum, etiam ubicunque telonium in Dominio Nostro, fuit, liberos eos facimus & solutos. Possidebit etiam Civitas memorata, secundum eam Jurisdictionem, quæ in Magdeburg est &c.*

WILHELMUS Hollandus, donando, sub dato *Trajecti* Leodiensis Diœcesis, Cal. Junii, An. 1252, *Thomam II. Sabaudiæ* Comitem, Civitate *Taurinensi*, apud Dn. *Lunigium*, cit. Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, 12 *Absatz*, §. 6, pag. 7: *Civitatem & Pontem Thaurinensem, & Bastiam, quæ est juxta dictum Pontem, Villam & pontem Montis-Callerii, Dominia Castrorum Ripollarum, Collegii, Montosolii, Castri Veteris, Gavaretti ---- Civitatem Yporregiæ, & totum Dominium Canapicii, & Castri Lancei, cum Hominibus, Honoribus, Juribus, plateaticis, molendinis, furnis, argentariis, Angariis, Parangariis, cum plateis, colonis, terris cultis & incultis, aquis,*

aqua-

aquarum decursibus, silvis, Venationibus, piscationibus, rationibus, Regalibus omnibus; nec non possessiones, servitia, census, pensiones, laudimia, Justitias, Pedagia, Thelonia, Vias publicas, flumina, nemora, pascua, insuper merum & mixtum Imperium, & Jurisdictionem omnimodam eorundem locorum & inhabitantium, & demum omnia alia Bona & Jura, Corporalia & incorporalia, cum omnibus appendiciis & pertinentiis suis ---- Eidem, & heredibus suis, utriusque sexus, in Feudum assignamus --- Adhac --- Eidem concedimus, quod, per totam Terram suam, possit monetas de novo cudere, & Nundinas atque Mercata constituere, & Pedagia, seu Thelonea, levare, aliqua praescriptione temporis, excepta centenaria, non obstante &c.

RICHARDUS Anglus, adscribendo, sub dato *Berkamesces*, An. 1263, 17 Octobr. *Petro*, Sabaudiae Comiti, vacue facta *Kyburgensium* Comitis, *Hermanni*, Bona apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 7, p. 8: *In dilectum Fidelem nostrum, Petrum, Sabaudia Comitem, intendentes liberalitatem promovere, Castra, Oppida, Villas & Feuda, quacunque Haremanus, quondam Comes junior de Kiburg, obitus sui tempore, ab Imperio possidebat, cum Hominibus, honoribus, Juribus, - - - - sylvis, Venationibus, piscationibus, rationibus, & Regalibus omnibus, prout dictus Comes de Kiburg, suique pradecessores, pradictis Bonis omnibus usi & gavisi fuisse noscuntur; nec non Justitias, Pedagia, Thelonea, Pascua, & Jurisdictionem omnimodam eorundem locorum, omnia quoque Jura, corporalia & incorporalia, cum omnibus appendiciis & pertinentibus suis, eidem Petro, & suis heredibus masculis, ab Ipso, & sua Uxore, legitime descendentibus, assignamus, concedimus & donamus, à Nobis & Imperio, titulo Feudali, perpetuo possidenda &c.*

ALBERTUS & LUDOVICUS, Fratres, Comitesque Hackebornenses, Conditores Cœnobii Hedeslebiensis Monialium Reformationis Cisterciensis, in Diœcesi Halberstad, istud quidem ab omni jugo Advocatia, seu Actione qualibet, jugiter absolvebant, praterquam in occisione cujuslibet, super quo debet Judicium sanguinis ventilari. In quo casu, ajunt, nullum alterius Dominium peti volumus aut requiri, cum ad Nos solos Claustri memorati, & Dominarum ibidem Domino famulantium, jure spectet defensio & tutela. Dat. in Wipera, An. 1265. Hæc Dn. *Paullini* de *Advocatis Monasticis*, §. VI, in *Syntagmate Rerum Germanicarum*, p. 538.

LUDOVICUS, *Bavaria* Dux, *Ludovici*, Imp. Pater, in Fundatione Cœnobii *Fürstenfeld*, Ord. Cisterc. sub dato Monaci, 1266, 8 Febr. apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. 2. *Metropolis Hundii*, Tit. *Fürstenfeld*, pag. m. 228: *Decernimus insuper, ut nulli omnino Judicum Nostrorum, super bonis & hominibus antedicti Monasterii, nisi in casu tantum sanguinis, hic expresso, videlicet, Furto, homicidio & violenta obpressione, liceat aliquod Judicium exercere --- Item volumus, ut de omnibus victualibus suis, ducendis per aquas, vel per terram, in omni Nostro Dominio, nullum omnino theloneum, aut mutam, solvant, sed his omnibus liberi sint perpetuo & immunes &c.*

ENGELHARDUS & ENGELHARDUS de *Winesberg*, *Castra*, *Civitates*, *Munzenberg*, *Assenheim & Hagen, cum Villis, Jurisdictionibus, Castrensibus, Hominibus ac pertinentiis quibuscunque, nec non Ministeriales, Vasallos, & homines infeudatos, & quicquid Juris habent vel habebant, sive habere poterant, in dominio de Müntzenberg, simpliciter, pure & pracise vendiderunt, & donaverunt Philippo de Falckenstein, Philippo & Wernero filiis suis &c.* Vid. Charta, sub dato Nuhusen, prope Wormaciam, An. 1270, Sabbato ante Dominicam Lætare, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secul.* P 2, 1 *Anhang*, V *Absatz*, p. 1662.

RUDOLPHUS Habspurgicus Imperator, tradidit Episcopo Passaviensi, An. 1277, *Forum Trebensee, cum Judicio Causarum Civilium & Criminalium, seu Sanguinis, & Judiciis quibuscunque, qua ad Principem Terra Austria pertinebant &c.* Vid. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a. ad h. a.

An. 1280, Dei Gratia, HENRICUS, Dux de Brunswig, omnibus in perpetuum. Cum Dn. Johannes, Stederburgensis Ecclesia Prapositus, ac familiares sui, una cum Dn. Ecberto, dicto de Asseborch, & suis legitimis haredibus, in emtione quorundam pradiorum, concordarent, coram Nobis rogaverunt, ut talem Ordinationem, tanquam coram Terra Domino factam, firmare dignaremur &c. Vid. Dn. *Böhmer*, *Jur. Eccles. Protest.* lib. III. Tit. XXXV, §. 19.

An. 1284, pridie Non. Februar. investiendo, apud *Romaricum Montem*, Ducem Burgundiæ, *Robertum*, de *Delphinatu*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. des *Reichs*-Archivs, Contin. I, 1 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 232, pag. 559, ait: Idem Princeps: *Ipsum Ducem de omni Jure, seu Juribus omnibus, tam Nobis & Imperio, quam etiam ipsi Duci, competentibus, vel, qua videntur aut dicuntur competere, in Talfinatu, ex morte quondam Johannis Talfini, autoritate Regia, infeodamus &c.*

HEN-

HENRICUS VII, in Erectione Principatus *Hennebergici*, sub dato *Frankenfurt*, 8 Kal. August. 1310, apud *Meibomium* l. c. pag. 209: *Conferimus Eidem Bertholdo* (Hennebergico Comiti) *ac suis heredibus, omnia Jura Principum, tam in ingressu, quam egressu, ad Imperialem deliberationem, in sententiis conveniendis, dictandis, pronunciandis, in Jure Civili & Plebiscito, quod vulgo dicitur Land-Recht --- ac ipsum Comitem Bertholdum, & suos Liberos, Jure aliorum Nostrorum Principum, nec non Homines Eorum, Hominibus aliorum Principum Nostrorum, tam in parando & stando Jure, quam aliis libertatibus & Juribus, per omnia adaequandos &c.* Conf. Dn. *Lunigius* l. c. Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 6, p. 179.

Idem. An. 1311, confirmat Ordini Teutonico *plenam & liberam potestatem, Jurisdictionem, ac Merum Mixtumque Imperium, exercendi, monetas cudendi &c.* vid. praeced. Tit. 4, §. 4, lit. c, sub *Henrico VII.*

Idem, in literis Investiturarum *Amadei V*, Sabaudiae Comitis, sub dato *Pisis*, 3. Id. Junii, An. 1313, apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, 12 *Absatz*, §. X, pag. 10: *Cum Nos --- ipsum Amadeum recipientes investierimus, tanquam verum & legitimum Principem & Comitem Sabaudiae, Ducem Chablasii & Vallis Augustae, Marchionem in Italia, Dominum Baugiaci & Coloniaci, cum sceptro Regali, quod in manu Nostra tenebamus ---- de omnibus his, & singulis Baroniis, Civitatibus, Castris, Villis, meris & mixtis Imperiis & Jurisdictionibus quibuslibet, Regaliis, Pedagiis, antiquis & consuetis &c.*

LUDOVICUS Bavarus, in Erectione Ducatus *Lucensis*, sub dato *Romae*, An. 1328, 15 Febr. apud Dn. *Meibomium* l. c. pag. 209: *Te* (Castruccium de Altelminellis) *--- istius Ducatus Ducem --- promovemus, eisdem libertatibus, immunitatibus & Juribus, praedictum Ducatum tuum, praesentium auctoritate, donantes, quae Ducalem deceant dignitatem, praefatasque Civitates* (Lucae, Pistorii, Valaterrarum & Lunae) *& quamlibet earum, & omnes Terras, Castra, Territoria atque loca, quae in Dioecesibus, seu Episcopatibus & Territoriis, & pertinentiarum ipsarum Civitatum --- sitae sunt, seu sita, in perpetuum Tibi, & legitimis Successoribus Tuis, ex Te descendentibus, natis & nascituris, per Lineam Masculinam, ex certa scientia, damus, concedimus & donamus, cum omnibus & singulis Villis, Castris, Terris, Fortalitiis, Casalibus, Vasallis, Hominibus, Possessionibus, Honoribus, Usibus, Derittis* (i. e. Juribus) *Domaniis, Feudis, Homagiis, Patronatibus vacantium & non vacantium Ecclesiarum, & locorum, ad Nos & S. R. Imperium spectantibus, seu pertinentibus; & cum Terris, cultis & incultis, silvis, pascuis, nemoribus, Salinis, balneis, stagnis, lacubus, ac quibuscunque aquis, & aquarum decursibus, molendinis, piscariis, piscationibus, Venationibus, montibus, planis, vallibus, & omnibus, & singulis locis, Juribus & pertinentiis, tam maris, quam terrae, praefatarum Civitatum, Terrarum & locorum &c.*

Idem, in donationis charta, sub dato *Monaci*, 17 Decemb. An. 1337. *Theodorico de Aldenburg, Ordinis Teutonici* Magistro, collatae, apud *Cortrejum*, Tom. 4. *Corporis Juris Publici*, inter Privilegia Statuum Imperii, §. 70, pag. 314: *Ordini memorato --- Terram Litwinorum, cum omnibus pertinentiis suis & partibus, cujuscunque idiomatis, sive Samaithen, Karsaw, vel Russiae, seu alterius cujuscunque, existant, prout nunc sunt, vel ad quamcunque fidem declinaverint, de Imperiali authoritate, donamus, pure & irrevocabiliter, Jure proprio, in perpetuum, pro se, & suis successoribus, recipientibus dictam Terram; dictumque Fratrem Theodoricum, felicem* (fidelem) *nostrum & Imperii Principem, nomine dicti Sacri Ordinis, investimus de eisdem, cum administratione temporalium, & Jurisdictione plenaria Principatus ejusdem &c.*

Idem, in Charta *Rhinichnacensi*, de dato *Kuffstein*, An. 1341, *Mittwochen nach S. Michaels Tag*, apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, Tit. *Rhinichnach*, pag. m. 28. (Edit. Vet. pag. 42.) ait: *Haben wir --- denselben Gotts Hauß Unser Frawen Awe, geben und geaignet, den Grund da es stett, und darzu des Walds mit dem Grünt, zwo Meil an der Brait, und drey Meil an der Leng, mit allen Nutzen und Herschafften, die da werden mügen, und de man da gestifften, gemachen, oder erzeugen mag, mit welcherley Sachen das geschehen mag &c.*

Idem, in alia donatione, eidem facta Ecclesiae, An. 1342. (de qua seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b. ad h. a.) *Mit*

Mit allen Gerichten, die an den Todt gend, und auch andere Gerichte, Stöcke und Galgen, und all Herrschafft, die Wir Ihm darzue gegeben und geaigent hetten; und auch mit der Freyheit, daß all die Leut, die in den ehegenanten Gebiet sitzen, und wonend werden, ewigklichen aller Steur --- überhaben sullen seyn; wan wir, noch kain Unser Erbe und Nachkommen, noch kain Unser Ambtmann --- ewigklichen, in der ehegenanten Gebiet, nichts zu handeln, noch zu schaffen sullen haben, um kainerley Sache, wie die mag genennet seyn; wan wan wir uns der aller zerzigen haben, und ihm gar und gentzlich gegeben, geaigent und gefreyet &c.

CAROLUS IV. in Privilegio Episcopi *Herbipolensis*, sub dato *Nürnberg*, 1347, *am Samstag nechst für S. Elisabeth*, ap. *Cortrejum* l. c. §. 41, pag. 248, *So mag, von Rechts wegen, niemand, noch soll richten, mit dem Recht, in dem Hertzogthum und Land-Gericht zu Francken, den ein Bischoff zu Würtzburg, der allein da Landrichter ist, und sollen auch vor demselben Landrichter zu Recht stehen, alle Herren, Grafen, Freyen, Herren, und auch des Reichs Dienst-Leut, und Statt-Leut, und auch alle andere Leut, beyde Edel, oder Unedel, wie sie Namen haben &c.* Conf. seq. Tit. XVII, §. 27, lit. e, ad An. 1347.

Idem, in Literis feudalibus *Woldemari*, Elect. *Brandenburgici*, sub dato: *cze Velde cze Henirstorff* (in Castris Henirstorff) *bei Munchsperg, An.* 1348, *an den nehesten Donerstag, nach S. Michaelis Tag*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs*-Archivs, Contin. 2, 4 *Abtheilung*, 3 *Absatz*, in Supplemento, §. 104, p. 232. *Verleihen dem vorgenanten Margraven Woldemar, und Seinen Erben und Nachkommen, die Marck cze Brandenburch, und cze Lanitzsperg, mit allen Ehren, Wirden, Rechten, Nutztzen, Herrschafften, und guten Gewohnheiten, und aller Zugehörunge, und bey Namen, mit der Stimme und Kür, die ein Margrafe cze Brandenburch hat an der Wal eines Römischen Kuniges; und setzten In in Gewalt und in Gewer derselben Marcken, in aller Weiß, als sein Vorvarn, Ervenn, Margraven cze Brandenburch, und auch Er selber, ee Er davon schiede, dieselben Marcken inne gehabt und besazsen haben &c.*

Idem, in diplomate erecti, in favorem fratris *Wenceslai*, Ducatus *Lucemburgensis*, sub dato: *In Civitate Metensi, An.* 1354, 3 *Id. Mart.* apud Dn. *Meibomium*, l. c. p. 212: *Decernentes expresse, quod Tu, Heredes & Successores Tui, Ducis perpetuo omni dignitate, Nobilitate, Jure, potestate, libertate, honore & consuetudine, gaudere debeatis, & frui continuo, quibus alii Sacri Imperii Principes, & nominatim Duces Illustres, freti sunt hactenus, & cottidie potiuntur; Terrasque Tuas, Opida, Castra, Munitiones, Villas, Provincias, districtus, Montes, colles & plana, cum omnibus silvis, rubetis, pratis, aquis, aquarum decursibus, pascuis, piscinis, piscaturis, molendinis, Judæis, Monetis, Judiciis, Bannis sive inhibitionibus Venationum, quæ vulgo Wildpene nominant, & pœnis inde sequentibus, consuetudine vel Jure; Baronibus, Baroniis, Feudis, Feudatis, Vasallis, Vasallagiis, Militibus, Clientibus, Judicibus, Civibus, Nobilibus & Plebejis, Rusticis, Agricolis, pauperibus & divitibus, & omnibus eorum pertinentiis, sicut prædicta, & quælibet earum, latitudo Dominii Tui comprehendit, in verum Principatum & Ducatum Lucemburgicum ereximus & erigimus &c.*

Idem, in *Aurea Bulla*, An. 1356, Cap. IX: *Præsenti Constitutione, in perpetuum valitura, statuimus, ac, de certa scientia, declaramus, quod successores Nostri, Bohemiæ Reges, nec non universi & singuli Principes Electores, Ecclesiastici & seculares, qui perpetuo fuerint, universas Auri & Argenti-fodinas, atque mineras Stanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscunque generis metalli, ac etiam Salis, tam inventas, quum inveniendas in posterum, quibuscunque temporibus, in Regno prædicto, ac Terris & pertinentiis eidem Regno subjectis; nec non supradicti Principes, in Principatibus, Terris Dominiis, ac pertinentiis suis,*

suis, tenere juste possint, & legitime possidere, cum omnibus Juribus, nullo prorsus excepto, prout possunt, seu consueverunt talia possideri &c. & Cap. XX: *Quod Jus, vox, Officium & dignitas, alia quoque Jura, ad quemlibet Principatuum Eorundem* (Electorum) *spectantia, cadere non possint in alium, præter illum, qui Principatum ipsum, cum Terra, Vasallagiis, Feudis & Dominio, ac ejus pertinentiis, universis, dignoscitur possidere &c.* Et Cap. XXV: *Imperiali sancimus Edicto, quod ---- insignes & magnifici Principatus, videlicet: Regnum Bohemiæ: Comitatus Palatinus Rheni: Ducatus Saxoniæ: & Marchionatus Brandenburgensis, Terræ, districtus, homagia, Vasallagia, & alia quævis ad ipsa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dimembrari, non debeant, sed, ut potius in sua perfecta integritate perpetua maneant, Primogenitus Filius succedat in eis, sibique soli Jus ac Dominium competat &c.*

Idem, in diplomate, sub dato *Nurmberg.* 16 Cal. April. An. 1362, *Friderico*, Burggravio *Norimbergensi*, insinuato, apud *Wagenseilium*, Comment. de *Civitate Norimbergensi*, lib. 2, Cap. I, p. 300, (quamvis sub anno 1363.) & Dn. *Lunigium, im Reichs*-Archive, Part. spec. 4 *Abtheilung*, 3 *Absatz*, in Supplem. §. 8, pag. 299: *Animo deliberato, Principum, Comitum, Baronum & Procerum Sacri Imperii, accedente consensu, de certa scientia, & de Imperialis potestatis plenitudine, sententiamus, declaramus & dicimus: Quod spectabilis Fridericus, Burggravius Nurmbergensis, hæredes & successuri sui, Burggravii Nurmbergenses, in perpetuum, Illustrium Principum S. R. J. Juribus, dignitatibus, libertatibus, & honoribus gaudere, & potiri debeant, in Judiciis, & in omnibus aliis causis & negotiis, quæcunque sint, aut quibus valeant specialibus nominibus appellari; & nominatim, quod potestatem habeant, cum Imperii Sacri Principibus adinvenire, diffinire, & dare Juris sententias, super omnibus causis & negotiis; sive corpus, sive res conspiciant, vel honores, & hoc in Imperiali curia, vel alibi, ubicunque continget Principes præsidere Judiciis, vel loco Scabinorum ---- declaramus & dicimus etiam, quod præfatorum Burggraviorum --- Homines in perpetuum, puta: milites, clientes, Judices, Cives & rustici, quilibet in suo statu, omnibus Juribus, gratiis & prærogativis frui & potiri debeant, in rebus, honore, bonis, & omnibus aliis causis & negotiis suis, quibus homines aliorum Illustrium Principum Imperii potiuntur, & gaudent: quemadmodum Ipsi Principes, & Homines eorum, hujusmodi libertates, usque ad hæc tempora, continuasse noscuntur, antiqua consuetudine, vel de Jure &c.*

Idem, In diplomate, sub dato *Pragæ*, An. 1366, 13 Kal. Maji, *Lamperto*, Episcopo *Spirensi*, concesso, apud Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, qui an. 1719. prodiit, in Appendice, pag. 64: *Omnia Jura, Castra, Oppida, Conductus, Telonia, Villas, Sylvas --- ac etiam alia bona ejusdem Spirensis Ecclesiæ, cum Villis, hominibus, Dominiis, bonis, Curiis, agris cultis & incultis, Vineis, prædiis rusticanis & Urbanis, Judiciis altis & bassis, Jurisdictionibus, Bannis, Teloniis, Conductibus, Forestariis inhibitionibus ferinarum, reditibus, censibus, utilitatibus, pœnis, sylvis, rubetis, Venationibus, Aucupationibus, pratis, pascuis, aquis, molendinis, aquarumve decursibus, piscinis, piscaturis, montibus, Vallibus, planis, metis, circumferentiis, districtibus, Militibus, clientibus, Vasallis, Vasallagiis, Feudis, Feudatariis, Advocatis Monasteriorum, Juribus Patronatus Ecclesiarum, collationibus beneficiorum, servitoribus, proprietariis, pignoribus, etiamsi ab Imperio tenerentur; Consuetudinibus, usibus, honoribus, nec non universis & singulis aliis attinentiis & pertinentiis, quibuscunque etiam specialibus vocabulis valeant designari, ad præmissa spectantibus, & quidquid eadem Spirensis Ecclesia in præsentiarum licite possidet, vel quasi, & in futurum, justis & rationabilibus modis, & veris titulis, præstante Domino, potest adipisci, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed ex certa Nostra scientia, sano Principum, Comitum, Baronum, & aliorum Nostrorum & Imperii Sacri Fidelium, accedente consensu, auctoritate Cæsarea, & de plenitudine Imperialis Potestatis, prout digne possumus, approbamus, ratificamus, innovamus, de novo concedimus & confirmamus gratiose &c.*

Idem, in Literis Feudalibus, An. 1377, *Wilhelmo*, Duci *Geldriæ*, datis; adhibet verba: *Cum Superioritatibus, Juribus, Teloniis, Feudis, Homagiis, proprietatibus, Civitatibus, Castris, Territoriis, Hominibus, & cum pertinentiis & attinentiis, quibuscunque nominibus censeantur.* Vid. ab initio hujus literæ a.

Huc insuper spectat Fundatio Cœnobii *S. Oswaldi*, facta à *Johanne*, Landgravio *Leuchtenbergensi*, An. 1396; de qua vid. seq. Tit. XVIII, §. 8, lit. b, ad h. a.

SIGISMUNDUS Imperator, in literis feudalibus, An. 1385, *Sigismundo*, Principi *Anhaltino* concessis, apud Dn. *Becmannum*, Part. 4. *Histor. Anhalt.* Cap. 3, §. 1, p. 517, ait: *Haben wir, mit wohlbedachtem Muthe, unndt guten Rahte Unnser Fürsten, Edlenn, undt Getreuen, Ihme die ehegenannten Seine Fürstenthumbe, Herschaffte unndt Graffschaffte, mit allenn Ihrenn Fürstlichenn Rechtenn, Gerichtenn, Zœllenn, Lehenen, Mannschafftenn, Eigenschafftenn, Stettenn, Schlœssenn, Landenn, Leut:nn, unndt allenn Ihrenn Zugehœrungenn ---- gnediglichenn vorleihenn unndt gereicht.*

Idem, in *Aurea Bulla*, sub dato *Aquisgrani*, An. 1414, 8 Novemb. in gratiam *Ludovici* C. P. R. edita, apud *Goldastum* T. 1. *Constit. Imper.* pag. 399, & Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom, Palat.* §. 145, pag. 94: *Ipse, velut Comes Palatinus, ejusdem Romani Imperii Archidapifer, verus & legitimus Princeps Elector --- Comitatum & Principatum Palatinum, ac Archidapiferiam dicti Imperii Sacri, de quibus Ipsum, die supra dicta, in Aquisgrani, solenniter infeudavimus & investivimus, ac, tenore præsentium, infeudamus & investimus, cum omnibus & singulis eorum Terris, Dominiis, Proprietatibus, Vasallagiis, Libertatibus, Honoribus ac pertinentiis, in quibuscunque r.bus consistant, & quibuscunque specialibus possint vocabulis designari; nec non Jus, vocem, dignitatem & potestatem eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, sine impedimento quolibet, debeat obtinere &c.*

Merum Imperium (olim) Dn. *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. I, Tit. 18, §. 4. pag. 289. Hodie, *Superioritatem Territorialem* à *Mero & Mixto Imperio* differre, ut *Genus* à *specie*, ostendunt. *Michael*, de *Jurisdict.* Conclus. 44; *Knichen*, de *Jure Territor.* Cap. 1, §. 251; *Mylerus* l. c. Part 2, Cap. 36, §. 3, p 332; *Wurmserus Exercit. Academ.* 3, Quæst. VIII p. 110 & Quæst. XI, p. 116; *Wehner*, *Observat.* voc. *Landsfürstliche Obrigkeit*, p. 326; *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperii*, lib. 2, Cap 5, §. 59 & 60, p. 279; & de *Nobilitate*, lib. 3, Cap. 1, §. 38 & 39, p. 7 & 8. Dn. *Coccejus* l. c. Cap. XXI, §. 13, p. 351.

Regalia; *Tabor*, de *Metatis*, diss. I, c. 6. Accurate

ratè tamen loquendo, *Superioritas Territorialis* & *Regalia* invicem se habent ut *totum* & *partes*; vid. *Webner* l. c. pag. 327; *Wurmser* l. c. Quæst. VII, p. 109; & Quæst. XI, p. 116; *Knipschildt* de *Juribus Civitatum Imper.* l. c. §. 59, p. 279; & de *Nobilitate* l. c. §. 32 &c. pag. 7. *Mylerus* l. c. §. 4, p. 333; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, lib. I, Class. V, Cap. 3, §. 16 &c. p. 541; *Sixtinus* de *Regalib.* Cap. 1, §. 18; Illust. Dn. ab *Eyben*, *Elect. Juris Feudalis*, Cap. X, §. IX, inter *Opera Ejus Academica* p. 623 & 624; Illust. *Coccejus* l. c. Cap. XXI, §. 7, pag. 347, & 348; *Fritschius*, *Manual. Juris Publ.* Tit. *Superioritas Territorialis*, pag. 361; *Dn. Fabricius*, cit. diss. de *Superioritate Territoriali*, §. VI, pag. 5; Dn. *Zschackwitz*, *Einleitung zum Jure Publico*, Lib. 4, Cap. I, Q. 4, pag. 893; Ne quidem stringit: *Hic gaudet Superioritate Territoriali*, Ergò *simul ei omnia competunt Regalia, quæ regulariter Superioritas hæc complecti solet*; quanto minus probanda positio: *Hic fruitur Regalibus*; *Ergò & Superioritate Territoriali?* non malè *Dn. Münchmayr* l. c. *Weme die Superioritat, sub nomine & qualitate der Landes- oder Hohen Obrigkeit, verliehen, vor den ist die Præsumption, dass Ihm alle Jurisdiction verliehen und concediret worden &c. Weme hingegen die Regalia verliehen sind, der hat weiter nichts als was exprimiret, und expresse concediret worden &c.* Conf. Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 2, §. 4 & 5, pag. 7. de usu nihilominus moderno, inquit *Klotkius*, Consil. IX, §. 2: *Obwohln das Jus Superioritatis etwas mehrers und grössers ist, als Jus Regalium, so ist doch dieses alles dermassen, bey Chur- und Fürsten Teutscher* Nation, *vermischt, dass gemeiniglich beyde für eins gehalten, auch dass, gemeinem Gebrauch nach, das Jus Regalium demjenigen, so die Landes-Obrigkeit hat, beygemessen wird &c.*

(*b*) COEPIT EO TEMPORE &c. Communis fere opinio est, initia *Superioritatis Territorialis* ad istam ætatem referenda esse, qua *Stirps Carolingica* Imperio præesse desiit, id est, ad tempora *Conradi I*, Regis, qui in locum defuncti An. 911 *Ludovici IV.* surrexit &c. eo quod, *Carolingis* imperantibus, *Duces Comitesque* non nisi *auctoritate Magistratus*, nec *propria*, Provinciis, quas moderabantur, jus dixerint. Mea de his tenebris sententia est:

(1) A primordiis Imperii *Carolingici*, Comites licet Ducesque *Vicario* saltem *nomine*, Provincias à Germanorum Regibus, & Imperatoribus, sibi demandatas, rexerint, (de quo insignis locus *Hincmari* Remensis, *in Admonitione altera pro Carolomanno Rege, apud Sparnacum facta*, Tom. 2. Operum ejus, Epist. XV, *ad Episcopos Regni*, Cap. XIV, pag. m. 223: *Qui autem, post Regem, Populum regere debent, i. e. Duces & Comites, necesse est ut tales instituantur, qui, sine periculo Ejus Qui eos constituit, quos sub se habent, cum Justitia & æquitate gubernare intelligant, atque cum bona voluntate, quod intelligunt, adimplere procurent, scientes, se ad hoc positos esse, ut Plebem salvent & regant, non ut dominentur & affligant, neque ut Populum Dei suum æstiment, aut ad suam gloriam, sibi illum subjici, quod pertinet ad Tyrannidem, & iniquam potestatem. Valde enim exigit necessitas, quia Rex æquissimo Judici, de commisso sibi Ministerio, rationem redditurus est, ut etiam singuli, qui sub Eo sunt, Ministri, diligentissime ab Eo inquirantur, & tales constituantur, ne Ipse, pro eis, Judicium incurrat divinum &c.* testesque alii, præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 1, lit. a, pag. 2 & 4, hunc in finem adducti, quibus *Münsterum* jungas, cujus verba ibidem, lit. b, pag. 5, occurrunt;) tantas nihilominus opes alias, & bona, tam mobilia, quam immobilia, tamque *allodialia*, quam comparata; quorum pleraque, successu temporis, in *Feuda oblata* abierunt, Eos possedisse, ut horum quoque respectu *Proceres*, *Primates*, *Optimatesve Regni*, appellari potuerint. vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 74 &c. & §. 6, lit. b, pag. 11.

PATAGERUM, cui Idem Princeps, *ad proprium*, *quandam Villam Juris sui, prope fluvium Enisa, Granesdorff, cum omnibus appendiciis suis, concesserit, & de suo Jure, in jus & donationem ejus, semper habendam, contulerit*; vid. ibid. Charta.

EGINHARDUM, in quem, Ejusque Conjugem, IMMAM, idem Princeps locum *Michlinstat*, in Sylva *Odonewald*, & Villam *Mulenheim*, in Pago *Moynegouwe*, &c. *in proprium* transtulit, ita, ut de eis, eorumque pertinentibus, *arbitrio faciendi potirentur*, quicquid *jure hæreditario* inde facere vellent. Vid. Charta Ejus ibid.

HENRICUM, laudati Imperatoris Conjugis, *Juditta*, ex fratre *Ethicone*, *Altorfensium* Principe, nepotem, de quo *Weingartensis Monachus*, de *Gwelfis Principibus*, apud *Dn.* de *Leibnitz*, Tom. I. *Scriptor. Rer. Brunsuic.* pag. 782, memor *Ethiconis*, Patris Ejus: *Consilio Principum, & maxime Ipsius Imperatoris instinctu, homagium Ei* (Imperatori) *& subjectionem fecit, & in Beneficio quatuor milia mansuum, in Superioribus partibus Bavariæ, ab Eo suscepit. Quod cum Pater ejus percepisset, ira-*

iratus, Nobilitatem suam & Libertatem nimis esse declinatam, ultra quam credi possit, consternatus, animo, dolorem suum omnibus suis caris exposuit; &, assumptis XII ex illis, infra montana, ad Villam, quæ dicitur Ambirgo, regalibus ædificiis, & possessionibus ditissimis, relictis, secessit, & ibi, non amodo visurus Filium suum consenuit &c. vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in Catalogo *Ducum Bavariæ*, v. 27, p. 406. De *Guelfis Principibus* in genere, inquit idem Monachus l. c. pag. 781: *Potiti terra & habitatione cuncta, confortati nostri vires suas ultra protendere, &, in diversis Provinciis, Prædia & dignitates sibi accumulare cœperunt; unde & in tantum ditati sunt divitiis & honoribus, Regibus præstantiores, Ipsi quoque Romano Imperatori homagium facere recusabant & viribus propriis confisi, omnes terminos suos, per se, magna industria & fortitudine, defendebant. Domum quoque suam, Regio more, ordinabant, ut ita quæque officia in eis, i. e. ministeria Dapiferi, Pincernæ, Marschalci, Camerarii, Signiferi, per Comites, vel eis æquipollentes, regerentur. Præfecerant etiam Familiæ suæ, jam majori, minori, unum de Majoribus Curiæ, quem nominabant Advocatum, qui, vice sua, pro omnibus suis, staret coram Regibus, seu Ducibus, vel aliis Judicibus, &, in quacunque causa, vel querimonia, pro eis responderet. Habebant & aliud quoddam insigne quasi sub Privilegio, ut proscriptos quosque, si ad se confugerunt, reciperent, &, usque ad excusationem, vel condignam satisfactionem, sine sanguinis tamen effusione, conservarent &c.*

ANSFRIDUM, Comitem Palatinum, cui *Lotharius* Imperator *Prædium suum in Geizefurt, in Pago Laumensi, Jure proprietatis tradidit, &, de Jure suo, in jus & dominationem ipsius perenniter mansurum, transfudit &c. ut de bonis istis potissimam faciendi habeat licentiam, quicquid voluerit, & sicut de reliquis proprietatis suæ rebus.* Vid. ibid. p. 13 & 14.

BRIBINUM Ducem, qui Cœnobio *Inferioris Altahæ*, Consensu *Ludovici Germanici* accedente, *de sua proprietate, in Ducatu suo, dedit, quicquid in Salapiugiti habuit;* Vid. ibid. p. 14.

LUDOLFUM Saxoniæ Ducem, quem, *dono ejusdem Regis, primum propriæ Gentis dominatum suscepisse*, tradit *Hroswita*, in Carmine *de Constructione Cœnobii Gandersheimensis*, apud Dn. de *Leibnitz* Tom. 2 *Scriptorum Rer. Brunsuic.* p. 325, & Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersheim.* Cap. 30, pag. 419; nuptiarum *Ludovici Junioris*, *Ludovici Germanici* filii, cum *Lutgarda*, laudati *Ludolfi* Ducis, filia, memor:

Ergò sui natam, Lutgardæ nomine dictam,
Nutu Clementis Regis præstante perennis,
Elegit Clarus Francorum Rex Ludowicus,
Regni consortem sibimet, sacramque (sociamque) *perhennem;*
Filius Illius (Ludovici) *cujus dono Luidulfus*
Suscepit primum propriæ Gentis Dominatum &c.

Quem locum præced. lib. 1, Tit. XVI. §. 4, lit. a, pag. 7, jam notavi, observatum quoque Consultiss. Dn. *Gundlingio*, in Libro singulari de *Henrico Aucupe*, §. 2, p. 10, nec non, Dn. *Eccardo*, in Notis in *Agii* descriptionem *vitæ Hathumodæ, Abbatissæ Gandersheimensis*, p. 28. Eundem hunc ducem *omnem proprietatis suæ hereditatem, quam habuit, videlicet: Gandersemia marcu, & Aluunge marcu, & Rueringe marcu, & Dengdia marcu, & Lachtiandorp marcu, aliaque loca plurima, in Jus & proprietatem Cœnobii Brunnistashusen*, ab ipso fundati, & postea *Gandersheimium* translati, *integraliter tradidisse*, ex ipso fundationis diplomate, præced. Lib. 1, Tit. XV, §. 18, lit. g, pag. 1319, liquet. Quod *justis & liberis hæreditarii Juris sui possessionibus* idem Princeps Cœnobium *Lamspring*, in Episcopatu Hildesiensi, *rationabiliter dotaverit*, *Alfridi* Hildesheimensis Episcopi, testimonio confirmatur; præced. Lib. I. Tit. XVI, §. 6, lit. b, pag. 14.

OTTONEM, *Saxoniæ* ducem, *Ludolfi* hujus filium, adeò potentem, ut Rex *Conradus*, filio Ejus & successori, HENRICO Aucupi, ab initio, *omnem potestatem Patris tradere veritus* legatur, apud *Witichindum;* vid. ibid. §. 11, lit. a, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, v. 7, p. 101. de eodem Duce, mentione facta loci *Hirutfeld*, (*Hertzfeld*, in Diœcesi Monasteriensi) ubi laudatus *Egbertus*, Comes & Dux Saxonum, Ejusque Conjux, *Ida, lapideam Basilicam, opere polito* (ut *Uffingi*, Wertinensis Monachi, verbis utar, in descriptione *vitæ S. Idæ*, lib. 1, Cap. III, apud *Surium*, d. 14. Sept. p. m. 62 & 63, & Dn. de *Leibnitz* T. 1 *Scriptor. Rer. Brunsuic.* p. 172) *construxerint*, inquit *Uffingus* l. c. lib. 2, Cap. 1, apud *Surium* l. c. p. 65, & Dn. de *Leibnitz* l. c. p. 178: *Sub Rege Arnulpho, locus ille Juri fuit addictus Excellentissimi Ducis Ottonis, qui hujus Serenissimi Augusti Ottonis* (secundi) *extitit Provus &c.* Ejusdem Ducis memor *Ditmarus*, lib. 1, p. m. 9, inquit. *Ottone* (duce) *2 Cal. Decemb. carnis universæ viam intrante,*

intrante, sæpe memoratus Juvenis (Heinricus) *in vacuum succedens, hæreditatem jure, & maximam Beneficii partem gratuito Regis suscepit ex munere &c.* Pertinet huc quoque *Reginonis* locus, ad An. 897, præced. lit. a, adductus.

STEPHANUM Comitem, qui, Anno 1 *Ludovici* IV Regis, id est, *Incarnationis Dominicæ* 900, locum *Salzaba*, cum omnibus ad illum pertinentibus, pro alio, *Crichesfeld* dicto, Abbati Fuldensi cessit; vid. charta concambii, præced. Lib. 1, Tit. XVI, §. 6, p. 15.

ADALBERTUM *Babenbergicum*, Comitem, cujus ad ultimum supplicium rapti, *Facultates & possessiones amplissimæ*, à præfato Rege, *in Fiscum redactæ fuerunt, &, dono ejusdem Regis, inter Nobiliores quosque distributæ &c.* vid. *Regino* ad An. 905, præced. Lib. 1, Tit. XVI §. 11, in *Catalogo Ducum Franconiæ*, v. 29, p. 367, 368, & 369.

CONRADUM, *Franconiæ* Ducem, ab obitu *Ludovici IV*, Regem electum, de cujus amplissimis largissimi Patrimonii, & per omnem *Hassiam, Franciam, Rhenanam Provinciam, Lotharingiamque*, disjectis possessionibus, Dissertatio Dn. *Johannis Danielis Gruberi*, de *Germania Principe Post-Carolingica, sub Conrado I, Orientalium Francorum Rege*, An. 1710, Mens. Sept. Præside Ill. Dn. de *Ludewig*, Halæ habita, Cap. I, §. V, p. 12 & 13, evolvi meretur.

EBERHARDUM, Ejus fratrem, *Luitprando*, aliisque veterum, *Comitem Potentissimum in Francia*, dictum; vid. præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Conradi* Imp. p. 479 & Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Franconiæ*, v. 31, p. 371.

BERTHOLDUM & ERCHANGERUM, Sueviæ *Pro-Duces*, vulgò *Cameræ Nuncios*; de quibus evolvas præced. Lib. I Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Sueviæ*, v. 25 & 26, p. 306 &c.

GERHARDUM & MATFRIDUM, *Lotharingos*, de quibus l. c. in *Catal. Ducum Lotharingiæ*, v. 11, p 244;

THIDERICUM *Hollandum*, de quo *Dousæ Annal. Batav.* p. 193, & *Vossii Annal. Holland.* p. 5, pluresque alios ut taceam.

(3) Ex clericis &c. habes, v. g.

BURCKHARDUM, *Herbipolensem* Episcopum, cui *Pipinum* Regem *proprietatis suæ loca*: *Neuenstadt, Hohenbuer, Amerbach, Stutern, & Muren hardt*, cum omnibus appendiciis, dono dedisse, *Carolo Magno* immunitatem à Judiciaria potestate seculari, adiiciente, Chartæ *Ottonis III* de An. 993, & *Henrici Sancti*, de An. 1017, testantur; præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. d, pag. 1179; notanda præsertim posterioris chartæ, (quam Dn. *Leuckfeldus*, in *Antiquitatibus Pœldensibus*, Append. 3, §. I, p. 251 & 252, & Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Continuat. I, *dritte Fortsetzung*, 23 *Absatz*, §. 172, p. 324 & 325, sistunt,) verba: *Nec quisquam Comes, vel aliquis Publicus Judex, in ulla penitus re, præfatæ Ecclesiæ homines, vel res, audeat, ullo unquam tempore, vel loco, distringere vel inquietare, vel aliquam potestatem, aut Jurisdictionem, in toto Ducatu, vel Cometiis, Orientalis Franciæ, nisi super Parrochos, quos Bargildon vocant, exercere &c.* Hinc forte *Adamus Bremensis*, lib. 4, *Hist. Eccles.* Cap. V, p. m. 113: *Solus Wirceburgensis Episcopus, in Episcopatu suo neminem dicitur habere consortem; Ipse enim cum teneat omnes Comitatus suæ Parochiæ, ducatum etiam Provinciæ gubernat &c.* non quidem *totius Franconiæ*, sed per Episcopatum saltem suum, quem *Hetanus* Dux, circa annum 740 defunctus, olim administravit; vid. supra l. c. pag. 1181, Cum grano salis propterea accipiendum, quod Actor *der unverfänglichen Instruction und Ausführung, durch alle Reichs-Täge, von an. 1552, was in Religions-Wesen vorgangen &c.* apud *Lundorpium*, Tom. 4 *Act. Publ.* lib. 2, Cap. XVI, §. 51, p. 252, verbis præced. lib. 2, Tit. I, §. 9, lit. a, pag. 927, occurrentibus, generaliter affirmat.

WARINUM, Abbatem *Corbejensem*, cui *Ludovicus Pius* An. 833, *omne jus suum, quod in Salina Budinisveldensi* habuit, concessisse legitur; vid. seq. Tit. XVIII, §. 28, lit. a.

EIGILMARUM *Osnabrugensem*, de quo *Erdmannus*, in *Chronico Osnabrugensi*, apud *Meibomium*, Tom. 2 *Rer. German.* p. 202: *Imperator, Arnulphus, ad eundem Episcopatum, Comitatum, cæteraque Beneficia, jam dicti Allonis* (Comitis) *collaudatione, in quibuscunque pratis, ac locorum finibus, totum ex integro, in Jus & dominationem principalis Ecclesiæ, ejusdem Episcopii, in honorem S. Petri dedicatæ, tradidit atque contulit, cum famulis & mancipiis, curtibus, cultis & incultis agris, & pascuis, silvis, aquis &c.*

PILGRINUM *Saltzburgensem* ArchiEpiscopum, cui *Ludovicus* IV Rex, An. 908, Curtem Regiam *Saltzburghou, potestative in proprietatem concessit, atque transfudit totam cum integro.* Vid. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, ad h. a.

HATTONEM *Moguntinum*, cujus Donationis charta, An. 910, Indict. XIII, 8 Id. April. in Palatio *Triburiensi*, coram Rege *Ludovico*, Ecclesiæ

Ful-

Fuldensi factæ, apud *Browerum*, in *Antiquitatibus Fuldensibus*, p. 256, & Dn. *Gruberum*, cit. diss. *de Germania Principe Post-Carolingica sub Conrado I*, Cap. I, §. 6, lit. bb. pag. 14, hæc subministrat: *Ego Hatto D. G. & Misericordia dispensante, Moguntiacæ Ecclesiæ ArchiEpiscopus ---- quidquid proprietatis habui in Massenheime Marcha, & in Wicnivo marcha, & in Raversheime marcha, & in Geraha marcha, & in Lichsamene marcha, hoc totum in manus Gerhardi Comitis, & Chunradi Comitis, dedi, ut, cum omni integritate, ad sepulcrum pretiosissimi Christi Martyris Bonifacii, in Monasterio Fuldensi contraderent &c.* Ex Franciæ Regum stirpe Præsulem hunc oriundum, *Ecclesiastica Historia Gothana* ductu, arbitratur Dn. *Gruber* l. c. Cap. 2, §. 5. lit. l, pag. 20; *Witichindus* contrà, *Eum obscuro genere natum* perhibet, præced. lib. 1. Tit. XVI, §. XI, pag. 102.

SALOMONEM *Constantiensem*, cujus Parentes *Ekkehardus Junior*, de *Casibus Monasterii S. Galli*, Cap. I, apud *Goldastum*, T. I *Rerum Alamannicarum*, p. 12, *Claros & Illustres* vocat, proinde ex Regni Proceribus, mox inquiens: *Ipse, rerum herus effectus, ad maximas res animum intenderat, Scholisque ablatus, Grimaldo, Abbate nostro, Archi-Capellano,* (causam) *ejus juvante, Capellanus fit Ludowici Regis, cujus singulari gratia --- postremò & Constantiæ Pastor & Episcopus efficitur &c.* & p. 13: *Tradidit autem de Prædiis, quibus habundaverat, S. Gallo, locum, qui Golda dicitur & collem quendam, qui ultra Iram amœnior sibi videbatur, cum pratis sibi & agellis adjacentibus --- Plurima Fratribus, velut dives opum, commoda fecit. ---- Incipit tandem, in colle concambii sui, Ecclesiam, in honorem & modum S. Crucis, ædificare, in quam, ad unguem perductam, S. Magni brachium --- de Faucibus sumptum, magnis hinc inde velut triumphis trepidus intulit --- & prædiis suis, i. e. Tegerinowa, Bernhardi-Cella, Sitirundorf, Goldahan --- & aliis quibusdam, dotaverat &c.*

(4) Durante hoc temporis periodo, *Regalia* quoque Eos exercuisse, & quidem, vel ex Imperatorum Regumque qualicunque concessione, vel auctoritate propria, Regibus se eis non opponentibus, documentis authenticis confirmari potest, quo referendum, v. g.

Jus Belli; quod *Luitbaldus*, vel *Leopoldus*, *Bojorum* Dux, adversus Hungaros, strenue exercuit, in ipso prælio an. 907. occumbens; Vid. præced. Lib. I. Tit. XVI, §. 11, *Catal. Ducum Bavariæ*, v. 31, pag. 409 &c. Conf. bellum inter *Popponem & Eginonem, Thuringos*; ibid. *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 21, pag. 213. Inter *Babenbergicos & Würtzburgenses*, Comites; ibid. *Catal. Ducum Franconiæ*, v. 29, p. 366 &c. Inter *hos, & Lotharingos*; ibid. *Catal. Ducum Lotharing.* v. 11, p. 244 &c.

Jus exstruendi Castra; Vid. *Aventinus* lib. 4. *Annal. Boicorum*, Cap. XXI. §. 10, pag. m. 447, mentione facta irruptionis Hungarorum in Bavariam: *Sighardus, Senonum Princeps, in Superiore Bojaria, inter Oenum & Senonem amnes, in sylva, quam Carnodunensem vocatam reperio, Arcem, adversus Ugrorum irruptiones, admonentibus Sacris Vatibus, Conrado & Gebhardo, condidit, ab apro, quem ibi invenit, Ebersperg, quod apri montem valet, --- vocavit &c.*

Jus instituendi Episcopos; de quo *Regino*, ad An. 889. apud *Pistorium*, p. m. 66: *His etiam diebus, Luidpertus, Maguntiæ Urbis Præsul, è rebus humanis sublatus est, in cujus loco subrogatus est Sunzo, Vir Religiosus ac simplex ---- Poppone, Thuringorum Duce, & Arnolpho Rege, annuente &c.* Conf. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Thuringiæ*, v. 22, p. 214.

Jus constituendi Advocatos &c. Quod v. g. *Ludovicus Germanicus*, An. 877, Abbati *Wertinensi*, & *Carolus Crassus*; An. 887, Episcopo *Paderbornensi*, concessisse leguntur, vid. præced. lib. I, Tit. XV, §. 8, lit. c, pag. 1156 & 1157. Conf. quæ de *Guelfis* modo assertum.

Jus cudendi Monetam; quod *Campidunensis* Abbas, à *Carolo Magno* nactus fertur, Auctore *Bruschio*, in *Chronologia Monasteriorum Germaniæ*, voc. *Campidona*, pag. m. 102; Conf. præced. (Libri hujus Tertii,) Tit. IV, §. 4, lit. c, sub *Carolo Magno*; Abbas *Corbejensis*, à *Ludovico Pio*; Vid. *Annal. Corbejens.* præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ludovico Pio*; Ecclesia *Argentoratensis* à *Ludovico Germanico*, An. 873; vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, sub *Ludovico Germanico*; *Divionensis* Ecclesia, à *Carolo Calvo*, An. 874; ibid. sub *Carolo Calvo*; Abbatissæ SS. *Felicis & Regulæ*, Tiguri, à *Carolo Crasso*; ibid. sub *Carolo Crasso*; *Corbejensis* Abbas, in Villa *Horohuson*, à *Ludovico IV*, An. 900; Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Ludovico IV*; *Ratbodus*, Præsul *Trevirensis*, An. 902, ab eodem; Vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, sub Eodem; Ecclesia *Leodiensis*, An. 908, ab Eodem; ibid. &c. &c.

Jus exigendi Vectigalis; quod *Arnolfus* Imp. An.

An. 898. *Patavienſi* Eccleſiæ, quæ illud, ex liberalitate *Otilonis & Taſſilonis*, Bojorum Ducum, hactenus exercuit, confirmaſſe commemoratur; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ſub *Arnolfo*; Ejusdem participem factum Abbatem *Corbejenſem*, quoad Villam *Horohuſon*, An. 900, à *Ludovico IV*, dictum ibidem, ſub hoc Principe; nec non *Ratbodum*, *Trevirenſium* Præſulem, An. 902, ab Eodem; vid. præc. Tit. 4, §. 4, lit. c, ſub *Ludovico IV*; pariter ac Eccleſiam *Leodienſem*, An. 908; ibid. & *Salisburgenſem*, an eod. vid. præced. lit. a.

Jus habendi publicos Mercatus; quod *Corbejenſis* Abbas *Ludovico Pio* acceptum fert, & quoad Villam *Horohuſon*, *Ludovico IV*; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ſub his Principibus; pariter ac *Paſſavienſis* Eccleſia *Arnolfo*; ab An. 898, vid. ibidem, ſub *Arnolfo*.

Jus Comitiorum; Exemplis teſtibus, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Annos 889, 894, 895, 900, & 905, p. 87 & 88.

Jus celebrandi Conventus publicos; teſte *Hermanno Contracto*, ad An. 911, pag. m. 311: *Burchardus, Dux Alemanniæ, in Conventu ſuo occiditur.*

Jus recipiendi proſcriptos in tutelam; quo gaviſi *Guelfi*, ceu modo dictum.

Jus coquendi ſalis; quale *Corbejenſis* Abbas, in Ducatu *Buthinveldio*, à *Ludovico Pio* conſecutus. Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ſub *Ludovico Pio*; & ſeq. Tit. XVIII, §. 28, lit. a, ad An. 833.

Jus dotandi Cœnobia Bonis per omnia liberis; v. g. *Luitpoldus* Bojorum Dux, qui in donatione, *Reicherſpergenſi* Cœnobio facta, apud *Gewoldum* in Additionib. ad Tom. 3. *Hundii Metropolis*, voc. *Reicherſperg*, pag. m. 158, ait: *Ipſa quoque duo Beneficia* (in Villa Laubes) *præſignata ita decernimus permanere libera in Fratrum propria poteſtate, ſicut erant in Noſtra: ne vel Camerarii, vel Marſcalci, ſeu alii Servitores Noſtri, ac poſterorum Noſtrorum, in ullo ſint moleſti cultoribus eorum, vel de rebus Curiæ traducendis; vel de annona equorum perſolvenda; vel de aliis miniſtris hujusmodi exequendis &c.*

Jus venandi; teſte laudata modo *Taſſilonis* donatione, Eccleſiæ Friſingenſi facta.

Jus conſentiendi in alienationes Bonorum, Fiſco Principis damnoſas; de quo *Vadianus*, lib. 1. de *Collegiis Monaſteriisque Germaniæ Veteribus*, apud *Goldaſtum*, Tom. 3 *Rerum Alamannicarum*, pag. 31: *Non licebat Agros fiſcales, aut Prædia, quæ cenſum Principi ſolverent, ad ullam Eccleſiam contradere, ſed Comitis conſenſus requirebatur, cujus erat donationem reſcindere, qua, Principalium redituum detrimento, eſſet facta; unde videmus, in chartis donationum, Comitis nomen, imo fere ſemper, loco adſcriptum; interdum autem & Ducis, ſed rarius; præcipua enim hac in re Comitum authoritas erat &c.* Quoad ipſorummet Principum liberalitates, legi meretur *Ludovici IV* charta, ſub dato 13 Kal. Octobr. An. 902, laudato Trevirenſium Præſuli, *Ratbodo*, tradita, præced. Tit. IV, §. 4, lit. c, ibi: *Per conſenſum Wigerici Comitis, Monetam Civitatis* (Trevirenſis) *Teloneum, omneque tributum, intra Civitatem & extra, per omnem Comitatum, de Monaſteriis, & Villis, & Vineis ---- de Comitatu, ad Epiſcopatum, cum omni integritate, convertimus, &, de Noſtro Jure, ad partem & poteſtatem S. Petri reddidimus, ejusque Dominio --- perpetua ſtabilitate, firmiter nuncupavimus &c.* & alia, ſub dato *Aquisgrani*, 5 Cal. Februar. An. 908, in Eccleſiæ *Leodienſis* favorem ſcripta, ibid. *Inſuper Teloneum ac Monetam de Trajecto, Noſtra donatione, cum conſenſu Albuini, eo tempore, illius Comitis, conceſſam &c. &c.*

De titulo: DEI GRATIA, quem adhibuerunt, vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, p. 395.

(5) Inclinante *Carolinæ Stirpis* Imperio in Germania, Laici Proceres præcipuè in eam incumbere curam cœperunt, ut ſe Regum ſubjectioni paulatim ſubtraherent, & Jure quodam independente Provincias ſuas gubernarent, introducta ſenſim hereditaria ſucceſſione. Hanc in rem faciunt, *Luitprandi* verba, coætanei Scriptoris, lib. 2 *Hiſtor.* Cap. VI, apud *Reuberum*, p. m. 105, victoriæ Hungarorum, ſub *Ludovico IV*, in Germania reportatæ, facta mentione: *Nonnulli* (Regni Procerum) *Hungaris non ſolum pugnam non inferebant, ſed, ut proximi caderent, anhelabant, atque hoc ipſi perverſi perverſe fecerant, quatenus, dum proximi caderent, ſoli ipſi liberius quaſi regnarent &c.* Hinc, apud *Conringium*, de *Republica*, Exercit. 4, §. XIX, p. m. 164: *Ultimis Carolovingorum temporibus, Germania --- quinque habuit ducatus: Bajoaricum, Suevicum, Francicum, Lotharingicum & Saxonicum. Quorum potentia tandem ea fuit, ut Duces hi de Provinciis, ſibi proprio Jure attribuendis, cogitarint, liberè, Regum inſtar, regnaturi &c.* De BAVARICO, ſcribit *Regino*, ad An. 907: *LUITBALDUS Dux occiſus eſt* (in Prælio Hungarico) *cui Filius ſuus, ARNOLPHUS, in ducatu ſucceſſit &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catalog.*

talog. ducum Bavariæ, v. 31. p. 409; Conf. Dn. *Zschackwitz Historisch-Genealogischer Schau-Platz; dritte Abtheilung*, §. 2, p. 206 &c. SUEVIÆ Pro-Duces, ERCHANGERUM & BERTHOLDUM, itidem suis bene tunc prospexisse, vel inde manifestum, quod munificentiam Regum, in Pontifices, *Hattonem* maxime *Moguntinum*, & *Salomonem*, *Constantiensem*, ipsis invitis collatam, pessime habuerint, tanquam Juri suo detrimentosam, gravibus inde ortis turbis, de quibus *Ekkehardus Junior*, de *Casibus S. Galli*, Cap. I; præced. lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Alamanniæ*, v. 25, pag. 306, Qua potentia & auctoritate CONRADUS & EBERHARDUS Fratres in ORIENTALI FRANCIA eminuerint, ex eo judicandum, quod, ab excessu *Ludovici IV*, consilio Fortissimi Saxonis, *Ottonis*, qui oblatum sibi diadema magnanimiter recusaverat, Regni fasces *Conradus*, præ reliquis Proceribus, fuerit consecutus. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 911, pag. 89, & Tit. V, in Vita *Conradi I*, pag. 479, & Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, v. 6, pag. 101. De SAXONIBUS, hæc, apud *Conradum Urspergensem*, pag. m. 149: BRUNO, *cum totius Saxoniæ Ducatum administrasset, Exercitum contra Danos duxit, ibique occisus, Ducatum Fratri*, OTTONI, *reliquit &c.* Vid. præced. Lib. I. Tit. XVI. §. 11. *Catalog. Ducum Saxon.* v. 5, pag. 98, ubi testes alii; Intervenisse quidem adhuc *Ludovici* Regis auctoritatem, continetur verbis *Roswithæ*, ibid. v. 6, pag. 99, canentis: *Dux factus Populi, dono Regis Hludowici.* Donum autem istud pro tali amplius non habendum, ac olim meræ libertatis Regum fuit, demandare, cui libuit, Ducatuum, Comitatuumve administrationem, innuit Scriptor domesticus, *Witichindus*, lib. I. *Annal.* ap. *Meibomium*, Tom. I. *Rer. German.* pag. 635: *Patre Patriæ, & Magno Duce, OTTONE, defuncto, Illustri & Magnifico Filio, HENRICO, totius Saxoniæ Ipse reliquit Ducatum &c.* Ubi notandum, *Ottonem* (1) vocari *Patriæ Patrem*; charactere non nisi Summis Principibus, Territoriorumque Dominis, regulariter competente; (2) *Ipsummet* Filio *Ducatum reliquisse*; non levi argumento, vel obitus sui tempore, *auctoritate, propria* perquam simili, Ducatum Eum rexisse. Quod forte *Ditmarus* quoque lib. I, allegatis modo verbis, designat: *Ottone, 2 Cal. Decemb. carnis universæ viam intrante, sæpe memoratus Juvenis* (Henricus) *in vacuum* (Ducatum) *succedens, hæreditatem jure, & maximam beneficii partem gratuito Regis suscepit ex munere.* Eadem THURINGIÆ ratio; ex quo, BURCHARDO Duce, An. 909, in Bello adversus Hungaros trucidato, HENRICUS, præter *Saxonicum Thuringico* quoque *Ducatui* præesse cœpit. Vid. præc. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Thuringiæ*, v. 24 & 25, p. 214.

(6) Stantibus ita rebus, extincta, in *Ludovico IV*, An. 911, (912) *Carolingorum Gente* in Germania, (Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in Ejus vita, pag. 477) obducta quodammodo nova Reipublicæ facies deprehenditur, pristinaque, ab excessu Stirpis, unde Reges hactenus egressi, *Germaniæ Populis* libertas restituta apparet, (*Grotius*, de *Jure Belli & Pac.* lib. 2. Cap. VII, §. 15, pag. m. 184.) Provinciis in totidem quasi Respublicas peculiares mutatis. E re tamen confestim visum, tot Rerumpublicarum speciosæ libertati, *communis iterum Imperii* vinculum præferri; demandata rerum summa laudato Duci *Saxonum*, OTTONI, quo diadema recusante, Ipsomet auctore, fasces CONRADO Franco commissi. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 911, pag. 88 & 89; & Tit. V, in Vita *Conradi I*, pag. 479. Certissimum interim est, reunitæ sic Reipublicæ Proceres, longe *majori*, ac olim *sub Carolingis*, in *Ducatibus & Comitatibus*, quos singuli administraverant, posthac libertate fuisse gavisos, *hereditario Jure* pedetentim in iis succedentes, *feudali duntaxat nexu* Domino directo, (multa per secula, ex numero Ducum electo,) obnoxios; non male *Lehmannus* lib. 2. *Chron. Spirens.* Cap. 47, pag. m. 107: *Nach Absterben Königs Ludwigs, An. 911, haben die Stände des Reichs Hertzog Otten zu Sachsen zum König gewehlt, aber Er hat solche Hoheit verweigert, und Graff Conrado zu Francken gegönnet - - - Gisbertus, der Hertzog von Lothringen; Hertzog Arnolphus zu Bayern, und Hertzog Heinrich zu Sachsen und Düringen - - - kurtz nach der Wahl Königs Cunradi, abgeschieden, haben - - - Ihre Gedancken, auf Erlangung freyen vollkommenen Gewalts, und Erblichen Eigenen Regierung, gerichtet &c.* Conf. Idem, lib. 4, Cap. I, pag. 269; ad verba B. *Rhenani*, lib. 8. *Rer. German.* provocans; *Dn. Schatenus Annal. Paderborn.* Lib. 3, ad An. 913, pag. 246, verbis præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 4, lit. a, pag. 6, occurrentibus, ubi simul idem docentes alii, quibus jungas Illustr. *Dn. Coccejum, Prudent. Jur. Publ.* Cap. XII, §. 1. ad 6, pag. 216. &c. Illust. *Dn. Thomasium*, ad *Monzambanum*, Cap. 3, §. 4, lit. m, pag. 166 &c. & diss. de *Feudis Oblatis*, Cap. I, §. 23 & seqq. Illust. *Dn.* de *Ludewig*, de *Jure adlegandi Ordinum S. R. J.* §. XV, Tom. I. *Operum Ejus Academicorum*, Lib. I, Opusc. VI, pag. 322; & in Diss. Dn. *Gruberi*, de *Germania Principe post Carolingica, sub Conrado I*, Cap. 4, §. 4, pag. 47 & 48, Tom. 2. Ejusdem *Operum Academ.* lib. I, Opusc. 2, pag.

234 &c. nec non in differt. Inaug. *Dn Heuffi*, de *Civitatum dispari nexu cum S. R. Imperio*, Eodem Præfide habita, Cap. VII, §. 3. pag. 56, Tom. I. eorundem *Operum Academ.* Lib. I, Opufc. VII, pag. 511; Illuftr. *Dn. Gundlingium*, Differt. de *Statu Reipublicæ Germanicæ fub Conrado I*, Refpondente *Dn. Joh. Guilielmo Ebner ab Efchenbach*, An. 1706, Menf. April. Hallæ defenfa, §. VII, lit. a, pag. 37; mentem tamen fuam, lit. i, pag. 47, ulterius declarantem; Dn. *Brunnemannum*, *Exam. Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. 3, Q. 4 & 5, pag. 92 & 93; & Differt. de *Fœderibus Statuum Imperii cum Exteris*, quam, Ipfo Præfide, An. 1703, Dn. *Schwartzkopffius* Halæ, publico examini oppofuit, §. 4, pag. 9 & 10; *Dn. Hornium*, *Jur. Publ. Prudent.* Cap. 58, §. 3, pag. 595; *Dn. Struvium*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XXVI, §. 14. pag. 569 &c. *Dn. Joh. Henricum Alexandri*, Diff. Inaug. *de Jure Allodiali Principum Imperii*, fub Præfidio Ill. *Samuelis Stryckii*, An. 1697, Halæ habita, Cap. 3, §. 10 &c. pag. 28 & feq. *Dn. Andream Henricum Matthiæ*, in Diff. de *Juribus Procerum Imperii Majeftaticis*, Præfide *Dn. Joh. Wilhelmo Gœbel*, An. 1718, Helmftadii, propugnata, Cap. I, §. 13, lit. c, pag. 24. & §. 14, pag. 25; aliosque plures.

(7) Libertati Procerum femel ufurpatæ, *Carolingorum more*, *regnandi* cupidine incenfus Rex *Conradus*, electione vix peracta, frœnum iterum injicere conabatur, aft infelici eventu Principibus certatim ab Eo deficientibus; quod veteres *Rebellionem* vocarunt; non nifi magna prudentia ad faniora confilia reductis; Vid. *Luitprandus*, aliique, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Conradi*, pag. 479.

(8) Nec mirum hinc, HENRICUM, SAXONIÆ, THURINGIÆque Ducem, *libera poteftate primum regnaffe* legi. Pater Ejus, fæpefatus *Otto*, quamdiu vixit, fub *Conrado*, ad Reipublicæ clavum fediffe nofcitur. vid. *Witichindus* lib. I, præced. Lib. I Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 89. ibi: *Cunradus, quondam Dux Francorum, ungitur in Regem; penes Ottonem tamen fummum femper & ubique vigebat Imperium &c.* Eo mortuo, ubi Rex *omnem Patris poteftatem Filio HENRICO tradere effet veritus, totius Saxonici Exercitus indignationem Eum incurriffe*, clamantis: *Si Rex honore paterno Eum fponte honorare nollet, Rege invito, quæ vellet, Eum obtinere poffe;* ejusdem Monachi conftat teftimonio; nullibi tamen veftigium, ea, qua *Henricus*, libertate, Eum regnaffe unquam. Conf. *Lehman. Chron. Spirenf.* lib. 2, Cap. 47, pag. 207 & 208; *Rhenanus*, lib. 2, Rer. German. cujus verba *Conringius*, de *Republ.* Exerc. IV. θ. 21, pag. 165, recitat; Dn. *Coccejus* l. c. Cap. 3, Sect. 3, §. 39, pag. 51. Aliisquoque, hac ætate, Dynaftis amplas fuiffe hereditates, docet *Folmari*, Corbejenfis Abbatis Diploma, fub dato *Novæ Corbejæ*, An. 936, 7 Cal. Junii, poftridie Urbani; apud *Dn. Kettnerum*, *Antiquit. Quedlinburg.* Sec. X, Dipl. 4, pag. 8, ubi: *Comes quidam, Sigfridus nomine, ob fpem & præmium retributionis æternæ, tradidit Hæreditatem fuam ad Monafterium noftrum, in Pago Hartago, in loco, cujus vocabulum eft Wefter-Grœningen &c.* Conf. pl. Rev. *Dn. Kettner* ibid. in notis.

Capitis pœnam luentibus *Cameræ Nunciis*, BERCHTOLDO & ERCHANGERO, An. 917, *ftatutum*, à *Conrado* Rege, SUEVIÆ *Principum affenfu, primum Gentis Ducem* BURKHARDUM; ab *Ekkehardo Jun.* de *Cafibus S. Galli*, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 917, p. 89, & Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Allamanniæ*, v. 28. pag. 308. commemoratur. Stabilitam fimul hujus Gentis libertatem tunc fuiffe, innuunt verba: *Sueviæ Principum affenfu*; utpote quo *affenfu Carolingi*, in conftituendis Ducibus & Comitibus, non indigebant. Rebellem poftea factum, iterumque fe fubmittentem *Henrico* Regi Principem hunc, eodem Jure, quo *Saxones* in ipforum Ducatu, per *Sueviam* gavifum, admodum probabile; cum vix præfumendum, Potentiffimum Ducem, fub duriori lege, *Henrici* Imperium agnoviffe. Vid. *Dn. Coccejus* l. c. Cap. 3, Sect. 2, §. 23, pag. 43.

BAVARIÆ Ordines non minus *libertatis eligendi Ducis* fuiffe participes, à *Ditmaro* proditum memoriæ, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1002, p. 96, ubi refponfum, quod *Henricus Sanctus*, *Henrici* Comitis, *Bertoldi* filii, Legatis, *Bavariæ Ducatum* pro Domino efflagitantibus, dediffe fertur, inter alia dicens: *Nonne fcitis - - - Bavarios, ab initio, Ducem eligendi liberam habere poteftatem &c.* Proinde ARNOLPHUS occifo An. 907 (908) ab Hungaris *Luitbaldo Patri*, non alio modo furrogatus. Refponfum, quo Hungarorum Legatos, idem tributum, quod *Ludovicus* folvit, à *Conrado*, & Ipfomet, poftulantes, dimififfe legitur, apud *Aventinum*, lib. 4 *Annal.* Cap. 22, §. 5, p. m. 454 &c. fatis fuperque teftatur de potentia Ejus, ac auctoritate regendæ Bojorum Provinciæ: *Armis comparatis, ab Arnulpho & Conrado, Rege novo, tributum poftulant,* (Hungari) *quod nifi, ut Ludovicus, reddat, omnia fe vaftaturos, foloque æquaturos, comminantur. Arnulphus Legatis refpondet: Ego, inquit, ab ineunte ætate, cæteris imperare, non parere, didici: Veniant Ugri, &*

Nos habere ferrum, & in pugna (hanc ostentabat) quinos digitos sentient &c. Non bene inter Eum, & *Conradum* Regem, convenisse, forte quod hic Ejus potentiæ nervos intempestive incidi curaverit, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Conradi*, pag. 479 dictum; quo etiam Decretum *Altheimensis* Concilii, An. 916 pertinet, cujus, præced. Lib. I. Tit. XVI, §. XI, *Catalog. Ducum Alamanniæ*, v. 27, pag. 307, & Lib. 3, Tit. 4, §. 8, lit. d, ad An. 916, memini; *Arnulphus, ubi certior factus est de morte Cæsaris, e vestigio ex latebris prodit, Reginoburgiumque redit, certatim ad Eum Optimates, Pontifices Bojorum, conveniunt, reditum gratulantur: Eundem denuo REGEM BOJARIÆ salutant. Hainricus Saxo* (*Conradi*, in Germania successor) *posteaquam hæc accepit, Bojariæ fines cum Exercitu petit. E diverso Arnulphus intrepidus procedit. Ubi in conspectum utraque acies jam dimicaturæ steterunt, Hainricus caduceatorem cum mandatis præmittit, qui denunciaret: interesse Reipublicæ, ut Arnulphus solus cum solo, communis salutis causa, de summis utriusque rebus, secreto colloquatur. Non respuit conditionem Arnulphus, amboque Duces, absque cunctatione, æquo fere spacio à copiis utriusque, ad colloquium venerunt, priorque, Hainricus: Non Te tam barbarum, inquit, aut imperitum Religionis nostræ existimo, quin plane intelligas, Regem non à Fortuna temere dari, nec à Fatis imponi, sed a supremo Cœli Numine constitui: Cujus mandata qui non facit, is haud dubie cœlo, Naturæque repugnat. Senatus, Proceres, Populus, Plebes, quæ multorum capitum bellua est, me Rrgem, uno omnium consensu, declararunt --- si Senatus Populusque Francus me hoc fasce levarit, Tibique hoc oneris imposuerit, libens cessero, libentissime Tibi paruero. Atque ut aperte tute sentias, quam nihil minus mihi cordi quam dominandi libido sit, non solum Bojariæ Regnum locupletissimum: Nariscos, Alemannos, Chamabos, Boethos, Sudinos, Ilissos, Marcomannos, Quados, Vindelicos, Noricos, Austriacos, Tyrollios, Athesinos, Vennonas, Stirios, Charinos, Venedos, Carnos, Pannonias, Tibi, sicuti possides, permitto: Verum, Sacratarum ædium quoque, opum ecclesiasticarum, Episcoporum, Sacerdotum, Mystarum, Monachorum, Antistitum, omnium Curatorem Te esse jubeo, & Patronum: illos Tibi in clientulos dico, modo nomen Regis inutile abdicato. Cuncta alia Tibi habeto: Quid nunc aliud Tibi vis? quid ultra desideras? quæ concupiscis? quæ postulas? Universa Tibi, favore & gratia mea, absque periculo, sine vi, sine armis, obtinere licet. Facile ratio tam salubris consilii ab Arnulpho recepta est. Quo circa Principes, absque cunctatione, dextris datis, pacem faciunt ---- Hactenus Bojaria, per centum triginta annos, Reges & Imperatores habuit, atque dedit: postea per Duces administratur, quorum primus Arnulphus, Reginoburgium novum, ab Arnulpho Augusto prolatatum, nec dum muro cinctum, mœnibus ---- communivit &c.* Hæc omnia ex *Aventino*, l. c. §. 13, pag. 456. Conf. *Luitprandum*, lib. 2, Cap. VII, p. m. 106; Dn. *Coccejum*, cit. Cap. 3, Sect. I, §. 9, pag. 38; & præced. Tit. XIII, §. 4, lit. c, sub *Seculo X*.

De LOTHARINGIA notandus *Witichindi* locus, lib. I *Annal.* p. m. 637: *Quidam de Lothariis, nomine Christianus, videns Regi* (Henrico) *cuncta prospere procedere, quæsivit, quomodo majori gratia apud Regem honoraretur, &, simulata infirmitate, vocavit ad se GISELBERTUM, cui Principatus Regionis Paterna successione cessit, cepitque Eum arte, &, sub custodia, Regi Henrico transmisit. Erat autem Giselbertus Nobili Genere, ac Familia antiqua, natus, Quem Rex satis lætus suscepit, quia, per Ipsum solum, totum Lotharii Regnum Se habiturum arbitratus est &c.* Quid litis, Provinciæ hujus intuitu, ab excessu *Ludovici IV*, inter *Conradum*, Germaniæ, *Carolumque Simplicem* Galliæ, Reges, intercesserit, dictum præced. Lib. I Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Lotharingiæ*, v. 12, pag. 246 &c. ubi simul *Conradi* melioris causæ fundamenta. Durante Bello, Gallis *Caroli*, quod *Haganonem* Consiliarium dimittere nollet, pertæsis, adeo, ut *Robertum* Ducem, *Odonis*, aliquando Franciæ Regis, fratrem, Regnum appetentem, apertis signis sequerentur, *Conrado* interea sarcinas humanæ carnis deponente, *Giselbertum à plurimis Lotharienfibus*, contra *Carolum*, electum An. 920 *Principem*, autoritate *Frodoardi*, & *Hugonis Flaviniacensis*, ibid. pag. 247, probatum. Redeuntibus tamen, non multo post, ad *Carolum Lotharingis*, una cum ipso *Giselberto* Duce, cæsoque, apud *Suessionas*, An. 922, vel 923, *Roberto* Rege, ubi hujus Amici *Burgundiæ* Ducem, *Rudolphum*, qui filiam ejus, *Emmam*, in matrimonio habuerat, in Regnum vocassent, nec *Carolus* se sua-

que sufficienter tutari posset, inita inter Eum, & *Henricum*, Germaniæ Regem, An. 923, *Bonnæ* conventio, cujus vigore, *Carolus* in perpetuum Juri suo in *Lotharingiam* renunciavit; (vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 8, lit. a, pag. 61 & 62, & Tit. XVI, §. 11, in vita *Giselberti*, Lotharingiæ Ducis, p. 250,) Quibus firmatis, captum, ab *Heriberto*, Veromanduorum Comite, dolose *Carolum*, custodiam *Peronæ* subiisse, moxque *Giselbertum*, missis *Rudolpho* Legatis, ut ab Eo reciperetnr, iterum nutasse; testis *Frodoardus* l. c. pag. 251; orto hinc, inter Eum & *Henricum*, bello, subsecuta, licet brevi post, *Lotharingiæ* deditione, An. 925 & 926 rursus terminato. Ipsum tandem *Giselbertum*, à *Christiano* quodam, *Henrico* traditum, utut ab Eo gratiose susceptum, præfatis *Witichindi* verbis nititur, qui porro ait: *Videns* (Rex Henricus) *adolescentem valde industrium, Genere ac potestate, divitiis quoque, clarum, liberaliter Eum cœpit habere, ac postremo, desponsata sibi filia, nomine Gerberga, affinitate pariter cum amicitia junxit Eum sibi, sublegato omni Ei Lotharii Regno &c.* Vid. ibid. pag. 252 & 253. De Bello, quod Dux hic separatim cum *Rudolpho* Galliæ Rege postea gessit, vid. ibid. pag. 253 &c.

Qua authoritate EBERHARDUS, FRANCONIÆ, TRACTUSque RHENANI, DUX, in Germania vixerit, vel ex sola oratione, quam ad Eum moribundus Rex *Conradus*, Frater, habuit, apud *Witichindum* l. c. pag. 636, verbis præced. lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 919, pag. 90, occurrentibus, cognoscendum, ubi inter alia: *Francorum toti Regno consulito - - - - rerum publicarum secus Saxones summa est - - - - ito ad Henricum, facito pacem cum Eo, ut Eum Fœderatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat Populus Francorum tecum, coram Eo &c.* Ecce hic fœderis mentio inter Regem Regnique Principes! Plura de Eo, præced. Lib. I, Tit. XI, §. I, lit. b, pag. 940 & 941.

(9) Durante hac epocha, id est, sub CONRADO & HENRICO AUCUPE, exercuisse quoque Duces, Proceresque alios, *Regalia*, specialiter *propriam* ipsorum *Jurisdictionem* declarantia, extra dubium; puta:

Jus eligendi Regem, vid. præc. lib. I Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 912 & 919, pag. 89 & 90.

Jus belli & pacis, quo *Arnolphus*, *Bojorum* Dux, tam contra *Hungaros*, quam ipsum *Henricum Aucupem*, usus; vid. præced. v. 8. add. *Aventinus*, lib. 4 *Annal.* Cap. 22, §. 5, p. 454; nec non ipsemet *Henricus*, qua *Saxonum* Dux, adversus Moguntinum Præsulem, *Hattonem*; vid præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, lit. a, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, v. 7. p. 102; & *Giselbertus Lotharingus*, contra *Rudolphum*, Franciæ Regem, aliosque; Vid. præced. lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Lotharingiæ*, pag. 253. De pluribus aliis ne dicam.

Jus pangendi fœdera, de quo evolvenda laudata modo moribundi Regis *Conradi*, ad *Eberhardum* fratrem, habita oratio.

Jus muniendi Civitates; argumento *Ratisbonæ*, ab *Arnolpho* memorato mœnibus cinctæ; vid. præced. v. 8.

Jus cogendi Synodos; teste *Aventino* l. c. lib. 4, Cap. 22, §. 15, pag. 457: *Qui* (Arnolphus) *ad Dingelfing, oppidum Inferioris Bojariæ, in ripa Isaræ situm, concilium Bojorum convocat. Interfuerunt quinque Bojariæ primarii Sacerdotes: Hyldebertus, Archimysta Juvavensis; Isengrinus, Episcopus Reginoburgensis; Gerardus, Bathavensis; Wolframus Fruxinensis; Nithardus, Sabonensis; & Sarcolochus & Godbertus, Sacrificuli, quos Chor-Episcopos vocant, Nuncii Udalfridi Aichstatensis, tum ægroti. Hoc Concilio Arnulphus, prædiorum Ecclesiasticorum, quæ Ugri depopulati fuerant, ab aliisque occupabantur, ususfructus Sacerdotibus, Monachis, restituit: Templa, sacras ædes refici, instaurari jussit &c.*

Jus constituendi Episcopos; quo pertinet, quod *Hermannus* Coloniensis ArchiEpiscopus, *Hilduinum*, *eligente Clero ac Populo, & favente Gisleberto, quem plurimi Lotharienses Principem elegerant, Tungrensem Episcopum ordinasse* legatur; vid. *Frodoardus* & *Hugo Flaviniacensis*, præced. lib. I, Tit. XVI, §. 11, in vita *Giselberti*, Lotharingiæ Ducis, pag. 247; pariter ac Conventionis formulæ inter *Henricum Aucupem*, & *Arnolphum* Bavarum, initæ, præc. v. 8, cujus & *Luithprandus*, lib. 2 *Histor.* Cap. VII, apud *Reuberum*, pag. 106, meminit: *Aequum justumque Nobis videtur,* (sunt verba Bavariæ Procerum) *ut, cæteris non dissentiens, hunc* (Henricum) *Regem eligeres; Ipse vero Te, ut tam fortunatum & præ-divitem Virum, hoc pacto bearet, animique Tui feritatem mulceret: ut, quod Prædecessores non habuere Tui, Tibi concedatur; scilicet, quatenus totius Bajoariæ Pontifices Tuæ subjaceant Ditioni, Tuæque sit potestatis, uno defuncto, alterum ordinare. Connivens igitur Arnoldus huic optimo suorum consilio. Henrici Regis*

Miles

Miles efficitur, & ab Eo, ut jam dictum est, concessis totius Bajoariæ Pontificibus, honoratur &c. Conf. *Albertus Stadensis*, An. 920, p. m. 100. *Aventinus*, lib. 4 *Annal. Boicorum*, Cap. 22, §. 13, p. m. 456, verbis præced. v. 8, occurrentibus; *Schilterus*, de *Libertate Ecclesiar. Germaniæ*, lib. 3, Cap. 4, §. 9, pag. 301.

Jus Advocatiæ; quale *Arnolpho*, per totam Bavariam, concessum; vid. præced. v. 8.

Jus constituendi Magistratus; de quo *Aventinus* l. c. §. 5 & 6, pag. 454: *Victor Arnulphus vota pro victoria* (contra Hungaros) *suscepta reddit, Bojariæ limites firmissimis munit præsidibus, Fratrem suum, Berchtoldum, Vennonas & Athesinos administrare jubet. Austriæ, infra Anassum, Rogerium, armorum Martisque studiosissimum - - - præficit, Ugris opponit - - - Charinis Rectorem dat Ratholdum, Senonum dynastam &c.*

Jus indicendi publicos conventus; quod *Arnolphum* exercuisse, modo dicta probant; de *Burchardi*, Sueviæ Ducis, vidua, hæc apud *Ekkehardum Juniorem*, de *Casibus Monasterii S. Galli*, Cap. X, p. m. 44: *Placuit Mulieri ratio, & rectilineum Magistri; Colloquium tamen publicum postea, pro his, & pro aliis Regiminis causis, Walewis Villa edixit; illuc quoque Episcopum & Abbates venire jusserat &c.*

Jus Comitiorum; exemplis testibus præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 917, 919, & 923, pag. 89 & 90; add. *Aventinus* l. c. §. 9 & 10, pag. 455.

Jus mittendi Legatos; *Frodoardo* teste, ad An. 927, præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in vita *Giselberti*, Lotharingiæ Ducis, pag. 252, v. 12, ubi hoc de *Heriberto*, Vermanduorum Comite, affirmat &c.

Jus possidendi Metallifodinas; arg. Diplomatis *Folckmari*, Corbejensis Abbatis, sub dato *Corbejæ*, An. 936, 7 Kal. Junii, quo *Gröningensis* Ecclesia fundata, apud *Dn. Paullini, Syntagm. Rer. German.* pag. 202; *Dn. Meibomium*, in Not. ad *Corbejense Chronicon*, Tom. I *Rer. German.* p. 759; *Dn. Leuckfeld, Antiquit. Groningens.* Cap. XVI, §. 5, pag. 175; & *Antiquit. Halberstad.* §. XIX document. pag. 637, & *Walckenredenses*, Cap. XIII, pag. 240; ubi: *Notum fieri volumus, qualiter Comes quidam, Segefredus nomine - - - - tradidit hereditatem suam ad Monasterium nostrum, in Pago Hartgo, in loco, cujus vocabulum est Wester-Groningen, sito, juxta fluvium Bode, h. e. ipsam Ecclesiam, cum Clericis, quos ibi proprios habuit, & Metallis, & quicquid in Australi parte Ecclesiæ intra Urbem est &c.* Conf. laudati *Dn. Leuckfeldi Antiquitates nummarias Halberstadenses*, §. 13, lit. ll, pag. 29.

Ut & *Salinas*, vid. seq. Tit. XVIII, §. 28, lit. a.

Intuitu horum, scribit sine dubio *Dn. Coccejus*, Cap. XII *Juris Publici Prudentiæ*, §. 2, p. m. 217: *Iidem quatuor Duces, & Archi-Officiales, Regni dignitate penes Saxones, & Henricum I, constituta, propriam potestatem, eoque Jura Regalia, habuere, ac Supremum Bellorum Duces - - - fuere &c.* & Cap. XV, §. 24, p. 271, & 272: *Duces, sub Henrico I, propriam potestatem, non in cæterorum istius Provinciæ Marchionum, Comitum, Baronum &c. sed in sui Ducatus terras, consecuti sunt - - - Cum itaque omnium terræ hæ æqualiter Regni, ac immediatæ fuerint, sequitur, solo Ducatu in propriam potestatem verso, reliquas Terras, quæ Ducis non fuere, mansisse Regni &c.*

(10) Sub OTTONIBUS omnia majores nacta vires; præter Duces enim, aliis quoque Regni Proceribus Feuda *hereditario jure* fuisse concessa; imò, integros Ducatus in Præsules collatos, certissimum; spectant huc, quæ Auctor Vitæ *Johannis, Gorziæ* Abbatis, suppeditat, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Ottonis I*, pag. 496; &, post eum, B. *Rhenanus*, lib. 2 *Rer. German.* apud *Conringium*, cit. Exercit. 4 de *Republica*, §. 21, pag. 165: *Primum sub veteribus Francis liberæ potestatis Dux fuit in Saxonia, Henricus, Ottonis Pater, qui postea Germanico Regno præfuit - - - - At, sub Saxonibus, libertatem nacti sunt non solum Provinciarum Gubernatores, sed & Civitates ipsæ. Nam ut quæque plus bonorum, quæ ad Regnum pertinebant, habuit, ita maturius & facilius ad libertatem pervenit &c.* nec non illa *Theodorici de Niem*, ex vetustissimo Libro Florentino: *de Investitura Episcopatuum Regum Teutonicorum*, apud *Schardium de Jurisdictione Imperiali*, p. m. 261; verbis præced. Lib. I. Tit. V. p. 495 occurrentibus; inde huc sufficiunt: *Qui* (Otto Magnus) *pene omnibus Cathedralibus Ecclesiis, in Italia, Gallia & Germania, Burgundia & Lotharingia, constitutis, multas Civitates, Castra, Oppida, Villas, & multa alia Dominia temporalia, Jura & Jurisdictiones, donavit - - - Archi-Episcopos quoque & Episcopos Ducatibus, & Comitatibus, & Baroniis, communivit, quibus Nobiles, & potentes Vasallos, subjecit, ut semper essent ad resistendum, etiam manu forti, Paganis & Hæreticis, in opportuno tempore, fortiores &c.* quod multis exemplis illustrat; Conf. cit. Lib. I, Tit.

I, Tit. XV §. 5, lit. c, pag. 1141 & 1142; & *Vadianus*, lib. 2, *de Collegiis Monasteriisque Germaniæ veteribus*, apud *Goldastum*, Tom. 3 *Rer. Alamannicarum*, p. m. 68: *Post Arnulphum, & filium Ejus Ludovicum, ita largæ factæ erant Principum donationes, ut Oppida etiam & Vici Episcopis concederentur, & Ducatus etiam permitterentur Episcopis &c.* & *Conringius* l. c. §. 25, pag. 167 & 168: *Ottonum temporibus, Ducales & Comitum potestates etiam Episcopis atque Abbatibus cœperunt attribui, novo & hactenus inaudito exemplo. Adeoque, ex eo tempore, duplex cœpit ordo Ducum aut Principum, Secularium scil. & Ecclesiasticorum. Primus autem Bruno, Episcopus Coloniensis, constitutus, à Fratre Ottone Magno, Ducatum Lotharingiæ accepit &c.* & §. 26, pag. 168: *Atque hoc modo Ecclesiastica & Secularis potestas in una persona jungi cœpit, Episcopis, perinde ac Principibus Secularibus, Provinciis quibusdam investitis*, & *Reinkingius*, lib. I de *Regimine Ecclesiastico & seculari*, Class. V, Cap. I, §. 1, p. m. 516: *Postquam Præsides Provinciarum, defensores Civitatum, & Viri Fortes, de Provinciis, quibus, administrationis & Officii titulo, precario, ad nutum Summi Principis, praerant, de iisdem hæreditarie & patrimonii Jure, investiri cœperunt, in Eos non solum utilitas & Jurisdictio, sed & Superioritas, eique annexa Regalis dignitas, translata, quæ à Territorio, cujus occasione & intuitu concessa, & cui annexa, Territorialis dici meruit, vulgo die Landsfürstliche, ratione Principum; vel, die Lands- oder Hohe Obrigkeit, ratione aliorum Magistratuum Immediatorum, ex stylo Curiæ nostræ, appellata &c.* Add. idem, §. 17, pag. 518, & *Dietherr*, ad *Besoldum*, voc. *Lands-Obrigkeit*, pag. 435; Alii, supr. l. c. Lib. I, Tit. V, pag. 496, & Tit. XV, §. V, lit. c, pag. 1142, ubi notanda maxime *Lambecii* commentatio, nominati. De Ducatibus in specie notum, quod:

HERMANNUS BILLINGUS, ab *Ottone Magno* Dux SAXONIÆ creatus, *Tractum Luneburgicum hereditario jure* possederit; vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, pag. 104 & seqq. de cujus Filio insuper *Adamus Bremensis*, lib. 2, c. 14, pag. 52: *Hermannus, Saxonum Dux, obiens*, (An. 973) BENNONEM *Filium suum, reliquit hæredem.* Vid. supr. l. c. pag. 111. Quamvis *hæreditas* hæc non de toto *Nationali Ducatu*, quippe qui ad Cæsaris *Patrimonium* referebatur, *Lehmanno* teste, lib. V *Chron. Spir.* Cap. 3, pag. 386; *Keyser Ott der Erste, ererbt von seinem Vatter, als Hertzogen in Sachsen, erstlich, das Hertzogthumb Sachsen, Westphalen, Engern, Tyringen, Hessen, Wetterau, die Land an der Weser, und Minden, und daselbst herumb, und an der Elb, zu Lüneburg, und den Elbstrohm hinauf &c.* sed de præfato saltem *Tractu Luneburgico*, accipienda sit, cum alio longe titulo *Benno*, sive *Bernhardus*, Parenti *in Ducatu* successerit; de quo vita *Meinwerci* Paderbornensis; ibid. pag. 109 evolvenda. Marchiam *Saxoniæ*, cum *Agro Brunsuicensi*, itidem *jure hæreditario* obvenisse *Henrico*, Bojorum Duci, *Ottonis I* germano, Ejusque posteris, dictum præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Lotharii* Imp. pag. 561, & Tit. XI, §. 4, lit. i, pag. 983, & Tit. XVI, in *Catalog. Duc. Saxon.* §. 11, v. 14, pag 131. Nec aliud de *Misnia* dicendum, maxima parte *Ekkehardo* Marchioni, ab *Ottone III*, in *proprietatem* asserta; vid. præced. lit. a. Auctoritatem & potentiam ejusdem Principis in THURINGIA, habes præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Thuringiæ*, v. 27, pag. 218 &c. in primis huc faciunt, pag. 220, *Brunsuicensis Chronici* verba, prævia mentione necis ejus in *Polede* commissæ: *Qui* (Ekkehardus) *ad fundum hæreditatis suæ delatus, super fluvium Salam, in Oppido Jene, primitus est sepultus, postmodum in Ecclesia Cathedrali Nuenborch, terræ solemnius commendatus &c.* De GERONE, *Brandenburgensium & Lusatorum* Duce ac Marchione, Ejusque Filio, SIGEFRIDO, aliisque pluribus Dynastis, ut taceam, de quibus præced. lit. a, quædam allata. Quo & DEDONEM, ab *Ottone III* Imp. post fata *Bionis*, creatum *Comitem Merseburgicum*, referas, de quo *Chronicon Montis Sereni*, p. m. 201; *Filius autem* (Dedonis) TIDERICUS *Comitatum Patris, & omne Beneficium, dono Regis obtinuit &c.* Quem Comitatum posteros ejus diu satis, hoc titulo, tenuisse, ex eodem loco manifestum; nec non UTONEM Comitem, cujus *Reginonis Continuator*. ad An. 949, p. m. 77, hisce meminit: *Uto Comes obiit, qui, permissu Regis, quicquid Beneficii, aut Præfecturarum habuit, quasi hæreditatem, inter Filios divisit &c.*

Submerso An. 939, apud *Andernacum*, in Rheno, GISELBERTO Duce, ea fuit LOTHARINGIÆ Ducatus conditio, ut, Ipsius filio, HENRICO, adhuc minorenni, publicarum rerum administratio Cæsaris Fratri, *Henrico*, committeretur, cui tamen, adhuc eodem anno, à *Lotharienfibus* expulso, *Riclwini* filius, *Otto*, surrogatus, quo, una cum juniore Duce, *Henrico*, defunctis, CONRADUS, Impe-

Imperatoris Gener. successit. Vid. præced, Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Lotharingiæ Ducum*, v. 13, pag. 256 & 257, & v. 14, pag. 258. Anno 953, occasione simultatis inter Imperatorem, Ejusque filium, *Ludolphum*, ubi *Conradus* hic *Ludolphi* partes amplecteretur, propter eaque in Cæsarem arma verteret, demandatum BRUNONI, Coloniensium Archi-Episcopo, Imperatoris Fratri, *Lotharingiæ Regnum*, qui etiam, *Conradus* licet, an. 954, *Vita, Patria & Prædio contentus*, in gratiam Augusti rediisset, Ducatus habenas retinuit, quamvis GOGOFREDUS, cogn. *Barbatus*, *Ducatui Mosellanico*, sive *Superioris Lotharingiæ*, præesset; vid. ibid. pag. 260 & 261, & v. 15, pag. 263 & 265; Mortuo Cæsare, invadebat *Lotharius*, Franciæ Occidentalis Rex, *Lotharingiam*, cujus fratri, CAROLO, Imperator *Otto II* ejus Ducatum contulerat, mediante vero Transactione *super Carum* fl. An. 980, eam iterum abjuravit. vid. ibid. v. 16, p. 266 & 267. Anno 991, *Carolus Dux moritur*; OTTO, *Filius Ejus*, *succedit Ei in Ducatu Lotharienſium &c.* Hæc *Sigebertus*, h. a. pag. 589; conf. supr. l. c. pag. 268. Quo, sine hærede, an. 1005, etiam defuncto, *datur Ducatus Lotharingiæ ab Imperatore, Comiti* GODEFRIDO *Virdunensi, filio Godefridi Ardennensis*; vid. supr. l. c. v. 17, p. 269, ex *Sigeberto*. Hæc dum agebantur, rexisse Ducatum ad Mosellam FRIDERICUM, *Ottonis*, Pro-Ducis quondam *Lotharingiæ*, filium, ibid. v. 16, p. 269, annotatum. Alios quoque Provinciæ hujus Proceres *hereditario Jure* tunc Terras possedisse, non solum *Hermannus Pusillus*, C. P. Rheni, *Arnolphi*, Bojorum Ducis quondam, filius, de cujus amplissima Palatinatus ad utramque *Rheni* ripam, *Mosam*, *Mosellamque* fluvios, parte, quam ab *Ottone I*, hoc titulo obtinuerat, præced. lib. I, Tit. XI, §. 1, lit. b, pag. 943, dictum aliquid; sed & *Raginarius & Lambertus*, *Raginarii Longicolli*, *Hannoniæ* Comitis, Gnati, vel propterea, An. 973, *Garnero & Rainaldo*, & An. 976, *Godefrido & Arnolpho*, Comitibus, arma inferentes, quod avitum Comitatum ipsis eripuissent, documento sunt. Vid. præc. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Lotharing.* v. 16, p. 265 &c. De *Trevirensis* Ecclesiæ statu inquit *Browerus*, *Annal. Trevirens.* lib. IX, ad An. 947, §. 99, pag. 456: *Otto* (Magnus) *Ludvici Decessoris exemplo, Ecclesiam Trevirensem omni Regalis administrationis & Juris consortio liberavit; & universum Imperium ad ArchiEpiscopum*, (Rutbertum) *excluso Comite, transtulit. Quare ne Judex ullus alius, vel judiciali potestate præditus Comes, sive Juris dicundi, sive Placiti regendi, vel freda mulctasque indicendi causa, infra ditionem Regni & Imperii Villas, aut Ecclesiæ Trevirensi subjecta alia loca, adire vel ingredi possit, sed tota Jurisdictionis ratio penes unum consistat ArchiEpiscopum, & ejus Advocatum, luculenter sancit; donatque à teloniis Rheni, Mosellæ, aliorumque locorum, eidem prolixam immunitatem. Signum Dn. Ottonis Invictissimum Regis. Bruin Cancellarius, ad vicem Ruotberti Archicapellani, recognovit. Data 6 Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnat. 947. Indict. V. Actum Francofurti.*

Quoad SUEVIÆ Ducatum, notatu digna HERMANNI Ducis verba ad *Ottonem Magnum*, apud *Luitprandum*, præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Allamanniæ*, v. 30, pag. 311; *Non clam Domino meo est, tum Prædiorum latitudine, tum pecuniarum immensitate, prædivitem me, absque liberis esse; nec est, præter unam parvulam Natam, quæ mearum rerum, me redeunte, hæres existat. Placeat itaque Domino meo Regi, Filium suum parvulum, Liuthulfum, mihi adoptare filium, quatenus unicæ filiæ meæ, maritali commercio sociatus, me migrante, mearum fiat hæreditate rerum Magnificus &c.* Plura de his l. c. pag. 312; præsertim huc faciunt illa *Alberti Stadensis*, ad An. 949, pag. 106: *Herimannus, Dux Alemannorum, obiit, cujus Ducatum* LUDOLFUS, *Filius Regis Ottonis, cum omni possessione sua, copulata sibi unica Filia Ejus; Jure hæreditario possedit &c.* Rebellanti tamen Principi huic, ablatus iterum Ducatus, An. 954, concessus noscitur BURCHARDO, *Henrici Rixosi*, Bojorum Ducis, Genero, quo demum, an. 973, ad plures abeunte, OTTONI, laudati *Ludolphi* filio, restitutum eum, ex *Hermanno Contracto*, ibid. v. 31, pag. 318, discimus, ubi: *Burchardus, Dux Alemanniæ, obiit, & Otto, Filius Luitolfi, paternum, pro eo, Ducatum recepit &c.* Post fata *Ottonis*, an. 982, absque prole, decedentis, admotus Ducatui CONRADUS, quem, an. 997, exuvias deponentem, HERMANNUS II, (juxta *Henningesium*, *Cunonis*, *Franconiæ* Ducis, filius,) excepit. Vid. ibid. v. 33 & 34, p. 322 &c.

In FRANCONIÆ Ducatu, postquam EBERHARDUS An. 939, ab *Udone & Conrado*, ceu præced. Lib. I, Tit. XI, §. I, lit. b. pag. 942, dixi, trucidatus esset, summam rerum direxisse CONRADUM, Imperatoris Generum, *Lotharingiæ* simul Ducatui præfectum; ex ejus vita, præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11,

§. 11, in *Catalogo Lotharingiæ Ducum*, v. 14, pag. 258 &c. liquet. Trucidato, ad Lycum amnem, in prælio, an. 955. 10 Aug. cum Hungaris gesto, successit filius OTTO, qui vicissim Gnatum, HENRICUM, seu HETZELONEM, Successorem habuit. Vid. ibid. *Catalog. Ducum Francon.* v. 33 & 34, p. 371 &c.

De EBERHARDI, ARNOLPHI Junioris, & HERMANNI, Fratrum magna auctoritate & potentia, per universam BAVARIAM, à Parentis eorum, *Arnolphi*, vulgo *Mali*, excessu, legas præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Bavariæ*, v. 32, pag. 410 &c. Quamvis, ob rebellionem, à Cæsare, *Ottone I*, successione in Ducatum fuerint privati, in ipsorum Patruum, BERTHOLDUM, sive, ut alii legunt, BERTOLFUM, translatum. vid. ibid. v. 33, pag. 415. Quo expirante, *Bavaria* Ducem nacta Cæsaris Germanum, HENRICUM *Rixosum*; vid. ibid. v. 34, ad An. 945, pag. 418. Cui, an. 955, sepulchra Patrum ingresso, Cæsar successorem dedit filium, HENRICUM Juniorem; vid. *Aventinus*, lib. V *Annal.* Cap. I, §. 29, pag. 474; ibid. pag. 419: *Anno Christianæ Salutis 955, obiit Reginoburgii, Hainricus I, Cal. Nov. Hainricum Filium Hæredem Bojariæ reliquit &c.* Conf. ibid. v. 35, pag. 419.

Apparet ex dictis, multos in Ducatibus semper extitisse Proceres, quorum Terræ æque ac ipsorummet Ducum Patrimonia, aliæque liberæ possessiones, immediate Cæsari & Imperio subfuerint, nec ad Ducum Vasallos, multoque minus eorum subditos, referri queant. Quo & illa pertinent, quæ præced. lit. a, *Ottonum* ætatem respiciunt.

(II) Eorundem Ducum, aliorumque Regni Procerum, auctoritas vel inde etiam æstimanda venit, quod hoc temporis intervallo:

Reges elegerint, *Ottones*; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 936, pag. 90 &c. An. 961, & 973, pag. 93, & An. 983, pag. 94.

Bella gesserint v. gr. *Bruno*, *Lotharingiæ* Dux, cum *Ragenario*, *Montensium* Comite, An. 957, &, biennio post, cum *Rotberto*, *Vermanduorum* Comite; vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Lotharing.* v. 15, pag. 263 & 264; *Eberhardus*, *Franconiæ* Dux, contra *Bruningum*, Potentem virum per *Thuringiam*; cit. Lib. I, Tit. XI, §. 1, lit. b, pag. 941; *Ludolfus*, *Sueviæ* Dux, cum Patruo *Henrico*, *Bojorum* Duce; an. 942; vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catal. Ducum Alaman.* v. 30, pag. 314 &c. Idem hic *Henricus*, cum *Eberhardo*, *Francorum* Duce, modo nominato; ibid. *Catal. Ducum Bavar.* v. 34, pag. 417, & Tit. XI, §. 1, lit. b, pag. 941; *Raginerius* & *Lambertus*, *Hannoniæ* Comites, cum *Garnero*, & *Rainaldo*, an. 973; & cum *Godefrido* atque *Arnolpho*, Comitibus, An. 976; cit. Lib. I, Tit XVI, §. 11, *Catal. Ducum Lotharing.* v. 16, pag. 265, & 266 &c.

Juribus Comitiorum omnino sint gavisi; exempla præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 936, 952, 954 &c. pag. 90 ad 95, occurrunt. Similiter:

Jure instituendi mercatus publicos & nundinas; de quo evolvendus præced. Tit. 2, hujus libri III, §. 38, lit. c.

Jure cudendi monetam; vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit c. Notatu dignissimus est nummus, à *Bernhardo*, Saxonum Duce, *Hermanni Billingi* filio, aut nepote, cusus, & à *Dn. Eccardo*, mecum communicatus, in cujus antica conspicitur Crux, cui manus imposita, cum inscriptione: BERNHARDVS; in postica, Crux alia, quatuor punctis interstincta, addita in circulo epigraphe: LIVNIBVRHC. In alio nummo apparet Princeps noster coronatus, cum epigraphe: BERNHARDVS DVX; &, in latere adverso, simplex Crux, cum Verbis: IN NOMINE D. NI. JS. C.

Jure exigendi Telonei; vid. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a.

Jure immunitatis à teloneo; vid. ibid. §. 7, lit. a, sub *Ottone Magno*.

Jure venandi, forestique; Vid. seq. Tit. 18, §. 7 & 8.

Jure recipiendi Judæos; vid. verba *Ditmari Merseburgensis*; præced. Tit. 4, §. 4. lit. c, sub *Ottone II.*

Jure exstruendi Castra; teste *Conrado*, *Lotharingiæ* Duce, qui Oppida sua munivisse legitur; præc. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalog. Ducum Lotharing.* v. 14, pag. 260, ex *Frodoardo*. *Ragnoldus* Comes *Marollium* condidit; ibid. *Namurcum* à *Roberto* Comite munitum; ibid. v. 15, ad An. 960, pag. 264. *Ottonis Magni* liberalitate, nactum, An. 963, *Goslinum*, *Passaviensem* Episcopum, ubicunque in Episcopii possessionibus melius visum fuerit, *jus Castella cum turribus & propugnaculis erigendi*; præced lit. a, dictum. Simile jus datum *Gemblacensibus*; vid. ibid.

Jure animadvertendi in hostes; quo referendum, quod *Bruno*, *Lotharingiæ* Dux. An. 957, *Ragenarium*, *Hannoniæ* Comitem, ob illata sibi arma, ceperit, & trans Rhenum in exilium miserit; Vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalog. Ducum Lotharing.* v. 15, pag. 263 & 264.

Jure pangendi fœdera; vid. præc. Lib. I, Tit. XI.

XI, §. 1, lit. b, pag. 941 & 942. ubi fœdus, inter *Eberhardum Franconiæ*, *Henricum Bavariæ*, & *Giselbertum Lotharingiæ*, Duces, quamvis perversa intentione adversus ipsum Cæsarem, ictum. Conf. ibid. Tit. XVI. §. 11, *Catalog. Ducum Lotharing.* v. 12, §. 16, pag. 254 &c. nec non *Catalog. Ducum Bavariæ*, v. 34, ad An. 939, pag. 417 &c. Add. fœdus inter *Ludolfum Allemanniæ*, & *Conradum*, *Lotharingiæ*, Duces, *Fridericum Moguntinum* Præsulem, aliosque, contra præfatum *Henricum* Bavarum, An. 953; præced. Lib. I Tit. XVI, §. 11, *Catalog. Ducum Alamann.* v. 30, §. 9, pag. 314.

Jure mittendi Legatos; quod dictus modo *Henricus* Dux, missis ad Italos, in præjudicium nepotis ex fratre, *Ludolfi* Ducis, Legatis, usurpavit. Vid. ibid. v. 30, §. 7. ad An. 951, pag. 313.

Jure Fisci. v. g. *Otto I* largitus est *Adaldago*, Episc. Hamburgensi, An. 966, quicquid de *Mercato, teloneo & moneta Bremæ*, *Reipublicæ Fiscus obtinere potuit*. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, ad h. a. pag. 1148; An. 972, confirmando *Leodiensi* Ecclesiæ Abbatias *Laubiensem & Fossensem*, inter alia concessit ei simul, *quicquid Regalis jus Fisci, Trajecti, in moneta & teloneo exigere hactenus valuit*. Vid. præced. lit. a, ad An. 963.

Jure investiendi Sub-Vasallos; quod *Leodiensis* Episcopus, An. 985, ab *Ottone III*, respectu partis Comitatus *Hoyensis*, nactus; vid. præced. lit. a.

Jure constituendi Advocatos; Quod v. g. Episcopus *Mindensis*, An. 961, ab *Ottone Magno*; & ArchiEpiscopus *Magdeburgicus*, An. 973, ab *Ottone II*, obtinuere; Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, pag. 1145, ad An. 961; & *Meibom*. T. 2 *Rer. German.* pag. 373. & 374.

Jure adhibendi Tituli DEI GRATIA. Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 395, sub *Seculo X. &c. &c.*

(12) Imperante HENRICO SANCTO, Annalium fide constat, quod in SAXONIA, defuncto BERNHARDO I, An. 1010, cognominis Filius in *Ducatu* pariter, ac *Principatu hereditario Luneburgensi*, successerit. Illud, ope *Meinwerci*, Paderbornensis Episcopi, & amicorum, factum, testatur Auctor Vitæ *Meinwerci*, præced. Lib. I, tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Saxoniæ*, in vita *Hermanni Billingi*, v. 6, pag. 109, quo simul locus *Quedlinburgensis Chronici*, ad An. 1020, ibid. in vita *Bernhardi I*. Ducis, pag. 112, pertinet: *Gratiam Imperatoris, pariter cum Beneficio Patris, obtinuit &c.* De *Principatu Luneburgico* loqui puto *Helmoldum*, lib. I. *Chron. Sclav.* Cap. XVI, §. 2, pag. 50: *Anno Regni* (Henrici Sancti) *decimo, mortuus est Dux Saxoniæ Benno, - - - - cujus Principatus heres factus est Bernhardus, filius Ejus, licet à paterna felicitate divertit &c.* lucem afferente *Brunone*, in *Historia Belli Saxonici*, supra l. c. in Vita *Bernhardi II*, Ducis, pag. 117, ubi: *Rex* (Henricus IV.) *Castellum Luniburgum, quod ibi prope erat, consideravit, cujus munitione perspecta, in ejus cupiditatem, suo more, vehementer exarsit, quasi, si illud in potestate sua teneret, nullus in illis partibus sibi resistere potuisset. Illud autem Castellum MAGNI* (Bernhardi hujus ex filio Ordulpho, seu Ottone, nepotis) *Ducis Parentum semper fuerat, & ad ipsum, suumque Patruum, Hermannum, tunc hæreditario jure, pervenerat &c.* Aliis quoque Proceribus sua fuisse Patrimonia sufficiens testis *Ditmarus*, ejusdem *Bernhardi II*. Ducis frater, de quo, in vita *Meinwerci*, Cap. 31, §. 70, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. I. *Scriptorum Rer. Brunsuic.* pag. 536: *Thietmarus Senior frater Bernhardi, Ducis Saxoniæ - - - omne prædium, quod habuit in Brunincthorpe, cum omnibus appendiciis, cum consensu & voluntate sui heredis, Bernhardi, Ducis atque Fratris sui, ad Dominium Patherbrunnensis Ecclesiæ - - - - in proprium dedit &c.* non minus *Theodoricus* Marchio, de quo *Adamus Bremensis*, præced. Lib. I, tit. XVI, in cit. vita *Bernhardi II*, Saxonum Ducis, pag. 119: *Thiadricus, Slavorum Marchio, cujus ignavia coëgit eos fieri desertores, ab honore suo depulsus, & ab omni hæreditate sua, apud Magdeburg Præbendarius, vitam mala morte finivit &c.* & *Richardus Nobilis, qui, quicquid hæreditatis, vel proprietatis, habuit, in Villis ac Marchan Gladabiki, Hiridecaffun, Hemmanbus, Herisli, Perrenhus, Daillanhus, Paderbornensi Ecclesiæ dedit &c.* Vid. cit. Vita *Meinwerci*, Cap. 32, §. 39, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. pag. 533. Conf. supr. l. c. in vita *Bernhardi I*, pag. 115. De Comitibus *Merseburgicis*, & *Ilenburgicis*, avitos Comitatus, *hereditario jure* tenentibus, legendum *Chronicon Montis Sereni*, apud *Maderum*, p. m. 202 &c.

Wilhelmus THURINGORUM *tunc Potentissimus*, *obviam pergens*, (recens electo Imperatori, Henrico) *dominumque venientem, cum magna gratulatione, suscipiens, Miles Regis efficitur*. Vid. *Ditmarus*, præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1002, pag. 96, & Tit. XVI, *Catal. Ducum Thuring.* v. 28, pag. 222.

In Ducatu LOTHARINGIÆ Inferioris successisse

fiſſe Parenti *Carolo*, filium OTTONEM, an. 1005, ſine liberis defunctum; pariter ac in *Lotharingia Moſellanica* THEODORICUM, Patri *Friderico*; dictum præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum. Lotharing.* v. 17, & 18, pag. 269 &c.

ALAMANNORUM Duci, HERMANNO, eam fuiſſe potentiam, ut, ab *Ottonis III* exceſſu, ad acquirendum etiam Regnum, maxima pars Procerum, qui exequiis Cæſareis intererant, auxilium Ei pollicerentur; docet *Ditmarus* præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Duc. Alaman.* v. 34, pag. 323. Mortuo, an. 1004, ſurrogatum filium HERMANNUM, adhuc puerum, diſcimus ex *Hermanno Contracto* ad h. a. vid. ibid. pag. 324. ubi: *puer hic, an. 1012, innuptus decedens, ERNESTUM Sororis ſuæ, Giſelæ, maritum, ſucceſſorem accipit;* de quibus *Hermanni Contracti*, (Caniſiani Codicis,) verbis vid. ibid. v. 35, pag. 324. Occiſo Duce hoc, triennio poſt, in venatu, præfuiſſe Ducatui cognominis filium, tutelam adminiſtrante, *Poppone* Trevirenſi, Pueri patruo, auctoritate *Wipponis* comprobatur; vid. ibid. v. 37, pag. 326.

FRANCONIAM ſimiliter *Conradi* Ducis filium OTTONEM, rexiſſe, tralatitium. Vid. ibid. *Catal. Ducum Francon.* v. 33, pag. 372 &c. Num ſtatim à Parentis obitu? dubitatur, vid. l. c. p. 374; certius eſt, *Ottonem* hunc ſucceſſorem reliquiſſe filium HENRICUM, vulgo *Hezelonem*, *Conradi* Imperatoris Patrem; nec tamen diffitendum, *Wormatiam* tunc poteſtati Ducis fuiſſe exemtam, Epiſcopo attributam. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a. pag. 1141. De Juriſdictione Epiſcopi *Herbipolenſis* in Ducatu *Franconico*, qua per Diœceſis cognominis tractum diffuſo, inſpiciendum diploma Cæſareum An. 1017, præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. d, pag. 1179.

BAVARIÆ Ordines ſuos conſtanter elegiſſe Duces, perhibet Imperator Ipſe, præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1002, p. 96.

(13) Addendum, quod Regni Proceres, ſub hoc Cæſare,

Bella geſſerint, v. g. *Hermannus*, *Allamannorum* Dux, cum *Wicelino*, Argentoratenſium Epiſcopo. Vid. *Ditmarus Reſtitutus*, Dn. *Leibnitii*, Lib. V, pag. m. 367; imo, contra Cæſarem ipſum; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1002, pag. 95. *Bernhardus*, Dux *Saxoniæ*, cum *Miſtiwoi & Mizzudrag*, Slavorum Principibus, an. 1013; vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, in *Catalogo Ducum Saxon.* p. 119 &c. *Godefridus*, Dux *Lotharingiæ*, cum *Gerhardo*, Namurcenſium Comite, an. 1012, &, triennio poſt, cum *Raginerio* Montenſi. Vid. ibid. *Catal. Ducum Lotharing.* Vita *Godefridi I*, p. 271; *Hermannus*, *Miſniæ* Marchio, cum Patruo *Guncelino*, quod Marchiam ipſi præripuiſſet. Vid. ibid. *Catal. Ducum Thuring.* p. 221.

Cæſarem elegerint; ipſum ſcil. *Henricum Sanctum*, An. 1002, vid. præced. lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1002, p. 95 &c.

Prædicato DEI GRATIA uſi ſint; Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 395, ſub *Seculo XI*.

Comitia frequentaverint; Exempla habes præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10. lit. d, ad ann. 1002, 1003 &c. p. 95 & ſeqq.

Conventus alios celebraverint; v. g. *Ad Fraſam*, an. 1002; *Polede*; *Moguntiæ* &c. Vid. ibid. ad h. a. p. 96; & Tit. XVI, *Catal. Ducum Thuring.* v. 27, p. 219 & 220.

Tributarios ſibi atque clientes, in judicium vocaverint, v. g. *Bernhardus*, Saxonum Dux, qui *Winulorum Principes* ad colloquium evocavit, ubi ſe purgarent, quod tributum, Aldenburgenſi Eccleſiæ debitum, non ſolverent. Vid. ibid. Tit. XVI, in *Catal. Ducum Saxoniæ*, p. 120, v. 6.

Epiſcopos conſtituerint, v. g. *Theodoricus*, Moſellanorum Dux, de quo *Sigebertus Gemblacenſis*, ad An. 1009, pag. m. 592: *Henricus Imperator Metis Urbem obſidet, propter Theodericum, fratrem Uxoris ſuæ, contra ſe rebellantem, qui Epiſcopatum ipſius Urbis uſurpaverat. Dux enim Moſelanorum, Deodericus, poſt fratrem ſuum, Alberonem, dato Epiſcopatu Metenſium Filio ſuo, adbuc puero, Tutorem ei ſubſtituit ipſum Deodericum; qui, puero Urbe excluſo, & Epiſcopatu uſurpato, ipſum etiam Deodericum Ducem bello capit &c.* Conf. *Albericus*, Monachus trium Fontium, an. eod. p. 45; *Chiffletius*, *Alſat. vindic.* Cap. 2. *Schilter*, de *Pace Religioſa*, Cap. 3, §. 15, p. 203.

Publicum mercatum habuerint; *Monetam publicam inſtituerint*, & *Vectigalia exegerint.* Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ſub *Henrico Sancto*; & Tit. 4, §. 4, lit. c, ſub eodem; nec non, l. c. §. 6, lit. a, ſub eodem &c. &c.

Omnem poteſtatem & Juriſdictionem (in Ducatu & Comitatibus Franconiæ) exercuerint. Vid. dipl. *Henrici Sancti*, An. 1017, Epiſcopo Herbipolenſi datum. præced. lib. I. Tit. XV. §. 13, lit. d, pag. 1179; nec non præced. lit. a, ad h. a.

(14) Sub CONRADO SALICO & HENRICO III. Imperatoribus, legimus, LOTHARINGIÆ Ducem, *Fridericum*, eo quod filiis caruerit,

ruerit, successorem nactum GOTHELONEM, Ripuariorum Ducem; vid. *Sigebertus Gemblac.* ad An. 1033: *Frederico, Mosellanorum Duce, mortuo, quia mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato ab Imperatore, etiam Mosellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur &c.* Conf. *Albericus,* Monachus, an. eod. pag. 65, præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Lotharing.* Vita *Godefridi I,* v. 18, §. 7, pag. 272. Filium cognominis successisse Patri, an. 1044, dictum ibid. pag. 273.

Per THURINGIAM totam, magnæ auctoritatis Principem, multarumque terrarum Dominum, fuisse LUDOVICUM *barbatum,* Comitem hereditarium, à *Conrado* Imp. & *Vice-Dominum,* à Moguntino Præsule, constitutum; monitum ibid. *Catal. Ducum Thuring.* in Ejus vita, v. 29, p. 222 & 223.

De FRIDERICO *Merseburgensium* Comite, Palatinatu SAXONIÆ, hereditario jure posteris obventuro, à Cæsare, *Henrico III,* ditato, vid. præced. Lib. I, Tit. XI, §. 1, lit. b, p. 937.

Apud ALLEMANNOS, interfecto Duce *Ernesto,* An. 1030, obtinuit Ducatum, HERMANNUS Ejus frater, utut minorennis, cujus vices *Constantiensis* Præsul gessit, vid. l. c. Tit XIV, in *Catalogo Ducum Allaman.* v. 37, Vita *Ernesti II,* pag. 328, & v. 38, Vita *Hermanni IV,* pag. 329; pariter ac mortuum, an. 1038, *Hermannum* hunc, uterinus frater, HENRICUS, *Conradi* Cæsaris filius, excepit; Vid. ibid. sub *Hermanno IV,* & *Henrico I,* pag. 329 &c. de cujus successoribus, ibid. p. 330 &c.

Principum Patriæ delectu, demandatum à *Conrado* Imp. BAVARIÆ Ducatum, HENRICO, Ducis cognominis filio, An. 1027, annotavi l. c. Tit. 2. §. 10, lit. d, ad An. 1027, p. 102.

Quod HENRICUS, laudati Cæsaris filius, postea Cæsar, FRANCONIÆ Ducatum rexerit, posterisque tenendum reliquerit, dictum, l. c. Tit. XVI, *Catal. Ducum Francon.* v. 37, p. 376.

De Lege CONRADI, quod Feuda non solum ad filios, sed & Nepotes, devolverentur, evolvendum 1. F. 1. §. 2; conf. Dn. *Struvii, Syntagm. Jur. Feud.* Cap. I, §. V, pag. 26; qui simul Eidem vindicat 2. F. 34 & 40.

(15) Quantum ad Regalia, & Prærogativas Procerum Imperii, notum, quod:

Cæsares elegerint, veluti *Conradum,* an. 1024, *Henricum III,* an. 1026, & *Henricum IV,* an. 1053, Vid. præced Lib. I Tit. 2, §. 10, lit. d. ad hoc annos, p. 100, 102, & 105.

Comitia frequentaverint, ibique de rebus, statum publicum concernentibus, sententias dixerint. Vid. ibid. ad Ann. 1024, 1025, 1026 &c. &c. pag. 100 & seqq.

Jure armorum usi sint, v. g. *Fridericus, Lotharingiæ* Dux, per Alsatiam & Burgundiam; vid. cit. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Alaman.* v. 37. in Vita *Ernesti II,* pag. 327. *Bernhardus* Dux *Saxoniæ*; vid. ibid. *Catal. Ducum Saxon.* v. 11, in Ejus vita, pag. 122.

Castra & Urbes condiderint; v. g. *Ludovicus Barbatus, Thuringiæ* Comes, cui *Nuendorff, Schowinburg, Reinhartsborn, Fridericheroda &c.* originem debent. Vid. ibid. *Catal. Ducum Thuringiæ,* v. 29. in ipsius vita, p. 222 & 223.

Legatos miserint, v. g. *Godefridus, Lotharingiæ* Dux, ad ipsum Cæsarem, An. 1055. Vid. ibid. *Catal. Ducum Lotharing.* v. 20, in vita Ejus, p. 275, §. 5.

Dei Gratia se scripserint; vid. præced. Tit. XIII, §. 4, lit. c; & Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b. p. 395.

Fœdera pepigerint, v. g. Alsatiæ Proceres, *Hagenoæ,* An. 1051. Vid. *Goldastus,* Tom. 2. *Constit. Imper.* p. 47.

Publicos mercatus instituerint; vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Conrado Salico,* & *Henrico III.*

Salifodinas possederint; Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad An. 996, charta *Conradi Salici.*

Jus monetandi exercuerint; vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c. sub iisdem Augustis.

Vectigalia exegerint; vid. ibid. §. 6, lit. a, sub iisdem Imperatoribus.

Immunitate à Teloneis gavisi sint; vid. ibid. §. 7, lit. a, sub *Conrado II.*

(16) Durante HENRICI IV. Imperio, in propatulo est,

Ad plures abeunte *Bernhardo,* SAXONUM Duce, an. 1061, Filios Ejus, ORDULPHUM, seu OTTONEM, atque HERMANNUM, *hæreditatem Patris* nactos, ita tamen, ut natu major *Ducatum gubernandum* susceperit; Vid. præced. Lib. I. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 11, Vita *Bernhardi II,* pag. 118. de Filio *Ordulfi,* seu *Ottonis,* hæc apud *Helmoldum,* lib I, c. 25. *defuncto Ordulpho* (1073) *successit in Principatum Filius Ejus, MAGNUS, natus de Filia Regis Danorum &c.*

Trucidato GODESCHALCO, (Slavorum Regulo) *ad Filium Ejus, BUTHUE, pervenit Principatus Ejus hæreditaria successio.* Verba *Helmoldi,* ibid. cit. vita *Bernhardi II,* pag. 124. Quomodo vero CRUCO Slaviam sibi postea subjugaverit, dictum ibid v. 13, in vita *Magni,* p. 127.

In THURINGIA, UTO Marchio obiit, cui Filius Ejus, UTO Junior, successit. Vid. *Lamber-*

7 A 3 tus

tus Aschaffenb. ad An. 1057; ibid. *Catal. Ducum Thuring.* v. 30, pap. 224; Marchiam contra *jure hereditario* sibi competere clamasse OTTONEM, *Guilielmi I,* Marchionis filium, præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Henrici IV.* Imp. ad An. 1057, pag. 533. commemoravi. Quod *Guilielmi II,* an. 1061, Marchiam consecuti, frater, OTTO, post Germani fata, an. 1062, eandem obtinuerit, habetur, præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Thuring.* v. 31, pag. 224; æque ac, quod, an. 1068, ab *Ottonis* excessu, eandem Cæsar ECBERTO, Patrueli suo, contulerit, Filio Ejus cognominis asserto simul succedendi jure; vid. l. c. v. 33 & 34, p. 225.

TIMONEM, *Merseburgiorum* Comitem, an. 1091. defunctum, creatum Marchionem MISNIÆ, quem posteri, naturali ordine succedendi, exceperint, Auctor *Chytræus*, lib. 2. *Chron. Saxon.* pag. m. 53; Conf. *Maderus*, *Tab. Geneal. Marchionum Misniæ,* Chronico *Montis Sereni* præfixa;

Mortuo An. 1070, *Gerhardo,* MOSELLANORUM Duci, surrogatus THEODORICUS filius; vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catalog. Ducum Lotharing.* v. 21, pag. 277; de GODEFRIDO *Gibboso*, reliquæ LOTHARINGIÆ Duce, à Parentis, an. eod. naturæ debitum solventis, obitu, idem dicendum; l. c. v. 20, pag. 276, §. 7; translato abhinc Ducatu in CONRADUM, Cæsaris Filium; Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1076, pag. 111, tandemque, an. 1089, in GODEFRIDUM, è *Boloniensibus* Comitibus oriundum, præfati *Godefridi Gibbosi* ex sorore, *Ida*, Nepotem; vid. ibid. v. 24, p. 2[illegible]

De SUEVIA, Cæsar pro lubitu disposuit, in favorem RUDOLPHI, *Reinfeldensium* Comitum sanguine creti, (ex quo, An. 1057. *Otto* Suinfurtensis, animam efflavit;) qui, biennio post, in grati animi tesseram, Cæsaris sororem, *Mathildam*, in Uxorem duxisse legitur; vid. ibid. *Catal. Ducum Alamán.* v. 42, pag. 331, & 332.

Anti-Cæsarem factum *Rudolphum,* Genero, BERTHOLDO, Zæringensium Ducis, *Bertholdi,* gnato, an. 1077. Ducatu rursus cessisse, dictum l. c. v. 43, p. 335. Filium cognominis, *ab Alemanniæ Principibus,* in Parentis locum, unanimiter *totius Sueviæ Ducem constitutum*, An. 1092, Cæsar licet, jam an. 1080, Anti-Cæsare *Rudolpho* Spiritum emittente, Ducatum Genero suo, FRIDERICO *Hohenstauffio*, asseruisset, cum quo *Bertholdus* tandem desuper transegerit, monitum ibid. v. 44, pag. 336, & 337, & v. 45, pag. 338. Ab hoc tempore, Ducatum hunc, æque ac FRANCONIAM, semper penes familiam *Hohenstauffiorum* Gentis mansisse, extra dubium; Vid. ibid. v. 46, 47, 48 &c. p. 342 &c. & *Catalog. Duc. Francon* v. 39 & seqq. p. 376 &c.

BAVARIÆ Ducatum, beneficio *Agnetis, Henrici III.* Imp. viduæ, & *Henrici IV.* Matris, obtigisse, an. 1061, OTTONI, *Northeimensium* Regulo, auctoritate *Lamberti* firmatur; vid. l. c. *Catalog. Ducum Bavar.* v. 43. pag. 430. Quo, an. 1071, sine causa licet, proscripto, Ducatus GUELFO, *Azonis,* Estensium Marchionis, filio, ejusque posteritati, vindicatus. Vid. l. c. pag. 431 &c. & v. 44, & seqq. pag. 433 &c.

(17) Addendum, quod Regni Proceres,

Comitiorum juribus fuerint gavisi; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1056. & seqq. pag. 105 &c.

Jus eligendi Regis sibi vindicaverint, exemplo *Rudolphi*, an. 1077, præced Lib. I, Tit. V, Vita *Henrici IV,* pag. 542; *Hermanni,* An. 1081, ibid. p. 544; *Ecberti*, 1088, l. c. pag. 546; *Henrici V,* an. 1099, ibid. pag. 547, & Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 114.

Prædicatum NOS adhibuerint &c. v. g. *Adelheidis*, Abbat. *Quedlinburgensis*, An. 1068, & *Altmannus, Patavinus* Episcopus, an. 1074. vid. præced. tit. 13, §. 4. lit. c. pariter ac: DEI GRATIA ibid. & lib. I, tit. 4, §. 9, lit. b. p. 395.

De causis Principum cognoverint; Vid. cit. Lib. I, tit. 2, §. 10, lit. d, ad an. 1070, p. 107; & an. 1071, p. 108; & an. 1074, p. 109, & An. 1075, p. 109 &c. & An. 1076, p. 110. &c. &c.

Bella gesserint, v. g. *Ordulphus,* Saxonum Dux, ejusque filius, *Magnus*, cum Slavis, & resp. Bremensi ArchiEpiscopo; vid. præced. Lib. I, tit. XVI, in eorum vitis, pag. 124, 127 &c. *Welfus,* Bojorum Dux, cum *Sigefrido*, Augustano Præsule, An. 1084, l. c., pag. 435 & 436. *Thuringi,* cum *Sigfrido,* Moguntino, decimas ab universa Provincia exigente, an. 1069; vid ibid. *Catal. Ducum Thuring.* v. 34. in vita *Ecberti II,* pag. 225; *Henricus,* Slavorum Princeps, cum *Crucone,* itidem Slavo; vid. ibid. *Catal. Ducum Saxon.* v. 13, in Vita *Magni*, p. 128. *Hermannus* Comes, *Ordulphi*, præfati Ducis, frater, cum ArchiEpiscopo Bremensi, l. c. v. 12, in Vita *Ordulphi,* pag. 124.

Fœdera icerint, vid. præced. tit. 3. hujus Libri III, §. 21, lit. c, sub *Henrico IV.*

Gladium Judicii tulerint; v. g. *Ernestus,* Marchio *Austriæ*, cui, ejusque hæredibus, Cæsar, sub dato *Turrimbuche*, An. 1058, & Non. Oct. Gratiam largitus, vigore cujus, *ipsi Gladium Judicii ipsorum, & Banderiam, sive Vexillum Terræ ipsorum, publice ante*

ante Imperium, & ante totum Mundum, & Populum, deferre debeant, atque possint &c. Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Cont I, 1 *Fortsetzung*, 4 *Absatz*, §. 3, p. 4.

Nobiles Vasallos habuerint, v. g. Moguntinus Præsul *Ottoni*, *Thuringiæ* Marchioni, Beneficia, quæ frater ejus, *Wilhelmus*, habuerat, aliter concedere noluit, nisi decimas, de suis in Thuringia possessionibus, se daturum, insuperque Thuringos cæteros, ut idem facerent; coacturum, polliceretur; vid. ibid. *Catal. Ducum Thuring.* v. 31, vita *Wilhelmi II*, pag. 224; *Dedi*, Marchio *Misniæ*, *cum viduam duxisset Ottonis Marchionis*, (Thuringiæ) *prædia, quæ Ille, à diversis Dominis, beneficii loco, habuerat, summa vi nitebatur acquirere &c.* ibid. v. 34, in *Ecberto II*, pag. 225. *Magnus*, *Saxonum* Dux, ab *Henrico*, Slavorum Principe, *juramentum fidelitatis* & subjectionis exegit. Vid. ibid. *Catal. Ducum Saxon.* in Ejus vita, pag. 128. Idem, *Godefridum*, an. 1106. à latronibus jugulatum, de *Holsatia* investivit; l. c. pag. 129; Patruus ejus, *Hermannus* Comes, vel propterea Bremensis ArchiEpiscopi, *Adalberti*, factus inimicus, quod Episcopus *magnum* aliquod *beneficium* ei dare recusasset; Vid. ibid. v. 12, in vita *Ordulphi*, p. 124.

Præsidiis Castra firmaverint, v. g. Laudatus *Dedi* Marchio, Castella *Bichelingum* & *Schidingen*; vid. ibid. *Catal. Ducum Thuring.* v. 34, in *Ecberto II*, pag. 225.

Castra & Civitates erexerint, v. g. An. 1065, *Ludovicus Saltator*, *Thuringiæ* Comes, Castrum *Wartberg*, prope Isenacum; Castrum *Nuenburg*; Civitatem *Friburg &c.* ibid. in Ejus vita, pag. 227, & præced. tit. 2, §. 37, lit. a, voc. *Saxonica*.

Legatos miserint, v. g Bremensis Archi-Episcopus ad *Ordulphum*, Saxoniæ Ducem; præced Lib. I. tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 12, in vita *Ordulphi*, p. 124.

Mercatus publicos instituerint; vid. Exempla præced. tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Henrico IV.*

Monetam cudi curaverint; vid. præced. tit. 4, §. 4. lit. c, sub Eodem.

Teloneum exegerint; Vid. ibid. §. 6, lit. a, sub Eodem.

Immunitate à Teloneis sint gavisi; ibid. §. 7, lit. a, sub *Henrico IV.*

(18) Summam rerum moderante HENRICO V. Imp. *mortuus est* (An. 1106) *DUX SAXONIÆ, MAGNUS*, (Billingorum sanguinis postremus) *& dedit Cæsar Ducatum LUDERO* (Lothario) *Comiti, eo quod Magnus non haberet Filium, sed Filias &c.* Verba *Helmoldi*, vid. præced. Lib. I, tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 14, Vita *Lotharii*, pag. 132. Eidem, à Conjuge *Richensea*, *Henrici Crassi*, Northeimensium Reguli, filia, amplissimum *Brunsuicense* patrimonium fuisse illatum, præced. Lib. I, tit. V, in vita *Lotharii* Imp. p. 561, & tit. XI, §. 4, lit. i, p. 983; & tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 14, p. 131, dictum.

De WICPERTO, LUSATORUM Marchione, evolvendum *Bigaugiense Chronicon*, ad An. 1124, p. m. 256, verbis præced. Lib. I, tit. XVII, §. 14, lit. c, p. 684, occurrentibus. Quo titulo Marchiam tenuerit? ex *Montis Sereni* Chronico, ad an. 1131, p. 12, discendum, ubi: *HENRICUS, Magdeburgensis Præfectus*, (Burggravius) *filius Wiperti Marchionis de Groitz, Marchiam, quam, Patre suo defuncto, Comes Adelbertus à Rege acquisierat, Jure Legali, recepit, anno, post mortem Patris sui, octavo &c.* Conf. supr. l. c.

FRIDERICUM, *Sommerseburgicum* Comitem, beneficio Cæsareo, pro se, & posteris nactum SAXONICI PALATINATUS COMITATUM, dictis præced. Lib. I, tit. XI, §. 1, lit. b. pag. 938, nititur.

In THURINGIA, *defuncto Patre* (Ludovico Saltatore, Comite, An. 1123.) *Filii successerunt, & partes singulas singuli hæreditaverunt. Unde HENRICUS, qui minor erat, hujus Ecclesiæ* (Gozecensis) *Advocatiam tenuit &c.* Hæc apud Auctorem Libelli *Fundationis Monasterii Gozecensis*, pag. 233; qui pag. 234, pergit: *Raspo Hinricus - - - quia sine liberis discessit, frater LUDOWICUS hæreditario jure successit &c.* Vid. præced. Lib. I, tit. XVI, *Catal. Ducum Thuring.* v. 35, vita *Ludovici Saltatoris*, p. 228 & 229.

Mortuo (An. 1105.) *ALEMANNORUM Duce, Friderico, - - - - FRIDERICUS*, (Cocles) *qui major natu erat, Patri in Ducatum successerat &c.* ita *Otto Frisingensis*, præced. Lib. I. tit. XVI, *Catal. Ducum Alemann.* v. 46, Vita *Friderici II*, p. 343.

Eandem Familiam præfuisse quoque FRANCONIÆ Ducatui, monitum ibid. *Catal. Ducum Francon.* v. 40, in vita *Conradi V*, p. 376 &c.

De GWELFORUM Gente, *hæreditario Jure*, BAVARIAM sortita, vid. ibid. *Catal. Ducum Bavar.* v. 46 &c. p. 441 & seqq. & p. 448.

LOTHARINGIAM, ab an. 1106, pari titulo GODEFRIDO Lovaniensi, Ejusque posteris, concessam, habes ibid. *Catal. Ducum Lotharing.* v. 26, in Vita *Godefridi*, p. 282.

Per SLAVIAM, Rex vocatus HENRICUS, vid. ibid. *Catal. Ducum Saxon.* v. 14, in vita *Lotharii*, p. 132.

(19) Regalia majora in Principum potestate tunc fuisse, testem habeo *Henricum* Imp. ipsum, apud *Dodechinum*, qui ea reclamantem inducit; vid. præced. lit. a, sub *Henrico V*, & præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Henrici V*, ad An. 1116, pag. 551, & Tit. XV, v. 5, lit. a, p. 1140 & 1141. Notum siquidem, Eos:

Comitiis constanter interfuisse; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 1107, 1109 &c. &c. p. 117 & seqq.

In causis Principum, *sententias dixisse*, v. g. an. 1106, in causa *Henrici*, Lotharingiæ Ducis; præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 117, & Tit. XVI, *Catal. Ducum Lotharing.* v. 25, in Ejus vita, pag. 281; An. 1109, in causa *Sigfridi*, C. P. R. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 117; An. 1112. in causa *Lotharii*, Saxonum Ducis, & *Rudolphi*, Marchionis; præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 118, & Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 14. in Vita *Lotharii* pag. 133. An. 1119, in causa ipsius Cæsaris adversus Romanam Curiam; præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 118; & ad An. 1121, pag. 119.

Belli jure usos; v. g. *Lotharium*, *Saxoniæ* Ducem, & *Hermannum*, Comitem *Winzenburgicum*, adversus *Monasterienses*, in favorem *Theodorici*, Eorum Episcopi, in integrum restituendi. Vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 14, in vita *Lotharii*, ad An. 1121, pag. 134. *Henricum*, *Lotharingiæ* Ducem, contra *Godefridum* Lovaniensem, Ducatu Lotharingico à Cæsare donatum; vid. ibid. *Catal. Ducum Lotharing.* v. 26, in vita *Godefridi*, pag. 282; *Fridericum Coclitem*, *Sueviæ* Ducem, adversus Præsulem *Moguntinum*, *Gebehardumque* Argentoratensem; ibid. *Catal. Ducum Aleman.* v. 46, in vita *Friderici*, ad Ann. *1114*, *1130* & *1136*. pag. *343*; *Henricum* Imperatorem ipsum, & *Albertum Moguntinum*, teste *Arnoldo* Moguntino, in Privilegio Civitatis *Duisburgensis*, de *Theloneo Moguntinensi*, An. *1155*, apud. Dn. *Dithmarum*, in *Codice Diplomatico*, *Teschenmacheri Annalibus Cliviæ* annexo, §. V, p. 3, verb. *Accidit autem, quod tempore Querre, quæ habita est inter Prædecessorem Nostrum, Albertum, & Henricum V. Imperatorem, An. 1121, prædicti Pagi negotiatores &c. Henricum Rasponem*, Thuringiæ Comitem, contra eundem *Adalbertum* Moguntinum, decimas injuste exigentem, An. *1122*, vid. supra l. c. *Catal. Ducum Thuring.* v. 35, in vita *Ludovici Saltatoris*, p. *228*; *Slavos* adversus *Saxones*. Vid. ibid. *Catal. Ducum Saxon.* v. *14*, in vita *Lotharii*, ad an. 1107, p. 133.

Fœdera iniisse, v. g. An. *1115*. *Albertum* Moguntinum, *Lotharium* Saxoniæ Ducem, *Fridericum* C. P. & *Rudolphum* Comitem, pro tuenda Saxonum immunitate à tributis Cæsareis. Vid. ibid. ad h. a. pag. *134*.

Feuda majora in alios contulisse; v. g. laudatum *Lotharium* Saxonem, quem an. *1106*, *Adolfum Schauenburgicum* de *Holsatiæ* Comitatu investivisse, ibid. ad h. a. p. *132*, annotatum.

Castra exstruxisse; teste eodem *Lothario*, qui an. *1122*. Castrum *Vordis* condidisse legitur. Vid. ibid. ad h. a. pag. *134*; & *Friderico Coclite*, memorato Suevorum Duce, tot castra erigente, ut vel proverbium inde nasceretur: *Eum, in cauda equi sui, semper Castrum aliquod trahere*; vid. ibid. *Catal. Ducum Alaman.* v. 46. in Ejus vita, ad an. *1114*. pag. 343. *Godefridum* & *Ottonem* fratres, *Cappenbergenses* Comites Castrum *Cappenberg* jure allodiali possedisse, discimus ex diplomate Cæsareo fundati Cœnobii *Cappenbergensis*, sub dato apud *Lobwissen*, An. 1123, apud Dn. *Dithmarum* l. c. §. XXXIX, pag. 33.

In chartis, *DEI GRATIA*, *se scripsisse &c.* Vid. præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 396, sub *Seculo XII*. &c. &c.

Fridericum, Hamburgensem ArchiEpiscopum, in Privilegio, An. 1106, Hollandis concesso, tribuisse sibi *Majestatis* titulum, testari chartam 35, inter *Privilegia Hamburgensia Lindenbrogii*, p. m. *148*.

(20) LOTHARII Imp. circa successionem in Feuda, latæ (Leges prostant Lib. 1. F. Tit. XIX, ubi: *Si quis Miles mortuus fuerit sine filio masculo, & nepotem reliquerit: in beneficium Avi, in Patris vicem, Ipse succedit; & si heredem, & fratrem reliquerit, in beneficium Patris ipse* (filius hæres, adeoque præ Patruo) *succedit. Et, si filius fratris mortuus fuerit, frater Patris in beneficium Avi defuncti succedat &c.* (Falso licet *Eugenii* Pontificis nomen inscriptio præ se ferat, quod Dn. *Struvio*, *Syntagm. Jur. Feud.* Cap. I. Aphor. V, pag. *27*, jam observatum.) partimque 2. F. 52, qua Constitutione prohibita Feudi alienatio, sine voluntate Domini, à Vasallo suscepta; &c. Quantum ad Feuda majora, palam est:

HENRICUM Magnanimum, *Bavariæ* Ducem, suscepisse ab Imperatore nostro, Socero suo SAXONIÆ Ducatum; vid. supr. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 15, in vita *Henrici Superbi*, pag. 139.

Defuncti SLAVORUM Regis HENRICI Filios, SUENTEPOLCHUM & CANUTUM, nemini fuisse obnoxios, ibid. v. 14. in vita *Lotharii*, pag. 135, dictum. De facie Slaviæ,

viæ, ab horum Principum excessu, vid. ibid. pag. 136 &c.

De Marchionatu MISNIÆ, an. 1127, & postea LUSATIÆ, an. 1135, in CONRADUM, *Timonis* Comitis filium, hereditario jure collatis, inspiciendum *Montis Sereni* Chronicon, p. m. 204 & 206.

Primum THURINGIÆ Provincialem Comitem hæreditarium, exauctorato, ob occisum *Burchardum de Lochenheim*, *Hermanno* Com. de *Wincenburg*, creatum à Cæsare nostro LUDOVICUM, *Ludovici Saltatoris* Comitis gnatum, constat ex allatis præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. 121, & Tit. XVI, *Catal. Ducum Thuringiæ*, v. 36, in vita hujus *Ludovici*, p. 229.

LOTHARINGIÆ status idem fuit, qui sub *Henrico V.* Imp. similiter SUEVIÆ atque FRANCONIÆ, addenda insuper BAVARIA.

(21) De Regalibus & prærogativis Imperii Ordinum, eo minus dubii, quod:

Cæsares elegerint; v. g. An. 1125, *Lotharium* nostrum, & *Conradum*, Ipsius successorem. Vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 120, & Tit. V, in vita *Lotharii*, an. eod. p. 562 &c.

Jus belli exercuerint, v. g. *Godefridus*, Dux *Lotharingiæ*, cum *Alexandro*, Leodiensi Episcopo; an. 1128 & 1129. Vid. præced. Lib. I. Tit. XVI. *Catal. Ducum Lotharing.* v. 26, pag. 282. *Fridericus*, Dux *Sueviæ*, cum *Gebehardo*, Præsule Argentoratensi, Ann. 1130, & 1136; ibid. *Catal. Ducum Alaman.* v. 46, in vita *Friderici*, pag. 343. *Adolfus*, *Holsatiæ* Comes, cum Slavis Obotritis; ibid. *Catal. Ducum Saxon.* v. 14, in Vita *Lotharii*, p. 135.

Comitia frequentaverint; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 1125, 1130, 1131 &c. p. 120. & seqq.

In Causis Principum judices egerint; v. g. An. 1130, in Causa *Hermanni de Wincenburg*; ibid. ad h. a. p. 121.

Pronomen NOS, chartis præfixerint; v. g. *Norbertus*, *Magdeburgensis* Præsul, an. 1130, vid. præced. Tit. 13, §. 4, lit. c.

DEI GRATIA, se scripserint; ibid. & præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, p. 396.

Fœderibus se invicem univerint, vid. præced. Tit. 3. hujus libri III, §. 21, lit. c.

Jure monetandi gavisi sint. Vid. præced. Tit. 4. hujus Libri 3, Tit. 4. §. 4, lit. c, sub *Lothario*. Coronidis loco addendus nummus laudati *Henrici*, Saxonum Bojorumque Ducis, à Celeberrimo Dn. *Eccardo*, cujus præced. v. 11. memini, mecum communicatus, cujus antica *Crucem* refert, cum inscriptione in peripheria: HENRICUS Dux; & postica, *Templum*, cum epigraphe in circulo: REGINA. CIVITAS. In medio legitur: ELLIN. de Nummo bracteato *Conradi*, Franconiæ Ducis, vid. præced. Tit. XII, §. 42, lit. c. v. IX. &c. &c.

(22) Imperatore CONRADO III, atrox ortum bellum in SAXONIA, litem HENRICO Duci, legitime à *Lothario* Imp. de Ducatu isto investito, desuper intendente *Alberto*, Salisquellensium Marchione, eo quod ipsius mater, *Eilica*, postremi Gentis Billingorum Saxoniæ Ducis, *Magni*, filia fuerit; quomodo etiam, ita volente Cæsare, frivolo sub prætextu, *quasi injustum esset, quenquam Principum, duos tenere Ducatus*, non solum *Saxonia*, *judicio quorundam Principum*, dicto Marchioni asserta, sed & ipso *Bavariæ* Ducatu, in *Leopoldum*, Austriæ Marchionem, Cæsaris uterinum fratrem, translato, fuerit exutus, utrumque tamen Ejus filio, HENRICO LEONE iterum, recuperante? ex præced. Lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1138, pag. 124; & Tit. V, in vita *Conradi III*, pag. 569; nec non Tit. XVI. *Catal. Ducum Saxon.* v. 15. in vita *Henrici*, pag. 142. petendum. Quoad SUEVIAM, FRANCONIAMque, nihil immutatum, Familia Regia utrumque in Patrimonio numerante; BAVARIA ægre *Guelfis* conservata. Ab hoc ipso Cæsare, nactum UTONEM Comitem, *hereditario jure*, pro se & heredibus, Comitatum in *Lisga*, & Forestum in Hercynia, una cum prædio *Eimbecke*, in compensationem cessorum Ei, pari titulo, prædiorum conjugis suæ, *Beatricis*, *Hiordinge*, in Pago *Hrittega*, & *Holtzhusen*, in Pago *Hessiga*, probat Diploma *Friderici I.* Imp. quo, sub dato *Goslariæ*, Kal. Januar. An. 1157. Comitatu & Foresto præfatis, laudatum *Henricum Leonem*, ejusque heredes, ditavit, apud *Maderum*, in *Antiquit. Brunsu.* p. 117 &c.

Quoad Jura & Privilegia Statuum, offendimus Eos:

Reges elegisse, v. g. Ipsum *Conradum* hunc. An. 1138; Ejusque filium, *Henricum*; vid. præc. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. 1138, p. 123, & An. 1147. p. 125; & Tit. V, in vita *Conradi III*, p. 568 & 569.

Castra & Civitates condidisse, v. g. *Adolphum*, *Holsatiæ* Comitem, *Segebergam* & *Lubecam*, præced. lib. I. Tit. XV, §. 13, lit. uu, pag. 1250, & XVI, *Catal. Ducum Saxon.* Vita *Henrici Leonis*, ad Ann. 1139 & 1140, p. 157 & 158.

In chartis, pronomen NOS adhibuisse; teste *Berchtoldo*. Dn. *Eberšteinio*, An. 1148. Vid. præc. Tit. 13, §. 4, lit. c.

DEI GRATIA se scripsisse; vid. ibid. & præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, p. 396.

In Comitiis sententias dixisse: Vid. præced. lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. 1138, 1139 &c. p. 123 &c.

Bella gessisse, v. g. *Albertum*, March. Salisquellensem, cum *Henrico*, Bojorum Saxonumque Duce. Vid. præced. Lib. I, Tit. V, in vita *Conradi III*, pag. 569.

Fœdera pepigisse; Vid. præced. Tit. 3, hujus libri III, §. 21, lit. c.

Nundinas instituere potuisse; vid. præced. Tit. 2, hujus libri 3, §. 38, lit. c, sub *Conrado III*; pariter ac,

Monetam cudere; ibid. Tit. 4, §. 4, lit. c, sub Eodem; &

Vectigalia exigere; ibid. §. 6, lit. a, sub Eodem &c.

Salinarum Jure fuisse gavisos; v. g. *Henricum Leonem*, Ducem Bavariæ & Saxoniæ, *Luneburgi*; *Adolphum*, *Holsatiæ* Comitem, *Oldesloæ &c.* Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad An. 1152. &c. &c.

(23) A FRIDERICO I. Imp. creatum, ex Marchione, primum AUSTRIÆ Ducem, HENRICUM, asserto heredibus ejus perpetuo succedendi jure, An. 1156, dictum præced. lit. a, ut & præced. lib. I. Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. pag. 129. Notatu digna Cæsarei Diplomatis verba: *Præfatus quoque Ducatus Austriæ habere debet omnia & singula Jura, Privilegia & Indulta, quæ obtinere reliqui Principatus Imperii dinoscuntur &c.* Unde manifestum, Regalia & Jura territorialia jam tunc indubitanter Principatibus inhæsisse.

HENRICUM Leonem, SAXONUM BOJORUMque Ducem, Patrimoniales terras *Brunsuicensem & Luneburgensem*, aliasque per *Saxoniam, Bavariam, Sueviamque* dispersas, pleno Jure possedisse, sicque ad posteros transmisisse, ex tabulis divisæ Ejus hereditatis an. 1203, cognoscendum; præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 16, in Vita Ejus, p. 150.

Potiorem THURINGIÆ partem fiduciali jure hereditario spectasse ad LUDOVIVUM Landgravium, vulgo notum.

Simili jure nactum à Cæsare nostro, an. 1180, OTTONEM *Wittelspachium* BAVARIÆ Ducatum, præc. Lib I. Tit. 2. §. 10, lit. d, ad Ann. *1177 & 1180*, p. *139 & 140*; & Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* l. c. p. 176 &c. demonstravi.

ANGARIAM WESTPHALIAMque, pari titulo, PHILIPPO, Coloniensi ArchiEpiscopo, & BERNHARDO Comiti Anhaltino, idem circa tempus, obtigisse, itidem monitum præced. Lib. I, Tit. 2. §. 10, lit. d, ad Annos *1177 & 1180*, pag. *139 & 140*, & Tit. XVI, l. c. Conf. præced. lit. a. Pertinentes huc tabulæ Cæsareæ reperiuntur apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniæ*, lib. I, Cap. VII, p. 73; Dn. *Schatenum, Annal. Paderborn.* lib. IX, ad An. *1180*, p. *850*; Dn. *Lucæ*, Part. I. *des Uhralten Reichs-Fürsten Saals*, Cap. I, p. 17, Dn. *Franciscum Ignatium* de *Büllingen*, Diss. Inaug. de *Electore Coloniensi*, 13 Maji, An. *1716*, Præside Dn. *Feltzio*, habita, Argentorati, pag. 38 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs, 3 Abtheilung, 3 Absatz*, §. *167*, p. *434*.

SUEVIA & FRANCONIA ad *Hohenstauffiorum* Gentis Patrimonium, adhuc referebantur.

De POMERANIÆ primis Ducibus, CASIMIRO & BOGISLAO, dictum præc. Lib. I, Tit. V, in vita Imperatoris nostri, ad An. *1181*, p. *586*; & Tit. XVI, *Catal. Ducum Venedicor.* p. 493.

(24) Junge, quod Regni Proceres:

Jure Cæsaris eligendi constanter sint gavisi, teste Cæsaris nostri electione, An. *1152*, præc. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad h. a. p. *125*; Ejusdemque filii, *Henrici*, An. *1169*, ibidem, ad h. a. p. 136.

In publicis chartis, se, plurali numero, scripserint NOS; v. g. *Eberhardus*, *Salisburgensis* Præsul, An. *1158*; *Conradus* C. P. R. An. *1190*. Præced. Tit. XIII, §. 4, lit. c. similiter.

DEI GRATIA; ibid. & præced. Lib. I, Tit. 4, §. 9, lit. b, p. *396*.

In Comitiis potestative suffragia tulerint; vid. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad Ann. *1152*, pag. *126*; & *127*. An. *1154*, p. *128*, ubi notanda *Ottonis Frisingensis* verba: *Tandem alterius* (Henrici, scil. Leonis) *instantia*, *qui in PATERNAM HÆREDITATEM, à qua diu propulsus fuerat, redire cupiebat, flexus ---- Utrosque Duces, datis Edictis, evocavit, ubi ---- Judicio Principum, alteri, i. e. Henrico, Saxoniæ Duci, Bajoariæ Ducatus adjudicatur &c.* An. *1156*, pag. *129*; Sic Cæsar ipse, in *Privilegio* Civitatis *Duisburgensis*, de *Theloneo Ultrajectensi*, sub dato *Aquisgrani 1166*, 5. Cal. Januar. apud Dn. *Dithmarum*, in *Codice Diplomatico Teschenmacheri Annal. Cliviæ*, §. VI, p. m. 3: *Nos, ex sententia Principum Curiæ*, *ab illa coactione* (thelonei Ultrajectensis) *prorsus expedivimus & absolvimus &c.* Conf. præced. Tit. 4. §. 7. lit. a, ad An. *1166*.

Episcopos constituerint, v. g. dictus Dux, *Henricus Leo*, *Aldenburgicum*, *Megapolitanum* & *Razeburgicum*. Præced Lib. I, Tit. XV. §. 22, lit. h, pag. *1393 & 1394*, ubi simul facta mentio Diplomatis Cæsarei, an. *1160*. eandem in rem editi. Tit. XVI, *Catal.*

Catal. Ducum Saxon. v. *16*, in vita hujus Ducis, ad Ann. *1149*, & *1150*, pag. *160*, & An. *1160*, pag. *164*, & An. *1170*, pag. *172*.

Episcopatus fundaverint vel instauraverint, v. g. Idem Princeps, cui Cathedralis Ecclesia *Razeburgensis* originem acceptam fert. Vid. cit. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. ww, p. *1259*, & Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* l. c. pag. *162*, & *Catal. Ducum Vened.* v. 24, An. *1154*, p. *489*.

Episcopales Sedes transtulerint v. g. Idem Dux Sedem *Aldenburgo Lubecam* transtulit. Cit. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. uu, pag. *1249* &c. & Tit. XVI, *Catal. Duc. Saxon.* l. c. ad an. *1154*, pag. *162*; nec non *Magnopoli Suerinum*. Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. XX, pag. *1266*. Diploma, de An. *1170*, habetur apud Auctores, præced. Lib. I, Tit. XVI, in cit. Catalogo Ducum Saxoniæ, in vita *Henrici Leonis*, ad An. *1170*, pag. *173*, hoc titulo, allegatos; ut & Dn. *Lunig.* Part. *2*, *Spicileg. Eccles.* Cap. 4, *im Anhang zu den Hoch-Stifftern*, Tit. *Schwerin*, §. 1, p. *152*.

Congregationes Clericorum instituerint, v. g. Idem Dux *Lubecæ*, An. *1163*. vid. præced. Lib. I. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxoniæ*, in Vita Ejus, ad An. *1163*, pag. *166*.

Bella gesserint v. g. Idem Princeps, cum *Nicoloto*, Obotritorum Regulo, cit. Lib. I. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* in ipsius vita, ad an. *1146*, pag. *159*. & *Catal. Ducum Venedic.* An. *1147*, pag. *488*. Cum *Pribislao* & *Werslao*, *Nicoloti* filiis; cit. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* ad An. *1163* & *1164*, pag. *166* & *167*; & *Catal. Ducum Vened.* ad An. *1163*, & *1164*, pag. *491* &c. Cum *Henrico*, Marchione *Austriæ*, Vitrico suo; cit. Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* l. c. ad An. *1150*, pag. *160*. Cum *Wichmanno*, Præsule *Magdeburgico*; ibid. ad An. *1166*, pag. *169*, & An. *1179*, pag. *176*. Cum *Saxoniæ* Principibus; ibid. ad An. *1167*, pag. *170*. Cnm *Philippo*, ArchiEp. *Coloniensi*, ibid. ad An. *1178*, pag. *175*, & An. *1180*, p. *177*. Cum *Ulrico*, Præsule *Halberstadiensi*, ibid. An. *1178* & *1179*, pag. *175* & *176*. Cum *Ludovico* & *Hermanno*, Landgraviis *Thuringiæ*; ibid. ad An. *1180*, pag. *177*. Cum *Adolfo*, Com. *Holsatiæ*; ibid. An. *1181*, pag. *177*. Cum *Bernhardo Anhaltino*, & Sociis; ibid. An. *1182*, pag. *178*; Cum variis hostibus; ibid. An. *1189*, pag. *182* & *183*. dicti *Nicolotus*, Obotritorum Princeps, & *Adolfus* Holsatus, cum *Kycinis* & *Circipanis*, ibid. ad An. *1150*, p. *160*. *Adolphus Holsatiæ*, & *Bernhardus Razeburgicus*, Comites, cum *Lubecensibus*; ibid. ad An. *1192*, p. *185*.

Fœdera icerint. Vid. præced. Tit. 3, §. 21, lit. c, sub *Friderico I.*

Jure Fori fuerint præditi; teste diplomate *Rudolphi I.* Imp. sub dato: *In Castris apud Marchegge*, An. *1278*, 14 Cal. Septemb. *Henrico*, Comiti *Fürstenbergico*, concesso, apud *Lambecium*, lib. 3. *Commentar. Bibliotheca Vindobonens. Cæsar*: pag. 328 & 329, verb. *Supplicanti Nostræ Majestatis Culmini, Nobili Viro, Heinrico de Fürstenberg, Nostro Consanguineo, Imperii fidelissimo, ut cum Villingen, Furstenberg, Haslach, Doresteten, & alia sua Oppida quæcunque, Patris sui, ac Ducis de Zeringen, aliorumque Progenitorum suorum, temporibus, qui eadem legitime possederunt, ex Prædecessorum Nostrorum, Imperatorum & Regum Romanorum Illustrium, Indulto, tali gavisi fuerint libertate, seu immunitate; Quod nemo Civium Oppidorum prædictorum, utriusque sexus, extra Oppidum suum, potuit, vel debuit, coram aliquo Judice Extraneo, conveniri; Sibi, suisque Civibus & Oppidis prædictis, libertatem, seu Immunitatem hujusmodi, innovare, & confirmare, de Benignitate Regia, dignaremur: Nos, ipsius Comitis Heinrici --- precibus inclinati, libertatem, seu Immunitatem prædictam, Sibi, suisque Civibus & Oppidis prænotatis, innovamus & confirmamus præsentium testimonio literarum, volentes, & authoritate Regia inhibentes: Ne quis Civium &c.*

Vasallos Illustres habuerint, v. g. Archi-Episcopus *Bremensis* Comites *Stadenses*. Vid. præc. lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* v. 16. Vita *Henrici Leonis*, p. 158; & ad An. *1168*, pag. *171*; & An. *1182*, pag. *179*. *Bojorum* Duces, Marchiones *Austriæ*; præced. Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, ad An. *1156*, pag. *129*;

Henricus Leo, Slavorum Principes *Pribislaum* & *Werslaum*, ratione Terræ *Wurlensis*. Præced. Lib. I, Tit. XVI, l. c. ad An. *1163*, pag. *165*; ubi simul alii plures. Conf. ibid. ad An. *1160*, p. *164*.

Conventus publicos egerint, v. g. *Henricus Leo*, *Erteneburgi*, quo, An. *1154*, Slavorum Principes evocavit. Ibid. h. a. pag. *162*. Conf. ad An. *1158*, pag. *163*.

Alios Ordines in clientelam susceperint, v. g. Idem Princeps, qui An. *1161*, *Reichersbergensem* Abbatem in clientelam cooptavit. Ibid. h. a. p. *165*.

Comitatus erexerint, v. g. Idem Princeps, *Suerinensem*, in favorem *Guncelini*. Vid. *Crantzius*, lib. VI. *Saxon.* Cap. XIX; Illustr. Dn. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. IV, §. 21 Conf. supra l. c. ad An. *1163*, p. *165* &c.

Legatos miserint; v. g. Idem Princeps ad Danos, Suecos, Norwagos & Russos, An. *1157*; Vid supra l. c. ad h. a. pag. 163. Rursus An. *1168*, ad *Woldemarum*,

marum, R. DANIÆ, l. c. pag. 171. *Nicolotus*, Obotritorum Princeps, ad *Albertum* Marchionem Brandenburgicum, l. c.

Jurisdictionem criminalem, etiam in Vasallos primi ordinis, exercuerint v. g. dictus Dux *Henricus* præfatum Principem *Wurlensem*, *Werslaum*, tanquam feloniæ criminis reum, suspendio punivit; ibid. ad An. 1164, pag. 167. Conf. ibid. ad An. 1160, pag. 164. Pertinet huc quoque Diploma Imperatoris Nostri, An. 1168. *Herbipolensi* Præsuli datum, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, 3 *Fortsetzung*, XXIII *Absatz*, Tit. *Würtzburg*, §. 174, pag. 326; & Dn. *Leuckfeldum Antiquit. Poeldens.* Append. 3, §. 3, pag. 254, verbis præced. Lib. I, Tit. XV, §. 13, lit. d, pag. 1180, occurrentibus; ibi: *Confirmamus* (dicto Præsuli) *omnem Jurisdictionem, seu plenam potestatem faciendi Justitiam, per totum Episcopatum & Ducatum Würtzburgensem, & per omnes Cometias, in eodem Episcopatu, vel Ducatu, sitas, de Rapinis, & Incendiis, de Allodiis, & Beneficiis, de Hominibus, & de Vindicta Sanguinis &c.*

Civitatibus Regalia concesserint, v. g. sæpe fatus Dux, *Henricus Leo*, præter Jus monetandi & telonei, *jura Civitatis honestissima Lubecæ* dedit. Vid. ibid. ad An. 1157, pag. 163. Conf. Privilegia *Hamburgensia*, an. 1190, ab *Adolpho* Com. Holsatiæ, confirmata, præced. lit. a, sub *Friderico I.*

Civitates condiderint, v. g. Idem Princeps; cui *Monachium*, *Leostadium* & *Suerinum*, ortum debent. Vid. præced. Tit. 2, hujus libri 3, §. 37, lit. a, v. 4, & lib. 1, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* l. c. An. 1157, p. 163, & An. 1160, p. 164. Idem de mœnibus *Lubecæ* dicendum, vid. l. c. ad An. 1157, p. 163.

Bojorum Dux *Otto Wittelspachius*, fundavit *Kelhemium* & *Landshutum*, præc. Tit. 2, §. 37, lit. a, v. 3. *Otto*, *Misniæ* Marchio, *Freibergam*, An. 1175, ib v. 1.

De *Golnavia*, & *Uckermunda*, An. 1190, à *Bogislao II*, *Pomeraniæ* Duce, muro cinctis; vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. a, v. 7. *Primislaum*, *Obotritorum* Principem, condidisse *Mekelenborg*, *Ilowe* & *Rostock*, dictum ibid. v. 8, ut & præced. Lib. I, Tit XVI, l. c. ad An. 1169, pag. 172; A *Geroldo*, Episc. *Aldenburgico*, erectum *Eutinum*; præced Tit. 2, §. 37, lit. a, v. 10.

Publicos mercatus instituerint; Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub *Friderico I.*

Publicam monetam cuderint; præced. Tit. 4, §. 4, lit. c. sub Eodem.

Telonea exegerint; ibid. §. 6, lit. a, sub Eodem.

Per secula recentiora felicius adhuc ire liceret, nisi de præcipuis spectantibus huc materiis jam supra, prolixè satis, actum esset, veluti: De *Jure Comitiorum, eligendique Cæsaris*, Lib. I, Tit. 2, §. 10, lit. d, pag. 73 &c. *De Jure se scribendi* DEI GRATIA, ibid. Tit. 4, §. 9, lit. b, pag. 395 &c. de *Jure condendi Urbes, Castra &c.* præced. Tit. 2, hujus Libri III, §. 37, lit. a; de *Jure nundinarum & mercatuum solennium*, ibid. §. 38, lit. c. De *Jure pangendi Fœdera*, ibid. Tit. 3, §. 21, lit. c; De *Jure cudendi monetam*, Tit. 4, §. 4, lit. c. De *Jure exigendi vectigalis*, ibid. §. 6, lit. a; De *Immunitate à Teloneis*, ib. §. 7, lit. a; *De Jure cognoscendi in causis Principum*, ibid. §. 8, lit. d, &c. &c.

(25) Variis sic titulis licet, omni ævo, exercuisse Proceres Regalia & Jura, (*vigore Superioritatis Territorialis hodie Eis competentia,*) præcipue: *Largitionum Cæsarearum; Feudorum, tam sponte ab Imperatoribus concessorum*, (quibus Vasallos, eorumque heredes, magis devinctos sibi fecerant,) *quam oblatorum; Transactionum; hereditatis; Belli; longi temporis præscriptionis &c.* manifestum fit; nihilominus definiri nequit, quo singuli momento iis gaudere cœperint? nec, quo numero? id enim paulatim factum, *alluvionis* instar, per quam agro incrementum accedere cernimus, citra quod intelligamus, quantum quolibet temporis spatio adjiciatur. Conf. Illustr. Dn. *Eybenius*, Discurs. Academ. *de Auctoritate usuque Juris Justinianei in Germania privatarum publicarumque causarum Judiciis*, disputationis loco, An. 1672, 28 August. Resp. Dn. *Eisenharto*, Helmstadii habito, Cap. VI, §. 13, Part. 2. *Operum Academ.* pag. 180. Conf. Illust. *Hugo*, de *Statu Regionum German.* Cap. I, §. 3; *Conringius* ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. V, §. 26, pag. 192 & 193. Idem, de *Republica*, Exercit. 4, de *Ducibus & Comitibus Imperii*, θ. 24 & seqq. pag. 167 &c. Dn. *Rhetius*, lib. 2, *Instit. Jur. Publ.* Tit. I, §. 13, pag. 328; *Boxhornius*, *Histor. Univers.* pag. 528; *Monzambanus*, Cap. 3, §. 3 & 4; Dn. *Kulpisius* ad *Monzambanum* Part. 2, Cap. 3, §. 2, pag. 8; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. X, §. 6, pag. 874; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 4, θ. 8, pag. 39; Dn. *Burgermeister*, Vol. I. *Thesauri Equestris*, XII *Satz*, Cap. 30, pag. 455 & 456. Dn. *Ertel*, de *Jurisdictione Inferiori Civili*, lib. 2, Cap. I, pag. 255; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 58, §. 3 pag. 595; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. 26, §. 14, pag. 569; Dn. *Zschackwitz*, lib. 4 *der Einleitung zum Jure Publico*, Cap. I, Quæst. 7, pag. 895; Dn. *Brunneman*. Differt. de *Fœderibus Statuum Imperii cum Exteris*, Resp. Dn. *Schwartzkopffio*, An. 1703, Mens. Februar. Halæ habita, θ. 4 &c. pag. 9 & seqq. Dn. *David Wilhelmus Rau*, Diss. Inaug de *Pari nexu Civitatum Imperia-*

perialium cum S. R. Imperio, An. 1715, Tubingæ defensa, Cap. 2, §. 13, pag. 64. Sexcenti alii.

(c) QUANTUM IMPERATOR &c. De vulgari hoc dicterio, peculiarem scripsisse dissertationem Ill. Dn. *Huldericum ab Eyben*, Resp. Dn. *Wernero Rudolpho von der Schulenburg*, ad Prooemium hujus Tit. XV, lit. a, monui,, de eodem consulendi: laudatus Dn. *Eyben*, Disput. de *Testamento Principis, vel Comitis Imperii*, An. 1662, mens. Febr. Giessæ defensa, Resp. *Daniele Stahlio* Jenensi, Posit. XIX, §. 16, inter opera Ejus Academica, p. 390; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. 4, §. 143, p. 100; *Reinkingius*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. VI, §. 1 & seqq. pag. 598 &c. *Bocerus*, de *Regalibus*, c. 3. n. 218 &c. *Gylmannus* Tom. I *Symphoremat.* P. I, Tit. 3, Voto 7, §. 18, p. m. 239; *Limnaus* lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 6, pag. 132; *Clutenius*, *Syllog. Rerum quotidian.* §. 26, lit. a. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. VI, §. 24 pag. 204 & §. 192; *Rumelinus*, in A. B. Part. 3, Dissert. 2, §. 8, p. 708; *Mylerus*, in *Rumelinum*, ad A. B Part. 2, Diss. V, §. 4, pag. 614; Idem, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part I, Cap. XIV, §. 8 & 9, pag. 110 &c. & Part. 2, Cap 36, §. 9 pag. 335; Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. 4, §. 9 &c. *Speidel*, voc. *Lands- und Fürstliche Obrigkeit*, pag. 599. *Fritschius*, Exercit. Jur. Publ. X, §. 24. *Knipschildt* de *Nobilitate*, lib. 3, Cap. 2, §. 1 &c pag. 15; *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanorum* Cap. I, Sect. 13, §. 4, pag. 25; *Vietor*, de *Exemptionibus Imperii*, Conclus. 4, p. m. 20 &c. *Einsidel*, de *Regalibus*, Cap. 4, §. 24, p. m. 656 &c. integros catalogos exhibent idem axioma, diversis licet principiis, exponentium. Auctorem ejus celebrant *Paulum* à *Castro*, vulgo *Castrensem*, JCt. Paduanum, *Volaterrano* teste lib. XXI *Anthropologiæ*, p. m. 495, Anno 1477 (non 1437, nec 1487, ut aliis videtur) defunctum; vid. *Klockius* l. c. addens simul, permultos hac in parte, *avium, oviumque balantium*, *more*, turmatim eum secutos. Altius ascendit Ill. Dn. ab *Eyben*, cit. Dissert. de *Origine illustris Regulæ: S. R. Imperii, Principes, cæterosque Territorii dominos, tantum posse in suis Territoriis, quantum Imperator in Imperio*, Cap. VIII, p. m. 778, ostendens, theorema hoc jam *Bartolo* è *Saxo ferrato*, An. 1355 (juxta Volaterranum l. c.) mortuo, & quidem in L. *Omnes Populi*, 9, n. 8 ff. de J. & J. & L. *Infamem*, 7, ff. de *Publicis Judiciis*; ejusque discipulo, *Baldo*, Perusino, An. 1412 (docente Volaterrano l. c.) extincto, in L. 5: ff. de *Jurisdict.* l. 16, C. de *Donation. inter Virum & Uxorem*; l. 7 C. de *Probat.* passimque alibi, fuisse cognitum. Alii ad *Speculatorem* usque, (id est, ad tempora *Rudolphi Habspurgici*,) procedunt, quem, in Tit. *Instrum. edit.* §. *Restat*, num. 22, illud primo tradidisse contendit *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. 14, §. 9, pag. 112. Conf. Ill. Dn. ab *Eyben* l. c. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. I, Cap. XX, §. 7. p. 223; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 10, §. 4, p. m. 871. diversa judicia de Brocardico hoc sistit Dn. *Hugo* l. c. Aliis dicentibus: illud esse falsissimum; vid. *Paurmeister*, de *Jurisd. Imp. Roman.* lib. 2, Part. 2, Cap. 4, §. 70; Aliis inventum adulatorum Principum: vid. *Waremundus ab Ehrenberg*, de *Subsid. Regni*, c. 15, §. 15; Aliis, thema valde periculosum; vid. *Knipschild* l. c. §. 10, pag. 16; Aliis, vulgarem sententiam, magno errore inductam; vid. *Borcholt*, de *Feudis*, Cap. de *Regalibus*, §. 7; *Wehner*, voc. *Landsfürstliche Obrigkeit*, p. m. 328. Germanice hoc idem esse volunt ac: *Ein jeder Herr ist Kayser in seinem Land &c.* Vid. *Dauth*, de *Testamentis* n. 36, lit. o. *Knipschildt*, l. c. §. 2, pag. 15; Ill. Dn. ab *Eyben* l. c. Cap. VIII, pag. 778; *Mylerus* l. c. §. 8, pag. 111. Ipsum *Georgium* Saxoniæ Ducem, utut Religioni Romano-Catholicæ addictissimum, in controversia circa *Balliviam Thuringensem*, Teutonico Ordini competentem, ipsi mota, haud semel in Actis dictitasse: *Er wäre, in seinem Land, Selbsten Pabst, Kayser und Teutschmeister*, post Ill. Dn. *Strykium*, *de Jure Papali Principum Evangelicorum*, Cap. I, §. 10, observavit Dn. *Wegelinus*, in erudita Diss. de *Jactitata vulgo Ordinis Cisterciensis Libertate ac Exemptione a Superioritate & Advocatia Regionum in S. R. G. Imperio Dominorum*, An. 1703 Giessæ habita, Sect. I, §. 2, pag. 15. In quantum hoc verum sit, tradunt Ill. Dn. ab *Eyben* l. c. & Cap. IX, pag. 781 &c. *Knipschildt* l. c. §. 11 & seqq. pag. 16; *Carpzovius* l. c. §. 11 & seq. pag. 25 &c. *Mylerus* l. c. §. 11 &c. pag. 113 &c. Inutilis plane & odiosa comparatio Imperatoris cum Statibus. Vid. Dn. *Hugo* l. c. §. 10. id tamen affirmari tuto posse arbitror, quod (1) ut Cæsar summus Princeps in universo Imperio; ita quilibet Status, in suo Territorio, tanquam peculiari Republica, supremum Dominum constituat; salvo duntaxat Imperatoris & Imperii Suprematu. Vid. *Hugo* l. c. Cap. 4, §. X & XI. *Multzius* l. c. v. 45, pag. 224; *Myler* l. c. §. 16, pag. 116; *Carpzov.* l. c. §. 12 &c. pag. 25, Dn. *Schweder* l. c. pag. 870. Ill. Auctor *Meditationum in Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum.* Mantiss. I, *ad Specimen Quartum*, §. 2, pag. 2; (intelligi, hoc titulo, Dn. *Henricum de Henninges*, Potentiss. Borussici Regis, qua Electoris Brandenburgici, Legatum in Comitiis, anno 1711, Franfofurti ad Mœnum defunctum, ex Consultiss. Dn. *Menckenii Verzeichniß der vornehmsten Geschicht-Schreiber*, Cap. 37, pag. 111, discimus,) (2) ut Cæsari universalis Jurisdictio in Imperio, ita Statibus eadem in Territoriis suis, maxime respectu ad subditos habito, competat, nisi exemptio

exemptio doceatur. Vid. *Reinking* l. c. §. 23, p. 601; *Knichen*, de *Saxonum non provocandi Jure*, Cap. I, fin. ad verba: *Ducum Saxoniæ*, v. 180; *Hagelganß*, Tr. de *Titulo Dei Gratia*, Part. I, §. 88. (3) Ut Cæsar titulo *Dei Gratia* utitur, ad designandum, solum Deum superiorem se agnoscere; ita Status eundem, in literis & Mandatis, adhibeant, significaturi, Provincias suas & Territoria non nisi *Gratiæ divinæ* acceptа se ferre. Vid. *Knichen* l. c. *Reinking* l. c. §. 24, pag. 601. *Wehner*, loc. cit. *Hagelganß* l. c. (4) Ut Cæsar Regalia per totum Imperium; ita Status, per Territoria sua, libere exercere queant; nisi Pacta, conventiones, privilegia, vel consuetudines, obstent; Vid. Dn. *Hugo* l. c. *Reinking* l. c. §. 23, pag. 601. (5) Ut totum Imperium latis rite Legibus, & ab Imperatore promulgatis, obsequium debet, nisi exceptionis, vel exemptionis privilegio, aliove titulo æquipollente, quis gaudeat; ita omnes in Territoriis existentes Legibus Provincialibus vivere teneantur, nisi probare quis justo titulo valeat, se iis non obstringi; hocque adeo verum, ut vel ipsi Imperiali Cameræ secundum ejusmodi Statuta pronunciare incumbat; Vid. *Ordinat. Cameral.* P. I, Tit. 57, ibi: *Nach redlichen, ehrbarn, und Ländischen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthummer, Herrschafften und Gericht, die vor sie bracht werden - - - zu richten &c.* Conf. *Reinking* l. c. §. 10, p. 600. (6) Ut ad Cæsarem Statuum appellationes diriguntur; ita de actionibus & judiciis inferiorum. Judicum cognoscat Dominus Territorialis; (7) Certo modo alias major Statuum potestas in Territoriis appareat, ac Imperatoriis in Imperio; quatenus scil. Status, inconsultis etiam Provinciæ Ordinibus, (nisi ubi contrarium receptum) Statuta Provincialia condunt; Leges ferunt; tam politicas, quam, resp. Ecclesiasticas; Fœdera (Cæsari modo & Imperio innoxia,) pangunt; Legatos ad Exteros mittunt; Comitia convocant; Collectas (salvis unice pactis cum subditis) exigunt; Liberos, proximosque Agnatos, Provinciarum suarum hæredes relinquunt; circa successionem in Terras suas, non extantibus in contrarium Imperii Legibus, nec conventis Familiæ Pactis, per Testamenta disponunt; &c. Quæ omnia Imperator, respectu Imperii, aut plane non, aut, non nisi accedente Statuum consensu, perficere valet. Hinc Auctor *Annotatorum über die fürgefallene Quæstion: Ob Reichs-Fürsten befuget, Ambassadeurs zu schicken, unter eines fürnehmen* Ministri *Schrifften gefunden*, apud *Cassandrum Thucelinum*, in *Electis Juris Publici curiosis*, Cap. VII, pag. 302: *Wer kan leugnen, daß der Kayser in Seinen Erb-Landen nicht mehr Macht habe, als im Reich, &c.* Conf. *Vultejus*, ad Tit. C. de *Jurisdict. Struvius*, *Syntagm. Juris Feudal.* Cap. XIV, §. XXIX, v. 5, pag. 538; *Limnæus*, lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 11, pag. 134. ad *Joh. Dauth*, in L. fin. C. de *Pactis*, n. 16. provocans; *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. VII, §. 42, p. m. 350; Ill. *Hugo* l. c. Cap. 4, §. IX & XXIX; *Pruckman* de *Regalibus*, Rubr. *Quæ sint Regalia?* Cap. 4, n. 20; *Knipschild* l. c. Lib. 3, Cap. 2, §. 3, pag. 15; Ill. Dn. *Thomasius*, Diss. de *Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum*, §. 26; Ill. *Otto Henricus* L. B. à *Frisen*, Diss. de *Jure Principis extra Territorium*, An. 1676, Præside Ill. *Stryckio*, Francofurti habita, Cap. I, pag. 4 & 5; Dn. *Cortrejus*, ad *Concordata Friderici Imp. cum Nicolao* P. R. Cap. I, §. 22, Tom. I *Corp. Jur. Publ.* Part. 6. pag. 33; Dn. *Bernhardus Christoph. Jäger*, Diss. de *Expectantiis*, eodem Præside, An. 1670, ibidem ventilata, Cap. 2, §. 67, pag. 36; Dn. *Ringler*, de *Domaniis Germaniæ*, lib. 3, §. XXIII, circa finem; Dn. *Ludolphus Georgius Hahn*, Diss. Inaug. de *Præscriptione Bonorum Principis*, An. 1686, Francof. ad Viadrum, in Appendice; Dn. *Hartman Petrus Haberkorn*, Diss. Inaug. de *Singulari & communi Principum Imperii Jure*, An. 1689, Francofurti defensa, Cap. I, §. 8. pag. 3. Dn. *Joh. Franciscus Berndes*, Diss. Inaug. de *Negotiis Capitulatione Cæsarea annullatis*, an. 1703 Halæ propugnata, Cap. 3, §. 4, pag. 50. Auctor *Meditationum in Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum*, Mantiss. I *ad Specimen Quartum*, §. 10 & seqq. pag. 9 &c. Quæcunque tandem Statuum sit in Territoriis suis potestas, verissimum nihilominus manet, quod Ill. Dn. à *Seckendorf*, Part. 2, *des Teutschen Fürsten-Staats*, Cap. 2, p. m. 59, instar *Summæ*, enunciat: *Daß eine Teutsche Fürstliche Hoheit nicht gar* absolut *sey, sondern auf Kayserl. Majestät, und das H. Reich, ihren unterthänigen* Respect *habe &c.* & pag. 60, *damit aber - - - - nicht die Meinung geschöpffet werde, als ob eine Teutsche Landes-Herrschafft so gar frey, und ohne einige Ziel und Maße, Ihre Hoheit zu gebrauchen hätte, so haben wir uns zu erinnern, - - - - daß wir von solchen Landen reden, die im Römischen Reich Teutscher* Nation *liegen; auch von solchen Herren und Ständen, die von Kayserl. Maj. als dem Höchsten Ober-Haupt im Reich, mit Ihren Landen und Herrschafften, oder doch mit deroselben Regalien, beliehen werden. Daraus folget nun, daß Sie auch unter dem Kayser und dem Reich seyen, und, mit Empfahung Ihrer Regalien, das Reich, (wie im Reichs-Abschied* de An. 1500, Tit. *der Teutsche Orden, geredet wird,) erkennen: also, daß dannenhero ein Teutscher Fürst, oder Landes-Herr, nicht allein in Seinem Gewissen, gegen Gott dem Allmächtigen, Seine Regierung und Handlung zu verantworten hat; sondern Er ist auch schuldig, und mehrentheils mit Eydes-Pflichten verbunden, einem ordentlichen Erwehlten Regierenden Römischen Kayserlichen, und dem Reich, gebührlichen* Respect *und Gehorsam zu leisten, und demjenigen,*

gen, was Kayserl. Maj. und die Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, altem Herkommen nach, geordnet und geschlossen haben, und noch schliessen werden, für Sich, und in Seiner Landes-Regierung, in acht zu nehmen; es wäre denn, daß Er eines andern, durch gewisse Privilegien, Freyheiten und Bedingungen befugt wäre. Conf. *Carpzovius* l. c. Cap. I, Sect. *13* & *15*, pag. *25*; *Mylerus* l. c. Part. I, Cap. *14*, §. *16*, pag. *116*; *Rhetius*, Differt. de *Statu Subditorum Imperii*, Cap. 2, §. *10* & *11*; Dn. *Schweder* l. c. Part. spec. Sect. 2, Cap. X, §. 3, pag. 870. Dn. *Multzius* l. c. v. 45, p. 224. Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 58, §. 7, pag. 600; Dn. Auctor *Meditationum in Instrum. Pacis* l. c.

(2) Sed Verba, quibus hæc potestas exprimitur à Doctoribus, Varia (*a*) sunt; aliqui enim omnimodam Jurisdictionem vocant; alii Superioritatem Territorialem: Summam Jurisdictionem: Generale Dominium; & quæ sunt alia. Regalia quoque alii dicunt idem esse cum Jure Superioritatis: rursus alii, Regalia jure Superioritatis majora, aliqui & inferiora.

NOTA.

(*a*) VARIA &c. Vid. præced. §. 1, lit. a, in fine.

NOTÆ.

(3) Difficultas in his maxime ostenditur: Primo, quod nec Jure aliquo scripto, nec perpetua aut certa aliqua observantia, hæc materia definita est; vid. *Klock.* Relat. 169, n. 54. Secundo, quia pleraque hæc vocabula recentioris styli sunt, & quidem variantis, neque eodem modo iisdem verbis utentis; ita, apud *Limnæum* Tom. IV, p. 629, annotatur: *Die Landesfürstliche Obrigkeit ist vor Alters im Reich ein gantz unbekandt Ding gewesen, und ist ein neuer* fœtus nostri Seculi. (*a*) Tertio, igitur hæc perpetua materia litis in Imperio est, quam peperit & auget ignorantia Politices, sive principiorum politicorum propriorum; (*b*) Vid. *Bœcler*, in Notitia Imperii, lib. V, Cap. 2.

NOTÆ.

(*a*) NOSTRI SECULI &c. Vid. de hoc dicterio, præced. §. *1*, lit. a, ab initio.

(*b*) PROPRIORUM &c. Add. & Partium studia, & adulationis virus.

(4) Quemadmodum autem Doctores in nominibus non conveniunt, ita multo minus conveniunt in re ipsa, & ejus definitione. Communior definitio (*a*) hæc est: Superioritas Territorialis est jus summi post Imperatorem Imperii, eique connexorum Regalium, in omnes Territorii subditos, supremi ex concessione Principis quæsitum, aut usu longævo obtentum. Vid. *Ludolphus Hugo*, dict. Tract. Cap. 3, pag. 28.

NOTA.

(*a*) DEFINITIO &c. Quam etiam suppeditant *Limnæus*, lib. 4 *Jur. Publ* Cap. 8, §. *183*, pag. *236*; *Speidelius*, voc. *Landes- und Fürstliche Obrigkeit*, pag. 595; *Dohausen*, de *Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii sublimi*, Cap. 2 & 5.

Christophoro Mingio, de *Superioritate Territoriali*, Cap. I, Conclus. VII, est *Jus & potestas summi, post Imperatorem, Imperii & dominatus, sublimi Regiaque Jurisdictionis lege, sub nomine & qualitate der Landes Hohen Obrigkeit, concessa, & legitime quæsita, regulariter in omnes Territorio inclusos, ordinario & proprio Marte competens &c.* Ita quoque *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 5, §. 57, pag. 279; Dn. *Höggmayr*, Discurs. de *Primis principiis Juris Publici*, Sect. 4, Aphor. 3, lit. b, pag 97; Dn. *Münchmayr*, *Jur. Publ.* Tom. *I*, Part. *I*, Cap. 22, pag. 602, ad auctoritatem provocans *Wesenbecii*, Consil 27, n. 29; *Pistorii*, Consil. 24, n. 1; *Dauthi*, de *Testamentis*, n. 36, *Harprechti*, de *Action.* n. 3. §. 16 &c. &c.

Reinkingio, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, cit. Lib. *I*, Class. V, c. 3, §. 3, pag. 539: *Jus & exercitium summi post Principem, seu Imperatorem, Imperii, eique annexorum Regalium, quod in omnes Territorii istius septis inclusos homines, tanquam subditos, regulari Juris præsumptione, competit, donec*

probe-

probetur exemptio, Privilegio, vel, quod ei æquivalet, immemoriali tempore, quæsita, ex notoria rei evidentia, vel testibus, vel documentis.

Juxta Ill. *Rhetium*, lib. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. I, §. 10, pag. 326: *Est summa potestas, tam in Ecclesiasticis, quam in Politicis, Statibus Imperii in Territorio suo competens, nisi restrictio, vel Lege publica, aut Pactis cum subditis, appareat.* Conf. Idem, l. c. §. 12, pag. 327; Ill. Dn. *Thomasius*, cit. Diss. de *Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum*, §. 3; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 58. §. 2, pag. 593 &c. addens saltem post verba: *Pactis cum subditis: aut aliis.* Dn. *Jacobus Brunnemannus*, Diss. de *Fœderibus Statuum Imperii cum Exteris*, An. 1703 *Halæ* habita, §. 2.

Mylero, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 36, §. 8, pag. 335, est: *Jus ac potestas summi Imperii ac Regalium, post Imperatorem, competens Principi, aut Statui Immediato, in res ac personas, in suo Territorio particulari existentes.* Provocat ad Auctoritatem *Knichenii*, de *Jure Territor.* Cap. I, §. 196. Conf. *Fritschii Manuale Juris Publici*, voc. *Superioritas Territorialis*, pag. 360, ubi tamen adhuc aliam definitionem suppeditat.

Ill. *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. V, p. m. 351, ait: *Est Potestas & Jus Summi, post Imperatorem, Imperii, eique connexorum Regalium, in omnia Territorio inclusa, proprio nomine competens.*

Ill. *Lyncker*, Diss. de *Superioritate Territoriali*, p. m. 14: *Potestas immediati post Cæsarem Regiminis, Statibus in personas & res sui Territorii competens.*

Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 21. §. 7, p. 348: *Summa potestas, certo Territorio, cum Juribus Regalibus, salvo Jure Imperii, immediate competens.* Conf. Dn. *Kestner*, Diss. de *Summis in Imperio Romano-Germanico Personis, earumque Officiis & Juribus*, An. 1702, *Rintelii*, publico examini opposita, §. 12, pag. 25.

Ill. *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Art. 3. Cap. 3, §. 7, pag. 205: *Statuum potestas, Summæ Potestatis æmula, qua, quicquid ad Regimen sui Territorii facit, nec in præjudicium Majestatis Imperatoris & Imperii tendit, statuere valent.*

P. R. *Robertus Kolbius*, Arnsburgensis Monasterii Abbas, in *Aquila certante*, Confutat: Signi XVIII Solmensis, Art. 2, §. 2, pag. 201: *Potestas Summi Imperii ac Regalium, post Imperatorem, competens Principi ac Statui Immediato, in res & personas in Territorio particulari existentes.*

Dn. *Joh. Conrad. Fabricius*, Diss. de *Superioritate Territoriali*, Præside Dn. *Hertio*, An. 1682, Giessæ, propugnata, §. 3, pag. 4: *Est facultas ordinandi Regionem, libere, & proprio nomine competens, quatenus majori Reipublicæ non est adstricta.*

Dn. *Schwederus*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. X, §. 3, pag. 869: *Potestas Summæ Majestatis æmula, omnia, quæ ad Regimen Civile pertinent, complectens, Statibus Imperii sublimi Jure, salva tamen Imperatoris Imperiique Majestate, in Territoriis suis competens.*

Dn. *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. I. Tit. 24, §. 1, pag. 237: *Jus, seu Potestas, post Imperatoriam Majestatem summa, in omnes Territorio subjectos, ex concessione Imperatoris, aut præscriptione, aut spontanea oblatione & subjectione, & modis congeneribus, quæsita.*

Dn. *Ertel*, Prax. aur. *de Jurisdictione Inferiore Civili*, lib. 2, Cap. I, pag. 254: *Jurisdictio suprema, seu Jus Suprematus, quod competit Imperii Statibus in suo Territorio, secundum diversos effectus in Instrumento Pacis Monasteriensis & Observantia Imperii receptos.*

Dn. *Titius*, Diss. de *Habitu Territoriorum Germanicorum*, An. 1704, à Dn. *Christophoro Andrea Remero* Lipsiæ defensa, Cap. I, §. 36; *Est Potestas Statibus Imperii, Legibus fundamentalibus, tributa, qua singuli, suo nomine, Territoria regunt, eorumque intuitu, actus bellicos & pacificos cum Exteris suscipiunt, nec non, cum Imperatore & cæteris Statibus, de communibus Imperii negotiis statuunt, ita, ut actus, ex illa potestate profluentes, & Legibus fundamentalibus non contrarii, neque ab Imperatore, neque Imperio toto, possint irriti reddi, aut, eorum nomine, ratio postulari.*

Dn. *Fridericus Heilbronner*, Diss. Inaug. de *Superioritate Territoriali Civitatum Imperialium*, cujus præced. Procem. lit. a, memini, §. VII, pag. 9: *Jus & facultas Summæ Potestatis seu Majestatis æmula, Statibus Imperii, sublimi Jure, sub nomine & qualitate der Landes-Hohen Obrigkeit, concessa, vel usu longævo obtenta, competens in omnes Territorii subditos, nisi quatenus Lege, vel Conventione, prohibetur.*

Dn. Auctor *Meditationum in Instrumentum Pacis*, Mantiss. I, ad *Specimen Quartum*, §. 3, pag. 31 *Jus Imperii sub Summo proximi, reale & proprium*: &, §. 12, pag. 10, ubi definitionem *Strauchii* laudat, Auditoribus quondam dictatam, qua eam vocat *Partem Imperii, dependenter competentis, certo loco seu districtu circumscriptam, ut, proprio sibi Regimine Civili Imperio Universali subordinato, administretur, ad salutem cum propriam suæ Ditionis, tum communem totius Imperii.*

Dn. *Georgius Schultz*, in *der Anleitung zu dem Jure Publico*, lib. 2, *dritte Abtheilung*, Cap. 2, §. 1, pag. 188, lingua vernacula, eam ita depingit: *daß Sie sey eine denen Reichs-Standen, durch die Reichs-*

Funda-

Fundamental-*Gesetze, beygelegte und bestättigte Gewalt, krafft derer dieselbe in Ihren* Territoriis *alles thun können, was nicht wider die Grund-Gesetze des Reichs, oder mit denen Unterthanen errichtete* Pacta *und Verträge, ist, auch so gar mit außwärtigen Potentaten, Friedens- und Kriegs-Tractaten schliessen, und mit Kayserl. Maj. und Ihren Neben-Ständen, zu denen Reichs-Affairen concurriren &c.* Conf. Ill. *Auctor des Europ. Heroldts*, Tom. I, pag. 166; Dn. *Bilderbeck*, Not. ad *Reichs-Staat*, Tom. I, Part. 3, I *Abtheilung*, Cap. 2, §. 5, lit. c, pag. 238; Dn. *Zschackwitz, Einleitung zum Teutschen Jure Publico*, Lib. 4, Cap. I, Q. 2, pag. 891; Dn. *Gottfridus Langius, Einleitung zu den Geschichten, und dem daraus fliessenden Jure Publico des H. R. Reichs*, Lib. I, Sect. I, §. 2, v. 7. pag. 450.

(5) Nos eam ita definimus: Superioritas Territorialis est potestas, *(a)* Statibus Imperii in suis Territoriis competens ubique, nisi quatenus vel Lege *(b)* vel Conventione, *(c)* prohibentur.

NOTÆ.

(a) POTESTAS &c. Et quidem *Summa*; Supereminente duntaxat Imperatoris & Imperii Majestate.

(b) LEGE &c. Scil. *Publica, & Fundamentali.*

(c) CONVENTIONE &c. Tam, cum Provinciæ Ordinibus, seu Subditis; quam cum aliis in Territorio degentibus, & Extraneis. Communis quidem Doctorum est sententia: *Omnia, quæ intra alicujus Territorii septa continentur, in fide & patrocinio istius domini esse præsumi, & ad Dominum Territorii, quoad Jurisdictionem & Superioritatem, spectare;* arg. L. 239, ff. de V. S. §. 8. *Territorium.* L. 29 & 30 ff. *Ad Municipalem & de Incolis.* L. I ff. de *Officio Præfecti Urbi*, §. 4; aliarumque plurium, de quibus *Menochius*, de *Præsumptionib.* lib. 3, Præsumpt. 100, §. 1; *Gailius*, Lib. 2 *Observat. Practicar.* Observ. 62, §. 8 & 9, p. 409; & de *Oppignorationibus*, Observat. VIII, §. 7, pag. 190 & 191; *Mascardus*, Vol. I de *Probationibus*, Conclus. 217, §. 1, 2 &c. p. m. 383 &c. & Conclus. 270, §. 2 & 3, pag. m. 445; omnesque, quos *Vietor*, de *Exemptionibus*, Conclus. XXVII, p. m. 146 &c. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* Lib. I, Class. V, Cap. I, §. 24 & seqq. p. m. 519 &c. & Dn. *Robertus Kolb*, l. c. Part. I, *Confutat. Signi I Solmensis*, Art. 1, §. 1, pag. 2, hunc in finem allegant, evolvendi. Fallere vero hanc Regulam, ex quo quis *exemtionem*, Pactis conventis, vel Præscriptione immemoriali, seu consuetudine, aliove titulo valido, docere queat, constantissimi juris est, per ea, quæ *Reinkingius* l. c. §. 73, & seqq. pag. 526, tradit, docens: (1) Paria censeri: *Esse extra Territorium; & esse in Territorio, ast exemptum;* (2) Posse Castrum, cum Territorio suo, in alterius Provincia situm esse, & ad alium Dominum pertinere, & per se Territorium facere, à Provincia separatum (3) Non necessario sequi: *Sum in Territorio; Ergo sub Jurisdictione Dominii Territorialis.* Conf. *Natta*, Consil. 635, n. 7, Vol. I; *Besoldus*, Consil. 299, n. 13; *Vietor* l. c. pag. 149 &c. *Gaillius*, lib. I *Observat. Practicar.* Observat. I, §. 18, pag. 4, & Observat. 57, §. 14, pag 107, late probans, Jurisdictionem consuetudine acquiri; *Bidenbachius, Quæst. Nobil. I*, n. 16; *Rudingerus*, Centur. 3 *Singularium Observationum Juris*, Observat. X, Tit. *Differentia inter Clausulam: In eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen*; In Territorio esse; &, *Unter eines Fürsten Oberkeit seßhafftig seyn &c. Meichsnerus*, Tom. 2 *Decisionum Cameralium*, Lib. I, Decis. VI, in *Causa Teutschmeister, contra die Hrn. Graffen zu Oettingen*, §. 9 pag. 299 &c. & Decis. VIII, in *Causa Rudolff von Hirnheim, contra Chur-Pfaltz*, n. 42 pag. 389; Dn. *Kolb* l. c. §. 2, pag. 3 &c. & Art. XXVIII, §. 1, pag. 111 &c. & Part. 2, Confutat. Signi IV, Art. V, §. 3, pag. 55 &c. Confutat. Signi XII, Artic. unic. §. 3 & 4, pag. 166 & 167; & Confutat. Signi XVIII, Art. 2, §. 4, p. 203; & Part. 3, Confutat. Signi I, Art. 3, §. 1, pag. 9 &c. Eodem facit: *Gründlicher Beweiß, daß das Fürstl. und Gräffliche Hauß Schwartzburg, ein uhralter, freyer, unmittelbahrer Reichs-Stand, und zum* Voto virili *im Reichs-Fürsten Rath genugsam qualificirt;* An. 1710, §. IX, v. 129, pag. 46, & §. X, pag. 47; Ut &: *Gründliche* Information, *über des Hoch-Stiffts Costantz* Jurisdiction, *bey dessen in der Schweitz gelegenen Landschafft*, (Clingnau, in Landgraviatu Badensi) dictat. Ratisbonæ, 17 Aug. An. 1712, §. *zum Ersten keines wegs widersprochen wird &c.* (In genere, Cœnobia *Cisterciensis Ordinis* exempta esse à Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii, multorum sententia est, quam & Dn. *Kolbius* l. c. Part. I, *Confutat. Signi I Solmensis*, Art. X, §. 1 & 2, pag. 33 &c. & Art. XXXIII, §. 2, pag. 75 &c. amplectitur; varia eandem in rem argumenta collegit Dn. *Wegelinus*, in cit. Dissertatione, de *Jactitata vulgo Ordinis Cisterciensis Libertate ac Exemptione à Superioritate & Advocatia Regionum in S. R. G. Imperio Dominorum*, An. 1703, Giessæ habita, Sect. 2, §. 1 &c. pag. 28 & seqq. Quam inermia vero sint fundamenta ista, ad oculum demonstrat laudatus Dn. *Wegelinus* l. c. §. VII & seqq. pag. 38 &c.) Expeditum insuper, *Superioritatem Territorialem non ubique esse eandem*, sed alibi pleniorem; & alibi, ob Pacta conventa: Privilegia Subditorum: interveni-

nientem Præscriptionem; Jura Tertii quæsita &c. restrictiorem; Vid. *Schilter, Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XXIV, §. 3, pag. 239. *Non enim insolens est, ut una Provincia plurium dominatu fatigetur, & Jura, quæ in uno Territorio Superioritati connexa, in altero divisa reperiantur, ita, ut uni competat: die Landesfürstliche Obrigkeit;* alteri: *des Landes Hoheit und Herrlichkeit; Tertio: die Wildbahn; Quarto: die Forstliche Obrigkeit; und Forst-Recht; Quinto: die Hohe Frais und Cent; Sexto: die Vogthey und Erb-Gericht &c.* Vid. *Gylmannus*, Tom. I *Symphorematum Supplicat.* Part. I, Tit. 3, Vol. 2, n. 15; pag. 216 & 217; *Meichsner* l. c. Lib. 2, Decis. 4, in Causa *Beyder Flecken Ober- und Nieder Ingelheim contra Chur-Pfaltz*, §. 20, pag. 91; & Tom. 3, Decis. 3 in causa Comitis P. ab H. contra S. A. M. §. 34, pag. 29 &c. *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. I, Cap. V, §. 72, p. 137; Ill. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 6, lit. C, pag. 353; Ill. Dn. *Stryckius*, *Exam. Juris Feudalis*, Cap. 8, Quæst. 15, pag. 128; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, P. 2, Cap. 48, §. 16, pag. 445; *Gothofredus Freyer*, Diss. de *Superioritate Territoriali*; *Rosenthal* de *Feudis*, C. VI, Conclus. 85, n. 10; *Limnæus*, lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 188, pag. 238; Perillustris Dn. *Otto Henricus* L. B. de *Frisen*, Diss. de *Jure Principis extra Territorium*, An. 1676, Præside laudato Dn. *Stryckio*, Francofurti habita, Cap. I, §. 21, pag. 8; Dn. *Donauerus*, Diss. de *Jurisdictione communi*, Resp. Dn. *Christophoro Theophilo de Furtenbach* à *Reichenschwand & Oberndorf*, An. 1698 Altorfi. defensa, §. V, pag. 10. Pertinent huc Literæ *Johannis Friderici*, Elect. Saxoniæ, & *Philippi*, Hassiæ Landgravii, ad Electores quosdam Principesque Imperii, in causa litis cum *Henrico* Brunsuicensi, An. 1539, 14 Sept. *Witteberga* exaratæ, apud *Hortlederum von Ursachen des Teutschen Kriegs*, Tom. I, Lib. IV, Cap. V, p. m. 955, §. 59; *Es folget nicht: Ich hab das Halßgericht in Höxer, darumb ist die Oberkeit, oder Herrschafft, mein. In Gleichnüß möchten wir, der Churfürst, außsprechen: Wir haben das Halß-Gericht zu Halle, darumb ist die Statt Unser. Der* Exempel *könten wir vielmehr anzeigen; wiewohl etliche aus dem Grunde nit gleich wären, dieweil wir, der Churfürst, solch Halßgericht haben, aus einem Fürstlichen Titul des Burggraffthumbs zu Magdeburg, und ohne Mittel vom Reich, und also einen gewirdigten Titel &c.* Unde sua forte Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 129, pag. 126. Jung. *Beschwerden Pfaltzgraffens* Augusti *hinterlassenen Pupillen, gegen den Herzog von Neuburg*, An. 1641, apud *Lundorpium*, Tom. V *Actor. Publ.* Lib. I, Cap. 164, pag. 660: *Non novum est, unum in aliquo Ducatu, vel Provincia, habere Generalem Superioritatem in universo Territorio; alterum vero in eadem, in certa portione, particularem, vel specialem &c.* &, paucis interjectis: *Sic etiam divisa esse possunt Jura Superioritatis, ita, ut unus in universo Territorio præfulgeat Universali Jurisdictione; alteri vero particularis, in aliquibus locis, quæsita sit ---- cum non sit absurdum, intra eosdem fines, & intra idem Territorium, Jura Superioritatis esse divisa &c.* Nec non: *Nachricht, von Ihrer Königl. Maj. zu Dennemarck-Norwegen, wieder des Hrn. Herzogen zu Schleßwig-Holstein-Gottorff Fürstl. Durchl. annoch habenden rechtmäßigen Beschwerden und Ansprüchen*, de An. 1685, apud eundem, l. c. Tom. XII, lib. 13, Cap. 119, pag. 392, *im Anhang*, in Resp. ad Objectionem I, ubi: *Ist hier nicht die Frage: was für Hoheiten und Herrlichkeiten die Herzoge zu Holstein-Gottorff über Ihr Antheil Landes, bey den alten Erbtheilungen, überkommen? sondern darauf beruhet das Hauptwerck: was Hochermeldte Herzoge, nach der Zeit, für Verträge und* Transactiones, *über solche Hoheiten und Herrlichkeiten mit der Königlichen Linie, errichtet haben &c.* Et in Respons. ad Object. 2, §. 5, pag. 393: *So giebt es auch gantz keinen bündigen Schluß: dieser oder jener Fürst ist vom Kayser mit allen Hoheiten, Herrlichkeit- und Gerechtigkeiten, belehnet*, Ergo *gehören alle und jede Hohe* Regalien *in seinem Lande Ihme allein zu. Dann besagte* Regalien *dem einen* universaliter, vel generaliter, *conferiret werden, und doch einem andern daneben, in gewissen Fällen, etliche Hohe* Jura specialiter *competiren können &c.* Rursus, in Respons. ad Objectionem 3, ibid. pag. 393: *Bringt die Erfahrung und* Praxis *mit sich, daß einer ein* souverainer *Regierender Printz seyn und bleiben könne, ob er gleich nicht aller Hohen* Regalien *in seinem Lande mächtig, oder derselben Genoß und Ubung einem andern Potentaten, krafft Alter Gewohnheit, oder getroffener Verträge, verstatten muß ---- Sintemahl kein Monarch in der Welt, auch der Groß-Türck selbst nicht, noch einiger ander Barbarischer Tyran, aller und jeder* Jurium Majestatis, secundum Theoreticorum principia, *dergestalt mächtig ist; daß er, in des einen oder andern Hohen Regals freyer Ubung*, ex consuetudine, genio Populi, vel alia causa, *nicht solte etlicher massen beschrencket seyn. Vielweniger wird man in der Christenheit, einen König oder Potentaten finden, dessen Hohe Bottmäßigkeit, in einem oder andern Stück, entweder, durch uhraltes Herkommen; oder, durch gewisse* Compactata *mit seinen Landes-Ständen; oder, durch Verträge und Tractaten mit seinen Nachbahren; nicht limitiret oder moderiret sey &c.* Pariter ac Auctor *der Abgenöthigten Beantwortung der Schrifft, welche unter der* Rubric: *Nachricht, von Ihrer Königl. Maj. zu Dennemarck-Norwegen &c. ans Liecht gegeben worden*, in Additamentis, & quidem Responsione ad Objectionem 3, ibid. pag. 455: *Daß sonsten die* Jura Majestatis, quoad

quoad modum habendi, *durch gewisse Verträge, und uhraltes Herkommen, mit denen Land-Ständen, limitiret werden können, ist an sich gantz richtig, und aus denen Land* - Privilegiis *der Herzogthümmer Schleswig-Holstein selbsten zu ersehen, gestalten darinn, unter andern, außdrücklich enthalten, daß, ohne* Consens *und Vollbort der Land-Stände, keine Collecten in denen Herzogthümmern, von Prälaten und Ritterschafft, außgeschrieben, noch Krieg, oder Fehde, angefangen werden solle &c.* Consentiunt: *Reinking* l. c. lib. I, Class. V, Cap. 3, §. 13, pag. 540; *Merckelbach*, ap. *Klockium* Tom. I. Consil. 9, §. 35, seqq. *Fridericus Pruckman*, de *Regalibus*, in Rubrica. *Quæ sint Regalia*, Cap. V, §. 8 & 9; *Rosenthal*, de *Feudis* Cap. V, Conclus. 6, §. 7; *Joh. Meichsner*, Tom. 3 *Decis.* 3, §. 34; *Knichen*, de *Jure Territorii*, Cap. 4, §. 6 & seqq. p. m. 121 &c. *Grotius*, de J. B. & P. lib. I, Cap. 3, §. XVI, p. m. 62 &c. *Fritschius* de *Jure Aperturæ*, Cap. 2, §. 10; & *de Jure Præsidii*, Cap. 4, §. 4 & seqq. *Besoldus* Vol. I, Consil. 3, c. 3, §. 19; Dn. *Kolbius* l. c. Confut. Signi XII, §. 3, pag. 166. Dn. *Schweder* Part. spec. Introduct. J. P. Sect. 2, Cap. X, §. 5, pag. 873; Dn. *Stryckius*, Diss. de *Jure Papali Principum Evangelicorum*, Cap. I, §. 13; Dn. *Schilter*, de *Condominio circa Sacra*, §. 4, p. 12, & §. 6, pag. 15; Dn. *Feltz*, in *Electis Juris Publici de Feudis Imperii*, Controvers. X, pag. 30; Ill. Auctor *Collectaneorum Mecklenburgicorum*, de Annis 1717 & 1718, *Fascicul.* I, pag. 121 & seqq. ut &, *in der Unpartheyischen Betrachtung* 2 *gedruckter Fürstl. Mecklenburg-Schwerinischer Memorialien, an Seine Kayserl. Maj.* contra *die Hohe* Commission *in Rostock* de An. 1722, Part. I, §. 5. pag. 13; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 2, §. 5. pag. 7, & Cap. 4, Discurs. ad Objectiones 18, 19, &c. §. I, pag. 99; & de *Præscriptione immemoriali*, Cap. V, §. VI, pag. 235. Dn. *Hohndorff*, *Descript. Salinæ Hallensis*, Cap. XX, pag. 112; Dn. *Rassow*, Diss. de *Jure legitimandi Principum Imperii*, Præside Dn. *Gribnero*, An. 1705, 2 April. Lipsiæ habita, §. 2, pag. 9. Id. Dn. *Gribner*, *Opusc. Jur. Publici*, Tom. 4, Sect. V, §. 3, pag. 106 &c. *Magis & minus* speciem non mutare, nec Superioritatem ex Territorii magnitudine æstimandam, recte judicat *Knipschildius*, de *Nobilitate*, lib. 3, Part. I, Cap. I, §. 19, pag. 5; Doctrinam hac in parte secutus *Bodini* de *Republica*, qui Lib. I, Cap. IX, §. 143, p. m. 224, & *Jura Majestatis locorum spatiis, aut Regionum amplitudine, perperam definiri* asserit.

(6) An hæc potestas sit Majestatica & independens? an vero Non-Majestatica, & dependens? omnino non conveniunt Doctores. Alii eam totam Majestaticam (*a*) faciunt. Alii eam totam faciunt Non-Majestaticam & dependentem. (*b*) Alii eam partim Majestaticam & dependentem faciunt, partim Non-Majestaticam. Alii eam dependentem quidem faciunt, æmulam tamen summæ Majestatis. Qui eam faciunt totam Majestaticam, Rempublicam Nostram non unam Rempublicam faciunt, sed plures, inæquali fœdere sibi conjunctas. Vid. *Bœcler*, dict. 1. Lib. 22, Cap. 3. Qui eam faciunt simpliciter dependentem, Rempublicam Nostram faciunt Monarchiam. Reliqui Rempublicam mixtam faciunt.

NOTÆ.

(*a*) TOTAM MAJESTATICAM &c. Ita *Relsendso Heromontanus* (Joh. Wolffgangus Rosenfeld, Frisingensis,) in Tract. de *Summa Principum Germaniæ potestate*, impress. 1669, quem *Huno* ab *Hunefeld*, Teutoburgus (i. e. Schurtzfleischius) refutavit.

(*b*) DEPENDENTEM &c. Huc trahendi omnes, qui de *Reservatis Imperatoriis* ita sentiunt, ut, eorum respectu, Status Imperii parum à mere subditis, vel Ordinibus Provincialibus, discrepent; quorum sententia vero nec veritati conveniens est, nec *Imperatoriæ Majestati* satis honorifica, utpote cujus, præcipua, præ reliquis Europæ Regibus, auctoritas in eo maxime resplendet, quod *Caput*, *Dominus* & *Judex* tantorum audiat Principum, inter quos nonnulli v. g. Electores, Regibus æquiparantur, Regesque *fratres suos* compellant, eodemque vocabulo vicissim ab Eis honorantur, quorum etiam Legati *primi ordinis*, pari censu cum Regiis veniunt, reliqua Jura Eorum Regia, de quibus præced. Tit. VIII. evolvendus, ne nominem. Ut autem veri Reges non desinunt esse tales, etiamsi potestatem suam regulariter *independentem*, certis pactis, sive cum Exteris, sive cum subditis, initis, in tantum *dependentem* faciant; ita nec summæ Statuum Imperii, potestati, qua in Territoriis suis gaudent, (non refert, an ex privilegio; an ex immemoriali præscriptione; numve, ut, hodie, ex Lege?) officit, quod Cæsarem *Caput*, suum, *Dominum*, &, (in casibus non exceptis,) *Judicem*, venerentur: Legibus Imperii fundamentalibus, quas ipsimet cum Imperatore condunt, Mandatisque obtemperent; Pactis cum Exteris constanter inhæreant; nec à Transactionibus, seu conventionibus, quibus subditis se obstringunt, abripi se patiantur, sed inviolabiliter eas servent. Nec proinde impedit hæc qualis qualis *depen-*

dependentia, quo minus dici queat: Status Imperii, in Territoriis suis, summa frui potestate; & quidem, (à tempore *Instrumenti Pacis Westphalicæ* An. 1648, Art. VIII, §. 2. *Gaudeant*,) *ex Lege; Jureque proprio, perpetuo, patrimoniali & in heredes transituro*, ita, ut ad exercendam ejus partem, nullius mortalium, nec Cæsaris, nec Imperii, consensu indigeant; salvo duntaxat semper vinculo, quo Imperatori & Imperio, tanquam membra, noscuntur annexi. Faciunt hanc in rem, cit. *Instrum. Pacis*, Art. VIII, §. 1, verb. *Libero Juris Territorii exercitio*; necnon Capitulat. *Leopoldi*, Art. 3, *Josephi*, Art. 3; *Caroli VI*, Art. 1; Conf. Illustr. Dn. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 2, §. 37, pag. 372; *Limnæus*, lib. 4, *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 183 &c. pag. 237; *Becker* lib. 3. *Jur. Publ.* Cap. 4, pag. 139; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*. Part I, Cap. 14, §. 16, pag. 116; Dn. *Fritzschius*, in Comment. ad L. unic. C. de *Palatiis & Domibus Dominicis*, Cap. VII, §. 1, p. m. 176; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. I, Cap. XX, §. 4, pag. 222, & §. 7, pag. 224; Illust. Auctor *Meditationum in Instrum. Pacis Cæsareo-Suecicum*, Mantiss. I, ad *Specimen Quartum*, §. 7, pag. 5 & 6, & §. 8, pag. 7. Dn. *Thomasius*, Diss. de *Feudis Oblatis*, Cap. I, §. 25, & Diss. de *Injusta Oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum*, §. 5; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.* Cap. 58, §. 2, pag. 593, & §. 7, pag. 600; Dn. *Schilter*, de *Condominio circa Sacra*, Cap. 3, § 2, pag. 105; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure* Cap. 4, p. m. 45. Dn. *Joh. Henricus Feltz*, in *Electis Juris Publici Controversi de Feudis Imperii*, Dissertationis titulo, Resp. Illustr. *Henrico Antonio Wilhelmo* L. B. ab *Ulm*, 28 Maji, An. 1707, Argentorati ventilatis, Controversia 2, pag. 8; & Controversia 3, pag. 12; Dn. *Titius*, Diss. de *Habitu Territoriorum German.* Cap. I, §. 37, pag. 282; Dn. *Hartmannus Petrus Haberkorn*, Diss. Inaug. de *Singulari & communi Principum Imperii Jure*, An. 1689, 15 April. Giessæ habita, Cap. I, §. 10, pag. 4. Dn. *David Wilhelmus Rau*, cit. Diss. Inaug. *de Pari nexu Civitatum Imperialium*, cum S. R. J. an. 1715. Tubingæ defensa, Cap. I, §. 11, p. 19.

(7) Nos, cum Jura Statuum, ut mox videbimus, qua talium, non sint confundenda cum Juribus Superioritatis Territorialis, hinc Reip. formam non posse describi putamus. Illi, qui hæc Jura partim dependentia, partim independentia faciunt, ita incedunt: *Quæcunque Jura Superioritatis territorialis ita sunt comparata, ut Status Imperii ea etiam habeant in Comitiis, ea sunt independentia*, e. g. jus ferendi leges, jura belli & Pacis &c. quia ea sunt communicata cum Statibus Imperii, & illi simul cum Imperatore hæc jura exercent in Comitiis: hinc, quando exercent hæc Jura in suis territoriis, ea exercent Jure independenti: quando ergo statuta condunt, fœdera faciunt, &c. à nemine hoc jus recognoscunt, & pro lubitu suo circa illud disponunt. Ea vero jura, quæ non exercent in Comitiis, sed tantum in suis territoriis, sunt Jura dependentia, & à superiori modum accipiunt, e. g Jus honores, dignitates & privilegia conferendi; quia non communicatum est cum Statibus in Comitiis: hinc, quamvis forte Status Imperii spurios legitimet, habebuntur quidem pro legitimis in ipsorum territorio, tamen extra illud non erunt legitimi; nam, ratione hujus Juris dependent ab Imperatore, adeo, ut si ille specialiter hoc ipsis non concedat vel approbet, pro talibus non habeantur: secus quam in prioribus; quicquid enim, respectu eorum, faciunt in territorio, non valet tantum in territorio, sed & extra illud. *Vide Lamp. part. 3. c. 3.* Eorum opinionem putamus veriorem, qui quidem Superioritatem territorialem omnino dependentem faciunt, ut Ludolphus Hugo, Fridericus Hornius *lib. 2. c. 7. §. 5.* cujus verba hic referre omnino debemus: *Hæc scilicet Superioritas territorialis, Majestati æmula, futura esset Majestas, nisi hanc superiorem in sua ditione agnosceret. Dixeris, omnia Jura Majestatica in hanc confluxisse: adeo proprio nomine & auctoritate hæc talia expediuntur, sine mandato aut præscripto Superioris: ut aliqui serio defenderint: sed cum Imperium Germanicum una Respublica sit, cui repugnat pluralitas Majestatum, recte quidem isti opinioni fuit contradictum ab accuratioribus, qui interim nimis parce Superioritatis ingenium in relatione ad Majestatem, explicarunt: indubitabile illud est, Magistratu amplius quid hic subesse: quod operationes satis ostendunt. Condunt ejusmodi Principes leges, & suis Provincialibus præscribunt, sæpe ab Imperatoriis diversas, imo contrarias. In publicis Comitiis, protestatione facta, eas*

sæpe

ſæpe tutatus eſt Sereniſſimus Saxo, tanquam Juris Saxonici defenſor; & habent hujus, aliorumque Conſtitutiones, ejusmodi decreta, quæ veram vim legislatoriam arguunt: diſtinctam plane à Statutis Civitatum, quæ pactiones & conventiones ſapiunt. Quoad religionem tam eximia conceditur directio, ut Status diverſam ab Imperatoris Epiſcopali Jure introducant. Habent quoque ingens illud armorum jus, cum omnibus ſuis adhærentibus. Quæ omnia Magiſtratu ſublimiorem potentiam inferunt, nec tamen ad Majeſtatem ipſam aſcendunt. Nam extrema provocatio, cum modo conceſſa eſt, & quieſcit, in caſu denegatæ juſtitiæ, ut ad Imperatorem proclamare poſſint preſſi ſubditi. Qui cognoſcit ejusmodi controverſiam, & ipſos etiam Principes, præſertim, ubi contra Majeſtatem aliquid deſignatum eſt, judicat. Pluribusque aliis modis declarat Imperium ſuum in Superioritatem, feudali nexu obſtrictam ejus Majeſtati. Interim hoc poteſtatis genus analogum Majeſtati; inter quam & Magiſtratum, jacet medium, ita tamen, ut ab eo longe abſit, & proxime ad illam accedat. A qua licet oriatur & dependeat, tolli haud poteſt pro lubitu; ſed in perpetuam & hereditariam poſſeſſionem promiſſo Cæſareo, confirmatur. Non verſatur circa nudam executionem jurium; ſed veram continet poteſtatem, analogam ſummo Imperio, ſecundum omnia ejusdem jura. Hæc non ideo referenda duximus, ac ſi omnia nobis probarentur; plura enim ſunt, in quibus merito diſſentimus, ut apparebit in ſequentibus: ſed ut argumenta referremus, ex quibus ſimul & dependentia Superioritatis territorialis appareret, & tamen ſimul etiam, Status Imperii in ſuis territoriis non eſſe tales Magiſtratus, quales olim fuerunt. Licet forte non male dixeris, ſi eos, reſpectu Imperatoris & Imperii ſuis territoriis Magiſtratus dicas; tales tamen, qui alio reſpectu etiam de Summa rerum participant, quoties ſcilicet in Comitiis de Imperii rebus agitur. Ad exemplum eorum, qui in Rebuspublicis, ubi plura ſunt ſubjecta exiſtentiæ Majeſtatis, poſſunt eſſe Coimperantes, & Con-Status; & alio reſpectu inferiores, & omnem ſuam poteſtatem ab iis recognoſcere in territorio, cui præſunt. Neque ita facile negabitur, quod non omnis is, qui non habet Majeſtatem, & tamen habet poteſtatem publicam, ſit Magiſtratus. Si enim convenienter principiis Politicis loqui velimus, utique Magiſtratus erit, reſpectu talis poteſtatis: licet forte talis non ſit, quales & olim fuerunt, & hodie regulariter eſſe ſolent. Superioribus argumentis & hæc addi poſſunt: *Primo*, quod reſpectu hujus poteſtatis, cogantur jurare, *gehorſam zu ſeyn*, quod omnino dependentiam notat. *Secundo*, quod reſpectu hujus poteſtatis, leges accipiant ab Imperatore & Statibus, ut patet exemplis infinitis. *Tertio*, quod per ſententiam judicialem ea ipſis auferri poſſit &c.

(8) Iſtam opinionem, quæ Jura quædam Superioritatis territorialis facit dependentia, quædam independentia, ideo non approbamus: quia, ſi jura quædam ſint independentia, aut eadem erunt cum ipſis Juribus, quæ exercent in Comitiis, aut erunt diverſa: ſi ſunt diverſa ab ipſis, habebimus plures Majeſtates in Imperio noſtro, & ſic Imperium noſtrum non erit una Reſpublica, ſed erunt plures Reſp. fœderatæ; quod eſt contra leges Imperii publicas, quæ ſemper de Republica noſtra loquuntur, tanquam de una Republica: ſi ſunt eadem, oportet ut ſint eadem numero; ſi enim ſpecie tantum eadem dicamus, ut Philoſophi loquuntur, conſtituemus plures Majeſtates, ut jam dictum eſt; ſi ſint eadem numero, erunt Jura Ariſtocratica; à parte enim Statuum Reſpublica, ſecundum veriorem opinionem, eſt mixta per modum Ariſtocratiæ: ſi ſint jura Ariſtocratica, in uniuscujusque Principis territorio, ratione horum jurium, erunt plura exiſtentiæ ſubjecta: ſi ſint plura exiſtentiæ ſubjecta, nullus ex Principibus noſtris ſolus habebit Superioritatem territorialem in ſuo territorio, quod falſum eſt, & contra Imperii leges: Si dicis: *Ipſe modus adminiſtrandi eſt tantum vel Monarchicus, vel Ariſtocraticus &c. interim*

Jura ipsa sunt Aristocratica. Respondemus, sic tamen verum esset, quod jura Superioritatis territorialis tota, qua sunt jura Superioritatis territorialis, essent dependentia; nam quodcunque jus alicui competit tantum per modum administrationis, illud jus est dependens ab eo, cujus nomine administratur. Hinc ergo, quia nulla jura Superioritatis territorialis sunt independentia, tota Superioritas territorialis erit dependens. Et Status Imperii nostri, quamvis, prout sunt Status Imperii, habeant Majestatem, tamen in suis territoriis Majestas nulla ipsis competit: sed potestas aliqua dependens, æmula Majestatis. (1.) quidem ratione objecti; omnia enim possunt in suo territorio; ut Majestas in Civitate. (2.) Ratione durationis; quemadmodum enim Majestas perpetua est, ita & eorum superioritas territorialis perpetua est, non tantum ad vitam eorum, sed & in heredibus per successionem. (3.) Ratione modi eam exercendi; quemadmodum enim Majestas liberrime omnia facit in Civitate, ita ut suæ administrationis rationem non reddat, ita & Principes in suis territoriis omnia liberrime faciunt, ut suæ administrationis non cogantur reddere rationem. Ex quibus (1.) concluditur, Principes nostros non esse Magistratus, quemadmodum olim fuerunt Comites, Marchiones, Duces, Landgravii &c. sed eorum potestatem longe sublimiorem esse; (2) quia tamen hæc eorum potestas est dependens ab Imperatore & Imperio, quod eam in territoriis suis, nomine Imperatoris & Imperii, exerceant; & sic, secundum principia Politica loquendo, sint Magistratus in generaliori significatione, quatenus omnis potestas publica dependens venit nomine Magistratus. *Vide omnino Bœcler. in Comment. ad Grot. lib. 1. cap. 3. num. 11. p. 239. & 240. Conring. de Fin. Imp. c. 25.* Neque videtur hoc obfuscare Serenissimorum Principum nostrorum dignitatem & splendorem; novum enim non est, ut in rebus publicis, ubi plura sunt subjecta existentiæ Majestatis, aliquis diverso respectu, ut Imperans, jure proprio, & ut Imperans, jure dependenti & alieno, considerari possit. (3) Quod formæ omnium Electoratuum, Principatuum & Civitatum, tanquam formæ partiales, sint judicandæ ex forma totius; & quemadmodum in toto nostro Imperio, forma est mixta ex Aristocratia & Monarchia, ita & mixta est in istis: & quemadmodum in aliis Rebuspublicis forma potest esse diversa à modo administrandi, & forma interdum est Monarchia, modus administrandi autem Aristocraticus; ita & in his territoriis, modus administrandi Principatibus est Monarchicus, in Civitatibus Imperii, mox Aristocraticus, mox Democraticus, mox ex Aristocratia & Democratia mixtus.

(9) In definitione præterea diximus, quod Superioritas territorialis sit *potestas ubique in territorio*, i. e. in personas & bona subditorum, nisi quatenus vel lege, vel conventione prohibetur; quia enim dependens est, leges publicæ Imperii nostri varie eam restringere possunt. e. g. in exercitio religionis, in vectigalibus, in fœderibus &c. Interdum & ipsi Imperii Status conventione sua, quædam de jure suo remittunt, e. g. in venationis jure, jure conducendi, jure aperturæ, jure albergariæ &c.

(10) Superioritas territorialis quamvis sit dignitas personæ, & glebæ terræ non adhæreat, tamen nulli competit, nisi habeat territorium immediate ab Imperio dependens. (*a*) *Vide R. Imp. de An. 1654. §. pen.* quia enim Status Imperii hanc suam sublimem potestatem in suis territoriis consequuntur, quia sunt Status Imperii, (*b*) & verò nullus Status Imperii fieri possit, nisi ante sibi istiusmodi territorium acquisierit: certum est, nullum habere superioritatem territorialem, qui non est Status Imperii; hæc enim dignitas ad tale territorium restricta est, *dict. R. I. An. 1654.* Imò, adeò ad territorium est restricta suffragandi potestas, ut nonnulli, pro ratione diversarum ditionum, votorum pluralitate in Comitiis emineant. *Bertram de Comit. Lamp. part. 3. cap. 3.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) DEPENDENS &c. *Non enim cadit Superioritas Territorialis in alios quam Immediatos*; ita *Limnaus*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 183, pag. 237, arg. R. J. *August.* An. 1548, §. *Wiewohl auch in der Regierungs-Handlung &c.* 66. Conf. *Mingius* de *Superioritate Territor.* Cap. 3, §. 30; *Mayer, de Jurisdictione omn. Magistrat.* Membr. 4, Posit. 3, lit. A. *Knichen*, de *Jure Territoriali*, Cap. I, §. 337; *Reinkingius*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. 4, Cap. I, §. 44, pag. 329; *Speidelius*, in *Notabilibus*, voc. *Lands- und Fürstliche Obrigkeit*, pag. 596; Ill. Auctor *Meditationum in Instrumentum Pacis*, Mantiss. I. ad *Specimen Quartum*, §. 13, 14 & 15, pag. 11 &c. *An vero ejusmodi Immediatus Bona sua simul immediate ab Imperatore & Imperio recognoscere debeat?* Quæstio est haud semel agitata. *Reinkingius* l. c. §. 43, pag. 329; *Gailius, Observat. Pract.* Lib. I, Observat. 21, §. 9, pag. 41; *Gylmannus, Symphorem. Supplicat. Cameral.* T. I. Part. I, Tit. 3, Vot. VIII. §. 18, p. 239 &c. *Wehner*, voc. *Stand des Reichs*, pag. 448 &c. aliique permulti, eam affirmant, ob rationes, quod (1) non nisi Status Imperii, Feuda sua immediate ab Imperatore recognoscentes, ejus capaces esse, arbitrentur, (2) ita decisum putent, Art. 45. *Capitulat. Ferdinandi IV*, verb. *Desgleichen wollen wir* - - - *bey* Collation *Fürstlicher und Gräfflicher, auch anderer Dignitäten, vornehmlich dahin sehen, damit, auf allen Fall, dieselbe allein denen von Uns ertheilt werden, die es vor andern wohl* meritirt: *Im Reich gesessen; und die Mittel haben den affectirenden Stand*, pro dignitate, *auszuführen; Niemand aber von den new erhöheten Fürsten, Graven und Herren, dem Fürstlichen* Collegio, *wieder deroselben Willen, auftringen. Sie haben sich dan darzu mit Fürstenmæssigen, oder Græfflichen Reichs-Güthern, vorhero genugsam qualificirt, und zu einer Stands-würdigen Stewren, in einem gewissen Craiß, eingelassen und verbunden &c.* Quæ repetita, *Capitulat. Leopoldi*, Art. 44; *Josephi*, Art 43; & *Caroli VI*, Art. 13; (3) *Arg.* R. J. *Ratisbon.* An. 1654, §. *Uber diß haben wir &c.* 197, verb. *Der im Reich ohnmittelbahrer Begütung &c.* & interjectis paucis: *Dieses beneficium Sessionis & Voti auf Dero* (admissorum Principum) *Erben und Successorn nicht extendirt werden solle; Sie haben sich dann vorhero, mit ohnmittelbaren Fürstenmæssigen Reichs-Güthern versehen &c.* Claris verbis definitum fit: Sereniss. Principum: *Leopoldi Philippi Caroli Salmensis*; *Maximiliani Diterichsteinii*; *Johannis Ludovici Nassovii in Hadamar*; &c. *Octavii Piccolominii*; *Nassoviorum* in *Siegen, Dilleburg* & *Dietz*; & *Johannis Weickardi Auersbergii*, Heredes, prærogativa Statuum Imperii non gavisuros, nisi adimpletis prius dictis conditionibus.

Alii contra *Negativam* fovent, quod (1) *Dominium, Jurisdictio, & Territorium*, inter se plane sint diversa, nec ab uno ad alterum inferre liceat; vid. *Meichsner*, Tom. 3. *Decis. Cameral.* Decis. 26, §. 48, pag. 569 &c. *Knichen, Velitat. Apologet.* n. 13, 14, 110, 120, 131; *Reinkingius* ipse l. c. §. 46 &c. pag. 329; *Heider, Apolog. der Reichs-Vogtheyen*, Cap. VIII, pag. 311; *Petrus Friderus*, de *Contin. Caus.* C. 20, §. 36; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 108, pag. 105. (2) Permulti dentur Status, qui Terras suas, non ab Imperatore, sed ab aliis Con-Statibus, in Feudum recognoscunt, vid. *Reinking.* l. c. lib. I, Class. 4, Cap. XVI, §. 41, pag. 425; *Limnaus*, lib. I. *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 99 & 100, pag. 95, & lib. V, Cap. XVI, §. 7 & 8, pag. 372; & Tom. 4, Addit. ad Lib. I, Cap. VII, §. 99, pag. 74 & 75; & Tom. V. Addit. ad eundem locum, pag. 124 & 125; *Europ. Heroldt*, T. 1. p. 166 &c. laudandique mox alii; hocque titulo, v. g.

Comitatus *Beilsteinensis*, Feudum audiat Electoris Palatini; teste propria confessione *Johannis*, Com. *Sainensis*, sub dato *Bacherach*, An. 1359 &c. *Feria secunda post Galli Confessoris*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2, *Spicilegii Secularis*, 43 *Absatz*, §. 23, pag. 989, ubi: *Wir Johann, Graf zu Sayn, erkennen Uns offentlich, in diesem Brieff,* - - - *daß Wir dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Ruprecht dem altern, Pfaltzgrafen bey Rhein, des Heil. Röm. Reichs Obersten Truckfaß &c. Unserm Lieben Gnädigen Herrn, die Graffschafft Beylstein, die wir von Ihme, als von der Pfaltz wegen, zu Lehen gehabt haben, uffgeben* - - - *also, daß Er dieselbe Grafschafft Beylstein dem Edlen Herrn, Herrn Engelbrecht von der Marckt, und seinen Lehens-Erben, zu rechtem Mann-Lehen, fürbaß leihen soll. Dannoch behalten Wir, von Unserm ehegenannten Herrn Hertzog Ruprechten dem ältern, zu rechtem Mann-Lehen, die Graffschafft zu Sayn, und das darzu gehöret, und Viernburg das Hauß mit aller seiner Zugehörung &c.*

Comitatus *Castellæ*, Feudum *Würtzburgicum*: Vid. Dn. de *Forster*, Regi Borussiæ à Consiliis Sanctioribus, literæ ad Collegium Comitum Franconicorum, sub dato *Onoltzbach*, 11 April, 1721, apud *Fabrum*, Tom. 38. *der Staats-Cantzley*, Cap. XI, §. 2, p. 569. *Europ. Heroldt*, T. 1, p. m. 723.

Comitatus *Catimelbocensis*, seu *Darmstadiensis*, Feudum Herbipolense. Vid. *Victor*, de *Exemptionibus*,

bus, Concluf. 28, §. 49, pag. 170; *Europ. Heroldt*, T. 1, pag. 474.

Comitatus *Dietzensis*, Feudum Trevirense. Vid. *Vietor* l. c. *Europ. Herold.* l. c.

Comitatus *Erbacensis*, Feudum Electoris Palatini. Vid. *Limnaus*, Tom. 4, Addit. ad Lib. I. *Jur. Publ.* Cap. VII. §. 96, pag. 74; Dn. *Itter*, de *Feudis Imperii*, Cap. V, §. 18, pag. 206; Illuft. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XIX, §. 1, pag. 321; *Europ. Heroldt* l. c. pag. 726; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 4, Difcurf. ad Objectiones 18 &c. §. VI, pag. 101.

Comitatus *Falckensteinius*, Feudum Lotharingicum, de quo ita *Limnaus* l. c. Tom. V. Addit. ad Lib. I, Cap. VII, §. 99, pag. 125: *Die Graffschafft Falckenstein am Donnersberg, und an der Untern Pfaltz, gelegen, empfänget der Herzog von Lottringen vom H. R. Reich* immediatè *zu Leben, und verleihet sie nachmahls den Graffen, oder Herrn, von Falckenstein; daß alſo*, his reſpectibus, *diese Graffschafft ein Kayſerliches und Lotthringiſches Lehen iſt. Neben dieſer Lehnbahren Qualität, iſt ſolche Grafſchafft ein* Immediatum S. R. Imperii *und des Ober-Rheiniſchen Craiſes* non Ignobile Membrum, *und werden die Herren und Graffen, dieſer Grafſchafft Innhaber und* Poſſeſſores *vor einen* Immediat *Reichs Mitt-Stand, erkant und gehalten &c.* Conf. Dn. *Itter* l. c. Dn. *Im-Hoff*, *Notit. Procerum Imperii*, lib. VI, Cap. 3, §. 2, pag. m. 292.

Comitatus *Hallermundanus*, Feudum Electorale Brunſuico-Luneburgicum. Vid. *Faber* l. c. Tom. XVI, Cap. 4, §. 5, p. 231 &c.

Comitatus *Hojensis*, itidem Feudum Brunſuico-Luneburgicum, *Europ. Heroldt* T. 1, pag. 459. Dn. *ImHoff* l. c. lib. 4, c. 4, §. 16, p. m. 154.

Comitatus *Lobræ & Klettenberg*, Feuda Halberſtadenſia; Vid *Europ. Heroldt*, l. c. p. 643; Dn. *Im-Hoff* l. c. Cap. XIV, §. 21, p. 329.

Comitatus *Mansfeld*; Feudum Saxo-Magdeburgicum; de quo Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure* l. c. hypotheſin hanc defendens: *Teſtis eſt Ducatus Noſter Magdeburgicus, in eoque ſitus Comitatus Mansfeld. Illuſtriſſimos enim Comites de Mansfeld Status Imperii eſſe, extra dubium eſt; ſed & hos omni Superioritate Territoriali carere, verius quam quod veriſſimum; cum non tantum, tanquam ſubditi & Vaſalli, totum Comitatum utriusque Superioritatis, beyder Hoheiten der Sächſiſchen und Magdeburgiſchen, ab Electore Saxoniæ, & Duce Magdeburgico, recognoſcant; ſed & hic Comitatus, vigore hujus Superioritatis, ab hiſce Principibus, jam, propter debita Comitum, adminiſtretur, adeo, ut Illuſtriſſimi Comites ne vicum quidem, ab Imperio Romano immediate recognoſcant &c.* Conf. Idem, de *Palatio Regio*, §. 108, pag. 105, ad *Arumaum* de *Comitiis*, Cap. 4, §. 76, & *Heideri Apologiam* l. c. provocans. Dn. *Schultz*, *Anleitung zu dem Jure Publico*, lib. 2, 1 *Abtheilung*, Cap. I, §. 7, pag. 97; Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diſſert. XXVI, §. 1, pag. 561 &c. monens ſimul, Sereniſſ. Saxonum Electoris Jura in Comitatum hunc, haud ita pridem in Potentiſſ. Electorem Brunſ. & Luneburg. fuiſſe tranſlata. *Europ. Heroldt* l. c. pag. 243, & 626; Dn. *ImHoff* l. c. lib. VI, Cap. X, §. 5, pag. 310. Dn. *Spener Op. Herald.* Part. Spec. Lib. I, Cap. 59, §. 1, pag 246 &c.

Ducatus *Mecklenburgicus*, Feudum Brandenburgicum; teſtibus literis Reverſalibus *Johannis* Ducis, ſub dato *Ratenau, am nechſten Sonnabende nach S. Johanns-Tag des Tauffers*, An. 1427, *Friderico*, Electori Brandenburg. oblatis, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs-Archivs*, IV *Abtheilung*, 3 *Abſatz*, §. 3, pag. 5 & 6, ibi: *Uber ſolche Summa Geldes, iſt nemlichen beredt und beteidinget worden, daß Wir, obgenanter Hertzoge Johanns, Unſer Erben und Nachkommen, Hertzogen zu Mecklenburg, alle Unſer Lande und Leute, mit allen und jeglichen iren Zugehœrungen, war die gelegen, oder wy ſie gnannt ſein, nichts ußgenommen, von dem ehgnanten Marggrave Fridericbe, ſeinen Erben, und der Marggrafſchafft zu Brandenburg, zu rechtem Mann-Lehn empfangen, und lyplichen zu den Heiligen geſchworen haben; nemen, entpfan, und ſchweren In auch lyplichen, zu den Heiligen, in krafft dieſes Briefes, alſo, daß Wir, alle Unſer Erben und Nachkommen, Hertzogen zu Mecklenburg, dem ergnannten Marggraven Friderichen, Seinen Erben und Nachkommen, getreue und gewere ſin ſollen und wollen, alsdann ein Mann ſeinem Erb-Herren, von Rechts-wegen, pflichtig iſt, ane Arg, und ane Geverde. Und wie ergnannte Hertzog Johanns, Unſer Erben und Nachkommen, Hertzogen zu Mecklenburg, ſullen und wollen auch, Unſer Lehn, Lande und Leute, alß dicke und offte die verfallen, und Not geſchiehet, von den ergnannten Marggraven Friederiche, Seinen Erben und Nachkommen, Marggraven zu Brandenburg, zu rechten Man-Leben nehmen und empfangen, alß Man-Lehns-Recht und Gewohnheit iſt &c.* Attamen, temporis ſucceſſu, Duces ab ipſo Imperatore fuiſſe inveſtitos, palam eſt.

Ducatus *Pomeraniæ*, Feudum Brandenburgicum; vid. mox, voc. Ducatus *Stetinensis*.

Palatinatus Rheni, Feudum Wormatienſe; juxta *Vietorem* l. c. §. 49, p. 170; Conf. *Knichen*, de

Saxo-

Saxonum non provocandi Jure, C. 1, §. 132, pag. m. 43.

Comitatus *Ritbergicus*, Feudum Hasso-Cassellanum. Vid. præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 15.

Comitatus *Saynensis*, Feudum Electoris Palatini. Vid. Literæ Feudales *Ludovici* C. P. R. sub dato *Bacharaci*, An. 1273, XI Cal. Septemb. *Godefrido*, Comiti *Sainensi*, exaratæ, apud *Freherum*, T. 2. *Origin. Palatin.* Cap. VII, pag. 24 & 25; Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 86, pag. 71, & Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXVII *Absatz*, §. 253, pag. 398, ibi: *Nos Ludovicus, D. G. Com. Palat. Rheni --- notum facimus universis --- quod dilecto Fideli & Consanguineo Nostro, Viro Nobili, Gotfrido, Comiti Seynensi, propter sua probitatis merita, & servitia, qua Nobis, & heredibus Nostris, imposterum est facturus, Cometiam Seynensem, cum omnibus suis pertinentiis, de Gratia Nostra, liberaliter contulimus, Titulo Feodali; exceptis possessionibus & bonis, qua Eberhardus, Fidelis & affinis Noster, Comes de Seyn, Dominus de Eberstein, recol. mem. Patri Nostro, & Nobis, soluta & libera dimisit &c.* Eodem faciunt Literæ recognitionis dicti Comitis, sub eodem dato, apud *Freherum* l. c. pag. 25; Dn. *Tolnerum* l. c. §. 87, pag. 71, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 254, pag. 399. *Nos Gothofredus, Comes Seynensis, tenore præsentium, universorum, præsentium & futurorum, Notitia declaramus, quod, cum Sereniss. Dn. Noster, Ludovicus, Illustris Comes Palatinus Rheni, Dux Bavaria, Nobis Cometiam Seynensem, cum omnibus ejusdem pertinentiis, de sua Gratia, libere contulisset, promisimus fide data, ad hoc corporali Nos juramento nihilominus adstringentes, quod eidem Domino Nostro, contra omnes, nullo prorsus excepto, adstabimus consilio, auxilio & favore &c.* Conf. literæ *Johannis*, Com. *Saynensis*, de An. 1359, modo nominatæ; ut literæ Feudales *Ludovici III*, Elect. Palat. *Gerhardo*, Com. *Sainensi*, An. 1411, sub dato *Oppenheim*, *in Vigilia Nativitatis B. Johannis Baptista*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2, *Spicilegii Secularis*, 43 *Absatz*, §. 28, pag. 992; Aliæ Ejusdem Electoris literæ, sub dato *Heydelbergh*, *Feria sexta ante Dominicam Vocis Jucunditatis*, An. 1433, *Diterico*, Com. *Saynensi*, Concessæ, ibid. §. 30, p. 992; Reversales hujus Comitis, *sub dato, Freytag S. Dionisien Tag*, *An. 1450*, quod à *Friderico*, Electoris *Philippi* Administratore, *die gantze Graffschafft zu Sayn, mit Mannschafft, Lehenschafft, Schlossen, Landen, Leuthen, und Zugehörungen*, in Feudum acceperit; apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 40, pag. 999. Literæ Feudales *Friderici I*, Electoris, sub dato *Covelentzs*, *Sabbatho post Dominicam Oculi*, *1453*, pro *Gerhardo*, Comite *Sainensi*, ibid. §. 45, pag. 1002. Reversales *Gebhardi* Comitis, an. 1477, *Dornstag nach des H. Creutz Tag* Exaltationis, *Philippo* Electori oblatæ, ibid. §. 55, pag. 1009. Reversales *Gerhardi* Comitis, An. 1496, *Montag nach S. Lamprechts Tag*, dicto Electori datæ, ibid. §. 61, pag. 1013. Alia Documenta huc spectantia habentur ibid. v. g. Reversales *Johannis* Comitis, An. 1506; §. 64, pag. 1015; & An. 1509, l. c. §. 66, pag. 1015; & An. 1540, l. c. §. 69, pag. 1017; & An. 1546, §. 70, pag. 1018; *Sebastiani* & *Hermanni* Comitum, An. 1572, ibid. §. 88, pag. 1033; *Hermanni*, An. 1577, §. 90, pag. 1034; *Henrici* & *Hermanni*, An. 1584, §. 92, pag. 1036; Literæ Feudales *Friderici* Electoris, pro *Ludovico* Comite, An. 1594, §. 99, pag. 1053; Reversales hujus Comitis, an. eod. §. 100, pag. 1054; & de An. 1605, §. *123*, pag. *1086*; ut & *Wilhelmi* Comitis, An. *1606*, §. *125*, pag. *1087*; & An. *1612*, §. *133*, pag. *1101*, & An. *1614*, §. *135*, p. *1102*; & *Christiani* Comitis, An. *1654*, §. *164*, pag. *1139*. Literæ Feudales *Caroli Ludovici* Electoris, sub dato *Heydelberg*, *uff Sontag, so war der 12 Monaths Tag Februarii 1654*, eidem Comiti traditæ, l. c. pag. *1140*. Transactio, inter *Augustum* & *Philippum* Comites, *Francofurti* An. *1712*, 3 Octobr. inita, & à *Johanne Wilhelmo* Electore, qua Domino Directo, sub dato *Düsseldorp*, *1714*, *13* Maji, confirmata, l. c. §. *187*, pag. *1166* &c. ubi notanda verba: *Und dan Uns* (Electorem) *Eingangs bemeldte beede Herrn Grafen unterthänigst gebethen, wir sothanen Vergleich, ---- von Lehen - Herrlicher Macht und auctoritat wegen, gnädigst zu genehmen, und zu bestätigen geruhen möchten &c.* Literæ Feudales laudati Electoris, quibus sub dato *Heydelberg*, 8 Octob. 1714, *Augusto* & *Philippo Wilhelmo*, Comitibus prospexit, ibid. §. 189, pag. 1169. Catalogum prædiorum Comitatus hujus, quæ adhuc hodie *allodialia* sunt, exhibet Dn. *Joh. Henricus Alexandri*, Diss. Inaug. *de Jure allodiali Principum Imperii*, Præside Illustri *Stryckio*, An. 1697. habita, Cap. 3, §. 60, pag. 40 & 41, ibi: (1) *Die 3 Kirchspiel, Höchstenbach, Almersbach und Schönberg, sind Graf Gerharden von Sayn, mit einer Gräffin von Wiedt*, Johannetta, An. *1489*, *als* Allodial, pro dote *zugebracht, und als* allodial, *über 200 Jahr, von den Herren Graffen von Sayn besessen worden.* (2) *Die Vogtey Roßbach, samt dazu gehörigen Landen und Gütern, Höfen, Mühlen und Zehenden, sind als* allodial, *von den von Helffenstein und Geißlen, erblich erkaufft.* (3) *Der mit dem Fürstl. Hauß Nassau-Dillenberg in Gemeinschafft begriffene Grund Burbach und Seelbach ist, Saynischer Seiten*, allodial; (4) *Die Frußbergischen Kirch-Spiel, welche das Land von Frusberg genennet worden, sind* allo-

allodial; *Das Hauß, Schloß und Vestung Frusberg, ist ein Chur-Trier- aufgetragenes Lehn;* (5) *Der Bann Maxseim ist zum Theil* allodial, *zum Theil Chur-Trier*, an. 1340, *zu Lehn aufgetragen worden.* (6) *Der Flecken Bendorff, oder Bedendorff;* (7) *Die in der Graffschafft Sayn sich befindende Mühlen;* (8) *Groß- und Klein Zehenden;* (9) *Das Hauß und Stättlein Waltersburg hat vor diesem zu der Grafschafft Sayn gehöret, ist aber an die Grafen von Leining-Westerburg versetzt, und wird als* allodial *von Ihnen besessen &c.*

Comitatus *Schœnburgicus*, ex parte Feudum Bohemicum, & ex parte Electorale Saxonicum. Vid. *Europ. Heroldt*, T. 1, pag. 643; Dn. *Schultz* l. c. §. 7, pag. 97.

Comitatus *Solmensis*, Sub-Feudum Palatino-Sainense oblatum; spectant huc tabulæ *Johannis*, Com. *Solmensis*, ejusque Conjugis *Irmengardæ*, sub dato *Brunenfelß*, An. 1326, *an Sente Andreas Tage &c.* ap. Dn. *Lunigium*. Part. 2. *Spicilegii Secularis*, 50 *Absatz*, §. 1, pag. 1361 &c. Inde adduxisse sufficiat: *Wir Greve* Johan *von Solmse, und* Irmegart, *Unse Ehelich Hußfroywe, ein Gräfinne zu Solmeße, bekennen --- daß Ich, Greve* Johann *von Solmesse, umme rechte Liebes-Noit, und umme rechte ehehafte Noit, umme zu verlissene min Land, und mine Lüde, und mine Bürge, daz ich hatte von Greve Gottfrieden von Seine, oder wo Ich daz hatte, daz were an Land, an Lüden, an Eigene, an Erbe, an Mannen, an Bürgmannen, an Güte, an Bürge, und ich den nit behalten kunde, weder Lif, noch Gut, noch Huß, so hab Ich, mit gutem Willen myner vorgescrieven Hußfrawen* Irmegarten, *der Gevinne zu Solmesse, deme Edle Manne, Greve Gottfrieden von Seine, Unseme Herrn, und Unsem Magen, ufgeben, sonder aller Ding Verdeidinge ane Argelist, Unse Lehn, die Grafffschafft zu Solmesse, an Bürgen, die wir drin gebuwet hain, und Gerichte, und Land, und Lüde, und Man, und Burgman, und Dienstman, und Güd, daz sy ersucht, oder unersucht, wie daz dazzu gehöret &c.* Conf. eorundem propria confessio, de an. 1341, *uf den grossen Sontag, als man singet: Invocavit me, in der Fasten*; ibid. §. 2, pag. 1362 &c. Clarius se habent Reversales *Johannis* Comitis, sub dato 1367, *Sexta Feria p. Decemb. ante Portam Latinam*, apud Dn. *Lunigium* l. c. 43 *Absatz*, §. 24, pag. 990, ubi: *Ich* Johann, *Greve zu Solmesse, dain kund allen Lüden, und bekeine offentlich, in diesem Brieve, daß ich empfangen han die Graffschafft von Solmse, von dem Edlen Greve Johanne, Greve zu Sayn, mine liebe Neven, also, als sie mine Alteren entfangen han, von Yn, als die Brieve inne haltend, die dar-über gegeben sind; und sol Ich die vürgedachte Graffschafft von Solmße ümmermehr zu rechten Erb-Lehen haben, von dem Edlen von Sayne vürgedacht, und sol Ihme getrewe und holt sin, in alle Wyß, as die alten Brieven inne haltend &c.* Eodem faciunt Literæ Feudales *Ludovici III.* Elect. quas, sub dato *Oppenheim, in Vigilia Nativitatis B. Johannis Baptistæ*, An. 1411, *Gerhardo*, Saynensum Comiti scripsit, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 28, pag. 992: *Wir Ludwig, von Gottes Gnaden, Pfaltzgraffe bey Rhein, des H. R. Reichs Oberster Truchseß &c. bekennen offenbahr, mit diesem Brieff, daß wir dem Edlen Unserm lieben Neven und Getreuen,* Gerhardten, *Graffen zu Sayn, zu Mann-Lehen verliehen han ---- die Graffschafft von Solms, die Graffe Joyan von Solms fürbaß von Ihme hat; Item Braunsberg das Schloß, mit seiner Zugehörunge, daß der Graffe von Wied hat &c.* Aliæque similes, sub dato *Heydelbergh, Feria sexta ante Dominicam Vocis Jucunditatis, An.* 1433, Comiti *Diterico Sainensi* oblatæ, ibid. §. 30, pag. 992; pariter ac illæ, quas *Gerhardus* Comes *Saynensis*, sub dato *Covelentzs, Sabbatho post Dominicam Oculi*, 1453, ab Electore *Friderico I.* obtinuit, ibid. §. 45, pag. 1002; add. Reversales Comitis *Gerhardi* Saynensis, sub dato, *Montag nach S. Lamprechts-Tag*, An. 1496, ibid. §. 61, pag. 1013.

Ducatus *Stettinensis* Feudum Brandenburgicum, teste Diplomate *Ludovici* Bavari Imp. de An. 1328, apud Illust. de *Gundling*, *in seinen Historischen Gedancken, über die Königl. Preussische Erbhuldigung*, pag. 7, ubi:

Ludovicus D. G. *Romanorum Imp. semper Augustus; Illustribus Buggozlao, & suis fratribus, nec non ejus heredibus, Stetinensibus, Slavorum, Cassuborum, & Pomeranie Ducibus, Consanguineis suis dilectis, gratium, salutem, & omne bonum. Denunciamus Vobis, quod Ducatus Stetinensis, Slavorum, Cassuborum & Pomeranie supra dicte, immediate descendunt in pheodum à Marchionatu Brandenburgensi, Archi-Cameratu Imperii, & ad Illustres Marchiones Brandenburgenses, qui sunt pro tempore, pertinet, sicut ad Dominos collatores, quibus jus pertinet Ducatus ipsos in pheodum conferendi. Ideoque Illustrem Ludovicum, Marchionem Brandenburgicum, Archi-Camerarium Nostrum, & Imperii Principem, & Primogenitum Nostrum Karissimum, Magnificentie Vestre, tanquam Eum, cui jus conferendi, & impheodandi, de predictis Ducatibus, legitime pertinere dignoscitur, demonstramus, & ad ipsum Vos remittimus. Volentes, ac etiam injungentes Vobis, & Vestris heredibus, ut, quemadmodum Vestri Progenitores Vestros Ducatus ipsos, ab Antiquis Marchionibus Bran-*

Brandenburgensibus, in pheodum, cum omnibus suis pertinentiis & Juribus, possederunt, & cognoverunt; sic à predicto Marchione, Filio nostro, eosdem in pheodum recipiatis, possideatis, & recognoscatis similiter, cum pertinentiis suis, & juribus universis. Datum Lateran. 27 Die Mens. Januar. An. Domini 1328, Regni Nostri Anno XIV, Imperii vero primo &c. Conf. *Curieuser Avisen- oder Zeitungs-Schlüssel,* de An. 1722, XIII *Oeffnung,* §. 2, p. 544 &c. quamvis postea Investituram hanc ipsi Cæsares contulerint.

Comitatus *Waldeck* Feudum Hassiacum oblatum, testibus literis Feudalibus *Ludovici* Landgravii, sub dato *Cassel, Feria secunda proxima ante Beatorum Dionisii & Sociorum Ejus Martyrum, An. 1431,* in favorem *Ottonis* Comitis, exaratis, apud Dn. *Lunigium,* Part. spec. *des Reichs-Archivs,* Contin. 2, 2 *Fortsetzung,* XXV *Absatz,* §. 224, pag. 353, ubi: *Wir Ludewig, von Gottes Gnaden, Landgraff zu Hessen, bekennen, vor Uns, und Unsere Erben, offentlich mit diesem Brieff, vor allen Leuthen: Als der Edel Otto, Graf zu Waldeck, Grafen Adolfs seel. Sohn, Unser lieber Oheim, Uns seine Schlossen, Landen, Burgk, und Stadt, mit allen ihren Zugehörungen, als darzu gehört, und seine Eltern seeligen, und Er, die inne gehabt, und herbracht han, aufgelassen und auftragen hat, daß Wir Ihme dieselbe Schlosse wiederumb zu rechter Erb-Mann-Lehn geliehen han &c.* Conf. Ejusdem Literæ feudales, sub dato *Sonnabend nechst nach S. Johannis Tag, als er enthaupt ward, Decollationis zu Latein genandt, An. 1438,* ibid. §. 225, pag. 353: *Wir Ludwig --- bekennen --- daß der Edle Otto, Graf zu Waldecken, was Er der jtzt innen hat, und alles, daß er in Recht daran eygen solle, oder usen und syne Erben von den Edlen* Henrich, *und* Wohlraden *syne Sohn, synen Vettern, und ihren Erben, ersterben und gefallen möchte, es sey an Schlossen, Städten, Dörffern, Gerichten, Freyen-Stühlen, Wassern, Weyden, Fischereyen, Wildpännen, Wälden, Velden, und allen andern Herrlichkeiten und Zubehörungen, nichts außgenommen, von Uns zu rechten Mann-Lehen empfangen hat, also, daß derselbe obgenante Graf Otto, und seiner Liebs Lehens-Erben, die obgenante Grafschafft, von Uns, Unsern Erben, und wer ein Fürst des Landes zu Hessen ist, nuvorbaß zu rechten Mann-Lehen, haben, tragen, verstehen, empfangen, und Unser getreu und Erb-Edel Mann darumb syn und verbleiben sollen, ohne aufgeben, sonder alles Gefehrde und Argelist &c.* Præsertim huc faciunt *Henrici & Walraffi* Comitum literæ oblationis ipsius, Landgravio *Ludovico,* sub dato 1438, die undecim millium Virginum, scriptæ, ibid. §. 226, pag. 354 &c. *Wihr Heinrich, und Walraffe, sin Son, Grafen zue Waldegken, bekennen --- als der Hochgebohrne Fürste, Herr Ludewig, Landgrafe zue Hessen, Unser lieber Oheim, Uns mit einer Summe Geldes, umb unser anliegende Noid und Schuld willen, darinn Wir itzt sind, geholffen haid ---- und han Ihme wiedderumb unsere Graveschafft zue Waldegken, die unser frie eyen Erbe ist, und unser Obre Aldern, noch wir, von keinem Herrn, nie zue Lehn gehabt, noch getragen han, gantz und alle, mit alle ihren Zugehörungen, als silen uns der zustehet, verpfand und unterpfandt, und hernach mechtig worden mügen; es Sie an Manschafften, Schlossen, Steden, Dorffern, Lüten, es sie an Lehin, Gerichten, Frienstulen --- Herrlicheiden, Freyheiden, Rechten und Gewonheiden --- nichts davon ussgenommen, --- Unsem lieben Oheim von Hessen, recht und redelich, so Wir ümmer rechtlicher sullen und mügen, ufsgetragen, ufsgelassen und ufsgegeben --- und derselb Unser lieber Oheim hat Uns darnach, mit derselben Unser Graveschafft, und allen ihren Zubehörungen vorgenandt, recht und redelich, belehnt, und Uns die zue rechtem Erb-Mann-Leben geliben, die wir auch von Ihme, zue rechtem Erbe-Mann-Leben, also entpfangen, Ime darüber gelobt und geschworen haben &c.* Ad quas literas quoque Sereniss. *Carolus* Landgravius in aliis, quas, sub dato *Cassel,* 1 Februar. 1710, Illustriss. Comes, *Fridericus Anthonius Ulricus,* ab ipso nactus est, provocat, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secular.* Part. 2, 58 *Absatz,* §. 59, pag. 1453, verb. *Als vormahls die Wohlgebohrne, Heinrich, Graff zu Waldeck, und Graff Wolrath sein Sohn seel. weyland dem Durchlauchtigen Fürsten, Hr. Ludwigen den ältern, etwan Landgraffen zu Hessen --- die Graffschafft Waldeck, mit Mannschafft, Schlössern, Städten, Dörffern, Landen und Leuten --- uffgelassen, uffgetragen und uffgegeben haben --- und berührter Unser Uhr-Uhr-Uhr-Uhr-Uhr-Uhr Alt Vatter seel. die jetzt genannte Graffen zu Waldeck, mit solcher Ihrer Graffschafft ---- wiederumb belehnet --- daß wir demnach den Hochwohlgeb. Unsern lieben Neven und Getreuen, Friderich Anthon Ulrichen, Graffen zu Waldeck ---- belehnet haben, und belehnen Sie gegenwærtiglich, in und mit Krafft dieses Brieffs, zu rechten Erb-Mann-Lehn, mit solcher Graffschafft zu Waldeck, und aller deroselben Graffschafft Zugehœrungen, es sey an Mannschafft, Schlössern, Städt --- Herrlichkeiten, Freyheiten, Rechten, Gewohnheiten, und anders, welcherley des seye, und wie es Nah-*

men haben mag, nichts ausgeschieden &c. Natura hujus Infeudationis, & quid involvat, melius cognosci nequit quam ex ipsa Conventione, inter Celsiss. Domum Cassellanam, & Illustriss. Comites Waldeccios, An. 1635. 11 April. inita, ast an. 1647, 3 April. Cassellis ad finem demum perducta, apud Dn. *Lunigium* l. c. in *Supplementis*, pag. 1885 &c. §. 2. Conf. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. 4, Cap. XVI, §. 39, pag. 425; Dn. *Schütz*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 8, lit. b, pag. 359; *Europ. Heroldt* T. I. pag. 658; Dn. *Spener*, *Op. Herald.* Part. spec. lib. 3, Cap. 39, §. 7, pag. 722; Dn. *ImHoff* l. c. lib. VI, Cap. XIX, §. 10, pag. 348; Dn. de *Förster*, cit. Literis ad Illustriss. Comites Franconicos, apud *Fabrum* l. c. Tom. 38, Cap. XI, §. 2, pag. 569, v. 3.

Comitatus *Wertheimensis*, Feudum diversorum Principum. Dn. *Feltz*, *in Electis Juris Publici controversis de Feudis Imperii*, Controvers. 4, pag. 15; *Europ. Heroldt* l. c. pag. 732 &c. Dn. *ImHoff* l. c. lib. VI, Cap. XVIII, §. 4, pag. 344. & Lib. VIII, Cap. V. §. 4. pag. 423.

Ducatus *Würtenbergicus*, ab An. 1534. i. e. à Transactione *Cadanensi* (de qua præced. Lib. I, Tit. 2, §. 15, lit. A, pag. 270, & Tit. V. in vita *Ferdinandi I.* Imp. ad h. a. pag. 740 & 741. & Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Part. I, pag. 27.) ad Annum usque 1599, 24 Januar. (quo *Rudolphus II.* Imp. *Fridericum* Ducem sub-Infeudationis nexu liberavit,) Feudum Austriacum. Vid. supr. cit. Cap. V, in vita *Rudolphi II*, ad An. 1599, pag. 752; *Nicolaus Everhardus Junior*, Conf. 41, §. 85, Lib. I; *Limnæus*, *Jur. Publ.* lib. I, Cap. VII, § 100, pag. 95, & Tom. V. Addit. ad Lib. I, Cap. VII, §. 99, pag. 124 &c. *Reinking* l. c. lib. I. Class. 4, Cap. XVI, §. 41, pag. 425, & Class. V, Cap. 4, §. 12, pag. 553 & 554; *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. I, Discurs. XXIX, §. VI, pag. 491; & 493, & 494. *Mylerus* ad *Rumelinum* in A. B. Part. 3, Diss. V, §. V, pag. 843 &c. *Lyncker*, Diss. de *Superioritate Territoriali*, An. 1686. Jenæ habita, & An. 1699. recusa, §. *Possunt etiam Terræ*, pag. 45; & §. *Quid vero si Princeps &c.* pag. 54. *Strauchius*, Differt. Exoter. X, §. 21, pag. 288 &c. *Europ. Heroldt*, l. c. pag. 481 & 483; Dn. *Spener* l. c. lib. I, Cap. IX, §. 59, pag. 60; Dn. *ImHoff* l. c. lib. 4, Cap. VI, §. 9, & seqq. pag. 169; Dn. *Feltz* l. c. pag. 15. Dn. de *Förster* l. c. pag. 571, v. 4.

Aut (3) *Allodiali Jure* possident. *Non prætereundum, ad constituendam Regalem dignitatem, non semper necesse esse, ut Castrum aliquod, cum universali Territorii Jure ab Imperatore, vel alio Superiorem non recognoscente, in Feudum detur, sed satis est, ut possessor ejusmodi Castrum in Principatum, Comitatum & Baronatum, cum sublimi Territorii Jure, ac Regali dignitate, in allodium suum acceperit, vel habeat; ut, ex Munstero, de Origine Princip. German. tradit Johannes Goeddæus, in Respons. Juris, de Restit. Baron. Vallend. n. 458. Itaque, in Imperio non omnes Comitatus Immediati sunt Reichs-Lehen, sed etiam quidam sunt Eygenthum.* Hæc *Reinkingius* l. c. §. 38 & 39, pag. 425; Conf. Idem, lib. I, Class. 4, Cap. 14, §. 12 & 13, pag. 403; *Sixtinus*, de *Regalibus* lib. I, Cap. 4. n. 60 &c. *Mylerus*, in *Nomolog.* Cap. 14, n. 4; Dn. *Itter* l. c. Cap. V, §. 4, pag. 181; & Cap. VIII, §. 17, pag. 396 &c. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XXVI, §. 4, pag. 563 & 564. Id. in Diss. de *Allodiis Imperii*, §. 42 &c. Dn. *Lyncker*, l. c. Dn. *Joh. Henricus Alexandri*, cit. Diss. Inaug. de *Jure Allodiali Principum Imperii*, Cap. 3, §. 52 & seqq. pag. 38 &c. Exemplis quibusdam ut thesin illustremus, præter Ducatum *Luneburgicum*, qui, respectu originis, notorie *merum allodium* fuit, priusquam *Otto* Dux, an. 1235, *Friderico* Imp. eum in Feudum obtulerit, hocque titulo ab Eodem receperit, & in Posteros transmiserit; vid. præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 11, *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Ottonis*, p. 198 &c. ordine alphabetico locum hic merentur:

Dynastia *Homburgensis*; de cujus *allodialitate*, *Acta Wittgensteinensia*, pag. 16; Dn. *Itter* l. c. Cap. V, pag. 182, Dn. *Struvius* l. c. Dn. *Alexandri*, l. c. §. 62, pag. 41, testantur.

Comitatus *Hungensis* & *Laubacensis Solmensium.* Vid. Dn. *Hertius* de *Superiorit. Territor.* §. 58. Dn. *Struvius* l. c.

Mœrsensis, in Westphalia; *Reinking* l. c. lib. I, Class. 4, Cap. XVI, §. 39, pag. 425. *Mylerus* ab *Ehrenbach*, in *Nomol.* Cap. 14, §. 4; *Besoldus*, P. 3 *Jur. Publ.* Cap. VI, pag. 263; Dn. *Schütz* l. c. Dn. *Itter* l. c. Cap. V. pag. 181. Dn. *Alexandri* l. c. §. 53. p. 38.

Oettingensis; de quo Dn. *Reinhardus de Gemmingen*, in literis ad *Besoldum*, circa Quæstionem: *Woher dem Reichs-Adel der dreyen Ritter-Crayssen Ihre Reichs-Freyheit und Immedietät herkomme*; apud *Besoldum* Thesaur. Pract. voc. *Reichs-Ständt*, p. m. 803: *dergestalt müssen auch die Grafen von Oettingen, und andere Grafen mehr, die Ihre Herrschafften* Jure allodii *besitzen, keine Grafen seyn &c.* Conf. *Paurmeister* de *Jurisdictione*, lib. 2, Cap. 10, §. 15; *Reinking* l. c. lib. I, Class. 4, Cap. 14, §. 13, pag. 403; Dn. *Itter* l. c. Dn. *Struvius* l. c. Meminit hujus scripti Ampliss. Dn. *Burgermeister*, *Thesaur. Juris Equestris*, Vol. I, Prolegom. pag. 7; Conf. Dn. *Alexandri* l. c. §. 57, pag. 39.

Pinnebergicus; Vid. Ill. Dn. *Schütz*, l. c. Dn. *Itter* l. c. pag. 182.

Sarwerdensis; quamvis, successu temporis; pro parte, à Metensium Episcopo, in feudum recognosci cœperit; vid. *Goeddæus*, Vol. 4 *Consil. Marpurg.*

purg. Consil. 37, §. 47, &c. Dn. *Itter* l. c. Cap. V, pag. 181; & Cap. VIII, pag. 397; Dn. *Struvius* l. c. Dn. *Alexandri* l. c. §. 54, pag. 38.

Saynensis, pro parte; vid. arg. 2, modo productum.

Schaumburgicus; Vid. *Joh. Stuckius*, Consil. 26, §. 404; Dn. *Alexandri* l. c. §. 61, pag. 41.

Tecklenburgicus, Vid. Literæ Regis Borussiæ ad varios Imperii Status, de dato *Berlin*, 12 Aug. 1722, apud *Fabrum*, Tom. 41 *der Staats-Cantzley*, Cap. XI, §. 1, pag. 664 &c. nec non Illustriss. Comitis *Ernesti* de *Metternich*, Legati ejusdem Regis ad Comitia, Memoriale, 17 Oct. An. 1722, in Comitiis expositum, l. c. §. 2, pag. 691 &c.

Wartenbergicus; teste Diplomate *Josephi* Imp. quo, sub dato *Wien*, 17 Dec. An. 1707, in favorem Illustriss. Comitis *Johannis Casimiri Kolb* de *Wartenberg*, Comitatus hic erectus, apud *Fabrum*, Tom. XIII *der Staats-Cantzley*, Cap. XIX, ubi: pag. 799 & 800; *Und, nach glaubwürdiger Darthuung, der von dem Durchlauchtigen, Hochgebohrnen, Johan Wilhelm, Pfaltzgrafen bey Rhein, &c. des H. R. Reichs Ertz-Schatzmeistern &c. beschehenen Erlassung der Lehnbarkeit, über die ---- von der jetzigen Chur-Pfaltz Neuburgischen Linie, zu Lehen rührende Stücke, imgleichen, die in seinem, des Graffen von Wartenberg, Dörffern, exercirte Fauthey, oder Wildfangs-Gerechtigkeit; wie nicht weniger, nach der, mit Unserer Allergnädigsten Bewilligung, erlangten* Exemption *von der Ober-Reinischen Ritterschafft, die in der Untern-Pfaltz liegende, an sich aber nunmehro Unmittelbahre* Allodial- *und Freye Herrschafft Wartenberg und Güther, nahmentlich: Wartenberg, Sembach ---- als einen sonderlichen* District *und* Territorium, *mit darzu gehœrigen Land und Leuthen, Territorial-Superiorität, Hoch-Herrlich- und Gerechtigkeiten, unter dem Nahmen Wartenberg, zu einer des H. R. Reichs unmittelbahr gefreyten Graffschafft erhoben, erigirt und erhöhet &c.* Conf. Dn. *Struvius* l. c.

Zollerranus; Quo faciunt literæ *Ferdinandi II* Imp. queis, sub dato *Regenspurg*, 28 Mart. An. 1623, Illustriss. Domino *Johanni Georgio*, Comiti *Hohen-Zollerano*, axioma *Principis Imperii* impertivit, apud *Lundorpium* Tom. 2 *Act. Publ.* lib. VI, Cap. 193, pag. 742, *Besoldum*, *Thesaur. Pract.* voc. *Fürst &c.* pag. 282; & *Limnæum* Tom. IV *Addit. Jur. Publ.* post Lib. V, Cap. IX, pag. 880; ibi: *nicht allein die uralte, mit allen Ihren Regalien, Herrlichkeiten und* Pertinentiis, *gantz-frey, eigenthumbliche, unmittel- und un-Lehnbabre Reichs - Grafffschafft Zollern --- zu einer Fürstlichen Graffschafft erhöhet &c.* Conf. *Petrus ab Andlo*, lib. I, de *Imper. Romano*, Cap. XV, pag. 57; *Reinking* l. c. lib. I, Class. 4, Cap. 14, §. 13, pag. 403; *Paurmeister* l. c. Dn. *Itter* l. c. pag. 180 & 181; Dn. *Struvius* l. c. & Dn. *Alexandri*, l. c. §. 58 & seqq. pag. 39; qui, à §. 35, ad 97, p. 34 ad 49, de Germaniæ Provinciis, quæ allodii titulo possidentur, notatu digna profert; jungatur *Laudum*, in causa Sereniss. Ducissæ Aurelianensis, contra Sereniss. Electorem Palatinum, sub dato Francofurti ad Mœnum, 26 April. 1701, in Continuatione Actorum Compromissi Francofurtensis, in dicta Causa, ubi Illustr. Dn. *Obrechtus*, qua Galliæ Regis Plenipotentiarius, pag. 395: *Cum in Actis Arbitrii, ex parte Sereniss. Ducissæ Aurelianensis, deductum sit, præter Palatinatum Inferiorem Rheni, eique annexum Electoratum ---- Electorem Carolum alias insuper Ditiones, tum hæreditarias, sive allodiales, tum allodialibus permixtas, nominatim Ducatus Simmerensem & Lauterensem, partemque Comitatus Sponheimensis, possedisse; quæ à Principibus prædicta Lineæ Simmerensis, ante & post adeptum Electoratum, partim acquisita, aut in feudum novum ac promiscuum recepta; partim novis accessionibus, incrementis & Juribus, aucta, atque Principibus Simmerensibus, per Pacem Westphalicam, separatim ab Electoratu & Palatinatu Inferiori Rheni, restituta sunt &c.*

(4) Nullibi conditio hæc sit præcepta; (5) Capitulationes Cæsareæ, in contrarium adductæ, & R. I. An. 1654 l. c. desiderent saltem *Bona immediata Imperii*, non vero *ut possessores ea simul immediate ab ab Imperatore & Imperio teneant*; sufficiat, à quoquam ea immediate ab Imperio recognosci, qui juribus suis tertio cedere queat. Ego putaverim, veriorem *negantium* sententiam, etiamsi dictæ Capitulationes & Recessus Imperii novissimus An. 1654, immediate ab Imperatore & Imperio recognoscenda Bona in Possessoribus requirant; cum de isto casu nulla hic quæstio sit; Sermo enim saltem de Bonis, quibus is, qui Superioritate Territoriali gaudere cupit, opus habet; nec de iis, quæ hodie requiruntur, ut quis, eorum respectu, in Senatu Principum Imperii votum & sessionem consequatur; quem casum in Capitulationibus & Recessu citatis offendimus. Magna profecto differentia est, inter *Jura Comitiorum*, & *Territorium*, *Superioritatemque Territorialem*; illa sine his, & hæc vicissim sine illis, subsistere posse, documento sunt tot Status, qui notorie Jurium Comitiorum participes sunt, & nihilominus Territorio, multoque magis Superioritate Territoriali, destituuntur; &, ex altera parte, splendidissima Nobilitas Immediata Imperii, quæ Superioritate Territoriali fruitur, nec tamen prærogativa simul Imperii Statuum; ceu sequentia porro doce-

docebunt. Conf. *Pacificus à Lapide*, ad *Monzamban.* Discurs. I. n. 4; *Mylerus* de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XI, §. 11, pag. 81 & 82; *Limnæus* Tom. IV Addit. Lib. I, Cap. VII, §. 96, pag. 74; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. I, §. 9, pag. 730; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, l. c. §. VIII, pag. 102; Dn. de *Förster* l. c. pag. 572, 579 &c. 584 &c.

(b) QUIA SUNT STATUS &c. Amplissimus hic iterum rixandi campus. Dn. *Strauchius*, Dissert. Exoter. IV, §. XXII, pag. 109; Dn. *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. I, Tit. XIX, §. 2, pag. 197; eorumque vestigia prementes tot alii, arbitrantur: *Jus Status & Superioritatem Territorialem*, esse correlata, quorum alterum sine altero esse nequeat. *Strauchii* verba sunt: *Cui proximum est, ut Nobiles Immediati, quia Status non sunt, nec Juris Territorialis sint compotes &c.* & Dn *Schilteri*, l. c. pag. 198: *Consequens est: ut, qui non habet Jus Territorii in Imperio immediate, ille non est Status ejus &c.* Eodem inclinare videntur *Rumelinus* ad A. B. Dissert. I, §. 13, pag. 40 & 41, ibique *Mylerus* in Additionibus, lit. b, pag. 42 & 43. Hypothesin vero hanc cum evidente observantia pugnare, dudum agnoverunt Viri docti. Ecce quid Per-Illustris Dn. L. B. de *Lyncker*, in Dissertat. de *Superioritate Territoriali*, Respondente Dn. *Bartholomæo Kellnero*, An. 1686, mens. Decemb Jenæ habita, p. m. 59 & 60: *Quanquam vero is, qui Status Imperii est, licet Fœmina fuerit - - - - capax eo ipso sit Superioritatis Territorialis, tamen non protinus eam actu habet; cum & per se dignitas personæ sit, Statum esse; quæ proinde, Terris etiam amissis, sequiori Fortuna, tolli non potest, in eo, qui semel ad eam conditionem pervenit. Sane hodienum in Suevia Prælati atque Monasteria eximia sunt, quibus Status Imperii conditio, sed non etiam Superioritatis Jura, competunt: quippe quod initio Merum Mixtumque Imperium, cum cæteris, quæ secularis maxime potestatis sunt, citius Principes Seculares, & dehinc Ecclesiastici, cum Civitatibus, quam Prælati & Monasteria, attrectaverint. Quapropter Origo Status, cumprimis in Antiquis, & possessio immemorialis, attendenda est; quamvis in Superioritate deficiant. Sic enim de Abbatissa Principe Buchoviensi adducunt, quod ejusdem Bona & Homines subsint denen Innhabern Mittel-Biberachs, tanquam Dominis Territorii; Meichsner, Tom. 2, lib. 4, Dec. 23, fol. 650, seqq. Similiter Abbatem S. Galli; Lindaviense Monasterium; S. Emerani; tum & Superius & Inferius Ratisbonæ, non pollere Superioritate; quæ tantum gaudent Urbes, in quibus sita sunt. Vid.* *Author der Lindawischen Außführung, pag. 54. seqq. 286, 293 & 621 &c.* Eandem in rem evolvendus III. Auctor *des Europäischen Heroldts* cit. Tom. I, p. 167, præsertim pag 595, verbis præced. Lib. I, Tit. XV, §. 16, lit. i, pag. 1291, productis. Nec aliter *Dn.* Auctor *des gründlichen Beweises, daß das Fürstl. und Gräfl. Hauß Schwartzburg ein uhralter, freyer, unmittelbahrer Reichsstand &c.* de an. 1710, Cap. VI, §. 110, pag. 41; *die Abthey S. Emeran, und das Stifft Nieder-Münster zu Regenspurg, haben gar keine* Territoria, *sondern alle Ihre Güther liegen unter anderer Hoheit; und sind dennoch unmittelbahre Stände des Reichs &c.* Sic & *Tentzel, in Vindiciis censuræ Conringianæ Diplomatis Lindaviensis*, Cap. 3, §. VII, p. 63: *Addentes, quod multi in Imperio non sint Status, quos tamen satis ampla habere Territoria constat. Vicissim, alii revera Status Imperii sint, quantumvis Territoriis pariter atque subditis omnino careant; exemplo Abbatissæ Baindtensis in Suevia, quæ, citra omne dubium Status est Imperii, vocaturque ad Comitia, & debitam census partem ad Imperii ærarium confert; nihilominus in Conventibus Circularibus sæpe significavit: nullum Territorium, & ne unicum subditum collectabilem, sibi esse; plane ad modum Abbatissarum Lindaviensium, Catharinæ & Susannæ; quas idem indicantes supra audivimus &c.* Intelligit Vir doctissimus *Catharinam*, è vetustissima *Bodmannorum* Gente oriundam, *Lindaviensium* Abbatissam, cujus, in *Augustanis* Comitiis An. 1555, hæ erant querelæ: *Zudem, hab ich, und mein Gotts-Hauß, von des Gotts-Hauß aigenen Leuten, deren doch wenig seind, gar kein Nutzung; werden auch von einer Abbtissin nit, wie von andern Herrschafften ihre aigene Leut, besteuret, noch ainig Rais, oder Schatzung, auf sie gelegt; deßgleichen geben sie auch kein Fastnacht-Hennen; und thun kein Frohn-Dienst; sondern sitzen solch des Gotts-Hauß Leute allenthalben hinter andern Herren, Stätten und Flecken, denselben Sie mit Rais und Steuren, und nit dem Gotts-Hauß, unterwürfflich seyn müssen; also, daß berührt mein Gotts-Hauß alle und jede des Reichs Anlagen aus aigenem Seckel erlegen und bezahlen müssen; welches dan mir ferner zu erschwingen unmüglich. Deßgleichen, so hat auch mein Gotts-Hauß kein Obrigkeit, mit Gebott und Verbott, noch kein andere Gewaltsame &c.* Vid. Dn. *Tentzel* l. c. p. 61. Quas querelas Abbatissa *Susanna Bubenhofia*, An. 1622, exposuerit, habetur ibidem, pag. 62, ubi: *Nun ist es aber nochmals an dem, daß der Stifft Lindau kein eigens* Territorium, *oder* Districtum, *wie gleichfals keine gantze Dörffer, sondern nur einzele* particular-*Güther hat, welche in andern*

andern Oberkeiten, sonderlich aber und meistentheils in der Statt Lindau Jurisdiction, *gelegen; also, daß Er, der Stifft, über solche Güther allein die Gerichtbarkeit des Hirten-Stabs, und was deme anhängig; alle übrige Obrigkeit aber die Statt Lindau; theils, in krafft Ihrer Reichs-Vogthey, theils, jure Territorii proprio, hergebracht &c.* Reverendissima Abbatissa, *Anna Christina*, addidit in Comitiis, An. 1653: *daß Ihr Stifft an Zöllen, Umgeltern, Steuren, und andern Gemeinnützigen Gefällen, gleichwie andere in der Matricul begriffene Chur-Fürsten und Stände, keinen Beytrag hat, sondern dessen jährliches gantzes Einkommen nur auf etlichen wenigen ungewissen Zehend-Gefällen, so dann geringfügigen Rent- und Grund-Gülten, bestehen &c.* ibid. l. c. Eodem pertinet, quod in Matricula, quam ex *Zeileri Itinerario Germaniæ*, Contin. C. I, pag. 9 &c. *Limnæus*, Tom. IV Addit. ad lib 4 *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 67, exhibet, pag. 579, §. 19, Tit. *Eberstein*, legitur: *Graffen von Eberstein, Herren zu Neugarten in Pommern, haben nichts contribuiret, und gesagt: Sie hætten keine Lehen vom Reich &c.* Conf. Dn. *Itterus*, de *Feudis Imperii*, Cap. V, §. 18, pag. 206; nec non, quod de *Lippiæ* Comitibus, in eadem Matricula, apud *Limnæum* l. c. p. 547, v. 69, habetur: *Graffen von der Lipp in Westphalen haben keine Reichs-Lehen; geben doch vier zu Roß, 18 zu Fuß, oder 120 fl.* Conf. Dn. *Itter* l. c. Ne de *Civitatibus Imperialibus* dicam, quas omnino huc trahendas Dn. *Vietor*, de *Exemptionib.* Conclus. XXVIII, §. 34 & 36, pag. 166, tradit, tanquam Imperialibus Feudis, paucis duntaxat exceptis, destitutas; cujus sententiam laudatus Dn. L. B. de *Lyncker*, de *Gravamine Extrajudiciali*, C. 5, Sect. I, §. 26, pag. 436, & Dn. *Itterus* l. c. §. 19, pag. 207, ulterius propugnant. Quoniam igitur (1) haud pauci *Status Imperii* innotescunt, qui aut plane nulla Feuda ab Imperio tenent, de quibus modo sermo fuit; aut tamen non immediate ab Imperatore; sed, vel ab aliis Con-Statibus; vel *jure allodii*; quorum præced. lit. a, facta mentio; (2) *Jus Status* non tam inter glebæ pretia referendum, quam ad personæ dignitatem pertinet; vel iis testibus, qui, (exemplo Electorum *Trevirensis*, & *Palatini*; Episcoporum *Wormatiensis* & *Spirensis*; Marchionum *Badensium*; Ducis *Würtenbergici*, respectu maxime Principalis Comitatus *Montis Belicardi*, totque aliorum Imperii Statuum, An. 1688 & seqq. citra culpam, à turmis Gallicanis, sedibus ejectorum,) sequiori Fortuna, Terras amittunt, & nihilominus Comitiorum jura retinent; quod fieri non posset, si necessario *Jus Status* possessionem Territorii secum traheret; vid. *Vietor* l. c. §. 8, pag. 156; *Limnæus*, lib. I *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 96, pag. 94, & Tom. 4 Addit. ad hunc locum, pag. 75; *Mylerus*, cit. Tract. de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XI, §. 9, pag. 80, ibique allegati; Dn. *Schweder*, cit. *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. I, §. 9, p. 731; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 4, discurs. ad Objectiones 18 & seqq. §. VI, pag. 101. (3) Multi notorie Status sunt, & nihilominus Superioritate Territoriali carent; de quibus itidem dictum; Conf. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Publ.* Diss. XXVI, §. 1. pag. 561. (4) Meram principii petitionem involvit: Nobilitatem Immediatam destitui vel propterea Superioritate Territoriali, quod inter Status Imperii non reperiatur; de qua quæstione seq. §. 12, plura; recte eos sentire puto, qui *Jus Status*, cum *jure gaudendi Superioritate Territoriali*, non confundunt. Vid. Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. V, §. 5.

(11) Hinc sequitur, quod Nobilitas Immediata non habeat (*a*) Superioritatem Territorialem, & omnes Principes, qui non habent votum & sessionem in Comitiis.

NOTA.

(*a*) NON HABEAT &c. Vid. seq. §. 12.

(12) De Nobilibus Immediatis Doctores non conveniunt. Alii & Iis Superioritatem Territorialem competere affirmant. (*a*) Vid. *Reinking.* de Regimine Seculari & Eccles. lib. I, Class. V, Cap. 3. Omnem enim eos Jurisdictionem exercere dicunt in Subditos: Statuta condere: Regalia: Jura Austregarum, habere: Pacis Religiosæ, aliarumque Constitutionum capaces esse. Alii negant, (*b*) quia Jura Superioritatis Territorialis æmula sunt Majestatis, & proportione quadam Juribus Majestatis respondent: quæ proportio in Imperio, ubi dictum est, invenitur tantum in iis, qui Status Imperii sunt, & propterea Territorium possident, immediate ab Imperio dependens. Horum opinio verior videtur; quicquid enim Nobilitas Immediata habet Jurisdictionis & Regalium, illud,

illud, non jure Territorii habet, ſed ex ſpeciali privilegio. *Beſoldus*, in Theſauro Practico, verb: *Freye Reichs-Ritter*; §. *Auß welchem &c.* Ad exemplum Liberorum Hominum, quorum Goldaſtus meminit, in Epiſtola dedicatoria *der Reichs-Handel &c.* ubi ita dicit: *Es ſein freye Reichs-Leuth, auf der Leutkircher Heyd, und Meglaß*; qui quidem multa Jura habent, ſicut & Vici immediati, quorum idem Goldaſtus meminit: nemo tamen (*c*) dixerit: eos habere Superioritatem Territorii. Interim negandum non eſt, Liberos Imperii Equites Societatem inter ſe, inſtar Reipublicæ, (*d*) Fœdere & pacto inſtituiſſe. Habent enim Senatum Equeſtrem, *einen Ritter-Rath*: Comitia (*e*) *einen Ritter-Tag*: Magiſtratus, *Ober-Hauptmann und Unter-Haupt-Leuthe*: Leges & Conſuetudines, aliaque inſtituta Reipublicæ, de quibus, quoad Nobilitatem Franconicam, plura tradit *Wehnerus*, in Practic. Obſervat. verb. *Kraiß-Tag*.

NOTÆ.

(*a*) AFFIRMANT &c. Splendidiſſimam Nobilitatem Imperii Immediatam Superioritate Territoriali gaudere, ſententia eſt: Illuſtris *Caſpari Lerchii de Dürnſtein*, Capitanei Ordinis Equeſtris ad Waſgoviam, in Diſcurſu *von des H. R. Reichs Ritterlichen Teutſchen Freyen Adels uhralten Herkommen; im zweyten Grund-Satz*, apud Dn. *Joh. Stephanum Burgermeiſterum*, Tom. I *Bibliotheca Equeſtris*, pag. 364, 372; *Mingii*, de *Superioritate Territoriali*, Concluſ. 47; *Deciani*, Reſponſ. 34, n. 28; *Sixtini*, de *Regalibus*, lib. I, c. 4. n. 97, pag. 91; *Gailii*, lib. 2 *Obſervat.* 62, §. 3, p. m. 408; *Noldeni*, de *Statu Nobilium*, Cap. XVII, §. V, v. 105 &c. p. m. 395 & 396; *Reinkingii*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* lib. I, Claſſ. V, Cap. 2, §. 55, pag. 537 &c. *Bidenbachii*, Quæſt. Nobil. I, n. 7 & 11; *Wurmſeri*, *Exerc.* 3 *Jur. Publ.* Quæſt. XI, pag. 116 & 117, & Quæſt. 18, p. 130; *Knipſchildii*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, §. 13, pag. 273, & §. 68, pag. 280; præſertim, de *Nobilitate*, lib. 3, Cap. 2, §. 1, pag. 15; §. 8, pag. 16; §. 41, pag. 17; & lib. 3, Cap. 3, §. 3, pag. 54, & §. 518, pag. 105; pariter ac (ſub nomine Hippolyti à Treysbach) *im unfürgreifflichen Bedencken über etliche Fragen, der Freyen Reichs Ritterſchafft in Schwaben, Francken und am Rheinſtrohm, Stand und Seſſion betreffend*, de An. 1644, Quæſt. 2, §. 140, 141 & 142, apud Dn. *Burgermeiſterum* l. c. pag. 828 &c. nec non, *In dem kurtzen Bericht: was ein Lehen-Herr ſeinem Lehen-Mann zu thun ſchuldig*, de An. 1656, Part. 2, §. 20; ibid. pag. 1177; *Mageri*, de *Advocatia armata*, c. 6, §. 107; *Viti Breitſchwerdi*, Conſiliarii quondam Auguſtani, ut & Illuſtriſſ. Ordinis Equeſtris Sueviæ, tandemque Duci Würtenbergico à conſiliis ſanctioribus, in Diſcurſu & Reſponſo *über unterſchiedliche langgewehrte Strittigkeiten, auch obhabende Beſchwerden wohl-löblicher Freyen Reichs-Ritterſchafft und Adels in Schwaben, gegen die Schwäbiſche Land-Gerichte, und andere Herrſchafften*, de An. 1628, apud Dn. *Burgermeiſter* l. c. pag. 620 &c. *Johannis Conradi Kreidenmanni*, laudatiſſimi Ordinis Equeſtris Sueviæ ad Cocharum, ut & Civitatis Eslingenſis Conſiliarii, in Diſcurſu: *von des Teutſchen, ſonderlich Immediaten Adels Staat, Stand, Ehren, Würden, Freyheiten, Recht-und Gerechtigkeiten*, de An. 1646, §. 171, apud eundem, l. c. pag. 693; Dn. *Johannis Friderici de Lendersheim*, in Diſcurſu, *de Jure & Privilegiis Nobilium Liberorum & Immediatorum, von des H. Röm. Reichs Freyen unmittelbahren Ritterſchafft*, de Ann. 1663, §. IX, apud Dn. *Burgermeiſter* l. c. pag. 593 &c. *Sprengeri*, *Jur. Publ.* pag. 322; *Wehneri*, Obſervat. Pract. voc. *Landsfürſtliche Obrigkeit*, p. m. 326 & 327; *Rumelini*, Diſſ. I, ad *Auream Bullam*, §. 13, pag. 40 & 41, ibique *Myleri* in Notis; quamvis hi duo non ſatis rotunde mentem declarare videantur, quorum poſterior tamen, in Tract. de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 36, §. 12, pag. 337, & Cap. 48, §. 2, pag. 437. diſertis verbis Superioritatem quæſtionis Immediatis Nobilibus noſtris vindicet; Ill. *Schützii*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. X, lit. F, G & H, pag. m. 366; Dn. *Fritſchii*, Diſſ. de *Juribus & Privilegiis Nobilium Immediatorum*, §. 10; Dn. *Mauritii*, Diſſ. de *Nobilitate Germanica*, Kilonii habita, §. 49; *Burgoldenſis*, ad *Inſtrum. Pacis*, Part. I, Diſcurſ. 22, §. 5, pag. 408; Dn. *Joh. Henrici Dohauſen*, Diſſ. de *Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii ſublimi*, Præſide Dn. *Simone*, An. 1672, 13 Maji, Jenæ defenſa, Cap. 2, §. 1; Dn. *Eberhardi Friderici ab Holtz*, in Oratione *de Superioritate Territoriali Nobilibus Immediatis competente*, An. 1684, Tubingæ expoſita; Dn. *Ertelii*, de *Jurisdictione Inferiori Civili*, lib. 2, Cap. I, pag. 257; ut &, in *Obſervationibus Illuſtribus Juridico-Equeſtribus*, de An. 1699, Part. I, Obſervat. 7. Illuſt. *Cocceji*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 21, §. 14, pag. 351; Dn. *Hœggmayri*, Diſcurſ. *de Primis Juris Publici Principiis*, Sect. 4, Aphoriſm. 3, p. 99, lit. d. Auctoris *Deductionis Judicialis, qua Superioritas Territorialis Nobilibus Imperii Immediatis*, in

Caſtris

Castris & districtibus Eorum, etiam in Statuum Territoriis sitis, ex Legibus Imperii fundamentalibus, Privilegiis & Observantia, dilucide deducitur, idque cum Refutatione Exceptionum Adversæ Partis, de An. 1697, in causa Wollmershausen, contra Brandenburg-Anspach; apud Dn. *Burgermeister*. Vol. I, *Thesauri Juris Equestris*, pag. 749 &c. Dn. *Joh. Henrici Feltzii*, JCti. Argentorat. in Exercitio Academico, de *Statu Nobilitatis Immediatæ S. R. Imperii*, de An. 1707, Differt. 4, Positione IX, pag. 87 &c. Dn. *Joh. Laurentii Schmidii*, Illustriss. Ordinis Equestris in Franconia, Loci ad Almonum, Secretarii, in Differt. Inaug. de *Superioritate Territoriali Nobilium Imperii Immediatorum*, An. 1708, 1 Novemb. Altorfii, publico Examini opposita; apud Dn. *Burgermeisterum*, Tom. I. *Bibliotheca Equestris*, pag. 1462 &c. Dn. *Langen*, *Jur. Publ.* Part. 2, lib. I. Sect. I, §. 2, pag. 450, & §. 3, pag. 456; Dn. *Titii*, *Jur. Publ.* lib. 3, Cap. 2, §. 19, pag. 273, & Cap. 4, §. 16, pag. 299, & ad *Monzambanum*, Cap. 2, §. 14, p. m. 138, pariter ac in Diff. de *Habitu Territoriorum Germanicorum*, §. 38; Dn. *Johannis Francisci Reiseisen*, in Diff. *de Suffragiis Statuum in Comitiis Imperii universalibus*, Præside laudato Dn. *Feltzio*, An. 1710, 19 Nov. Argentorati ventilata, §. VI, pag. 11; Ill. Auctoris *Meditationum ad Instrumentum Pacis*, in specie ad Capitulationem Josephi, Art. 3, lit. i, *Ihre Regalia und Obrigkeiten*, pag. 74 &c. Dn. *Wolfgangi Philippi Nagelii*, Diff. Inaug. de *Nexu Ordinis Equestris Immediati in Suevia, Franconia & Terra Rhenensi, erga Cæsarem & Imperium* An. 1715, 29 Febr. Præside Dn. *Michaële Graffo*, Altorfii propugnata, §. 8, apud Dn. *Burgermeisterum*, cit. Vol. I *Thesauri Juris Equestris*, pag. 583; aliorumque multorum; quorum præcipua fundamenta sunt, quod,

(1) Æque ac Status Imperii, votum & sessionem in Comitiis habentes, Imperatori & Imperio immediate sint subjecti. Vid. seq. Tit. XXI, §. 3, lit. m, vers. I.

(2) Non minus de Eis, ac de præfatis Imperii Statibus, dicatur, quod habeant: *Hoheiten*, *Regalia*, *Obrigkeiten*, *Recht und Gerechtigkeiten &c.* Vid. ibid. v. 3.

(3) Iisdem juribus gaudeant in Territoriis, quibus Status in suis. Vid. ibid. v. 4.

(4) Solius Cæsaris, & Cameræ, Jurisdictionem agnoscant; Vid. *Ordinat. Cameral.* An. 1555, Part. 2, Tit. V, §. 1 &c. *Nicolaus Everhardus Junior*, Consil. 41, Vol. I, n. 83 & 87; *Nolden* l. c. §. 42 & 43, pag. 380, & §. 48, pag. 381; *Bidenbachius*, cit. *Quæst. Nobil.* I, n. 7; *Gylmannus*, *Symphorematum* Tom. I Part. I, Tit. 3, de *Religione*, n. 34. voto XI, §. 34, pag. 263; *Wehner*, voc. *Lands- und Fürstliche Origkeit*, p. m. 326; *Mylerus* de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 36, §. 10, pag. 336; Illustr. L. B. ab *Andler*, *Jurisprudent.* lib. I, Tit. V, Part. 3, §. 37, pag. 181; Auctor cit. *Deductionis Judicialis*, apud Dn. *Burgermeisterum* Vol. I *Thesauri Juris Equestris*, pag. 752 &c. Eorum enim Immedietati nihil officere, quod, respectu Feudorum, quæ ab aliis Statibus tenent, Curias eorum feudales recognoscere teneantur, expeditum est; Vid. *Gylmannus* l. c. Tom. I, Part. I, Tit. 4, f. 300; *Sixtinus*, de *Regalib.* lib. I, Cap. 4, §. 59; *Nicol. Everhardus Junior* l. c. *Nolden* l. c. §. 44 & seqq. pag. 380 & 381; Dn. *Burgermeister*, Vol. I *Thesauri Juris Equestris*, *im zwölfften Satz*, Cap. 23, pag. 411. Conf. seq. Tit. XXI, ubi plura.

(*b*) NEGANT &c. e. g. Auctor *des Bedenckens und Einführung*, *dem Churfürstlichen* Directorio *übergeben*, *wegen des* Puncti, *welchen die* Religions-*Verwandten den Catholischen aufgesetzt*, *die* Suspension *der geistlichen* Jurisdiction *betreffend*; *An ex Jure Territorii?* de An. 1631, apud *Lundorpium*, Tom. 4 *Act. Publ.* lib. 2, §. XVII, v. *In unserer Instruction &c.* pag. 254; *Lampadius*, de *Rep. Romano-Germ.* Part. 3, Cap. 3, §. 21, p. m. 48; Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. V, §. 5 & 6; Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. IX, §. 17, pag. 288, & Lib. 2, Tit. I, §. 39, pag. 342; & de *Jure circa Sacra*, Cap. 2, §. 16, 17 & 18; *Strauchius*, Differt. Exoter. 4, §. 22, pag. 109 & 110; Illustr. *Sigismundus* L. B. de *Bibran*, Diff. de *Jure Baronum &c.* Præside Illustri *Stryckio*, An. 1696, Hallæ habita, Cap. 4, §. 109, pag. 80; Dn. *Ockel*, de *Præscript. Immemoriali*, Cap. V, §. 8, pag. 237; Dn. *Anthonius Henricus Alerten*, Diff. de *Statu Nobilitatis Germaniæ*, Præside Dn. *Joh. Wilh. Gœbel*, An. 1719, mens. Febr. Helmstadii defensa, §. 4, pag. 9 & 10. Alii. Ob rationes, quod

(1) Non sint Status Imperii; ad quorum solorum Territoria Superioritas Territorialis restricta, arg. R. I. noviss. An. 1654, §. 197, *über diß haben wir &c.*

(2) Dignitas Nobilium non sit Regia, qualis Statuum.

(3) Regalia, quæ possident, ipsis, non Jure Territorii, sed ex Privilegiis saltem Imperatoriis, competant.

(4) Regalia non statim Superioritatem Territorialem involvant. Responderi autem potest:

Ad (1) Petitionem principii hic pro ratione adduci; dicto in Recessu sermonem esse, de conditionibus adimplendis, priusquam quis in Collegio Principum voto & sessione gaudere queat; de quo casu nulla hic controversia. Vid. præced. §. 10, lit. a, in fine.

Ad (2) Non opus esse, ut, ad exercendam Superioritatem Territorialem, necessario quis *dignitatis Regalis*, in sensu sublimiori, cujus respectu, *Landes-Fürstliche Hohe Obrigkeit* nuncupatur, particeps sit; illam sine hac, & vicissim hanc sine illa, subsistere posse, documento esse Status, qui Superioritate

Territoriali plane carent, licet quoad personas, dignitate Regali coruscare dici mereantur. Vid. ibid. lit. b. Civitatibus Imperialibus, ne quidem ab Immediatæ Nobilitatis adversariis, Superioritatem Territorialem denegari, etiamsi constet, *dignitatem Regalem*, dicto sensu, iis vindicari non posse. Sufficere, Nobilium potestatem summam, qualicunque veniat nomine, in Territoriis ipsorum, eandem esse, quæ Principum in ipsorum; utut discrimen aliquod in nominibus, respectu scilicet Subjectorum, occurrat: vid. Dn. Auctor seq. §. 13. circa finem; *Wurmser*, Exerc. 3 *Jur. Publ.* Quæst. XI, p. 116 & 117; & Quæst. XVII, pag. 128 & 129; *Knipschild* de *Nobilitate*, lib. 3, Part. I, Cap. I, §. 8 & 9. pag. 3; conf. seq. §. 13, lit. c. Ne dicam, Dn. *Hertio* Diss. de *Superioritate Territoriali*, §. 85, nefas videri, statuere: Nobiles Immediatos dignitate Regali carere; cum eidem Cæsari dignitatem suam ferant acceptam, cui Principes suam. Conf. *Deductio Judicialis*, qua *Superioritas Territorialis* laudatis Nobilibus asseritur, apud Dn. *Burgermeisterum*, Vol. I *Thesauri Juris Equestris*, pag. 753. Add. *Caspar Lerch von Dürnstein, von des H. Röm. Reichs Ritterlichen Teutschen Freyen Adels Herkommen; 2 Grundsatz*, apud Dn. *Burgermeisterum*, Vol. I *Bibliotheca Equestris*, pag. 367, 371, 372 & seqq.

(3) Inferri posse: Ergo nec Status, ante Instrumentum Pacis, Superioritatem Territorialem habuisse; cum palam sit, potiora, respectu originis, Eorundem Regalia Cæsarum munificentiæ fœtum esse, non minus ac Immeditatæ Nobilitatis. Vid. *Caspar Lerch* à *Dürnstein*, l. c. pag. 371; Addendum, utrinque varia Jura ex observantia quoque & longo usu, seu præscriptione, aliisque titulis, Legibus Imperii probatis, exerceri.

Ad (4) Neminem amplius ita argumentari, ex quo manifestum, Regalia ad Superioritatem Territorialem se habere ut partes ad totum; vid. præced. §. 1, lit. a, in fine, voc. *Regalia*; sive, ut effectus ad causam. Vid. *Dn. Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 2, §. 4 & 5, pag. 7.

(c) NEMO TAMEN &c. Locum parallelum suppeditat Ill. *Hugo*, l. c. §. 6.

(d) REIPUBLICÆ &c. Vid. seq. Tit. XXI, §. 3, lit. m, v. 60.

(e) COMITIA &c. Vid. seq. Tit. XXI, §. 3, lit. i.

(13) Civitatibus Imperii competere Superioritatem Territorialem non dubitamus, (a) cum, quod sint Status Imperii, (b) tum, quod in Instrum. Pacis Art. VIII, expresse ita sit dispositum: Iisque, scil. Civitatibus Imperii, rata & intacta maneant Regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, Privilegia; confiscandi, collectandi, & inde dependentia, aliaque Jura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata, vel longo usu, ante hos motus, obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda Jurisdictione, intra muros, & in Territorio. *Knichen*, in Tract. de Jure Territor. c. 1. n. 116, hoc negat, (c) quia non habent dignitatem illam Regalem & Principum, unde Superioritas Territorialis dicitur *Lands-Fürstliche Obrigkeit*; &, si quid ejusmodi habeant, hoc tamen ipsis, non ut Principibus, competere, sed, vel ex speciali indulgentia, vel ex præscriptione, (d) tanti temporis, cujus memoria non extet. Videntur adhuc quidam in hac sua opinione esse confirmati, ideo, quod hæc potestas solis Principibus ab initio competebat, & tamen, licet postmodum aliis etiam communicata sit, utimur adhuc plerumque vocabulo illo specialiori, *der Hohen Lands-Fürstlichen Obrigkeit*; quod solos Principes respicit. Deinde etiam nonnulla vestigia veteris subjectionis in iis supersunt. Nam in Regionibus Principum subditi suis quique dominis juramento subjectionis, quod homagium vocatur, obstringuntur; at Cives singuli Civitatum Imperialium etiam Ipsi Imperatori hoc juramentum præstare tenentur. Præterea, quædam Civitates Imperiales ad annuam quandam pecuniæ summam Imperatori obligantur. Ipsi etiam Principes magna sæpe Jura in Civitatibus, olim sibi subditis, adhuc habent. In nonnullis nomen & officium aliquod Præfecti Imperialis superest. Vid. supra de Civit. Imper. Verum, his omnibus non obstantibus, Superioritatem Territorialem ipsis denegare non possumus; hoc enim & Veterum doctrinæ adversatur; *Gail.* de Pace Publica, lib. I, Cap. 6, §. 11, & hodie à plerisque improbatur; *Limnæus*, lib. VII, c. 1. §. 50; ipsaque experientia aliud docet. Imo, sufficere nobis potest publica Imperii decisio, in Instrum. Pacis, Art. VIII.

Quam

Quamquam videatur dicendum, quia ipsa dignitas Regalis simul includitur in Superioritate Territoriali, Instrumentum Pacis, circumlocutione aliqua potius, quam ipso vocabulo Superioritatis Territorialis, voluisse uti, ita, ut Superioritas Territorialis Statuum differat à Superioritate Territoriali Civitatum Imperii, non re, sed tantum nomine. Superioritas Territorialis in Principe dicitur *Landsfürstliche*; in Comite, *Græffliche*; in Barone, *Freyherrliche*; in Civitate, *Stadtliche Hohe Obrigkeit. Meichsner*, Tom. 2, lib. I, Decis. VIII, n. 3.

NOTÆ.

(*a*) NON DUBITAMUS &c. Eandem sententiam fovent: *Status Protestantes*, in Gravaminibus, in Puncto Religionis. An. 1645, Cæsareis Oratoribus, ad Tractatus Pacis Westphalicæ ablegatis, pariter ac Cancellariæ Moguntinæ, exhibitis, apud *Lundorpium*, Tom. V *Act. Publ.* Lib. 2, Cap. 114, §. *die Catholische*, pag. 1048, ubi, facta Civitatum mentione: *welche die Jura Superioritatis, so wohl als andere unmittelbahre Stände haben &c. Thomas Michaël* de *Jurisdict.* Conclus. 44, lit. G. *Mingius*, de *Superiorit. Territor.* Conclus. 44; *Wurmser*, Exercit. 3 *Jur. Publ.* Quæst. XI, p. 117; Quæst. XVII pag. 126, 127; & Exercit. 4, Quæst. V, pag. 150; *Besoldus*, de *Jure Civitat. Imper.* §. 8 &c. & de *Jurisd.* Cap. 17; *Wehner*, Observat. Pract. voc. *Landsfürstliche Obrigkeit*; fol. m. 326; *Paurmeister* de *Jurisdict.* lib. 2, Cap. ult. §. 24; *Sixtinus*, de *Regalibus* lib. I, Cap. 4, §. 82; *Meichsnerus, Decis. Cameral.* Tom. 2, Libr. I, Decis. 8, §. 2 & 3, pag. m. 384; *Bidenbachius, Quæst. Nobil.* I, §. 10; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. V, §. 41, pag. 130; & §. 70, 71 & 72, pag. 133; & Consil. 29, §. 401; *Gailius*, lib. 2, *Observat. Pract.* Observat. 57, §. 7, pag. 399; Id. de *Pace Publica* Lib. I, Cap. VI, §. 11, p. m. 29; & de *Arrestis*, Cap. IX, §. 1. pag. 285; *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 2, Part. I, c. 7, §. 186 &c. & Part. 2, lib. I, c. I. §. 63. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. VI, §. 187; *Limnæus* lib. VII *Jur. Publ.* Cap. I, §. 49, pag. 30, & §. 50, pag. 34 & 35; *Wahremundus ab Ehrenberg*, lib. 2 de *Fœderibus*, Cap. I, §. 39, pag. 32, licet alias Civitatibus parum faveat; *Rumelinus* ad A. B. Dissert. I, §. XI, p. 33; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 36, §. 9, pag. 335; *Schützius*, Vol. I, *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. X, lit. d, pag. 365; & Exercit. VIII, §. XXIII, lit. E, pag. 688; *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, lib. I, Class. V, Cap. V, §. 5 & seqq. pag. 587 &c. Ill. *Eyben*, in *Discursu Academico* de *Authoritate usuque Juris Justinianei in Germania Judiciis*, Cap. VI, §. 14, Part. 2 Operum Academicor. pag. 180; & in Diss. de *Origine Illustris Regulæ: S. R. J. Status tantum posse in suis Territoriis, quantum Imperator in Imperio*, Cap. IX, ibid. Part. 3, pag. 781; *Heiderus*, *im Ersten Discurs von den alten Reichs-Vogtheyen* pag. 18; *Knipschildius* de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. IV, §. XXVII, §. 73 & 74, pag. 264; & Cap. V, §. 7 & seqq. pag. 272 &c. *Hippolythus à Tressbach* (idem Knipschildius) *im Unfürgreifflichen Bedencken, über etliche Fragen der Freyen Reichs Ritterschafft in Schwaben, Francken und am Rheinstrohm Stand und Session betreffend*, Quæst. VI, §. 442, apud Dn. *Burgermeisterum* Vol. I *Bibliothecæ Equestris*, p. 953, ubi plures alii, idem docentes, laudantur; Idem *Knipschildius*, de *Nobilitate*, Lib. 3, Cap. I, §. 3, p. 2, & Cap. 2, §. 7, pag. 15. *Dn. Ertel*, de *Jurisdictione Inferiori Civili*, lib. 2, Cap. I, pag. 255, & 256; *Dn. Kulpisius*, ad *Monzambano*, Cap. 2, §. 13, pag. 585; Ill. *Thomasius*, Diss. de *Injusta oppositione Jurium Majestaticorum Superioritatis Territorialis, & Reservatorum Imperatoriorum*, §. 5. Ill. *Rhetius*, lib. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. I, §. 13, pag. 329, & §. 40, pag. 343; Ill. *Schweder, Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. IX, §. 3, pag. 851; *Dn. Schultz, Anleitung zum Jure Publico*, lib. 2, *Erste Abtheilung*, Cap. XVI, §. 4, pag. 151; *Dn. Struvius, Syntagm. Jur. Publ.* Exercit. XXVI, §. 17, pag. 572; *Dn. Titius*, de *Habitu Territoriorum Germanicorum*, Cap. I, §. 38; *Dn. Feltz*, Diss. de *Jure Legislatorio Territoriali Civitatum Imperialium*, Resp. *Dn. Jeremia Godelmanno*, An. 1701, 3 Jan. Argentorati habita, §. 2 & 3, pag. 2 &c. *Dn. Fridericus Heilbronner*, Diss. Inaug. de *Superioritate Territoriali Civitatum Imperialium*, Præside *Dn. Wildvogelio*, An. 1709, mens. Junio, Jenæ defensa, passim. *Dn. David Wilhelmus Rau*, Diss. Inaug. de *Pari nexu Civitatum Imperialium cum S. R. Imperio*, Præside *Dn. Schwedero*, An. 1714, 5 Mart. Tubingæ propugnata, per tot. Sexcenti alii. Fundamenta potiora sunt, quod:

(1) Absque controversia, sint immediati Status Imperii, de quibus indistincte in Capitulationibus Cæsareis, veluti *Caroli V*, Art. 4, *Ferdinandi I*, Art. 3; *Maximiliani II*, Art. 4; *Rudolphi II*, Art. 3; *Matthiæ* Art. 3; *Ferdinandi II*, Art. 3; *Ferdinandi III*, Art. 3; *Ferdinandi IV* Art. 3; *Leopoldi*, Art. 3; *Josephi* Art. 3; & *Caroli VI*, Art. I, cautum: *Wir sollen und wollen auch, Churfürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbahre Freye Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen) Ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien. --- Gerechtigkeiten, Gebrauch und gute Gewohnheiten, so Sie bißhero gehabt, oder in Ubung* gewe-

gewesen, zu Wasser und zu Land - - - - in beständiger Form confirmiren &c. Hæc ex Capitulatione novissima l. c.

(2) Vigore *Juris Territorialis & Superioritatis* Eis, non minus ac reliquis Statibus, *jus reformandi* in Territoriis suis competere dicatur, Art. V, *Instr. Pac.* §. 29 & 30. Conf. seq. Tit. XIX, §. 37, lit. a.

(3) Omnium reliquorum Jurium participes factæ innotescant, quibus cæteri Status gaudent; Art. VIII dicti *Instrum. Pacis*, §. 2, Gaudeant & §. 4. *Tam in universalibus &c.*

(4) Proprium habeant Territorium, cujus respectu, ad instar reliquorum Statuum, immediate Cæsari & Imperio subsunt; quidni & Jura ejusmodi Territorio annexa? Vid. cit. *Instr. Pacis*, Art. VIII, §. 4, verb. *Cum omnimoda Jurisdictione intra muros, & in Territorio.*

(5) In Territoriis suis possint, quæ Principes in suis; vid. *Gailius* ll. cc. *Schützius* ll. cc. reliqui.

(6) Earum summa potestas, in ipsarum Territoriis, eadem sit, quæ Principum in horum Territoriis; licet illa saltem *Stättliche Hohe Obrigkeit*; & hæc: *Landsfürstliche Hohe Obrigkeit*, vocetur. Nominum enim variatio naturam unius ejusdemque rei non adulterat; ut enim e. g. Regalia, quæ in Regnis appellantur *Königliche Hohe Gerechtigkeiten*; in Electoratibus audiunt *Churfürstliche Hohe Gerechtigkeiten*; in Principatibus *Fürstliche*; in Comitatibus *Gräffliche*; & in Territoriis Civitatum, *Stättliche*; & nihilominus ubique manent *Regalia*, licet, respectu personarum, quibus competunt, alia nomina sortiantur; sic comparatum cum *Superioritate*. Vid. *Meichsner* l. c. *Bidenbach* l. c. *Schütz* l. c. Exercit. VI, §. 4, lit. F, pag. 350; *Reinking* l. c. lib. I, Class. V, Cap. V, §. 23 &c. pag. 589; *Wurmser*, Exercit. 3. *Jur. Publ.* Quæst. XI, pag. 116 & 117, & Quæst. XVII, pag. 128 &c. *Knipschild*, de *Nobilitate* Lib. 3, Cap. I, §. 8 & 9, pag. 3; & de *Juribus Civitatum Imperialium*, Lib. 2, Cap. 4, §. IV, v. 17 &c. pag. 273; *Limnæus*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. I, §. 50, pag. 34; *Rumelinus* l. c *Wahremundus ab Ehrenberg* l. c. *Ertel* l. c. p. 254.

(7) Superiorem in Territoriis suis neminem agnoscant; salvo respectu, quem omnes Status Imperatori debent. Vid. *Limnæus Jur. Publ.* lib. VII, Cap. I, §. 50, pag. 32.

(8) Quotidie actus Superioritatis Territorialis, nemine contradicente, exerceant. &c. &c. Vid. *Limnæus* l. c.

(*b*) STATUS IMPERII &c. Add. Propria Territoria, cum annexis Juribus, quibus Status alii fruuntur, habentes. Hypothesin enim: *Est Status Imperii, Ergo habet Superioritatem Territorialem*, simpliciter non esse veram, præced. §. 10, lit. b. dictum.

(*c*) NEGAT &c. Idem facit in *Velitatione Apologetica*, de *Civitatum Juribus Territorii*, n. 15, 120, 130; nec non *Gyllmannus*, Tom. 3 *Symphorematum*, pag. 75; sibi contrarius tamen Tom. 2, Part. I, Voto 8, §. 3 & 4, pag. m. 89. *Lampadius*, de *Republ. Rer. Germ.* Part. 3, Cap. 3, §. 21, pag. 48; Dn. *Ockel*, de *Regali Postarum Jure*, Cap. 4, Discurs. ad Objectiones 18 & seqq. §. 5, pag. 100 & 101; &, quoad illas Civitates, quas *Liberas Imperiales*, seu *Freye Reichs-Stätte*, vocari non posse putat, Dn. *Joh. Philippus Heuss*, Diss. Inaug. de *Civitatum dispari nexu cum S. R. Imperio*, Præside Illustri Dn. *Ludewig* an. 1710, 30 Oct. Hallæ habita, Cap. VII, pag. 55 &c. ob rationes, quod,

(1) Civitates, utpote nec in Ducatus, nec Marchionatus &c. erectæ, careant ditionibus *Regalem dignitatem* annexam habentibus, cujus solius respectu Superioritas Territorialis *Landsfürstliche Hohe Obrigkeit* audiat.

(2) Earum Territoria cum Territoriis Magnorum Principum comparari nequeant.

(3) Quarundam Jurisdictio extra mœnia se non extendat; proinde, ubi nullum Territorium, ibi nec Superioritas Territorialis.

(4) Docere non possint, quo Jure Superioritatem hanc habeant?

(5) Quædam earum Cæsari adhuc hodie annuum tributum pendant;

(6) In nonnullis, v. g. *Norimbergæ*, *Francofurti ad Mœnum*, *Rotenburgi ad Tubarim*, *Augustæ*, *Eslingæ &c.* reperiantur adhuc *Præfecti Imperiales*, *Reichs-Schultheissen*; *Land-Vögte*, *Amptmänner &c.* in signum Jurisdictionis, Cæsari ibi competentis; id quod Superioritate Territoriali adversum.

(7) Cæsari homagium præstent.

(8) Jura, quæ exercent, ex meris Cæsarum privilegiis profluant.

(9) Jura Territorialia cum Superioritate Territoriali confundere nefas sit.

(10) Civitates *Imperiales simpliciter tales* perperam cum *Liberis*, *mit denen Freyen Reichs-Stätten*, pari censu habendæ credantur &c. &c.

Responderi vero ad hæc potest:

Ad (1) Committi rursus fallaciam petitionis principii; cum à nemine hactenus probatum sit, solos Ducatus, Marchionatus, aliasve Terras Regalem dignitatem annexam habentes *Superioritatis Territorialis* capaces esse; vocabulum *Landsfürstliche Hohe Obrigkeit*, innuere duntaxat Subjecti qualitatem, quod scil. *Princeps* sit, ad quem spectet; non vero differentiam essentialem inter Superioritatem Territorialem Comitum, Prælatorumve, aut Civitatum, vel Immediatæ Nobilitatis; Superioritatem ubique eandem esse, sive Rex, sive Elector, sive Dux, Marchio, Princeps, Comes, Prælatus, Civitas, aut Nobilis Immediatus, eam exerceat; distincta

licet

licet nomina, ratione Personarum, quibus competit, nanſciſcatur, ita, ut modo *Königliche Hohe Lands-Obrigkeit*; modo, *Churfürſtliche Hohe Lands-Obrigkeit;* modo ſaltem *Hohe Landsfürſtliche Obrigkeit;* nunc, *Gräffliche Hohe Lands-Obrigkeit;* nunc ſimpliciter *Hohe Lands-Obrigkeit*, absque ullo Subjecti indice, appelletur. Pari modo, ac inter actus Superioritatis hujus nullum diſcrimen; Jus pangendi fœdera v. g. idem eſſe, ſive de Principe, ſive de Comite, ſive de Civitate &c. loquamur; ſic de reliquis. Magis & minus hic nihil ad rem facere, cum palam ſit, Territorium minus, æque eſſe Territorium, ac majus; nec hic obſtare, quod alibi Superioritas Territorialis plenior ſit, ac alibi; quoniam & Superioritas minus plena naturam, generis ſui retinet. Deinde, *Dignitatem Regalem* diverſam plane eſſe à *Dignitate Territoriali;* cum altera ſine altera bene ſubſiſtere queat; exemplo Statuum, quibus *regalis* quidem *dignitas*, aſt nulla Superioritas Territorialis, de quibus præced. §. 10, lit. b. Aut Principum Comitumque Mediatorum, aliorum Superioritati ſubjectorum. Vid. *Wurmſer*, Exercit. III. *Jur. Publ.* Quæſt. XI, pag. 117, & Quæſt. XVII, pag. 128 & 129; *Knipſchild* de *Nobilitate*, lib. 3, Part. I, Cap. I, §. 8, & 9. pag. 3, & de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 4, §. V, v. 15 & ſeqq. pag. 273, &c. *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccleſ.* Lib. I, Claſſ. V, Cap. V, §. 15 & ſeqq. pag. 588 &c. *Rumelinus* ad A. B. Diſſ. I, §. XI, p. 33. Auctor *Meditationum ad Inſtrum. Pacis*, Mantiſſ. I. *ad Specimen Quartum*, §. 17 &c. p. 13 &c.

Ad (2) Jura Territorialia ex Dominiorum ſpatiis non menſurari; aliquoties dictum. Manere talia in Comitatu, æque ac in Regno; excepto quod alibi plenius exerceantur, ac alibi; ubi vel Pacta conventa, vel æquipollens titulus, modum præſcribunt. Conf. *Knipſchild* de *Jurib. Civitatum Imper.* lib. 2, Cap. V, §. V, v. 30, p. 275.

Ad (3) Sufficere, Civitatem quandam Superioritate gaudere intra mœnia; cum non de loco quæſtio ſit, ubi exerceatur? ſed de poteſtate eam exercendi. Deinde, male inferri, à Civitate Territorio carente, ad Civitatem ſpatioſo Territorio præditam; ad ſimilitudinem, quod argumentum à Statibus, Territorio deſtitutis, de quibus præced. §. 10, lit. b; ad reliquos, magna Territoria habentes, invalidum ſit.

Ad (4) Non opus eſſe, ut Civitates probent, quibus titulis Superioritatem ſint conſecutæ; modo conſtet, eas eſſe in quieta ejus poſſeſſione. Legitimam interim præſcriptionem; Privilegia Cæſarea, quæ pedetentim nactæ; confirmationes publicarum Legum, v. g. Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, Art. V, §. 29 & 30, & Art. VIII, §. 2, *Gaudeant.* & §. 4, *Tam in Univerſalibus &c.* Capitulationum Cæſarearum, quarum præced. lit. a. facta mentio, &c. Conſenſum Imperatoris & totius Imperii; quotidianamque praxin, ſufficientes juſtosque præbere titulos. Conf. *Knipſchildius*, de *Jurib. Civitatum Imper.* lib. 2, Cap. V, §. V, v. 39 & ſeqq. pag. 276 &c. *Limnæus* cit. Lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. I, §. 50, p. 33.

Ad (5) Pacta conventa, legitimamque conſuetudinem, Superioritati Territoriali nihil derogare; minimum non ad hoc, ut talis eſſe deſinat; fateri omnes; cum illa ſaltem modum ejus exercendæ reſpiciant. Sereniſſ. Ducem Würtenbergicum Territorialis Domini Civitatum *Eslingenſis* & *Reutlingenſis* prærogativas, ex capite, quod, in recognitionem protectionis, certam quotannis pecuniæ ſummam ab eis accipere ſoleat, nunquam ambiviſſe; nec Ipſum Cæſarem, qua Hungariæ Regem, Majeſtatis, Patrum memoria, feciſſe jacturam, ubi, neceſſitate compulſus, annuum Turcis tributum ſolvere teneretur. Plures Imperii Status, citra conditionis diſpendium ad Imperatorum reditus quondam contribuiſſe, qui paulatim, variis modis, huic oneri ſe ſubduxerint. Civitates eos ſecutas, exceptis iis, quæ, libertatem adipiſcendo, nihil novi hac in re ſtipulabantur, priſtino canone pendendo aſſuetæ. Quid autem Superioritati earum Territoriali, quam nemo alius exercet, inde præjudicii?

Ad (6) Priusquam moderna Civitatum conditio innotuerit, ſubfuiſſe eas Præfectis Cæſareis, pari modo ac olim Advocati Clericorum Jurisdictionalia procurabant, veriſſimum. Ex quo vero libertatem, & cum ea proprii Territorii Jura, cæterorumque Imperii Statuum exemplo, conſecutæ ſint Superioritatem Territorialem, Præfectos iſtos vel plane, diverſis licet rationibus, fuiſſe ſublatos; vel non niſi ad Juſtitiæ adminiſtrationem concurriſſe; Salva Civitatum Superioritate, quoad reliqua; de quibus ita *Knipſchildius*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. V, Cap. 3, v. 25 & ſeqq. pag 1053: *Olim Prætores Imperiales, quoad Reipublicæ adminiſtrationem & Regimen, ſive totum Statum Urbis, ſo viel das Statt-Regiment und Staat-Sachen betrifft, nullam habuiſſe poteſtatem, nec Senatoriis deliberationibus præfuiſſe, probat Auctor Actorum Lindavienſium, fol. 49, poſt principium, & fol. 178, in fine. Eosdemque nec adminiſtrationem ærarii, pacis, belli, fœderum, ſed Juſtitiæ tantum exercitium habuiſſe, à quo tamen Reipublicæ adminiſtratio maxime differat, teſtatur idem Auctor Actor: Lindav. f. 573, verſ. Haben alſo; & fol. 49, in fine, ubi ait: Daß es nicht ein geringer Unterſchiedt, zwiſchen der Juſtici Weſen, und dem gantzen Staat einer Statt; und jenes nur ein Membrum, præclariſſimum tamen Urbici Corporis; Dieſes aber corpus ipſum. Et fol. 178, in fine, ibi: So iſt unter der Adminiſtratione Juſtitiæ, und dem völligen Regiment in Reichs-Stätten, tanquam*

inter Membrum & Corpus, partem & totum, eine kundtliche Unterschiedt; & fol. seq. in principio, ubi addit, daß Sie (die Reichs-Vögte) sich nicht aller Jurisdiction, und Landsherrlicher Obrigkeit unterzogen, sondern allein den Malefitzischen, und bißweilen auch den Bürgerlichen Gerichten, vorgestanden; also, neque Magistratus, neque etiam Judicis nobile officium, cum primis quoad extrajudicialia, völlig vertretten, oder die Ordinariam & Universalem Jurisdictionem ob sich gehabt &c. Add. *Heider, Fundam. Discursus von den Reichs-Vogtheyen*, lit. Hhh, pag. 78: *Sintemahl in dem Reich allenthalben der Brauch gewesen, daß ein Römischer König, oder Kayser, in den Freyen- und Reichs-Stätten, auch in den Freyen- und Reichs-Thälern, Richter und Vogt verordnet, die, im Nahmen des Reichs, den Staab führten &c, Paurmeister*, de *Jurisdict.* lib. 2, Cap. 4, §. 55; Dn. *Rau*, cit. Differt. Inaug. de *Pari nexu Civitatum Imperialium cum Imperio*; Cap. I, §. 21, pag. 33 & 34; & Cap. 2, §. 15, pag. 65, & 19, pag. 70 &c. Quod nec hodie amplius, in locis, ubi umbra veterum Præfectorum superest, à Cæsare, sed ab ipsis Magistratibus constituantur, & quidem nihil peculiare, præ reliquis civibus & Ministris, habentes, laudatum Dn. *Rau* l. c. Cap. I, §. 21, pag. 35. annotasse. Facit hanc in rem Privilegium *Sigismundi* Imp. sub dato *Wiene*, 1426, *am nächsten Dornstag vor dem Sunnentag Judica, in der Vasten*, Civitati *Augustanæ* in Vindeliciis concessum, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 1 *Theil*, 3 *Absatz*, §. XXII, pag. 99 & 100, ibi: *Wie wohl das ist, daß dieselb Vogthey zu Augspurg Uns und dem Reich zugehöret, so wöllen und sollen Wir, und Unsere Nachkommen an dem Reich, In doch hinfür keinen Lant-Vogt, noch Statt-Vogt, nicht geben, noch Sy damit in ainichen Wege beschwæren, denn umb wen Sy Uns, durch Ire Erbere Bottschafft, oder Brieffe, bittent, und sust nicht anders, in ainichen Wege, und one alles Gefährde ----- und wen wir In also ze Landvogt geben, in Maß, so vorgeschrieben steht, der soll und mag dann seinem Under-Vogt, den man nennet Statt Vogt, (den denne dieselben von Augspurg auch darzu welen werden) den Bann an Unser statt, bevelhen und geben, ze richten über schedlich Leut, und ander Sach, was Im denne ze tun gepüret, nach der Statt Recht daselbs, doch daß derselb Lant-Vogt sollichen Bann von Uns, und dem Reiche, ze ersten neme und empfahe &c.* Confirmatio *Josephi*, sub dato *Wien*, 1 Julii 1707, de Officio hoc simul investientis Dn. *Benjaminum* de *Mentzingen*, habetur ibid. §. 69, p. 180. Consul *Biberacensis*, *mag einem jeglichen Ammann daselbst, den Bann über das Blut zu richten, verleihen*; ex privilegio *Ruperti* Imp. sub dato *Augspurg*. 1401, *uff unser Frauen Abendt, als Sye in Himmel fuhr &c.* apud Dn. *Lunigium* l. c. 4 *Absatz*, §. 17, pag. 189. Eodem Jure gaudet Consul *Bopffingensis*, ex privilegio *Wenceslai*, sub dato Francfurt. 1398, *am Dienstag, nach dem Obrist Tag der Weyhenachten* ibid. 5 *Absatz*, §. 4, pag. 211. Repetendum insuper, quod præced. §. 5, lit. c, jam monui; Jura, quæ in uno Territorio Superioritati connexa, in altero divisa reperiri, ita ut uni competat *die Lands Hohe Obrigkeit*, alteri *die Vogthey und Erb-Gericht &c.* Conf. Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. X, §. 5, pag. 873, & §. 11, p. 880.

Ad (7) Civitates non alio nexu, quam Status reliqui, Imperatori esse obstrictas; nimirum Fide & obsequio. Vid. D. *Rau* l. c. Cap. 1, §. 12, p. 20.

Ad (8) Perinde esse, num Civitates Jura sua ex privilegiis Cæsarum, an immemoriali præscriptione, aliove titulo, habeant? cum satis sit, eas quieta Superioritatis Territorialis possessione frui.

Ad (9) Commune esse Statibus Imperii, ut 's, cui Territorium, & Jura Territorialia, competunt, protinus Superioritate Territoriali gaudeat. Vid. *Reinking* l. c. lib. I, Class. V, Cap. V §. 8 &c. p. 587; *Rumelinus* ad A. B. Diss. I, §. XI, pag. 33; *Limnæus* l. c. lib. VII, Cap. I, §. 50, pag. 35; *Wurmser* cit. Exercit. 3. *Jur. Publ.* Quæst. XVII, pag. 127; *Knipschildt* l. c. Lib. 2, Cap. 4, §. 5, v. 16, & seqq. pag. 273 &c. Dn. *Schweder* l. c. pag. 880.

Ad (10) Leges Imperii fundamentales ignorare discrimen inter *Civitates Liberas* & *nude Imperiales*; omnes simul sumtas unum idemque constituere Corpus, divisum in scamna duo, Rhenanum & Suevicum, ex quibus peculiare Collegium, diversum ab Electorali, & Principum Classe, surgit. Omnes vocari liberas. Omnium Privilegia, Jura, Consuetudines, communi formula confirmari. Eandem omnium, prærogativarum respectu, in Imperii Senatu, conditionem. Modum scribendi. *Freye UND Reichs-Stätte*, non innuere Subjectorum differentiam, sed duplicem duntaxat qualitatem, id est, Civitates Imperii, non solum *liberas*, sed & *Imperiales* esse. Vid. *Reinkingius* l. c. lib. I, Class. 4, Cap 20, §. 40 & 41, pag. 494 & 495, provocans ad *Gylmannum*. T. 3. *Symphoremat.* f. 75; & *Knichenium*, *Velitat. Apologet.* n 87 & 88. *Wehner*, Observat. voc. *Freye Reichs-Stätte*, pag. 136; Dn. *Schweder* l. c. Cap. IX, §. 1, pag. 848.

(*d*) EX PRÆSCRIPTIONE &c. Ast validum esse hunc acquirendæ Territorialis Superioritatis titulum, seq. Tit. XX, §. 1. probabo.

TIT. XVI.

DE JURIBUS SUPERIORITATIS TERRITORIALIS.

UT ordine Jura Superioritatis Territorialis tractemus, & quousque se Superioritas Territorialis extendat, accuratius constet, inquirendum erit in Jura Majestatis; Superioritas enim Territorialis Majestatis æmula est, *uti diximus.*

(1) Scilicet, DEus Optimus Maximus ubi, per omnipotentiam, cuncta visibilia & invisibilia creasset, continuo dominium atque Imperium supremum in hæc sua creata habebat, &, secundum placitum, regebat ac disponebat singula, tum universa. In hominem, natura rationali præditum, competebat Imperium proprie dictum, obligans Adamum, ad exequendas leges, à Deo præscriptas. In reliqua animata & inanimata, Dominium se exerebat, cujus vigore liberrimæ dispositioni Creatoris relinquebantur: imo, in universum pertingebat hoc Regimen, & dispositio generalis, quæ seriem totius tam concinne temperabat, ut singulis bene esset.

(2) Consequebatur itaque Creatoris omnipotentis triplex, pro conceptu nostro, potestas: Dominium in res irrationales, imperium in hominem, Regimen universi.

(3) Postquam autem Reges introduxit, qui divinas subirent vices, & in designatam regionem & commissum populum haberent jura, exercerentque, tanquam in sphæram suæ civilis activitatis; Huic Vicario, & Pro-Deo, in partialem orbem facultatem attribuit, similem illi, quam ipse habet in universum mundum.

(4) Cujus beneficio consequuntur Principes universæ Reipubl. Regimen, Imperium in hominem *(a)* & Dominium in regionem subjectam, seu territorium. His enim absolvitur augusta Majestas, quæ, dum omnia posse debet in Civitate, tria illa necessaria complectitur, ad quæ omnia reliqua referuntur: ita tamen, ut quemadmodum hæc tria jura in se, & ratione essentiæ suæ, sunt unum & indivisible jus, & tantum, pro nostro concipiendi modo, ita dividuntur; ita & reliqua jura, quæ huc referuntur, itidem non sint Jura Majestatis in se distincta, sed ita saltem distinguantur à nostro concipiendi modo, propter diversitatem objectorum, e. g. idem numero jus, quod, in materia belli, dicitur jus bellum gerendi &c. in materia collectarum, dicitur jus tributa imponendi &c. *Vide Frider. Horn. de Civit. l. 2. c. 2.*

NOTA.

(a) HOMINEM &c. Quorsum locus *Taciti VI. A.* 8. ubi *Terentius* Senator ad *Tiberium*: *Tibi summum rerum judicium Dii dedere; nobis obsequii gloria relicta est.*

(5) Cum autem in Imperio nostro Superioritas territorialis sit æmula Majestatis, &, concessione Imperatoris & Imperii, in Statuum territoriis potestas ubique; ad similitudinem Majestatis, faciemus tria jura Superioritatis territorialis generalia, ad quæ reliqua omnia revocari poterunt. *Frid. Horn. dict. tract. de Civit. l. 2. c. 7. ita & de his loquitur: Totam rem absolvit Imperium in caput subditi, cum omnibus annexis potestatibus, Juris-*

dictione

diction e & similibus; *item dominium in publica atque eminens, & propullulantia inde jura, notabili connexu tenet.* Addimus nos Regimen universi.

(6) Alii aliter ea dividunt, & tot fere videbimus diversas jurium superioritatis territorialis divisiones, quot sunt Doctores, qui hanc materiam tractarunt.

(7) Alii quædam Jura referunt ad Superioritatem territorialem, quæ alii omittunt.

(8) Interdum quædam eo referuntur, quæ eo non pertinent, *ut ex seqq. apparebit.*

TIT. XVII.
DE
IMPERIO IN PERSONAM.

PRincipium ergo omnium Jurium, quæ in territorio suo habent Status Imperii, est jus, seu potestas in caput subditi.

(1) Cui innitur omnis nomothesia, tum specialis, quæ personam & affectiones subditi concernit, & mores disponit, ac definite in subditum directa est: tum generalis, de quacunque civili re alia; nisi enim obnoxium foret caput parentium Imperio Superioris, nunquam hic Constitutionibus suis, ac sanctionibus, illud sibi devinciret.

(2) Hinc profluunt omnes LL. quæ subditum ligant, (*a*) ut aliquid faciat, vel omittat, maxime circa res, sua natura indifferentes: quæ, sine præcepto superioris, nec in bonum, nec in malum morale feruntur.

NOTA.

(*a*) LIGANT &c. Interna Reipublicæ promovenda quies omnino Leges exigit; quoniam, ut *Atheniensis* verba mea faciam, apud *Platonem*, lib. IX. de *Legibus*, (Interprete *Marsilio Ficino*, Edit. Francof. An. 1602, pag. 936:) *Necesse est, Leges hominibus ponere, ut secundum Leges vivant; nam si absque his viverent, nihilo à feris atrocissimis discreparent; cujus rei causa est, quia nullius hominis ingenium ita natura institutum est, ut, quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, sufficienter cognoscat, &, si cognovit, ut optimum id, quod novit, semper agere possit ac velit &c.* Hinc *Cicero*, lib. 2. de *Legibus*, §. XI: *Constat profecto ad salutem Civium, Civitatumque incolumitatem, vitamque omnium quietam & beatam, conditas esse Leges; eosque, qui primum ejusmodi scita sanxerunt, Populis ostendisse, ea se scripturos, atque laturos, quibus illi adscriptis susceptisque honeste beateque viverent &c.* & ibid. Lib. 3, §. 3: *Nihil tam aptum est ad Jus conditionemque naturæ (quod cum dico Legem, à me dici nihil aliud intelligi volo) quam Imperium, sine quo, nec Domus ulla, nec Civitas, nec Gens, nec hominum universum Genus, stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus, potest &c.* Rursus, lib. I. de *Inventione*, §. 68: *Ea virtute & sapientia Majores Nostri fuerunt, ut, in Legibus scribendis, nihil aliud, nisi salutem atque utilitatem Reipublicæ, proponerent. --- Nemo enim Leges, Legum causa, salvas esse vult, sed Reipublicæ; quod, ex Legibus, omneis Respublicas optime putant administrari. Quam ob rem igitur Leges servari oportet; ad eam causam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, quoniam Reipublicæ servimus, ex Reipublicæ commodo atque utilitate, Leges interpretemur. Nam, ut ex Medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectat, quoniam ejus causa est instituta: sic à Legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod Reipublicæ conducat, proficisci, quoniam ejus causa sunt comparatæ &c.* Esse enim *Legem*, *Justi injustique regulam*, dudum professus est *Seneca*, lib. 4. de *Beneficiis*, Cap. XII, p. m. 313. *Deinde, Leges à scelere deterrent: præcepta in officium adhortantur: his adjice, quod Leges quoque proficiunt ad bonos mores;* Idem, in Epistola XCIV, pag. m. 593. Proinde, ut *Xenophon* Lib. 4. *Memorabilium*, *Johanne Lewenklajo* Interprete, pag. 637. Edit. Basil. 1569, ait: *Si Cives in Legibus persistant,*

stant, Urbes potentissimæ beatissimæque fiunt &c. &, in *Oratione de Agesilao Rege*, pag. 529: *Quod si sui pacate in Legibus persisterent, non obscure præ se ferebat* (Agesilaus) *existimare se: Patriam semper beatam fore.* Conf. de thesi Illustr. Dn. *Bohmer, Introduct. in Jus Publicum Universale*, Part. Gener. Cap. I, & Part. spec. lib. 2, Cap. 3, pag. 374 &c. Utut autem hæc ita se habeant, nihilominus *sic Leges Civitatibus conscribantur, ut Patris Matrisque personam Lator Legum penitus gerat, scriptaque charitatis prudentiæque virtutem habeant potius, quam Domini Tyrannique minitantis tantum & describentis, rationem vero nullam penitus assignantis &c.* Hæc *Plato* l. c. pag. 926.

(3) Propter hoc Imperium in Caput Subditorum, Status Imperii habent Legum Provincialium, ac Statutorum, condendi potestatem, (*a*) *Land-Recht und Lands-Ordnung zu machen. Ordinat. Camer.* P. I, Tit. LVII, ubi Assessores Cameræ jurant: *Nach des Reichs Gemeinen Rechten, Abschied, aufgerichtem Frieden in Religions- und andern Sachen, auch Handhabung des Friedens, und, nach redlichem, erbahren, und Landischen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthumen, Herrschafften und Gericht, die vor Sie bracht werden, den Hohen und Niedern, nach ihrem besten Verstandniß, zu richten &c.*

NOTA.

(*a*) POTESTATEM &c. Conf. *Policey-Ordnung zu Franckfurth*, de An. 1577, §. 2: *Wäre es aber Sach, daß einiger Chur-Fürst oder Stand, solcher Schwür und Flüch halben, einige Satzungen aufgericht hatt, die ernster und härter wären, dann diese, oder hernachmahls dergleichen aufrichten würde; demselben soll, durch diese Ordnung, nichts benommen, sondern in alle Wege zugelassen seyn &c.* & Tit. XX, §. 7: *Doch soll hierdurch den Churfürsten, Fürsten und Ständen, an Ihren von Uns habenden Kayserlichen Regalien, Privilegien, und zustehenden Gerechtigkeiten, Ordnung zu machen, nichts præjudiciren oder benommen, sondern Ihnen vorbehalten seyn &c.* Habent autem Status potestatem hanc in præsentiarum Vigore Superioritatis Territorialis; olim, vel ex usu longævo, tacito Imperatorum consensu approbato; vel ex speciali privilegio. Hæcque ratio, cur tempus definiri nequeat, quo singuli Status jure ferendi Leges Provinciales, & Statuta, uti cœperint? cum tota Territorialis Superioritas pedetentim introducta noscatur; proinde Regalia quoque, ad eam pertinentia. Excipiendi sunt illi, qui specialia hanc in rem privilegia sibi dari curarunt, v. g.

An. 1330. Civitas *Wimpina*, quæ, sub dato *Franckefurt, am Montag vor Matthei*, privilegium à LUDOVICO Bavaro, obtinuit, *daß das, was der mehrer Theil des Raths zu Rath wird, umb redlich, und umb zeitlich Sachen, die der Statt Wimpffen Frommen und Nutz bringet, der minder Theil, oder die Gemeinde, nicht wiedersprechen solle &c.* Vid. Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, Part. 4, 52 *Absatz*, §. 3. pag. 644.

An. 1355, sub dato *Sultzbach*, 1 August. in Diplomate Privilegiorum *Argentoratensium*, inquit CAROLUS IV. Imp. *Wir geben Ihnen auch die Gnade und Freyheit, daß Sie mögen in Ihrer Statt Straßburg setzen und entsetzen, alles, das Sie erkennen, und trauent, daß Ihrer Statt nütz und gut seye, ohn männiglichs Wiederreden &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. 58 *Absatz*, Tit. *Straßburg*, §. XVIII, p. 736.

An. 1361, sub dato *Sultzbach, an dem nechsten Donnerstage nach S. Marcus Tag*, in Privilegio Civitatis *Suinfurtensis*, ait Idem: *Wir geben auch dem Rath derselben Statt zu Schweinfurth vollen Gewalt, daß Sie Ihre Recht, Gesetze, Gebott und Gewohnheiten, mægen mehren, mindern, bessern, und daran ab- und zu thun, wie den Rath düncket &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. 43 *Absatz*, Tit. *Schweinfurth*, §. V, pag. 396.

An. 1375, sub dato, *Bremßlaw, in der Ucker, in der Marcken zu Brandenburg, an S. Michels-Tag*, in Privilegio *Eslingensium*, Idem: *Daß die vorgenanten Bürgermeister und Rath ---- mögen in der Statt zu Eßlingen ein Ordnung setzen und machen, an Wiederrede und Hindernüsse allermänniglichs, nachdem als Sie duncket, oder duncken würdet, daß es der Statt, den Bürgern und Gemeine, nütze und Nottdurfft sey; und mit Nahmen, von Gabe, Handeln und Ratschatz; und mögen das thun, als offte Sie deß übereinkommen, und zu Rate werden, das es not und gut sey &c.* Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. I, XIII *Absatz*, Tit. *Eßlingen*, §. 9, p. 501.

An. 1420, sub dato: *Preßburg, an dem H. Creutz-Tag Exaltationis*, in Privilegio SIGISMUNDI, Civitati *Uberlingen* concesso, legitur: *Daß die Bürgermeister und Rath der Statt zu Uberlingen, die jezund seindt, undt in künfftigen Zeithen sein werden, oder der mehrer Theill under Ihn, in derselben Statt, undt in Ihren Zugehörungen, Gebiethen, undt*

Etter, in allen Sachen, sezen und ordiniren mœgen, was Sie, nach Erkhantnüß deß Raths daselbst, oder des mehreren Theills under Ihn, auf ihr Eyde, Notturfft undt besser gethann, dann gelassen, würdt duncken seyn; und was Sie deme also sezen, ordnen und erkhennen, daß soll in der Statt zu Uberlingen, undt in derselben Statt Gebiethen, undt Etter, bey Ihn, von Jedermann gehalten, volziret undt gegeben werden, ohne Wiederred &c. Vid. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, 45 *Absatz*, Tit. *Uberlingen*, §. 3, pag. 542.

An. 1493, in Privilegio Civitatis *Coloniensis*, sub dato *Lintz*, 27 April. scribit FRIDERICUS III. Imp. *daß Bürgermeister und Rath zu Cölln, bey Ihren Freyheiten, alten Herkommen und Gebrauch bleiben, und alle die, so wieder Satzung, Ordnung, Geboth und Verbot, die, zu gemeiner Regierung jetzo daselbst fürgenommen seyn, oder hinführo, durch Sie, oder Ihre Nachkommen, gemacht oder beschehen, thun würden, darumb, wie sich gebührt, straffen, und solche Buß von Ihnen fordern, und einbringen - - - - sollen &c.* Vid. Dn. *Lünig* l. c. Part. I, IX *Absatz*, Tit. *Colln*, §. XVII, pag. 369.

Recentiora ut taceam. De Thesi conf. *Ziegler*, de *Jur. Majest.* Lib. I, Cap. V, §. 19; *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 2, P. 5, Cap. VII, §. 350; *Rudinger*, *Observation. Singular.* Centur. 2, Observat. 56, pag. m. 67; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Gebott* pag. m. 156; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. eadem, pag. m. 294, ibique *Dietherr*, in Additionibus; *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. X, §. 1, pag. 362; *Jaroslaus de Strzela*, Eq. Opoliens. Differt. de *Juribus Statutorum*, Præside Dn. *Simone*, An. 1670. 3 Novemb. Jenæ habita; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. XXXIX, pag. 358 &c. Rever. Abbas Arnsburgensis, *Robertus Kolb*, in *Aquila certante*, Confutat. Signi XVIII Solmensis, Art. 2, §. 2 & 3, pag. 201 &c. Dn. *Schweder*, *Introduct. Juris Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 13, §. 2, pag. 906 &c. Dn. *Hertius*, de *Superioritate Territor.* §. 25; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. I, §. 15, pag. 260. Alii.

(4) Quidam hoc jus vocant Jus Municipale, arg. L. 2, C. de Off. Præfecti Præt. L. 3, §. 4, ff. Quod vi aut clam. Quamvis autem forte non incongrue dicantur hæc Statuta Jus municipale, arg. dictorum Textuum; tamen putamus, hoc Jus condendi Statuta, non esse derivandum ex antiquo more (*a*) Municipiorum, ut quidam faciunt; & propterea Civitatibus Imperii (*b*) illud tribuunt, arg. L. Antiochensium, 37, ff. de Reb. auctoritate Judicis possidend.

NOTÆ.

(*a*) EX ANTIQVO MORE &c. Rectius, ex antiquo usu, accedente Cæsarum consensu qualicunque, dudum confirmato; vel ex speciali privilegio. vid. præced. §. 3, lit. a.

(*b*) CIVITATIBUS IMPERII &c. Immediatis Liberisque Imperii Civitatibus, æquè ac Statibus reliquis, competere potestatem hanc legislatoriam, variis rationibus probavit *Knipschildt* l. c. §. 2, p. 362 &c. in primis urgens, quod non minus Jure Superioritatis Territorialis, ad quod ea pertinet, ac Principes Comitesque, gaudeant. Conf. *Mylerus* l. c. §. 2, pag. 359; *Gailius*, de *Pace Publica*, lib. I, Cap. VI, §. 11, p. 29, ubi ad aliorum auctoritatem provocat; Idem, de *Arrestis Imperii*, Cap. IX, §. 2, p. 249; *Mynsinger*, Respons. XIII, n. 10, decad. 2. Ill. Dn. *Stryckius*, de *Usu moderno Pandectarum*, Lib. I, Tit. III, §. V, p. 57; Dn. *Sigismundus Jacobus Holzschuherus de Neuenbürg*, Diss. *de Statuum Imperii potestate Legislatoria, contra Jus commune*; Præside Illustri *Thomasio*, An. 1703, 14 April. *Halæ* habita, §. XXV, p. 16.

(5) An hæc Principum & Statuum Imperii Statuta possint esse contraria (*a*) Juri communi? Quæstio est. Affirmant hanc Doctores. Quoniam Jus Civile ab eo, qui Leges Provinciales condendi potestatem habet, contraria Lege tolli potest, (*b*) arg L. 3, §. 5 ff. de Sepulchro violato; Reinking, Lib. I, Class. 2, Cap. X, §. 5. Et hinc, in Imperio nostro, passim videmus Statuta, contra Jus commune, de Successionibus ab Intestato; de solennitatibus Testamentorum & Contractuum; de Jure Retractus; de Unione prolium; de Successione Conjugum, aut Fratrum, exclusis Sororibus, modica hereditatis parte, pro dote, accepta; lata & promulgata. Vid. Sichard. Consil. de Testament. passim; Myler ab

ab Ehrenbach, de Statib. Imperii, Part. 2, Cap. 39. Excipiuntur tamen publicæ (c) Imperii Leges, communi Principum ac Statuum Imperii suffragio latæ; contra has enim Statuta condita non valent; præsertim, si Leges Imperii clausula derogatoria & annullatoria munitæ fuerint. Klockius, *de Contribut. Cap. V*, §. 160.

NOTÆ.

(a) CONTRARIA &c. Huc pertinet tota Disputatio Dn. *Holtzschuheri*, modo laudata, præsertim §. XXVI & seqq. Erronea omnino sententia *Arthuri Duckii*, Lib. 2. de *Auctoritate Juris Civilis Romanorum in Dominiis Principum Christianorum*, Cap. 2, §. 18, verb. *Tanta est Juris Civilis Romanorum in Germania auctoritas, ut, licet in omnibus aliis Regnis Dominiisque concessa fuerit Jure Romano potestas condendi Statuta, de Jure Civili derogantia, ut omnes Romani Juris Interpretes asserunt; Principes tamen & Civitates Germaniæ non possint statuere, contra prohibitionem Juris Cæsarei; eaque de causa, non possint statuere: Ut bona naufragorum cadant in commissum, & à Dominis Territoriorum, mari fluminive vicinis, capiantur; cum omnes ejusmodi consuetudines & Statuta Friderici Imperatoris Constitutione declarentur nulla &c.* Rectius longe *Conringius*, in Epistola ad *Henricum Langenbeckium*, Sereniss. Ducis Brunsuic. & Luneb. *Christiani Ludovici*, Cancellarium Statusque Ministrum, *Joachimi Hopperi*, de *Vera Jurisprudentia*, Operi, An. 1656, Brunsuigæ recuso, præmissa: *Multum id abest à peritia Juris illius* (Justinianei) *quod in Civitate quavis hodie obtinet. Nec enim Justinianeum illud jus usquam Terrarum, nisi aliqua sui parte, & quidem exigua, vim Legis amplius habet. Alicubi nullum illi pretium est. Ubivis Statuta & consuetudines domesticæ prævalent; & Rebuspublicis libera est potestas jus illud vel de novo acceptandi, vel rejiciendi, etsi jam quadantenus receptum &c.* Sic & in Epistolis aliis, quarum præced Lib. I, Tit. 2, §. 20, lit. a. pag. 289 &c. memini. Quid opus autem testibus, ubi innumeræ Constitutiones, Ordinationes, Decisiones, Statuta, Rescriptaque Principum, aliorumque Statuum Imperii, subsidiario Juri Justinianeo contraria thesin firmant? conf. *Reformation guter Policey zu Augspurg*, de An. 1530, Tit. XIX, §. 2, *Item, die Berg-Knappen &c. Knipschild*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imper.* Lib. 2, Cap. X, § 33, pag. 366 &c. & Cap. XIX, §. 25, pag. 439; *Knichen*, de *Jure Territor.* c. 1. §. 179; *Schrader*, de *Feudis*. Part. X, Sect. 17, §. 32 & seqq. pag. 457, passimque alibi; *Gailius*, de *Arrestis*, Cap. IX, §. 1. pag. 249; *Meichsner*, Tom. 2, lib. I. Decis. 8, §. 47; *Limnæus*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 253, pag. 256; Illust. *Hugo*. de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. 3, §. 20; Illust. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Juris Publ.* Cap. 23, §. 4, pag. m. 360; Illust. Dn. *Stryckius* l. c. §. 6 &c. pag. 57 &c. & de *Cautelis Testamentorum*, Cap. I, §. 12, pag. 10 &c. Dn. *Hornius*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 60, §. 5, pag. 644; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 13. §. 2, pag m. 907; Dn. *Hoppius*, *Histor. Jur. Civil.* Quæst. 30; Dn. *Joh. Ernestus Lamprecht*, Diss. de *Natura & Origine Juris Publici*, Præside Dn. *Schiltero*, An. 1694. Argentorati habita, §. 20, pag. 21 &c. Dn. *Joh. Gottfridus Starckius*, Diss. de *Jure restituendi Famam, Principibus Imperii asserto*, Præside Dn. *Gribnero*, An. 1710, Wittebergæ defensa, §. 6, p. 16. Add. quæ præced. Lib. I, Tit. 2, §. 7, lit. c, pag. 47, hanc in rem scripsi.

(b) TOLLI POTEST &c. Quia Juri Civili nulla in Imperii Statuum Territoriis auctoritas, nisi in casum deficientis Juris Statutarii, seu Provincialis. Quo trahenda *Ordinationis Judicii Aulici* Tit. I. verba: *In Mangelung derselben, die Kayserliche Rechte &c.* Add. Constitutiones aliæ, idem docentes, cit. præced. Lib. I, Tit. 2, §. 7, lit. c, pag. 47, & seq. lit. c. Recte proinde Serenissima *Domus Saxonica, in der Apologia und Rettung der zwo Schrifften, so* An. 1609, *von des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen an den verledigten Gülichischen Landen Rechten, außgegangen*, fol. 9: *Daß die Chur- und Fürsten des Reichs, als Personæ publicæ, den Privat-Gesetzen keines wegs unterworffen &c.* Vid. *Carpzov.* de *Lege Regia*, Cap. VI, Sect. 7, §. 27, pag. 157.

(c) PUBLICÆ &c. In Comitiis de An. 1641, deliberatione prævia: *Quomodo Jus Civile cum Principum Statutis conjungi posset?* conclusum fuit: *Man solte zwar suchen, es dahin zu bringen, wie eine Gleichheit in Camera, & Inferioribus Principum Statuumque Tribunalibus, einzurichten; Wo aber Chur-Fürsten und Stände, ein und anders Falls halben, gewisse außgedruckte Rechte, Landes-Ordnungen, Particular-Statuten, und löbliche Herkommene Gewohnheiten, oder auch, in similibus, rerum judicatarum & præjudicatarum Observationes, hätten, Sie dabey zu lassen wären; auch denenselben hieran, durch die Erledigung angezogener Dubiorum Juris in Camera, einige Beeinträchtigung nicht geschehen solle &c.* Videmus hinc, Statuum Imperii mentem fuisse, Statuta Ipsorum Provincialia valere, etiamsi cum Ordinationibus Cameræ non concordent. Id

quod magis, ex *Ord. Pol. Francof.* an. 1577, verbis præced. §. 3, lit. a. productis, elucescit; Manifestum exemplum suppeditat *Jus Saxonicum*, non admittens nepotes ex fratre, cum ipsorum Patruis, tanquam his remotiores; licet in Edicto *Caroli V, Norimbergæ*, 28 Novembr. An. 1521, promulgato, & R. J. *Wormatiensi*, dicti Anni, inserto, cautum reperiatur: *Demnach ordnen, setzen und erklären Wir, daß Brüder- und Schwester-Kinder, nun hinfurtan, mit ihres abgestorbenen Vatter, oder Mutter, Brüder oder Schwester, nach laut gemeiner beschriebener Kayserlicher Recht, auch in die Stämm zu Erben zugelassen werden sollen; aller und jeder Gewonheit, so an einigen Orten darwieder seyn, oder verstanden werden möchten, unverhindert; welche Gewohnheit, als dem Rechten, und dieser Ordnung, zu wieder, und ungemäß, Wir, obbedachtem Beschluß nach, und aus Vollkommenheit Unser Kayserlichen Macht, und rechtem Wissen, hiemit abthun, derogiren und vernichten &c.* Ecce quid de his *Berlichius*, Part. 3. *Conclusionum Practicabilium*, Conclus. XXIV, §. 16. 17 & seqq. pag. 174: *De Jure Saxonico, in Collateralibus jus repræsentationis* (Jure Civili stabilitum) *non admittitur, & ideo Filii defuncti Fratris cum Patruis non succedunt; sed, per Fratris defuncti Fratres, vel Sorores, utrinque conjunctos, in totum excluduntur ---- Ratio est, quia, de Jure Saxonico, Jus repræsentationis non attenditur, sed, qui proximior est gradu, remotiorem excludit, Text: in Land-Recht, Lib. I, Art. 3, sub fin. vers. Der sich aber näher; & Land-Recht, eod. Lib. Art. XVII, vers. Wann sich aber ein Erbe verschwestert; Hartmannus Pistorius, Observat. 164, incip. in casu n. 2 & seq. ---- Nec adversatur, quod Imperator Carolus V, in Comitiis Norimbergensibus, An. 1521, in fine, verbis expressis, sancivit: Ut, non obstante aliqua consuetudine, Fratrum filii semper cum Patruis suis admitterentur; quia illa Constitutio Imperialis in his Terris non approbata, sed Elector & Duces Saxoniæ contra illam semper protestati sunt, & eam recipere noluerunt, testibus Colero, Decis. 48, n. 9; Ambrosio Schurero,* (de Hæreditatibus ab Intestato) *Tit. 14, de speciali in transvers. Success. 2, pag. 250, vers. Neque etiam hoc casu attenditur ---- non obstante, quod Albertus, ArchiEpiscopus Magdeburgensis, dictam Constitutionem Imperialem receperit, & hodie contrarium in Archi-Episcopatu Magdeburgensi pronuncietur, & Fratrum filii cum Patruis, vel defuncti Fratribus, admittantur; testibus Colero, Dict. Decis. 48, n. 2, Part. I; Ambrosio Schurero, d. special. 2, post princ. vers. Sicut & Magdeburgenses, fol. 250 ---- Quam consuetudinem pronunciandi: Ut scil. Fratrum Filii cum Patruis non succedant; etiam approbavit Augustus, Elector Saxoniæ, in suis Novellis, Part. 3, Constit. XVIII, §. Wir wollen aber mit diesem Unsern Gesetze &c.* De eadem protestatione testantur *Schneidewinus*, ad princ. Tit. I. Lib. 3. Instit. de *Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur*, Tit. de *Tertio ordine succed.* §. 14; Dn. *Strykius*, de *Usu moderno Pandectarum*, cit. Lib. I, Tit. 3. de *Legibus*, §. VI, pag. 58, qui merito miratur, *Carpzovium*, Part. 3. *Jurisprudentiæ Forensis*, Constit. XVIII, Definit. 2, §. 10, pag. 1096, de ejus fide dubitasse, cum vel ipse Cæsar, sub finem dicti *Rec. Imp. Wormatiensis*, An. 1521, §. 40, ejus meminerit, verb. *Doch hat Unser Oheym, Herzog Friederich von Bayern; dergleichen, Unser Oheym, Herzog Georg von Sachsen, mit offentlicher Protestation vor Uns Churfürsten, Fürsten und Ständen, nicht anders in diß nachfolgende Einschreiben der Fürstlichen Person, und sonst, bewilligen wollen, dann Ihnen, Ihren Vättern, und beyden Häusern, Bayern und Sachsen, an ihren Session, altem Herkommen und Gebräuchen, unabbrüchig und unbegeben &c.* Illustrantur hæc Præfatione *Ordinationis Politicæ Magdeburgensis*, circa finem: *Worbey Wir denn, aus besondern Uns hierzu bewegenden Ursachen, zugleich setzen und ordnen, daß die Sachsen-Rechte in Unserm Herzogthum weiter nicht, als so ferne sie Unsere oberwehnten Magdeburgischen Kirchen-Proceß- Policey- und andern Ordnungen, conform seyn, observiret; im übrigen aber die gemeine beschriebene Kayserliche Rechte, so weit Wir denenselben, aus Churfürstlicher Hobeit und Macht, nicht derogirt haben, so wohl bey der Regierung, als in Schöppenstuhl, und allen andern Gerichten angeregten Herzogthums, und der Graffschafft Manßfeld Magdeburgischer Hoheit, in procedendo, sententionando, & judicando, beobachtet werden sollen &c.* pariter ac *Torgauischen Außschreiben*, Tit. *welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten &c.* ubi circa finem: *Nach dieser Unser Ordnung, wollen Wir, daß man in den Hoff-Gerichten, Juristen-Facultäten, und allen Schöppen-Stühlen, nicht allein in künfftigen, sondern auch in den Fällen, so sich zuvorn zugetragen, und noch nicht gäntzlich erörtert, richten, und, derselben nach, erkennen, sprechen und urtheilen soll. Wollen auch alles dasjenige, so solcher Unser Ordnung zu wieder angesehen, und bedeutet werden mag, aus Churfürstlicher Macht und Hoheit, in Unsern Landen hiermit corrigiret, aufgehaben und abgethan haben &c.* Quibus patet, Potentissimum Electorem fundamentum secedendi à Jure communi, ponere *in der Churfürstlichen Macht und Hoheit*; quidni Status reliqui facultatem eandem eo jure Superioritatis Territorialis sibi vindicent? accedentibus præsertim tot Legibus Imperii, laudabiles Eorum Consuetudines, & Statutaria Jura, confirmantibus, de quibus præced. Lib. I, Tit.

Tit. 2, §. 7, lit. c, pag. 47, dictum, jungenda saltem *Capitulatione Carolina* novissima, Art. I, verb. *Wie wir dann auch in alleweg wollen - - - - die Churfürsten - - - - dann auch die Fürsten, Prælaten, Graffen, Herren und Stände, die unmittelbahre, freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen, bey Ihren Hoheiten, Geist- und Weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt - - - - lassen &c.* paucisque interjectis: *Wir sollen und wollen auch, Churfürsten, Fürsten und Ständen, die Unmittelbahre Freye Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen; Ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien - - - - Gerechtigkeiten, Gebrauch und gute Gewohnheiten, so Sie bißhero gehabt, oder in Ubung gewesen - - - - in beständiger Form, confirmiren, Sie auch dabey, als Römischer König, handhaben und schützen, und niemand einiges* Privilegium *darwieder ertheilen &c.* Nec est, quod, cum *Mynsingero*, timeamus, Assessores Cameræ non esse pronunciaturos secundum Statuta, Recessibus Imperii contraria; quia hoc ipsis injunctum, Part. I *Ordinat. Camer.* de An. 1555, Art. XIII, §. 1: *die Beysitzer des Cammer-Gerichts sollen in keine Sach, sie sey so gering als sie immer wolle, allein auf Ihr Gutbedüncken - - - - sondern auf des Reichs Gemeine Rechte, Abschied, - - - - und Ehrbahre Ländische Ordnungen, Statuten, und redliche ehrbahre Gewohnheiten der Fürstenthümmen, Herrschafften und Gericht, die für Sie gebracht werden - - - - nach Vermög und Außweisung ihres Eyds - - - - Urtheil fassen und außsprechen &c.* Quod l. c. Tit. LVII, repetitur. Adde, quæ *Capit. Caroli VI*, cit. Art. I, habentur: *Wollen nicht gestatten, daß denen Ständen, in Ihren* Territoriis, *in Religion-Politischen und Justitz-Sachen*, sub quocunque prætextu, *wieder den Frieden-Schluß, oder aufgerichtete rechtmässige und verbündliche* Pacta, *vor-oder eingegriffen werde &c.* ut & Art. XVI, verb. *Wir wollen die Justitz, nach Inhalt des* Instrumenti Pacis, *beym Cammer-Gericht und Reichs-Hoff-Rath, unpartheylich administriren &c.* Sed ecce quid dictum *Instrumentum Pacis*, Art. VIII, §. 4, in fine: *De cætero, omnes laudabiles consuetudines, & S. R. I. Constitutiones & Leges fundamentales, imposterum religiose serventur &c.* Stat proinde semper Justitia pro laudabilibus Statuum Consuetudinibus, Provinciarumque jure statutario. Quamvis hæc omnia legislatoriam duntaxat Statuum potestatem respectu subditorum suorum concernant; quantum enim administrationem Justitiæ in causis, inter ipsos Status controversis, respicit, utique vivere tenentur Legibus in Imperio semel receptis; cum in nullius sit arbitrio, qua Lege in Republica vivere cupiat. Locum hic meretur Responsum Ampliss. Facult. Jurid. Hallensis, d. 13 Nov. 1697, ad Quæstionem: *An Princeps in suo Territorio solennia Testamentorum Jur. Civ. tollere possit?* apud Dn. *Stryckium*, de *Cautelis Testamentorum*, Cap. I, §. 12, pag. 10 & seqq.

Ob wohl die Fürsten des Reichs an das gemeine Kayser-Recht verbunden, indem Sie solches auf öffentlichen Reichs-Tägen agnostiret, auch das allgemeine Reichs-Cammer-Gerichte, welches so wohl von Kayserl. Majest. als denen Standen des Reichs, aufgerichtet worden, auf solches Jus commune *gegründet ist, und also einem, oder andern Reichs-Fürsten nicht frey stehen kan, dasselbe Recht, was* communi Statuum consensu *recipiret worden, seinem Belieben nach, zu ändern, und sich davon zu eximiren.*

Weil aber hieselbst die Frag nicht ist: Ob, und wie weit, ein Fürst, respectu *der andern Herren Mit-Stände des H. Röm. Reichs, dem* Juri Civili *derogiren könne? in massen es daselbst billig heisset: quod Principes inter se utantur Jure privato, & secundum hoc causæ ipsorum, in Summis Imperii Tribunalibus, decidantur; sondern; ob Er, unter seinen Unterthanen,* Vi Superioritatis Territorialis, *von dem gemeinen Kayser-Recht abtretten, und ein anders einführen könne? welche potestas Principis, intuitu subditorum, & intuitu aliorum Imperii Statuum, gantz unterschieden ist; indem, was die Unterthanen betrifft, einer jeden Landes Obrigkeit* particularia Statuta, *oder Landes-*Constitutiones, *zu machen, nirgend verbotten, sondern Ihnen vielmehr, was Sie Ihren Unterthanen diensamb erachten, einzuführen, von undencklichen Jahren her, nachgelassen worden, allermassen bekandt, daß, ohngeachtet der Kayser* Carolus V. *durch eine Reichs-*Constitution de An. 1529, *denen Bruder Kindern das* Jus repræsentationis *verstattet, dennoch von Chur-Sachsen darwieder* expresse *protestiret, und solches biß* dato *nicht angenommen worden. Gleicher gestalt, ist bekandt, daß, da auf offentlichen Reichs-Tag verbothen* (Vid. *Reformation guter Policey zu Augspurg, de An. 1530,* Tit. XXVI, *von wucherlichen Contracten,* §. 8, *Und nachdem &c.* verb. *von dem Hundert, nicht mehr den fünff &c. Reformation guter Policey zu Augspurg, de An. 1548,* Tit. XVII, *von wucherlichen Contracten,* §. 8, *Und nachdem &c.* verb. *nicht mehr dan fünff Gülden jährlicher Gülden &c Policey-Ordnung zu Franckfurth* de An. 1577, Tit. XVII, *von wucherlichen Contracten,* §. 9, *Und nachdem &c.* ubi eadem verba; & Tit. XX, *von Jüden und ihrem Wucher &c.* §. 6, *damit aber &c.* verb. *nicht mehr dann fünff vom Hundert, zum Wucher zu nehmen, erlaubt seyn,) mehr als fünff,* pro cent, loco usurarum, *zu nehmen, dennoch,* per contrariam constitutionem, *nicht allein in der Marck Brandenburg, sondern auch in unterschiedenen Provincien, sechs* pro cent,

cent, *approbirt seyn. Es ist fast kein Land in Teutschland, da nicht in Erb-Fällen, insonderheit was die Eheleute betrifft,* per Statuta, *dem* Juri Civili *derogirt sey. Und, insonderheit, was die* Testamenta *betrifft, ist bekandt, daß* Jure Civili, *auch* tempore pestis, *Sieben Zeugen adhibirt werden müssen; welches der Kayser* Maximilianus, in Ordinatione Notariorum de Anno 1512, *nicht geändert, sondern vielmehr,* per verba generalia, *confirmiret; nichts desto minder, ist, in denen meisten Fürstenthümmern, eingeführet, daß 2 Zeugen,* tempore pestis, *genug seyn. Ferner ist* in Testamento Rusticorum *nöthig, daß, zum wenigsten, 5 Zeugen gebraucht werden; dessen ungeachtet, ist, so wohl in Sachsen, als vielen andern Orten,* per Statuta, *eingeführet, daß genug sey, wan ein Prediger, nebst 2 Zeugen, adhibirt werden. Zu geschweigen, daß die Fürsten des Reichs, in ihren* Territoriis, *das Kayser-Recht, nicht* ex necessitate, *sondern* libera voluntate, *angenommen, indem aus der* Aurea Bulla *bekandt, daß dazumahl, in Nieder Teutschland, das Sachsen-Recht überall gegolten, welches der Churfürst von Brandenburg, im Anfang des vorigen* Seculi; *die Hertzoge von Braunschweig, im Anfang dieses* Seculi; *ja, bey der Stadt Braunschweig, erstlich vor fünff und zwantzig Jahren, freywillig abgeschaffet, und das Kayser-Recht angenommen; und Ihnen also nicht verwehret werden kan,* contraria voluntate, *dasjenige zu ändern, was Sie dergestalt* proprio motu *eingeführet.*

So erscheinet hieraus allenthalben so viel, daß einem Fürsten des Reichs wohl erlaubt sey, dem Juri Civili *entgegen lauffende Landes-*Constitutiones *zu machen, und, bey denen Testamenten, einen grössern oder kleinern* numerum testium *einzuführen, zumahlen da solcher* numerus *nicht* ad substantiam Testamenti, *sondern* ad solennia, *gehöret, welche* in arbitrio *eines jeden Landes-Herrn verbleiben. V. R. W.*

Conf. idem, de *Usu moderno Pandectarum*, Lib. I, Tit. 3, §. VII, pag. 59 & §. VIII, pag. 61.

(6) Adeo hoc verum est, ut speciali Imperatoris Sanctione posteriori, Juri Statutario derogari possit in Comitiis, (*a*) *Betsius*, de Pactis Famil. Cap. 7, f. 34 Limitant hoc doctores: nisi Imperii Princeps, aut Status Imperii, Legem illam recipere nolens, protestatus fuerit; (*b*) *Berlich.* Part. 3, Conclus. 24, §. 7; prout Elector & Duces Saxoniæ Constitutionem de Successione Nepotum in bonis Patruorum, in Comitiis Spirensibus, 1529, latam, (*c*) nunquam receperunt. *Myler*, de Statib. Imperii, Part. 2, Cap. 39.

NOTÆ.

(*a*) IN COMITIIS &c. Id in quæstione est; *Num, in præjudicium Tertii, qui Jus quæsitum habet, speciali Imperatoris Sanctione, in Comitiis, ipso invito, & contradicente, Statuta Imperii Ordinum elidi queant?* salva res est, si Status, cujus interest Statuto non derogari, ejusmodi Sanctioni, in Comitiis conditæ & promulgatæ, non contradicat; quoniam universali Sanctioni calculum adjiciendo, privato Juri suo renunciasse videtur; conf. Dn. *Multzius Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. I, §. 17, pag. 260. Secus, si dissensu declarato, jus suum tueatur. Vid. Dn. *Coccejus, Prudentia Jur. Publ.* Cap. XXIII, §. 4, p. m. 360.

(*b*) PROTESTATUS FUERIT &c. Vid. præced. §. 5, lit. c.

(*c*) LATAM &c. Magis ad rhombum *Caroli V.* Edictum *Norimbergense*, An. 1521 publicatum, & Recessui *Wormatiensi*, adhuc eodem anno, insertum, cujus l. c. memini. Constitutio enim, in Comitiis *Spirensibus*, an. 1529, publici facta juris, disponit saltem de successione nepotum in Bona Patruorum amitarumque, non concurrentibus Patruis; *Norimbergense* vero Edictum ordinat, quæ regula servanda sit, in successionibus, ubi Nepotes cum Patruis concurrunt.

(7) Verum, putamus, hic videndum esse: An alicujus Status protestatio ab Imperatore, & reliquis Imperii Statibus, sit admissa, (*a*) nec ne? alias enim, si simplex Protestatio sufficeret, facile Comitialia Decreta irrita reddi possent, & frustra omnibus Sanctionibus Imperii adjiceretur clausula ab Imperatore: *Und befehlen Wir darauf Euch allen und jeden, Unsern und des H. Reichs Chur-Fürsten und Standen &c. hiemit, aus Rœmischer Kayserlicher Macht, bey den Eyden und Pflichten, die Ihr Uns, von des Reichs wegen, insonderheit gethan; und bey dem Gehorsam, den Ihr Uns, als Rœmischem Kayser, schuldig seyd, auch bey Verlust aller Gnaden, so Ihr von Uns und dem Reich, oder andern, habet, ernstlich und vestiglich gebietend &c.* Vid *Eyben*, de Testam. Princip. §. XI.

NOTA.

(a) ADMISSA &c. Ast legitime interposita admitti debet; cum Jura ſingulorum, ubi de meo & tuo agitur, pluralitati votorum non ſubjiciantur. Vid. declaratio Legati Saxonici, in Comitiis, de An. 1719, 21 Junii, & 25 Aug. in cauſa introducendi Imperialis Archippocomi, apud *Fabrum*, Tom. 33 *Staats-Cantzley*, Cap. IX, §. 2, p. 677 &c. & Tom. 34, Cap. XII, §. 2, pag. 372 &c. Conf. Dn. *Holtzſchuheri* Diſſ. præced. §. 4. lit. B, laudata, §. LVIII, p. 42.

(8) Cæterum, hæc Statuta tanti in Imperio ſunt valoris, ut, in deciſione cauſarum, inter Provinciales, quæ diſputantur, Camera Imperialis ſecundum ea pronunciare teneatur, modo rite fuerint inſinuata. Ordin. Cameral. Part. I, Tit. LVII (a) ibi: *Und nach redlichen &c.*

NOTA.

(a) TIT. LVII &c. Add. cit. Part. I, Art. XIII, §. 1, verbis præced. §. 5. lit. c, occurrentibus.

(9) An hæc Statuta Principum obligent omnes in Territorio, etiam ipſam Principiſſam, Liberos, vel, ſi Primogenitus rerum potitur, Fratres? vehementiſſime diſputatur. Alii illud negant; (a) de Principiſſa primum, quia (1) Uxor, per Conjugium, non ſerva, ſed ſocia effecta eſt; & par in parem non habet Imperium, L. 4. ff. de *Receptis Arbitris*; L. 13, §. 4 ff. ad SCt. Trebell. (2) quia Principis Uxor non minus eſt perſona immediata, quam ipſe Princeps: ideo in cauſa, ſive controverſia, Principis mariti cum uxore, habita tamen differentia: An de vinculo, an de jurgiis, diſceptetur? immediatus, qui alias Judex eſt, adeundus erit. Si ergo Judex ejus non erit, & nullam in eam habebit Jurisdictionem, etiam nulla Ejus Lege obligabitur. Vid. *Reinking*. lib. 3, Claſſ. I Cap. X, §. 50, *Limn.* Lib. 4 Jur. Publ. Cap. 8. §. 12.

NOTA.

(a) NEGANT &c. Huc pertinent quæ præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 2, & 11, dicta ſunt.

(10) Verum, cum Principes noſtri pleniſſimo jure ſua teneant territoria, ita ut quicunque deprehenduntur in Ipſorum territoriis domicilia conſtituiſſe, præſumantur eſſe ſubditi eorum perpetui, niſi probent, ſe eſſe exemptos, *ut infra videbimus*: & vero Principiſſæ, ſine dubio, in Principatu ſua domicilia conſtituta habeant, præſumuntur ſubditæ eſſe Principum, usque dum ſe ab hac ſubjectione exemptas eſſe oſtendant, aut ſi hoc non oſtendant, ſubjectæ erunt, & legibus ſeu ſtatutis Principum tenebuntur. Quo accedit, quod ipſa Auguſta (a) ſit ſubdita Imperatoris & Imperii, *argum l. 31. ff. de Legibus*. Cur ergo Principiſſa, in ſui Principis territorio, foret melioris conditionis? imprimis, ut ſæpe dictum eſt, cum ſuperioritas territorialis reſpondeat omnino Imperii Majeſtati. Et ea ſit Regni vere ita dicti Sanctitas, ut nemo omnino, præter Regem, in Regno eſſe poſſit, aut debeat, qui non agnoſcat Regiam Majeſtatem & poteſtatem, ſive cui Rex non ſit Rex. *Bœcl. in Annal. Tacit. lib. 1. c. 15*. Nec obſtat (1.) quod ſit ſocia mariti; nam (1.) in ſocietate nuptiali Politica etiam eſt ſocia ſua mariti, & tamen maritus propterea non privatur ſua in uxorem poteſtate. (2.) Eſt ſocia curæ domeſticæ, non vero curæ & ſollicitudinis publicæ, quæ duo non ſunt confundenda. Sic in privatis is, qui ſuperior eſt, in publicis ſæpe eſt inferior: exemplo Patris, qui in privatis ſuperior eſt filio; in publicis interdum eſt inferior. Et par in parem Imperium non habet in iis, in quibus paritas conſiſtit: licet ergo concedamus, in ſocietate paterna maritum & uxorem eſſe pares, quod tamen omnino *diſputatur*, (b) tamen non ſunt pares in Imperio publico. Nec

obſtat

obſtat (2.) quod ſit immediata perſona, æque ac Princeps; nam, ex immediata, fieri poteſt mediata, per *voluntariam* ſubjectionem, *ut ſupra docuimus*: Principiſſa forte immediata eſt, conſiderata (1.) extra poteſtatem ſui Patris; vel, per mortem Patris ſui; vel alio modo, qui eam a Patris Jurisdictione liberat, (2.) extra poteſtatem & territorium mariti; ſed non erit immediata, prout eſt in poteſtate maritali, & ejus territorio; niſi propter ſuum maritum & per privilegium, qui præſumitur omnia Jura Principiſſæ conceſſiſſe, quorum ipſa capax eſt. *l. 31. ff. de LL.* & ſic erit etiam immediata, ſed propter ſuum maritum, adeoque ſtatutis etiam erit ſoluta, ſed propter mariti conceſſionem.

NOTÆ.

(*a*) AUGUSTA &c. Vid. *Limnæus*, ad A. B. Cap. V, §. 3, Obſervat. 4, pag. 358. Ill. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. 3, §. 32, lit. c, pag. 221; Dn. *Brunneman, Exam. Jur. Publ.* lib. 2, Cap. V, §. Quæſt. 4, pag. 61.

(*b*) DISPUTATUR &c. Ob §. 10 J. de *Adopt.* §. 3. de *Heredum qualitate & differentia*; L. 13, ff. de *Suis & legitimis heredibus*. Qui, aliique textus plures, clare docent, liberos non eſſe pari cenſu in poteſtate matris, ac Patris. De reverentia, qua, *ſine diſcrimine*, liberi Parentes excipere tenentur, (de qua L. 4 ff. de *Curatorib. Furioſo*, & *aliis, extra Minores, dandis*; & L. 6, ff. de *In jus vocando*, loquuntur,) hic non eſt ſermo. Add. *Decius*, in L. 3. C. de *In jus vocando*.

(11) Quemadmodum autem communiter affirmant, Principi non ſubjici Principiſſam, & Legibus eam non teneri: ita communiter hoc ſtatuunt de liberis Principum, quia filii illuſtres cum Patre in dignitate ſunt pares, *und ſeynd gleich Fürſtenmæſſig.* Par autem in parem non habet Imperium; & ipſis non minus titulus tribuitur Ducis vel Comitis, *der Fürſten, Graſen und Herren, weil ſie aus Fürſtlichen, Græfflichen und Herrlichen Stæmmen gebohren.* Maxime, cum in Imperio Romano-Germanico filii illuſtres immediati, non ultimo defuncto, ſed primo acquirenti, ſuccedant, ita, ut etiam propterea liberi Principis Imperii, forum ſuum, non in territorio Patris ſui, ſed ubi alii Immediati cives Imper. ſcilicet, coram Imperatore, vel in Camera, aut coram Auſtregis, habeant. Id quod etiam ad delicta extendunt.

(12) Verum & hic (1.) ea obſtant, quæ jam diximus in reſponſionibus ad priora argumenta. (2.) *ſie ſind gleichmæſſige Fürſten*, non ratione poteſtatis & ſuperioritatis territorialis, ſed, ſicuti ipſi fatentur, *weil ſie aus Fürſtlichem, Græfflichem, und Herrlichem, Geblüth gebohren ſeynd*, & quia vivis parentibus, ſunt quaſi Domini rerum paternarum, & certiſſimam ſpem ſuccedendi in Principatibus, Comitatibus &c. habent. (3.) quamvis ſuccedant primo acquirenti, & non poſſidenti, interim tamen is, qui ſuccedit, non habet poſſeſſionem parem, & paria Juria cum eo, cui ſuccedit, eo ſuperſtite. Exemplo aliorum feudorum, & Regalium & non Regalium.

(13) Hinc falſum eſt, quod Princeps non poſſit eſſe Judex in cauſa filii, ſive civilis ſit, ſive criminalis (*a*); Principes enim hactenus, ad ſimilitudinem Majeſtatis, & ſibi ipſis interdum, & ſemper in cauſis filiorum, jus dicere poſſunt. *arg. l. 41. ff. de hered. inſtit. vide Gothofr. in Not. ad l. un. C. ne quis in propr. cauſ.* Interim tamen non dubitamus, quod etiam Principum filii ſtatutis ſoluti ſint, ſed privilegio ipſius Principis, *arg. l. 31. ff. de LL.* & quod alios Judices habere poſſint, ſed ex ſingulari Patris permiſſione; Unusquisque enim Juri pro ſe introducto renunciare poteſt. *l. penultim. Cod. de Pactis.*

NOTA.

(*a*) CRIMINALIS &c. Vid. præc. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 14.

(14) Ex

(14) Ex eadem juris ratione, extendunt hæc etiam ad Principes, &, ut isti loquuntur, ad Status Imperii territorio carentes, *auf die Abgetheilte Herren*, (*a*) ac ad omnes cæteros legitime natos ex familia illustri, quorum jus tantum in suspenso manet. Et dicunt, quod pariter, sicut nobiles, alia privilegia habeant, quatenus ex nobili familia prognati sunt; alia, quatenus libera, Imperioque immediate subjecta castra possideant.

NOTA.

(*a*) ABGETHEILTE HERREN. Vid. præced. Tit. 2. §. 61, lit. c, v. 11. in fine.

(15) Verum, Nobilitati non obstat, quo minus quis sit subjectus alii, exemplo Nobilium Landsassiorum. Immedietati quidem obstat, subjectum esse Principi: sed an tales fratres, ut immediati considerari possint & quando possint? *jam diximus.* Tum adhuc videtur distinguendum inter fratres, qui castra & territoria immediata possident, & eos, qui talia non possident; quin priores immediati sint, & fratri non subjiciantur, facile admittere possumus; quia non amplius censentur esse in & de territorio fratris; de posterioribus negamus, & hos sub fratris Jurisdictione esse affirmamus. *Vide omnes has quæstiones negative decisas apud Myler. de Stat. Imp. part. 1. c. 34. & 39. Et de Gamologia c. 7. & c. 22.*

(16) Quamvis Principes hæc Statuta plerumque in Conventibus provincialibus, *auf den Land-Tægen, mit Rath und Gutachten der Land-Stænde*, (*a*) condant, tamen hoc magis voluntatis, quam necessitatis esse, cum plurimis Doctoribus statuimus. (*b*) *Bocer. class. 1. Disp. 3. thes. 42.* nisi vel perpetua regionis observantia, aut pacta conventa inter Principes & Status provinciales aliud velint: ita in Ducatu Würtembergico pactis certis ordinatum est: *Land-Recht und Land-Ordnung zu machen, mit Einrathen und Zuthun einer gesamten Landschafft. Vide Myler. de Stat. Imp. p. 2. c. 39.*

NOTÆ.

(*a*) LAND-STÆNDE &c. *Num Status Imperii, citra consensum Ordinum Provincialium, Statuta, seu Leges Provinciales, condere queant?* ex observantia cujusque Regionis, seu Pactis, inter Territorii Dominum Statusque Provinciales, conventis judicandum est. Alibi enim laxior Territorialis Domini potestas, alibi restrictior. Nec simpliciter verum, quod apud *Mevium*, Tract. *von wucherlichen Contracten*, P. I, Cap. 4, §. 4, pag. 40, habetur: *Wie im Römischen Reich die Form und Maße des Regiments, von Alters, zwischen Haupt und Gliedern, beliebet und verfasset, daß alle wichtige, den* Statum Imperii *afficirende Sachen, (unter denen die* promulgatio Legum) *mit Rath und* Consens *derer sämptlichen Reichs-Stände, beschlossen und vereiniget werden; Also ist solche* Forma Regiminis *auf die gemeine Freyheit auch in denen Churfürstenthümmern und Landen, von Alters, eingeführet, und hergebracht: daß Chur-Fürsten und Stände dergleichen Wichtigkeiten, also auch gemeine Gesetze, nicht aufrichten, denn mit Zuziehung Ihrer getreuen Land-Stände, denen zuerst davon Bericht geschicht, darauf Ihr Rath, Gutachten und Mit-Bewilligung, erfordert wird; so ein Theil der Teutschen Freyheit, dero man sich rühmet, nicht unbillig geschätzet, und,* ex antiqua consuetudine, *also radicirt zu seyn, erachtet wird, daß, wie Kayserliche* Constitutiones, *ohne der Stände Rath und Mit-Belieben, aufgerichtet, im Reich keiner Würden und Krafft seyn; also auch in den Landschafften, die* Leges, *ohne der Landt-Stände Rath und Willen, publiciret, dieselben nicht verbinden, noch* vim Legis *erreichen &c.* cum hæc præsupponant antiquam consuetudinem, vel Pacta cum Subditis inita; Statuum Imperii exemplo, sine quorum consensu, Leges Imperii condi nequeunt; arg. Art. VIII *Instrum. Pac. Westphal. §. 2. Gaudeant.* Nec Quæstio est de *Utili*, seu *Consilio*; *num consultum sit, Provincialium Ordinum rogari sententiam, priusquam Statuta condantur?* sed. *de Jure: utrum necessitas id postulet, adeo, ut, Ordinum consensu, non accedente, Lex, à Principe lata, inanis fiat?* idque negandum, in Provinciis, ubi nec consuetudo immemorialis, nec conventio publica, Principem, ad expetendum hujusmodi consensum, obstringunt; Ordinesve alia ratione docere queant, jus præscribendi Provinciæ Leges, seu Statuta, secum communicatum. *Quod si enim sponte sua Summi Imperantes, peculiaribus forte causis permoti, Concilium, e. g. Optimatum, aut Imperii sui Ordines, in sui Regiminis consortium adsciscant, certumve aliquod Ma-*

jestatis Jus in eosdem etiam plane transscribant, quidnam talis actus validitati officiat? haud reperio; Sunt verba *Werlhofii*, in Diff. de *Alienatione & concessione Regalium*, §. 16, pag. 28; Conf. Dn. *Buddeus*, in *Element. Philos. Pract.* Cap. 4, Sect. 13, §. 13, pag. 350: *dum potestas Imperantibus confertur, interdum conditiones quaedam adjici solent, sive Pacta specialia, quibus Summus Imperans ad certam Regiminis formam & modum adstringitur. Haec Pacta caeteroquin Leges fundamentales dicuntur; per quas summum Imperium omnino salvum esse puto.* Add. Dn. *Bilderbeck*, *in der gründlichen* Deduction *gegen die Regalitat derer Jagten*, Cap. 2, Sect. 4, §. 10, p. 129. Conf. seq. lit. b. secus, ubi contrarium viget.

(*b*) STATUIMUS &c. Arg. L. 3. C. de *Legib.* vid. *Mylerus*, de *Statibus Imperii*, Part. 2, C. XXXIX, §. 10, pag. 365; *Hoc magis voluntatis, quam necessitatis esse, plurimi doctorum tradunt, arg. L. 3. C. de Legit. Dn. Bocerus Cl. I. Disp. 3, θ. 42. In quo tamen puncto, Regionis observantia, das Herkommen, aut Pacta conventa inter Principes & Status Provinciales, attendenda erunt; ita, in Ducatu Würtembergico Pactis certis ordinatum est: Land-Recht und Lands-Ordnungen, zu machen, mit Einrathen und Zuthun einer gesampten Landschafft, h. e. ut, cum consilio & cooperatione Statuum Provincialium, conficiantur. Eodem modo, in Principali Comitatu Tyrolensi Leges locales cum consilio & cooperatione Statuum Provincialium conduntur, sicuti constat ex Statutis Comitatus Tyrolensis passim &c.* Simile quid obtinet in Ducatu *Bremensi;* testibus Recessu de An. 1517, §. *So haben wir &c.* Reversal. *Henrici* Praesulis de An. 1567, §. *die Hoff-Ober- und &c.* Item, de An. 1568, §. *Und in allen &c.* Transact. de An. 1597, §. *Für welchen &c*, verb. *mit deren Rathe &c.* Add. *Land-Tags-Recess*, de An. 1651. Ut autem parum solidi, pro libera Statuum Imperii Provinciales Leges ferendi potestate, citra consensum Provinciae Ordinum, ex L. 3 C. de *Legibus*, arceri posse arbitror, utpote ab Imperatoribus *Theodosio* & *Valentiniano* ad *Senatum* missa, cum non appareat argumenti ratio, à dictis Imperatoribus, ad modernos Imperii Status, nec à *Senatu* istius aevi, ad nostrorum Principum Ordines Provinciales; ita certum est, non eandem de singulis Provinciis ferendam esse, circa quaestionem hanc, sententiam; nam, ut Ill. *Hugonis*, de *Statu Regionum Germaniae* Cap. 4, §. XXIX, verbis utar, *in singulis Regionibus spectandum, de quibus rebus Conventum convocare, vel Legibus, pactisve cautum, vel longa consuetudine introductum; nihil enim prohibet, alibi Ordines Provinciales autoritatis majoris, alibi minoris, esse. Itaque nec necessitas ad consultationes publicas vocandi ubique aequalis. Imo quibusdam locis hoc satis rarum est. Imprimis vero ad tributum, extra ordinem colligendum, plerique Conventum & assensum Ordinum Provincialium requirunt: alii tamen, an hoc necesse sit? dubitant.* Conf. idem, Cap. 3, §. 30, ubi *Lampadium*, lib. 3 *Jur. Publ.* c. 14. n. 3, hoc titulo profert; nec aliter Ill. *Rhetius*, lib. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. 3, §. 4, pag. 376: *In aliquibus Regionibus Provinciales Status majori libertate utuntur, quam in aliis - - - sic in Frisia Orientali, in ejusmodi Comitiis, plus quam votum consultativum habent - - - Alibi vocantur quidem ad Comitia Provincialia, sed tantummodo votum consultativum habent, aut facultatem consentiendi. Alibi, Principes Imperii nec Status Provinciales, nec Comitia Provincialia, agnoscunt, uti in Palatinatu Inferiori Elector Palatinus Heidelbergensis &c.* Add. Ill. Dn. *Coccejus*, *Prudent. Juris Publ.* Cap. XXIII, §. 4, pag. 360; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. I, §. 14, pag. 260; Ill. Baro de *Lyncker*, Diff. de *Superioritate Territoriali*, de An. 1686, Jenae an. 1699 recusa, cujus verba quoque *Fascic. I Collectaneorum Mecklenburg.* An. 1718, pag. 121, habentur; Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 13, §. 3, pag. 909. Dn. *Holzschuherus* laudata praeced. §. 4, lit. b, Differt. θ. 60 ad 64, utile a necessario; & id, quod fieri solet, ab eo, quod aliter fieri nequit, recte separans. Licet Dn. *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XXVI, §. 3, p. 257, contrarium statuere videatur, verb. *Status Provinciales gaudent jure suffragii in Comitiis Provincialibus. Unde consequitur, quod Princeps aut dominus sit obligatus regulariter ad istorum consensum: atque in iis causis, quae ad Comitia pertinent. Pertinent autem ea, quae ad salutem publicam Provinciae faciunt, veluti: in Legibus ferendis, bello gerendo, moneta mutanda, & similibus.* Quoniam vero immediate annectit: *Plane in certis Provinciis Status libertate minori sunt constricti, id quod ex Legibus fundamentalibus, & Observantia, est constituendum;* salva res est; cum nemo dicat, nullibi consensum Provinciae Ordinum requiri. Conf. Dn. *Stryck*, Diff. de *Statib. Provincialib.* C. I, §. 8 &c. Ill. Dn. *Seckendorf*, *im Fürsten-Staat*, Part. 2, Cap. IV, §. 8, p. 76.

(17) Ita & Imperatoris confirmationem necessariam non esse, (*a*) licet utilis fortasse sit, statuimus. *Vid. Bocer, dict. Disp. 3. θ. 41.*

NOTA.

(*a*) NECESSARIAM NON ESSE &c. Hodie quidem necessaria Imperatoris confirmatio amplius non est; secus ac olim, ubi Status, ad exercenda libere Regalia, vel speciali Privilegio, vel con-

confirmatione eorum, quæ longo usu introducebantur, à Cæsaribus sibi prospici curarunt. Ex quo vero Territorialis Superioritas semel Legibus publicis stabilita noscitur, & propria auctoritate Status Jura sua exercent, confirmatione Cæsarea ulterius ipsis haud est opus. Vid. Dn. *Hertius*, de *Superiorit. Territor.* §. 25. *Limn.* lib. 4 *Jur. Publ.* c. 8, §. 253, p. 256; Dn. *Multzius* l. c. Part. 2, Cap. I, §. 15, pag. 260; Dn. *Holzschuher* l. c. §. 65, & seqq. *Ad bene tamen esse*, eam adhuc hodie facere, doctrina est Dn. *Myleri*, de *Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 39, §. 11, pag. 366; Conf. Dn. *Schweder* l. c. §. 2, pag. 906. Hucque pertinent confirmationes Privilegiorum Juriumque, generales pariter & speciales, quas Status subinde ab Imperatoribus efflagitant.

(18) Statuta legitime sic condita, licet sint jus commune Provinciæ, & omnes in Provincia obligent, præter Principem, strictæ tamen sunt interpretationis (*a*) & accipienda sunt verba Statuti, ut jacent, *arg. L. 35, C. de Inoff. Testam.* & proprie *L. 3, §. Hæc verba, ff. de Neg. Gest.* neque, per Statutum, correctum censetur esse Jus commune, nisi id expresse cautum reperiatur, *arg. C. Causam. X. de Rescript. L. præcipimus, § fin. C. de Appell. Gailius, lib. 2, Obs. 35. §. 3.*

NOTA.

(*a*) REPERIATUR &c. Deliquentem recte conveniri posse, in loco ubi delinquit, si ibidem reperiatur, L. 7, §. penult. ff. de *Accusationibus*; & L. 22. ff. eod. conveniens est, & communis Doctorum sententia; delictum enim Jurisdictionem dat ei, qui alias eam non habet; per ea quæ tradit *Gailius*, de *Pignorationibus*, Observat. 3, §. 11, pag. 181, & *Mylerus*, ad *Rumelinum*, in A. B. Part. 2, Differt. I, *θ*. X, pag. 300; Idemque, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 42, §. 7, pag. 393. Quod si vero ibidem non deprehendatur, nec ibi, ob delicta privata, conveniri poterit; vid. *Decis. Elect. Saxon. Nov.* 89. add. *Carpzov.* L. 2, Resp. 26. Vice versa, rite convenitur delinquens in loco, ubi deprehenditur, licet ibi non peccaverit; arg. L. 1. C. *Ubi de Crimin.* Nec opus est, ut remittatur ad Judicem, sub quo deliquit, nisi inter duos Judices ita convenerit, aut honestatis gratia. (Vid. Responsa Prudentum, apud *Richterum*, Decis. XV, §. 3 &c. pag. m. 145, & seqq. adde, nisi in loco delicti, sententia in delinquentem (ante executionem, factum profugum) jam fuerit lata; hoc enim casu, ne integer processus finitus, lataque sententia eludantur, Judicem loci, in quo profugus deprehenditur, eum ad locum delicti remittere teneri, *Scabinorum Lipsiensium* auctoritate, probat *Richter* l. c. §. 6, pag. 147. Alias, Judex loci, ubi reus capitur, ad requisitionem Judicis sub quo delictum commissum, solet ipsemet testes examinare, eorumque depositiones obsignatas alteri transmittere. Vid. *Joh. Georgii* Elect. Saxon. *Process- und Gerichts-Ordnung*, Cap. XXIII, *von den Ausländischen Zeugen*, post princip. *Berlich*, Part. I, Conclus. XLII, §. 6 & 7, pag. 252; *Richter* l. c. §. 8, pag. 147 &c.

(*b*) CONTRACTIBUS &c. Contractus etiam forum competens efficere, modo reus ibi reperiatur, late docet *Gailius*, lib. 2, Observat. XXXVI, §. 14, pag. 349, pluresque alii, *Mylero* ad *Rumelinum* l. c. lit. b, pag. 300 & 301, nominati. Add. *Carpzov*, L. 2, Resp. XXIX & XXX. Si vero in loco Contractus non reperiatur, poterit Judex istius loci eum citare, sique comparere nolit, actorem in ejus bona, quæ ibi possidet, tamdiu immittere, donec Justitiæ faciat satis. Vid. *Rumelinus* l. c. Part. 2, Differt. I, § XI, pag. 301 &c. ibique *Mylerus* in Notis. Insuper rogari quoque potest Judex Domicilii contrahentis, literis *requisitorialibus*, ut contrahentem remittat, aut ipsum examinet, depositionemque ejus transmittat, sicque Justitiæ cursum promoveat. *Mylerus* l. c.

(*c*) PARIBUS CURIÆ &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 61, lit. c, v. 12 & seqq. & §. 62 & 64.

(29) Ab his Judiciis provocatur, vel ad Judicium Aulicum, vel Cameram Imperialem, vel interdum ad Judicium Rothwilense, nisi Privilegium quis habeat *de non appellando*; (*a*) cujusmodi, præter Electores, (*b*) habent: *Das gantze Hauß Sachsen*, (*c*) *Oesterreich*, (*d*) *Burgund*, (*e*) *Lottringen*, (*f*) *Würtemberg*, (*g*) *das Land-Gericht in Francken*, (*h*) *Grœningen in Frisia*, (*i*) à quibus omnibus (*k*) plane non provocatur, nisi in casu denegatæ vel protractæ Justitiæ, (*l*) ut infra videbimus. A quibusdam Imperii Statibus non provocatur, nisi ob certam summam, (*m*) Vid. *Roding. in Pandect. Camer. Part* 3. *Tit. XX.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) De NON APPELLANDO &c. Triplicis naturæ est Privilegium hoc; aut enim competit indistinctè, & absolute, ita, ut causas omnes, summasque majores, includat; aut complectitur saltem *certas causas*; aut valet duntaxat *quoad certam summam*; Facit huc: Dn. *Adami Cortreji* Tomus IV *Corporis Juris Publici*, ubi: *Sonderbahre* Privilegia, *und vortreffliche Freyheiten, welche die Allerdurchlauchtigsten, Großmächtigsten Roemischen Kayser und Könige, unterschiedlichen des H. R. Reichs Ständen, als Churfürsten, Hertzogen, Marggrafen, Fürsten, Grafen, Städten und Gemeinden, so wohl in Caussis Appellationum an das Hochlöbl. Cammer-Gericht, als auch in andern Rechts-Handlungen, allergnädigst außgestellet und mitgetheilet haben; im Jahr 1710*; nec non *Catalogus Privilegiorum S. R. Imperii Electorum, Principum & Statuum, de Non appellando*, edit. *Francof. ad Mœnum*, 1719, in 4to. *Wehner*, tot. Tract. *de Modo appellandi in Camera Imperiali*; qui Tomum VI *Symphorematis Supplicationum Gylmanni* constituit; *Otto*, Cap. XI, *Jur. Publ.* pag. 358 *&c. Petrus Friderus* Mindanus, in fin. Lib. I, de *Processf. in Camera extrahendi*. Tit. de *Privilegiis quorundam Imperii Statuum*, p. m. 185 & seqq. *Guilielm. Roding.* lib. I, *Pandectar. Cameral.* Tit. XX, §. 27, pag. 117 &c. *Blumius, Processf. Camer.* Tit. XLVI, §. 32, p. 340; & Tit. XLVII, p. 347 &c. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. IX, Sect. VIII, §. 3, p. 224; *Rumelinus* ad A.B. Part. 2, diss. 2, §. 4. & seqq. p. 358 &c. ibique *Mylerus* in Additionibus; *Speidelius*, voc. *Appellation*, p. m. 43 &c. *Nicolai*, de *Processu Judiciario*, Part. 2, Cap. 3, §. 13, p. m. 29 &c. *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. 2, Discurs. XX, p. 225 &c. *Gastelius*, de *Statu Publ. Europæ*, Cap. IX, §. 13 & 14, p. 402 &c. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XXVI, §. 4, p. 818 &c. *Scharschmidius*, ad *Schützium*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. XXVI, lit. A, p. 590 &c. Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. XI, §. 2 & seqq. p. 406 &c. Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. XVI, §. VI & seqq. p. 362 &c. Interpretes Juris Publici reliqui, celebrantes Eos, qui hoc Jure gaudent.

(b) ELECTORES &c. de horum Privilegio actum, præced. Tit. VIII, §. XXIX. lit. n.

(c) HAUS SACHSEN &c. Vid. præc. Tit. XII, §. 42, lit. a & b.

(d) OESTERREICH &c. Austriacos, ab antiquissimis temporibus, frui Privilegio: *Ne quis Eorum Vasallos & Subditos, ob quamcunque causam, extra Ipsorum Territorium, ad alia Judicia trahat*, Confirmatio *Caroli IV* de An. 1361, & 1366, Documento est, cujus præced. §. 27, lit. e, ad An. 1361, memini; hujus loci præsertim Diploma est *Caroli V*, sub dato *Augspurg*, 8 Sept. 1530, Celsiss. Domui Austriacæ concessum, apud *Lundorpium* Tom. IV *Act. Publ.* lib. 3, Cap. 90, p. 634. *Wehnerum*, cit. Tom. VI *Symphorematis Gylmanni*, Cap. 2, §. 3, p. 34 &c. & Dn. *Cortrejum*, Tom. IV *Corporis Juris Publici*, Tract. de *Privilegiis Statuum Imperii*, §. I, p. 178 &c. Verba, ad rem facientia, hæc sunt: *Es sollen auch, von desselben Reichs-Hoff- und Cammer- noch einigen andern Gerichten, in des Ertz-Herzogen zu Oesterreich Landen, über seine Leuthe, Güther, Unterthanen, Diener, Verwandten, Christen und Juden, und alle, die Ihnen, mit Schirm, Casten-Voigtey, oder in alle andere Wege, verwandt seyn; noch auch in Herrschafften, die Sie in Pfandes- oder ander Weise, von dem H. Reich, und sonst, auf ewige Losung, oder in andere Wege, innen haben; kein Arrest, Mandat, Gebott, oder Verbott, Gerichtlich, oder ausserhalb Gerichts, außgehen noch gebraucht, noch auch, von den Gerichten und Urtheilen des Ertz-Herzogs von Oesterreich keine Appellation angenommen werden &c.* Apud *Limnæum*, lib. V, *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 31, p. 35 &c. ex *Cuspiniano*, reperitur, ejusdem Cæsaris Diploma, quamvis sine dato, nisi quod in fine legatur; *datum Wurmatiæ, in Imperiali Urbe nostra*; Austriacæ Domus Privilegia complectens, ubi inter alia, p. 39: *Was also vor des Fürsten der Oesterreichischen Landen verordneten und gesatzten Hoff- und Land-Gerichten, oder ander Ihren Gerichten, mit Urtheil und Recht erkand und entschieden wird, dabey soll es endlichen bleiben; es were dann, daß die Sach ein Appellation auf Ihr trüg, so soll doch dieselb, nach Ordnung des Regierenden Lands-Fürsten, und der Land-Gebrauch, auch nicht weiter dann in des Lands-Fürsten Cammer-Gericht, vollführt, und darüber, an Uns, noch Unsere Nachkommen am Reich, Römische Kayser und König, noch an des Reichs Cammer-Gericht, oder ander Gericht, nicht appellirt, supplicirt, noch reducirt werden &c.* Quæ verbotenus etiam apud *Münsterum*, lib. 3, *Cosmograph.* Cap. 406, p. m. 941, & Dn. *Lunigium*, part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, *Erste Fortsetzung*, 4 *Absatz*, §. XXXI, p. 51, occurrunt. *Blumius* tamen *Processf. Cameral.* Tit. 47, Tab. III, p. 357. addit: *Archiduces inviti, non nisi coram Vasallo, quem nominant, conveniendi ---- nec ab Archiducibus ad Cameram appellari potest --- juxta privilegium --- Caroli V Imp. Dat. Augspurg, 8 Sept. de An. 1530; quod quidem Imperiali Cameræ hic, Spiræ, insinuatum, sed ab eadem nec dum receptum, neque con-*

confirmatum &c. de Thesi, Conf. *Daniel Otto* l. c. pag. 357; *Gylman*, l. c. Tom. 4. Part I, Voto 28, in fine. fol. m. 232; *Petrus Friderus Mindanus*, de *Processib. Cameralib.* Lib. I, in Appendice *de Privilegiis quorundam Statuum &c.* p. 188. *Rumelinus* l. c. *Burgoldensis* l. c. p. 225 & 226; *Gastelius* l. c. §. 14, p. 402; *Scharschmidius* l. c. pag. 590; Dn. *Schweder* l. c. Dn. *Crüger* l. c. §. VII, p. 362 & 363, Dn. *Multzius* l. c. §. 4, v. 69, p. 819. Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii, de Non appellando*, Class. 2, Art. 1, pag 28 &c.

(*e*) BURGUND &c. Vigore Privilegii *Caroli IV.* sub dato *Aquisgrani*, 8 Cal. Aug. An. 1349, *Johanni* Lotharingo, *Brabantiæ* Duci, concessi; nec non Transactionis *Augustanæ*, de An. 1548; quorum præced. §. 27, lit. e, ad An. 1349, facta mentio. Conf. *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 3, Tit *Hertzog zu Burgundt*, p. 353; *Mynsinger*, Centur. V. *Observat.* 58, §. 2, p. 371; *Gailius*, de *Pace Publica*, lib. I, Cap. XI, §. 5 & 6, p. 45; *Arumæus*, de *Comitiis*, Cap. 4, §. 122; *Petrus Friderus Mindanus* de *Processib. Cameral.* l. c. p. 187; *Rumelinus* l. c. *Burgoldensis* l. c. pag. 226; *Gastelius* l. c. *Scharschmidius* l. c. Dn. *Schweder* l. c. pag. 407; Dn. *Multzius* l. c. Auctor cit. *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Class. 2, Art. 2, p. 36 &c.

(*f*) LOTTRINGEN &c. Ex Transactione *Ferdinandi I*, Romanorum Regis, cum *Anthonio*, Duce *Lotharingiæ*, An. 1542, 26 August. *Norimbergæ*, inita, apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 2, pag. 44 &c. *Limnæum* l. c. Lib. V, Cap. XI, §. 3, pag. 260 &c. *Carpzovium* l. c. Cap. VII, Sect. VIII, §. 35, p. 185 &c. & *Cortrejum* l. c. §. 3, pag. 185 &c. Inde huc faciunt: *Wie wir, im Nahmen, und an statt der Römischen Kayserl. Majest. sonderbahren Befelch, und für Uns selbst, den obbemeldten Unserm Schwager, Hertzog Anthonien, Seine Erben, und das Hertzogthumb Lotthringen, in Ihrer Keyserlichen Majest. Unser und des H. Reichs, Schutz, Schirm und Vertheidigung, also hiemit auf- und annehmen; dargegen, sollen und wollen, gedachter Hertzog Anthoni, und Seine Erben, alle und jede Anschläge, Aufflagen &c. die jederzeit von Gemeinen Ständen im H. Reich fürgenommen und gemacht werden, tragen, und nemblich, in jedem Anschlag, zwey Theil, daß ein Drittheil weniger und minder ist des Anschlags, oder Aufflag, so einem Churfürsten, aufferlegt würde, geben und entrichten; also, wo offt ein Churfürst drey Hundert Gülden zur Anlag geben würde, sollen bemeldter Hertzog Anthoni, und Seine Erben, allweg zwey Hundert Gülden erlegen --- darzu --- zur Einbringung solcher Anschläge und Aufflage, und Erhaltung deß Gemeinen im H. Reich aufgerichteten Landfriedens, Sicherheit und Gleid, der Käyserl. Maj. Uns --- auch dem H. R. Reich, und desselben Jurisdiction, zugethan und verwandt seyn; Aber sonsten sollen Sie, und das Hertzogthumb Lotthringen, und desselben Unterthanen, aller anderer Proceß, Mandaten und Jurisdiction des H. Reichs, es sey in Erster oder Anderer Instantzen, geübriget, gemäßiget und frey seyn, und mit einigen Processen, Mandaten, Citation, Appellation-Annehmung, und anderer Sachen, wie die Nahmen haben möchten, keine außgenommen --- unbeschwert gelassen werden und bleiben &c.* Conf. *Blumius* l. c. Tit. *Lottringia*, p. 356 & 357; *Petrus Friderus Mindanus* l. c. pag. 188. *Rumelinus* l. c. Dn. *Crüger* l. c. pag. 363. cit. Auctor *Privilegiorum Statuum Imperii, de Non appellando*; Class. 2, Art. 3, pag. 39.

(*g*) WURTEMBERG &c. Juxta Privilegium *Maximilani I*, sub dato *Wormbs*, 20 Aug. 1495, *Eberhardo* Duci concessum; vid. præced. §. 27, lit. e, ad An. 1495; inde patet (1) Duces Serenissimos, *pro nulla re (umb keine Sache, die Sie, Ihre Leibe oder Güter, antreffen)* in jus vocari posse coram Judiciis extraneis: *Rothwilensi, Westphalico*, aliisve *Provinciali, Aulico, Civitatensi*, aut quocunque nomine alio veniant, (*für Unser Hof-Gericht zu Rotweil, oder andere Land- Hoff- oder Stadt-Gericht, oder Gerichte, oder für die Westphälische, oder andere Heimliche Gerichte, wie die Nahmen haben, oder genennet werden mögen, nicht laden, fürheischen, oder daran Vor- oder End-Urtheil, oder einig andere Proceß, Gebott oder Verbott, umb keine Sache, ob je die Ehehafftinnen derselben Gericht Sie, Ihre Leibe, oder Güter antreffend; über Sie außgehen, oder sprechen sollen, oder mögen, in keine Weise.*) Sed solummodo coram ipsorum Supremo Aulæ Ministro, (*Ober-Hoffmeister*,) & octo minimum Consiliariis, quorum dimidia pars Equestris sit Ordinis, reliquis ex Jura callentibus desumendis; interposita utrinque fide jurata, à partium studio se fore alienos; (*wer also zu dem benandten Hertzogen Eberharden, Seinen Erben und Nachkommen, Hertzogen und Herren zu Würtenberg --- zu sprechen hat, oder gewinnet, der, oder die, sollen Sie darumb fürnehmen mit Recht, erstlich vor derselben Herzogen und Herrn zu Würtenberg Hoffmeister, und Ehrbaren Räthen, und sonst niendert anderßwo, der zum minsten Neun mit dem Hoffmeister, darunter der halb Theil aus der Ritterschafft gebohren, und der ander halb Theil der Rechten gelehrt und gewürdiget, seyn sollen; und von dero jeden Treu, an Eydes statt, genommen werden: daß er in solcher Sache, nach beyder Theil fürbringen, und seiner besten Verständniß, Recht sprechen und darinnen keinerley Gefährlichkeit gebrauchen, wolle &c.*) (2) Ipsorum Ministros, Vasallos, Civitates, Vicos, Pagos, & Communitates, nefas esse in Judicium trahere, *ausser vor Ihren Hertzog, mit sammt der beysitzenden Räthe; oder vor Ihren*

Ihren Hoff-Richter und Erbarn Räthen, von Ihnen darzu verordnet, und bescheiden; reliquosque Eorum subditos, *an den Enden und Gerichten, in die Sie gehören, und darinn Sie gesessen sind; und niendert andersswo;* annexa clausula: *Und jeglich Kläger, und Klägerin sollen sich auch, an den vorbestimmten Enden, an Recht begnügen lassen, wie Recht ist;* Appellationibus extra Provinciam omnino ferali. (3) Sententias, in præfatorum Judiciorum quodam, Privilegio hoc non obstante, adversus ducis Vasallum, Ministrum, subditum, latas, nullius declarari roboris. (4) Solo casu, quo Justitia alicui à Duce vel planè denegetur, vel, præter æquum & fas, protrahatur, licere Actori causam suam deferre ad Cæsarem, aut Imperialem Cameram, (*würden aber der bemeldt Hertzog Eberhardt, Seine Erben und Nachkommen, Ihre Manne, Räthe, Leut, Diener und Verwandten, für obgemeldten Räthen, oder Richtern, und Gerichten, obbestimter Mass, nicht zu Recht fürkommen, oder des nicht verholffen, oder vollzogen würde: So mag der Kläger den Antworter für Uns, oder Unserm Cammer-Gericht, Hoff-Gericht, andern Gerichten, da sich das, nach Ordnung, gebühret, mit Recht fürnehmen, und ersuchen &c.*) proinde, non nisi via *simplicis querela*; nec *Appellationis;* præter quod, hoc ipso, omnes casus alii exclusi prorsus videantur. Hocque Privilegium ipsi Cameræ fuisse insinuatum An. 1571, testatur *Gylmannus,* Tom. 3 *Symphorem:* voc. *Privilegium,* p. 277, verb. *In Insinuationibus Privilegiorum semper intelligitur Clausula: Salvo Jure tertii; L. Nec avus, C. de Emancipat. Liber. L.2,§ meritò; Ne quid in flumine publico; Quod observatum in Privilegio ducum Holsatiæ, de non appellando ad Cameram, Mens. April. an. 81; & Privilegio ducis Wirtembergensis, etiam de non appellando ad Cameram; cujus insinuatio facta die 13 Junii An. 1571 &c.* Idem docet *Webner,* Tom. VI *Symphorematis Gylmanni,* Cap. IV, in fine, p. 129: *Insinuatum est hoc Privilegium Würtembergensis Principis, in Camera Imperiali, Anno Christi 1571, die 13 Junii &c.* Nec ab eo recedi, in propatulo est; cum, ab Anno 1495, quo Privilegium datum, in hunc usque diem, nec unicum se offerat exemplum delatæ, à Würtembergicis Tribunalibus, Appellationis ad Cameram. Pertinet huc præsertim, Part. I *der Würtenbergischen Land-Recht,* Tit. LIX: *Nachdem in Unserer Lands-Ordnung, bey gesetzter Straff, ernstlich verbothen: dass kein Unterthan, Zugewandter, oder Innwohner Unsers Hertzogthums, den andern, für Ausständische, Geistliche oder Weltliche, Land- Hoff- oder Cammer-Gerichte, keines aussgenommen,* (ergo, nec Imperiali Aulico, nec Camerali) *laden oder fürnehmen solle: als soll auch keinem Unserer Unterthanen gestattet werden, an Ausständische Gerichte zu appelliren; sondern sollen sie, mit der Appellation, bey Ihrem nechsten Ober-oder Unserm Hoff-Gericht, vermöge unsers Hertzogthums alten Herkommens, Freyheiten und Landes-Ordnung, verbleiben. Wo aber ein Fremder, der unserm Hertzogthumb nicht zugehörig, unserer Unterthanen einen, vor seinem ordentlichen Gericht fürnehmen, und von demselben appelliren würde, soll ihm die Appellation an unsere Hoff-Gerichte, anders nicht, dann wie unsern Unterthanen, obgemelter Massen, gestattet werden. Wo auch derselbig, vor unsern Hofgericht, sich, ferner vor das Kayserlich Cammer-Gericht zu appelliren, nicht verzeihen wolt: in diesem Fall; solle unsern Unterthanen gleicher Gestalt an das Kayserliche Cammer-Gericht zu appelliren, zugelassen seyn. So aber die ausländische Parthey, vor unserm Hofgericht, fernerer Appellation an das Kayserliche Cammer-Gericht sich begeben würde, alsdann solle auch unsern Unterthanen keine weitere Appellation von unserm Hofgericht zugelassen seyn, noch gestattet werden &c.* Nec tamen hujusmodi appellationes simpliciter concessæ; ita namque *in der Würtenbergischen Hofgerichts Ordnung,* Tit. XXIX. *Wie und welcher massen, von unsers Hofgerichts Urtheilen, an das Kayserliche Cammer-Gericht, appellirt werden möge,* apud *Wehnerum* l. c. p. 126 & *Limnæum,* lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XVI. §. 12. p. 373: *So jemands, sich einiger Unsers Hofgerichts gegebener Urtheil, davon sonst, nach gemeinen geschriebenen Rechten, appellirt werden mag, zu beschweren, und derwegen an das Kayserlich Cammer-Gericht zu beruffen, und, zu appelliren, rechtmässige Ursachen zu haben vermeynen würde, das soll in continenti mündlich; ex intervallo aber, zu gebürender Zeit, schrifftlich beschehen; doch solcher angemassten Appellation von Unsern Hof-Richtern und Räthen anders nicht deferirt werden, es erlege dann der Appellant in continenti Unserm Hoff-Gericht drey Goldt Gülden.* Notandum itaque, iis, qui nec inter Officiales, nec inter Ministros, nec inter Incolas, nec inter subditos ducis, locum habent, permissum esse, à sententiis Ducalibus appellare ad Cameram; hinc *Besoldus,* in Comment: ad *Würtenbergische Lands-Ordnung,* p. 47. &c. *Sanè Würtenbergicus Dux, & Subditi ejus, contra Rothweil, aliaque Judicia extranea, privilegiis multiplicibus sunt muniti. Quin & ab Eodem Principe soli extranei adpellare possunt; subditi enim manere debent bey dem Hoff-Gericht, nec adpellare &c.* Rumelinus ad A. B. Part. 2, diss. 2, §. 4 p. 359: *Dux Würtembergensis Privilegio non appellandi munitus est, ejusque subditi apud ordinarium Consistorium, dem Hofgericht, manere,*

nere, nec ad alia Judicia provocare debent, ob Privilegium à Maximiliano I. An. 1495. concessum - - - si tamen extraneus quispiam cum subdito Würtembergico, apud Consistorium ordinarium litem habens beneficio Appellationis non renunciet, ipsi quoque subdito Würtenbergensi ad Cameram Imperialem provocare fas est. Fürstliche Würtenbergische erneuwerte LandRecht, Part. I. Tit. 60, p. 175. Conf. *Stamler*, de *Reservatis Imperatoris*, Cap. 43, §. 12. *Petrus Frid. Mindanus*, l. c. pag. 189. *Blumius, Process. Cameral.* Tit. 47. Tab. 3. p. 359. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. Part. 2. diss. 2, §. 4, lit. c. pag. 362. Dn. *Schweder Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 1. Cap. XI. §. 2. p. m. 407. in primis Ill. Dn. de *Ludewig*, peculiari Tract. de *Prærogativis Wurtenbergici ducatus, præsertim adversus Appellationes, Evocationes, Austregas*, Sect. 2. Cap. 2. §. 8. p. 67. &c. ubi farraginem Auctorum, idem docentium, sistit, quibus Dn. *Mulzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2. Cap. XXVI. §. 4. v. 70. p. 819. & Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando* Class. 4. p. 81. addi merentur. Confirmatio *Leopoldi* Imp. sub dato *Wien*, 21. Nov. An. 1667. cum extensione ad Comitatum Principalem *Montis Pelicardi*, ut & *Caroli VI.* sub dato Wien, An. 1712. 30. Aug. extant in appendice ejusdem *Catalogi Privilegiorum*, p. 95. & sqq.

(h) LAND GERICHT IN FRANCKEN &c. Ita *Gylman*. Tom. I. *Symphorem*: in *Analysi Process. Judiciar. ex Ordinat. Camer. Imper.* fol. 6. vapulans tamen propterea à *Wehnero*, cit. Tom. VI. *Symphorem.* Cap. VIII, §. 4, p. 249. ubi: *Von dem Kayserlichen Landrecht Hertzogthumbs zu Francken zu Würtzburg, non statim ad Cameram Imperialem, sed prius ad Episcopum Herbipolensem, appellatur, & postea demum ad Cameram: licet in omnibus fere aliis Landtgerichten contrarium fiat. Gylman, Tom. 3 Symphor. fol. 32. male igitur idem*, T. I. *part. 1, fol. omnino non appellari dicit.* Quæ *Rumelinus* l. c. pag. 359. totidem verbis repetit. Conf. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2. Cap. 42. §. 8. p. 395.

(i) FRISIA &c. Provincia hac, quoad Partem Occidentalem, à Belgis hodie ab imperio avulsa, frustra de privilegio ejus non appellandi disputatio instituitur. De parte Orientali, ait *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Revision*, p. 825. *In Ost-Frießland kan man von dem Gräflichen Hof-Gericht entweder ad Cameram appelliren; oder, bey dem Graven Revision begehren; hæcque Revisio, tanquam surrogata appellationi ad Cameram, ejusdem sapit naturam; & ita inibi possunt non probata probari, & non deducta deduci &c.* Hinc sua *Mylerus ad Rumelinum* l. c. Part. 2. Dissert. 2. §. 4. lit. c. pag. 364. conf. idem, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2. Cap. 42. §. 8. p. 395. præsertim cit. Auctor *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Class. 4. p. 78. & 79. Tit. *Ost-Frießland*; verb. *In den so genanten Receß- und Accord-Buch zu Embden, Anno 1612, (dessen Contenta auch in dem Reichs-Archiv, Part. spec. Contin. Rubr. Ost-Frießland zum Theil anzutreffen) findet sich unter andern die besage der Vorrede von Kays. Majest. confirmirte Hoff-Gerichts-Ordnung, de An. 1590. welche mit der Kayserlichen Cammer-Gerichts-Ordnung viel Verwandnuß hat. In derselben ist Tit. 44. die Appellation an Kays. Maj. oder dero Cammer-Gericht zugelassen, wenn die Haupt-Sache anderthalb hundert Rheinische Gülden (vermutlich sind Gold-Gülden gemeinet) und nicht drunter herrühren thut. Jedoch daß der beschwärte Theil auch erwählen könne, seine Gravamina, per viam supplicationis, bey dem Landes Herrn anzubringen. Wann er aber den Weg der Appellation an das Cammer-Gericht erwählen würde, soll er einen Eyd schwören, daß er gäntzlich dafür halte, daß ihm appellirens noth sey, und es nicht zu Auffenthalt der Sache thue; auch im Fall er abermahl verliehren sollte, seinen Gegentheil, mit samt der Sachen, Kosten und Schaden, nach rechtlichem Erkantnuß vergnügen wolle.* Vid. *H. G. Ordnung*, Tit. XVIII.

(k) OMNIBUS &c. Addantur:

(1) *Rex Sueciæ* (hodie Magnæ Britanniæ) respectu Ducatus *Bremensis* & Principatus *Verdensis*; in cujus favorem, Art. X *Instrum. Pacis Westphal.* An. 1648. §. *deinde*, 12, cautum: *Concedit Eis* (Imperator, de consensu totius Imperii, *Christinæ*, Reginæ, Regnoque Sueciæ) *in omnibus & singulis dictis Feudis, Privilegium de non appellando; Sed hoc ita, ut summum aliquod Tribunal, seu Appellationis instantiam, commodo in Germania loco, constituat, eique idoneas, præficiat personas, quæ unicuique Jus & Justitiam, secundum Imperii Constitutiones, & cujusque loci Statuta, absque ulteriori provocatione, causarumve avocatione, administrent &c.* Acceptatum quoque Privilegium hoc in Camera, 27 Febr. An. 1651, discimus ex *Blumio, Process. Cameral.* Tit. 47, Tab. III, voc. *Schweden*, pag. 358; Conf. *Burgoldensis*, ad *Instrum. Pacis*, Part. 2, Discurs. XX, §. XIX, pag. 225; *Gastelius*, de *Statu Publico Europæ*, Cap. IX, §. 14, pag. 402; *Scharschmidius* ad Ill. *Schützium*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VII, §. 26, lit. A, pag. 590; Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. XI, §. 2, pag. 406 & 407; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. spec. Membr. 2, Discurs. XVI, §. VII, pag. 363, annectens, dictum Tribunal Summum erectum fuisse *Wismariæ*, An. 1653, 17 Maji, Præside (*Benedicto*) Com. *Oxenstierna*, & Vice-Præside, *Davide Mevio*, (per Dn. *Scheringium Rosenhanium*) *und ist den 12* Sept. dicto An. *das Erste*

Appellation-*Gericht eröffnet*, *da*, *zum erstenmahl*, 83 *Proceß anhängig gemacht worden*; Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VII, ad An. 1653, pag. 422 & 424; Ill. *Mevius* ipse, in Præfatione *Decisionum*, in fine, docens tamen, primam Juridicam Cal. Septembr. fuisse habitam; *Europæischer Herold*, Tom. I, pag. 439.

(2) *Sabaudiæ Dux*; Vid. ex *Parisio*, Consil. 118, n. 1, Lib. I, *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. Conf. seq. lit. m; ad an. 1356.

(*l*) PROTRACTÆ JUSTITIÆ &c. Vid. præced. Tit. VIII, §. 29, lit. n, v. 12.

(*m*) OB CERTAM SUMMAM &c. In genere notandum, vigore R. I. *Ratisbon.* An. 1654, §. 112, *Vierdtens*, à nemine Statuum appellare in præsentiarum fas esse, nisi valor causæ quadringentos involvat thaleros, ibi *Solle die* Summa appellabilis, *von 300 Gülden*, *biß in 400 Reichsthaler* - - - (*doch mit Vorbehalt eines jeden Stands Rechten*, *Gerechtigkeiten und Freyheiten*) *erhöhet werden* &c. Discimus ex his, Legem hanc non obesse Privilegiis *majorem summam* continentibus, quippe quæ sarta tecta manent; sed saltem majorem gratiam largiri istis Statibus, qui privilegio *de non appellando* usque ad 400 taleros, hactenus non fuere gavisi. Appellabilem hanc summam ab initio, ultra 50 florenos non ascendisse, documento est *Ordin. Cameral. Wormatiensis*, An. 1521 Tit. XXIV, *daß Sachen unter funfzig Gülden Haupt-Guts nicht angenommmen werden sollen* &c. Postea vero, per R. I. *Spirensem*, An. 1570, §. *Als wir dan*, 66, ad triplum aucta illa noscitur: *Setzen, wollen und ordnen darauf, daß hinfüro, an Unserm Kayserl. Cammer-Gericht, keine Appellation - Sachen*, *da die Klag unter Hundert und funffzig Gülden Haupt - Guts*, *wäre*, *angenommen werden sollen* &c. Quam rursus duplicatam scimus, per *R. I. Deputationis Spirens.* An. 1600, §. *Wiewohl nun*, 14. verb. *Setzen und ordnen wir*, *daß berührte Summa der 150 Gülden*, *auf noch 150 Gülden*, *so in Summa 300 Reichs-Güldner seyn soll*, *zu erhöhen und zu setzen sey* &c. Sic gradatim, ad 600 florenos, seu 400 thaleros usque, itum, conf. *Blumius*, de *Process. Cameral.* Tit. 46, §. 40, pag. 341; *Burgoldensis* l. c. pag. 227; Dn. *Crüger* l. c. §. VIII, pag. 364; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XXVI, §. 4, v. 62, pag. 818. Docemur simul his, quid tenendum de tabula privilegii hujus participum, quam *Daniel Otto*, Cap. XI *Jur. Publ.* p. m. 358 exhibet, pariter ac reliqui omnes, quorum præced. lit. a facta mentio; imo, de ipso sequente catalogo, ex chartis publicis confecto, vigore cujus, Privilegii *de Non appellando*, participes facti innotescunt:

Sub RUDOLPHO Habspurgico:

An. 1278, *Berchtoldus*, Abbas *Gengenbacensis*, de quo, Author descriptionis *Abbatiæ Gengenbacensis*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, §. 2, v. I, pag. 291: *Berchtoldus* (65 Abbas) *consecutus est Privilegia*, *à Rudolpho Habspurgico*, *An. 1278*, *in quibus scribitur*; *ab Abbate Gengenbacensi*, *& ejusdem sententiis*, *non debere provocari*, *à quocunque Subditorum*, *seu Vasallorum* &c.

Sub CAROLO IV:

An. 1356, sub dato *Pragæ*, 12 Cal. Aug. *Amadeus VI*, Comes *Sabaudiæ*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XII *Absatz*, §. 13, pag. 19: *De Tuæ fidei & amoris constantia*, *Consanguinee Carissime! gerentes fiduciam specialem*, *Imperiali autoritate decernimus*: *Ut omnes Appellationes*, *quæ*, *à quibuscunque ArchiEpiscopis*, *Episcopis*, *Abbatibus* & *Prælatis*, & *eorum locum tenentibus Judicibus Secularibus*, *infra terminos ac limites Comitatus Tui Sabaudiæ constitutis*, *ad Audientiam & Tribunal Nostrum Imperiale interponi hactenus consueverunt*, &, *de Jure vel Consuetudine*, *interponi deberent*, *ad Tuam Audientiam deinceps interponantur*, *seu debeant interponi*: *dantes Tibi plenam & liberam*, *de certa scientia*, *potestatem*, *universas & singulas Appellationum causas*, *quas à prædictis*, *& eorum quolibet*, *sive ab Actoribus*, *sive Reis*, *ad Te*, *vice nostra*, *sicut præmittitur*, *vel etiam ad Nos in futurum*, *interponi contigerit*, *& si quæ in præterito interpositæ adhuc pendent*, *auctoritate Nostri culminis*, *audiendi*, *cognoscendi*, *terminandi*, *decidendi*, *sententias ferendi*, *executioni mandandi*, *aliaque omnia & singula faciendi*, *etiamsi Mandatum exigant speciale*, *& quæ*, *in talibus Appellationum Causis*, *Ipsi facere possumus*, *& possemus*, *si illas personaliter tractaremus* &c. Confirmatio *Caroli V*, sub dato *Wormatiæ*, 3 Maji, 1521, habetur ibid. §. XXXII, pag. 68.

Sub FRIDERICO III,

An. 1475, sub dato *Passau*, *am Donnerstag vor S. Catharinen Tag*, Civitas *Gemunda Sueviæ*, ad *zehen Pfund Pfenning derselben Statt Wehrung*; sub pœna *Hundert Marckh löttigs Goldts*; apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, I *Theil*, XVII *Absatz*, Tit. *Gemünd in Schwaben*, §. 4, pag. 824.

An. 1482, sub dato *Wien*, 8 Maji, Civitas *Augusta Vindelicorum*, ad *zehen Gülden Reinisch*, *Schuld-Geld*, *oder Werth*, *betreffend*, sub pœna *Sechzig Marckh löttigs Goldes*; apud Dn. *Schilterum*, inter *Diplomata & Documenta Historiam Friderici III illustrantia*, pag. 162 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. 33, pag. 1083 Conf. seq. An. 1531.

Sub

Sub MAXIMILIANO I,

An. 1495, sub dato *Worms*, 24 Augusti. Civitas *Norimberga*, ad *30 Gülden Rheinisch*, apud Dn. *Cortrejum*, Tom. 4 *Corporis Juris Publ.* inter *Privilegia Statuum Imperii*, §. 76, pag. 325; Conf. Ejusdem Diploma An. 1508, apud *Wehnerum*, Tom. VI *Symphorematis Gylmanni*, Cap. VII, §. 34, pag. 209, & Dn. *Lunigium* l. c. *im Andern Theil*, XXXV *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, pag. 160. Add. seq. An. 1508.

An. 1496, sub dato *Wormbs*, Civitas *Argentoratensis*, ad *vier und zwanzig Gülden Rheinisch*, sub pœna *40 Marck löttigs Goldts*; apud *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 3, §. 26, pag. 87.

An. 1499, sub dato *Maintz*, 21 (non 12) Maji, Civitas *Winsheim*, ad *vierzehen Gülden Rheinisch, Schuld-Geld oder Werth betreffend*; apud *Limnæum* l. c. Cap. 55, §. 4, pag. 500 &c. *Wehnerum* l. c. §. 45, pag. 234; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 90, pag. 352 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. 53 *Absatz*, Tit. *Windsheim*, §. 16, pag. 672.

An. 1502, sub dato *Innsprug*, 9 Maji, *Donawerda* Civitas, ad *zwaintzig Gülden Reinisch*; *Schuld-Gelt, oder Wert berührend*; sub pœna *20 Marckh lötigs Golds*; apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, X *Absatz*, Tit. *Donauwörth*, §. XXXII, p. 427.

An. 1506, sub dato *Newenstadt*, *am letsten Tage des Monats Julii*, Civitas *Eslingensis*, ad *zwantzig Gülden Reinisch*; *Schuld-Geld, oder Wert betreffend*; eadem sub pœna; apud Dn. *Lunigium* l. c. XIII *Absatz*, Tit. *Esslingen*, §. 31, pag. 510.

An. 1508, sub dato *Kauffbaiern*, 14 Mart. *Norimberga* Civitas, *ad 600 Gülden*, *in Handels und Baw-Sachen*; sub pœna *50 Marck lötiges Goldes*, apud Dn. *Limnæum*, lib. VII *Jur. Publ.* Cap. 35, §. 22, pag. 395 &c. *Cortrejum* l. c. §. 76, pag. 325; *Wehnerum* l. c. §. 34, v. 3, pag. 209 & 210, & Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*; §. 76, pag. 159 &c. Confirmatio *Caroli V*, sub dato *Worms*, 17 Dec. 1520, habetur apud *Wehnerum* l. c. p. 209; *Limnæum* l. c. pag. 394 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. pag. 325 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 77, p. 162 &c. ut & *Ferdinandi II*, sub dato *Wien*, 3 Nov. 1629, cum extensione ad lites monetarias, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 88, pag. 186 &c. pariter ac *Ferdinandi III*, sub dato *Wien*, 20 Nov. 1637, ibid. §. 89, pag. 189. Conf. *Rumelinus* in A. B. Part. 2, Differt. 2, § 10, pag. 371; *Wagenseil*, Comment. de *Civitate Norimbergensi*, Cap. XXVII, pag. 265 &c. & ad seq. An. 1659.

An. 1510, sub dato *Augspurg*, 20 Mart. *Reutlinga* Civitas, ad *dreyssig Gülden Reinischer Wehrung*, sub pœna *20 Marck löttiges Golds*; apud Dn. *Lunigium* l. c. 40 *Absatz*, Tit. *Reutlingen*, §. XII, pag. 318 &c.

An. 1512, sub dato *Trier*, 13 Maji, Civitas *Francofurtensis ad Mœnum*, ad *Sechzig Gülden Rheinischer Landswehrung &c. Schuld-Geld, oder Wert, berührend*; sub pœna *50 Marck lötigs Golds*; Vid. *Wehner* l. c. Cap. VII, §. XII, v. 1, pag. 167; Dn. *Cortrejus* l. c. §. 31, pag. 231 &c. & Dn. *Lunigius* l. c. I *Theil*, XIV *Absatz*, Tit. *Frankfurth am Mayn*, §. 139, pag. 649; Confirmatio *Caroli V*, sub dato *Regenspurg*, An. 1541, 2 Julii, habetur apud *Wehnerum* l. c. v. 2, pag. 169 &c. *Limnæum* l. c. lib. VII, Cap. XVI, §. 42, p. 257 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 142, pag. 655. Conf. *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. VI, pag. 365.

An. eod. sub dato *Landau*, 18 Nov. Civitas *Lindaviensis*, ad *30 Gülden Rheinisch Schuld-Geld, oder Werth, berührend*; sub pœna *40 Marck lothigs Golds*; apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, XXIX *Absatz*, Tit. *Lindau*, §. 21, pag. 1314.

An. 1514, sub dato *Insprug*, 18 Nov. Civitas *Coloniensis*, ad *Hundert Goldgülden Rheinisch*; sub pœna *Hundert Marck lötigs Goldtes*; apud *Wehnerum* l. c. §. 8, pag. 162 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 8, pag. 197; & §. 67, pag. 310; & Dn. *Lunigium* l. c. IX *Absatz*, Tit. *Colln*, §. XXIII, pag. 382; quamvis datum hic reperiatur 16 Nov. Conf. *Limnæus* l. c. lib. VII, Cap. X, §. 13, pag. 175; *Petrus Friderus Mindanus* de *Process. Cameral.* Lib. I, in fin. pag. 190; *Blumius*, *Process. Cameral.* Tit. 47, Tab. VI, pag. 364; *Speidel*, voc. *Appellation*, p. m. 48. Conf. seq. An. 1551.

An. 1516, sub dato *Füessen*, 22 Julii, *Kauffburium*, ad *30 Gülden Reinischer gemeiner Landes-Werung*; sub pœna 40 *Marck lötigs Goldes &c.* apud Dn. *Lunigium* l. c. XXV *Absatz*, Tit. *Kauffbeuren*, §. 20, pag. 1264.

An. 1518, sub dato *Insprug*, 13 Maji, *Campidunum*, ad *Hundert Gülden Rheinisch*; *Schult-Gelt, oder Werth berührend*; sub pœna *40 Marck löthiges Goldes*; ap. Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, I *Theil*, Addend. Tit. *Kempten*, §. 25, p. 1524.

An. eod. sub dato *Augustæ*, 24 Junii, *Erhardus*, Episcopus *Leodiensis*, in Causis Bonorum realium & immobilium, ad 600 Florenos Rhenensis auri; in Bonis vero mobilibus & personalibus, ad trecentos; sub pœna 50 Marcarum auri puri; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 3, §. 8, pag. 68, Dn. *Cortrejum* l. c. §. 58, pag. 298; & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, 3 *Fortsezung*, 3 *Abtheilung*, XIV *Absatz*, §. 109, pag. 196 &c. Conf. *Rumelinus*, in *Auream Bullam*, Part. 2, Differt. 2, §. VII, pag. 367; *Petrus Friderus* l. c. pag. 186; *Speidelius* l. c. pag. 44. Vid. seq. An. 1521; Auctor cit. *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii*, *de Non appellando*, Class. 3, p. 42.

An. eod. sub dato *Augspurg*, 2 Sept. *Nordlinga* Civitas, ad *Funffzig Gülden Reinisch, gemeiner Landts-Werung; Schuldt-Gelt oder Werth berührend;* sub pœna 40 *Marck lötigs Goldes.* Apud Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, 2 *Theil*, 33 *Absatz*, Tit. *Nördlingen*, §. 47. p. 40.

An. eod. sub dato *Khauffbeuren*, 8 Octob. *Biberacum* Civitas, ad *Fünff und zwantzig Gülden Reinisch;* sub pœna 20 *Marck lötiges Goldts*; Apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, 4 *Absatz*, Tit. *Biberach*, §. 26, pag. 198.

Sub CAROLO V;

An. 1521, sub dato *Wormbs*, 4 Febr. *Memminga*, ad *Sechzig Gülden Rheinisch, Schuld-Geld oder Wehrt berührend*, sub pœna 40 *Marck löttigs Golds*; apud *Limnæum* l. c. Lib. VII, Cap. XXXIII, pag. 373 &c. *Wehnerum* l. c. Cap. VII, §. 27, v. 2, pag. 196; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 75, pag. 323; & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, I *Theil*, XXXI *Absatz*, Tit. *Memmingen*, §. 12, pag. 1423; Conf. *Blumius* l. c. Tab. VI, Tit. XLVII, pag. 366; *Speidel* l. c. pag. 49; *Petrus Friderus* l. c. pag. 191. Solus *Gylmannus*, Tom. I *Symphoremat. Cameral.* Part. I, fol. 7, habet 600 *Gülden in Müntz*; de quo tamen *Wehnerus* l. c. p. 193, valde dubitat.

An. eod. sub dato *Worms*, 25 Febr. *Dünckelspühla*, ad *Sechzig Gülden Reinisch*, sub pœna 50 *Marck lötigs Goldes*; apud Dn. *Lunigium*, l. c. XII *Absatz*, Tit. *Dünckelsbühl*, §. 35, pag. 483.

An. eod. sub dato *Worms*, 20 Mart. *Casimirus & Georgius*, Marchiones *Brandenburgici*, ad 200 *Gülden Rheinisch, Schuldgeld, oder Wehrt, berührend*; Vid. Diploma Ejusdem, an. 1541, hunc in finem editum, apud Auctores, ad An. 1541, mox nominandos;

An. eod. sub dato *Gandavi*, 27 Julii, *Erhardus*, Episcopus *Leodiensis*, in Causis bonorum realium & immobilium, ad *mille ducentos florenos Rhenenses auri*; &, in causis personalibus, bonorumque mobilium, *ad sexcentos*; sub pœna 50 *marcarum puri auri*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 3, §. 8, p. 73; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 62, pag. 302 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I, 3 *Fortsetzung*, 3 *Abtheilung*, XIV *Absatz*, §. 109, pag. 200 &c. Confirmatio *Maximiliani II*, sub dato *Pragæ*, 21 Junii 1571, legitur apud *Wehnerum* l. c. pag. 67 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. pag. 198 &c. Conf. *Petrus Friderus* l. c. pag. 186; *Speidel* l. c. pag. 44; Auctor cit. *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii, de Non appellando*, Class. 3, p. 43, 48 & 49.

An. 1531, sub dato *Regenspurg*, 21 Julii, Civitas *Augusta Vindelicorum*, ad *vier Hundert Gülden Rheinisch;* sub pœna 50 *Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. VII, §. 3, v. 2, pag. 150 &c. *Limnæum*, l. c. lib. VII, Cap. 4, §. 7, pag. 114 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, I *Theil*, 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. 48, pag. 126. Add. *Rumelinus*, in A. B. Part. 2, Dissert. 2, θ. X, p. 370. *Petrus Friderus* vero l. c. pag. 190, *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. VI, pag. 364, & *Speidelius* l. c. pag. 48, errant, annum 1541 hoc titulo proferentes. Conf. præced. An. 1482, & seq. An. 1627.

An. 1534, sub dato *Speyer*, 23 April. Civitas *Lubecensis*, ad *zwey Hundert Gülden Lübiger Schintgelt;* sub pœna 40 *Marck löttigs Golds*; apud *Wehnerum* l. c. §. 25, pag. 191; *Limnæum* l. c. Lib. VII, Cap. 30, §. 7, pag. 347; & Dn. *Lunigium* l. c. 30 *Absatz*, Tit. *Lübeck*, §. 21, pag. 1355. Conf. *Rumelinus* l. c. *Petrus Friderus* l. c. pag. 191; quamvis male iterum An. 1544 producat, errore *Speidelio* quoque l. c. pag. 49, communi. Add. seq. An. 1588.

An. 1540, sub dato *Regenspurg*, 23 Julii, *Georgius & Albertus*, Marchiones *Brandenburgici*, ad *vier Hundert Gülden Rheinisch, Schuld, Geld oder Werth belangend;* sub pœna *Hundert Marck lothiges Goldes;* præter eam, quæ in Diplomate *Maximiliani*, quo Marchionibus, de Non appellando Jus *ad centum florenos aureos*, concessum, exprimitur, apud *Limnæum* l. c. Tom. IV, Addit. ad Lib. V, Cap. VII, §. 132, pag. 836, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. 4 *Abtheilung*, 3 *Absatz*, §. 41, pag. 102, ubi, in fine: *Geben, in Unser und des H. Reichs-Statt Regenspurg, am 23 Tag des Monats Julii, nach Christi Geburt Fünffzehen Hundert und viertzig &c.* Apud *Wehnerum* vero l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 3, p. 99; *Limnæum*, lib. V *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 130, pag. 203, Dn. *Cortrejum*, l. c. §. 56, pag. 283 &c. & denuo, §. 95, pag. 364 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 23, pag. 40, habetur *Annus 1541*; de quo etiam *Rumelinus* l. c. Part. 2, Diss. 2, θ. 8, pag. 367; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 3, pag. 353; *Speidelius* l. c. pag. 45; *Petrus Friderus* l. c. pag. 187, aliique, testantur. Quoad summam, legas Extractum *aus der Fürstlichen Brandenburgischen Hoffgerichts-Ordnung*, Tit. *XV, von Appellationen, so von diesem Ober-Hoffgericht geschehen, oder nicht, mögen*; apud *Wehnerum* l. c. pag. 101; Conf. seq. An. 1627.

An. 1541, sub dato *Regenspurg*, 15 Julii, *Brema* Civitas, ad 600 *Gülden Rheinisch*; sub pœna 50 *Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum*, l. c. Tom. VI, Cap. VII, §. 5, pag. 157, Dn. *Cortrejum* l. c. §. 30, pag. 228; & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, I *Theil*, VI *Absatz*, Tit. *Bremen*, §. 25, pag. 241 &c. Conf. *Petrus Friderus* l. c. p. 190; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. VI, p. 364; *Rumelinus* l. c. θ. X, p. 370; *Speidelius* l. c. p. 48; & cit. Auctor *Catalogi Privilegiorum Imperii, de Non appellando*, Class. VI, p. 89. Confirmatio Ejusdem, sub dato *Brüssel*,

Brüssel, An. 1554, 22 Nov. extat apud *Wehnerum* l. c. p. 159; *Limnæum* l. c. lib. VII. Cap. VII. §. 3, p. 126 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 30, pag. 230; & Dn. *Lunigium* l. c. §. 33, pag. 254.

An. eod. sub dato *Regenspurg*, 21 Julii, *Augusta Vindelicorum*, ad 400 *Gülden Rheinisch*, sub pœna 50 *Marck lötiges Goldes*; apud Dn. *Cortrejum*, l. c. §. 29, pag. 227, & §. 85, pag. 344. quamvis hic ponatur, non 21, sed 12 Julii.

An. 1544, sub dato *Speyer*, 12 Mart. *Barnimus*, Dux *Pomeraniæ*, ad *drey Hundert Gülden Rheinisch an Gold*; sub pœna 50 *Marck lötigs Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 13, pag. 123, ubi simul illud An. 1547, 4 Nov. in Camera insinuatum tradit; *Limnæum* l. c. lib. V, Cap. XIII, §. 3, pag. 283; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 38, pag. 243; & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, I *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, V *Absatz*, §. 38, pag. 474. Conf. *Rumelinus* l. c. pag. 368; *Petrus Friderus* l. c. pag. 188; *Blumius* l. c. pag. 358; *Speidelius* l. c. pag. 47.

An. eod. sub dato *Speyer*, 1 April. Simile Privilegium concessum *Philippo*, Duci *Pomeraniæ*, testatur *Blumius* l. c.

An. eod. sub dato *Speyer*, 23 April. Civitas *Lubecensis*; ad *zwey Hundert Gülden Lübecker Schuldgelt, oder Werth*; (Insinuatum Cameræ, An. 1561, 29 Oct.) sub pœna 40 *Marck lötiges Golds*; apud Dn. *Cortrejum* l. c. §. 17, pag. 212 &c.

An. 1546, sub dato *Regenspurg*, 23 Julii, *Wilhelmus*, *Juliaci*, *Cliviæ*, & *Montium* Dux, ad *vier Hundert Gülden Reinisch*; sub pœna 50 *Marck lötigs Goldes*; apud *Limnæum* l. c. lib. V, Cap. X, §. 7, pag. 242 &c. *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 8, pag. 117, (quamvis erroneè, sub anno 1526; qui sane, anno Imperii vigesimi sexti Imperatoris nostri, quo Diploma datum, non respondet;) Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. X, pag. 410 &c. & Dn. *Cortrejum* l. c. §. 19, pag. 215, & §. 71, pag. 315. Conf. seq. An. 1566.

An. 1551, sub dato *Augspurg*, 5 Febr. Civitas *Coloniensis*, ad *drey Hundert Goldgülden Reinisch*, sub pœna 200 *Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. VII, §. 8, pag. 163; *Limnæum* l. c. lib. VII, Cap. X, §. 14, pag. 175 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 9, pag. 198, (quamvis mendose, sub anno 1521) & §. 74, pag. 321 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 4, I *Theil*, IX *Absatz*, Tit. *Cölln am Rhein*, §. 26, pag. 386; Conf. *Rumelinus* l. c. pag. 370; *Speidel* l. c. p. 48; *Petrus Friderus* l. c. pag. 190; *Blumius* l. c. Tit. 47; Tab. VI, pag. 364; nec non ad seq. An. 1623.

An. 1554, sub dato *Brüssel*, 6 April. *Hamburgum*, ad *Sechs Hundert Gülden Reinischwehrung in Gold*; sub pœna 60 *Marck lötiges Golds*; apud *Wehnerum* l. c. §. 19, pag. 187; qui, in fine, pag. 189, addit, Privilegium hoc, 28 Nov. an. eod. Cameræ fuisse insinuatum, annoque 1555, 29 Mart. acceptatum; *Limnæum* l. c. lib. VII, Cap. 23, §. 14, p. 334 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 32, p. 233; & Dn. *Lunigium* l. c. XXIII *Absatz*, Tit. *Hamburg*, §. 55, p. 996. Conf. *Rumelinus* l. c. *Petrus Friderus* l. c. p. 191; *Blumius* l. c. p. 366; *Speidelius*, l. c. p. 49; Auctor cit. *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Class. VI, p. 94, ubi tamen non satis accurate An. 1534 ponitur. Add. seq. An. 1634.

Sub FERDINANDO I.

An. 1558, sub dato *Wien*, 17 Junii, *Sigismundus*, Archi-Episcopus *Magdeburgicus*, & Episcopus *Halberstadiensis*, in Causis bonorum realium & immobilium, ad *Sechs Hundert Gülden*; sub pœna 50 *Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 3, §. 5, pag. 58; & §. 9, pag. 80; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 10, pag. 200, & §. 39, pag. 244, & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XV *Absatz*, §. 45, pag. 371; Conf. *Petrus Friderus Mindanus* l. c. pag. 186; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 2, p. 350; *Speidel* l. c. pag. 44; *Rumelinus* l. c. p. 366, & 367, §. 7.

An. 1559, sub dato *Augspurg*, *am letzten Tag des Monats* Maji, Civitas *Argentoratensis*, ad *Fünff Hundert Gülden Rheinisch &c.* Vid. Diploma *Maximiliani II*, de An. 1566, quo summa hæc ad 600 florenos extensa, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. Contin. 4, 2 *Theil*, *im Anhang*, 58 *Absatz*, Tit. *Straßburg*, §. 69, p. 779.

An. eod. sub dato *Augspurg*, 4 Junii, *Alberto*, Duci *Bavariæ*, ad *Fünff Hundert Gülden Rheinisch*, sub pœna 50 *Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 1, pag. 94 &c. *Limnæum*, l. c. lib. V, Cap. 4, §. 8, pag. 122; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 14, pag. 205; & Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. 4 *Abtheilung*, I *Absatz*, §. 260, pag. 674; Conf. *Schwanemanni Decis. Cameral.* I, n. 25; *Rumelinus* l. c. §. 8, pag. 367; *Petrus Friderus* l. c. pag. 187; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 3, pag. 353; *Speidel* l. c. pag. 45.

An. 1560, sub dato *Wien*, *den letzten Tag* Septembris, *Hermannus*, Com. de *Newenar* & *Mœrß*, ad *Hundert Gülden Rheinisch in Gold*, sub pœna 40 *Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI Cap. VI, §. 16, pag. 140 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 35, pag. 238.

An. 1562, sub dato *Franckfurt am Mayn*, 30 Octob. *Henricus*, Dux *Brunsuic.* & *Luneburgensis*, ad *drey Hundert Gülden Reinisch Goldt*, sub pœna 100 *Marck lötiges Golds*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 4, pag. 101 &c. *Limnæum* l. c. Lib. V, Cap. VII, §. 26, pag. 158; Dn. *Cortrejum* l. c. §. 28, p. 226; Dn.

Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. 4 *Abtheilung*, 4 *Absatz* §. 39, pag. 83. Conf. *Rumelinus* l. c. Part. 2, Differt. 2, §. 8, p. 368; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 3, pag. 353; Add. seqq An. 1578.

An. eod. sub dato *Franckfurt am Mayn*, 23 Nov. *Johannes*, Elector *Trevirensis*, ad *500 Gold Gülden*; sub pœna *100 Marck lötiges Golds*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. I, §. 2, pag. 7. reliquosque præced. Tit. 8, §. 2, lit. m, nominatos.

An. 1563, sub dato *Jasburg*, 3 Maji, *Carolus*, Episcopus *Metensis*, ad *50 florenos Rhenenses in auro*, sub pœna *50 Marcarum auri puri*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 3, §. 10, pag. 82 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 57, pag. 285; & Dn. *Lunigium* l. c. Contin. I, *im Anhang zu der Ersten Fortsetzung*, *der Ersten* Continuation, V *Absatz*, §. 87, pag. 58 &c. *Rumelinus* vero l. c. pag. 367, & *Mindanus* l. c. pag. 186, & *Speidelius* l. c. pag. 44, dicunt summam involvisse *500 florenum Rheni in auro*. Quicquid sit, Episcopatum hunc, per *Instrum. Pacis Monaster.* Regi Galliæ cessum, recte monet *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 2, p. 350.

Sub MAXIMILIANO II;

An. 1564, sub dato *Wien*, 2 Aug. *Christophorus*, Episcopus *Brixiensis*, ad *300 Gülden in Müntz*; sub pœna *50 Marck lötiges Goldes*; apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 3, §. 4, pag. 56 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 33, pag. 235; & Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. Contin. I, 3 *Fortsetzung*, VI *Absatz*, §. 78, pag. 138 &c. Conf. *Rumelinus* l. c. pag. 366; Add. seq. An. 1577.

An. 1566, *Henricus* & *Wilhelmus*, Duces *Brunsuicenses* & *Luneburg.* ad *400 florenos aureos*; Vid. *Wehner* l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 5, pag. 103, & §. 10, pag. 122; *Gylhausen*, *Arbor. Jur. Civil.* c. 8, part. 3, §. 32; *Rumelinus* l. c. Part 2, Diff. 2, §. 8, pag 368, ibique *Mylerus* in Addit. lit. d, pag. 369; *Petrus Friderus* l. c. pag. 187; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 3, p. 353; *Speidelius* l. c. pag. 46. Conf. seq. An. 1578.

An. eod. sub dato *Augspurg*, 29 Maji, *Wilhelmus*, Dux *Juliaci*, *Cliviæ*, & *Montium*, ad *600 Gülden Rheinisch in Goldt*, sub pœna *100 Marck lötiges Goldes*, apud *Wehnerum* l. c. Tom. VI, Cap. 4, §. 8, pag. 118; *Limnæum* l. c. lib. V, Cap. X, §. 16, pag. 252 &c. Dn. *Cortrejum* l. c. §. 22. pag. 220 &c. & §. 83, pag. 341; & Dn. *Lunigium* l. c. Part. spec. Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. 16, pag. 421; Conf. *Nævius*, System. ad L. 1 ff. *A quibus appellare non licet*; §. 43; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. 3, pag. 354; *Speidel* l. c. pag. 46; *Petrus Friderus* l. c. pag. 187; *Rumelinus* l. c. Auctor cit. *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, Class. 4, pag. 69.

An. eod. Episcopus *Verodunensis*, ad *600* florenos Rhenenses in auro; Vid. *Gilman*, Tom. I *Symphorem.* in *Analysi Processus Judic.* fol. 7; *Wehner* l. c. Tom. VI, Cap. 3, §. 18, pag. 93; *Otto, Jur. Publ.* Cap. XI, pag. 363; *Rumelinus* l. c. §. 7, pag. 367; Solus *Mindanus* l. c. pag. 187, habet summam *1500 florenorum in auro*. Hodie paria cum Metensi subit Præsul hic Fata.

An. eod. Comites de *Newenar* & *Mœrss*, ad *200 florenos Rhenenses in auro*. Vid. *Gylman* l. c. *Wehner* l. c. Tom. VI, Cap. VI, §. 16, p. 140. *Rumelinus* l. c. §. IX, pag. 369; *Petrus Friderus* l. c. pag. 189; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. V, pag. 362; *Speidel* l. c. pag. 48. id refert ad An. 1570.

An. eod. sub dato *Augspurg* 1 Junii, Civitas *Argentoratensis*, ad *600 Rheinischer Goldgülden*; sub pœna *50 Marck lötiges Goldes*, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Contin. 4, 2 *Theil*, 58 *Absatz*, Tit. *Straßburg*, §. 69, pag. 779; Conf. *Limnæus*, l. c. lib. VII, Cap. 3, §. 23, pag. 84. *Mindanus* vero l. c. pag. 192; *Blumius* l. c. Tit. 47, Tab. VI, p. 367; *Speidelius* l. c. p. 50, aliique, perperam id referunt ad An. 1560. In præsentiarum cessant hæc, Civitate Gallis subjecta.

(35) Hæc omnia, *ut supra dictum*, constitui solent in *diætis* (*a*) Provincialibus; hinc etiam Principes habent jus, diætas provinciales indicendi, (*b*) *Land-Tæge auszuschreiben.* Quod jus, sine dubio, principaliter competit Principi, quia habet Imperium in istos, qui ibi comparere coguntur. Subditi enim sunt & Landsassii, (*d*) qui eo evocantur, ut de bono publico, salute Principis ac Principatus, in commune consultent. (*d*)

NOTÆ.

(*a*) DIÆTIS &c. Quæ dividuntur in Universales, *allgemeine Landtäge*, & particulares seu *Ausschußtæge*. Conscribit autem Ordines Princeps Territorialis, vi Superioritatis, qua in Territorio gaudet. Vid. *Mylerus* de *Stat. Imp.* Part. 2, c. 45, pag. 415 &c. Literas ejusmodi exhibet *Fritschius*, Tr. de *Convent. Provinc.* c. 5. Conf. *Seckendorf Teutscher Fürsten-Staat* Part. 2. C. 4. §. 9. pag. m. 77. De propositione, consultatione & Recessu, seu *Landtags-Abschiede*, agit *Seckendorfius* l. c. §. 10. 11. & 12. pag. 77. 78. & 79. Add. *Fritschius* l. c. cap. 8. *Vom Ausschuß der Landschafft*, evolve *Seckendorfium* l. c. §. 15. pag. 81. & 82. Quinam in Electoratu Saxonico, sub titulo *eines engen, & weitern Ausschuß*, veniant? exponit *Gastelius* de *Stat. Publ. Europ.* cap. IX, §. 103, pag. 415.

(*b*) INDICENDI &c. Et quidem ab antiquo; exemplo sunt: *Burchardus* Dux *Allamanniæ*,

An

An. 911, teste *Hermanno Contracto*, h. a. pag. 311, Confer. præced. Tit. XV, §. 1, lit. b, v. 4. Ejusque Vidua, apud *Eckardum Jur. de Casibus S. Galli*, C. X, pag. 44; Conf. supr. l. c. v. 9. *Arnolphus*, Dux *Bavariæ*, An. 919, apud *Aventinum*, lib. 4, Cap. 22, §. 13, pag. m. 456. Conf. supr. l. c. v. 8. *Henricus Leo*, Dux *Saxoniæ* & *Bavariæ*, An. 1154; Vid. supr. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxon.* in Ejus vita, h. a. pag. 162. *Otto*, Dux *Bavariæ* An. 1233; Vid. *Chron. Augustens.* apud *Freherum*, h. a. pag. 372; Domini de *Lichtenberg*, An. 1286, Vid. *Annal. Coloniens.* apud *Urstisium*, h. a. pag. 21 &c. Fundamentum hujus Juris hodie est Superioritas Territorialis.

(c) LANDSASSII &c. Vid. *Wehner*, Observat. voc. *Landsasserey*, pag. m. 331. *Besoldus* Thesaur. voc. ead. pag. m. 519 &c. & voc. *Landschafft*, pag. m. 520 &c. *Mylerus* l. c. §. 2 & seqq. p. 416 &c.

(d) CONSULTENT &c. Insignis locus Illustr. Dn. *Ludolphi*, in Tract. de *Jur. Fœminar. Illustr.* Sect. 1, §. 24, lit. hhhh: *Infeliciter cessisse Principibus, qui Ordinum consilia sunt secuti, exempla fere nulla, ubi sprevere, dabuntur complura. Non nudi sunt Consiliarii Ordines, Proceres sunt Provinciæ, omnis fortunæ cum Principe participes, nervum etiam addunt negotiis, auctoritate Principis salva. Felix Princeps, cui contigere Proceres, probitate, experientia, consilio, animo etiam, validi; Felicior, qui eos audire dignatur.*

(36) Hi *Status Provinciales* plerumque dividuntur in tres ordines: Abbates (a) Nobiles & Civitates. Ex singulis mittuntur quidam selecti viri, *ein Ausschuß*; qui in loco, à Principe assignato, universaliter congregati constituunt unum corpus, quod vocatur, *eine gemeine Landschafft*, ac subditos universos ac singulos repræsentant, eorumque nomine deliberant & concludunt, adeo, ut quicquid constituunt, ab universo populo, & ab universis, constitutum esse censeatur. Hi deputati, pro aliquo debito arrestari non possunt, quia Reip. gratia, peregre proficiscuntur, & sic jus revocandi domum habent. *Ruland. de Commiss. Part. 1. l. 1. c. 10.*

NOTA.

(a) ABBATES &c. Sub quibus simul comprehenduntur Monasteria, Academiæ, Prælati &c. Conf. *Mylerus* l. c. §. 2. &c. pag. 416 &c.

(37) Omnia quæ in his Conventibus, vel propter LL. vel propter alia negotia, vel judicialia, vel extra-judicialia, aguntur, reservantur in Archivis. (a)

NOTA.

(a) IN ARCHIVIS &c. Præter Lexicographos, *Besoldum* puta, voc. *Archiv*, pag. m. 46, ibique *Dietherum*, in Annotat. *Wehnerum*, voc. ead. pag. 27; & *Speidelium Notabil. Jurid. Histor. Polit.* voc. ead. pag. m. 52 &c. De materia hac evolvi merentur: *Balthasaris Bonifacii*, in Venetorum Gymnasio Juris Civilis Interpretis, Liber singularis: De *Archivis*; Venet. 1632, apud Dn. *Jacobum Wenckerum*, in *Collectis Archivi & Cancellariæ Juribus*, pag. 1. &c. *Ahasverus Fritschius*, Tract. de *Jure Archivi & Cancellariæ*, Jenæ, 1664, & Norimbergæ, 1690; in Sylloge *Variorum Tractatuum Juris Publici & Privati*, Tom. 2, pag. 355 &c. & apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 12 &c. *Franciscus Michael Neven de Windtschlée*, Dissert. Inaug. de *Archivis*, An. 1668, Argentorati habita, apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 62 &c. *Joh. Christoph Wagenseil*, Diss. de *Imperii Archivo*, *Aurea Bulla & Lipsanis Imperii*, Altorf. 1673, apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 784; *Michaël Mutterer*, Rhena-Mecklenburgicus, Sereniss. Ducis Megapolitani Secretarius & Archiota, Diss. Inaug. de *Archivis*, Præside Dn. *Georgio Radovico*, 20 Januar. 1681, Rostochii defensa; Per-Illustris *Nicol. Christoph.* L. B. de *Lyncker*, Diss. de *Archivo Imperii*, Jenæ, 1686; apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 82 &c. Dn. *Fridericus Ernestus Rinckhamer*, Hala-Saxo, Diss. de *Jure Archivorum*, Præside Dn. *Georgio Engelbrecht*, 16 Junii, 1688, Helmstadii, publico Examini submissa. Laudatus Dn. *Wenckerus*, in *Apparatu Archivorum*, Argentor. 1713. Insuper huc faciunt: *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 12, pag. 377 &c. *Mylerus*, de *Principibus* & *Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 47, tot. de *Jure Archivi*, pag. 429 &c. Dn. *Jacobus Bernhardus Multzius*, de *Jure Cancellariæ & Archivi*, Part. 2, *Corporis Juris Publici*, Cap. 28, pag. 856 &c. Dn. *Schweder Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 4, §. 2, pag. 771 &c. Interpretes Juris Publici reliqui.

(38) Hinc omnes Imperii Status, etiam Imperii Civitates (a) (quas semper subintelligimus; agimus enim de Juribus, omnibus Imperii Statibus communibus,) jus Archivi habent; (b) hoc enim necessarium est omnino. Imperator Justinianus de hoc ita sanxit: ut constituatur in Civitatibus habitatio quædam publica, (c) in qua conveniens est, Defensores monumenta recondere, (d) eligendo quendam in Provincia, qui horum habeat custodiam; quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inveniantur à requirentibus, & sit apud eos Archivum. (e) Novell. XV, c. 5. Vocatur alias (f) Cancellaria, (g) *die Hoff-Registratur.* (h) Libri istic custoditi sunt *Lager-Bücher,* (i) *Landschafft-Bücher, Urbaren,* (k) *Kauff-Steuer- und Lehen-Bücher. Bornit. de Instr. l. 2. c. 10.*

NOTÆ.

(a) IMPERII CIVITATES &c. De *Jure Archivi, Civitatibus Imperialibus competente,* peculiari Cap. XII. Lib. 2, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium,* agit *Knipschildius,* pag. 377 &c. Thesin comprobantibus *Rutgero Rulando,* de *Commissariis,* Part. 2. lib. V, Cap. 4, §. 21 & 22; *Stephani,* de *Jurisdictione,* lib. 2, Part. 2, Cap. I, §. 74; *Limnæo,* Tom. III. *Jur. Publ.* lib. VII, Cap. I, §. 56, pag. 39; *Schützio,* Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. XXIII, lit. i, pag. 689; *Wehnero, Observat. Pract.* voc. *Registratur,* pag m. 404; *Dappio,* de *Civitatibus Imperialib.* Part. I. C. VII, §. 20; *Mylero,* de *Principibus & Statibus Imperii,* cit. Part. 2, Cap. 47. §. 1, p. 430; *Fritschio* l. c. Cap. 3, §. 18 & 19; *Rinckhamero* cit. Dissert. de *Jure Archivorum,* §. 8; & 16. aliis pluribus. Omnium Civitatum commune Archivum custodiri *Ulmæ*, ex *Schadæo*, in *dedicatione Sleidani Contin. 2,* refert *Limnæus* l. c. Cap. 50, §. 5. pag. 486; id autem de Civitatibus duntaxat Suevicis, & Franconicis, admittendum, rectius affirmat *Zeilerus*, in Continuatione *Itinerarii Germaniæ,* Cap. 3, §. 21, p. 51, verb. *Daß aber gedachter Limnæus, dicto Cap. 50, §. 5, aus Schadæi Epistola dedicatoria in Sleidani Continuationem, schreibet, daß Ulm aller anderer Frey- und Reichs-Städte Archivum und Registratur in Verwahrung habe, solches ist von den Städten in Schwaben und Francken zu verstehen; Dieweil auf den Reichs-Tagen, wegen der Schwäbischen Banck, der Statt Ulm Registratur und Archivum verwahrlich anvertrauet wird, und Ihr Registrator, im Stätt-Rath, an der Directoren Tisch sitzet, und das Protocoll hält &c.* Hinc sua *Knipschildius* l. c. lib. 3, Cap. 54, Tit. *Ulm,* §. 31, pag. 893; & ipse *Limnæus* l. c. Tom. 4, Addit. ad lib. VII, Cap. 50, §. 5, pag. 354 & 355; add. *Meriam Topograph. Sueviæ,* voc. *Ulm*, pag. m. 205: *Ulm hat der Reichs-Stätte in Schwaben und Francken Archivum in Verwahrung &c.* Civitatum vero reliquarum *Scamni Rhenani* Archivum *Spirensium* Senatui fuisse creditum, docent *Knipschildt* l. c. lib. 3, Cap. 54, §. 31, pag. 893, & *Limnæus,* cit. Tom. 4 Addit. ad lib. VII, Cap. 50, §. 5, p. 354 & 355. Ast nec ab initio statim communia Civitatum Archiva in binis hisce Civitatibus fuisse recondita, sed *Ulmam* demum præfecturam hanc suscepisse, ex quo *Augusta Vindelicorum* Dictis Civitatum interesse amplius noluerit, auctoritate Recessus Civitatum de An. 1593, probant *Limnæus* l. c. pag. 355, & *Knipschildt* l. c. Faciunt huc omnino quæ apud Dn. *Wenckerum*, in laudato *Apparatu Archivorum,* Observatione 2, ad Cap. I Tract. *Georgii Aebbtlini, de Archivis atque Registraturis,* p. 32, habentur: *Es ist* ex Jure Publico *bekandt, daß die Reichs-Stätte zwey gemeine Archiven, und ihre darüber, von dem Reichs-Stättischen* Collegio, *bestellte und in Eydes Pflicht genommene* Registratores, *haben; worunter das eine, und denen Reichs-Stätten des Schwäbischen Bancks anvertraute, zu Ulm lieget; das andere, als denen des Rheinischen Bancks in Verwahrung überlassen, ist lange Zeit hinter der Statt Speyr Bewahrnuß gewesen, biß daß diese Statt, im Jahr 1689, durch den Krieg und Brand, verwüstet worden, da man dan kurtz vorhero die Registratur, oder Archiv, dergesammten Reichs-Stätte nacher Franckfurt geflüchtet; und ist wahrscheinlich, man habe den Anfang und die Zubereitung solchen gemeinen Reichs-Stättischen Archivs, auf dem Stätt-Tag zu Nürnberg, im Jahr 1523 gehalten, gemacht, als daselbst in dem Abschied, den 6 Febr. gedachten Jahrs, befohlen worden, daß, aus denen Original-Acten und Protocollen, welche hinter einer jeden Statt besonderm Archiv sich befinden werden, eine fleißige* Collectio *geschehen solle: und insonderheit soll sich in dem ein jegliche Statt, bey ihren Cantzlern, aller der Reichs- und Stätt-Tags-Abschieden, so viel der ein jegliche gehaben mag, darzu von allen Persohnen, so, von der Stätt- oder anderer wegen, auf den Reichs-Tägen, etliche Jahr her, gewesen sein, allenthalben gründlich erfahren, wie es, von Alter her, mit der Erbern Stätt Bottschafften, so man auf die Reichs-Täg geschickt hat &c. &c. gehalten sey worden? Ob und wie Sie eine Stimm gehabt haben? auch im Reichs-Rath gefordert und gefragt, auch gehört worden seyn?* (quæ ex Dn. *Dattio* de *Pace Publica*, lib. I, Cap. 29, §. 30.

§. 30, pag. 210, desumpta.) *zur Registratur aber dieses Archivs, ward erst* in Anno 1557, *Melchior Scherer, der Statt Speyr alter Statt-Schreiber, von denen Reichs-Stätten, auf dem damahls gehaltenen Reichs-Tag zu Regenspurg, geordnet; nachdem vorhero zwar auch schon etlich mahlen Verordnung geschehen, so aber wenig gefruchtet. Und weilen man in dem Werck grosse Confusion, und nicht geringen Mangel, befunden; besonders waren viel Reichs-Abschiede unergäntzet und mangelhafft, derowegen die benachbarte Reichs-Stätte, umb Communication und Complirung solcher Acten, ersucht wurden, unter welchen die Statt Strasburg das beste darbey gethan, und, aus Ihrem Archiv, die benöthigten Mängel eingeschicket - - - der zum Schwæbischen Banck gehærigen Reichs-Stätten Archiv, ist bald dieser, bald jener Reichs-Statt, in Verwahrung gegeben worden, namentlich: anfangs der Statt Eßlingen; hernacher von dargen Augspurg, und letzlich gen Ulm, transferirt, welches umbs Jahr* 1587, *aus folgender Ursach, geschehen seyn solle: Es stund zur selbigen Zeit, wegen innerlicher Unruhe, die Statt Augspurg in einem etwas gefährlichen Stand,* (Vid. *Augspurgische Händel wegen der Religion, und des Calender-Streits, mit D. Georg Müllern*, impress. 1586; nec non Acta Reformat. August. duobus Voluminib. Norimbergæ, An. 1630 & 1632 edita) *vermeinte aber ihre Nachbaren, insonderheit die Statt Ulm, hätten sich etwas unnachtbarlichen gegen Ihr verhalten, und Ihrer außgewichenen Bürgerschafft nicht Unterschleiff, noch Fürschrifft an die beeden Churfürsten Sachsen und Brandenburg, geben sollen: weilen nun auch inzwischen die Reichs-Stätte die Transferirung Ihres Gemeinen Archivs vorgenommen, so haben sich die von Augspurg, als dadurch nicht wenig betrübet, von der Erb-Stätt Correspondentz abgesondert, mit Protestation, daß es Ihnen nicht eben umb die Registratur zu thun, daß sie von Ihnen genommen, sondern daß es zu der Zeit geschehen, als Sie in Ihrer größten Trübsahl gewesen, welches alles Sie der Correspondentz nicht gemäß achten können; allein, es haben die Reichs-Stätte,* per Deputatos, *Ihnen, den von Augspurg, freundlich wissen lassen: Es wäre solches aus keinem Mißtrauen, sondern darumb geschehen, dieweil die Erb-Stätte für gut angesehen, daß der Reichs-Stätte Registratur an den Orten seye, da die Statt-Täge gehalten werden &c.* Cernimus simul hinc, communia hæc Archiva, nihil obesse Archivis Civitatum privatis; singulis enim Civitatibus specialia esse Archiva & Registraturas, vulgo notum. Conf. *Fritschius* l. c. Cap. 4. §. 24; *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. XII, §. 8 & 9, p. 378.

(*b*) JUS ARCHIVI HABENT &c. Quia sunt Status Imperii, & Juribus Superioritatis Territorialis gaudent. Vid. *Knipschildt*, l. c. lib. 2, Cap. 12, §. 1 & 2, pag. 378; *Mylerus* l. c. Auctor *Actorum Lindaviensium* fol. 319; *Rinckhamer* l. c. §. XVI, citati reliqui. Præter Status vero Votum & Sessionem in Comitiis habentes, dari adhuc alios Imperii Cives, quibus *Archivi* Jus vindicatur, documento sunt;

(1) *Illustrissima Nobilitas immediata*; Vid. seq. Tit. XXI, §. 3, lit. h.

(2) *Civitates Hanseaticæ*, quarum, ut Corporis, Archivum *Lubecæ* custoditur, partimque *Coloniæ Agrippinæ*; *Caspar Lerch de Dürnstein, im Unterricht, von des Reichs Ritterlichen Adels Herkommen*; P. I, 2 *Grund-Satz*, §. 124, apud Ampliss. Dn. *Burgermeisterum*, Tom. I *Bibliothecæ Equestris*, pag. 404, memor 4 præcipuarum Civitatum Hanseaticarum, ait: *Solcher Principalen vier seind: Lübeck, Cölln, Braunschweig und Dantzig; haben zu Lübeck und Cœlln, ihren Archivum, und Zusammenkunfft &c.* & *Joachimus Hagemeier*, in Commentario de *Fœdere Civitatum Hanseaticarum*, An. 1662 Francofurti impresso, Cap. VII, circa finem: *Est in eadem Civitate Lubecensi, præter Ærarium, commune etiam Archivum Hansæ Orientalis; ea vero Documenta, quæ Coloniæ Agrippinæ asservantur, respiciunt solummodo negotia istius Circuli, seu Quartirii &c.* Conf. *Rulandus*, l. c. Part. 2, lib. V, Cap. 4, §. 58; *Stephani*, de *Jurisdictione*, lib. 2, Part. 2, c. 3, §. 21 &c. *Knipschildt*, l. c. lib. I, Cap. 4. §. 18, pag. 43, verb. *Hoc Archivum* (dictarum Civitatum) *à duabus Imperii Civitatibus, Colonia scil. & Lubeca, dependet, quæ huic sunt præfectæ &c.* & lib. 3, Cap. 32, §. 7, pag. 792; *Limnæus*, cit. Tom. III, Lib. VII, Cap. I, §. 77, pag. 48; *Fritschius* l. c. Cap. 3, §. 2 &c. *Dietherr*, ad *Besoldi Thesaurum* voc. *Hansee-Städt*, p. m. 356; *Rinckhamer*, l. c. §. 8.

(3) *Civitates municipales*, ex concessione Dominorum Territorialium; hic iterum *Multzius* l. c. *Neque etiam inauditum est, mediate Imperio subjectas Civitates Cancellarias & Archiva habere, non refragantibus dominis, quos recognoscunt pro Superioribus &c.* Exemplum præbet *Luneburgum* nostrum, ubi famosum pariter Archivum, & constitutus *Registrator*. Contrarius est *Fritschius* l. c. Cap. 3, §. 23 &c. *Rinckhamer* l. c. §. XVI; alii:

(4) *Cœnobia*; quorum Privilegia, Jura, & possessiones, Domini Territoriales confirmarunt. Exempla ubique obvia; Archivum quod in æde D. Michaelis hic asservatur, splendidum est, beneque ordinatum, & complectitur chartas, ab *Ottone Magno*, usque ad nostra tempora; Præfectura ejus Dn. Actuario Cœnobiali demandata.

(*c*) HABITATIO QUÆDAM PUBLICA

CA &c. Publica sane utilitas suadet, Archivum in loco tuto, tam respectu incendii, & inundationis, quam hostilium infestationum & deprædationum, custodiri; proinde, ubi Regum Principumque Sedes, plerumque in Palatiis; &, in Civitatibus aliis, vel in Curiis, vel in Templis, asservari solet. Vid. *Fritschius* l. c. Cap. V. v. 17 &c. *Speidel*, voc. *Archiv*, p. m. 53; *Michaël Mutterer*, cit. Diss. Inaug. de *Archivis*; §. VI, p. 5.

(*d*) MONUMENTA RECONDERE &c. Eum enim in finem constituuntur Archiva, ut Monumenta literaria in iis asserventur, indeque produci queant, quoties, orta lite, ad probandum, iis opus est. *Anastasius* Bibliothecarius, de *Vitis Pontificum Romanorum*, in vita *Siricii*, p. m. 30, ait: *Hic Constitutum fecit de omni Ecclesia, vel contra omnes Hæreses, & dispersit per universum Mundum, ut in omnis Ecclesiæ Archivio teneantur; ob impugnationem contra omnes Hæreses &c.* S. *Hieronymus*, Lib. 2, Operis Epistolarum, in *Apologia sua adversus Rufinum*, Lib. 2, Epist. 3, p. m. 242, Edit. Basil. an. 1524. Epistolæ *Anastasii* Papæ memor: *Si à me fictam Epistolam suspicaris, cur eam in Romanæ Ecclesiæ Chartario non requiris? ut, cum deprehenderis ab Episcopo non datam, manifestissime criminis reum teneas, & nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos &c.* B. *Radegundis*, Conjux quondam *Clotharii I*, Francorum Regis, circa annum 562 defuncti, in Epistola ad Episcopos Franciæ, apud *Gregorium Turonensem*, lib. IX, Cap. 42, p. m. 216: *Hæc supplicatio mea, quam manu propria subscripsi, ut in universalis Ecclesiæ Archivo servetur, effusis cum lachrimis deprecor, quatenus, si contra improbos aliquos necessitas exegerit, ut, vestra defensione, Soror mea, Agnes, Abbatissa, vel Congregatio Ejus, quo succurri sibi popofcerint, vestræ misericordiæ pia consolatio opem, pastorali solicitudine, subministret &c.* Clarius adhuc *Ludovicus Pius* Imp. in Præcepto I, *pro Hispanis*, in Regno Francorum manentibus, sub dato Aquisgrani, Kal. Jan. anno Imperii primo, Indict. VIII, (adeoque Anno Christi 815,) apud *Stephanum Baluzium*, Tom. I *Capitularium Regum Francorum*, pag. 552, Cap. VII; *Cujus Constitutionis, in unaquaque Civitate, ubi prædicti Hispani habitare noscuntur, tres descriptiones esse volumus; unam, quam Episcopus ipsius Civitatis habeat; & alteram, quam Comes; & tertiam ipsi Hispani, qui in eodem loco conversantur: Exemplar vero earum in Archivo Palatii nostri censuimus reponendum, ut, ex illius inspectione, si quando, ut fieri solet, aut ipsi se reclamaverint, aut Comes, vel quislibet alter, contra eos causam habuerit, definitio litis fieri possit &c.* Rursus, in *Capitulari Aquisgranensi* An. 816, circa finem, apud *Baluzium* l. c. p. 563: *Libuit Nobis ea quæ gesta sunt, ob memoriæ firmitatisque gratiam, in unum strictim congerere, & subjectis Capitulis annotare, & in Publico Archivo recondere; ut Successores nostri, Deo dispensante, nostra pia facta conservantes, & Ipsi nihilominus bona facta sua Successoribus suis servanda, perdoceant &c.* Et, in *Præcepto Secundo*, pro iisdem Hispanis, sub dato *Aquisgrani*, 4 Id. Febr. anno Imperii Ejus tertio, Indict. IX, (proinde A. C. 816) apud *Baluzium* l. c. pag. 572, & *Goldastum* Tom. 2 *Constitut. Imperial.* pag. 11: *de hac Constitutione septem Præcepta uno tenore conscribere jussimus: quorum unum, in Narbona; alterum, in Carcassona; tertium, in Rosciliona; quartum, in Empuriis; quintum, in Barchinona; sextum, in Gerunda; septimum, in Biterris, haberi præcepimus, & Exemplar eorum in Archivo Palatii nostri, ut prædicti Hispani ab illis septem, Exemplaria accipere & habere possint, & per Exemplar, quod in Palatio retinemus, si rursus querela nobis delata fuerit, facilius possit definiri &c.* Non minus, in Præcepto *de Ordine Monastico, restituto in Monasterio S. Dionysii*, An. 832, apud *Baluzium* l. c. p. 678: *Ob Suggestionis notitiam, ut nostræ panderetur Celsitudini, qualiter, vel quo ordine, tam devotissimum factum, ab iisdem Religiosissimis Viris sit celebratum? duas super hoc inde pari tenore conscriptiones fecerunt, easque manibus firmaverunt propriis, ut altera earum in Archivo ipsius Monasterii, ob memoriam & stabilitatem inibi hujus Ordinis, per futura tempora, servaretur; alteram nostræ Magnitudini direxerunt, ut illam Palatinis Scriniis juberemus recondi, ob monimentum videlicet, & istius recte facti perpetuam firmitatem &c.* & pag. 679: *Et ipsis accusatoribus, cum scripto, quod Clementiæ nostræ obtulerant, coram exhibitis, cuncta, quæ in eorum accusatione dixerant, vel scripserant, falsa esse veris assertionibus, idoneisque prolatis testibus, probaverunt, sicut ex Ordine in scripto manifestatur, quod ex hac causa, & secunda Constitutionis nostræ Synodo Archivo nostri Palatii, cum chartulis, quæ nomina testium continent, qui utrisque Conventibus interfuerunt, directum, ob gestorum memoriam, conservatur; unde aliud etiam ab ipsius Monasterii scriniis retinetur &c.* Sufficiant hæc, ad demonstrandum: quis primarius Archivi sit effectus; probatio scil. gestarumque rerum fides publica. Conf. seq. lit. e, & lit. f.

(*e*) ARCHIVUM &c. Descendere videtur Vocabulum hoc a voce græca ἀρχεῖον, quæ idem ac *antiquum*; forte quod in Archivis antiquæ chartæ asserventur; vid. *Mabillon de Re Diplomatica*, lib. I, Cap. V, pag. 20, lit. F. Plura habent *Fritschius* cit. Tr. de *Jure Archivi*, Cap. I, §. 2 &c. *Mütterer* cit. Diss. Inaug. de *Archivis*, §. 1; *Rinckhammer*, cit. Diss. de *Jure Archivorum*, §. 3; minimum purior derivatio hæc, illa *Isidori*, Hispalensis, circa An. 636 defuncti, lib. 20 *Originum*, vel *Etymologiarum*, Cap. IX, ubi: *Arca, dicta quod arceat visum atque prohibeat. Hinc & Archivum; hinc & Arcanum, i. e. Secretum, unde cæteri arcentur &c.* etiamsi *Papias*, Lombardus, ineunte Sec. XIII florens, ejusdem sit sententiæ, scribens: *Arca, dicta quod arceat visum, vel furem; hinc & Archivum, secretum &c.* Cæterum rarior vel nulla vocabuli hujus, apud Auctores Classicos, mentio; utut alias vetustissima: *Tertullianus*, qui Sec. tertio, sub Imperatore *Severo*, floruit, in *Apologetico adversus Gentes*, Cap. XX, p. m. 560, Edit. Basil. An. 1521, ait: *Referanda antiquissimarum etiam Gentium Archiva &c.* Ejusdem ætatis Scriptor, *Trebellius Pollio*, de *Triginta Tyrannis*, in vita *Regilliani*, apud *Fridericum Sylburgium*, T. 2, *Historiæ Augustæ*, p. m. 258; *Exstat Epistola Divi Claudii, adhuc privati, qua Regilliano, Illyrici Duci, gratias agit, ob redditum Illyricum, quum omnia Gallieni segnitia deperirent: quam ego repertam in Archivis, inserendam putavi &c.* Sic *Berarius*, Cenomannicus Præsul, sub *Chlodoveo* & *Childeberto*, Francorum Regibus, apud Dn. *Mabillonium*, Tom. 3 *Analectorum* p. m. 178: *Quæ in Archivo nostræ Matris Ecclesiæ hactenus servantur &c.* B. *Augustinus*, in Epistola (hodie 43, olim 162) ad *Glorium* & alios: *Non Chartis veteribus, non Archivis publicis, non gestis forensibus aut Ecclesiasticis agimus &c.* In *Lege Wisigothorum*, Lib. 12, Tit. 3, §. 28: *Archiva Ecclesiæ &c.* *Agapetus II*, P. R. in Epistola ad *Gerardum*, Laureacensis Ecclesiæ Archi-Episcopum, apud *Gewoldum*, ad Tom I *Hundii Metropolis*, in Catalogo Episcoporum Pataviensium, p. m. 236; nec non *Lambecium*, Lib. 2 *Commentar. Bibliothecæ Cæsareæ*, Cap. VIII, pag. 652; *Lauriacensem autem Urbem antiquitus Metropolitanam fore, & ArchiEpiscopii sedem, cui Sanctitas Tua præesse dignoscitur, sicut in Privilegiis authenticis, ad nos usque, à Te, directis, legimus, ita quoque inventis quibusdam exemplaribus, chartæ vetustate admodum attritis, in Archivo S. Petri reperimus &c.* *Adelmus* Benedictinus, *Annal. Reg. Franc.* ad An. 813, apud *Freherum, de Scriptorib. rerum Francic.* p. 414: memor quinque Conciliorum, *Moguntiæ, Remis, Turonis, Cabillonis* & *Arelati*, à *Carolo Magno* congregatorum, inquit: *Constitutionum, quæ in singulis factæ sunt, collatio coram Imperatore in illo Conventu* (Generali Aquisgranensi) *habita, quas qui nosse voluerit, in supradictis quinque Civitatibus invenire poterit; quanquam & in Archivo Palatii Exemplaria illarum habeantur &c.* Conf. *Annal. Franc.* apud *Reuberum* pag. 40, an. eod. nec non Vita *Caroli Magni*, apud *Pithœum*, p. m. 280, ubi eadem habentur; De testimoniis aliis, præced. lit. d, jam productis, ne dicam.

(*f*) VOCATUR ALIAS &c. Synonyma sunt:

Archium, Græce: Ἀρχεῖον; ita *S. Ignatius*, Epist. V ad *Philadelphios*, §. 8. apud Dn. *Ittigium*, in *Bibliotheca Patrum*, p. m. 64: Ἤκουσα τινῶν λεγόντων· ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς Ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω --- ἐμοὶ δὲ Ἀρχεῖα ἐστιν Ἰησοῦς χριστός; τὰ ἄθικτα Ἀρχεῖα, ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος: *Audivi quosdam dicentes: nisi invenero in Archiis* (Archivis) *Evangelio non credo ---- Mihi vero pro Archivis est Jesus Christus: illibata Archia* (Archiva) *crux ejus & mors &c.* Eodem vocabulo utitur *Ulpianus*, L. 9 ff. de *Pœnis*, §. 6: *Solet & sic* (Juris Studiosis interdici) *ne eo loci sedeant, quo in publico Instrumenta deponuntur, Archio forte, vel Grammatophylacio &c.* Pariter ac *Justinianus* l. 30 C. de *Episcopali audientia*, circa finem: *Cum autem factæ fuerint Tutorum aut Curatorum creationes, præsente etiam Religioso Civitatis Episcopo, in ipsis Sanctissimæ Ecclesiæ Archiis deponi gesta sancimus, ut sit perpetua rei memoria, & non intercidat, casibus fortuitis, curationis exinde quæsita cautela &c.* putatque *Godefridus*, in Not. ad dictam L. 9 ff. de *Pœnis*, lit. e, in margine, p. m. 1730, rectius scribi *Archium*, quam *Archivum*; hinc & Ecclesiæ Archium vocari *Cimeliarchium*, quia κειμήλια, seu sacra vasa, ibi reponuntur. Conf. *Du Fresne*, voc. *Archium*, p. m. 310; *Fritschius*, cit. Tr. de *Jure Archivi*, Cap. I, §. 4; *Rinckhamer* l. c. §. 3.

Archivium; teste Catalogo Pontificum Romanorum, ad ætatem *Felicis IV*, qui Sec. VI vixit, producto, apud *Henschenium* & *Papebrochium*, in *Actis Sanctorum Tom. I, Mensis Aprilis*, pag. 36 Prolegom. in vita *Hormisdæ*, ubi, mentione facta reunionis Ecclesiæ cum Latina: *Qui textus libelli hodie Archivio Ecclesiæ reconditus tenetur &c.* Spectat huc quoque locus *Anastasii* Bibliothecarii, præced. lit. d.

Archivus; In Synodo *Milevitana*, An. 402, sancitum

citum Decretum: *Ut Matricula & Archivus Numidiæ, & apud primam Sedem sit, & in Metropoli, id est, Constantina &c.* Discimus ex *Baronio*, Tom. V *Annal. Eccles.* ad h. a. pag. 167; Conf. *Mabillon*, de *Re Diplom.* lib. I, c. 2, §. 8, p. 7. *Carthaginensis Concilii*, c. 86, apud *Dionysium*, memor. ubi eadem occurrunt. Add. *Schurfius*, Cent. 3, Consil. 90. *Arcivum*; Vid. *Leo Ostiensis*, lib. 3 *Chronici Montis Casini*, Cap. 30, p. m. 358: *Duo argentea scrinia, plurima diversorum Sanctorum pignera continentia, intra ipsum Altare, honorifice sunt in marmore superiori suspensa, quæ Reverendiss. Benedictus Papa - - - - de Arcivo Lateranensis Palatii abstrahens, in hac Ecclesia Casinensi direxit &c.*

Armarium Palatii; teste Epistola *Ludovici Pii* Imp. ad *Magnum*, Senonensem ArchiEpiscopum, de Confirmatione Regulæ Canonicorum, in Concilio Aquisgranensi decretæ, An. 816, apud *Baluzium*, cit. Tom. I *Capitularium*, p. 554. ibi: *Cujus exemplar idcirco in Armario Palatii nostri recondi fecimus; ut per hoc nosse & inquirere possemus, utrumne ab aliquo negligenter transscripta fuerit &c.* Add. Ejusdem Epistola ad *Sicharium*, ArchiEpiscopum Burdegalensem, de eodem argumento, l. c. p. 558: *Noveris etiam, quia ideo illius Exemplum apud Armarium Palatii nostri, detentum est, ut eo probari patenter possit, quis eam incuriose transscripserit, vel quis aliquam ejus partem detruncarit &c.* & *Hariulfus*, ad *Centulenses* suos, apud *Mabillon* de *Re Diplomatica*, lib. I, Cap. 2, §. VIII, pag. 7:

Quam puto vos latuisse diu, nec vestra tenere
Condita secretis Armaria clavibus arcent.

Conf. du *Fresne*, voc. *Armarium*, p. 328.

Cancellaria; vid. seq. lit. g.

Chartaceum; vid. Acta accusationis *Polychronii*, Hierosolymorum Episcopi, apud *du Fresne*, voc. *Chartaceum*, p. 955: *Hunc indiculum collegit Archidamus - - - - & in Chartaceum Ecclesiæ collocavit &c.*

Charta publica; Vid. *Cassiodorus*, in *Chronico* in *Hadriano XII*, apud *Sylburgium*, cit. *Historiæ Augustæ*, Tom. I, p. 609: *Hadrianus reliqua tributorum Urbibus relaxavit, Chartis publicis incensis &c.*

Chartarium; Vid. locus *Hieronymi*, præced. lit. d.

Chartophylacium; Vid. *Baronius*, Tom. VIII *Annal.* ad An. 591, pag. 33, §. 33: *Erat Chartophylacium idem, quod Latini Archivum dicunt; locus scil. ubi Scripturæ publicæ, ad conservandam perpetuam memoriam, asservarentur &c.* Conf. *du Fresne* l. c. *Chartaceum*, *Archivum*, χαρτοφυλάκιον &c. & voce *Chartophylacium*, pag. 956; *Fritschius*, l. c. v. 8; *Rinckhamer* l. c. §. 3. Fidem facit *Gregorius Magnus*, lib. VII, Indict. 2, Epist. 128: *Mandare curaverat, ut Piissimo Imperatori scriberem, quatenus Pacta in Chartophylacio requireret. - - - Quia Chartophylacium prædicti p. m. Justiniani Principis tempore, ita surripiente subito flamma, incensum est, ut omnino ex Ejus temporibus pæne nulla Charta remaneret &c.*

Grammatophylacium; Vid. *Ulpianus*, cit. L. 9 ff. de *Pœnis*; Add. *Angelus de Nuce*, in Notis ad *Leonis Ostiensis Chronicon Casinense*, cit. lib. 3, Cap. 30, lit. f, pag. 359; *Rinckhamer* l. c.

Regestum; *Gregorius Turonensis*, lib. X, *Histor.* Cap. 19, apud *Freherum*, de *Scriptorib. Rer. Franc.* p. 233: *Hæc Episcopus* (Remensis, Egidius) *negare non potuit; scripta enim ista in Regesto Chilperici Regis, in uno scriniorum, pariter sunt reperta &c.* Sic *Anastasius*, l. c. in Vita *Nicolai I*, p. m. 322: *Sicut in Epistolis, quas iidem Legati in Sardiniam deportaverant, Regesto ipsius Præsulis continetur insertis &c.*

Registratura, vid. seq. lit. h.

Scrinium publicum; *Cassiodorus* lib. XI *Variarum*, Epist. 38, p. m. 383: *Tertiam decimæ Indictionis rationibus imputandam: quatenus Scrinium publicum integritatem fidei suæ laudabili debeat perpetuitate servare: quod defectum inter mortalia nesciens, annua cumulatione semper augescit, nova jugiter accipiens, vetusta custodiens &c.* Imperatores *Valentinianus*, *Theodosius* & *Arcadius*, Lib. XII C. Tit. XIX, de *Proximis Sacrorum Scriniorum*, L. 2: *In sacris Scriniis nostris militantes &c.* It. *Arcadius* & *Honorius* L. 3 eod. *In Scriniis Palatii militantes &c.* add. ibid. L. 4, 5, 6, 10. 11 &c. *Anastasius* Bibliothecarius, cit. vita *Nicolai I*, p. m. 319: *Publicabant & Epistolam Pii Pontificis, sicut in illis male compositis gestis in Scrinio hujus Sedis repositis, declaratur &c.* *Agapetus II*, P. R. in Epistola cujus præced. lit. e, memini: *Hæc testatur annosa memorialis Sacri Scrinii Historia*; ubi *Lambecius* Lib. 2 *Commentar. Bibliothecæ Cæsareæ*, Cap. 8, pag. 652: in margine: *Notabilis locus, ubi Archivum S. Petri, sive Bibliotheca Vaticana, vocatur Sacrum Scrinium.* Conf. *du Fresne*, voc. *Scrinium*, p. 753.

Tablinum; testis *Plinius*, lib. 35 *Histor. Natur.* Cap. 2, p. m. 553: *Tablina Codicibus implebantur, & monumentis rerum in Magistratu gestarum &c.*

Tabularium; *Cicero*, Orat. XVIII, *pro C. Rabirio*, §. 7: *An de Tabulario incenso longa oratio est expri-*

exprimenda &c. & Orat. 26, *pro Archia Poëta*, §. 8: *Hic tu Tabulas desideras Heracliensium publicas, quas, Italico bello, incenso Tabulario, interiisse scimus omnes &c.* & *Livius*, lib. 43, Cap. 16, p. m. 784: *Censores extemplo in atrium libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis, clausoque Tabulario, & dimissis servis publicis, negarunt, se prius quicquam publici negotii gesturos, quam judicium Populi de se factum esset &c.* & *Ammianus Marcellinus*, lib. XVI, in fine, p. m. 93: (apud *Sylburgium* l. c. Tom. 2, p. 342:) *Extant denique Ejus Edicta in Tabulariis Principis publicis, condigne scriptis &c.* & lib. XXVIII, p. m. 385, (apud *Sylburgium* l. c. pag. 468: *nec, si fieri fuisset necesse, instructiones vel ex ipsis suppeterent Tabulariis publicis &c.* Eodem facit Epigramma *Quinti Catuli*, qui de Cimbris triumphavit, apud *Sigonium*, in *Fastis*, cit. *Historia Augusta Sylburgii*, T. I, pag. 256: Q. LUTATIUS Q. F. Q. N. CATULUS COS. SUBSTRUCTIONEM ET TABULARIUM EX S. C. FACIUNDUM CURAVIT; Et, ex Poëtis, *Virgilius*, lib. 2 *Georgicorum* v. 600, p. m. 138, Edit. Lugduno-Batav. 1661, ubi:

- - - - - - - *nec ferrea Jura,*
Insanumque Forum, aut Populi Tabularia vidit.

(*g*) CANCELLARIA &c. De Vocabulo hoc, præced. Lib. I, Tit. 14, §. 6, lit. c, pag. 1073, jam actum.

(*h*) HOFF-REGISTRATUR &c. Dn. *Georgius Aebbtlin, in der Anführung zu einer wohlgeordneten Registratur*, edit. Ulmæ, 1669, Cap. I, apud Dn. *Wenckerum*, in laudato *Apparatu Archivorum*, p. 8, inquit: *Josephus, in Beschreibung der alten Geschichten und Jüdischen Kriegen, gedencket des Königs Ptolomai in Egypten Registratur, und sagt ferner, daß zu Jerusalem, in der untern Statt, am Marckt, ein Pallast oder Hauß gestanden, darinn des Königs der Statt, und der Bürger, Registratur gewesen, welches er Archim und Archivum nennet. So rühmet Æneas Sylvius die Herrliche Registratur des Königs Alphonsi in Sicilia. Und sollen insonderheit die Päpste zu Rohm jederzeiten wohlbestellte Registraturen gehabt haben; denen es die Fürsten und Ständt in Teutschland, vor diesem, ohne Zweiffel, nicht werden nachgeben haben; massen ich nicht umbhin kan, aus weyl. Hrn. Jacobs von Rammingen zu Lüblachsperg, gewesenen Fürstlichen Würtembergischen Raths und Registratoris, in Anno 1570, außgelassenen Tractätlein: von den Registraturen; kürtzlichen zu gedencken, wie hoch die Röm. Königl. und nachmahln Kayserl. Majest. Ferdinandus I, höchstseel. Gedächtnüs, sich angelegen sein lassen, daß des, in Jhrer Maj. Handen gewesten Fürstenthumbs Würtemberg zugehörige Registratur, welche, umb erlittenen schweren Kriegen, und vieler Veränderungen willen, hin und wieder geflehnet, und auf den Schlössern zerstreuet gewesen, durch sein, Hrn. Jacobs von Rammingen, lieben Vattern seel. wieder colligirt und aufgericht wurde. Deßgleichen, daß er selbsten, nachdem Hochgedachtes Fürstenthumb wieder aus Jhrer Maj. Handen und Gewalt kommen, auf Fürstl. gnädigsten Befehl, seinen Hrn. Vattern seel. secundiren, und bemelte Registratur vollends zu rechtem Standt bringen müssen. Item, daß ein Löblicher Magistrat des H. Reichs Wohl-Löblicher Statt Augspurg, sehr verlangt habe, desselben Registratur, durch Jhne auch aufrichten zu lassen - - - - Man ist auch sonsten allenthalben gar geschäfftig gewesen, die Registraturen wieder aufzurichten und zu bauen &c.* Pag. 13, verbis Dn. *Rammingii*, pergit: *Die Wörter Registrare, Registratio & Registratura, kommen her von Registra, so particularia seyn Corporis, ubi potius, teste Budæo, dicendum esset Regesta, sed usus obtinuit dicere Registra - - - Register aber seind die Handbücher, in welche die notanda & memoranda, mit Kürtze, verzeichnet und geschrieben werden; zu einem Unterscheid der Bücher, qui alias à nobis Commentariorum Libri nuncupantur, in welche die periocha und argumenta, die summaria eines jeden Brieffs, wie auch in einer jeden Schrifft, verzeichnet, eingeschrieben und inserirt werden; dan die Libri Exemplariorum, welche wir sonsten Apographa nennen, und derselben Complementa und Supplementa, seind andere Bücher, wie sonst viel andere Haupt- und Neben-Bücher unser Registratur hat, welche alle ihren Nahmen auch der gantzen Fabric communiciren. Ferner, definirt er* (Rammingius) *die Registratur also: Et sic Registratio (in materia & intentione nostra) est ars, sive scientia & studium, instrumenta publica, aliarumque scripturarum monumenta alicujus Domini, Regiminis vel Magistratus, composite, ab interitu in vetustatem congerere, atque conservare, earumque periochas sive argumenta succincte, paucisque verbis, elicere; denique, & omnia contenta ipsorum instrumentorum ac monumentorum fideliter, tabulis & libris ad hoc deputatis, annotare atque inserere, ut sic æternæ memoriæ commendentur, ac pro instructione perpetuo habeantur &c. Es hat aber eine rechte vollkommene Registratur fürnemblich 3 Corpora, als (1) das Archivum, (2) das Chartophylacium, und (3) die Registraturam &c.* De *Archivo*, ait *Æbbtlin*, Cap. 2, apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 90: *Das Archivum*

chivum ist das Erste Corpus der Registratur - - - dann darein werden registriret und begriffen, alle und jede einer Obrigkeit habende Privilegia, Kauff-Titul, Donations-Brieff, Dotationes, Fundationes, Haupt-Recess, Verträge, und sonsten allerley Haupt-Instrumenta, Testamenta und Documenta, umb alle und jede Immunitates, Regalia, Jura & Bona, so viel deren ein Obrigkeit, hin und wieder, inner- und ausserhalb deren Gebiet, hat und haben soll; und diß alles in Original, oder Authentischen Schrifften; oder, was man, in Ermanglung derselben, an andern alten Scripturen, aus der gantzen Registratur, finden und zusammen bringen, so, zu Beweiß- und Behauptung einiger Regalien, Nutzungen oder Gerechtsamen, dienlich seyn kan &c. De *Chartophylacio* agit, Cap. 3, apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 93: *Chartophylacium ist proprie nur ein Repositorium Chartarum, hernach werden die Acta publica, so dahingehören, dadurch gemeint. Die Griechen haben durch diß Wort die gantze Registratur verstanden; aber bey uns ist es ein besonders, und zwar das zweyte Corpus, darein werden registriret alle andere Acta und Actitata, so nach dem Archivo nochübrig bleiben. Diese werden von dem Archivo der Ursachen halben separirt, theils, damit dasselbe, von so grosser Menge Bücher und Schrifften - - - - nicht so überhäufft, noch confusion verursacht werde; theils, daß die Beampten und Cancellisten desto füglicher einen unversperrten Zutritt darzu haben können: und theils, welches das fürnemst, daß den Ober-Herren, mit so vielfältigen Eröffnen des Archivi, nicht so viel Mühe und Verdruß dörffte zugemuthet werden. Erstbesagtes Chartophylacium wird getheilet in zwey Membra; deren das Erste dependiret vom Cancellariat, oder Cantzeley, und tractirt, meistentheil, Curialia: das ander aber dependirt vom Fisco - - - - und tractirt Regalia - - - - In das Erste Membrum Chartophylacii, so seinen Respect auf das Cancellariat hat, gehören die Cantzley-Acta, was nemblich, von alten Zeiten biß daher, geschaffet, verhandelt, tractirt, verabschiedet, und vollzogen worden, an- oder bey denen Kayserlichen, Königlichen und Fürstlichen Höffen; deßgleichen, auf Reichs-Fürsten-Craiß-Stätt- oder Ritters-Tägen; bey den Kayserl. befreyten Cammer-Hoff- und Land-Gerichten; bey Benachbarten, oder auch andern Stätten; Item, bey eines Staats selbst zugehörigen Landschafft-Statt-Ober- und Nieder-Gerichten: In Malefiz-Glait-Forst-Lehen-Sachen &c. und was der unterschiedenen Materien fast ohne Zahl ist. In das Andere Membrum, so auf den Fiscum gerichtet ist, gehören die Bücher und Rechnungen, sampt ihrem Beylagen, welche dem Fisco, oder Rentkammer, selbst eigen; Item, was bey solcher Haupt-Verwaltung, in Maut-Zoll-Umgelt-Steuer-und Schuld-Sachen: Item, in Oeconomischen, Politischen, Bürgerlichen Händeln, Gesetz und Ordnungen betreffend, täglich abgehandelt wird; deßgleichen, was andere dependirende Neben- und Unter-Aempter, Voigte, Pfleger, Kastner und Ampt-Leuth, in dergleichen Materien, aldorten verrichten und ablegen müssen. - - - Alle diese Handlungen und Acta, bey erstberührten beeden Membris, müssen in gewisse Classes und Sectiones, methodisch partirt, dividirt und subdividirt, in Kästen, Bücherständ und Laden, zusammen gerichtet, mit Annotationibus und Annotamentis versehen, gehörige Register darüber aufgericht, und alles dermassen angeordnet und locirt werden, daß man eine jede Handlung, so man bedarf und haben will, ohne langes Nachsehen, alsbald erheben kan &c.*

In animadversione vero, seu Observatione VIII (*in der Achten Anmerckung*) ad *Aebttlinum*, bene notat Dn. *Wenckerus*, pag. 96 ad h. a. *Es haben aber die Acta Publica, quæ ad Statum Reipublicæ gehören, wiederumb ihre Membra, dann da seind nicht nur die so der Auctor hierinn angemerckt, und den Statum Reipublicæ quoad Regimen Politicum & Oeconomicum concerniren; sondern auch die Sacra, Statum Reipublicæ Ecclesiasticum, quoad res & personas Ecclesiasticas, imo Religionem ipsam, comprehendiren, welche der Auctor allhier außgelassen, oder aber, unter dem Wort Cancellariat verstanden. Uber das, so gehören ja auch die Acta Judicialia, die causas subditorum forenses concernirend, abgesondert, und in eigene Gewölber oder Cammern, gethan zu werden &c.*

Tertium Corpus Registraturæ, *Tabularium* scil. delineat *Aebtlinus* Cap. 4, apud Dn. *Wenckerum* l. c. pag. 98, hisce verbis: *Das Tabularium, ist das dritte Corpus Registraturæ; unter welchem Wort die Römer, vor Zeiten, ihre gantze Registraturen verstanden haben. - - - - Hr. Jacob von Rammingen schreibt hievon also: Tabularium, est Librorum istorum, qui continent tenores atque argumenta, nec non & notata atque deliberationes chartarum. Diß ist, bey der Registratur, das fürträglichste und dienlichste Corpus - - - - als in welchen zu finden, und anzutreffen seind: die Registratur-Bücher, so tabelliones & libelliones genennet werden: diese begreiffen in sich: die Elenchos, tabellas, catalogos, Syllabos, Excerpta, Repertoria, Pandectas, Relationes, Transsumpta &c. welche man wieder in 3 Theil dividirt und abgetheilt, als: in Registra, Commentaria & Apographa. In solchen Büchern nun, werden, distincte & separatim, begriffen, die Argumenta und der Tenor, Inhalt, Summa, Krafft, Safft und Kern, alles dessen, was alle und jede Documenta, Instrumenta & Scripturæ, im gantzen Archivo, wie nicht weniger alle Acta & Actitata im gantzen Chartophylacio, und dessen beyden Membris, hauptsächlich in sich halten; solcher massen, daß man, aus solchen Compilationibus, allen Bericht, Nachrichtung und Beschaffenheit,*

von allen und jeden Regalien, Juribus, Gerechtsamen und Handlungen, und was sonst überal denselben anhängig ist, jederzeiten gleich auffschlagen, sich daraus informiren, und nothdürfftiglich bedienen kan. Welches das fürnehmste Stück, und, zum Theil, der finis unserer Registratur ist &c. Sub vocibus *Tabellionum & libellionum*, intelligi: *Registra, Repertoria, Indices, Extractus, Verzeichnüssen, Commentaria, Annotata, Apographa, Annales, Diaria, Brieff-Bücher, Collectanea, Miscellanea &c.* Fusius docet Dn. *Wencker* l. c. Observatione Nona, pag. 101 &c. Patet ex his, quæ sit differentia, inter *Registraturam, Archivum & Tabularium*, si accurate loqui velimus? & simul quas partes perfecta *Registratura* complectatur; nec non, quæ de singulis observanda veniant.

(*i*) LAGERBüCHER &c. Id est, Libri terminales. Locus parallelus extat apud *Mylerum*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 47, §. 2, pag. 431; Conf. *Schurfius*, Consil. 99, num. 8, Cent. 3; plures ejusmodi Libros v. g. *Zinßbücher, Contract-Bücher, Hader und Straffbücher, Forstbücher, Saal- und Steuerbücher, Gerichtsbücher, Erb-Bücher, Ampt-Cantzley- und Receß-Bücher, Lehen-Bücher, Landschaffts-Bücher, Raths-Bücher, Statt-Gesetz-Bücher, Zunfftbücher &c. &c.* recensent *Wehner*, Observat. Pract. voc. *Bücher*, p. m. 62 &c. *Rulandus*, de *Commissariis*, Part. 2, Lib. V, Cap. VI, tot: *Knipschildt*, de *Juribus Civitatum Imper.* lib. 2, Cap. 12, §. 22 & 23, pag. 380; *Franciscus Michael Neven de Windtschlée*, cit. Diss. de *Archivis*, §. 46, apud Dn. *Wencker* Tr. de *Juribus Archivi & Cancellariæ*, pag. 80.

(*k*) URBAREN &c. *Saalbücher und Urbar-Bücher, sunt libri censuales, seu Æstimi &c.* ita *Wehner* voc. *Saalbuch*, pag. 422 & 423; Conf. *Rudinger*, *Singular. Observat.* Centur. 4, Observat. 41, pag. m. 686. De voce *Urbar*, ait *Wehner*, hac ipsa voce, pag. 497: *Urbar, idem est, quod Nutz, utilitas*, & paulo post: *Urbars-Leuth, sunt Emphyteutæ, die man sonsten Hubner, oder Dings Hoff-Leuth, nennet. Zasius, Consf. 3, German. §. zum dritten &c.* & p. 498: *Urbar, oder Gebrauch; Consuetud. Lothar. T. 8, Art. 5. Urbar Gewahrsame, i. e. Archivum, seu locus, ubi asservantur isti libri; vel etiam totum corpus istorum librorum, seu universitas &c.* Conf. *Besoldus*, voc. *Urbar-Leut*, pag. m. 624, ubi: *Dem Abbt Otten zu Saltzburg würd erlaubt, von allen seinen Urbar-Leuten, ein bescheidene Steuer zu nehmen. Kein Urbar-Mann, soll Ihm ungehorsam seyn. In Catalogo Abbatum Salisburgensium, pag. 60*; & mox: *Urbars-Leut sunt Emphyteutæ, die man sonst Hübner, oder Ding-Hofleut, nennet &c.* Add. Dn. *Rehmius*, Dissert. de *Curiis Dominicalibus*, Præside Dn. *Schiltero*, 31 Octob. 1691. Argentorati habita, §. XIX, apud Dn. *Schilterum*, in Commentario *ad Jus Feudale Alamannicum*, pag. 562: *Alii denique simplices & nudi Hubarii, qui utile hubarum habent Dominium, Urbars-Leuthe &c.*

(39) Archivum, est publicum Scrinium, (*a*) in quo scripturæ, Monumenta, Acta Principis aut Civitatis, reponi solent, ut ibi reserventur, (*b*) sub custodia Archiotæ, (*c*) *L. ult.* §. *10. ff. de Muncrib.* Instrumenta inde desumpta plenissimam faciunt fidem, (*d*) testiumque probationi prævalent, (*e*) *L. 10. ff. de Probat. Authent.* Ad hæc, *C. de Fide Instrum.*

NOTÆ.

(*a*) PUBLICUM SCRINIUM &c. Eandem definitionem suppeditant: *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2. Cap. 12, §. 3, pag. 378; *Michaël Mutterer*; cit. Diss. Inaug. de *Archivis*, §. 2; *Fritschius*, cit. Tr. de *Jure Archivi*, Cap. I, §. 22; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 47, §. 2, pag. 430; *Rinckhamer*, cit. Diss. de *Jure Archivorum*, §. 4; alii. *Rulando*, dict. Tract. de *Commissariis*, Part. 2, lib. V, Cap. 3, §. ult. est, *Documentorum literariorum armarium, seu publicum receptaculum, sive Principis, sive Magistratus, sive Reipublicæ alicujus &c.* *Baronio*, Tom. VIII. *Annal. Eccles.* ad An. 591, §. 33, pag. m. 33; *Locus, ubi Scripturæ Publicæ, ad conservandam perpetuam memoriam, asservantur &c.* Juxta *Angelum de Nuce*, Abbatem Montis Casini, in Notis ad *Leonis Ostiensis Chronicon Casinense*, lib. 3, Cap. 30, lit. f, pag. m. 359: *Est locus, ubi disponuntur & servantur Tabulæ publicæ &c.* *Cornelio Schrevelio*, ad *Virgilium*, lib. 2. *Georgicorum*, v. 600, pag. m. 138, verb. *Populi Tabularia*, vocatur locus, *ubi actus publici, tabulæ, & Instrumenta publica, de prædiis, vectigalibus &c. continentur &c.* *Dionysius Gothofredus*, in Notis ad L. 9. ff. de *Pœnis*, lit. e, hanc suppeditat definitionem: *Est Principis Domus, vel locus, in quo instrumenta privata & publica deponuntur &c.* *Beustio*, ad L. 31. ff. de *Jurejurando*, §. 838, est *Locus, in quo reponuntur Scripturæ publicæ alicujus Civitatis, Universitatis, aut alterius Collegii &c.* *Nicolao de Passeribus*, de *Scriptura Privata*,

vata, lib. V. Quæst. I, §. 1, pag. 627: *Locus, in quo reponi assolent Scripturæ publicæ & authenticæ &c.* *Francisco Michaëli Neven, de Windtschlée*, cit. Diss. de *Archivis*, §. XI, apud Dn. *Wencker*, Tr. de *Juribus Archivi & Cancellariæ*, pag. 65: *Locus, quo, publica authoritate, monumenta publica probe, & cum cura, asservantur, in communem utilitatem, & faciliorem rerum probationem &c.* *Budæo*, in Not. ad L. 9. ff. de Pœnis: *Grammatophylacium, ubi tabulæ & Instrumenta publica, monumentaque rerum gestarum, actarumque asservantur &c.* De aliis ne dicam, idem, aliis licet verbis, statuentibus; vid. *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Archiv*, p. m. 46; *Boecler, Notit. Imperii*, Lib. 3, Cap. 4, §. 2, p. 62; *Schurffius*, Consil. 99, n. 8, Cent. 3.

(*b*) RESERVENTUR &c. Hoc satis probatum, præced. lit. d, e, & f.

(*c*) ARCHIOTÆ &c. Cujus Synonyma sunt:

Archivarius; vid. Illustr. Dn. de *Seckendorf*, Part. 2. *des Teutschen Fürsten-Staats*, Cap. VI. §. 15, pag. 106: *Darneben bestellet man auch einen Archivarium, oder Vorsteher des Brief-Gewölbs, darinn die Original-Urkunde; allerhand Sachen zur Landes-Regierung gehörig; wie auch der Partheyen geschlossene und abgeurtheilte Sachen, in Schrifften verwahret, und in richtiger Ordnung gehalten werden müssen, damit man dieselbe, auf bedürffenden Fall, bald finden, und sich sattsamen Berichts daraus erholen könne. Hiebey liegt dem Archivario ob, eine richtige Registratur darüber zu halten; was man bedarf, auf Befehl, heraus zu geben; wieder abzufordern, und an gehörigen Ort zu legen; Die Schrifften selbst, daß sie nicht schadhafft werden, in Acht zu nehmen; wo nöthig, dieselbe copiren lassen; auswendig auf die Acten den Titul, oder Rubric, zu bringen, und darnechst die Stücke, so darinn befindlich, summarisch zu verzeichnen &c.* Hinc sua Dn. *Neven de Windschlée* l. c. §. XV, pag. m. 67. Unde simul patet, quousque *Archivarii* officium se extendat. Conf. *Fritschius* l. c. Cap. I, §. 15; *Rinckhamer* l. c. §. 3, in fine; Dn. *Wencker*, Observat. 8, ad *Aebttlini*, *Anführung, zu einer wohlgeordneten Registratur*, p. 97.

Archivista; *Coler*, de *Processibus executivis*, P. 3. c. 1, §. 77; *Fritschius* l. c. *Speidelius*, voc. *Archiv*, pag. 54; *Mutterer* l. c. §. XVII; *Rinckhamer* l. c. §. 3, in fine.

Ἀρχιφύλαξ; Vid. *Rinckhamer* l. c.

Chartophylax; Vid. *Baronius* l. c. *Du Fresne*, hac voce, p. 956. *Mutterer* l. c.

Chartularius; Vid. *Du Fresne*, voc. *Chartularii*, pag. 957: *Chartularii dignitas Ecclesiastica etiam fuit, quam eandem cum Chartophylacis fuisse opinantur Viri Docti; certe in Glossa Græco-Latina Chartularius, idem est, qui Χαρτοφύλαξ. Nec mirum, cum is, qui Commentariensis vice fungitur, idem & Chartophylacis munus obeat &c.* Mentio ejus fit L. 1. C, *de Præpositis agentium in rebus*, verb. *Per substitutum Chartularium ejusdem Scrinii, cui præfuturus est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam peritiamque rerum habentem --- præfatum munus eos implere præcipimus &c.* Conf. *Baronius* l. c.

Commentariensis &c. Ita vocatur L. 45, §. 7. ff. de *Jure Fisci*; Conf. *Du Fresne* l. c. *Mutterer* l. c. *Fritschius* l. c. Cap. VII, §. 16.

Magister Sacrorum Scriniorum &c. Vid. *Du Fresne*, voc. *Scrinium*, pag. 753. *Fritschius* l. c. *Rinckhamer*, l. c. *Mutterer* l. c.

Registrarius; vid. *Du Fresne*, hac voce, p. 560.

Registrator; Vid. Illust. Dn. de *Seckendorf* l. c. §. 14, pag. 105; quamvis separatum ab *Archivarii* munere, *Registratoris* officium esse aperte doceat, verb. *Die Registratoren und Actuarii werden zu dem Ende gehalten, daß sie in der Cantzley die Acten und Schrifften, wie sie die Secretarien samlen, und ordnen, zusammen bringen, an gehörige Oerter legen, zeichnen, einhefften und foliiren lassen, auch, nach Gelegenheit, den Inhalt derselben summarisch darauff schreiben, in die Rath-Stuben aber die Summa der einkommenden Supplicationen und Schrifften, wie die Räthe dictiren, oder es ihnen selbst heraus zu ziehen anbefehlen; so wohl auch das Decret, oder den Schluß, darauf in gewisse Verzeichniß und Registratur bringen &c.* *Wehnerus*, voc. *Registratur*, pag. m. 404, de his ita: *Nonnunquam loca illa, in quibus Commentarii, libelli, Documenta, Monumentaque literaria, concludi & asservari solent, vocantur Cantzley, item Registraturn. In illis reponenda sunt omnis generis Instrumenta, libri, missivæ &c. & summa cura adhibenda, ne quid eorum scriptorum, atque singula, quæ accidunt in Gubernatione, posteris scitu digna, & quæ ad conservationem Jurium & Privilegiorum Domini ac Reipublicæ faciunt, negligantur aut pereant: sed sarta tecta serventur, Protocollo fideliter ac methodice inserantur, tutoque reponantur, Petr. Gregor. Tholosan. 16. de Republ. 9. Quod qui facit, atque ita cuncta disponit, is vulgo Registrator, alibi Schatz-Registrator, nuncupatur; & methodus, ac ordo, juxta quem dispositio & consignatio instituenda, Registratur dicitur: quæ potissimum consistit, in assumendo, perspiciendo, ponderando, discutiendo & transeundo* (transumendo) *Instrumenta & literaria Documenta, tam authentica, quam etiam privata; atque, ex eorum contextis, tam principales, quam accessorias conclu-*

conclusiones, vel theses, eliciendo & constituendo: brevibus argumentis comprehendendo: omnia contenta commentando: insuper in partiendo & separando Instrumenta, aliasque scripturas: in collocando & ordinando omnia sub suis titulis: libros conficiendo: Scrinia Monumentorum construendo: monumenta suis locis deputatis locando: denique omnia in suo ordine servando, atque extra confusionem ab interitu vindicando. Diligens itaque, ac peritus Registrator, dividet Domini, ac Majorum sive Antecessorum suorum, Instrumenta, Regalia, Privilegia, so die Reservaten, Hoheiten, Regalien, Begnadungen und Freyheiten betreffen &c. in suas cellulas: item, quæ ad Politicum Regimen, Jurisdictionem & similia, spectant: als Reichs-Sachen, Regiment, Obrigkeiten, Herrlichkeiten, Zent, Vogtey, Forst-Recht &c. betreffend: ab iis quæ sunt Dominorum bona, eorumque proventuum, die Cammer-Sachen, Rent, Gült, Zinß, Getreyd &c. belangend, in aliis. Deinde, negotia privatarum personarum & rerum inter se ordine discernat; Tertio, Extraneorum causas diriget, prout quisque Officialis Registrator in aliqua Cancellaria, vel Registratura, varia offendet negotia, scripta & causas, quarum inspectionem & curam rite habebit &c. Vid. Tractatum Jacobi à Rammingen, von der Registratur. It. Summarischer Bericht: wie es mit einer künstlichen und vollkommenen Registratur ein Gestalt &c. zu Heidelberg gedruckt, An. 1571, apud Johan. Mayer &c. Huc usque *Wehnerus*, ad quem, eodem titulo, provocavit Dn. *Neven* de *Windtschlée*, cit. Diss. de *Archivis*, apud Dn. *Wenckerum*, de *Juribus Archivi & Cancellariæ*, pag. 68. §. 16 & 17. Conf. *Aebttlin* l. c. Cap. VII, apud eundem, in *Apparatu Archivorum* pag. 119 &c. *Fritschius* l. c. Cap. V. *Mutterer* l. c. §. 20. Germanice audit: *Cantzley-Verwalter*; Vid. *Neven* l. c. §. 16, pag. 68. *Schatz-Registrator*; Vid. *Wehner*, l. c. *Fritschius* l. c. &, pro conditione Civitatis: *Land-Rath und Statt-Schreiber*; Vid. *Neven* l. c.

Cæterum, debet esse Homo, legitime natus, bonæ famæ, justæ ætatis, fidelis, taciturnus, diligens, eruditus, arte literas eleganter pingendi imbutus, verax, felici memoria, maturoque judicio præditus &c. Quæ requisita *Aebttlinus* l. c. Cap. VI, p. 112 &c. latius persequitur, haud semel sæpe laudati Dn. de *Rammingen* auctoritatem protendens. Conf. *Fritschius* l. c. Cap. V, §. 5 &c. *Mutterer* l. c. §. 18 &c.

(*d*) FIDEM &c. *Balthasar Bonifacius* JCt. Venetus, in Libro singulari de *Archivis*, An. 1632, Venetiis, apud *Joh. Petrum Pinellum*, impresso, Cap. X, pag. m. 11, ait: *Tanta est porro Archivorum reverentia, ut Instrumentis, ex publico Archivo productis, plane sit credendum, faciantque, ut JCti loquuntur, plenam fidem. Ita enim statuunt: Glossa, Johannes Andræjus, Hostiensis, Panormitanus, Archidiaconus, cæterique universi Canonistæ, in C. Cum Causam, de Probationibus; in C. Ad Audientiam, de Præscriptionibus, & in C. Pervenit, XXX Quæst. 1. Quibus assentiuntur: Bartholus, Baldus, Alexander, Jason, Castrensis, aliique passim Civilium Legum Interpretes, in Authent. Ad hæc, C. de Fide Instrumentorum &c.* Thesin comprobant: *Knipschildius*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2, Cap. XII, §. 15 & 16, pag. 379; *Nicolaus de Passeribus*, de *Scriptura Privata*, Lib. V, Quæst. 1, §. 1, 2 & seqq. pag. 627 &c. *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 47, §. 3, pag. 431; *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. I, Constit. XVII, Definit. XXXVIII, pag. 173; *Fritschius*, de *Jure Archivi*, Cap. VII, §. 6. & seqq. *Speidelius*, voc. *Archiv*, pag. 53; Illustr. L. B. de *Lyncker*, cit. Dissert. de *Archivo Imperii*, An. 1686 Jenæ habita, §. VI; B. *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* T. I, lib. 4, Tit. 6, §. 3 &c. pag. 369 &c. Illustr. *Multzius*, *Corpor. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 28, §. 1. v. 14 &c. pag. 858 &c. *Neven de Windtschlée* l. c. §. 43, pag. 79; *Rinckhamer*, cit. Diss. de *Jure Archivorum*, §. 29 & 30; *Mutterer* l. c. §. 23; Dn. *Wencker*, Not. ad *Aebttlini* cit. tractatum Cap. VI, p. 115; Dn. *Engelbrecht*, Diss. Inaug. de *Jure Diplomatum*, Præside Dn. *Johanne Eisenhardt*, Helmstadii, 27 Sept. 1703, ventilata, Cap. V, §. 2, pag. 94 &c. iisque laudati sexcenti alii.

(*e*) PRÆVALENT &c. Arg. Auth. *Ad hæc*, C. de *Fide Instrumentorum*, L. 20, ubi: *Charta, quæ profertur ex Archivo Publico, testimonium publicum habet &c.* & *Novell.* 49, Cap. 2, §. 2, *si vero*; verb. *Quod ex publicis Archivis profertur, & publicum habet testimonium, etiam susceptibile hoc esse ad collationes manuum, ponimus &c.* Conf. *Romanus*, Cons. 119; *Fritschius* l. c. Cap. VII, §. 5; *Mylerus* l. c. *Multzius* l. c. Illust. *Linckerus* l. c. lit. p. Dn. *Schilterus* l. c. §. 5, pag. 370. Omnes enim Scripturæ ex Archivo publico prolatæ, etiamsi non sint publicæ, regulariter integram fidem faciunt, pleneque probant; per ea, quæ *Fritschius* l. c. §. 7 &c. tradit.

(40) Probant pro producente, non tantum contra subditum, *(a)* sed & contra tertium, *(b)* quia *(c)* fidem & probationem scripturæ respiciunt, inspicitur locus, ubi scriptura confecta est, *(d)* non vero personæ, contra quam producitur, *L. 6. ff. de Evict.*

NOTÆ.

(a) CONTRA SUBDITUM &c. Idem docent: *Carolus Molinæus*, in *Consuetudines Parisiens.* Tit. I, §. 5, num. 9. *Schrader*, Vol. I, Consil. V, §. 97; *Rulandus*, de *Commissariis*, Part. 2, lib. V, Cap. V, §. 10 &c. *Nicolaus de Passeribus*, l. c. lib. V, Quæst. I, §. 18, pag. 629; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XIX, §. 49, pag. 434; *Rittershusius*, ad *Novell.* 49, c. 2; *Knipschild*, l. c. §. 16 & 17, pag. 379; *Mylerus* l. c. §. 4, pag. 431; *Schilter* l. c. *Rinckhamer* l. c. §. 30; *Mutterer* l. c. §. 27; Sane, si documenta, ex Archivo publico rite desumta, contra Ipsum Principem, vel Magistratum, qui Archivi Dominus est, probant; cur non idem valeat, respectu Documentorum contra subditos productorum? cum in his, quæ fidem ac probationem respiciunt, locus saltem inspiciatnr, unde scriptura desumitur, nec persona, contra quam producitur. Arg. Cap. XVI, X. de *Fide Instrumentorum*, & cit. *Novell.* 49, c. 2. §. 2; & *Novell.* 127, Cap. 2, C. *Ut Fratrum Filii succedant*; Conf. *Knipschildt* l. c. §. 16, pag. 379; Dn. de *Lyncker* l. c. §. VI, lit. p. *Fritschius*, l. c. Cap. VII, §. 53 &c. *Rinckhamer* l. c. §. 30; Dn. *Engelbrecht* l. c. Cap. V, §. 2, pag. 95.

(b) CONTRA TERTIUM &c. Et quidem tam intra, quam extra Territorium Ejus, cujus Archivum est; tamque contra subditum, quam contra extraneum, ob rationem, modo dictam; cui accedit, quod privatæ etiam scripturæ, si in Actis reperiatur, indistincte creditur: quid ni multo magis publicæ, quæ semel Archivo rite illata. Vid. *Molinæus* l. c. *Rulandus* l. c. *Nicolaus de Passeribus* l. c. §. 18 & 19, pag. 629; *Knipschild* l. c. *Klockius* l. c. & *Relat. Camer. III*, §. 133; *Carpzovius*, *Jurisprudent. Forens.* Part. I, Constit. XVII, Definit. 38, §. 3, 4 & 5, pag. 173; & Lib. I, Respons. 78, §. 15; *Mylerus* l. c. §. 9, pag. 435; *Schilter* l. c. §. 4, v. 4, pag. 369; Illust. Dn. de *Lyncker* l. c. Illust. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 4, §. 6, p. 388; Dn. *Engelbrecht* l. c. *Mutterer* l. c. §. 27; *Rinckhamer* l. c. §. 30.

(c) QUIA &c. Omissum hic aliquid; forte restituendus ita locus: *Quia in his, quæ &c.* Vid. *Mylerus* l. c. §. 4, pag. 431; Dn. *Engelbrecht* l. c. *Rinckhamer* l. c.

(d) CONFECTA EST &c. Admittunt rationem hanc: *Bartolus*, in L. 1. Q. VII, Princ. C. de *Summa Trinitate &c.* *Schrader*, Vol. I, Consil. V, §. 25; *Knipschildt* l. c. §. 17, pag. 379; *Mylerus* l. c. §. 4, pag. 432; *Carpzovius* ll. cc. L. B. de *Lyncker* l. c. Illust. *Rhetius* l. c. §. 4 &c. pag. 388; Dn. *Engelbrecht* l. c. *Mutterer* l. c. *Rinckhamer* l. c. Reliqui.

(41) Hinc vim & effectum habent Scripturæ, ex Archivo productæ, etiamsi omni solennitate destituantur, & nec diem, nec Consulem, *(a)* habeant: quoniam relatio in Scrinium publicum hæc omnia supplet, *(b)* etiamsi nulla alia extrinseca probatio accedat, vel sigilli recognitio non superveniat. Hinc, si Exemplum Scripturæ in Archivum referatur, eandem vim habet ac ipsum Originale, *(c)* si modo Exemplum fideliter factum fuerit: etiamsi forte originalis scriptura amplius haberi nequeat; *(d)* Vid. tamen *Fritschius, de Jure Archivi Cap. VII*, §. 43, ubi varie hæc limitat, & hæc Requisita *(e)* recenset, ut Archivum hanc habeat vim, *Primo:* Ut Archivo præsit Officialis; *(f)* *Secundo:* Ut reposita sit Scriptura inter authenticas scripturas; *(g)* *Tertio:* Ut Scriptura habeat testimonium, quod fit, quod in Archivo fuerit reperta, si manu Archiotæ *(h)* corroborata fuerit, qui, subscriptione sua, hoc attestatur, cui, tanquam Viro legali & jurato, creditur, *L. 45, §. 7. ff. de Jure Fisci.*

NOTÆ.

(a) NEC CONSULEM &c. Ita quoque *Rosenthal*, de *Feudis*, c. 12, Conclus. 14, §. 51; *Knipschildt* l. c. §. 16, pag. 379; *Mylerus* l. c. §. 5, p. 432, provocans ad auctoritatem *Chassanei*, Cons. XV, §. 2, & *Kirchovii*, Cons. XXIV, num. 45, Vol. 2; *Johannes Sichardus*, in Prælect. C. de *Fide Instrument.* *Nicol. de Passeribus* l. c. §. 9 & §. 10, pag. 628; Dn. *Multzius* l. c. Part. 2, Cap. 28, §. 1, v. 14, p. 858; Dn. *Schilter* l. c. §. 4, v. 6, p. 370; *Rinckhamer* l. c. §. 29; *Mutterer* l. c. §. 23.

(b) SUPPLET &c. Ipsum Archivum publicum, ab Eo, qui Jus Archivi habet, decenter custoditum, vim probandi Scripturis ibi asservatis tribuere, constans Doctorum sententia; arg. *Auth. Ad hæc*, C. de

C. de *Fide Instrumentorum*, L. 20; Novel. XV, Cap. V, §. 2; & Novel. 49, Cap. 2, §. 2, verbis præced. §. 39, lit. e, prolatis; Vid. *Schrader*, cit. Vol. I, Consil. V, §. 25; *Knipschildt* l. c. §. 19, pag. 379; *Myler* l. c. §. 5, pag. 432 & 433; Illust. *Rhetius* l. c. §. 4, pag. 388; *Rinckhamer* l. c. ♁. 29; Dn. *Engelbrecht* l. c. Hinc Libro, qui sub custodia publica est, semper adhibetur fides. *Decius*, Consil. 46, n. 10; *Nicol. de Passeribus* l. c. v. 4, pag. 627; Et Monumenta publica eandem vim obtinere censentur, quam testium depositiones; L. 15, C. de *Fide Instrumentorum*; Conf. *Mascardus* de *Probationibus*, Vol. I, Quæst. 6, pag. 23 &c. imo, potiora testibus judicantur; L. 10. ff. de *Probationibus*; Conf. *Mascardus*, l. c. pag. 24.

(*c*) ORIGINALE &c. Regulariter omnia, quæ in Archivis publicis reperiuntur, pro authenticis habentur; minimum eisdem in effectu æquiparantur, donec idoneis argumentis illorum fides destruatur. Vid. *Klockius*, de *Contributionibus* Cap. XIX, §. 46, pag. 434; *Carpzovius*, Lib. I. Responsf. 78, n. 15; Suspectum enim Exemplum esse nequit. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 28, §. 15, pag. 858; Thesin Dn. Auctoris approbant: *Mascardus*, de *Probationibus*, Vol. 2, Concluf. 712, §. 70 & seqq. pag. 350 &c. *Gylmannus* Tom. I, *Symphorematis Supplicationum*, Part. 3, Voto XXIII, §. 86, p. m. 118; *Nicolaus de Passeribus* l. c. Lib. I, Quæst. XVI, §. 37, pag. 144; *Knipschildius*, l. c. Lib. 2, Cap. XII, §. 19. & 20, pag. 379; *Mylerus* l. c. §. 6, pag. 433; *Schilterus* l. c. v. 7 & 8, pag. 370; *Multzius* l. c. v. 15, pag. 858; Dn. L. B. de *Lyncker* l. c. ♁. VI, lit. p. Dn. *Engelbrecht* l. c. Cap. V, §. 2, & 3, pag. 95 ad 97. *Neveu de Windtschlée* l. c. ♁. 43; pag. 79. Illustr. Baro de *Lyncker* l. c. *Rinckhamer* l. c. ♁. 30; Dn. *Wencker*, in *Apparatu Archivorum*, Observat. VII, ad Cap. 2. *Aebttlini*, *Anführung zu einer wohlgeordneten Registratur*, pag. 92 & 93. Huc trahenda fides chartariorum, vulgo *der alten Copial-Bücher*, sive approbati sunt à publicis Notariis, adeoque auctoritatis publicæ notam habent, sive non; modo vetusti sint, nec notorie suppositionem oleant; *primo enim*, (ut Dn. *Mabillonii*, lib. 3. de *Re Diplomatica*, Cap. V, §. 10, pag. 237, verbis utar,) *longam rei possessionem, ac proinde præscriptionem, probant, qui titulus est Jure comprobatus*; *deinde*, *si mortui hominis diarium, si mercatorum indices libelli, in caussis forensibus obtinent: quidni etiam vetustis illis Codicibus idem tribuatur?* Hanc fidem vero respicere saltem monumenta bonæ notæ, nec simul spuria, si quæ forte in Chartariis deprehendantur, vel ipse agnoscit Dn. *Mabillon* l. c. §. XII, pag. 238, addens, casu occurrente, id est, si falsa veris commisceantur instrumenta; delectu ac judicio opus esse. Conf. Dn. *Engelbrecht* l. c. Cap. V, §. 3, pag. 97; *Rinckhamer* l. c. ♁. 31.

(*d*) NEQUEAT &c. Arg. *Novel.* 127, Cap. 2 C. *Ut Fratrum Filii succedant &c.* L. 57, *Chirographis*, ff. *de Administratione & periculo Tutorum &c.* Iniquum profecto foret, si amissis semel autographis, (quæ, cum fragili materia constent, pergameno scil. seu membrana, aut charta, variisque casibus, incendio veluti, furtivis manibus, nascentium ex pulvere ac situ aut putredine vermiculorum dentibus, inundationibus &c. sint obnoxia, facile depereunt;) una quoque descriptorum instrumentorum, in loco publico asservatorum, peritura esset auctoritas; cum vix alio modo Documentorum contenta seu formulas resarciri fas sit. Vid. Dn. *Mabillon* l. c. §. IX, pag. 237. Conf. Auctores præced. lit. c, nominati.

(*e*) REQUISITA &c. Documenta ex Archivo desumta simpliciter non probare, sed requiri insuper. ut (1) Officialis, seu Archivista, Archivo præsit, in quo documenta asservantur, (2) Idem Officialis constitutus sit à Superiore; (3) Scripturæ ponantur inter authenticas; (4) Archivo isti data sit probandi auctoritas; (5) Archivarius propria manu testetur, Scripturas ex Archivo esse depromtas; auctoritate *Camilli Borelli* Tom. 2, *Summa Decis.* Tit. 20, n. 2 & seqq. tradit *Speidelius*, voc. *Archiv.* p. 53. Conf. *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2, Cap. XII, §. 15, pag. 379, & *Fritschius* l. c. Cap. VII, §. 9 & seqq. pag. 39 &c. ibique allegati. *Nicolaus* de *Passeribus* vero, Lib. V de *Scriptura Privata*, Quæst. I, §. 2, p. 627; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XIX, §. 40, pag. 434; *Mutterer* l. c. ♁. 24; eorumque sequaces, alterum Requisitum superfluum esse arbitrantes, reliqua sufficere putant. Juxta *Rinckhamer* l. c. ♁. 29, necesse est, ut (1) Archivarius sit homo integræ fidei; (2) à Superiore, officio admotus, (3) Scriptura in loco, ad Archivum destinato, sit reposita; (4) Archivarius testimonium perhibeat: Scripturam in Archivo fuisse asservatam, indeque productam. *Multzio* l. c. v. 16, pag. 858, satis ad hoc esse videtur, si (1) documenta, auctoritate publica, in loco publico recondita habeantur; (2) Archivum, auctoritate publica, per hominem receptissimæ fidei custodiatur; (3) Scripturæ ita sint comparatæ, ut suspiciones in contrarium præsumtionem in fide dubiam non reddant. Ill. L. B. de *Lyncker* l. c. duo saltem exigit: (1) Ut Archivum sit in loco publico, nec suspecto, & ab Eo, qui jus Archivi habet, bene custoditum, (2) dignum fide testimonium, scripturam ex Archivo depromtam esse, aut Exemplum cum Originali concordare. Ejusdem sententiæ est Ill. *Rhetius*, cit. *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 3, §. 4, pag. 387; pariter ac *Nicolaus de Passeribus* l. c. §. 18, pag. 629; aliique plures. *Mylerus* l. c. Part. 2, Cap. 47, §. 7, pag. 434, ait; *Hodie regulariter unicum*

unicum requisitum sufficit, scil. quod Archivum in loco publico, & non suspecto, bene custoditum habeatur, ab illo, qui Jure Archiva gaudet. Quod Camera Imperialis, in Causa Sachsen und Sahlfeld, consideravit &c. Similiter, quoad numerum, Dn. *Schilterus*, cit. *Instit. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. 4. Tit. VI, §. 8. p. 371: *Satius est, si is, cujus in potestate est Archivum, ipse testetur, scripturam esse talem &c.* Sufficit omnino productum ejusmodi testimonium, modo voluntate ejus, ad quem Archivum spectat, datum sit. Hinc, si quis ex Archivo Monumenta vel surripiat, aut vi extorqueat, aliove modo illegitimo consequatur, nihil pro producente probant. Vid. *Mylerus* l. c. §. 8, p. 435; *Schilterus* l. c. §. 3, p. 369; *Multzius* l. c. v. 16, p. 859.

(*f*) OFFICIALIS &c. Requisitum hoc in præsentiarum cessare, cum cura Archivi etiam penes uno plures esse queat; notavit *Rulandus*, de *Commissariis*, Part. 2, lib. V, Cap. V, §. 3 &c. Conf. *Schilter* l. c. §. V, pag. 370.

(*g*) SCRIPTURAS &c. De hoc quoque dubitat *Rulandus*, existimans, sufficere, scripturam in Archivo reponi, licet inter authenticas non repeiatur. Conf. *Schurff*, Cent. 3, Consil. 90, §. 5, 8, 13 &c. *Schilter* l. c. pag. 371.

(*h*) ARCHIOTA &c. Aut ipsius Domini; cujus Archivum est. Priori casu, necesse est, ut Domini Archivi consensus accedat. Vid. Dn. *Schilter* l. c. & præced. lit. e.

(42) A quo tamen alii dissentiunt, & unicum tantum requisitum sufficere statuunt, (*a*) scil. quod Archivum in loco publico, & non suspecto, custoditum habeatur, ab illo, qui jure Archivali gaudet. Quod Camera Imperialis in *Causa Sachsen und Sahlfeld*, consideravit; (*b*) locus enim publicus facit scripturam publicam. *Ruland. dict. Cap. VIII*; Vid. *Myler, de Statib. Imperii, Part. 2, Cap. 47.*

NOTÆ.

(*a*) STATUUNT &c. Vid. præced. §. 41, lit. e.

(*b*) CONSIDERAVIT &c. Vid. locum parallelum, apud *Mylerum*, l. c. §. 7, pag. 434, præced. §. 41, lit. e.

(43) Magistratibus ita, in Conventibus Provincialibus, constitutis, & Cancellaria bene instructa, opus est, ut, si sint reluctantes, coërceri possint Imperio Principis, cui Jurisdictio (*a*) semper inest.

NOTA.

(*a*) JURISDICTIO &c. Faciunt huc: *Georgii Obrechti*, Diss. *de Jurisdictione, Imperio & Foro competente. Henricus Bocerus*, de *Jurisdictione*; *Tobiæ Paurmeisteri*, Cancellarii Halberstadensis, Liber, de *Jurisdictione Romani Imperii*, Francof. 1616, & Helmstad. 1670; *Matthias Stephani*, de *Jurisdictione*, Francof. 1623; *Bernhardus Sutholt*, de *Jurisdictione*, Colon. Allobrog. 1624; Genev. 1626, Giessæ, 1664; *Johannes Verstegen*, Diss. de *Jurisdictione, mixto & mero Imperio*, Noviomagi, 1665; *Arnoldus Vinnius*, de *Jurisdictione*, Lugdun. 1644, Amstelodam. 1651. *Arnoldus de Reyger*, Lexic. Jur. voc. *Jurisdictio*, pag. m. 852; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. eadem, pag. m. 311; Illustr. *Stryckius*, Diss. de *Jurisdictione circumsepta*, Francof. 1670. *Joh. Henricus Dohaussen*, Brunsuic. Diss. de *Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii sublimi*, Præside Dn. *Joh. Georgio Simone*, Jenæ, 1672, 13 Maji. *Anthonius Bartheldt*, Rotenbergensis Hassus, Diss. Inaug. de *Jurisdictione Camerali*, Erfurti, 1686, 5-15 Novemb. Dn. *Joh. Christoph. Donaver*, Diss. de *Jurisdictione communi*, seu *Condominio Jurisdictionali*; Altorf. 1692, Mens. Junio. Dn. *Christophorus Schimmelpfennig*, Differt. de *Jurisdictione*; Regiomonti, 1695, Mens. Mart. Dn. *Adrianus Beier*, Diss. de *Jurisdictione communi*, Jenæ, 1697; Dn. *Casparus à Schœnberg*, Eq. Misn. Diss. de *Jurisdictione, quam Personæ Illustres, & Nobiles, per Officiales, exercere solent*; Præside Dn. *Gothofredo Barthio*, Lips. 1698, 23 Septemb. Dn. *Guilielmus Tobias Stempel*, Differt. Inaug. de *Jurisdictionis & Magistratuum Differentia*; Præside Illust. *Christiano Thomasio*, Hall. 19 Novemb. 1703; Dn. *Samuel Fridericus Grosser*, Altenburgicus, Diss. *de Jurisdictione Ecclesiastica*; Præside Dn. *Christophoro Dohndorffio*, Lips. 1715, 11 April. Illust. *Franciscus Reginaldus* L. B. ab *Andler*, de *Jurisdictione, ex usu imprimis Fori hodierni*; Præside Dn. *Joh. Henrico Feltzio*, Argen-

Argentorati, 1716, Menſ. Februar. Dn. *Conradus Wilhelmus Strecker*, Kirchworbio-Eichsfeldiacus, Diſſ. Inaug. de *Utraque Jurisdictione ſuprema, Eccleſiaſtica & Seculari;* Erfurti, 1717, 10 Maji. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccleſ.* lib. 2, Claſſ. 2, Cap. 17, pag. 980 &c. *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 48, pag. 436 &c. Interpretes Juris Publici reliqui.

(44) Olim omnimoda Jurisdictio dividebatur in Jurisdictionem ſimplicem, (*a*) Mixtum (*b*) & Merum Imperium; (*c*) Vid. *L. 3. ff. de Jurisdict.* Hodie, mutata Reipublicæ forma, pro ratione cauſarum Civilium & Criminalium, diſtinguitur in Superiorem, (*d*) & Inferiorem, (*e*) ſeu, in Altam, & Baſſam; *Die Obere; und Niedere, oder Erb-Gerichte;* (*f*) Illa, merum Imperium; Hæc, omnes Civiles cauſas, ac pecuniarias, ſub ſe comprehendit. Ad Merum Imperium referuntur: *alle Peinliche Sachen*, Homicidium, Adulterium, Stuprum, crimen Incendii, Proditionis, Prædationis, Furti, Falſi, Injuriarum atrocium, Relegatio, Ictus, Contuſiones usque ad vulnera qualiacunque; Item, *Halß-Eiſen; Galgen aufrichten; Uhrfehd; Bannung im Zehenden; Galeen-Schmieden.* Vid. *Bocerus, de Jurisdict. Cap. V.* Ad hanc, ſcil. Baſſam, referunt omnes cauſas Civiles, ac pecuniarias, *Schuld-Forderung, Geld-Sachen;* ubi agitur de damnis ac reditibus, Executiones, item *die Hülff;* imo etiam nonnulla ex iis, quæ ſunt Mixti Imperii, ſcil. punitiones criminum minorum, puta, vetitarum mercium, Ludorum, contumaciam, injurias non atroces, *als Scheltwort;* quo referunt nonnulli *kleine Frevel, Brüche, Werffen, braun und blau ſchlagen, Blutritzen, Meſſerzucken;* modo hæc fiant ſine ſanguinis profuſione; capere item delinquentes, ut altam Jurisdictionem habenti tradantur. Vid. *Molleri 4 Semeſtr. C. 45.*

NOTÆ.

(*a*) JURISDICTIONEM SIMPLICEM &c. Vocabulo *Jurisdictionis*, publicam Juris dicundi poteſtatem denotari, expeditum eſt. Quoniam Romani Imperatores poteſtatem hanc ſoli exercere, non poterant, jure conſtituendi Magiſtratus, quo pollebant, utebantur, quibus ſparta hæc adminiſtranda committebatur, ut hac ratione Juſtitiæ fieret ſatis; aliis quidem competebat nuda facultas inquirendi in cauſas; aliis vero licebat, jus etiam ad factum applicare, & proinde ferre ſententiam; alii denique eandem ſimul executioni tradere valebant, quamvis gradibus diverſis; *Pedaneo Judici* ſæpius demandabatur cognoſcendi facultas, ſine Jurisdictione, arg. L. 5. ff. de *Re Judicata;* & L. 3, C. *Ubi & apud quem cognitio &c. Municipales Magiſtratus* contra Jurisdictionem habebant, aſt Imperio deſtituebantur; L. 26 ff. *Ad Municipalem &c.* & L. 32. ff. *de Injuriis*. Similiter, *Præſes Provinciæ* delinquentes poterat gladio punire, vel relegare, nec tamen in Inſulam deportare, L. 7, §. 1, ff. de *Jurisdict.* & L. 6, §. 8, ff. de *Officio Præſid.* quoniam poſterius Præfecto Urbi demandatum erat. L. 6, §. 1, ff. de *Interdict. & Relegat.* Unde ſimul patet, quænam olim fuerit differentia, inter *Notionem, Jurisdictionem, & Merum Mixtumque Imperium.* Adhuc hodie Civitas *Colonienſis*, ex Privilegio *Friderici III.* Imp. ſub dato *Lyntz*, 27 April. 1493, poteſt *alle übelthätig und ſchädliche Leuth, auch die, ſo mit Ubelthat, aus gegründeten Urſachen, bey Ihnen berüchtiget worden, durch die Ihren antaſten, fahen, gefenglich halten, und, ſo offt Sy das Notturfft bedünckt, mit peinlicher Marter fragen &c.* aſt ulterius progredi nequit, ſed tenetur inquiſitos *dem Graffen und Scheffen überantworten, und ihr Sag und Bekendtnüß anzeigen;* utpote quibus competit ferre in eos ſententiam. Vid. Dn. *Lunigius. Reichs-Archive*, Part. ſpec. Contin. 4, *im Erſten Theil*, IX *Abſatz*, Tit. *Cölln am Rhein*, §. XVIII, pag. 370. Dn. *Münchmayer Jur. Publ.* Vol. I, Cap. XVI, §. 18, pag. m. 441, de *Jurisdictione Simplici* hæc ſuppeditat: *Ad ſpecialem, oder ſimplicem Jurisdictionem, ſo. in bürgerlichen Sachen zu erkennen und zu verordnen, beſtehet, werden gezählet: (1) In ſtrittigen Gülten, Schulden, liegend- und fahrenden Güthern, beweglich und unbeweglich, zu ſprechen und zu erkennen. Novel. XV, Cap. 3, & fin. Coler, de Proceſſ. Executiv. Part. 2, Cap. I, §. 123; Beſold. Conſil. 233, §. 132; (2) Die Schlechten Verbal- nnd Real-Injurien Sachen, auch mit Geld, abzubüſſen; worzu auch gehöret modica Corporis caſtigatio; cum Jurisdictio ſine modica coërcitione nulla ſit; L. 12, & ibi Gloſſ. ff. de Jurisdict. L. 5. C. de Pedan. Judic. (3) In Alimentation-Sachen Erkäntniß zu geben, und Vergleich zu machen; L. 8, in princ. & §. Si præter. ſeq ff. de Transact. Thomas Michaël, ff. de Jurisdict. Concluſ. 104, lit. G. (4) Die Minderjährigen Güther zu verändern, und zu veräuſern*

äusern &c. In vetustis alias chartis, ubi *simpliciter* mentio fit *Jurisdictionis*, Germ. *der Gerichten*, in plurali, quid hoc vocabulo denotetur? diversæ Doctorum opiniones; *Struvius, Syntagm. Juris Feudalis*, Cap. VI, Aphorism. 18, §. 4, pag. 209, in dubio, *Inferiorem* duntaxat intelligendam arbitratur, cum merum Imperium specifica designatione opus habeat; quam sententiam quoque *Knichen*, de *Vestiturarum Pactionibus*, Part. 2, Cap. I, §. 54 & seqq. p. 20, §. 82 &c. pag. 23, & §. 122 & seqq. pag. 27; *Heigius*, P. 1, Quæst. XV, §. 62; *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Jagen*, pag. 418; *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Forst-Recht*, pag. 127; *Klockius*, Conf. 29, V. J. §. 612; *Carpzovius*, Disput. Feud. 4, θ. 24; *Ockel* de *Palatio Regio*, θ. 66, pag. 59; aliique bene multi defendunt; nonnulli plane *die Pfaltz-Gerichte* tantum hic indigitari autumant. *Wesenbecius* contra, *Consil.* 95, §. 19 &c. *Colerus*, de *Process. Execut.* Part. 2, Cap. I, §. 156; *Menochius*, lib. 3. *Præsumpt.* 97, §. 39 &c. cum asseclis, interpretantur Verba prædicta, *mit denen Gerichten*, in literis Investiturarum, frequenter occurrentia, de *Jurisdictione omnimoda*; eo quod Principum beneficia latissime sint interpretenda, per ea quæ *Joh. Sebastian Gambsius*, in *Thesauro locorum communium*, Lib. 2, Cap. V, Axiom. XVII, pag. m. 148, & *Carpzovius, Jurisprud. Romano-Saxonica*, Part. 2, Constit. 40, Definit. VI, p. 787, tradunt; nec aliter respondisse Scabinos Lipsienses, ad consultationem *Erasmi Vogtens zu Torgau*, Mens. Novembr. An. 1567; Auctor est idem *Carpzovius* l. c. §. 5, ubi tenor sententiæ: *Seyn nun vorgedachtem Ober-Forstmeistern auch die Gerichte auf vorerwehnten Güthern geliehen worden &c. so ist er, oder nunmehr seine Erben, sich zugleich der Ober- und Erb-Gerichte zu gebrauchen, wohl befugt. V. R. W.* Ego crediderim, variantibus circa hoc Provinciarum statutis & usu, adeo, ut alibi, ex consuetudine, seu pacto, aliove titulo, vocabulum *die Gerichte*, tam Jurisdictionem Superiorem quam Inferiorem involvat, alibi vero non nisi Inferiorem, certi quid definiri hic non posse. In Ducatu Luneburgensi quid usu veniat, ex Rescripto Sereniss. Ducis *Georgii Guilielmi*, ad Regimen Cellense, sub dato *Gohrde*, 15 Nov. 1695, petendum est, ubi:

P. P.

Wir haben aus eurem, dem 21. des letzt verwichenen Monats Octobris, *erstattetem Bericht, ersehen, was gestalt Unser Hoff- und Cantzley-Rath, Rudolph Thies, als Ambts-*Advocatus, Occasione *der in Sachen des Ambts Bodenteich, gegen die von der Wense, vor Unserm Hof-Gericht, in* An. 1693, *abgesprochenen Urthel, worin diesem, nach Einhalt des demselben ertheilten Lehn-Brieffes, die Nieder-Gerichte in dem Dorff Grossen-Boldensen zuerkandt worden, auf die Gedancken gekommen, daß, wan ein Vasall mit den Gerichten in einem Dorff beliehen, solches bloß von den Pfahl-Gerichten, und nicht von den vœlligen Nieder-Gerichten, zu verstehen seye; einfolglich auch gemeldte von der Wense sich in gedachtem Dorffe ein mehrers nicht anmassen köndten; und wie er umb Unsere* Explication *dergleichen* Concessionen, *damit sich Richter und Partheyen hinkünfftig darnach achten können, angesuchet; gleichwie wir nun nicht allein dasjenige was von Euch demselben, gegen die von Ihm, zu Behauptung seiner Meinung, angeführte* Jura *und Exempel, vorgestellet, wohl* fundirt *zu seyn befunden, sondern auch, wie Euch bekandt, die gemeine Meinung der Rechts-Lehrer ist, daß, wan in Lehen-Brieffen, und andern* Concessionen, *der Gerichte* simpliciter, *und ohne Zusatz, gedacht wird, solches wenigst von denen Nieder-Gerichten zu verstehen, und daher nicht zu zweiffeln, daß Unsere Löbliche Vorfahren eben die Meinung geführet, und, wann Sie in den Lehen-Brieffen der Gerichte gedacht, dadurch nicht die Pfahl-Gerichte, als welche* species Jurisdictionis *in Unserm Fürstenthumb, von Alters her, eben nicht bekandt gewesen, sondern gleichsam neu eingeführet worden, verstanden haben; also lassen wir es auch dabey, daß, wann in denen Unsern Vasallen ertheilten Lehen-Brieffen, oder andern* Concessionen, *der Pfahl-Gerichte nicht* expresse, *sondern nur der Gerichte, gedacht wird, solches von denen vœlligen Nieder-Gerichten, verstanden werden solle; gnädigst bewenden. Welches Ihr dan so wohl Ihm, Unserm Hoffrath Thies, zu bedeuten, als Euch in* judicando, *und sonsten, darnach zu achten habt. Wir verbleiben Euch mit beharrlichen Gnaden stets wohl beygethan. Geben auff Unserm Jagt Hause zur Göhrde, den* 15 Novemb. An. 1695.

Georg Wilhelm.

Vid. *Hochfürstl. Braunschweig-Lüneburgische, Cellischen Theils, Gerichts-Ordnungen*, de An. 1698. pag. 689 &c. §. XVII.

(*b*) MIXTUM &c. *Dem Mixto Imperio werden zugezählet, und bestehen in jubendo, decernendo & prosequendo; L. 4. ff. de Jurisdict. L. 4. §. fin. de Officio ejus, cui Mandat. L. 1 & 2. ff. Ex quibus causis in possess.*

(1) *In die Güter einzusetzen.* L. 3, *ff. de Jurisd. L. 4, §. 1, ff. de Officio ejus, cui Mand. Wesenbec. in Paratit. ff. de Jurisdict. n. 6. Thomas Michaël, de Jurisdict. Conclus. 101, lit. G.*

(2) *Alle vor der Obrigkeit beschehene Stipulationes, als da ist: Etwas vor genehm und geschlossen zu halten; Judicatum solvi; opus, quod factum est, demoliri: damni infecti nomine caveri; und dann bey nicht erfolgender Caution, die Einsetzung oder Immittirung in die Güter. Arum. de Jure Publ. Tom. 2, Discurs. VII, de Jurisdict. Conclus. XII, §. 2. &c.*

(3) *Die wieder Einsetzung in vorigen Stand; L. 26, §. 1, ff. Ad Municip. L. 3, ff. De in integrum restitut. Thomas Michaël, Conclus. 101, in fin. Bocer, de Jurisdict. c. 3. §. 2, & C. 4. §. 15.*

(4) *Vormünder zu verordnen, und zu geben.*

(5) *In bürgerlichen und Schuld-Sachen Pfand zu nehmen. Matth. Stephan. de Jurisdict. Lib. I, c. 12, n. 33; Bocer, de Jurisdict. c. 4. n. 16.*

(6) *In bürgerlichen Fællen, zu arrestiren, verhafften und einzuziehen, L. 9, §. fin. ad L. Juliam peculat.*

(7) *Zu sequestriren; arg. L. Un. C. de prohib. sequestr. &c.*

(8) *Die militarische Execution vorzunehmen. Tradel. de Jurisdict. c. 2. §. 7.*

(9) *Die Scheer nieder zu legen; das Advociren, und dergleichen zu verbiethen. Thomas Michaël, de Jurisdict. Conclus. 102, Lit. B. Matthias Stephani, de Jurisdict. Lib. I, c. 12. §. 27; Bocer* l. c. Cap. 4. §. 16 &c.

(10) *Wegen des Ungehorsams, in den bürgerlichen Bann zu erklæren. Bart. in L. 6, §. ult. ff. de Officio Præsid.*

(11) *Die Civil-Verbescheidungen zu exequiren, und zu vollziehen. L. 51, ff. de Judic. Rulandus de Commiss. Part. I, Lib. 3, Cap. 9, §. 4; Coler, de Process. Execut. Part. I, c. 3, §. 21; Thom. Michaël, l. c. Conclus. 102, lit. A. Klock, I. Consil. 37, §. 55.*

(12) *Den Ungehorsam abzustraffen, und andere mittelmæssige Züchtigungen vorzunehmen, Bart. in L. 11, & ibi Jason, n. 24. ff. de Jurisdict.*

(13) *Zeugen, die Wahrheit zu sagen, compelliren zu kœnnen.*

(14) *Denen Ungehorsamen die Audientz abzuschlagen, und zu erscheinen anzuhalten.*

(15) *Die Verleumbder aus der Possession, oder Besitz, zu treiben. L. 1, §. 2, ff. Si, ventris nomine, muliere in possessionem missa. L. 15, seq. ff. de His, qui notantur infamia.*

(16) *Schenck- und Wirths-Hæuser aufzurichten; allerhand Spiel zu zulassen; Maaß und Gewicht abzueihen, zu straffen, und diß in allen Fællen, worin mehr forma Imperii, als Jurisdictionis, herfür scheinet. L. 26, ff. Ad Municip. L. Jubere, ff. de Jurisdict.*

(17) *In denen Excessen, und delictis, welche pœnam arbitrariam nach sich ziehen, zu erkennen und zu sprechen. Coler l. c. Cap. I.*

(18) *Die Bona vacantia einzuziehen, und sich deren anzunehmen.*

Hæc omnia Dn. *Münchmayr* l. c. pag. 439 & seqq.

(c) MERUM IMPERIUM &c. *Ulpianus*, lib. 2. *de Officio Quæstoris*, ait: *Merum est Imperium, habere gladii potestatem, ad animadvertendum facinorosos homines.* Vid L. 3, ff. de *Jurisdict.* unde sua *Reinkingius* de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. 1, Class. 2, Cap. XVII, §. 19, pag. 983; *Wurmser*, Exercit. Academ. 3, §. XI, pag. 116; alii. Eandem in rem, scribit *Ludovicus* Bavarus Imp. in Diplomate sublimationis *Castrucii de Antelminellis*, in Lucanum Ducem, de An. 1328. 15 Februar. apud *Freherum*, Tom. I. *Rer. German.* in Append. pag. 32; *Concedentes Tibi, & Successoribus Tuis prædictis, in præmisso Ducatu, plenissimam Jurisdictionem --- ac etiam Merum & Mixtum Imperium, ut exercere valeas, & valeant, Gladii potestatem, ad animadvertendum in facinorosos & malos &c.* Nec aliter *Joachimus Vadianus*, in Epistola, de *Obscuris Alemannicorum Verborum significationibus*; ad *Heinricum Bullingerum*, apud *Goldastum*, Tom. 2. *Alamannicarum Antiquitatum*, Part. I, pag. 60: *Imperium autem --- duplex est: Merum, quo in facinorosos animadvertitur, nostra lingua, die Hoch-Gericht, oder, die Hoch-Oberkait --- Mixtum fit, cum huic Jurisdictio accesserit, vulgo: Hoch- und Nieder-Gericht &c.* Similiter *Auctor discursus: Quod Jurisdictio Criminalis, in Pagis & Districtibus Nobilium Imperii Immediatorum, Sereniss. Domui Brandenburgiæ competens, Superioritatem Territorialem, indeque dependentes effectus, nentiquam involvere queat*; apud Dn. *Burgermeisterum*, Tom. I, *Thesauri Juris Equestris*, pag. 765: *Merum Imperium wird definirt, daß es begreiffe Coërcitionem Criminum ac delictorum; docente Professore Lynckio, Dissert. de Centena, C. 1. §. 12 &c.* Dn. *Christophorus Schimmelpfennig*, cit. Diss. de *Jurisdictione*, §. V: *Merum Imperium, seu Jurisdictio Criminalis, consistit in eo, ut is, qui huic præest, ea imperet, quæ Justitia universalis exigit, h. e. ut,*

ut, coërcendo crimina, imperet fugere vitia in Legibus prohibita: est ergo hæc Jurisdictio occupata in coërcendis criminibus, & tollendis vitiis &c. Articulatim, de hoc Imperio, inquit Dn. *Münchmayr* l. c. pag. 436 &c. *Dem Mero Imperio werden zugeignet:*

(1) *Alle Causæ Criminales, so wohl absolutoriæ, als condemnatoriæ; per L. 6, in princ. ff. de Offic. Pro-Consf. Chassan, in Consuetud. Burgund. Rubr. 1. n. 76; Wesenbec. Consil. 95, n 25.*

(2) *Begnadigung der Malefitz-Personen; Mascard. de Probationib. Conclus. 948, §. 15; Bocer, de Jurisdict. c. 10, §. 10.*

(3) *Alle Executiones in Malefitz-Fællen; die Aufnehmung und Dimittirung der Scharffrichter. Natta, Consil. 677, §. 1, Cothman, 3, Respons. 47, §. 15.*

(4) *Die Straff der Enthauptung. L. 8, §. 1. L. 28, in Princ. ff. de Pœnis; Thomas Michaël, de Jurisdict. Conclus. 76, lit. F. Matth. Stephani, de Jurisdict. Lib. 2, c. 8, n. 43.*

(5) *Zu verbrennen. Matth. Stephani, de Jurisdict. Lib. I, c. 8, §. 38; Benedict. Carpzov. Prax. Criminal. Part. 3, Q. 128, §. 49, pag. 243.*

(6) *Zu hencken; Thom. Michaël l. c. Conclus. 76, lit. G. Bocer, l. c. Cap. V, §. 20.*

(7) *Zu versauffen; Matth. Stephani* l. c. §. 40; *Bocer* l. c. §. 27; *Carpzov.* l. c. §. 45 &c. p. 242.

(8) *Zu viertheilen; zu schleiffen, und mit glüenden Zangen zu zwicken; Peinlich Haltzgericht, Art. 114; Bocer l. c. §. 26, Carpzov, l. c. §. 50 & 63. pag. 243, & 244.*

(9) *Zu Rædern, oder Radbrechen; Stephani l. c. Cap. 8, §. 40; Bocer* l. c. §. 24; *Carpzov.* l. c. §. 42, 60, & 66. pag. 242, & 244.

(10) *Lebendig zu begraben; zu pfæhlen, und zu spiessen; Bocer,* l. c. §. 27.

(11) *Die Bestraffung der Eltern- und Kinder-Mordthaten. L. Unic. C. de His qui Parent. L. 9, ff. ad L. Pompejam de Parricid. Carpzov. Jurisprud. Civil. Part. 4, Constit. 3, Definit. I, & Pract. Crimin.* Part. I, Q. 8. &c. pag. 34 &c.

(12) *In die Reichs-Acht, oder Bann, zu erklæren. Sichard,* ad L. 1. *n. 10, C. de Hæred. Instit. Valasc. ad L. Imperium, §. 83. ff. de Jurisd. Gail. 2. de Pace Publ.* c. 1. n. 24; *Bocer* l. c. §. 35; *Besold.* voc. *Halß-Gericht.*

(13) *Hænd abzuhauen: Ohren und Nasen abzuschneiden: Schandmahl einzubrennen; und mit Ruthen außzuhauen. Bidenbach, Nobil. Quæst.* T. 2. n. 3; *Besoldus* l. c. & Consil. 233, n. 38; *Carpzov, Prax. Criminal.* Part. 3, Quæst. 129, n. 14 &c. pag. 246.

(14) *Auf die Galeen, und ad opus publicum zu condemniren; Stephani* l. c. lib. I, c. 9, §. 10; *Besoldus* l. c.

(15) *Lands zu verweisen, und wieder zu eræffnen;* L. 5, & 7, ff. de *Interdictis & Relegatis.* L. 4, & L. 28, ff. de *Pœnis.* L. 18 ff. *Qui Testament. facere possunt. Thomas Michaël* l. c. lib. I. c. 10, n. 13; *Coler Tr. de Process. Execut.* Part. 2, c. I, §. 137; *Bart.* in L. *Imperium,* n. 10 ff. de *Jurisdict.*

(16) *Am Pranger, und sonst offentlich vorzustellen. Zasius,* ad L. *Imperium,* ff. de *Jurisdict. Gylman, Symphorem.* T. 2, Part. 3, Tit. 10, Voto 2, §. 25; *Bidenbach* l. c. Quæst. 7, §. 3. *Mynsinger,* Resp. XVI, §. 29 &c. *Besoldus,* Consil. 233, §. 38; *Knichen,* de *Jur. Territor.* c. 3. n. 419.

(17) *Verschreibung der Uhrpheden; Bidenbach* l c. *Besold.* Consil. 233, §. 41; *Mynsinger,* Respons. XVI, §. 27; *Thomas Michaël* l. c. Conclus. 87, lit. F. *Knichen* l. c. §. 248; *Besoldus, Thesaur. Pract.* verb. *Uhrphed.*

(18) *Aller Ehren zu entsetzen;* It. *In Criminal-Sachen, mit Geld zu straffen &c. Bart.* ad L. *Imperium,* §. 12. ff. de *Jurisdict.* & ibi *Jason* n. 2. 8. 24. *Stephani,* de *Jurisdict.* lib. I. c. 10. n. 63. *Bidenbach* l. c. *Meichsner,* T. 2 lib. 2, Decis. 4. n. 137. *Aus welchem Fundament dann heutiges Tags, Frevel, Bussen und Straffen, als Jurisdictions-Früchte, dem Mero Imperio beygelegt werden. Bart. & Bald.* in L. fin. ff. *Solut. Matrim. Wesenbec.* in *Paratit.* C. de *Mod. Mulctar.* §. 6, & Consil. I, §. 25; *Besoldus* l. c. verb. *Frevel; Reinking,* de *Regimine Secul. & Eccles.* Lib. 2, Class. 2, c. 17, §. 56.

(19) *Die Güter zu confisciren.*

(20) *Stock und Galgen, Rabenstein, und dergleichen, aufzurichten. Gigas,* de *Crimine* L. M. q. 4, princ. *Gylman, Decis.* 91, §. 22. *Mynsinger* l. c. §. 30; *Klock,* I. §. 56.

(21) *Musterung und Folg.*

(22) *Das Gewehr zu verbieten, und zu nehmen.*

(23) *Sicheres Geleit von und zum Rechten zu geben.*

(24) *Pflicht abzulegen, und zu begehren.*

(25) *Steuren anzulegen, und anzuheischen.*

(26) *Einen Magistrat zu erwæhlen, confirmiren und abzusetzen.*

(27) *Privilegia zu geben, confirmiren, und wieder zu nehmen.*

(28) *Ge-*

(28) *Gewicht und Maß zu verordnen.*

(29) *Appellationes anzunehmen.*

(30) *Wirths-Bad- und andere offentliche Werckstätten, zu verordnen.*

(31) *Gesetz- und Ordnung zu geben und zu machen.*

(32) *Rauh- und Fastnacht-Hennen einzufordern.* *Fridericus Husanus*, de *Homin. propr.* C. 6. §. 64; *Wehner, Pract. Observat.* verb. *Fastnacht-Hennen*; *Pruckman*, Conf. 21, §. 33, Lib. I; *Cothman*, Conf. 42, §. 33; *Stephani* l. c. lib. I. c. 37. §. 13.

(33) *Die exponirten unmündige Kinder zu erziehen.* *Daniel Möller*, 4 Semestr. c. 45, §. 6. *Knichen*, de *Vestiturar. pactionib.* Part. 2. c. I *Berlich, Pract. Conclus.* 2, n. 12, part. I. *Reinking* l. c. §. 43. *Carpzov. Jurispr. Civil.* Part. 4. Constit. 4. Defin. 10; & *Pract. Crimin.* Part. I, Quæst. 10, §. 25, p. 48.

(34) *Die ertrunckenen Leiber aus dem Wasser zu ziehen. Die sich selbst Erbenckte ablœsen zu lassen. Das Judicium über die entleibte Cœrper zu führen.*

(35) *In den sehr schweren Injurien-Sachen zu sprechen, und die Erkanntnüß zu thun.* *Gloss. in §. Interdum, L. de Hæred. quæ ab intest. Georg. Everhard*, Vol. I, Consil. 12, §. 2; *Klock*, Consil. 20. §. 47 &c. *Besold*, Consil. 33. §. 35.

In Solemnibus Investiturarum, indigitari hoc Imperium *Vexillo rubro*, testatur Auctor *der kurtzen Deduction, den Unterscheid des Reichs Haupt-Pannier, und des Reichs Sturm-Fahne betreffend*, apud *Cassandrum Thuecelium* (Dn. Christ. Leonh. Leucht) *in Electis Juris Publici curiosis*, Cap. IV, pag. 132, memor Investituræ *Eberhardi* Ducis *Würtenbergici*, An. 1495, inquiens: *Daß der neue Herzog mit 5 Panniern erschienen ---- das fünffte, war gantz roth, der Blut-Fahnen, bedeutet die Regalia, oder Blut-Bann &c.* Conf. præced. Lib. 2, Tit. I, §. 17, lit. d, pag. 973; ibidemque Investituras *Georgii & Barnimi, Pomeraniæ* Ducum, An. 1530, pag. 975: verb. *Decem Vexilla, coloribus & insigniis distincta præferebantur: Primum, Sanguineum, seu Imperiale &c.* nec non *Gualteri Cronbergii*, Ordinis Teutonici per Prussiam Magistri An. eod. pag. 976, ubi: *Duo præferebantur Vexilla, quorum alterum Imperiale, seu Sanguineum, ejusdem Ordinis &c.* Pariter ac *Mauricii*, El. *Saxon.* An. 1548, pag. 977: *Christoph von Ragewitz (führte) die Regalia, oder Blut-Fahnen &c.* Hinc Quæstio: *An Merum Imperium ad Regalia hodie pertineat?* quam *Wurmser, Exercit. Academ.* 3, Quæst. 8, pag. 110 & 111; *Vultejus*, de *Feudis*, lib. I, Cap. V, §. 7, pag. 76, provocans ad *Rolandum à Valle*, Consil. 1 & 42, Vol. 2; *Sixtinus*, de *Regalib.* lib. 2, Cap. 8, §. 42 pag. 424 &c. *Meichsner*, Tom. 2, *Decis. Camer.* lib. 2, Decis. 4, §. 137, fin. Dn. *Joh. Kauffman*, de *Juribus Statuum Imperii, in Personas, res & actiones Subditorum*, Tract. I, Tit. I, §. 55, p. 81, laudans eodem titulo, *Obrechtum*, de *Jurisdictione & Imperio*, Cap. 3, & *Wehnerum*, voc. *Zent. Reinkingius* l. c. lib. 2, Class. 2, Cap. XVII §. 31, pag. 984 & 985; aliique multi, affirmant; Nec minus, Terra, cum Mero mixtoque Imperio concessâ, cætera quoque Regalia concedi, statuendum putat Ill. Dn. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* Cap. 21, §. 13, pag. 351.

(*d*) SUPERIOREM &c. Ex usu Cameræ Imperialis, Jure Saxonico, plurimque Germaniæ locorum Consuetudine, divisio hæc Jurisdictionis introducta noscitur. Vid. *Weichbild*, Art. XVI, §. *Ihr solt wissen, daß diß nicht unrecht ist &c.* p. m. 29; *Wesenbecius*, Consil 95, §. 20; *Michaël*, de *Jurisdict.* Conclus. 72; *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Gericht*, p. m. 163; & voc. *Vogt*, p. m. 493; *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. 2, Class. 2, Cap. XVII, §. 43, pag. 986; *Besoldus*, de *Jurisdictione Imper. Rom. German* Cap. 21 & 22; *Coler*, de *Processu Executivo*, Part. 2, Cap. I, n. 124 &c. *Berlichius*, Part. I, Conclus. I, §. 9, pag. 2; *Paurmeister*, de *Jurisdict.* lib. I, Cap. XIII, §. 1, p. m. 211, & §. 8, pag. 212. *Gryphiander* de *Weichbildis*, Cap. 68, §. 7, p. m. 172; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. VI, §. 140 &c. pag. 306; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 48, §. 5, p. 438; unde sua Dn. Author. Complectitur autem plerumque *Superior, seu Alta, Jurisdictio*, Germ. *die Hohe Obrigkeit, Hohe Gerichte, Blut-Bann; Ober- oder Halß-Gericht &c.* non solum *Merum Imperium*, sed & *Mixti Imperii* partem maximam; ceu ex *Berlichio*, l. c. §. 10, pag. 2 & 3; *Knipschildio* l. c. §. 141 & 142, p. 306 &c. *Mylero* l. c. §. 6, p. 438 &c. aliisque, luculenter patet. Inspicienda tamen hic Jura statutaria, quo *Mauritii*, Saxonum Electoris, *Land-Ordnung*, de An. 1550, Tit. *Was zu Ober- und Nieder- oder Erb-Gericht, gehoret*, pag. 44 &c. nec non Electoris *Augusti*, *Land-Ordnung* de An. 1555, Tit. eod. pag. 61, Constitut. *Vinariens.* Tit. 26; *Anhaltina*, Tit. 13 &c. similesque Statuum aliorum Constitutiones, pertinent; Conf. *Colerus* l. c. §. 137, & Part. 4, C. I. §. 68; *Paurmeister* l. c. §. 8, pag. 212, *Knichen*, de *Jure Territor.* Cap. 4, §. 213, p. m. 137; præsertim, cum palam sit, nonnullis in locis, *Jurisdictionem dari Mediam*, vid. *Wehner* l. c. voc. *Vogt*, pag. 493. Nec infrequens est aliquem investiri *mit Höhen und Nieder-Gerichten*; & distincte, *mit dem Bann über das Blut zu richten*; quod ex Actis, in *Causa Ortenburg, contra Bayern*, fol. 165 & seqq. clare pa-

re patet; ubi Imperatoria licet Majestas prædictum Comitatum *mit Hohen und Niedern Gerichten*, concedat, nihilominus separatim subjicitur: *Auch darzu den Bann in derselben Grafffschafft über das Blut zu richten &c.* manifesto documento *Judicium sanguinis* illic pro speciali prærogativa censeri. Sic nec in *Palatinatu, Franconia, Bavaria &c.* Criminalem Jurisdictionem comprehendi formula *mit Hohen und Nieder-Gebotten und Verbotten*, docet *Knichen*, de *Vestiturarum Pactionibus*, Part. 2, Cap. I, §. 85, p. m. 23. Conf. seq. Privilegium *Campidunense*, An. 1488. Vocabatur olim Jurisdictio Superior, *Bannus Regius*, cujus frequentissima mentio in *Francorum* Regum Capitularibus; Legibus itidem *Bajuariorum, Longobardorum &c.* apud *Baluzium*, Tom. I. *Capitularium*, pag. 207, 349, 352, 371, §. 31; 378 §. 20; 402, §. 22; 425, §. 5; 435, §. 6; 447, §. 1; 474, §. 8; 511, §. 1; 535, §. 4, 5 &c. 547, §. 26 &c. De eodem scribit *Lehmannus*, lib. 2 *Chron. Spirens.* Cap. 44, pag. 188: *Bannus Dominicus, vel Regius, des Königs-Bann, ist ein Straff-Gelt von 60 Solidis, welche diejenige verwürckt, so sich, mit grober Uberfahrung, übersehen, als: die dem König, oder Seinen Gesandten, sich wiedersetzig verhalten, oder dieselbe zu beleidigen unterstanden. ---- Eine geistliche Person in der Kirchen verwundt, oder umbbracht; Einen, der in der Kirchen-Bußgestanden, entleibt; wer eines andern Braut entführt; wer den Reisenden, ohne des Königs Erlaubniß, Zoll abgenommen; wer falschen Müntzern Beförderung gethan; und andere Mißhandlungen und Verbrechen mehr verübt, welche, in den Gesetzen, mit des Königs-Bann verpeent und verbotten seind. Solch Straffgelt ist der Königlichen Kammer verfallen, und hat, durchs gantze Reich, wie leichtlich zu berechnen, durchs Jahr, ein groß Summ Gelts ertragen &c.* Idem habet Auctor Notarum T. I, *Documentorum Würtenbergicorum*, pag. 536, lit. f. pariter ac *du Fresne*, Glossar. voc. *Bannum Dominicum*, pag. 461 & 462; Nititur sententia hæc auctoritate *Capitularis Ingelheimensis* An. 826, apud *Baluzium* l. c. pag. 647, Art. I: *De his, qui rapinas infra Regnum faciunt*, ubi: *Si quis, infra Regnum, rapinam fecerit; aut cuiquam nostro Fideli, ejusque homini, aliquid vi abstulerit, in triplo, cui aliquid abstulerit, Legibus componat, & insuper Bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, Nobis persolvat. Postmodum vero ante Nos, à Comite, adducatur, ut in bastonico retrusus, usque dum nobis placuerit, pœnas luat &c.* Rursus §. 2, *de Sacerdotibus & Levitis, atque Monachis interfectis, vel debilitatis*, ibid. pag. 649: *Si quis Sacerdotem, vel Levitam, aut Monachum interfecerit, vel debilitaverit, juxta Statuta priorum Capitulorum, quæ Legi Salicæ sunt addita, componat, & insuper Bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, persolvat, & Arma relinquat, atque in Monasterio, diebus vitæ suæ, sub ardua pœnitentia, Deo serviat &c.* ut & §. 3: *de his, qui Episcopo aliquam injuriam, vel dehonorationem, fecerit*; ibid. *Si quis Episcopo aliquam injuriam, aut injustam dehonorationem, fecerit, de vita componat, & omnia, quæ habere visus fuerit, Ecclesiæ, cui præesse dinoscitur, integerrime socientur, & nobis in triplo Bannus noster, id est, sexaginti solidi, persolvantur; aut ipse, in servitio Fisco nostro servitur us, semper societur, usque se redimere in triplo, juxta Wirigildum suum, potuerit &c.* Quæ omnia libro VI *Capitularium*, Cap. 97, 98 & 99, pag. 938 & 939, denuo occurrunt; Sic Lib. 4 *Capitularium*, ex Libro I *Leg. Longobard.* Tit. XVII, Cap. 8, §. 1, pag. 773: *Si servi, per contumaciam, collecta multitudine, alicui vim intulerint, id est, aut Homicidium, aut Incendium, aut qualiumcunque rerum direptiones fecerint, domini quoque negligentia hoc evenit, pro eo, quod eos constringere noluerunt, ut talia facere non auderent, Bannum nostrum, id est, Sexaginta Solidos, solvere cogantur &c.* & ibid. §. VII, *de Conjurationibus servorum*, pag. 775: *Ut sciant ipsi eorundem servorum domini, quod, cujuscunque servi hujuscemodi conjurationes facere præsumpserint, postquam eis hæc nostra jussio fuerit indicata, Bannum nostrum, id est, Sexaginta Solidos, ipse Dominus persolvere debeat &c.* & §. XVII, de *Raptu Viduarum*, pag. 778; *Qui Viduam, intra primos triginta dies viduitatis suæ, vel invitam, vel volentem, sibi copulaverit, Bannum nostrum, id est, Sexaginta Solidos, in triplo componat. Et si invitam eam duxit, Legem ei componat, illam vero ulterius non attingat &c.* & §. XXXI, de *Injustis teloneis & consuetudinibus*, pag. 782 & 783: *Ubi, tempore Avi nostri, Domini Pippini, consuetudo fuit, Teloneum dare, ibi & in futurum detur; nam ubi noviter inceptum est, ulterius non agatur ---- Et qui ulterius in talibus locis, vel de eis, qui ad Palatium, seu in hostem, pergunt, teloneum exactaverit, cum sua Lege, ipsum teloneum reddat, & Bannum nostrum, id est, Sexaginta Solidos, componat &c.* Cernimus simul ex his, vera quoque esse, quæ *Lehmannus* l. c. pergendo tradit: *Wenn aber dessen* (Rei) *Vermögen, so in berührten Bann gefallen, so geringfügig, daß er solch Gelt nicht erstatten können, hat er sich selbst, zum Unterpfand, ins Königs Dienst müssen stellen, und mit dem Leib abdienen, oder büssen &c.* Quod lib. 3 *Capitularium*, Cap. LXVII, *de Libero homine in hostem bannito*, pag. 766, hisce exprimitur: *Quicunque Liber Homo in hostem bannitus fuerit, & venire contempserit, plenum Heribannum, id est, Solidos Sexaginta, persolvat. Aut, si non habuerit, unde illam*

de illam Summam persolvat, semet ipsum, pro Wadio, in servitium Principis tradat, donec, per tempora, ipse bannus ab eo fiat persolutus, & tunc iterum ad statum libertatis suæ revertatur &c. Conf. lib. 4, Cap. XXIX, ibid. pag. 797; Deinde, hoc quoque inde liquet, quod solutio 60 solidorum, totam pœnam non absorbuerit; sed aliæ insuper fuerint inflictæ; de quibus etiam cit. Lib. 4, Cap. XXXV, p. 798, documento est, ubi: *Si aliquis Saxo Caballos in sua messe invenerit, & ipse caballos inde ducere, pro suo damno, ad comprobandum voluerit, si quis Liber Homo ei hoc contradixerit, aut aliquod malum pro hoc ei fecerit, tripla compositione, secundum Legem, & secundum ewam, contra eum emendare studeat, & insuper Bannum Dominicum solvat, & manum perdat, pro eo, quod inobediens fuit, contra præceptum Dn. Imperatoris &c.* Clarius proinde *Gryphiander* l. c. Cap. LXI, §. 14, pag. 154: *Bannus autem Regius erat Jus Gladii, id est, Merum Imperium, L. 3 ff. de Jurisdict. Sive, Criminalis Jurisdictio — — Atque ita Johan. Dauth, in Hypot. Sect. 9, Bannum Regium explicat; item, Matth. Stephani, de Jurisdict. Part. 2, Libr. 2, c. 4. n. 41: vulgo: Blut-Bann, Halsgericht; Coler, lib. 2, de Process. Execut. c. 1, §. 122.* Conferri tamen hic meretur Dn. *Ockel*, de *Præscriptione Immemoriali*, Cap. 2, §. 29, pag. 54 &c. docens, *Regium Bannum*, cum *Mero Imperio*, simpliciter hodie confundi non posse, sed prius, ad hoc, se habere, ut *magis* ad *minus plenum*, ibi: *Licet quidam Vasalli de Jurisdictione omnimoda, & de Mero Imperio, seu facultate animadvertendi, & exequendi, essent investiti, tamen quædam delicta excipiebantur, quorum cognitionem & executionem sibi soli reservarunt Principes: vestigia hujus minus pleni Imperii concessi, reperimus adhuc in Terris Saxonicis Electoralibus & Anhaltinis; quamvis enim Vasalli generaliter, cum Omnimoda Jurisdictione, & Criminali, immo & Banno, investiti essent, tamen ab eorum cognitione & executione excipiuntur Latrocinia, in viis publicis, vel fluminibus, perpetrata; licet via publica, & Flumina, alias sub Jurisdictione Vasallorum sita sint, seu eorum districtum perfluant. Ita de Terris Electoratus Saxonici, extat Constitutio de An. 1600, hujus Tenoris: Hierauf erklären und verwilligen wir, daß nun hinführo Unsere Unterthanen alle Händel, so sich auf den Strassen begeben, da Ihnen sonst die Ober-Gerichte zustehen, unverhindert von Unsern Aemptern, zu richten sollen haben, und darvon nichts außgeschlossen; Alleine, allen gewaltsamen Raub und Zugriffe, auch offentliche Fehdigte Thaten, welche Uns, aus Krafft der Regalien, und Fürstlichen Obrigkeit, zu richten zustehen, wollen wir vorbehalten haben. Conf. Carpzov. Prax. Criminal. Quæst. 110, n. 39. De Terris Anhaltinis vero, extat locus in Ordinat. Polit. Anhalt. T. 20, §. ult. Letzlich thun wir, der Verbrechung halber, so auf offentlichen Freyen Land-oder Heer-Strassen, und Ströhmen, welche durch die Orthe gehen, da sonst Unsere Unterthanen die Ober-Gerichte haben, begangen werden, Uns hiermit vorbehalten, daß dieselben, wann es Todtschlag, Strassenraub, Zugriff, und dergleichen, betrifft, von uns selbst, krafft habender Regalien, gestrafft, und die Verbrecher, von denen, so solche in Verhafft gebracht, in Unsere Aempter, wan Wir es begehren, unwegerlich gefolgt werden sollen &c.* His annectit: *Ratio, cur latrocinia, & obsessiones viarum publicarum in Germania, sub concessione Jurisdictionis Criminalis altæ, non continetur, videtur mihi petenda ex R. I. de An. 1555, §. 86, quo ipsis Principibus cura viarum publicarum specialiter injungitur; verb. Nachdem aber ein jeder Churfürst &c. cum itaque hæc cura ad Officium Principis speciale pertineat, hinc sequitur, quod & animadversio in violatores stratarum publicarum à solis Principibus & Statibus, qui Jura Territorialia habent, sit expedienda &c.* Add. Idem, de *Palatio Regio*, §. 71, p. 65 &c. Status autem Imperii non uno eodemque tempore, sortitos fuisse *Bannum Regium*, tralatitium est; Exemplis quibusdam ut assertum illustrem, ecce!

LUDOVICUS IV, Rex Germaniæ, *An. 903*, dono dat Cœnobio *S. Emmerani* Ratisbonæ, Curtem quandam, *cum Regimine & ejusdem Banno*; vid. præced. lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a, pag. 1139.

OTTO MAGNUS, *An. 940*, eidem Cœnobio in proprietatem concedit *locum Helphindorf, cum Foresto, & Forestariis, atque Venatione, nec non & Regio Banno.* Vid. præced. Tit. 4, §. 9, lit. a, v. 4.

An. 965, Idem, in Donationis charta *Ecclesiæ Magdeburgensi* factæ, apud *Meibomium* T. I *Scriptor. Rer. German.* pag. 750, *Leuberum*, Disquisit. de *Stapula Magdeburgica*, §. 1191; *Sagittarium*, de *Antiquitatibus Magdeburgicis*, §. 82, pag. 47; Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, XV *Absatz*, §. XIX, p. 346, ait: *Bannum nostræ Regiæ, vel Imperatoriæ, dignitatis, in Urbe Magdeburg opus construendæ Urbi, à circumjacentibus illarum partium incolis, nostro Regio, vel Imperatorio, Juri debitum, Ecclesiæ in eadem Civitate constructæ, Sanctoque Mauritio, in jus perpetuum, liberaliter offerimus; & ne vel Judæi, vel cæteri ibi manentes Negotiatores, ullam aliunde, nisi ab illo, qui eidem Ecclesiæ præfuerit, districtionis aut disciplinæ sententiam, vel regulam, sustineant, volumus & firmiter jubemus &c.*

In charta *Adalberonis*, *Metensium* Episcopi,

juxta *Bucelinum* in *Germania Sacra*, in Catalogo Episcoporum Metensium, pag. 36, Anno 964 defuncti, apud *Meurissium*, pag. 308, notante *Du Fresne*, voc. *Bannum*, pag. 464, habetur: *Bannum vero eidem loco tali tradimus conditione, ut, si quis super eandem Terram fur, vel sanguinis effusor, deprehensus fuerit, per Officiales loci, discutiatur &c.*

OTTO II, *An.* 976, in Privilegio *Miloni*, Episcopo *Mindensi*, concesso, inquit: *Bannum nostrum, teloneumque, & quicquid hactenus ad nostram potestatem pertinere videbatur, Mindensi Ecclesiæ donavimus, &, de nostro Jure & Dominio, in Ejus Jus & dominium - - - - transfundimus &c.* Vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, ad hunc annum.

OTTO III, *An.* 996, in Charta, *Willegiso*, ArchiEp. *Moguntino*, scripta, apud Dn. *Lunigium*, Contin. I, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 2, §. 8, pag. 16: *Forenstein, & Bannum nostrum, & ejusdem Banni usum, S. Martino, & in ejusdem Ecclesiæ Provisori - - - in proprium potestative tradimus &c.* Conf. Ejusdem charta An. 999, Episcopo Pataviensi data, præc. Tit. XV, §. 1, lit. a, sub *Ottone III*; nec non *Chronicon Halberstadiense*, præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, sub Eodem.

Pertinent huc insuper Chartæ CONRADI SALICI, quarum præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, facta mentio. Nec minus ea, quæ,

De HENRICO III, in *Chronico Mindensi Hermanni de Lerbeke*, habentur, præced. Tit. 4, §. 9, lit. a, voc. *Bannum sanguinis*: pariter ac Chartæ,

HENRICI IV. de An. 1062 &c. præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad h. a.

FRIDERICI I, de An. 1158, qua, sub dato: *In Verda S. Swiberti*, 10 Kal. Maji, Privilegia Ecclesiæ Bremensis confirmat, apud *Lindenbrogium*, de *Privilegiis Ecclesiæ Hamburgens.* §. 54, pag. 163, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, I *Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, V *Absatz*, §. XV, pag. 439: verb. *Non Dux, non Marchio, non Comes, nulla Secularis Potestas, in Supradictorum hominibus Monasteriorum,* (Rameslo, Brema, Byrsen, Bucken) *cujuscunque conditionis vel officii sint, aliquam Legem, vel Bannum, vel Justitiam, exerceat, nisi Advocati ipsius ArchiEpiscopi, quos ipse velit, & constituat &c.*

RUDOLPHI Habspurgici, de An. 1277, Episcopo *Passaviensi* data, præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, ad h. a.

WENCESLAI, de An. 1384, sub dato *Lüzelburg, Dienstages vor S. Michaëlis-Tag*, Senatui Civitatis *Uberlingensis* concessa, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Contin. 4, 2 *Theils*, 45 *Absatz*, Tit. *Uberlingen*, §. 1, pag. 541: *Were es Sach, daß ein weltlich Mann auf dem Landte, oder sonst, der in solchem gemeinen, oder beschriebenen bösen Leimbden, oder Müssethatt, erfunden, oder von ihm ergriffen würde, darumb er den Dodt, von solcher Müssethatt, mæglichen verdient, oder verschuldt hætte, undt sich des der Rath zu Uberlingen auff ihre Ayde erkhenten, so mægen undt sollen Sie dennselben auffhalten, verachten, undt auch zu desselbigen Müssethættigen Liebe richten, als Recht ist &c.*

An. 1396, sub dato *Karlstein, Freytages vor Pfingsten*, apud eundem, l. c. 38 *Absatz*, Tit. *Ravenspurg*, §. 20, pag. 219, in Privilegio Civitatis *Ravenspurg*, inquit Idem: *das Sie über alle schedliche Lüte, Mortbrenner, Rawber, Dyeb, oder wie die genant seyn - - - umb ire Missethat, richten sollen und mögen, noch Urteil und Usssprechung des mereren Teyles des Rates der Stat doselbist &c. Idem,*

An. 1398, sub dato *Frankenfurt, an dem Obristen-Tage*, inter alia, hoc quoque Privilegium Civitati *Dünckelsbühl*, concessit: *daß Sie alle schedlich Lüt, in welchem Lande die sind, uf dem Lande, da nicht gesworne Halß-Gerichte sind, wol vahen, und die, an Entgeltnüsse ander Gerichte, in Ir Stat Dinckelspuhel füren, und auch die, welch des Zigs selber bekennen, ane Urteyl, nach Erkantnisse des meerern Teils des Rats zu Dinckelspuhel, straffen, oder über sie richten und urtheylen &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. I *Theil*, XII *Absatz*, Tit. *Dünckelsbühl*, §. 18, p. 464, & 465.

Idem, in Privilegio Civitatis *Eslingensis*, sub eodem dato, apud Dn. *Lunigium* l. c. XIII *Absatz*, Tit. *Eßlingen*, §. XIII, pag. 503; ait: *Haben In solche Gnade getan, daz Sie, und die Iren, und Ir Nachkommen, alle solliche Lüte, die in bösen Lewinden, oder in Argwont sind, und die In für schedlich Lüte dargeben werden, es sy Frawen, oder Mann, wol haimen, fahen, und rechtvertigen mügent, als Sie dünckt, daz notturfftig sey: und, nach irem Verjahen, und, nach sollicher Schulde, und Sache, als Sie an den erfinden, so sullent und mügent Sie die, in Irem Rate, mit dem mehrern Theil Ir Erkantnüsse, an Libe und an Leben, straffen &c.*

Idem, in Privilegio Civitatis *Wilæ*, sub dato *Franckhfort auf dem Mayn*, eod. An. 1398, *an S. Agnes Tag*, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 48 *Absatz*, §. X, pag. 592: *Was Sie vor verwehnte und übelthättige Leuth, in ihrer Statt, und Gebiethe, betretten, und ankommen, und der mehrer Theil Ires Rathes erkönte, daß die den Todt verschuldet hætten, und weger were totte, dan lebendig, daß Sie die wohl abthun*

thun sollen und mœgen, *von allermäniglich ungehindert &c.*

RUPERTUS, in Privilegio Civitatis *Biberacensis*, sub dato *Augspurg*, 1401, *Uff unser Frawen Abend, als Sye in Himmel fure*; apud eundem l. c. I *Theil*, 4 *Absatz*, Tit. *Biberach*, §. 17, p. 189; verb. *daß ein jeglicher Ihre Bürgermeister, der jezund ist, oder fürbaß da gesetzt würdet, einem jeglichen Amman zu Biberach, der in dem Ambt daselbst genommen und erwölt wirdet, den Bann über das Bluth zu richten, verliben soll und mag, mit vollen Gewalt &c.*

SIGISMUNDUS, in Literis Feudalibus, *Wilhelmo*, Comiti *Wolffsteinio*, sub dato *Spier*, An. 1414, *des nechsten Dienstags nach S. Jacobs-Tag*, traditis, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Secularis*, 67 *Absatz*, §. 12, pag. 1560, inquit: *Wir Sigmund - - - - bekennen - - - daz für Uns komen ist, Wilhelm vom Wolffstein - - - und hat Uns demütiglich gebetten, daz wir Im das Schloß Obern-Sultzburg, mit dem Berg, und dem Kirchensatz, daz Halßgericht, den Bann daselbst, und die Dörffer Mülhusen und Byberbach, daz alles von dem H. Rich zu Lehen rüret, zu verliehen gnediclich geruhen &c.* Vocem *Bann*, nil nisi *Bannum sanguinis* innuere, patet ex Ejusdem literis Feudalibus, quibus, sub dato *Nürmberg*, An. 1431, *an S. Bartholomes Tag*, *Wygles* de *Wolfstein*, ejusque fratrem. *Wilhelmum*, investivit, apud eundem l. c. §. XIII, p. 1561, verb. *Die Obern-Soltzburg, mit dem Berg, und dem Kirchen-Satz, das Halßgericht, und den Ban über das Blut zu richten &c.* Quæ in literis Investiturarum repetuntur, quas *Johannes* de *Wolffstein*, sub dato *Newenstat, an Mittich nach S. Erasen Tag*, An. 1455, à *Friderico III* Imp. obtinuit, ibid. §. XV, p. 1562; aliisque pluribus.

Idem, in Privilegio, quo, sub dato *Ulm*, An. 1418, *des nechsten Donnerstags nach des H. Crütz Tag Exaltationis*, Civitati *Kauffburiensi* prospexit, apud Dn. *Lunigium*, Contin. 4, Partis specialis *des Reichs Archivs*, I *Theil*, XXV *Absatz*, §. 12, pag. 1256. *Daß Sy all und jeglich schedlich Leute und Personen, Mordt-Brenner, Räuber, Diebe, oder wie die genannt seind, die, offenlich oder haymlich, schedlich Lüt seind - - - sollen und mügen, umb ir Missethat, solch Tœdte anlegen, und sy tœdten, nach Urteyl und Außspruch des mehrern Theyls des Rates daselbs der Statt Kauffbeuren, daß Sy, uff Ir Eyde, darüber sprechen, den sy billichen, umb ir Missetat, leyden sullen; oder, ob sy solchen Tod nit verschult hetten, daß Sy dann, über solche Missetetige, und schedliche Lüte und Personen, nach Ihren erkennen und Dünckhen, an ihrem Leib sunst mügen straffen, mit Augen außstehen, oder Oren abzuschneyden, oder mit andern Straffen, darnach sy dann verschult hetten &c.*

Idem, in Diplomate Civitati *Rotenburgensi*, sub dato *Nürnberg*, An. 1422, *an Unser Lieben Frauen Abend Nativitatis*, exarato, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 41 *Absatz*, Tit. *Rothenburg an der Tauber*, pag. 341, & 342: *Wer es Sach, daß dheine verleumpte schädliche Leut, in derselben Statt Rotenburg, zu Gefängnüs bracht würden, und die nicht ancläger hätten, wann und wie dann der Rathe daselbsten, oder der mehrer Theil des Raths, uff Ihr Eyde, erkannten, daß selbig Leut Tod würdig weren, daß sie dann zu Ihn richten mœgen, und mit In fahren, darnach Sie erkennen, das sie verschuldt und verworcht hetten &c.*

Idem, in Privilegio Civitatis *Leutkirchensis*, sub dato *Lindau*, An. 1431, *am Dornstag nach des H. Creutz-Tag Exaltationis*, apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, 28 *Absatz*, Tit. *Leutkirch*, §. 8, pag. 1289: *Daß Sie, und Ihre Nachkommen hinführo, in künfftigen Zeiten, alle und jegliche übelthätige Leut; als: Mordbrenner, Felscher, Mörder, Räuber, Dieb, und andere schädliche Leuth, wo sie der Rath zu Leutkirch, oder der mehrer Theil, uff ihr Eyd, Ehre und Treue, erkennen, und sprechen, daß sie ihrer Statt, Landen und Leuten, heimlich oder offenbahr, schädlich Leut sein, und auch andere mißthätige Leuth, umb ihre Missethat, straffen und büsen mœgen, mit dem Todt, an dem Leib, oder an den Gliedern &c.*

Eodem modo se habet Ejusdem Privilegium, sub dato: *Schwabisch Werde*, An. eod. *am nechsten Sontage nach S. Gilgen Tag*, Civitati *Weissenburg am Nordgau*, concessum, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 49 *Absatz*, Tit. *Weissenburg am Nordgau*, §. XV, pag. 618; Confirmatio *Leopoldi*, sub dato *Wien*, 1660, 20 Febr. extat ibidem, §. XXII, p. 626; pariter ac,

Privilegium Civitatis *Aaldæ*, sub dato *Rom*, An. 1433, *an S. Lorentz-Tag*; ibid. I *Theil*, 2 *Absatz*, Tit. *Aalen*, §. 8, pag. 83. Privilegium Civitatis *Gemundana*, sub dato *Seniis, in Italien*, An. eod. *an S. Matthias Tag*; ibid. XVII *Absatz*, Tit. *Schwäbisch-Gemünd*, §. 2, pag. 822.

Privilegium Civitatis *Donawerdensis*, sub dato *Ulm*, An. 1434, *am nechsten Freytag nach S. Laurentzien-Tag*, ibid. l. c. X *Absatz*, Tit. *Donauwörth*, §. 24, pag. 419; quod *Maximilianus I*, sub dato *Straßburg*, An. 1505, 4 Maji, confirmavit; ibid. §. 33, p. 428.

Privilegium Civitatis *Nœrdlingensis*, sub dato *Ulm*, An. eod. *am Mittwoch nach S. Ulrichs-Tag*, ibid. 2 *Theil*, 33 *Absatz*, Tit. *Nördlingen*, *§*. 28. p. 22, verb. *Erlauben und günnen In*, - - - - *daß je ein Bürgermeister, der zu Zeiten sein wirdet*, ***den Bann über das Blut zu richten***, *einem Amptmann, oder Richter daselbst zu Nördling, an Unser und des Reichs statt, leyhen möge &c.*

Privilegium Civitatis *Buchhornensis*, sub dato *Prag*, 1437. *am Sambstag nach S. Ambrosii Tag*; ibid. I *Theil*, 8 *Absatz*, Tit. *Buchorn*, *§*. 7, p. 312.

ALBERTO Imp. idem Privilegium debet Civitas *Memminga*, sub dato *Prag*, 1438. *Mitwochen nach S. Michels-Tag*, apud eundem l. c. I *Theil*, 31 *Absatz*, Tit. *Memmingen*, *§*. 6, pag. 1418; ibi: *daß Sie fürbaß mehr, zu ewigen Zeiten, über alle und jegliche übelthätige und schädliche Lüte, die Sy in Ire Gefenckhnüs brechten, nach Erkanntnüß des mehrern Theils, mit den Aiden, Ires Raths, richten, und* ***ein jeglichen, nach synen verschulden, an Leib und Leben, straffen sollen und mægen***; *und auch, daß hinfür ein jeglicher Bürgermeister zu Memmingen* - - - - ***den Bann über das Blut zu richten, in Ihrer Statt***, *einem jeglichen Ammann, der je zu Zeiten daselbst sein würdet* - - - - *an Unser Statt, Gewalt soll haben zu verleihen &c.*

FRIDERICUS III, in Privilegio Civitatis *Suinfurdensis*, sub dato *Neuenstatt*, An. 1443, *des nechsten Freytags vor dem Palm-Tag*, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 43 *Absatz*, Tit. *Schweinfurth*, *§*. 36, p. 420, ait: *Thun kundt* - - - - *daß wir Unsern und deß Reichs Lieben Getreuen, den Bürgermeister und Rath der Statt zu Schweinfurth*, ***den Bann über das Blut des Land-Gerichts daselbst***, *verliehen haben* - - - - *also, daß Sie* ***über das Blut richten, und den Richtern, die Sie darüber setzen, den Gewalt auch verleihen und geben mægen***, *als das von Alter Herkommen ist &c.* Confirmatio *Maximiliani I*, sub dato *Worms*, 29 Junii, An. 1497, extat ibid. *§*. 40, pag. 424.

Idem, in Privilegio Civitatis *Norimbergensis*, sub dato *Wien*, 1459, *am Pfingstag (Dingstag) vor S. Veits-Tag*; apud Dn. *Lunigium* l. c. 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, *§*. 43. pag. 122. *Haben darumb* - - - - *den ehegemelten Bürgermeister und Rath der Statt zu Nürnberg, und ihren Nachkommen* - - - - ***den Pan über das Blut daselbst zu richten*** *gnediglich verlieben; und Ihnen diese besondere Gnade gethan, und Freyheit darzu gegeben, also, daß Sie, und Ihr vorgemelte Nachkommen, nun hinfüro, zu ewigen Zeiten,* ***den Pann über das Blut daselbst zu richten***, *einem Erbarn Manne, Ihrem Bürger zu Nürnberg, als offt des Nothdurfft werdet, als zu der dritten Hand, fürbasser verleihen und empfangen sollen und mögen &c.* De Confirmatione Ejus, sub dato *Grätz*, 3 Julii, 1479. vid. ibidem, *§*. 71, pag. 153.

Idem, in Privilegio Civitatis *Winsheimensis*, sub dato *Neuenstatt*, *am Pfintztag vor des H. Kreutzes Tag Exaltationis*, 1464, apud Dn. *Lunigium* l. c. 53 *Absatz*, Tit. *Windsheim*, *§*. XV, pag. 672: *Bekennen* - - - - *datz wir* - - - *den vorgenannten Hanssen Müllig*, (Deputatum Winsheimensem) *an statt und von wegen der egenanten von Wynsheim*, ***den Bann über das Blutt, in dem Gericht derselben Statt Wynßheim zu richten***, *von der Hannde gnediclich verlihen; leihen Im den auch gegenwärticlich, in krafft diß Briefs, also, daß er denselben Bann, wann des ye zu Zeitten notdurfft ist, fürbaß von der Hande, einem andern daselbs zu Wynsheim, bey dem Ayde, so er darumb auch von einem yeglichen, als sich darzu gebürt, nemen soll, verleihen und empfelhen mag &c.*

Idem, in Diplomate Civitatis *Campidunensis*, sub dato *Insprug*, 10 Januar. An. 1488, apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, 26 *Absatz*, Tit. *Kempten*, *§*. 5. p. 1280: *Erlauben Ihnen auch* - - - - ***die Hohen und Niedern-Gericht bey Ihnen, mit sambt Stock und Galgen, auch den Pan über das Bluet zue richten***, - - - *und denselben Pan, so offt das Noth sein wird, fürter ainem, oder meren ihren Underrichtern, die Sie zue ainer jeden Zeith, darzue nützlich und füeglich bedünckhen werden, verleihen, und zue richten Bevelhen sollen und mögen &c.*

MAXIMILIANUM I, eodem titulo celebrant *Reutlingenses*, in quorum Privilegio, sub dato *Worms*, 14 Maji, An. 1495, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 40 *Absatz*, Tit. *Reutlingen*, *§*. 7, pag. 312, inter alia, hæc occurrunt: *Bekennen* - - - - *daß wür* - - - - *Bürgermeister und Rath der Statt Reutlingen die Gnad gethan, und Freyheit gegeben haben* - - - *daß Sie nun hinfüro alle und jeglich Mordprenner, Rauber, Dieb, oder ander, die, heimlich oder offenbahr, schedlich und übelthettig Leuth sein, und Sie, all, oder der mehrer Theil aus Ihnen, mit beschlossener Thür, in sitzenden Rathe, auf ihr Eyd, nach des H. Reichs Recht, Landt und Leuthen für schedlich erkennen,* ***in den Todt, der ihn, umb solch Ihr Missethat zu leyden gebühret, verurtheilen, und also richten und tædten lassen sollen und mægen &c. &c.***

Quibus docemur Imperatores *Bannum Sanguinis* diu satis in Civitatibus sibi reservasse, licet Illæ in reliquis Superioritate Territoriali fuerint gavisæ.

(*e*) INFERIOREM &c. Sive *Bassam, Nieder-*

der-Gericht; Erb-Gericht &c. De qua iterum inspicienda Jura Statutaria; Vid. *Sachsen - Coburgische Lands-Ordnung*, Tit. XXI, Rubr. *zu den Erb-Gerichten gehöret &c.* ut & *Augusti*, Ducis posteaque Electoris Saxoniæ, *Policey - Ordnung*, de An 1543, fol. 61. *Colerus*, de *Processu Executivo*, Part. 2, Cap. I, §. 138 &c. *Wehnerus*, Observat. Pract. voc. *Vogt*, p. 493, ubi sequentes species *der Erb - Gerichten* recensentur: (1) *Alle bürgerliche Sachen, als: Gülden; Schulden; Güther, liegend und fahrend, stehend, beweglich und unbeweglich*; *Schäden; Pfandungen.*

(2) *Alle bürgerliche Sachen, die von Peinlichen nicht herfliessen; hierüber die kleinen und geringen Brüche, und Mißhandlung, zu straffen, als: Diebstall unter 3 Schilling; It. Verbottene Wahr feil haben; Verbottene Messer und Waffen tragen; Verbottene Spiel treiben; Haar rauffen; It. Stossen; werffen; braun und blau schlagen; Maulschellen; Nasenbluten; Zähn-Bluten die nicht wackeln; Nagelkratzen, und andere Blutrunsten und Verletzungen, daraus keine Fährlichkeit des Todts, Lähmen, Fleischkampffbare, noch offentliche Wunden, entstehen; Lügenstraffen; It. schlechte Schmäh - Worte, die nicht an freyen Orten, oder Hohen Persohnen, geschehen, und peinlichen nicht geklagt werden. Item, da einer den Gerichten ungehorsamb würde, oder vor Gericht sich unzüchtig erzeiget; Item, der Schulden, so auf Ihn mit Recht gewunnen, nicht bezahlet &c.*

Add. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* Lib. 2, Class. 2, Cap. XVII, §. 46. pag. 986; *Knipschild*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperial.* lib. 2, Cap. VI, §. 144. pag. 307; *Besoldus*, de *Jurisdict.* Cap. 22, tot. *Berlichius*, Part. I, Conclus. I, §. 11 & seqq. pag. 3; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 48, §. 7. pag. 439.

(*f*) ERB-GERICHTE &c. Jure Saxonico, omnia ea, quæ ad *Erb-* seu *Unter - Gerichte* pertinent, ad *Vogtiam* (*Vogtey*) referri solent. Vid. *Wehner* l. c. addens: *Dan Vogtey, in effectu, idem est, quod Erb- Nieder- oder Unter-Gericht.* Nisi Leges, aut Consuetudo, aliud introduxerint.

(45) Omnia hæc Jurisdictionalia unicuique Imperii Statuum salva, quieta & intacta, manere debent, adeo, ut Princeps, aut Comes Imperii, capiendo delinquentem in alterius Territorio, Jurisdictionem ejus turbare, ac Territorium violare, (*a*) dicatur, & in pœnam Fractæ Pacis (*b*) incidat; *Constit. Maximiliani I de An. 1495*, (*c*) & in Camera Imperiali peti possit, vel, ut captus statim relaxetur; vel etiam, ut satis fiat, propter violatum Territorium; (*d*) *Gail. Lib. I de Pace Publica, Cap. XVI*, (*e*)

NOTÆ.

(*a*) VIOLARE &c. Vid. L. 20. ff. de *Jurisdict.* Caus. XI, Quæst. 1, Cap. *Pervenit ad Nos*, 39; *Reinking* l. c. §. 96 & 97, pag. 993; *Mylerus* l. c. §. 9, pag. 440; addas præcipue habitum Territoriorum Imperii moderni. Excipiuntur tamen ab hac Regula, qui Privilegio se tueri valent, vigore cujus, ejusmodi captura permissa, quo titulo venit v. g.

Hailbronna Civitas, cui *Carolus IV.* sub dato *Slettstatt, des nechsten Sambstags vor dem Suntag, als man singet: Cantate Domino; im VIII Jahr seines Reichs* (1355.) tale Privilegium concessit: *Wan wir alle Untat gern bessern sehen, davon were yetz, daß dhein offen Mörder, oder Bößwicht, der Mort, oder ander Boßheit, oder Auffsetze, gethan hette, in das Closter des Tewtschen Haus zu Hailprunn flohe, daß Ir den aus den Closter nehmen mœchtet, mit Behaltnüß demselben Closter seiner Freyheit, daß man Nyemandt daraus nehmen möge, der, umb Schuld, oder Todtschlag, oder ander Sachen, die ohn Auffsatz, und on Geverde, geschehen, darinn flohe &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, I *Theil, 21 Absatz*, Tit. *Hailbrunn*, §. XXIV, p. 894; idque confirmavit, sub dato *Prag*, 1364, *an dem H. Crists-Abend*, annexa iterum limitatione: *Doch mainen, und wellen wir mit Namen das ze leutern, also, daß Sy* (Hailbronnenses) *Nyemand sollen nemen, aus dem vorgenanten Tewtschen Haus, dann um Mort, Brant, Raub, Diebstal, und Notzogen, ob die mit Auffatz und bedachtem gescheen &c.* Quæ *Maximilianus*, sub dato Villingen, 26 Oct. 1510, omnia denuo rata habuit. Vid. Dn. *Lunig* l. c. similia Privilegia nactæ sunt Civitates.

Windshemium, ab eodem Imperatore, sub dato *Nürenberg, des Suntags nach Unser Frauen-Tage den Ersten*, An. 1365, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 53 *Absatz*, Tit. *Windsheim*, §. X, pag. 671, ibi: *Bekennen --- daß wir --- derselben Stat zu Windßheym die Gnad gethan haben, und tuen In die, mit diesem Briefe, von Keißerlicher Macht, und mit rechter wissen: Wo, oder in welcher Herren Gebiete, Sie ire Diebe, Rauber, oder Ubeltætige Lüte vinden, oder ankomen mægen, daß Sie die angreifen, ufhalden, vahen und mit heymfüren mögen, und auch zu In richten, altz sie verdient hant &c.*

Dünckelsbühla, à *Wenceslao*, sub dato *Frankenfurt*,

furt, an dem Obristen Tag, An. 1398, apud Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, XII *Absatz*, Tit. *Dünckelsbühl*, §. XVIII, pag. 465, quamvis sub restrictione, quoad loca, Banno sanguinis destituta; verba hæc sunt: *Daß Sie alle schedlich Lüt, in welchem Lande die sind, uf dem Lande, da nicht geswworne Halß-Gerichte sind, wol vahen, und die an Entgeltnüssen ander Gerichte, in Ir Statt Dinckelsbuhel füren, und auch die, welch des Zigs selber bekennen, ane Urteyl, nach Erkantnisse des mereren Teils des Rats zu Dinckelsbuhel, straffen, oder über sie richten und urteylen &c.* Confirmatio *Ruperti* Imp. sub dato *Augspurg, uff den nechsten Dinstag nach Unser Frawen Tag, als Sie zu Hiemel fure, Assumptio zu Latine*, An. 1401, reperitur ibid. §. XIX, p. 465 &c.

Bopffinga, à *Ruperto* Imp. sub dato *Augspurg, uf den nechsten Sonntag vor Unser Frauen Tag, als Sie zu Himmel fuhr; Assumtio zu Latein*, An. 1401, apud Dn. *Lunigium* l. c. V *Absatz*, Tit. *Bopfingen*, §. V, p. 212, eadem tamen sub restrictione: *Daß Sie alle schädliche Leuthe, in welchen Landen die sind, uf den Land, da nit geschwohren, Halß-Gerichte sind, wol fahen, und die, ohne Entgeltnüß ander Gerichte, in Ihr Statt Bopfingen führen mögen, und auch zu den Richten, und Urthel über sie sprechen &c.*

Francofurtum ad Mœnum, à *Friderico III*, sub dato *Wien, am Pfingst-Tag vor dem H. Palm-Tag*, An. 1459, apud Dn. *Lunigium* l. c. XIV *Absatz*, Tit. *Franckfurth am Mayn*, §. 127, pag. 632. *Erlauben Ihnen auch, von Röm. Kayserl. Macht Vollkommenheit --- Ob jemand, wer der, oder die, weren, durch sich selbst, seine oder ihre Diener, Helffer oder ander, die obgenanten von Franckfurth, Ihr Bürgere, Unterthan, Diener, zuegewanten, oder die Ihren, die Ihnen zu versprechen stehen, oder ander, inn- oder ausserhalb Fähde, angriffe oder beschädiget, oder dieselbe Beschädiger und Thäter haußte, hofete, enthielte, hinschub, ihme heimlich oder offentlich zuschübe, oder sonst Gemeinschafft thäte, daß sie dann von Unser und des H. Reichs, auch Ihr selbst ---- wegen, dieselben Beschädiger und Thäter, auch Ihre Helffer, Zuleger, Gemeiner und Enthaltener, wenn und zu welcher Zeit auch, wie, oder wo, sie kœnnen oder mœgen, durch sich, die Ihren, ihre Diener, Helffer, oder andere, angreiffen, niederwerffen, fahen, mit der That an ihren Leiben, Güten, Schlössen, Befestungen, Hausen --- ümbringen, beleidigen, und wieder beschädigen &c.*

Norimberga, ab Eodem, teste charta, sub dato: *Neustatt, am Montag vor S. Johannis Tag zu Sonwenden*, An. 1464, ejusdem fere tenoris, apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, §. 45, pag. 124. Conf. Ejusdem Privilegium, ratione *des Teutschen Hauses*, de An. 1480, l. c. pag. 155, §. 72.

Hamburgum, ab Eodem, sub dato, *Gretz, an S. Bartholomeus-Abend*, An. 1468, ibidem, I *Theil*, 23 *Absatz*, Tit. *Hamburg*, §. 45, pag. 952, verb. *Vergönnen, erlauben, und begifftigen, daß sie, oder die Ihren, den sie das befehlen werden, hinfür alle und jeglich Mörder, Dieb, Diebinne, Rauber, Mutwilliger Beschediger, und ander Ubelthäter --- allenthalben, in allen Fürstenthümen, Grafeschafften, Herrligkeiten, Gebieten, Vogteyen, Landen, Gerichten, Strassen und Wassern, auch auf dem Elb-Strohme, und andern Strœhmen, und der See, wie sie die ankommenen, erlangen, betreten und erfahren mœgen, suchen, angreiffen, fahen, aufhalten, straffen, richten, schlagen, ob das Noth würdet; oder in Ihre Statt führen, sie fragen, und alsdanne, wie sie die Verhandlung erfinden, über sie urtheilen und büssen sollen und mügen &c.*

Augusta Vindelicorum, ab Eodem, sub dato *Nürnberg*, 5 Novemb. An. 1485, apud Dn. *Lunigium* l. c. 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. 35, pag. 111, verb. *Alle und yeglich Ubelthäter, und Strassenrauber, auch die, so dieselben Ubelthäter und Strassenrauber, wissentlich hausen, herbergen, enthalten, ezen, trencken, schützen, schirmen, oder hinschieben ---- wa sy, oder die Iren, die, inn- oder ausserhalb der Statt Augspurg, und allenthalben in dem H. Reich, ankumen und betretten, es sey zu frischer That, oder sunst, niederwerffen, und annehmen, die gen Augspurg in die Statt führen, und einen jeglichen, nach seiner Verhandlung, une des H. Reichs Recht, straffen sollen und mügen. &c.*

Memminga, ab Eodem, sub dato *Lyntz*, 16 Januar. 1490, apud eundem l. c. 31 *Absatz*, Tit. *Memmingen*, §. XI, pag. 1422 & 1423: *Daß Sy, und Ir Nachkommen, hinfür, zu ewigen Zeiten, all und yeglich, heimlich oder offenbar, Ubelteter, schädlich und verleumbdt Leuth, wo sie die, inner- oder ausserhalb der Statt, in Dœrffern, Weilern, Hœfen, oder andern Enden, auf Wasser oder Lande, betretten, ankummen und begreiffen, gefenglich annehmen, in die Statt Memmingen führen, alßdan umb ihr offenbahr Mißhandlung ---- nach Ordnung des Rechtens, straffen und büssen sollen und mügen &c.*

Lindavia, à *Maximiliano I*, sub dato *Augspurg* 11 April. 1513, apud eundem l. c. 29 *Absatz*, Tit. *Lindau*, §. XXII, p. 1315 &c. aliæque plures.

(*b*) FRACTÆ PACIS &c. Vid. *Ordinat.* Ca-

Cameral. Part. 2, Tit. IX, *Mynsinger*, Centur. 2, Observat. XXIX, pag 92; *Mylerus* l. c. p. 441.

(c) ANNO 1495 &c. Tit. 3, *die Pœn der Friedbrecher &c.*

(d) TERRITORIUM &c. Vid. *Reinking* l. c. *Mylerus* l. c.

(e) CAP. XXVI &c. §. 27, p. 68.

(46) Conceditur tamen persecutio fugientis in vicini Territorium, *die Nacheyl* (a) sic enim actus continuus censetur. *R. J. 1555*, §. *Würde sich aber. Besoldus, Thesaur. Pract.* verb. *Nacheil.* Dissentiunt alii; quia est species violati Territorii. Et allegatus Recessus videtur de casu speciali esse intelligendus. Vid. *Struvius Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 49, θ. 33.*

NOTA.

(a) NACHEIL &c. Modo in continenti fiat; tunc enim demum actus continuus censetur; L. 1, C. *Ubi de criminibus*, & L, 23, §. fin. ff. *Ad Legem Juliam de Adulteriis*; Hinc continuo possedisse dicitur, qui vi dejicientem in continenti iterum dejicit; arg. L. 3. §. 9, & L. 17. ff. *de Vi & Vi armata.* Hocque specialiter permissum, in securitatis publicæ gratiam, & ad extirpandos maleficos. Vid. *Reinking* l. c. §. 101 &c. pag. 993 &c. *Gailius* l. c. de *Pace Publica*: Cap. XVI, §. 25 & 26, pag. 68; *Wehner*, voc. *Nacheyl*, pag. 371; *Mynsinger* l. c. Observat. 28, §. 3 & 4. pag. 91 &c. *Mylerus* l. c. §. 10, pag. 441. Ex hoc fundamento, denegati olim Processus super fracta Pace, 4 Februar. 1551, ubi Coloniensis ArchiEpiscopus hostem suum, *Henniken de Lübeck*, in Nobilium de *Harst* Dominio *Starmade*, captivum duceret, teste *Mynsingero* l. c. §. 1. Pro & contra, latius materiam hanc deduxit *Mylerus*, Tract. de *Jure Asylorum*, Cap. IX, §. 13, cum Homicida culposus, Civis Würtenbergensis, ad Civitatis Reutlingensis Asylum tendens, in ipso Reutlingensium Territorio deprehenderetur.

(47) Et si captus sit in alieno Territorio, Domino istius Territorii, secundum Doctores, non necessario remittendus; quia actus, in uno Territorio cœptus, in altero consummatus, jure indivisibilitatis, pro unico actu censetur. Nellus, de *Bannit. Part. 2, Tit. 2, Quæst. 29.* Quo facit *R. J.* de An. 1559. § *So nun ein solcher:* Ubi excipiuntur Pacis publicæ turbatores, & alii publici hostes. Hi enim, in persecutione, in alieno Territorio capti, Magistratui loci, ubi capiuntur, sistendi sunt, (a) ut de iis, tanquam de publicis hostibus, judicet, & judicatum exequatur.

NOTA.

(a) SISTENDI SUNT &c. Nisi capiens, ex Privilegio, eos domum deducere queat. Vid. præced. §. 45, lit. a.

(48) Principi, aut Statui Imperii, captorum deductio per Territoria aliorum Statuum, concedenda est; *Das Durchführen der Maleficanten*, (a) *muß einem jeden gestattet werden.* Quia nemo prohiberi potest, quo minus via publica utatur, modo alterius Jurisdictio non violetur. *L. 11. C. de Servitutib. & aqua*, (b) *Fritsch. de Via publica, Cap. 8. per tot.*

NOTÆ.

(a) MALEFICIANTEN &c. Territorii Dominum, sine prægnante causa, hujusmodi deductionem denegare non posse, humanitatis pariter & æquitatis regulis congruum est; partim ut Justitiæ in maleficos exercendæ satis fiat; partimque, ut alter alteri, ad paria officia, in casu simili, eo magis devinciatur. Tutius tamen agitur, ubi decenter, literis salvi conductus, innoxius transitus, à Territoriali Domino, petitur, præsertim si deductio per Territorium Potentioris suscipienda; *In den Acten Ortenburg, contra Bayern, fol. 23, wird, ex parte Bayern, geklagt, daß der Herr Graf in Ihrer Fürstl. Durchl. Obrigkeit gegriffen, und einen Land-Gerichts-Mann, durch die Landfürstliche Obrigkeit, per Territorium Ducale, den gemeinen und sondern Land-Rechten zu wieder, mit Gewalt geführet, und andern dergleichen Hochmuth mehr gebraucht, derenthalb die gebührende Straff vorbehalten worden.*

Hæc *Besoldus*, in *Thesauro Practico Adaucto*, Tit. *Durchfuhr der Maleficanten*, pag. 199. Conf. *Phil. Alb. Orth*, de *Regali conducendi Jure*, pag. 268. *Wesenbecius*, Part. I. Consil. 33, §. 53; *Schurffius*, Consil. 29, §. 7 & 8, Cent. 3; *Caspar Manzius*, *Decis. Palatin.* 89; *Speidelius*, voc. *Durchfuhr der Maleficanten*, pag 209; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Ecclesiastico*, lib. 2, Class. 2, Cap. XVII. §. 116 & seqq. p. 997; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 48, §. 13, pag. 443 &c. *Fritschius*, de *Regali Viarum publicarum Jure*, Cap. VIII, §. 20, pag. m. 523.

(*b*) AQUA &c. Non satis tuto deducitur asserti fundamentum ex hac Lege; cum non loquimur de Statu Monarchico, quem Lex præsupponit; utut, alias plerumque hoc fiat. Vid. *Wehner*, *Consil. Francon.* 92; *Besoldus*, de *Jure & divisione rerum*, f. 273; *Mylerus* l. c. sed. de Republica, ubi Status summam potestatem, in Territoriis suis, exercent, salva duntaxat Cæsaris & Imperii Majestate. Proinde, vel ad Legem, quo Pacta conventa referas; vel ad consuetudinem inveteratam, vel ad humanitatis & æquitatis officia, hic recurrendum. Conf. Dn. *Adriani Beier* Comment. in Quæst. *An & quatenus Transitus pro Exercitu per Territorium alterius postulari, & denegari possit?* Assert. 4.

(49) Nec quicquam captivo proderit, etiamsi per cœmiterium Ecclesiæ, aut per locum, ubi Jus asyli viget, ducatur, v. g. per agrum Reutlingensis ducatur Civitatis, in quo amplissimum Asyli jus (*a*) viget; nam, propter continuationem jam cœptæ Jurisdictionis, ibi finiri debet Judicium, ubi cœptum est, (*b*) Vid. *Mylerus ab Ehrenbach, in Tract. de Jure Asyli, Cap. X*, §. *22*; dissentit *Erasmus à Chockier*, *Tr. de Jurisdict. in exempl. Part. 4, Quæst. 98*, §. *1*.

NOTÆ.

(*a*) ASYLI JUS &c. Vid. seq. §. 77. Conf. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 48, §. 14, pag. 443 & 444, ubi locus parallelus.

(*b*) COEPTUM EST &c. Hinc Quæstio: *Im Fall, da der Ubelthäter, an dem Ort, da er durchgeführet wird, den Lands-Herrn, umb Mittheilung Rechtens und Gerechtigkeit, anriefe, ob Dominus Territorialis seiner sich annehmen könte?* de qua *Bidembachius*, Quæst. Nobil. 11; *Valentin. Riemer* de *Jurisdict.* c. 3. *Wehner* l. c. Ego putaverim, quod non; deductio præsertim si fiat consentiente Territoriali Domino.

(50) Quia Jurisdictionalia sunt in Patrimonio Statuum, hinc sæpius ea etiam aliis, per subinfeudationem, (*a*) aut etiam concessionem, conferuntur; & hinc est, quod quælibet fere Civitas Municipalis actus quosdam Jurisdictionis possideat: & plura sunt Oppida, & plures Pagi, ubi Jurisdictio divisa est, (*b*) ut unus habeat *die Landes Hohe Obrigkeit*; alius, *die Niedere Gerichte*; vel, unus: *die Fürstliche Hohe Obrigkeit*; alius, *die Malefitz*. Quæ Jura, à diversis possessa, non inducunt (*c*) totalem subjectionem, nec, ab una aliqua specie Jurisdictionis, ad universalem Jurisdictionem & subjectionem, argumentari licet, e. g. *Er hat die Malefitz*; ergo, *so hat er die Lands-Fürstliche Obrigkeit*. *Gœdd. 2. Consil. Marpurg. 28*, §. *263 & 264*.

NOTÆ.

(*a*) SUBINFEUDATIONEM &c. Præter subinfeudationem & concessionem, Jurisdictiones etiam per modum emptionis, alteriusve Contractus, pariter ac titulo præscriptionis, acquiri posse, tralatitium est; Vid. *Paurmeister* de *Jurisdictione* lib. I, Cap. 20, §. 10 &c. pag. 225 & 226, & Cap. 23, §. 2 &c. pag. 248; *Mylerus*, de *Princib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 48, §. 15, pag. 444, ibique laudati plures. Conf. *Mynsinger* Centur. 4, Observat. 24, pag. 239.

(*b*) DIVISA EST &c. Vid. præced. Tit. XV, §. V. lit. c, Conf. *Acta Lindaviensia*, in Indice, verb. *Jurisdictio*.

(*c*) NON INDUCUNT &c. Locum parallelum offendis apud *Mylerum* l. c. §. 16, p. 445.

(51) Ad jus Legislatorum referimus, Pondera (*a*) constituendi Jus, mensuras & ulnas; *Gewicht, Maaß und Ehl, anzuordnen*; id quod & Statibus Imperii competit, vi Juris,

ris, (*b*) quod in Caput & actiones Subditorum habent. Vid. *Policey-Ordnung*, de An. 1548, Tit. *Von etlichen Articulen.* *Knichen de Jure Territor. c. 4.* *Mylerus, in Metrolog. C. 3, per tot.*

NOTÆ.

(*a*) PONDERA &c. Faciunt huc: *Georgii Agricolæ* Libri V. de *Ponderibus & Mensuris &c.* *Casparis Wolfii* tabula generalis Ponderum, una cum Abaco eorum, qui de Ponderibus scripserunt; Tiguri 1584. 8vo. *Jacobus Capellus*, de *Ponderibus, nummis & mensuris*, Francof. 1606, 4to. *Mylerus*, in *Metrologia*, seu Tr. de *Jure statuendi de Mensuris Ponderibus &c.* *Tubing.* 1662 & 1668, 4to. & de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 46, pag. 422. Mercaturam Reipublicæ nervum constituere, fatentur omnes; vid. *Instrum. Pacis Westphal.* Art. IX, in princip. *Limnæus*, ad *Capitulat. Ferdinandi III*, Art. 20, verb. *Nicht gebraucht*, p. 705: hinc & illis, qui Reipublicæ præsunt, puta Summis Imperantibus, curam simul circa Pondera & mensuras, utpote sine quibus mercatura commode exerceri nequit, incumbere, tralatitium. Vid. *Bodinus*, de *Republica*, Lib. I, Cap. X, §. 169, pag. 264; *Knichen*, de *Jur. Territor.* Cap. 4, §. 230, pag. 139; *Bidenbachius*, *Quæstio Nobil.* VII, §. *Gewicht, Maß &c.* *Limnæus*, lib. 4, *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 257, pag. 257; *Bœclerus*, Differt. Polit. VIII, p. m. 362; Dn. *Schweder Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. XXV, §. 4, pag. 583; *Mylerus*, *Metrolog.* c. 1. §. 1. & c. 3, §. 11. & de *Principibus & Statibus Imperii* l. c. §. 1 & 2, pag. 422 &c. *Knipschild*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. V, Cap. 23, §. 17, pag. 1138 &c. Interpretes *Juris Publici* omnes.

(*b*) JURIS &c. Utut vigore Superioritatis Territorialis hodie Status Regale hoc exerceant, nihilominus dari quosdam, qui illud ex speciali quoque Privilegio habent, documento est Civitas *Francofurtensis*, cui *Wenceslaus* Imp. sub dato *Praag*, An. 1390, *des Sonntags vor S. Mattheus Tag*, concessit, *daß Sie alle Trinck-Maaße mindern und mehren mögen, als offte Sie das gutt, und nutzbar der Gemeine, und der Statt, düncken würdet*; Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, I Theil, 14 *Absatz*, Tit. *Franckfurth am Mayn*, §. 84, pag. 601. De pluribus aliis, ne dicam. Conf. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii* l. c. §. 1, p. 422; ibique allegati alii.

(52) Magnam varietatem Ponderum & mensurarum in Imperio ad conformitatem & unitatem, antiquis Seculis, Carolus Magnus, (*a*) *Aventin. Histor. Bojar. Lib. 4*; & Superiori seculo, Carolus V, (*b*) in Reformatione Politica *zu Augspurg*, de An. 1530, Tit. *von Eblen*, reducere voluit.

NOTÆ.

(*a*) CAROLUS MAGNUS &c. Fidem his faciunt Capitularia Regum Francorum, apud *Baluzium*, Tom. I, *Capitularium*, §. 72, Tit. de *Mensuris & Ponderibus*, pag. 238: ubi *Carolus Magnus*: *Ut æquales mensuras & rectas, pondera justa & æqualia, omnes habeant, sive in Civitatibus, sive in Monasteriis, sive ad dandum in illis, sive ad accipiendum; sicut in Lege Domini præceptum habemus &c.* Quæ repetuntur, lib. 3, *Capitularium*, Cap. 90, pag. 770, excepto, quod loco verborum: *in illis*, hic legatur: *invicem*; pariter ac lib. VI, §. 378, pag. 992, ubi vero tam verba: *in illis*; quam adverbium, *invicem*, omittuntur. Conf. Ejusdem Capitulare I, Anni 813, §. 13, pag. 503: *Ut pondera, vel Mensuræ, ubique æqualia sint, & justa &c.* Nec non Ejusdem Capitulare incerti anni, §. 44, ibid. pag. 518: *Ut æquales mensuras & rectas, & pondera justa & æqualia, omnes habeant &c.* Add. Ejusdem Capitulare apud *Goldastum*, Tom. 3, *Constitut. Imper.* pag. 141, §. 6, *De Mensuris, ut, secundum jussionem nostram, æquales fiant &c.* Recte hinc *Aventinus*, lib. 4. *Annal. Boicor.* Cap. VIII, §. 9, pag. m. 332, laudati Cæsaris memor: *Qui vetustissimæ Francorum Legi Salicæ capita quædam addidit; quasdam ex integro sanxit: Ut, de Moneta, Mensura, Ponderibus, quæ, per totum Romanum Imperium, ad æqualitatem redegit &c.* Unde sua *Limnæus*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 258, p. 257; & *Mylerus* de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 46, §. 3, p. 424.

(*b*) CAROLUS V. &c. Idem docent *Limnæus* l. c. *Mylerus* l. c. Dn. *Schwederus* l. c. §. 5, pag. 584. Pertinent huc, ex cit. *Reformatione guter Policey zu Augspurg*, de An. 1530, Tit. XXX, *Von gemeiner Elen-Maß, Maaß zu Wein, Bier &c. und Gewicht &c.* verba: *Weiter ist, zu Förderung, Gemeines Nutzens, und Teutscher Nation zu Auffnehmen, und Gutem, für fruchtbar angesehen, und erwogen: Daß, im H. Röm. Reich, ein gemein Ebl, zu allerley Gewand; auch*

ein gemein Maaß zu Wein, Bier, und dergleichen; Item, ein gemein Getreyd-Maß; auch ein gemein Gewicht, werde aufgericht &c. res tamen ad effectum tunc deduci non poterat, sed remissa noscitur ad instantem Cameræ Visitationem. Vid. ibid.

(53) In bene constitutis Rebuspublicis, solet Magistratus in loco publico, sub dio, mensurarum archetypum, *das Landmaaß*, exponere. *Justinianus in Novel. 128, c. 15*, Archetypos in Ecclesiis cujusque Civitatis conservari jussit. Ad evitandas fraudes, & corruptiones, mensuræ & pondera publico notantur stigmate, seu signo, vel Principis Territorii insigniis; *Man drückt der Herrschafft Wapen darauf.* Vid. *Myleri (a) Metrolog. Cap. 8*, §. *2*. Omnes subditi suas mensuras ad hunc archetypum sumere debent, nisi speciali Privilegio diversitate mensuræ uti liceat, e. g. propter remissionem *des Ungelts*, ut quædam Monasteria & Hospitalia majores mensuras habent; *geben Pfaffen Maaß.*

NOTA.

(*a*) MYLERI &c. Add. ejusdem Tr. de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 46, §. 5, 6, & 7, pag. 424 ad 426; ubi hæc omnia.

(54) Falsa mensura utentes hodie arbitraria pœna puniuntur, (*a*) quandoque dupli; quandoque fustigationis (*b*) *Constit. Criminal.* Caroli V. *Art. 113*; *Damhoud, ad d. c.*

NOTÆ.

(*a*) PUNIUNTUR &c. Ob crimen falsi, quod quis committit, defraudando alios falsa mensura; modo id dolose faciat; si enim ex ignorantia peccet, mitius nonnihil cum eo agendum, quamvis ab omni pœna nullatenus liber pronunciandus sit, ob ignorantiam scilicet crassam; cum scire debuisset, quæ publice manifesta, nec ignorare affixum publice mensurarum archetypum. Vid *Mylerus, Metrolog.* Cap. 12, §. 24, & de *Principibus & Statibus Imperii* l. c. §. 8 & 9, pag. 426 &c.

(*b*) FUSTIGATIONIS &c. Pro qualitate & quantitate fraudis, pœnam ad mortem usque extendi posse, tradunt *Petrus Caballus, Resolut. Criminal.* 165, n. 10 & 12. *Mylerus, Metrolog.* Cap. 12, §. 5, v. 1 & 2; & de *Principibus & Statib. Imperii* l. c. §. 10, pag. 428. Vice versa, ab ordinaria criminis falsi pœna liberatur, qui saltem in re minoris momenti, mensura vel pondere falsis uti deprehenditur; per ea, quæ tradit *Mylerus* cit. loco poster. §. 11, p. 429.

(55) Huc referendum est jus cudendi Monetam, (*a*) quod etiam est species Legis universalis; auri enim & argenti non major est usus, quam aliarum rerum, absque Lege: hinc etiam pecunia, alio nomine, dicitur νόμος (*b*) seu Nummus, Lex à suprema potestate condita. Vid. *L. 1. ff. de Contrahend. Emptione.*

NOTÆ.

(*a*) MONETAM &c. Scriptores, qui de materia hac evolvi merentur, extant præced. Tit. 4. §. 4. lit. b.

(*a*) Νόμος &c. Ita quoque *Bodinus*, de *Republica*, Lib. I, Cap. X, §. 167, pag. m. 262; *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. 2, Cap. VII, §. 2, pag. m. 366; *Stephani*, de *Jurisdictione*, Lib. 2, P. 1. C. 1. m. 2. §. 171; *Bœclerus*, de *Jure monetandi*, C. 1. §. 8; & alii. *Johannes Aquila*, vero Tract. de *Potestate & Utilitate Monetæ*, c. 3, §. *Et illa antiqua*, in fin. deducit Vocabuli *Nummi* etymologiam à *Numa Pompilio*, Latinorum Rege, verb: *Numi autem à Numa Rege sunt dicti, qui eos primus apud Latinos imaginibus notavit, & titulum nominis inscripsit &c.* quare & simplici M. duntaxat utitur; cujus sententiæ Auctor fertur *Isidorus*, lib. 16. *Originum vel Etymologiarum*, Cap. 17. quam *Cœlius Rodigin.* quoque C. 21. *Lectionum antiquar.* amplectitur. *Hotomanno* contra, de *Re nummaria Populi Romani*, vocatur *Nummus* à Græco verbo Νοῦμμος, quod erat numismatis genus, in quo *Tarantis, Neptuni* filii, equo insidentis, imago impressa fuit. Remotior omnino deductio, à *Numero*; utut *Joh. Guid. Volaterrano*, Tract. de *Mineralibus*, lib. 3, Tit. 9, §. 19, arrideat, à *Bœclero*

propter-

propterea, l. c. vapulanti. De quibus, aliisque etymologiis, *Kitzel*, de *Jure monetar.* legendus: Class. I, Theorem. 4, pag. 40 &c. Quod si vero à *Numa Pompilio* derivationem repetas, miror *Ciceronem* duplici m. semper uti, v. g. in Oratione 2, *pro Sex. Roscio*, *§. 6. Duobus millibus nummûm*; in Oratione 3, pro *Q. Roscio Comœdo*, §. 10: *Amplius LLS nummo petisti*; Orat. VIII, in *Verrem*, §. 117: nec *nummorum accessionem cogebatur arator dare &c.* & §. 118. *Quid porro nummorum accessiones volunt?* & §. 199: *Nummos vero ut daret arator &c.* Orat. 39, *pro C. Rabirio Postumo*, §. 45: *Nummo sestertio sibi addici velit &c.* Sic Lib. I. Epistolarum *ad Atticum*, Epist. 13: *Qui nummos in tribu pronuntiari &c.* & lib. 3, ad *Quinctum Fratrem*, Epist. I; *Is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat &c.* rursus Lib. 3. de *Officiis*, §. 80: *Jactabatur nummus &c.* Similiter *Suetonius*, in Vita *Julii Cæsaris*, Cap. 50, pag. m. 79, Edit. *Johannis Schildii*: *Ex auctionibus hastæ, nummo addixit &c.* (Quæ lectio præferenda lectioni *Sylburgianæ*, Tom. 2. *Historiæ Augustæ*, pag. 10, ubi, loco: *nummo addixit*, offendis: *minimo addixit*.) Idem, in *Octaviano Augusto*, Cap. 75, p. m. 271: *nummos omnis notæ &c.* & in *Nerone*, Cap. 44, pag. m. 639: *Exegitque, ingenti fastidio & acerbitate, nummum asperum, argentum postulatum &c.* & in *Caligula*, Cap. 37, pag. m. 470: *Nummos non mediocris summæ - - - sparsit in plebem &c.* Audiamus *Plinium*, lib. 33. *Natural. Historiæ*, Cap. 3, Edit. Lugdun. Batav. 1669, pag. m. 451: *Hic Nummus* (Victoriatus) *ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur; est autem signatus Victoria, & inde nomen.* & mox, pag. 452: *Aureus Nummus post annum 62 percussus est quam argenteus &c.* Adde *Terentium*, in *Heautontimorumeno*, Edit. *Schrevelii*, an. 1657, Act. 3, Scen. 4, §. 45, pag. m. 376: *Post daturam mille nummum poscit &c.* & *Horatium*, lib. I. *Satyrarum*, pag. m. 385, ejusdem Edit. An. 1658, §. 70: *Nescis, quo valeat Nummus?* & *Juvenalem*, Satyra VI, §. 360, ejusd. Edit. An. 1658, p. m. 203.

At velut exhausta redivivus pullulet arca
Nummus &c. -

Et Satyra XIII, §. 131, pag. 438:

- - - - - - - *Majore tumultu*
Planguntur Nummi, quam funera - - -

Jungatur *Julius Capitolinus*, in *Vero*, apud *Sylburgium* l. c. pag. 150, circa finem: *Jaciebat & Nummos in popinas maximos &c.* & *Ælius Lampridius*, in *Alexandro Severo*, ibid. pag. m. 213: *Alexandri habitu Nummos plurimos figuravit, & quidem electreos aliquantos, sed plurimos tamen aureos.* Nec aliter *Ulpianus*, L. 3. ff. de *In litem jurando*, init. *Nummis depositis &c.* & L. 75 ff. *de Legatis & Fideicommissis III*, verb. *Nummis indistincte legatis &c.* Hinc *Nummularius*, apud *Martialem*, lib. XII. *Epigrammatum*, §. 9, pag. m. 688, Edit. *Schrevelii* An. 1656:

- - - - - *Sordidam quatit mensam*
Neroniana Nummularius massa.

Imo, apud *Suetonium*, in *Galba*, §. 9: *Et Nummulario, non ex fide versanti pecunias, manus amputavit &c.* jung. *Ammianus Marcellinus*, lib. 30, in *Valentiniano & Valente*, Edit. *Sylburg.* l. c. pag. 101, circa finem: *Provinciam Nummularius rexit &c.* & *res nummaria*, apud *Suetonium*, in *Octoviano Augusto*, Cap. 41: *Tantam copiam nummariæ rei effecit &c.* Quid mali igitur, si statuamus, vocabulum hoc esse originarium, cujus denominationis ratio accurate dari nequeat.

(56) In Imperio tamen Nostro, hoc jus cudendi Monetam, tam auream, quam argenteam, non omnes (*a*) sed quidam (*b*) tantum ex Principibus, & reliquis Imperii Statibus, habent: & hoc non vigore Superioritatis, sed singulari Imperatorum gratia & indulgentia; (*c*) de quo Speculum Suevicum, *L. 1. 12, Wer die Müntz haben will, er sey Pfaff oder Lay, der muss sie haben von dem Ræmischen Reich und dem Ræmischen Kœnig*; *R. J.* de An. 1551, §. *So haben wir uns.* Proinde, ad demonstrandam Imperatoris concessionem, & indulgentiam, provenisse dicunt Doctores ex Lege Imperii: Ut numismata Principum & Statuum Imperii, plerumque Cæsaris nomen in orbe circumscriptum habeant, aut Aquilam bicipitem, inserto ejus pectori Imperii Globo. *R. J. Von neuer Müntz-Ordnung*, de An. 1559, §. *Wie aber vorgestellet*, 10. Vide tamen hic, quid, inter Carolum V. & Status Imperii, actum fuerit Superiori seculo, (*d*) ubi postulavit, (*e*) ut Principes sua imagine Nummos signarent. *Hortleder*, *Vol. 2*, de Bello Germanico, *Lib. V*, *c. 5*.

NOTÆ.

(*a*) NON OMNES &c. Huc facit R. J. *Augustanus*, de An. 1500, Procem. *Ordnen und wollen wir darumb, daß alle und jede Churfürsten, Fürsten, Geistlich und Weltlich, so Müntz zu schlagen gefreyt sind &c.* Add. R. J. *Augustanus*, de Anno 1510, §. *Es soll auch*, 18, ibi: *Es sollen auch die Stände, so, von Ræmischen Kaysern und Kœnigen, zu müntzen gefreyet sein &c.* & *Spir.* de An. 1529. §. *Und nachdem*, 33: *Ein jeder Standt so zu müntzen hat &c.* & *Augustanus*, An. 1551, §. *So haben wir Uns &c.* 46, verb. *Die jenigen, so von Uns, oder Unsern Vorfahren im Reich, mit dem Regal der Müntz gefreyet sind, solche Müntz-Freyheiten Niemand anders, wer die wären, verkauffen, verleyhen, in andere Weg vergönnen, noch zustellen soll &c.* & §. *Weiter so sezen wir*, 48. *Alle Stand, die Müntzens Freyheit haben &c.* Add. *Kaysers Ferdinandi Neue Müntz-Ordnung*, de An. 1559, §. *Hierauf setzen, ordnen und wollen wir &c.* 31: *Daß hinfürter im Reich Teutscher Nation, kein Müntz-Herr, der Müntzens Freyheit und Gerechtigkeit hat, Hohen oder Niedern Stands --- einige andere Sorten --- müntzen -- lassen soll &c.* jung. ibid. §. 22, 34 &c. nec non R. J. *Spirens.* 1570, §. *Und dieweil man*, 133. *Doch soll denjenigen Ständen, so eigene Berg-Werck haben, --- zu müntzen unverbotten --- seyn &c.* & R. J. *Ratisbon.* An. 1576, §. *Und aus sondern*, 78. *Ducaten zu müntzen, nur denjenigen Ständen, so hohes Gold in Ihrem Lande und Gebiete fallen haben, gebühre &c.* & R. J. *Ratisbon.* 1594, §. *Wir ordnen &c.* 103. *Es soll keinem Stand, so kein eygen Bergwerck haben, erlaubt, sondern gäntzlich verbotten seyn, seine Müntzen anderer Orten, denn in den verordneten Müntz-Städten, müntzen zu lassen &c.* Conf. præced. Tit. 4. §. 4, lit. d. Hæcque ratio, cur ad condendarum Ordinationum Monetalium Consultationes, præter Circulos, illi duntaxat Status, qui Privilegio *cudendæ monetæ* noscuntur gavisi, vel *güldene und silberne Bergwercke* habuere, fuerint invitati. Vid. R. J. *Augustan.* 1500, Procem. *Spirens.* 1529, §. *Und nachdem*, 33. *Augustan.* 1530, §. *Dieweil nach*, 134. *Ratisbon.* 1532, Tit. VIII, §. 1. *Ratisbon.* 1541, §. *Dieweil aber*, 63. *Norimberg.* 1543, §. *Dieweil auch*, 38. *Augustan.* 1548, §. *Und wiewohl*, 41.

(*b*) QUIDAM &c. Vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. c.

(*c*) INDULGENTIA &c. Præscriptis limitibus hodie inclusa. Vid. ibid. lit. d.

(*d*) SECULO &c. XVI, scil. An. 1552, quo *Albertus*, Marchio Brandenburgicus, scriptum edidit, causas complectens, quarum intuitu arma sumserit, Statuum Imperii libertatem, adversus Cæsaris conamina, defensurus, apud *Hortlederum*, Tom. 2. *von Ursachen des Teutschen Kriegs*, Lib. V, Cap. V, p. 1299 &c. ubi, §. 12, pag. 1300: *Alsso wird, der Chur- und Fürsten Ihre Bildtnüß auf die Müntz zu schlagen, verbotten &c.*

(*e*) POSTULAVIT &c. Non Cæsar, sed, (ut lit. d, modo dictum,) *Albertus* Brandenburgicus.

(57) Quia ex Imperatoris indulgentia plerumque (*a*) Status Imperii simpliciter hoc jus exercent, ideo nummi Ipsorum pro moneta Imperialis Majestatis reputantur, adeo, ut eos adulterans, (*b*) in crimen L. M. incidat, ac variis pœnis sese subjiciat, *L. 2, C. de Fals. Monet. Constit. Criminal. Art. CXI, Goldast. de Re monet. Tit. 52.*

NOTÆ.

(*a*) PLERUMQUE &c. Posse enim hoc Jus, aliorum instar Regalium, legitima etiam consuetudine acquiri, dubio caret. Vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. d.

(*b*) ADULTERANS &c. Monetam adulterinam cudere, peccatum esse in Rempublicam, cum omnem fidem, proinde & commercium, tollat, late probavit *Kitzel*, de *Jur. Monetar.* Class. I, Theorem. 8, pag. 57. Qua circumspectione Veteres monetam bonam probatamque cudi curaverint, ex formula Comitivæ Sacrarum largitionum, apud *Cassiodorum*, lib. VI, Epist. VII, pag. 212, & Epist. XXXII, Lib. VII, pag. 234; nec non, Constitutione 52. *Leonis* Imp. ad *Stylianum*, præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, liquet. Pœnam, quam olim adulterantes monetam subierint Germani, describit Capitulare I. *Ludovici Pii* Imp. An. 819. apud *Baluzium*, Vol. I. *Capitularium Regum Francorum*, Cap. XIX, de *Adulteratoribus monetæ*, pag. 604. *De falsa moneta jubemus, ut, qui eam percussisse comprobatus fuerit, manus ei amputetur; & qui hoc consensit, si Liber est, sexaginta solidos componat: Si servus est, sexaginta ictus accipiat &c.* Desumpta hæc esse videntur ex Capitulari, in Synodo, circa annum 744. celebrata, facto, apud *Baluzium* l. c. pag. 154, Cap. 20, *de Falsa moneta*, ubi totidem verba occurrunt, pariter ac Libro 4. Capitularium Cap. XXXIII, de *Adulteratoribus monetæ*, ibid. pag. 783. Add. *Caroli Calvi*

Edictum *Pistense*, Cap. XVI, apud *Baluzium*, l. c. Vol. 2, pag. 180: *Inventus mixti, vel minus quam debeat pensantis denarii, monetator, in illa Terra, in qua judicia secundum Legem Romanam terminantur, secundum ipsam Legem judicetur. Et in illa Terra, in qua Judicia secundum Legem Romanam non judicantur, monetarius falsi denarii manum dexteram perdat --- &, qui hoc consenserit, si Liber est, 60 solidos componat; si servus, vel Colonus, nudus cum virgis vapulet &c.* Quod, Cap. XXIII, pag. 185, denuo confirmatur. Postea dictatam ejusmodi adulterantibus ignis pœnam, documento est *Caroli V. Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung*, An. 1532, §. 111, *Straf der Müntz-Fælscher*, ibi: *In dreyerley Weiß wird die Müntz gefälscht, (1) Wann einer, betrüglicher Weiß, eines andern Zeichen darauf schlägt; (2) wann einer Unrecht Metall darzusetzt; (3) so einer der Müntz ihre rechte Schwäre gefährlich benimt. Solche Müntz-Fälscher sollen nachfolgender masse gestrafft werden, nemblich, welche falsche* Müntze *machen, zeichen, oder dieselbige falsche* Müntz *aufwechslen, oder sonst zu sich bringen, und wiederumb --- wissentlich außgeben, die sollen, nach Gewohnheit, auch Satzung der Recht, mit dem Feuer, vom Leben zum Todt, gestrafft werden ---- welcher aber der* Müntz *ihre rechte schwäre, gefährlicher Weiß, benimt, oder auch, ohne habende Freyheit, müntzet, der soll gefänglich eingelegt, und, nach Rath, am Leib, oder Guth, nach Gestalt der Sachen, gestrafft werden. Wo aber einer eines andern* Müntz *umbbreget, oder wiederumb in Diegel brächt, und geringe* Müntz *daraus machet, der soll an Leib, oder Gut, nach Gestalt der Sachen, gestrafft werden. So aber, mit der Herrschafft Wissen und Willen, das geschehe, so soll dieselbige Herrschafft ihre Müntz-Freyheit verwürckt und verlohren haben &c.* Conf. *Kaysers Ferdinandi Neue* Müntz-Ordnung, de An. 1559, §. 160 & seqq. præsertim §. 170: *Wir ordnen, setzen und wollen auch ferner, daß sich männiglich hinfüro, bey Straff des Feuers, des Granalirens, Körnens, Seygerns, und anderer dergleichen betrüglicher vortheiliger Handlung und Fälschung aller alten und neuen guten müntzen --- enthalten soll &c.* add R. J. *Augustan.* 1566, §. 167, *was dan der Müntz halben &c.* R. J. *Spirens.* 1570, §. 143, *Und sonderlich;* R. J. *Francof.* 1571, §. 23, *da aber &c.* Maximiliani *II.* Müntz-*Edict*, zu *Prag*, An. 1571. R. J. *Ratisb.* An. 1576, §. 30, *Und insonderheit.* R. J. *Ratisbon.* 1594, §. 104; *Dieweil auch*, *Rudinger*, *Singular. Observat.* Centur. 3, Observat. 72, pag. m. 665; *Speidel*, voc. Müntz, pag. 673; Dn. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XVI, §. 14, pag 430. Inspiciendæ hic Statuum Ordinationes monetariæ, cujusmodi apud *Lundorpium*, Tom. XI. *Actor. Publ* lib XII, Cap XXI, pag. 16; & Cap. XXV, pag. 22 &c. & Tom. XII, Lib. XIII, Cap. 151, p. 533 &c. Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, 4 *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 73, p. 235 &c. & alios, habentur.

(58) Propter impensas monetarias, quas Status Imperii de suo subministrare coguntur, R. J. de An. 1555, *von Müntz-Ordnungen*, §. *Ferner als sich*, 175, ex inveterata consuetudine, aliquid vilioris metalli, monetis admiscere possunt, pede (*a*) tamen monetarum præscripto accurate custodito. An. 1551, §. *So haben wir &c.* 46. Hic pes vocatur Liga, (*b*) ac consistit in bonitate intrinseca & extrinseca. *Molin. de Usur. Quæst. 92*, §. *696; in Korn und Schroot*; (*c*) *Halt und Gewicht*, (*d*) *Gang und Geb*, (*e*) Ut nimirum sexaginta septem Ducati, (*f*) habeant auri puri Char. (*g*) 23, octo Gran. Septuaginta duo Floreni Aurei (*Goldgülden*) octodecim Car. 6 Gran. id est, 12 Loth, 6 Gran. R. J. de An. 1559, *Neue Müntz-Ordnung*; §. *Ferner die Güldene Müntz &c.* & §§. seqq. Octo Imperiales, 14 lotones, & 4 grana puri argenti, in sese contineant; R. J. de An. 1566, §. *Demnach haben wir uns*, 151. Minoris monetæ pes est, ut 155½ *Halbe Batzen*, (*h*) octo lotones; 2432 *Creutzer*, sex lotones, 4 grana, argenti puri contineant; R. J. de An. 1559, *in der Neuen Müntz-Ordnung*, §. *zum Sechsten*, 8 & 9.

NOTÆ.

(*a*) PEDE &c. De Pede hoc, vulgo *Fuß*, legas *Renerum Budelium*, de *Re numaria*, lib. I, Cap. 18, pag. 75.

(*b*) LIGA &c. Ligam auri, exponit idem *Budelius* l. c. Cap. 10, pag. 38, & Ligam argenti, l. c. Cap. 8, pag. 26, ubi simul etymologiam, à voce Gallica, *Loy*, Legem denotante, derivat, eamque mixturæ speciem, gradumve metalli, propter admixtionem vilioris materiæ, vocat. Conf. seq. lit. c.

(*c*) KORN UND SCHROOT &c. Dn. *Georgius Ludovicus Lindenspuhrius*, Comment. ad *Ordinat. Würtenberg.* pag. 461, per verba hæc, conjunctim sumpta,

ſumpta, ipſam *Ligam*, ſeu *bonitatem monetæ intrinſecam*, intelligit; alias, *Schroot*, eſſe additamentum vilioris metalli; & *Korn*, metallum purum, docet idem. *Krullius*, de *Regali monetarum jure*, Cap. 5, §. 4 & 5, vocat *Ligam*, *Gehalt und Korn*, id eſt, nucleum purioris metalli; *Schroot und Gewicht* vero, pondus monetæ; Conf *Gailius*, lib. 2, Obſervat. 73, §. 7, p. 433; *Beſoldus*, Theſaur. Pract. voc. *Schrott und Korn*, pag. m. 875, ibique *Dietherr*, in Addit. pag. 876; de Bonitate monetarum *intrinſeca*, fuſe agit *Budelius* l. c. lib. I, Cap. VII, ad XVI; & de *intrinſeca*, Cap. XVI & XVII. *Martinus Garratus*, Laudenſis, Tract. de *monetis*, §. 9, ait: *Bonitas intrinſeca conſiſtit in tribus: Materia, pondere & forma; Extrinſeca vero, in æſtimatione & valore &c.* Sic *Franciſcus Curtius*, de *Monetis*, Edit. 1482, §. 1: *Duplex eſt bonitas Monetæ, altera intrinſeca: quæ conſiſtit in Liga ponderis & caractere; altera extrinſeca, conſiſtens in valore & æſtimatione, pro qua expenditur &c.* Hinc *Berlichius*, Part. 2, Concluſ. XXXV, §. 4 &c. pag. 239; *Intrinſecam bonitatem vocant, quæ conſiſtit in materia, pondere & forma &c.* & §. 5. *Extrinſecam vero bonitatem vocant, quæ in æſtimatione, valore, curſu & uſu monetæ, conſiſtit, puta, ſi thalerus Imperialis valebat 24, & nunc 28 groſſos valet &c.* Add. *Fritſchius*, in *Electis Juris Publici*, Cap. XVI, pag. m. 157: *So will man diß theils dafür halten, und ſchlieſſen, daß der Schrot, oder Metallum, materia, und das Korn, id eſt, certum pondus argenti, vel Auri puri &c.* &, paucis interjectis: *Der Schrot, iſt das Gewicht der gantzen Maſſa, ſambt dem Inſtantz des Metalls; Korn, das Gewicht des Edlen Metalls, ſo man Fein nennet; es ſey gleich Silber, oder Gold.* Præſertim, *Hoffmans Müntz-Schlüſſel*, Quæſt. 25, pag. 56: *das Korn, iſt das allerreineſte, feineſte und perfecteſte Gold und Silber, welches von denen unreinen Metallen, wan es nemblich mit Kupffer, Zinn und Bley, vermiſcht geweſen, hernach aber durchs Feuer, auf der mit bey Aſchen gemachten, und warm abgeödneten Cappeln, mit dem Saturno, oder Bley, abgetrieben und ſeparirt worden iſt, hernachmahls gantz hell und gläntzend, auch fein und rein, in ein kleines rundes Körnlein, formirt und verwandelt, in der Cappeln liegend oder ſtehen bleibet &c.* & Quæſt. 26, pag. 57: *Der Schrot, iſt und bedeut ſo viel als Pondus, das Gewicht, oder die Schwäre, oder die Grösse an der Müntze, welcher, vermöge der Reichs-Müntz-Ordnung, nachdem ein Stück viel oder wenig gelten ſoll, proportionaliter ein Zuſatz pflegt gegeben zu werden. Darbey muß ein jeder Müntzmeiſter und Wardein fleiſſig ſuchen, und in Obacht nehmen, daß, aus wohl gerechneter und probirter Mixtur, ein gleichförmige und gewiſſe Schwäre, Sorten und Stücke, aus jeder Marck, mag bereitet und geſchlagen werden, damit nicht ein Stück ſchwärer, als das andere, ſondern alle gleiches Gewichts ſeyen &c.*

(*d*) HALT UND GEWICHT &. *Halt*, vocatur etiam *Gehalt*; item *der Zuſatz*; proprio vocabulo audit additamentum hoc: *Die Schickung*; *It. Schroot und Korn zuſammen ſetzen.* Vid. *Krullius* l. c. §. 8, & *Henricus Hahnius*, Diſſ. de *Jure Nummi*, aſſert. 5. *Vom Halt etlicher Goldmüntze, ſo in Teutſchland gänge und gebe ſeind*, legas *Beſoldum*, *Theſaur. Pract. continuat.* voc. *Geld, Müntze &c.* pag. m. 763. Conf. ſeq. lit. g.

(*e*) GANG UND GEB &c. Hæc verba bonitatem monetæ extrinſecam, quæ valore, æſtimatione & curſu, continetur, innuunt; Germ. *den Werth der Müntz.* Vid. *Krullius* l. c. §. 9 Spectandum hic *Abrahami* Exemplum Geneſ. XXIII, §. 16.

(*f*) DUCATI &c. *Polydorum Vergilium*, lib. 2. de *Inventione rerum*, Cap. XX, *Ducatos* à *Ducatu Longini*, in Italia conſtituto, denominari exiſtimantem, merito carpit *Hachenbergius*, de *Germania Media*, Diſſ. X, *de Re nummaria*, §. 20, pag. 372; Utut *Beſoldus*, *Theſaur. Pract.* voc. *Ducaten*, pag. 197, eandem ſententiam amplecti videatur, inquiens: *Ducatus*, à Ducatu Romanis dictus; (*Gigas*, *de Crimine L. M. Tit. Qual. & à quibus*, *Quæſt.* 62, §. 10;) *eo quod Albinus ſingulis Italiæ Urbibus præfecerat Duces &c.* Propterea tamen non aſſentior *Hachenbergio*, quod originem à Venetis repetat. Verum quidem, *Ducatos* anno 1280, (*Petro Marcello* teſte, in *Principib. Venetis*,) ſub *Johanne Dandulo* Duce, apud Venetos cudi cœpiſſe, addito lemmate:

Sit Tibi, Chriſte, datus, quem Tu regis, iſte Ducatus;

at vetuſtiores reperiri nummos aureos, *Ducatorum* nomine inſignitos, teſtatur non ſolum *Falco Beneventanus*, de *Rogerio*, Siculorum Rege, an. 1240, ſcribens: *Monetam ſuam introduxit, unam vero, cui Ducatus nomen impoſuit &c.* ſed & Diploma *Guilielmi*, Abbatis Monaſterii *S. Celſi*, prope Civitatem *Mediolanenſem*, An. 1181, 2 Julii, apud *Ughellum*, Tom. 4. *Italiæ Sacræ*, in vita *Algiſii*, 88 ArchiEpiſcopi *Mediolanenſis*, pag. m. 227, ubi: *Accepi à vobis, D. Jacobo, Venerabili Abbate Monaſterii S. Mariæ de Moribundo, ex parte jam dicti Monaſterii, libras trecentas, & ſolidos duos, Ducatos tres, quæ ſunt data Bonfanto de Leuco &c.* & aliud, quo *Tancredus*, *Lycii*, Comes, An. eod. Menſ. Septembr. in proprio ſuo fundo, juxta Civitatem *Lycii*, Cœnobium Monachorum D. Benedicti fundavit, apud *Ughellum* l. c. Tom. IX, in Catalogo *Aletinorum*, ſeu *Lycienſium Epiſcoporum*, pag. 98, verb. *Conceſſimus etiam eidem Monaſterio Gualtinam Noſtram, in Uſum piſcium ipſorum*

rum Religiosorum, pro quorum namque vestiario concessimus ibi quadringentos Ducatos annuos, ex redditu prædicti Lyciensis fluminis, per vices quatuor percipiendos, in unaquaque centum &c. Cujus donationis, Ejus pronepos *Ugo*, Brennæ & Lycii Comes, in diplomate, sub dato *Brundusii*, an. 1286, *Nicolao*, Abbati Monasterii *SS. Nicolai & Cataldi* de *Lycio*, concesso, l. c. pag. 106, hisce meminit: *Exposuerunt Nobis* (Abbas & Conventus dicti Monasterii) *quod, ex concessione quondam facta ab Illustri Viro, Dn. Tancredo, Comite Lycii, Pro-Avo nostro, annuatim, ex redditu dicti fluminis, pro vestiario dictorum Fratrum, habere, & percipere debere quadringentos Ducatos; nec non, ex concessione quondam Dn. Gualterii, Illustris Comitis Brennæ, Avi Nostri --- præter prædictos quadringentos Ducatos, alias libras viginti septem annuatim, de redditibus fluminis supradicti &c.* Quo tempore Imperii Proceres Regali hoc uti cœperint, me latet; interim mihi *Ducatus* est, in cujus altera parte effigies *Sigismundi* Imp. qua Electoris Brandenburgici, conspicitur, addita epigraphe: †. SIGISM. MARCH. BRANDEBUR. & altera: Scutum quadripartitnm, cum insignibus, & inscriptione: †. MONETA: NOVA: AUR: SWOBACH. Constat autem, Marchiam Ei jam an 1373. fuisse traditam. Habeo adhuc alium *Ducatum*, referentem antica thoracatam *Ulrici*, Würtenbergensium Ducis, an. 1503. Regiminis habenas capessentis, effigiem, dextera nudum Gladium in altum, & sinistra vaginam, in terram defixam, tenentem, cum epigraphe: ULRICVS DUX WIRTEMBERG; postica sistente scutum quadripartitum cum insignibus, & inscriptione: †. MONA: (moneta) NO: (nova) AUREA: STUGARDIE.

(*g*) CHAR. id est, *charactum; Germ. Karath*, de quo *Budelius* cit. Lib. I de *Re nummaria*, Cap. 10, pag. 34 & 35. *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Geld, Müntze &c.* p. 763, inquit: *Im Gold-Gewicht wird die Marck in 24 Karath, oder Kirath (wo es anders fein ist) getheilet; dan fein Gold soll auf 24 Karath gradiret seyn; wiewohl solches, so wenig als in fein Silber, kan erwiesen werden; so achte ich doch das für ein rein fein Gold, das durch das Spieß-Glaß gegossen, und fleißig verplassen, nachmals dünne geschlagen, und durchs ciment rein gemacht wird, daß der Halt dessen auf 23 Karath, und 11 Grän, kommt, und also, biß auf ein Grän nach, fein wird; der übrige grän, so daran mangelt, ist darinnen auf fein Silber &c.* His subjicit:

Portugalœser, halten fein Gold, 23 Karath, 11 grän, und 1 grän weiß.

Rosenobel, halten fein Gold, 23 Karath, 10 grän, und 2 grän weiß.

Heinrichnobel, halten fein Gold, 23 Karath, 9 grän, und 3 grän weiß.

Engelotten, halten fein Gold, 23 Karath, 8 grän, 2 grän weiß, und 2 grän roth.

Neu-Engelotten, halten fein Gold, 22 Karath, 10 grän, 1 gran weiß, und 2 grän roth.

Doppelte Ducaten, halten fein Gold, 23 Karath, 11 grän, und 4 grän weiß.

Einfache Ducaten, halten fein Gold, 23 Karath, 8 grän, und 4 grän weiß.

Siegmund-Ungerische Gulden, halten fein Gold, 23 Karath, 10 grän, und 2 grän weiß.

Ladislai-Ungerische Gulden, halten fein Gold, 23 Karath, 8 grän, und 4 grän weiß.

Ferdinandi-Ungerische Gulden, halten fein Gold, 23 Karath, 5 grän weiß, und 1 grän roth.

Spannische Ducaten, halten fein Gold, 23 Karath, 6 grän.

Frantzœsische Cronen, halten fein Gold, 21 Karath, 8 grän.

Cronen, nach des Reichs Valvation, halten fein Gold, 22 Karath, 3 grän.

Cronen mit dem F. halten fein Gold, 22 Karath, 1 Kran, 4 grän weiß, und 8 grän roth.

Goldgülden halten fein Gold, 18 Karath, 6 grän.

Idem, voc. *Marck*, p. m. 397, ait: *Monetaria computatio, Müntzprob vulgaris, hæc est: die Marck Silber dividitur in 16 Loth; das Loth, in 4 Quintlein; ein Quintlein, in 4 Pfenning. Vel ita: Ein Marck, in 16 Loth; ein Loth, in 18 Grän. Summa, 288 Grän in die Marck. Die Gold-Rechnung verhält sich also, daß ein Marck Golds habe 24 Karath, ein Carath 4 Gran; ein Gran, 3 Grän. Summa 288 Grän in der Marck. Tileman Friesen, lib. 1. (Müntz-Spiegel) c. 13 &c.* & immediate post: *die Marck hält 24 Carath; ein Carath hält 12 Grän. Die Ducaten halten fein 23 Carath, und 8 Grän: sollen auf die Marck gehen* $67\frac{1}{2}$ *Stück &c.* Fundatur hoc in *Kaysers Ferdinandi neuer Müntz-Ordnung*, de An. 1559, §. 68: *Dieweil etliche Stände im Reich, in Ihren Landen und Gebieten, hohe Güldenfallen haben, und hiebevor im H. Reich auch Ducaten gemüntzt worden, so mögen die hinfüro im H. Reich auch geschlagen werden, dergestalt, daß sie Sieben und Sechzig schön ausbereite Stück, ein Cöllnisch Marck wiegen, und fein lauter 23 Karat, 8 Grän halten &c.* Quod confirmatur R. I. *Ratisbon.* An. 1576, §. *Und aus sondern vernünfftigen*, 78, verb. *Daß Ducaten zu müntzen, nur denjenigen Ständen, so hohes Gold in Ihrem Lande und Gebiet fallen haben, gebühre, doch*

dergestalt, daß 67 schon außbereite Stück eine Cöllnische Marck wiegen, und lauter fein 23 Karat, 8 Gran halten &c. paucisque interjectis. *Gleicher gestalt soll man auch die Rheinische Goldgülden, (deren zwey und Siebenzig Stück schon außbereit, eine Cöllnische Marck wiegen, und an fein halten, achtzehen Karat, Sechs Gran, das ist, zwölff Loth und sechs Gran,) nicht höher dann umb 75 Creutzer einnehmen &c.* De *Marca argenti* inspiciendus etiam *Mylerus*, in *Additionib. ad Rumelinum, in A. B.* Part. 2, Differt. V, §. 3, p. 574. ubi: *Pro Marca argenti puri, octo Joachimici supputantur &c.* nec non *Lambecius*, lib 2, *Originum Hamburgensium*, ad An. 1225, p. m. 3: *Marca argenti, quam vocamus eine Marck Silbers, continet sedecim semiuncias, quarum qualibet valore aequat dimidium Imperialem, ita, ut una Marca argenti constet Octo Imperialibus &c.*

(*b*) BATZEN &c. Monetam hanc à *Bernensibus*, anno 1500, primum cusam nomen trahere ab *Ursa & Ursi*, (quem *Batzen* vel *Bezen* Helveti vocant,) signo, ei imposito, docent: *Viglius Zuichemus*, in *Repet.* L. 2, n. 106, *Si certum petatur*, ajens: *Nos possumus Bazios, Latine Ursas nominare*; *Tilemannus Friesen*, lib. 4. *des Müntz-Spiegels*, c. 34; *Krullius* l. c. §. 77; *Besoldus* l. c. voc. *Batzen*, pag. 81, ibique *Dietherr*, in Additionib. p. 82. *Wehner*, Observat. Pract. voc. *Müntz*, p. m. 369, verb. *Bazones, Batzen, à Bernensibus primum cusi, anno 1500, Ursi signo. Hodie XV faciunt florenum, unus 4 crucigeros &c. Rudinger, Singular. Observat.* Centur. 3, *Observat.* 70, p. m. 663.

(59) Et ut hæc bonitas (*a*) à Statibus Imperii observetur, singulis annis, Provinciæ Circulus semel, vel bis, per suos Wardinos, (*b*) publice inquirit, *auf den Probation-* (*c*) *und Valvations-* (*d*) *Tægen. R. I. de An. 1559; In der Müntz-Ordnung, §. Und damit, 158* (*e*) *Goldastus dict. Tract. T. 26 & 27.*

NOTÆ.

(*a*) BONITAS &c. Tam intrinseca, quam extrinseca; de quibus præced. §. 58, lit. c.

(*b*) WARDINOS &c. Germ. *Müntz-Probirer*; Lat. *Zygostata*. Vid. *Hahnius*, de *Jure Nummi*, Assert. 4. Definiri autem potest, quod sit *Officialis publicus Circuli alicujus, qui ponderat & probat monetam.* Quomodo proba hæc instituatur, dicam seq. §. 60, lit. a. Mentio horum *Wardinorum* fit, in R. I. *Augustano* An. 1510, §. *Es soll auch &c.* 18; ut & in alio, de An. 1551, §. *Und sollen derowegen*, 40 & seqq. ubi simul eorum officium describitur; nec non, R. I. *Spirens.* An. 1570, §. *was dan oben*, 135, & seq. 136; & R. I. *Ratisbon.* An. 1594, §. *wir ordnen*, 103 &c. In Circulo Saxonico Inferiori quid obtineat, docet *die Nieder-Sächsische Craiß-Probier-Ordnung*, D. d. *Lüneburg, 1568, 30* Januar. Tit. *Gwardiner-Eyd*, ubi: *der Gwardin soll geloben und schweren einen Eyd zu Gott, und auf das H. Evangelion, daß er dieses Edict und Ordnung, so viel Ihn berührt, ſtät und vest halten, die Müntz-Eysen, so die gemacht seynd, zu seinen Handen nehmen, und in keine andere Hände kommen lassen; und da der Müntzmeister derselben Eysen zu gebrauchen nothdürfftig seyn, und die deshalben von ihme gefordert würden, alsdann mit den Müntz-Eysen unverzüglich auf die Müntz kommen, und das Werck, Goldes oder Silber, so der Müntzmeister der Zeit zu pregen bedacht, obbeschriebener massen, aufziehen, wägen, wie viel das sey, aufzeichnen, und darnach die gemelten Eysen, den Müntz- und Schmied-Meistern, auf den Schmieden, die Müntz-Platten damit zu prägen, zu stellen, und so bald dasselbig Werck gepregt, die Eisen wiederumb zu seinen Händen nehmen, und bestes Fleisses verhüten wolle, auf daß mit solchem Eysen anders nicht gehandelt werde, dann was die Ordnung inhelt, und mit sich bringet &c.* Conf. *Budelius*, de *Re numaria*, lib. I. Cap. 26, p. 145, & Cap. 27, pag. 148 &c. *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Zygostata*, p. m. 689; Requiritur igitur in Zygostata (1) ut calleat præscriptam publicis Legibus singularum specierum ligam & pondus, (2) quoties opus, bonitatem intrinsecam, ad gradus, grana, scrupula, examussim extrahere noscat; (3) juxta illam bonitatem intrinsecam, proportionatam cujusque speciei determinet æstimationem. Vid. Dn. *Joh. Scheidlini* Diss. Inaug. de *Conventibus monetalibus S. R. I. trium Superiorum Correspondentium Circulorum, Franconiæ, Bavariæ, Sueviæ.* Præside Illustri Dn. *Wildvogel*, 1707, 31 Aug. Jenæ habita, Sect. 3, §. 32, p. 29.

(*c*) PROBATION &c. De dictis Probationum, agit *Budelius* l. c. Cap. 26, p. 126. Spectat huc laudata modo Dissert. Inaugur. Dn. *Scheidlini*, de *Conventibus Monetalibus*: Recessus hujusmodi Conventus, Circuli scil. Westphalici, sub dato *Cœlln*, 7 Sept. 1680, habetur apud *Lundorpium*, Tom. XI Act. Publ. lib. XII, c. 24, pag. 21.

(*d*) VALVATIONS &c. Deducit vocabuli hujus originem *Hahnius* l. c. Assert. 6, ab antiqua voce Gallica *evalver*, quæ idem ac *æstimare*. *Besoldus* Thesaur. Pract. voc. *Valvation*, pag. 948, ait: *Hæc*

Hac voce denotatur extrinseca bonitas nummi. Nec enim satis est, nimium pondus & characterem publicum, habere, nisi etiam æquo, constanti & certo æstimio, publicitus definitus fuerit. Quippe quod nummus, instar legis, quæ publica & constanti authoritate innititur, ut omnibus rebus venalibus, quarum æstimatio varia est, semper & constanter adæquari, adeoque suum finem adipisci, possit &c. Conf. *Dietherr* in Additionib. ibidem. De æstimatione monetæ, late agit *Auer*, de *Jure monet.* c. 12, § 55 &c. Plura de *Valvatione monetarum Imperii*, in R.I. *Augustano*, An. 1551, §. *Nemblich, als sich bißhero &c.* 36, & seqq. ad 46. Add. *Ferdinandi neue Müntz-Ordnung*, de An. 1559, §. 2 & seqq.

(*e*) 158 &c. Rectius 157, ibi: *So soll einem jeden Kreyß, oder Zirck, des H. Reichs, durch die Müntzgenossen verordnet werden, daß alle und jedes Jahrs besonders, zweymahl gemeine Probation-Täg, und Rechtfertigung der gemeinen Reichs-Müntzen, gehalten werden. Doch, wo die Kreyß-Stände befinden, daß unvonnöthen wäre zween Probations-Täge zu halten, welches zu derselben Erkanntnüß zu stellen, so soll auf das wenigst ein Probation-Tag jährlich gehalten werden &c.* & §. *wir wollen auch*, 158: *die Erste Probation, auf den 1 Tag Maji - - - - und die Ander, auf den 1 Octobris - - - - gehalten werden &c.* Add. R. I. *Augustanus*, An. 1566, §. *wiewohl dann, auch &c.* 170: *daß jedes Jahr, in den Reichs Krayßen, zween Probation-Täg, einer auf den Ersten Maji, der Ander, den Ersten Octobris, gehalten werden sollen &c.* R. I. *Spirens.* An. 1570, §. *Sintemahl auch zu Handhabung*, 137, verb. *Sintemahl auch, zu Handhabung Unserer Müntz-Ordnung, kein besser Mittel, als daß die gebottene beyde Probation-Täge, jedes Jahrs, am 1 Maji, und am 1 Octobris, in den Craisen fleiff gehalten - - - - werden &c.* & §. 138: *Als wollen wir nochmahln einem jeden Creyß, und darinn gesessenen Müntz-Genossen, hiemit gebotten und befohlen (haben) jedes Jahr, beyde in Unserm Edict angesetzte Probation-Täge, wie sich gebührt, mit sonderm Fleißzu besuchen &c.* Conf. R. I. *Ratisbon.* An. 1576, §. *Setzen also demnach &c.* 69, ibi: *daß in allen und jeden Creyßen die beyde bestimmte Probation-Täge, jährlichs, durch die Müntz-Stände besucht &c.*

(60) Si Moneta reproba, (*a*) & contra Leges Imperii cusa, reperiatur, Princeps, vel alius Status Imperii, quinquaginta libras auri puri pendere tenetur. *R. I. de An. 1559, §. Hierauf setzen*, 31; præter indignationem Imperatoris, in quam incurrit, adeo, ut etiam amissione Juris cudendæ monetæ, *mit Verlust (b) der Müntz-Freyheit*, puniri possit. Vide, quæ supra diximus, de Juribus soli Imperatori propriis.

NOTÆ.

(*a*) REPROBA &c. De *Proba monetæ*, scribit *Hoffmannus, im Müntz-Schlüssel*, Quæst. 25, pag. 56: *Proba ist ein künstlich-befindliche Erfahrung des Korns, oder feines, im Strich, oder auf der Cappeln, in dem Probier-Offen, dadurch man nicht allein eines jeden Wercks, Posten, oder Stückes, Goldes oder Silbers, innerlichen Halt; sondern, ob auch alle, so wohl einheimisch- als frembde Müntzen, welche nicht nur in Teutschland, oder, auf dem Reichs-Boden, sondern auch in frembden Königreichen und Ländern, geschlagen, und mit Ertz- oder Kupffer, legiert sind, derselben gewisse Massa und Wage, ob solche, nach Ordnung und Gesetze des Röm. Kaysers, oder sonsten des berechtigten Müntz-Herrns, sich conformire? auch was sie an feinem Gold und Silber, nebens der Mixtur, oder Zusatz, und Schwäre, halte? erforschen, erfahren und wissen kan &c.* Hinc *Martinus Garratus*, Tract. de *Monetis*, §. 9, exponens tres modos, quibus moneta *reprobari* queat, puta: in materia, pondere & cursu: *In Materia, ut quia non est argentea bona, vel materia aurea, ut consuevit; in Pondere, quia non in tanto pondere, ut consuevit; in Cursu, quia non currit, ut consuevit, quia est majoris æstimationis &c.* Pertinet huc *Theodorici* Regis Constitutio de *Moneta*, præced. Tit. 4, §. 4, lit. c. Non minus ac dicterium *Philippi*, Hassiæ Landgravii: *Man soll einen Fürsten kennen (1) bey reiner Strassen, (2) Guter Müntz, (3) und Haltung beschehener Zusag.* Vid. *Kitzel* de *Jur. Monetar.* Class. I. Theor. I. pag. 9. Ejusdem ponderis sunt verba *Reinhardi*, Com. *Solmensis*, *in Beschreibung des Adels Ursprungs*, apud Ampliss. Dn. *Burgermeisterum*, Vol. 1 *Bibliotheca Equestris*, pag. 361, ubi requisita boni Principis examinantur: *Zum Fünfften, soll Er eine beständige gute und gerechte Müntz schlagen und haben; denn sie ist sein Glaub; und stehet sein Nahmen, Wappen und Siegel, darauf, gleich wie auf einem Brief, als eine gerechte gute Wahr &c.* conf. *Kitzel* l. c. p. 20. Excipiendi tamen necessitatis casus, quando v. g. durante Viennensi obsidio, An. 1529, *plumbei* cusi nummi; vid. *Matthiæ Theatr. Histor.* in *Carolo V*; vel, tempore obsessæ *Bredæ*, an. 1625, ex *corio*; teste *Bisotte*, Tom. I *de l'Histoire Metallique de la Republique de Hollande*, pag. 157. De moneta *Suecorum cuprea*, hic sermo non est, cum perpetuus ejus in isto Regno usus; nec de *chartacea*, quæ, paucis abhinc annis, in Gallia & Dania, sontibus ex causis, aliquamdiu, non

non levi licet subditorum damno, valuit, cum jam abolita sit.

(*b*) MIT VERLUST &c. De pœna hac, vid. *Caroli V, Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung*, præced. *§*. 57, lit. b. Conf. *Kaysers Ferdinandi I neue Müntz-Ordnung*, de An. 1559, §. *Wir ordnen, setzen*, 170; R. I. *Augustan.* 1566, §. *Wir ordnen und wollen*, 168; R. I. *Spirens.* An. 1570, §. *Da aber jemand*, 127; *Capitulat. Leopoldi*, Art. 34, *Capitul. Josephi*, Art. 33, & *Caroli VI*, Art IX, verbis præced. Tit. 4, *§*. 4, lit. d, occurrentibus. Add. *Schütz*, Vol. I *Jur. Publ.* Exerc. 4, *θ*. 24, lit. H. p. 288.

(61) Et ut hæc eo exactius curentur, prohibitum etiam est Imperii Statibus, jus hoc vendere, locare, (*a*) cedere, oppignorare; *die Stampffel verleihen*, *verkauffen &c.* nisi jure suo cadere velit. *R. I. de An.* 1551, §. *So haben wir*, 46. Status enim ex hoc Regali lucrum non captent, quia illud ipsis, non proprii lucri causa, sed in Reipublicæ utilitatem, Imperii ac ipsius Status honorem, concessum est; ut dicit Imperator: *Die Müntz-Gerechtigkeit ist keine Mercantz, sondern Unser Kayserl. Regal, so die Müntz-Stande, aus Unserm sondern Vertrauen, zu nicht ihrem selbst gesuchten Vortheil, brauchen sollen &c. R. I. de An.* 1470, (*b*) §. *Als dann auch*, 132. Ex hisce enim locationibus, Imperium grave damnum passurum esset; *dict. Rec. de An.* 1570, §. *Ferner*, (*c*) ibi: *daß der gemeine Nutz hiedurch in Fall kommet &c.*

NOTÆ.

(*a*) LOCARE &c. Vid. præced. Tit. 4, §. 4, lit. d, v. 8. Reges tamen Bohemiæ, ex privilegio, id posse, ferunt; pariter ac Austriæ Archiduces, ob verba Diplomatis *Friderici I* Imp. sub dato *Ratisbonæ*, 1156, 15 Kal. Octob. *Henrico* Austriaco concessi, præced. Lib. I, Tit. XVI, *§*. 9, lit. a, p. 18, v. 8: *Quicquid Dux Austriæ in Terris suis, seu districtibus suis, fecerit, vel statuerit, hoc Imperator, neque alia Potentia, modis seu viis quibuscunque, non debet in aliud, quoquo modo imposterum commutare &c.* Quæ, in Confirmatione *Rudolphi II*, sub dato *Prag*, 1599, ult. die Julii, sic se habent: *was der Hertzog zu Oesterreich in Seinen Landen und Gebiethen thut, oder auffetzt, das soll weder Kayser, noch andere Gewalt, hernach nicht verändern &c.* Num Privilegia valeant in præjudicium utilitatis publicæ? videbimus seq. §. 68.

(*b*) AN. 1470 &c. Rectius 1570.

(*c*) FERNER &c. Forte *Ferdinandi I neue Müntz-Ordnung*, An. 1559, *§*. *Ferner als sich*, 174, verbis præced. Tit. 4, §. 4, lit. d, v. 8 occurrentibus.

(62) Præter curam, quæ Circulis incumbit, ipsi etiam Status cavere debent, ne moneta falsa in Eorum Territorium inducatur: *daß keine falsche Müntze einschleiche*; sed monetas reprobas, ac, contra Imperii Legem, cusas, Territorio suo, Monetalibus Edictis, abigant; (*a*) *R. I. de An.* 1594, §. *darneben*; *R. I.* 1603, §. *Und will fast allweg.*

NOTA.

(*a*) ABIGANT &c. Spectat huc etiam *Kaysers Ferdinandi neue Müntz-Ordnung*, An. 1559, §. *Wir ordnen &c.* 32. *§*. *Und nachdem*; 50, & seqq. *§*. *wann nun solche*; 71. R. I. *Augustan.* An. 1566, *§*. *Nachdem dann*, 165. R. I. *Spirens.* 1570, §. *wir setzen*, 141; & *§*. *damit man nun*, 145.

(63) Quia Status habent potestatem Statutum condendi, interpretandi, & illud omnino abrogandi; ergo etiam habent potestatem Statutum limitandi & excipiendi à Statuto; & sic potestatem Privilegia concedendi. (*a*) Quid enim aliud est Privilegium, (*b*) quam Exceptio à Lege? (*c*) Unde etiam interdum Jus singulare (*d*) dicitur.

NOTÆ.

(*a*) CONCEDENDI &c. Inter *Regalia Gratiæ*, merito Juri concedendi Privilegia primus tribuitur locus; pari ratione, ac inter *Regalia Justitiæ*, jus ferendi Leges primum locum occupat. Utrumque ad Jus nomotheticum pertinet. Consulendi hic: *Georgius Acacius L. B. Enenckel*, Tract. de *Privilegiis &c.* *Reyger*, in *Thesauro Juris*, Tit. *de Privilegiis*, p. m. 1178 &c. *Joh. Bechtold*, *Thesaur. Jurisprudentiæ*, ex Axiomatibus *Augustini Barbosæ*, & *Joh. Ottonis Taboris*, aliorumque analectis, concinnato, Lib.

XIV,

XIV, Cap. 83, *de Privilegio*, p. m. 390 &c. *Besoldus*, in *Thesauro Practico Adaucto*, voc. *Privilegien*, p. m. 768, ibique *Dietherr*, in Addit. Idem, in Diss. de *Regalibus* Cap I; *Dietherr*, in *Continuatione dicti Thesauri*, voc. *Privilegien*, pag. 481 &c. *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, p. m. 447 &c. *Heiderus*, in *Fundamentis discursus, von den Reichs-Vogtheyen*, lit. e e e e & seqq. pag. 104 &c. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. I, Cap. VI, §. 3, pag. 106; & Part. 2, Cap. 2, §. 1, pag. 263, & §. 13, p. 269; *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, §. 64, pag. 294; & lib. V, Cap. 3, §. 48 & seqq. p. 1068 &c. *Reinkingius*, *de Regimine Seculari & Ecclef.* lib. 2, Class. 2, Cap. VIII, §. 23 &c. pag. 901. *Paurmeister*, de *Jurisdictione*, passim; v. g. Lib. I. Cap. VI, §. 20 &c. p. 110 &c. & Cap. XXIII, §. 40 &c. p. 266 &c. & Lib. 2, Cap. 4, §. 60, p. 571 &c. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. I, Cap. 5 & 6 &c. pag. 116 & seqq. *Textor*, *Jur. Publ.* Tit. XIII, §. 123 & seqq. pag. 562 &c. *Wachmannus*, Diss. de *Privilegiis*, laudatus Dn. *Schützio*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 21, lit. a, p. 404; Ipse *Schützius* l. c. Vol. 2, Exercit. VIII, §. 2 &c. pag. 455; *Henscherum*, de *Privilegiis*, simul commendans; *Rumelinus* in A. B. Part. 2, Dissert. IV, ibique *Mylerus* in Notis; pag. 509, ad 532; *Conringius*, Diss. de *Privilegiis, recte conferendis, & revocandis*, An. 1678, mens. Febr. Resp. Dn. *Philippo Ottone Gerckem*, Helmstadii habita; Dn. *Christianus Henricus Bauer*, Francof. Inaug. de *Privilegiis titulo oneroso quaesitis*, Praeside Ill. *Stryckio*, An. 1704, 22 Aug. Halae ventilata; *Strauchius*, Diss. de *Privilegiis*, Jenae, 1670; Ill. Dn. *Böhmer*, *Introduct. in Jus Publicum Universale*, Part. spec. Lib. 2, Cap. 3, §. 56 &c. pag. 428 &c. Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. I, Cap. X, pag. 379 &c. Interpretes Juris Publici reliqui. Ill. *Nitschius*, Commentar. *in Capitulationem Josephi*, Art. 3, Cap I, §. 3 &c. pag. 175 &c. Interpretes Juris Civilis, ad Lib. I ff. Tit. 4, de *Constitutionibus Principum*; nec non ad Lib. I C. Tit. 14, de *Legibus & Constitutionibus Principum*.

(*b*) PRIVILEGIUM &c. Vel, Privilegium est Peculiaris Constitutio Principis, seu summi Magistratus, in favorem certae rei, vel personae, contra, vel praeter, Jus commune, seu Consuetudinem, lata. Vid. *Grotius* de J. B. & P. lib. 2. Cap. 18, §. 4, v. 4. *Conringius* l. c. Cap. I, §. 2, *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 2, Lib. I, Tit. 4, § 26, pag. 56 & 57; *Sixtinus* de *Regalib.* lib. 2, Cap. 14; §. 39, p. m. 269; *Paurmeister*, l. c. Lib. I, Cap. VI, §. 20, p. 110; Dn. *Nitschius* l. c. pag. 175, v. 13.

(*c*) EXCEPTIO A LEGE &c. Privilegium hinc idem ac *priva Lex*, id est, Jus, *privis*, seu *privatis*, *singulis* aut *specialibus*, datum. Nobis enim *singula* vocari, quae Veteres *priva* dixerunt, testatur *Aulus Gellius* (in antiquissimis Prisciani Codicibus, legi *Agellium*, auctor est *Casparus Barthius*, in *Adversariorum* Lib. XXXV, 7) in *Noctibus Atticis*, Lib. X, Cap. 20; Conf. *Isidorus*, Lib. XVIII *Etymologiarum*; *Reyger*, cit. *Thesaur.* l. c. pag. 1178, §. 382; *Besoldus*, de *Majestate*, f. 149; & in *Thesauro Practico Audacto*, voc. *Privilegien*, p. 768; Ill. *Schützius* l. c. Vol. 2, Exercit. VIII, §. 2, lit. a, pag. 455; *Reinkingius*, de *Regim. Secul. & Eccles.* cit. Lib. 2, Class. 2, Cap. VIII, §. 45 & 46, p. 904; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XII, p. m. 451; *Budaeus*, in *Annotat. ad Pandectas*, ad L. 7, *Legis virtus*, ff. de *Legibus*; Dn. *Nitschius* l. c. Art. 3, Cap. I, §. 3, v. 17, pag. 176.

(*d*) JUS SINGULARE &c. v. g. L. 16 ff. de *Legib.* Conf. Ill. *Schützius* l. c. pag. 456; *Besoldus*, Dissert. de *Regalibus*, Cap. I, §. 4. Quandoque; *Constitutio personalis*, ut § 6. Instit. de J. N. G & *Civili*. Vid. *Schütz* l. c. *Lex privata*; sic *Cicero*, Orat. XXIX, *pro domo sua*, §. 43: *Vetant Leges sacratae, vetant XII Tabulae, Leges privatis hominibus irrogari, id est enim Privilegium.* Add. idem, Lib. 3 de *Legibus*, §. 44; & *Gratianus*, *Distinct. III*, Cap. 3, *Quid sit Privilegium? Privilegia sunt Leges Privatorum, quasi privatae Leges. Nam Privilegium inde dictum est, quod in privato feratur &c.* *Schützius* l. c. It. *Praerogativa*; L. ult. C. de *Fructibus & Litium expensis*.

(64) Privilegium, vel Personale (*a*) est, quod intuitu Personae datur; vel Reale, (*b*) quod propter rem datur, eamque concomitatur, ac tamdiu durat, quam res ipsa subsistit.

NOTAE.

(*a*) PERSONALE &c. Distinctio *Privilegii* in *Personale* & *Reale*, fundatur L. 68, & L. 196 ff. de *Regulis Juris*; nec non L. 1, ff. de *Jure immunitatis*. Dicitur autem *Personale*, quod principaliter & immediate *Personae* adhaereat, & ad specialem ejus utilitatem referatur, ita, ut regulariter neque ad heredem, neque ad emptorem, neque ad tertium alium, transeat, sed cum *persona*, cui concessum, extinguatur. L. 196 de R. I. L. 1, §. 2, ff. de *Constitutionibus Principum*, L. 42, ff. de *Administratione & Periculo Tutorum*; L. 14. ff. de *Testamentaria Tutela*; Add. *Franzkius*, Comment. ad ff, ad Lib. I, Tit. 4, de *Constitutionibus Principum*, n. 37 & 38; *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 44, pag. 369; *Sixtinus de Regalibus*,

Lib. 2, c. VI, *§*. 138, pag. 117; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 2, lib. I, Tit. 4, *§*. 29, p. 57; *Gailius*, lib. 2, Observat. 2, §. 13 &c. pag. 279; *Schützius*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. 2, lit. h, pag. 457. *Reyger* l. c. & §. 396, pag. 1181; *Gothofredus*, in Not. ad L. 2 C. de *Legib. & Constitutionib. Principum*, lit. c, verb. *Personalia* (Privilegia) *suum individuum non egrediuntur &c. Bechtoldus* l. c. lib. XIV, Cap. 83, Axiom. 27, p. 400; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, *§*. 8, pag. 453; *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. XVI, §. 57, pag. 335; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XII, pag. 452; *Carolus Tapia*, in Comment. ad L. fin. ff. de *Constitut. Princip.* Cap. 3, Part. 2, n. 19 &c. limitationes nonnullas affert, de quibus etiam consulas *Gailium* l. c. *§*. 13 & 15, pag. 279; & *Struvium* l. c. add. seq. §. 69, lit. e, & seqq.

(*b*) REALE &c. Privilegium *Reale* est, quod, ex ratione, singulari causæ, vel rei, tribuitur, eum in finem, ut, ob istam causam, vel rem, persona, cui datum, singulari fruatur Jure. Et tale Privilegium transit in quemlibet, causæ istius vel rei legitimum possessorem. Arg. L. 196 ff. de R. I. Vid. *Struvius* l. c. *§*. 28, p. 57. *Schützius* l. c. lit. i, pag. 457 & 458; *Frantzkius* l. c. *§*. 37; *Otto* l. c. *Nitzschius* l. c. §. 3, v. 14, pag. 175; Dn. *Schweder* l. c. *§*. 2, pag. 379.

(65) In dubio, Privilegium potius (*a*) Personale, quam reale, esse censetur. Cum enim Privilegium, sui natura, sit contra, vel præter, Jus commune, ideo quam strictissime (*b*) intelligendum est. *Klockius, de Contributionib. Cap. XVI, Sect. I, §. 51.*

NOTÆ.

(*a*) POTIUS &c. Ita censent: *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 3, pag. 449, unde hic locus desumptus videtur. *Gailius*, Lib. 2, *Observat.* 2, §. 14, pag. 279; *Decianus*, Vol. 2, Consil. 83, in princ. *Reyger*, l. c. pag. 1178, §. 383; *Klockius*, de *Contribut.* Cap. XVI, §. 51, pag. 334; *Reinking*, l. c. *§*. 3. v. 32, p. m. 902; Alii. Distinguendum autem: Utrum Privilegium ex mera concedentis gratia profluat? an ex contractu, seu titulo oneroso? priori casu, *personale*, esse censetur, proinde regulariter ad heredes non transitorium; posteriori *reale*, sicque ad heredes transitorium; per ea, quæ tradunt: Dn. *Schützius*, l. c. lit. I, pag. 458; Dn. *Schweder* l. c. §. 2, pag. 380; Dn. *Böhmer* l. c. *§*. 60, lit. e, p. 431.

(*b*) STRICTISSIME &c. Privilegia ad aliud, quam ad ea, quæ iis continentur, extendi non posse; consequenter stricte esse accipienda, fuse probat *Bechtoldus* l. c. Axiom. I, p. 390 & 391; Conf. *Klockius*, T. I Consil. VII, §. 1034 &c. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 1, §. 4, p. 264. Id autem intelligendum saltem de Privilegiis Juri communi, vel Tertii, derogatoriis, docet *Scharschmidius* l. c. pag. 459, conf. *Reinkingius* l. c. *§*. 7, v. 36 & 37, pag. 903; Hinc, in dubio, immunitatis quoque Privilegium personale censetur, nec ad heredes transitorium. *Gailius* l. c. *§*. 14, pag. 279. Vid. tamen seq. *§*. 69. Quomodo Privilegia latissime veniant interpretanda, vid. seq. *§*. 68, lit. d.

(66) Omnia Privilegia iterum sunt vel precaria, (*a*) quæ ex mera Principis gratia, voluntate & beneplacito, profluunt, eaque vocantur Gratiosa, (*b*) *Carolus Tapia*, *de Constit. Princip. Part. 2, Cap. 3, §. 6*; Vel Conventionalia, quæ vim contractus habent; utpote tempore Fœderis acquisita; qualia sunt ista, quæ, in ultimo Fœdere inter Regem *Galliæ*, & inter Status septem Provinciarum Belgii Unitarum, ab utraque parte Subditis ipsorum, in utriusque Territorio, ratione Commerciorum, conceduntur; Item ea, quæ pecunia, (*c*) vel alio titulo oneroso, (*d*) acquiruntur. Quo referenda etiam sunt Privilegia remuneratoria. (*e*) *Myler, in Nomol. c. 2. § 15.* Vel sunt jurata, ac vim juramenti habent, quo fuerunt confirmata (*f*) *Enenckel, de Privilegiis, Lib. I, Cap. 4.*

NOTÆ.

(*a*) PRECARIA &c. Locum parallelum suppeditat *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, *§*. 4, pag. 450, dividundo Privilegia, in *Gratiosa, Conventionalia*, & *Jurata*. Conf. Dn. *Schweder* l. c. §. 3, pag. 380 & 381.

(*b*) GRATIOSA &c. Vocantur *Gratiosa*, quia ex mera gratia concedentis fluunt; ad differentiam onerosorum, vel conventionalium.

(*c*) PECUNIA &c. Si, mediante pecunia, seu pretio convento, solutoque, Privilegium concedatur, inter Conventionalia illud referendum esse, & proinde à concedente, ejusve herede, aut successore,

revocari

revocari non posse, utpote ad acquirentis posteros transiens, communis doctorum sententia est. Nec refert, utrum Privilegium datum sit subdito, an extraneo? cum utroque casu concedens ad servandum contractum obstringatur, eo quod in Contractibus vel ipsa Natura æquitatem imperet, vid. *Hugo Grotius*, de *Jure Belli & Pacis*, lib 2, Cap. 14, §. VI, v. 1 & seqq. p. m. 261 & 262; hinc Superior, cum subdito transigens, non aliter consideratur, quam talis, qui ordinariis Contractuum regulis per omnia stare tenetur, id est, quam privatus. Nisi enim hoc esset, quænam fides Magistratibus foret habenda? optime *Bodinus*, de *Republica*, lib. I, Cap. VIII, §. 99 & 100, p. m. 156: *His ita constitutis, sequitur: Principem Summum pactis conventis, æque ac Privatos, obligari: sive cum Exteris, sive cum Civibus, contraxerit. Cum enim Princeps mutuæ fidei inter Privatos, ac Legum omnium vindex sit; quanto magis datam à se fidem, ac promissa, servare tenetur? quod certe Curia Parisiorum, gravi oratione ad Carolum IX Regem, An. 1563, mense Martio, satis indicavit, cum negaret, à Pactis conventis cum Collegio Pontificum, sine ipsorum consensu, Regi discedere licere; hac subjecta ratione: Quod Jus unicuique tribuere tenetur.* Mox subjiciens: *Mihi succurrit Alexandri JCti Responsum* (Consil. 97, lib. 3, §. 13) *plane divinum, quodque literis aureis præ foribus Principum inscribi decuisset, scilicet, inter ea, quæ casu quodam improviso accidunt, censeri; si Princeps à Pactis conventis discedat; neque id in conjecturam venire; quia duplex est obligatio, altera quidem naturalis: quid enim tam naturæ consentaneum, quam justa promissa servare? altera, propter Principis dignitatem; quæ agitur in fide servanda, etiam cum sui detrimento; cum violatæ fidei omnibus ultor ac vindex esse debeat, nec à Principe crimen perfidiæ gravius admitti possit.* Paucisque interjectis: *Ex quibus intelligitur, labi & errare Pontificii Juris Interpretes* (Panormitanus, Butrio, Imola, aliique, in margine citantur) *qui negant, Principem suis Conventionibus, non alia, quam naturali obligatione, teneri, propterea, quod obligatio Juris Civilis propria sit: qui error eripiendus est; cui enim dubium esse possit, quin obligatio ejusdem sit naturæ, atque conventio? igitur, si Conventio naturalis est, ac Gentium omnium communis; obligationes quoque & Actiones, ejusdem esse naturæ, consequens est. At nulla fere Conventio, nulla obligatio, cogitari potest, quæ non sit naturæ, & Gentium omnium communis. Demus tam aliquot esse Pacta conventa, quæ à Legibus Civitatis cujusque manant; quis negare audeat: Principem Civilibus Pactis, ac stipulationibus, arctius obligari, quam Privatos? atque ita obligari, ut ne summa quidem potestate, quam habet, iis derogare possit? - - - Quid mirum, cum Deus Ipse suis promissis teneatur &c.* Eandem sententiam comprobant: *Baldus*, in L. *Princeps*; de *Legibus*, & *Decius*, Consil. X, §. 22; & Consil. 404, §. 8, ad quos, aliosque, *Bodinus* l. c. pag. 157, in margine, lit. c, provocat; quibus jungi merentur: *Rolandus*, Vol. 2, Consil. 66, & Vol. 3, Consil. 13; *Gailius*, lib. 2, *Observat.* 55, §. 7, p. 394; *Richter*, Part. I, *Decis.* 4, §. 43, p. m. 53, cum allegatis; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XVI, §. 172, pag. 345, & §. 190, pag. 346 & 347, cum allegatis; *Reyger*, *Thesaur. Juris*, Tit. de *Privilegiis*, §. 396, p. 1182; *Sixtinus*, de *Regalibus* lib. I Cap. V, §. 61, p. m. 175; *Reinking*, l. c. lib. 2, Class. 2, Cap. VIII, § 3, v. 26, pag. 901; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. 8, pag. 189 & 190; *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. V, Cap. 3, §. 59 & 60, pag. 1058; *Rumelinus*, in *Auream Bullam*, Part. 2, Diss. 4, §. 10, pag. 523; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 3, Sect. XIV, § 9 & seqq. pag. 94; *Mylerus* l. c. & in *Nomolog.* C. 2, §. 3, pag. 13; *Textor*, *Jur. Publ.* Tit. XIII, §. 124, pag. 562; *Schützius* l. c. *Conringius*, de *Privilegiis*, Cap. 2, §. 53 & 54; *Zieglerus*, de *Jurib. Majestat.* Lib. 4, Cap. 4, §. 21; *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* Lib. 2, Tit. VII, §. 4, pag. 400; Dn. *Buddeus*, *Element. Philosoph. Pract.* Cap. 4, Sect. 7, §. 9; Ill. *Bœhmer* l. c. §. 59, lit. d, pag. 431, & §. 63, lit. I, pag. 435 &c. Dn. *Schweder* l. c. pag. 381; Dn. *Martinus Schrader*, Tr. de *Sententiis Principum*, Cap. V, §. 4 & 5, pag. 55 & 56; Dn. *Gottlieb Sigismundus Baussius*, Diss. Inaug. de *Potestate Imperatoris alienandi Bona Imperii*, Præside Dn. *Lynckero*, An. 1695, habita, Cap. 2, §. 4, pag. 17.

(*d*) ONEROSO &c. Eandem ob rationem; nisi specialiter inter transigentes de alio convenerit. Vid. Auctores citati.

(*e*) REMUNERATORIA &c. Quod enim in vim præmii, vel compensationem meritorum, seu servitiorum, conceditur, ejusdem cum parata pecunia naturæ esse judicatur; proinde vel permutationis, vel emptionis venditionis, innominative Contractus: *Facio, ut facias*, aut *Facio, ut des*, obligationem secum trahit. Vid. *Richter* l. c. §. 45; *Knipschild* l. c. reliquique fere omnes, lit. c. nominati.

(*f*) CONFIRMATA &c. Trahendæ huc juratæ Confirmationes Privilegiorum Statuum Imperii, in Capitulationibus Cæsareis, v. g. *Leopoldi*, Art. 3; *Josephi*, Art. 3, & *Caroli VI*, Art. 1 & 3. Conf. *Sixtinus* l. c. lib. I, Cap. VI, §. 11, p. 178; *Textor* l. c. §. 130, pag. 563; *Knipschild* l. c. §. 62, pag. 1058.

(67) Privilegii obſcuri interpretatio, vel eſt expreſſa, quæ penes ſolum Principem eſt; (*a*) vel tacita, quam quilibet Judex, (*b*) ex natura Privilegii, & negotii æquitate, deſumit. *Turov. apud Fritſchium, Cap. V*, §. 26.

NOTÆ.

(*a*) PRINCIPEM &c. Quilibet enim optimus verborum ſuorum Interpres. Omnino igitur tenendum, eum, qui privilegium concedit, verba ſua optime interpretari poſſe; cum aliter intelligenda Privilegia non ſint, quam ipſorum auctor ea intelligit; juxta C. *Dilecti Filii*, VIII, X, de *Decimis*. L. 43, ff. de *Vulgari & pupillari ſubſtitutione*: verb. *Beneficia principalia ipſi Principes ſolent interpretari &c.* L. 191, fin. ff. de R. I & L. fin. C. de *Legibus*. Et interpretatio Principis vim Legis habet; arg. Nov. 138; Conf. *Gothofredus*, in Notis, ad L. 43 ff. *de Vulgari & pupillari Subſtitutione*, lit. Z. *Bechtoldus* cit. Lib. XIV Axiomatum, Cap. 83, Axiom. VI, pag. 392 & 393; *Reinking* l. c. lib. 2, Claſſ. 2, Cap. 8, §. 8, v. 40, p. 903. *Reyger* l. c. §. 391, p. 1180; *Gylman*, 2 Deciſ. 54; *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 5, pag. 451; *Limnæus*, ad Art. 23 *Capitulat. Matthiæ vor niemand anders*, pag. 564; Dn. *Bœhmer* l. c. §. 60, lit. e, pag. 432; Dn. *Schweder* l. c. Part. ſpec. Sect. I, Cap. X, §. 5, p. 384; Exceptio eſt, ubi, ad interpretationem, Statuum quoque ſuffragia deſiderantur. vid. Art. VIII *Inſtr. Pac. Weſtphal.* §. 2 *Gaudeant*.

(*b*) JUDEX &c. Eadem profert *Mylerus* l. c. §. 6, pag. 451; ſed nec *doctrinalis* interpretatio hic excludenda eſt, præſertim ſi Privilegii auctor non amplius in vivis ſit, mentemque ſuam ipſemet declarare nequeat. Vid. Conſultiſſ. Dn. *Bœhmer* l. c.

(68) In omni Privilegii interpretatione, hæ clauſulæ regulariter inſunt: (1) Salvo Jure (*a*) tertii; ne in alterius damnum extendantur; (2) Si preces veritate nitantur (*b*) (3) Rebus ſic ſtantibus, ac in eodem ſtatu manentibus, (*c*) (4) Quoad Principem latiſſime, (*d*) Quoad tertium ſtrictiſſime, (*e*) ſunt interpretanda. *L. fin. C. de Conſtit. Princ. L. 1. ff. Ad Municip. Anton. Faber I. c. 2. def. 22.*

NOTÆ.

(*a*) SALVO JURE &c. De clauſulis his in genere, legas *Mylerum* l. c. §. 6, pag. 451 & 452. De hac ſpeciali, fidem facit L. 2 ff. *Ne quid in loco publico &c.* Lib. 43, Tit. 8; §. 10, verb. *Quotiens aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut, ſine injuria cujusquam, fiat &c.* & §. 16: *Si quis à Principe ſimpliciter impetraverit: Ut in publico loco ædificet; non eſt credendus ſic ædificare, ut cum incommodo alicujus id fiat, neque ſic conceditur &c.* nec non L. 4 C. de *Emancipationibus Liberorum*, verb. *Nec in cujusquam injuriam beneficia tribuere, moris eſt noſtri &c.* pariter ac L. 7 C. de *Precibus Imperatori offerendis*, ibi: *Reſcripta, contra jus elicita, ab omnibus Judicibus refutari præcipimus, niſi forte ſit aliquid, quod non lædat alium, & proſit petenti &c.* add. L. 43, *Ex facto*, ff. *de Vulgari & pupillari Subſtitutione &c.* & C. *Quamvis*, VIII, de *Reſcriptis*, in VI, lib. I, Tit. 3; in fin. *Cum talis reſtitutio, ubi aliud non exprimitur, intelligatur fieri, ſine juris præjudicio alieni &c.* C. *Paſtoralis Officii*, XIX, *Extra*, de *Privilegiis*, Lib. V, Tit 33, & C. *In his*, XXX, eod. Idem docent: *Jaſon*, in L. fin. §. 20, ff. de *Conſtitut. Princip. Gailius*, Lib. 2, *Obſervat.* I, §. 14, pag. 275, & *Obſervat.* 142, §. 10, pag. 585; *Mynſinger*, Centur. 4, Obſervat. VIII, §. 5, pag. 227; *Gothofredus*, in L. 3 ff. de *Conſtitutionib. Principum*, lit. k; *Maſcardus*, de *Probationibus*, Vol. 3, Concluſ. 1244, §. 9, pag. m. 679; *Weſenbecius*, Part. I, Conſ. 45, §. 42, 43 & 44; *Schrader*, de *Feudis*, Part. 4, Cap. I, §. 31, pag. 65, & Part. 5, Cap. 2, §. 47, pag. 88, poſteriori loco docens, Clauſulam hanc in Inveſtituris ſemper ſubintelligi, etiamſi omiſſa fuerit; *Gylman*, *Symphorem*. Tom. 2, Part. I, Vot. I, §. 21 & ſeqq. pag. 25; *Reinking* l. c. Lib. 2, Claſſ. 2, Cap. 8, §. 7, v. 37 &c. pag. 903; *Bechtoldus* l. c. Axiom. 7, pag. 393; & Axiom. 16, pag. 396; Illuſtr. *Schützius* l. c. Vol. 2, Exercit. VIII, §. 2, lit. i, pag. 458. & §. 4, lit. L, pag. 465; *Reyger* cit. *Theſaur. Juris*, Tit. de *Privilegiis*, §. 399, pag. 1182 & 1183; *Mylerus* l. c. *Omnia ſiquidem Privilegia, ſine præjudicio Tertii concedenda, & conceſſa intelligenda ſunt*: Vid. *Gailius*, cit. Lib. 2, Obſerv. 1, §. 14, pag. 275; *nec ulla in alterius injuriam conceſſa putantur*; *Rittershuſ.* in *Novell.* pag. 561, §. 24, & pag. 562, §. 28; *Dietherr*, ad *Beſoldi Theſaurum adauctum*, voc. *Privilegien*, pag. 769; & licet hujusmodi Privilegium detur, tamen nemini præjudicare poteſt, cum perinde habendum ſit, ac ſi datum non eſſet; *Bechtoldus* l. c. Axiom. 16, p. 396; Princeps enim nunquam intelligitur velle tollere jus alteri quæſitum; *Gylman* l. c. §. 25; nec Camera Imperialis aliter Privilegiorum inſinuationem recipit, quam *ſalvo Jure Imperii & Tertii*; *Reinking* l. c. v. 38;

v. 38; nec attendit Judex Privilegium, in præjudicium tertii, pendente lite, nulla litis mentione facta, impetratum; sed procedit, ac si illud nunquam impetratum foret. *Bechtoldus* l. c. Axiom. 7, pag. 393. secus fit in Privilegiis, urgente publica necessitate Reipublicæ concessis; quia saluti publicæ privatum commodum cedit; per ea, quæ *Gailius*, Lib. 2, *Observ.* 56, pag. 396 &c. hanc in rem profert; add. *Schützius* l. c. §. 4, lit. L. pag. 465; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 2, §. 7, p. 28, p. 266.

(*b*) VERITATE NITANTUR &c. Arg. L. 7. C. de *Diversis Rescriptis*, ibi: *Universa Rescripta* ---- *sub ea conditione proferri præcipimus*: *si Preces veritate nitantur &c.* & Lib. I. *Decretalium*, Tit. 3, de *Rescriptis*, Cap. *Ex parte*, 2, §. *Verum quoniam*; verb. *In hujusmodi literis intelligenda est hæc conditio, etiamsi non apponatur*: *Si preces veritate nitantur &c.* Conf. *Gailius* Lib. I, *Observat.* 14, §. 1 & 2, pag. 28; *Rauchbar*, Part. 2. *Quæstionum Juris*, Quæst. 11, §. 82; *Schurff*, Cent. 2, Consil. 7; *Conringius* l. c. §. 74; *Mynsinger*, l. c. §. 6; *Vultejus*, T. 3. *Consil. Marpurg.* 35, §. 178; *Mylerus* l. c. pag. 452, *Multzius* l. c. Hinc quotidie tot exceptiones contra Mandata & Rescripta Principum, *sub- & obreptitie* impetrata. *Mynsinger* l. c. §. 5. Privilegia enim per fraudem data nullius sunt momenti; L. 2, C. de *Sanct. Trinit.* *Reyger* l. c. §. 382. pag. 1178; & Privilegium, per subreptionem obtentum, nihil operatur; C. *Cum olim*, 12, X. de *Sentent. & re judic.* nec Privilegium veritate tacita impetratum valet; Cap. *Ex multiplici*, 3, X. de *Decimis*; *Bechtoldus* l. c. Axiom. 25, pag. 398; Imo, Privilegium obreptitie impetrans puniri meretur, arg. L. 2, C. de *diversis Officiis & apparitoribus &c.* *Reyger* l. c. §. 392. pag. 1180; *Schütz.* l. c. §. VII, lit. a, pag. 475. Nec mirum propterea, ejusmodi Privilegia à concedente libere revocari posse. Vid. seq. §. 72.

(*c*) MANENTIBUS &c. Per L. *Continuus* 137, ff. de *Verbor. Obligationib.* §. 6, *cum quis &c.* *Myler* l. c.

(*d*) LATISSIME &c. Ita *Javolenus*, lib. XIII. Epistolarum, L. 3. ff. de *Constitutionibus Principum*: *Beneficium Imperatoris, quod à divina scil. Ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus &c.* valet autem hæc regula saltem quoad concedentem; fallit enim, quoties de damno & præjudicio Tertii agitur. Vid. *Bechtoldus* l. c. Axiom. I, pag. 391, *Reinking* l. c. Lib. 2, Class. 2, Cap. 8, §. 36 & 37, pag. 903; *Mylerus* l. c. *Gothofredus* l. c. Add. præced. lit. a, & præced. §. 65, lit. b.

(*e*) STRICTISSIME &c. In quantum scil. respiciunt præjudicium, seu interesse tertii. Vid. *Reinking* l. c. § 36, pag. 903; *Bechtoldus* l. c. *Gailius*, lib. 2, Observ. I, §. 14, pag. 275; *Klockius*, de *Contribut.* Cap. XVI, §. 69, pag. 335; *Gylman*, *Symphor.* Tom. 2, Part. I, Voto 9, §. 8, pag. 94; cum Privilegia non aliter, quam *salvo Jure tertii*, concedantur. Vid. præced. lit. a.

(69) An autem hoc etiam ad tempus necessitatis extendendum? e. g Princeps alicui concessit immunitatem à Collectis, an quoque hoc Privilegium ad tempus belli sit extendendum? (*a*) Negant regulariter; (*b*) à Casibus enim necessitatis, nemo se excusare potest, & eos Princeps semper excepisse præsumitur, *arg. L.* Jubemus, *C. de SS. Eccles. L.* 2. C. de Quibus muneribus nemini liceat se excusare; nisi forte quis titulo oneroso (*c*) hoc acquisierit; *Sixtin. Lib* 2, *de Regalib. Cap.* 14; Vel, nisi persona omnino sit favore digna, cujusmodi dicuntur esse Doctores & Professores &c (*d*) qui, etiam tempore belli, à collectis immunes esse debent, nec ad hospitationes tenentur. Utrum verum sit? & in praxi obtineat? unusquisque eo loci, ubi degit, observabit. (5) Privilegium personæ concessum ad Heredes non extenditur, (*e*) nisi quorum specialis facta est mentio; vel, nisi ad aliquos, per necessariam consequentiam (*f*) extendatur; *Gailius*, 2. *Observat.* 2, §. 15; nisi sit Privilegium Nobilitatis; in hoc enim licet specialiter non fiat mentio liberorum, tamen, propter singularem favorem, quo concedens videtur prosequi eum, & ejus sanguinem, cui confert, ad eos extenditur; *Chassan. in Catalogo Gloriæ Mundi, p.* 8, *Conf.* 24; Vel, nisi sint, ob bene merita (*g*) & egregie facta, concessa; propter eundem favorem, vel potius, quia sic videtur acquisitum titulo oneroso, & sic esse reale Privilegium. (6) Privilegium clausum, in Corpore Juris, ac à Principe concessum, favorabilius (*h*) est eo, quod ex speciali gratia conceditur; facilius enim tollitur Privilegium, quam Jus commune; *Carolus Tapia, Decis. S. C. Neapol.* 24, §. 15; (7) Privilegium, non insinuatum Judici, aut parti, nihil prodest, (*i*) *Gail. I. Observat. I*, §. 11; (8) Privilegium publicæ utilitati facile opponi

(k) non debet. Hasce clausulas vide latius apud *Reinkingium, Lib. 2, Class. 2, Cap. 8; Baronem Enenckel, de Privileg. Lib. 2. c. 83.*

NOTÆ.

(a) EXTENDENDUM &c. Eandem quæstionem proponit *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 49. §. 7, p. 452.

(b) REGULARITER &c. Vid. *Surdus*, Decis. 275; *Enenckel*, de *Privilegiis*, lib. 2, Cap. V, §. 75; *Sixtinus*, de *Regalib.* Lib. 2, Cap. 14, §. 125, p. 291, *Myler* l. c.

(c) ONEROSO &c. Conf. *Mynsinger*, Responf. I. Decad. 15; *Myler* l. c. pag. 453; ibique allegati; Quibus *Rumelinum* addas in A. B. Part. 2, Dissert. 4, §. 10, pag. 523, ubi probat, ejusmodi Privilegia (puta ob pecuniam, vel factum aliquod concessioni æquivalens indulta) vim contractuum obtinere, quibus Princeps, ut quilibet privatus, obligetur, nec proinde, à semel constituta obligatione ullatenus resilire queat. Jung. *Sixtinus de Regalibus*, Lib. I, Cap. V, §. 61, pag. m. 135. & Cap. VI, §. 6, pag. 175. præsertim laudata præced. §. 63, lit. a, Dissertatio Dn. *Baueri*, Conf. præced. §. 66, lit. c.

(d) PROFESSORES &c. Add. Verbi divini Ministros, Scholarumque Præceptores. Facit huc L. 6. C. de *Professorib. & Medicis*, Lib. X, Tit. 52, ubi: *Medicos, & maxime Archiatros, & ex Archiatris, Grammaticos & Professores alios literarum, & Doctores Legum, una cum Uxoribus & Filiis, nec non & rebus, quas in Civitatibus suis possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus, vel civilibus vel publicis, immunes esse præcipimus, & neque in Provinciis hospites recipere, nec ullo fungi munere &c.* Auctoritate hujus Legis, Professores, aliosque Literatos, indistincte ab oneribus publicis, tam ordinariis, quam extraordinariis, realibus & personalibus, immunitatem sibi vindicare posse, pluribus docent: *Surdus*, Consil. 486, n. 1, *Stephani* de *Jurisdict.* Lib. 3, P. 2, Cap. X, §. 16 &c. pag. 74; *Tiraquellus* de *Nobilitate*, Cap. XVIII; *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. XV, §. 104 & seqq. pag. 325. Alii. *Gailius* contra, lib. 2, *Observat.* 52, §. 12 & seqq. pag. 389, arbitratur, Clericos, aliasque personas privilegiatas, ab oneribus realibus, quæ possessionibus, & patrimoniis imponuntur, & ordinarie quotannis ferenda sunt, nullam immunitatem habere, sed saltem à personalibus, & realibus extraordinariis, quæ singulis annis non exiguntur. Inspiciendæ vero hic sunt Leges fundamentales, Statuta, Pacta conventa, vel consuetudo, Provinciæ, ubi quæstio hæc ventilatur; cum alibi Literatorum Ordo majoribus gaudeat privilegiis, quam alibi; eademque de omnibus sententia proinde haud ferri queat; multo minus, si de necessitatis casu loquamur, quoniam *Necessitas Legem non habet;* per ea, quæ tradit *Bechtoldus*, cit. *Thesauro Jurisprudentia*, Lib. XII. Axiomatum, Cap. V, Axiom. XVI, pag. m. 133; insuperque *licitum facit, quod alias de Jure non est licitum*; Vid. idem, Axiom. 17, p. 134 &c. & *Reyger*, in *Thesauro Juris*, Tit. de *Necessitate*, §. 14 & 18, pag. 1026, & §. 19, pag. 1027. imo, *ipsa Legem facit;* vid. *Reyger* l. c. §. 14, pag. 1026; *Bechtoldus* l. c. Axiom. 16, pag. 133; & *Necessitatis tempore, privilegia silent, planeque cessant;* vid. *Bechtold*, l. c. Axiom. VI, pag. 129; *Sixtinus* l. c. lib. 2, Cap. XIII, §. 32, pag. m. 230. Add. *Richter*, Part. 2, *Decis.* 70, §. 59, pag. 160.

(e) NON EXTENDITUR &c. Vid. præced. §. 64, lit. a. Excipienda hic Privilegia *Universitati* cuidam, seu *Corpori*, concessa, quippe quæ *realibus* annumerantur, & proinde, cum morte singulorum individuorum, non expirant; sed ita data censentur, ut & ad posteros devolvantur; Vid. L. 4. §. 3, ff. de *Censibus; Menochius* Consil. 276, §. 8; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XVI, §. 5, & seqq. pag. 335; *Mylerus*, in Notis ad *Rumelinum*, in A. B. Part. 2, Dissert. 4, §. X, p. 525, lit. d.

(f) CONSEQUENTIAM &c. Hujus loci sunt Privilegia, quibus Extranei, Mercatores præsertim, ad inhabitandas Urbes, seu Loca, recens exstructa, ut commercia eo citius ibi floreant, & introducantur, invitari solent. Nulla licet primorum incolarum heredum in iis fiat mentio, tamen, ob favorem commerciorum, præsumptamque tacite contrahentium affectionem, isti simul comprehensi censentur. Vid. *Rumelinus* in A. B. Part. 2, Diss. 4, §. X, p. 524, provocans ad *Bruningium*, de *Variis Universitatum speciebus*, Conclus. 60; *Gailius*, Lib. 2, *Observat.* 2, §. 15, pag. 279; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 8, pag. 453 &c. eodem titulo laudans *Carolum Tapiam*, in Tit. ff. de *Constitut. Princip.* Part. 2, Cap. 3, §. 19. Recte huc etiam referuntur *Privilegia Nobilitatis*, quorum Dn. Auctor meminit; ad filios omnino extendenda, etiamsi specialiter in iis non nominentur. Vid. *Tiraquellus*, de *Nobilitate*, C. XV, *Mylerus* l. c.

(g) OB BENE MERITA &c. Quoniam & hæc Privilegia, quæ, *ob bene merita*, & *egregia facta*, dantur, *Privilegiis in contractum transeuntibus* annumerantur, arg. L. 34, ff. de *Donation. Rumelinus* l. c. §. X, pag. 523, & XI, pag. 525; *Klockius* de *Contributionib.* Cap. XVI, §. 178, pag. 346; & *titulo oneroso dicuntur haberi;* Vid. Illustr. Dn. *Böhmer*, *Jur. Publ. Univers.* Part. spec. Lib. 2, Cap. 3, §. 59, lit. d, p. 431; Dn. *Schrader*, cit. Tract. de *Sententiis Principum, ex Potestatis plenitudine latis*, Cap. V, §. 7, pag. 57; Adeoque nec à concedente, sine prægnante causa,

revo-

revocari possunt. Vid. *Tapia* l. c. Part. 2, Cap. IX, §. 6; *Reyger* l. c. Tit. de *Privilegiis*, §. 396, p. 1182; *Sixtinus* l. c. Lib. I, Cap. VI, §. 23, pag. m. 181 &c. *Klockius* l. c. §. 180. & seqq. ad 190; *Richter*, cit. Part. I, *Decis.* 4, §. 45, pag. 53: *Reinkingius* de *Regimine Seculi & Eccles.* Lib. 2, Class. 2, Cap. VIII, §. 26, pag. 901; *Enenckel*, de *Privilegiis*, lib. 3, Cap. 8; *Mylerus* l. c. pag. 454; & ad *Rumelinum* in A. B. loc. cit. §. VIII, pag. 520; nec opus est, ut Privilegiatus *merita sua probet*; ceu *Baldus*, aliique *Sixtino* l. c. §. 24, p. 181, nominati, arbitrantur; quemadmodum enim *remuneratoria Donatio* non solum valida est, sed & probatione meritorum non indiget, dum soli donantis assertioni creditur; ita etiam *Privilegium remuneratorium* immune judicatur à meritorum probatione. Vid. *Sixtinus* l. c. §. 25, pag. 182; *Knipschildt*, *de Jurib. & Privileg. Civitatum Imperial.* lib. V, Cap. 3, §. 60, pag. 1058. Idque obtinet, licet subdito concedatur; Vid. *Mylerus de Principib. & Statib. Imperii* l. c. pag. 455; quia & subdito Princeps ex Contractu tenetur. Vid. præced. §. 66, lit. c, nominati testes.

(*h*) FAVORABILIUS &c. Privilegium clausum, in Corpore Juris, semper favorabilius esse eo, quod ex speciali Principis gratia descendit, affirmat quoque *Reinkingius* l. c. Lib. 2, Class. 2, Cap. 8, §. 34, pag. m. 902, argum. L. 16. ff. de *Minor.* l. 29, ff. *de Rebus, auctor. Judic. possidend.* pariter ac *Mylerus* l. c. §. 9, pag. 455, allegando *Antonium Fabrum.* in C. *Rer. in Sabaudia judicatar.* lib. IX, Tit. 30. Defin. 4, §. 1; ex ratione, quod Privilegium facilius tollatur, quam Jus commune, conf. *Joh. Göddaus*, 4. *Consil. Marpurgens.* 16, §. 266; *Mylerus* l. c.

(*i*) NIHIL PRODEST &c. Privilegia enim privatæ saltem Leges sunt, nec ad universos pertinent; proinde &, sine præjudicio, ignorari possunt, nisi decenter, occasione data, competenti Judici, coramve Notario & duobus testibus, Parti, & quidem vel originaliter, vel eorundem exempla authentica, insinuentur. Vid. *Gailius*, Lib. I, Observat. I, §. 11, 12 & 13, pag. 3; *Paurmeister* de *Jurisdict.* Lib. 2, Cap. VII, §. 14, pag. m. 775; *Besoldus*, *Thesaur. Pract. adauct.* Tit. *Privilegien*, p. m. 768; *Reinkingius* l. c. §. 44. & seqq. pag. m. 904, addens, nullum in Camera super Privilegio decerni Processum, nisi Privilegium Cameræ & Parti prius insinuatum fuerit; &, si forte Cameræ non insinuaretur, hoc casu, ipsum Originale, una cum Supplicatione, exhibendum esse, simulque narrandum, rite illud Parti insinuatum fuisse. *Klockius*, de *Contribut.* Cap. XIX, §. 640 & seqq. p. 476; *Speidel*, voc. *Salvaguardia*, p. m. 815; *Mylerus* l. c.

(*k*) OPPONI &c. Ob vulgatum illud: *Salus Populi suprema Lex est.* Ex quo principio, omnia jura & privilegia, subditis competentia, limitanda esse, salutique Reipublicæ subordinanda, fluit. Nemo enim tale jus, seu privilegium, quod cum salute publica, seu Reipublicæ, pugnet, accepisse præsumitur; sique tale concedatur, eo ipso invalidum est; eo quod favor publicus privatæ utilitati sine dubio præferendus sit, per ea, quæ *Gailius* Lib. 2, Observat. 56, §. 3, pag. 396, hunc in finem affert; insuperque subditi omnes suas conferre vires teneantur, ut integra maneat Reipublicæ salus, nec, ob privatorum commoda, destruatur. Vid. L. *Omnes* 6. C. *Si contra Jus, vel utilitatem publicam*, Lib. I, Tit. XXII; & L. *Rescripta*, 7. C. de *Precibus Imperatori offerendis*; Lib. I, Tit. XIX &c. nec non L. *Quod semel*, 5. ff. *De Decretis, ab Ordine faciendis*, Lib. 50, Tit. IX; Exemplum suppeditat *Kaysers Ferdinandi I Müntz-Ordnung*, An. 1559, §. *Wo aber Jemands*, 178: *Wo aber Jemands, wes Stands oder Wesens der wäre, von Uns, oder Unsern Vorfahren, Römischen Kaysern und Königen &c. einig Gnad, oder Freyheit, Indult oder Zulassung, dieser Unser fürgestellten Ordnung zu entgegen, ausbracht hätte, oder noch ausbringen und erlangen würde; oder, wie oder welcher gestalt des immer geschähen wäre; oder, unter was Schein solches noch geschehen möchte, dasselbig alles soll jetzt alsdann, und dann als jetzt, krafftlos, nichtig, und dieser Unser Ordnung gantz unvergreifflich und unabbrüchig, auch der erlangenden Partheyen nicht fürträglich seyn, in keinen Weg &c.* Conf. *Paurmeister* l. c. lib. 2, Cap. 4, §. 60, pag. 571; *Rauchbar*, P. 2. Quæst. 11, §. 93; *Heiderus*, in *Fundamentis Discursus von den Reichs-Vogtheyen*, lit. Hhhh, p. 105; *Reyger* l. c. §. 392, p. 1180; *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. XVI, §. 93 & seqq. p. 337; & Cap. XIX, §. 528, & 531, p. 469; quo posteriori loco addit: Privilegium, quantumvis generale, etiam pio loco, ad privatam utilitatem, concessum, nunquam includere casum utilitati publicæ contrarium; *Reinking* l. c. §. 31, p. 902; *Mylerus* l. c. & in Notis ad *Rumelinum* in A. B. Part. 2, Dissert. 4, §. XII, pag. 528, & §. XIII, lit. b, pag. 530; Illust. *Schützius* Vol. 2. *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. 4, lit. L, pag. 466; & §. VII, lit. G. p. 478 & 479. Illust. Dn. *Böhmer*, l. c. Lib. 2, Cap. 3, §. 64, lit. k, pag. 436. Hinc ratio, cur, si salus publica aliter salvari nequeat, Privilegia quoque, alias irrevocabilia, revocari queant. Vid. *Schutz* l. c. *Mylerus*, de *Principib. Imper.* cit. P. 2, Cap. 49, §. 12. pag. 458; ibique citati; *Knipschildt*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperial.* Lib. V, Cap. 3, §. 48, p. 1056, & §. 50, p. 1057; *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 3, Sect. XIV, §. 21, p. 95; *Klock.* l. c. Cap. XVI, §. 192, p. 347.

(70) Privilegia, à Principe concessa, temere (a) revocanda non sunt; ne quis, sub Principali authoritate, circumscribatur, (b) *L. 1, de His, qui veniam ætat. impetrav.*

NOTÆ.

(a) TEMERE &c. *Gailius*, Lib. 2. Observat. 60, §. 17. pag. m. 405, ad Quæstionem: *An Princeps possit revocare Privilegium?* respondet: *Duabus Conclusionibus declaratur: quarum prima, quod Privilegium, concessum Subdito, regulariter revocari possit; altera, quod Privilegium, concessum non Subdito, regulariter revocari nequeat &c.* annectit tamen: *quarum Regularum limitationes vide præclare apud Felinum, in c. Novi, §. 9, cum seq. de Judic.* Sic *Reyger*, in *Thesauro Juris*, Tit. de *Privilegiis*, §. 398, p. 1182: *Privilegium, concessum Subdito, potest revocari regulariter. Sebast. Medices, Reg. V, §. 196; Fallit hoc in Non-Subdito: sub limitatione: nisi de modico præjudicio agatur &c.* rursus, §. 401, pag. 1183: *Privilegium subdito concessum potest per concedentem revocari.* Nec aliter *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. I, Cap. VI, §. 3, & 4, pag. 175; & §. 8, pag. 177; *Besoldus*, de *Regalibus*, Cap. I, §. 5; *Schützius*, l. c. Vol 2, Exercit. VIII, Θ. VII, lit. G, pag. 479; & illi, quos *Carpzovius*, de *Lege Regia Germanorum*, Cap. 3, Sect. 14, §. 5, 6, & 7, pag. 94, hoc titulo in scenam producit. *Bechtoldus* contra, lib. XIV. *Axiomatum*, Cap. 83, de *Privilegio*, Axiom, 8, pag. 393, indistincte ait: *Privilegio semel concesso, amplius revocari non potest --- quia transiit in vim Pacti & conditionis &c.* Rectius autem, post *Rauchbar*, Part. 2, Quæst. 11, §. 34; *Nicolaum Reusnerum*, I, Consil. I, §. 177, *Matth.* de *Afflictis*, Decis. 128, §. 10, & Decis. 292, §, 3, &c. *Carpzovium* l. c. §. 8 & seqq. *Enenckel*, de *Privilegiis*, lib. 3, Cap. 6 & 7. *Einsiedel*, de *Regalib.* Cap. 4, §. 118 &c. p. 706; & *Mylerum* de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 10, pag. 455, statuit Dn. Auctor, Privilegia, semel à Principe concessa, *temere*, id est, *sine justa causa*, revocanda non esse. Nec opus est, ut distinguamus inter Privilegia *Subditis*, & ea, quæ *Non-Subditis* data; inter *Gratiosa*, & *conventionalia &c.* cum verum sit, quod *Dietherr*, in Addit. ad *Besoldi Thesaur. Pract.* voc. *Privilegien*, pag. 768, habet: *Quod quidam statuunt, Principem posse Subdito Privilegium, gratis concessum, sine causa, revocare, id nec textibus, nec rationibus, defendi potest &c.* præsertim, cum Privilegia plerumque in modum donationis concedantur, sicque ei æquipolleant; Vid. *Rauchbar* l. c. §. 38; *Enenckel* l. c. Cap. 7, §. 1; *Einsiedel* l. c. §. 120, pag. 706; *Facta profecto, quæ pietatem lædunt, existimationem, verecundiam nostram, &, ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse, credendum est*, arg. L. *Filius*, 15. ff. de *Conditionibus Institutionum*, Lib. 28, Tit. VII; ast, *Privilegia, à se concessa, revocare, absque causa, quid, quæso! aliud est, quam, sub specie beneficii, quempiam decipere? quo quid Majestate Regnantis magis indignum? nam quemquam circumscribi ac decipi, auctoritate Principali, minime decet, L. 1. C. de His, qui Veniam ætatis impetrav. L. penult. C. de omni agro deserto, Lib. XI.* (Tit. 58.) *cum, ut omnis virtutis decorisque, sic & fidei æquitatisque, Principem exemplum & regulam deceat esse. Illustr. Enenckel, Baro Hohenneccius, in Tr. de Privilegiis, Lib. 3, C. XI, §. 33, Taceo, quanta cum levitate & inconstantia, (quæ à quoquam aliena esse debet, certe à Principe quam longissime exulet necessum est;) id videatur esse conjunctum. ---- Quin etiam Jure dispositum reperitur, non posse quenquam facto suo contravenire; L. post mortem, 25 ff. de Adopt. L. Si Creditoribus, 5. C. de Servo pignori dato; Quodque semel placuit, amplius displicere non posse; Cap. Quod semel, 21, de R. J. Lib. VI &c.* sunt Verba *Rumelini*, in A. B. Part. 2, Dissert. 4, Θ. 2, pag. 311 & 512; quibus *Mylerus*, in Notis, pag. 512, addit: *Non modo decorum, sed etiam necessarium est, Principem regulariter Privilegia Subditis, etiam gratis, data, sarta tecta servare. Nihil est enim quod lumine clariori præfulgeat, quam recta fides, in Principe; L. Inter claras; C. de Sum. Trinit. Ac cum in privato reprehendatur, perfectam donationem revocandi cupientium levitas, L. Si repetendi, 7. C. de Condict. ob turp. caus. quanto magis in Principe? arg. L. Sancimus, 34, in princ. C. de Donat. Text. bon. in L. fin. C. de Re Judic. ac, per donationem simplicem, non minus Dominium transferatur, quam per emptionem venditionem, quæ traditionis necessitatem in se continet &c.* plures in eandem sententiam adducendo, quibus *Einsiedelium* l. c. addas. Idem, in Notis ad Θ. VII, cit. Part. 2. Dissert. 4. *Rumelini*, lit. a, pag. 518, pergit: *Privilegium concessum Subditis, absque justa, legitima, ac gravi causa, revocari nequit; Text. in L. quod semel, ff. de Decretis, ab ordine faciendis.* & ad Θ. VIII, lit. a, pag. 520: *Probabilis est Rauchbari* (Lib. 2. Quæstionum Juris, Quæst. 11, §. 35.) *opinio, scil. Privilegia, utcunque gratiosa, semel tamen à Principe concessa, libere, & sine urgente causa, revocari non posse ---- donatio enim, Jure Gentium, irrevocabilem habet vigorem, L. 1. §. 1, ff. de Precar. Cum Donatio inter vivos contractibus comparetur, §. Aliæ autem,*

tem, 2, *J. de Donat.* - - - - *& acquirendi Dominii modus sit Juris Gentium*, §. 41. *de Rerum Divis.* vid. *Harprecht*, *ad pr. Instit. de Donat.* §. 4 *&c.* *Privilegium autem gratiosum, nihil aliud, quam donatio, esse videtur; cum ex benevolentia & liberalitate Principis proveniat; L. Cum heres*, 52, *in pr. ff. de Acquir. Heredit.* - - - - *Nec juvat distinctio: An, per Privilegium, Dominium transferatur, nec ne? Vix enim fingi potest Privilegium, quo Dominium, vel quasi, aut jus aliquod, in concedentem* (accipientem) *non transferatur; nisi in casu, quo Privilegium nondum acceptatum fuerit &c.* Vulgaris namque distinctio est, inter *Privilegia gratiosa, per quæ dominium transfertur, & ea, per quæ dominium non transfertur*: illa, *irrevocabilia* esse, perhibent omnes, subsecuta modo vera vel ficta traditione; cum traditio sit modus acquirendi, Jure Gentium introductus, quo & Principes tenentur, qui rem alteri quæsitam auferre non valent; Vid. *Rumelinus* l. c. §. VII, pag. 517 &c. posteriora vero *revocabilia*; vid. *Reyger* l. c. §. 397, pag. 1182, verb. *Privilegium ex liberalitate concessum, ex quo Dominium non transfertur, potest, sola voluntate Principis, absque causa, revocari &c.* add. *Rumelinus*, l. c. §. 8, pag. 518 & 519, ad auctoritatem *Caroli Tapiæ*, in L. fin. ff. de *Constitut. Princip.* Cap. 9, Part. 2. §. 56, provocans, quamvis annectat: *Haud tamen passim hujusmodi Privilegiorum revocationes faciendas esse monet; ne inconstantiæ Principes argui possint; quo respiciunt tradita per Hostiensem, in Sum. de Privileg. & excess. Prælat. §. qualiter, col. 1. Non decere Principem, sine causa, revocare Privilegia concessa, ne id levitati, aut inconstantiæ, adscribatur, neve contra factum suum venire, & impugnare, quod defendere debebat, videatur; & Catellian. Cottam, in Memor. verb. Princeps verus, pag. 425, ex Bald. Consil. 327, lib. I. Principem debere in concessorum liberalitate constanter persistere &c. Nam si privatis turpe est, donata revocare, & levitati perfectam donationem revocare cupientium jure occurritur, L. Si repetendi, 7. C. de Condict. ob caus. datorum; multo id magis, in publica Persona fœdum existit; inquit Illustr. Enenckel, Baro Hoheneccius*, lib. 3. de *Privileg.* C. 7. §. 2, *p.* 276 *&c.* Conf. *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XVI, Sect. I, §. 134 &c. pag. 342, ubi ad contraria respondet; Conf. *Knipschildt* de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. I, Cap. XVIII, §. 10 &c. pag. 142; *Rhetius*, *Instit. J. P.* Lib. 2, Tit. 7, §. 3, pag. 400. *Reinking*, cit. Lib. 2, Class. 2, Cap. VIII, § 29, pag. 902; *Grotius* de J. B. & P. lib. 2. Cap. XIV, §. 13.

(*b*) CIRCUMSCRIBATUR &c. Præsertim, cum Privilegia, sui natura sint perpetua; vid. *Klockius*, l. c. Cap. XVI, §. 140, & 142, pag. 342, & Cap. XX, §. 102, pag. 489, arg. L. *digna Vox*, 4, C. de *Legibus*; & C. *decet*, 16, de *Regulis Juris*, in *Sexto.* Add. Idem, Vol. I, Consil. 11, §. 12 &c. *Knipschild* l. c. §. 14, pag. 142; Ne dicam, nec honestatis intuitu, Principem, sine ratione, Privilegia revocare posse. *Klockius*, cit. Cap. XVI. de *Contributionibus* §. 142, pag. 342; cum nihil reperiatur, quod lumine clarius in Principe, qui cæteros fortuna præcellit, præfulgeat, quam recta fides, arg. L. *Inter claras*, 8, C. de *Summa Trinitate &c.* Conf. *Klockius* l. c. §. 163, pag. 344; præter, quod Principem unum calamum, unamque linguam habere deceat; *Bald.* Vol. I. Consil. 327, §. 1, *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. 8, p. 190; neminique jus quæsitum & concessum, sine legitima causa, auferre fas sit. Vid. *Knipschildt* l. c. §. 11, pag. 142.

(71) Quod tamen, juxta qualitatem Privilegiorum, differentiam admittit. Privilegia enim ad beneplacitum (*a*) concessa, libere (*b*) possunt revocari, instar aliarum Legum; quo casu Princeps nemini facit injuriam, dum id tollit, quod sine causa (*c*) concessit.

NOTÆ.

(*a*) AD BENEPLACITUM &c. Hujus loci Quæstio est: *An Privilegium, ad beneplacitum concedentis concessum, morte ejus extinguatur?* (*So lang es dem jenigen, der es ertheilet, belieben würde*, qualia sæpius se vidisse testatur *Gailius*, Lib. 2, Observat. 60, §. 15, pag. 405;) Affirmant eam: *Carolus Tapia*, in cit. L. fin. ff. de *Constit. Princip.* Part. 2, Cap. 3, § 5 & seqq. ibique plures allegati alii; *Reyger* l. c. §. 396, pag. 1181; *Sixtinus*, de *Regalib.* Lib. I, Cap. VI, §. 44, pag. 187; *Reinking* cit. Lib. 2, de *Regimine Secul. & Eccles.* Class. 2, Cap. 8, §. 30, pag. m. 902; Alii; vel propterea, quod (1) mortui voluntas cesset, arg. L. 1, in fin. C. de *SS. Eccles.* (2) *Pomponius* Lib. XVI ad *Sabinum*, teste L. 4. ff. *Locati conducti*, expressis verbis scribat: *Locatio, precariive rogatio, ita facta, quoad is, qui eam locasset, dedissetve, vellet, morte ejus, qui locavit, tollitur.* (3) Nec *Bonifacius VIII*, Lib. VI. *Decretalium*, Lib. I, Tit. 3, de *Rescriptis*, Cap. V, aliud innuat, verb. *Si gratiose tibi à Romano Pontifice concedatur, ut beneficia,*

ficia, quæ tempore tuæ promotionis obtinebas, posses, usque ad suæ voluntatis beneplacitum, retinere: hujusmodi gratia, per ejus obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipso expirat &c. Enimvero, cum (1) mortuus non statim *nolle* dici queat, etiamsi *velle* desinat; sed medium quoddam inter *velle & nolle* detur, arg. L. 3. ff. de R. J. &. L. 1, §. 3, ff. de *Tributoria Actione*; (2) Manifestum fit ex L. 8. §. 1. ff. de *Precario*, & L. 12. §. 1. eod. *precarium* morte concedentis non finiri, (3) id, quod expresse non mutatur, stare nequaquam prohibeatur, arg. L. *Præcipimus*, 32, §. fin. C. de *Appellationibus*; (4) usus reluctetur; morte namque concedentis, ejusmodi privilegia non revocari, *Gailius* l.c. §. 16, pag. 405, affirmat; omnino tenendum, nisi expresse concedens statuerit, privilegium, ultra obitum suum, valere non debere; illudve adhuc vivens revocaverit; illud morte ipsius non extingui. Vid. *Gailius* l. c. *Rumelinus*, in A. B. Part. 2, Dissert. 4, §. 14, pag. 531; ibique *Mylerus* in Notis, pag. 532; *Klockius* l. c. Cap. XVI, §. 123 & seqq. pag. 341; *Enenckel*, de *Privilegiis*, Lib. 3, Cap. 2, §. 9 &c. *Treutlerus*, Consil. 59, §. 53 &c. *Mascardus* de *Probationibus*, Vol. I &c. Concluf. 88. §. 5 & seqq. pag. m. 352; *Textor*, *Jur. Publ.* Tit. 13, §. 125, pag. 563; *Wurmser*. Exercit. IX, §. 72, pag. m. 412 & 413; *Wehner*, Observat. Pract. voc. *Auf Wohlgefallen*, pag. m. 35; Hancque sententiam approbat quoque Illustr. *Schützius* Vol. 2. *Jur. Publ.* Exercit. 8, §. 7, lit. F. pag. 478, licet casu duntaxat, quo concedens Privilegium verbis utatur: *Donec revocavero*; secus, si simpliciter formulam adhibeat: *ad beneplacitum*; quæ etiam opinio *Bruningi*, de *Jur. Univers.* §. 63.

(*b*) LIBERE &c. Modo verba: *ad beneplacitum*; *so lang es gefällig, oder beliebig seyn wird*; vel æquipollentia, ceu in Opificum Privilegiis hodie plerumque fieri amat: *Jedoch behalten Wir Uns bevor, dieselben zu ändern, zu verbessern, zu vermehren, zu vermindern, oder auch gäntzlich abzuthun und aufzuheben &c.* expresse Privilegio contineantur; cum quilibet rei suæ conditionem, aut modum, quemcunque voluerit, imponere possit. Vid. *Andr. Rauchbar*, Part. 2, Quæst. 11, §. 87; *Einsiedel*, de *Regalib.* Cap. 4, §. 116, pag. m. 705; mentione enim tantum facta *Gratiæ*, v. g. *Wir haben N. die Gnade gethan*, *diese oder jene Freyheit zu ertheilen &c.* tunc Privilegium non ita libere revocari posse, dicta præced. §. 70, lit. a, & b, declarant.

(*c*) SINE CAUSA &c. Argumentum à Lege universali, ad particularem, sive Privilegium, caute applicandum. Ut enim vix Leges, *sine causa* latæ, *sineque causa* iterum revocatæ, reperiuntur, ita dicendum foret de *Privilegiis*; cum tamen palam sit, multa dari privilegia, sine causa prægnante petentibus concessa, ad merum concedentis beneplacitum utenda; *Die nicht länger dauren sollen, als demjenigen beliebig, der sie ertheilet.* Hæcque, omni tempore, libere revocari poterunt, sine omni causa; quoniam Privilegiatus nullum hic jus quæsitum, adversus Privilegii Auctorem, habet.

(72) Conventionalia Privilegia in concedentis arbitrio non sunt; quoniam in naturam contractus (*a*) transierunt, adeo, ut ne quidem Princeps successor Privilegia conventionalia revocare (*b*) possit, sive is succedat, sive, per electionem, ad Principatum perveniat. Proinde, in Camera Imperiali, Mandata pœnalia, contra Principes & Status Imperii, impetrantur, qui Privilegia conventionalia, & ex causa onerosa impetrata, (*c*) revocant; *arg. Ord. Camer. Part. 2, Tit. 23.* Remuneratoria (*d*) Privilegia etiam irrevocabilia esse, verius est; quia Obligatio ad ἀντίδωρον, nullo casu revocari potest; ne quidem ingratitudinis (*e*) prætextu; per Textum magistralem, L. Aquilius, 27, ibi: *Officium Magistri quadam mercede remuneratum*; ff. de *Donat.* nisi subsit justa causa (*f*) revocandi Privilegium, quæ etiam irrevocabilia Privilegia revocare concedat; puta: (1) Delictum atrox (*g*) L. 1. C. *Ubi Senat.* (2) Si in abusum (*h*) rapiatur, L. 11. C. de *Judæis* (3) Si iniquum (*i*) esse appareat; L. 2, & seq. C. *Si contra jus, vel utilitatem publicam*; (*k*) (4) Si per sub- & obreptionem (*l*) impetratum fuerit, veluti, vera reticendo, & falsa enarrando, L. 10, §. Patronum, ff. de *in Jus vocando*; (5) Si causa Privilegii finalis (*m*) cesset, aut iniqua esse incipiat; c. *Suggest. X. de Decim.* (6) Amittitur Privilegium per Actum contrarium (*n*) *L. fin. §. 2, ff. de Veteranis* (*o*)

NOTÆ.

(*a*) CONTRACTUS &c. Ast Principes quoque ex contractu tenentur. Vid. præced. §. 66, lit. c. Excipiendus hic utilitatis publicæ casus, qua exigente, conventionalia etiam Privilegia revocari posse, præced. §. 69, lit. k, annotatum. Addunt insuper Privilegia, non satis cognita causa, vel, tempore

pore concessionis, concedenti plane ignota, concessa, quæ causa, si Princeps eam præscivisset, à concessione Eum verisimiliter abstinuisset. Vid. ex *Cacherani Decis. Pedemont.* 90, §. 44 &c. *Heiderus*, in *Fundamentis Discursus von den Reichs-Vogtheyen*, lit. Hhhh, pag. 105. Indemnes tamen servandi, qui ex tali revocatione læduntur. Vid seq. §. 73, lit. b.

(*b*) REVOCARE &c. *Bodinus* de *Republica*, Lib. I. Cap. 8, §. 85, p. 133, ait: *Scitum est, non modo Privilegia, sed ne Leges quidem, aut Edicta, mortuo Principe, vim retinere suam, nisi consequentium Principum auctoritate, vel consensione tacita, sanciantur. Nam cum Bartholus, ad Carolum IV, Germanorum Imperatorem, Legatus esset, ut Perusina Civitatis Privilegia confirmarentur, obtinuit illud quidem, sed ea conditione, ut tamdiu vim haberent, quoad revocarentur à posteris Imperatoribus; quibus, etiamsi clausula subjecta non fuisset, præjudicium nullum creari potuisset &c.* Hinc concludunt: Principes Antecessorum facta servare non teneri; *Hieronymus Marilianus*, in Comment. in L. *Quoties*, C. *de Rei Vindicatione*, §. 145; *Felinus*, Ferrariensis JCt. in C. I, X. de *Probat.* Alii. *Franciscus Vivius* contra, Lib. 2. *Decis. Neapolitanar.* Decis. 206, notante *Reygero*, in *Thesaur. Juris*, Tit. de *Privilegiis*, §. 394, pag. 1181, tradit, Privilegiorum confirmationem, mutato etiam Principe, necessariam haud esse. Communis regula est: *Successores ea Privilegia revocare non posse, quæ nec ab ipsorum Antecessoribus, si vixissent, revocari potuissent.* Vid. *Rumelinus*, in A. B. Part. 2, Dissert. 4, §. 13, p. 529; Si enim Princeps Privilegia, quæ ipsemet concessit, revocare nequeat; quomodo Privilegia ab Antecessoribus collata adimere potis erit? sibi ipsi namque contravenire dicitur Princeps, qui Antecessoris bene ordinata infringit; *Baldus*, Vol. I, Consil. 326; *Rumelinus*, l. c. §. 3, p. 513; *Mylerus* ibidem in Additionibus; ubi catalogum struit eorum, qui, unanimi ore, statuunt: *Successorem Contractus, Acta & Privilegia Antecessorum, sancte observare teneri.* Add. *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. I, Cap. VI, §. 27, p. 182 &c. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 3, Sect. XIV, §. 16, p. 94; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 2, Lib. I, Tit. 4, §. 30, p. 58; Dn. *Christoph. Julius Cellarius*, de *Principum domaniis*, Cap. XVIII, §. XI; Dn. *Ringler*, de *Domaniis Germaniæ*, Lib. 3, §. 2; idque adeo verum videtur *Mylero* de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 11, pag. 456 & 457, ut *Conventionalia Privilegia* à nullo successore revocari posse affirmet; sive is Concedenti tanquam *heres*, sive *titulo electionis*, aliove valido, succedat; idem tradit *Carpzovius* l. c. Cap. 3, Sect. 14, §. 16, 17, & 18, pag. 94; pariter ac *Textor*, *Jur. Publ.* Tit. XIII, §. 124, pag. 562 &c. ibidemque allegati. Alii tamen omnino discrimen faciendum esse arbitrantur, inter *Successorem ex hereditate*, & Successorem *ex Lege Regia*, seu *Pacto gentilitio*, vel *per modum electionis*; existimantes, *illum* omnino contractus ab Antecessore celebratos, proinde & Privilegia, quæ contractus naturam sapiunt, ab eo concessa, servare teneri, arg. §. 3, Instit. de *Empt.* & *Vendit.* L. 10. ff. de R. J. ubi Juris naturæ esse dicitur, eum, qui in commodum succedit, incommoda quoque à se nec declinare posse; & L. 149, ff. de R. J. vigore cujus, quilibet factum ejus præstare debet, ex cujus persona lucrum capit: jung. L. 14, *Cum à Matre*, C. *de Rei Vindicatione &c.* 2. F. 58, de *Notis Feudorum*, § 2, *Item sciendum &c.* *Gothofredus*, in Notis ad dictam L. 14. C. de R. V. *Rumelinus* l. c. §. XIII, pag. 529; *Hahnius* ad *Wesenbecium*, ad Lib. I, Tit. 4, §. *Princeps successori &c.* pag. 149; *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* Lib. I, Class. 3, Cap. X, §. 8 & seqq. pag. m. 282 &c. modo contractus Antecessoris Reipublicæ detrimentum secum non trahat; quo casu, tanquam nullitatis vitio laborans, à successore servandus haud erit; vid. *Reinkingius* l. c. §. 12 & 13, pag. 283. *Carpzovius* l. c. §. 21, pag. 95; *Cellarius* l. c. §. X. Eum vero, qui non ex *hereditate* succedit, contractibus Antecessoris, Ejusve Privilegiis, regulariter non obligari; propterea, quod causam ab Antecessore non habens, nec ejus nomine gravari debeat, per ea, quæ *Reinkingius* l. c. §. 18 & 19, pag 283, subministrat; sed tunc demum, cum (1) Contractus initus fuerit ad utilitatem & dignitatem Reipublicæ, quia sic non tam Princeps, quam Respublica per Principem, contraxisse censetur; vid. *Reinking* l. c. §. 25, pag. 284, & 29, pag. 285; *Treutlerus*, P. I. Disput. VI, §. 7; Illustr. Dn. *Bohmer*, *Jur. Publ. Univers.* Part. spec. Lib. 2, cap. 3, §. 66, lit. n, pag. 438; quo etiam Privilegia, ob bene merita in Rempublicam, concessa; vel titulo oneroso acquisita, pertinent; (2) De re exigua quæstio sit, quoniam minima Prætor non curat. Vid. *Reinking* l. c § 34, pag. 285 &c. (3) Contractus *ratione officii* celebratus reperiatur; quia nemini officium debeat esse damnosum. Vid. *Carpzov* l. c. §. 18, pag. 94; *Reinking* l. c. §. 42 & seqq. pag. 286; In quam sententiam Rescriptum *Francisci II*, Galliarum Regis, ad *Helvetios*, Patris debita reposcentes, apud *Bodinum* Lib. I, Cap. VIII, §. 103, pag. m. 165, facit: *Tametsi debita paterna solvere non tenemur, cum hæc sceptra non hæreditario Jure, habeamus, sed Lege Regia, quæ, jam inde usque à primis Francorum Regibus lata, ad mares proximos Imperium detulit; quæ non aliter Nos obligari patitur, quam ad ea Fœdera, Pactave, quæ cum Exteris Principibus ac Populis, ad hujus Imperii utilitates & commoda, à majoribus Nostris contracta fuere; nihilominus tamen, ut Patris*

Optimi & cariſſimi fidem religioſe tueamur, legitima Ejus debita exſolvere decrevimus &c. Mea de hac re ſententia eſt, eos, qui *Jure* quoque *proprio*, veluti: ex pacto Gentilitio, Lege Regia, Expectantia; Electione &c. ſuccedunt, Anteceſſorum factis ſtare teneri, recte dici, ſi facta iſta Legibus fundamentalibus non reluctentur; aut conſenſu eorum, quorum intereſt, contigerint; aut ex quibus notorie Reſpublica incrementum ceperit; ſecus, ubi, vel cum Legibus fundamentalibus, Pactisve cum Ordinibus Provinciæ, illa pugnent; aut ſubditorum quæſita Jura, & obtenta juſto titulo Privilegia, evertant; aut in evidens Reipublicæ damnum vergant, quo inconſultas prodigalitates, donationesque immenſas, in homines ſæpe nullius meriti, nec niſi ex moroſa mendicatione, fœda adulatione, Viroque probo indigna aſſentatione, dicteriis laſcivis & futilibus, garrulitate ventoſa, vel pravis plane conſiliis, in detrimentum quietis publicæ tendentibus, notos, effuſas, merito referimus; ut enim, priori modo, non tam princeps, quam ipſa Reſpublica, aliquid feciſſe cenſetur, mortuoque Principe, Reſpublica nihilominus durare noſcitur, & proinde ad geſta, per Principem, tanquam Caput ſuum, ſervanda, ſemper adſtricta manet, etiamſi novum Regentem ſortiatur; ita, caſu poſteriore, Succeſſor Anteceſſoris facta non ſolum adimplere non tenetur, ſed & eorum auctores ex merito punire. Vid. *Carpzovius*, de *Lege Regia*, Cap. 3, Sect. 14, §. 20, pag. 95; Illuſtr. *Rhetius*, *Inſtit. Jur. Publ.* Lib. 3, Tit. VI, §. 4, pag. 539; *Titius Jur. Publ.* Lib. IV, Cap. V, §. 7 & ſeqq. pag. 442 ad 447. Illuſtr. Dn. de *Ludewig*, Diſſ. Inaug. de *Obligatione Succeſſoris in Principatus & Clientelas*, Reſp. Dn. *Henrico* de *Barckhaus*, An. 1714, 3 Nov. Halæ habita, Cap. 4, §. 6, pag. 45 &c. Nec obſtat, quod Succeſſor ſucceſſionis cauſam ab Anteceſſore non habeat; ſufficit, Eum ab ipſa Civitate eam habere, quæ immortalis eſt. Quo ex fundamento ſimul fluit, quod etiam in Imperiali Camera, contra Status Imperii, qui Anteceſſorum Privilegia, conventionalia maxime, tituluve oneroſo, Provinciæ Ordinibus, ſubditisve aliis, conceſſa, ſervare recuſant, Mandata emittantur; vid. *Ordinat. Cameral.* Part. 2, Tit. 23; Locum omnino hic merentur, quæ *Gailius*, Lib. I, de *Pace Publica*, Cap. 2, §. 21 & 22, pag. 11, ſuppeditat: *Noſtra tempeſtate à multis pernicioſe peccatur, qui vel inopes, vel cenſu prodigi, ad ſanguinem usque, emungunt miſeros ſubditos, eosque non aliter atque beſtias tractant: hoc ſi fiat, probe Imperator, tanquam omnium Superior, & directus Dominus, Mandatis pœnalibus hanc ſævitiam & crudelitatem, etiam ex officio, coërcere poteſt, mandando Dominis, ſub pœna pecuniaria, vel indignationis ſuæ Cæſareæ Majeſtatis, vel Banni, aut amiſſionis Jurisdictionis & Feudi Imperialis, ne inique & aliter ſolito Subditos tractent; ſed benevole cum iis agant, more antiquitus recepto, & à Majoribus, veluti per manus, ipſis tradito &c.* Conf. Idem, de *Arreſtis*, Cap. VIII, §. 12, pag. 246; *Knipſchildt*, de *Jurib. Civitatum Imperial.* Lib. V, Cap. 3, §. 60 & 61, p. 1058; *Rauchbar*, *Quæſtion. Jur.* Part. 2, Quæſt 11, §. 76; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 11, pag 457; *Rhetius* l. c. Lib. I, Tit. 4, §. 63, pag. 179; Illuſtr. L. B. de *Lyncker*, de *Gravam. Extrajud.* Cap. 4, §. 4, n. 13, p. 332. Quæcunque enim Principum poteſtas ſit, annexam ſemper conditionem habet, ut Jura & conſuetudines Subditorum ſarta tecta relinquantur; vid. *Mevius*, Part. 3. Deciſ. 187, §. 8, pag. 378; & *Knipſchildt* l. c. *Juris & vulgata Doctorum eſt traditio, quod quilibet Dominus obligatus ſit, ſubditorum ſuorum antiquas libertates, jura ac privilegia, tueri & confirmare, ſartaque tecta conſervare, ac ſubditos in eo ſtatu, quo reperiuntur, relinquere, innovationes non admittere, neque, jure ſucceſſionis univerſalis vel particularis, quicquam immutare &c.* Hæcque conveniunt cum ipſo *Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ*, Art. V, §. 33, & VII, §. 1, verb. *Salvis tamen ſemper Statuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe, & cum ſubditis ſuis, Conventis Pactis, Privilegiis, Reverſalibus, & Diſpoſitionibus aliis &c.* Add. R. J. *Ratisb.* 1654, §. *Setzen demnach*, 171; Recte propterea Illuſtr. L. B. de *Lyncker*, in Reſponſ. 55, §. 108: *Dem Landes-Herren bleibet ſeine Superiorität, nur kan Er dieſelbe nicht, wieder und über die* Pacta conventa, *extendiren; indem Er das vermag, was Er von Rechts wegen thun kan. Noch kan ein Landes-Herr die Superioritat nicht gebrauchen, die Verfaſſung des Landes zu zerſtöhren; denen Ständen ihre* Jura *zu ſchwächen, und, wan die Unterthanen dawieder depreciren, einen Ungehorſam daraus machen &c.* & rurſus, in Diſſert. de *Superioritate Territoriali*: *Quabet ditio aut Principatus in Imperio ſuam formam habet, nec uniusmodi habetur, ſed varie, pro juribus Imperantium, tum & Statuum Provincialium, aut Incolarum,* ex *Pacto & uſu cujuslibet Regionis, gubernatur &c.* Add. Ill. *Seckendorfius*, *im Fürſten-Staat*, Part. 2, Cap. 4, §. 6, pag. 75: *Wären denn zwiſchen Landes-Herrſchafften, und ihren Ständen und Unterthanen, ſonderbahre Verträge und Abſchiede aufgerichtet, und darinnen diß und jenes denenſelben verſprochen und zugeſagt (wie dann, hin und wieder, dergleichen Exempel zu finden, und gemeiniglich bey der Erb-Huldigung der Unterthanen, ſolche Verſprechungen wiederholet und bekräfftiget werden) ſo hätte es darbey dergeſtalt auch ſein Bewenden, daß, ohne Einwilligung und Nachlaß der Landt-Stände, wieder und über ſolche Verträge, der Landes-Herr ſeine Macht nicht gebrauchen könte &c.* & Dn. *Hornius*, *Jur. Publ.*

Cap.

Cap. LXI, §. 2, pag. 686: *Leges fundamentales sancte observari debent; (ab Imperantibus) quorsum pertinent e. g. Privilegia Cæsarea, quibus nullum vitium, aut revocatio, opponi potest: Art. 3, A. B. Art. 3, Capit. Leopoldi & Josephi, und sonsten jeden &c. & verb. Gestatten wir &c. Art. XL, §. 8, Instr. Pacis; Art. X, §. 16. Quæ salva, atque integra, relinquenda sunt subditis, nec possunt violari à Domino Territorii. Pariter huc spectant Pacta cum Subditis, & Statibus Provincialibus, jurata vel injurata, quæ formam Regiminis, libertatemque Statuum & Subditorum, definiunt atque firmant, quæ sancte sunt servanda; Ziegler, de Jur. Maj. Lib. I. Cap. I, §. 23; sine qua re nulla societas humana, imo nec Genus humanum totum salvum esse potest &c. Ad quæ pacta etiam pertinent Privilegia, quæ dicuntur à Dominis, Statibus, vel Subditis universis, concessa; Ziegler, Lib. I. Cap. 12, §. 13; Art. X, §. 16, Instrum. Pac. Item, Litteræ Reversales, quas Principes Subditis dant; Art. XIII, §. 4, Instrum. Pac. §. 4, Instrum. Pac. de quibus legi potest Tract. Dn. Frizs.* (Gothofredi Ferdinandi) *Bukisch, ad Art. VII Instrum. Pac. Observat. VI* (p. 531) &c. Mollius paulisper loquitur Ill. Dn. *Rhetius*, l. c. lib. 2, Tit. 2, §. 25, pag. 367: *Pacta cum Subditis, sive Reversales Provinciales, uti vocant, sancte servare solent* (debent) *Principes Imperii, arg. Art. VII Instrum. Pac. verb. Salvis pactis cum Subditis &c.* Terse Illustris Auctor *Collectaneorum Mecklenburgicorum*, An. 1717 & 1718, Fascic. I, Responf. ad *Considerandum IV*, p. m. 125: *Denn erstlich haben Sie* (Nobiles & Status Megapolitani) *die Reversales Sereniss. Ducum, Johannis Alberti, & Ulrici, de An. 1572, die 22 Julii, die Sie, titulo oneroso, freywillig, und ohne einige Schuldigkeit, durch Übernehmung 400000 fl. Schulden, dahin erworben, daß diese Abthuung ihrer Rechtlichen Beschwerden, Leges pragmaticæ Provinciales, immerwährend und unverbrüchlich zu halten, paciscieret worden, darinnen gestehen Serenissimi: daß die Ritter- und Landschafft freywillig, und ohne alle Pflicht und Schuld, sich dahin bewegen lassen, etwas, zu Abhelffung Ihrer Schulden, zu bewilligen; und versprechen dagegen: daß wir demnach Ihnen gnædiglich zugesaget, Sie bey allen Ihren habenden Privilegien, Freyheiten und Gerechtigkeiten, die Sie von unsern Vorfahren erworben, geruhiglich und wohl hergebracht, insonderheit die von Adel, die sonsten, mit Ihren Ritterlichen Güthern, ein Freyer Stand ist, und seyn soll &c. bleiben zu lassen &c.* Quibus, mentione facta confirmatarum Reversalium harum, à Ducibus *Adolpho Friderico & Johanne Alberto*, An. 1621, 23 Febr. nec non ab Imperatore *Ferdinando II*, ipso, An. 1626, 17 Febr. Ejusque Successoribus omnibus, annectit, pag. 127: *Wo das keine bündige Obligatio kan genennet werden, so ist keine in der Welt mehr auszusinnen &c. Legibus* sane *Naturæ & Gentium* Princeps minime est solutus, utpote quarum respectu, non consideratur ut talis, sed ut homo, quapropter nec ea, quæ de Gentium Jure sunt, tollere potest. *Franzkius*, Exerc. I, qu. 8; Dn. *Gottlieb Sigism. Baussius*, Diss. Inaug. de *Potestate Imperatoris alienandi Bona Imperii*, Præside Illustri Dn. *Lynckero*, An. 1695 Jenæ habita, Cap. 2, §. 4, pag. 17 & 18. Putant equidem multi, confirmationes ejusmodi Privilegiorum superfluas esse, eo quod (1) Privilegia, sui natura, sint perpetua, vid. præced. §. 70, lit. b; (2) Confirmationes nihil novi dent, sed vetera jura saltem confirment; Vid. *Gailius*, Lib. 2, Observ. I, §. 3, pag. 273 &c. (3) Privilegia, titulo oneroso concessa, Successores per se obligent. Nihilominus, ad majorem cautelam, impetrari eas solere, quotidiana testatur observantia; minimum enim id operantur, ne confirmans Successor tam facile v. g. sub velamine supervenientis novæ causæ &c. ea revocare queat, dolumve prævertere. Vid. *Gailius* l. c. §. 9, pag. 274. *Besoldus* de *Regalibus*, Cap. I, §. 5; *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. XX, §. 101 ad 109, pag. 489; *Textor* l. c. §. 126 & 127, pag. 563; *Knipschildt* l. c. Lib. V, Cap. 3, §. 60 & 61, pag. 1058.

(*c*) IMPETRATA &c. Quoniam titulus onerosus tale jus parit, quod legitimo possessori invito à nemine auferri queat. Vid. præc. lit. a, & præced. §. 66, lit. c, & §. 69, lit. c.

(*d*) REMUNERATORIA &c. Quia in contractum transeunt, sicque etiam Successores obstringunt. arg. L. *Aquilius*, 27, ff. de *Donationibus*; & L. *Si vero*, 12, ff. *Mandati*, *vel contra &c.* Conf. *Klockius* l. c. Cap. XVI, §. 182, pag. 346. *Knipschildt* de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imper.* Lib. V, Cap. 3, §. 60, pag. 1058. *Rumelinus*, in A. B. Part. 2, Diss. 4, §. XI, pag. 525. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* Lib. 2, Class. 2, Cap. VIII, §. 26 & 27, pag. 901. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 12, pag. 457. Dn. *Schrader*, de *Sententiis Principum, ex potestatis plenitudine*, Cap. V, §. 7, pag. 57. Conf. præced. §. 69, lit. g.

(*e*) INGRATITUDINIS &c. Ita quoque *Mylerus* l. c. Est enim obligatio ad ἀντίδωρα naturalis; & dicuntur ἀντίδωρα continere potius pretia ac mercedes, quam liberalitatem, arg. L. *Hoc jure*, 19, ff. de *Donationibus*; l. *Aquilius*, 27, ff. eod. L. *Si Pater*, 34, §. 1, ff. eod. pro pretio autem, & re simili

7 S 3

ſimili, conceſſa, pro irrevocabilibus haberi, præced. §. 66, lit. c, d & e, & §. 69, lit. g, dictum. Conf. *Schrader* l. c. *Gothofredus*, in Notis ad cit. L. 34, ff. de *Donationibus*, lit. h, & ad L. 10, C. de *Revocandis Donationib.* lit. a.

(*f*) JUSTA CAUSA &c. De cauſis his, evolvendi: *Sixtinus*, de *Regalibus*, Lib. I, Cap. VI, tot. *Mylerus* l. c. §. 13, pag. 458, & ad *Rumelinum* in A. B. Part. 2. Diſſert. 4, §. 12, pag. 527 &c. *Einſiedel*, de *Regalibus*, Cap. 4, §. 125 & ſeqq. pag. 709 &c. *Klockius* l. c. Cap. XVI, §. 94 &c. pag. 337 &c. §. 211 &c. pag. 349 &c. Cap. XIX, §. 471 & 477, pag. 463; paſſimque alibi; Dn. *Schützius*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. 7, pag. 475 &c. *Dietherr*, ad *Beſoldum Theſaur. Pract.* voc. *Privilegien*, p. 769. *Gailius*, lib. 2, *Obſervat.* 60, pag. 403 & ſeqq. *Knipſchildt*, l. c. Lib. I, Cap. XVIII, §. 1 & ſeqq. p. 141 &c.

(*g*) DELICTUM ATROX &c. Ut enim bene meritos de Republica, ſeu Principe, æquum eſt beneficiis cumulari; ita delinquendo indignos ſe facientes iis exuere, ſumma ſuadet ratio; cum, quibus modis acquirimus aliquid, iisdem in contrarium actis illud ipſum amittamus; quoniam contrariorum contrariæ ſemper ſunt operationes &c. Oportet autem delictum eſſe grave & enorme. v. g. Crimen L. M. Proditionis; homicidii, adulterii, aliave ſimilia, tam adverſus concedentem, quam ejus proximos, commiſſa; quo & illa debita referimus, quæ infamiam communiter ſecum trahunt, ubi patrentur; pariter ac blaſphemiæ & hæreſeos crimina &c. Vid. *Sixtinus* l. c. §. 38, pag. 185 &c. *Einſiedel* l. c. §. 126 &c. pag. 710, ad 714. *Klockius* l. c. Cap. XVI, §. 192, pag. 347. *Reyger*, *Theſaur. Juris*, Tit. de *Privilegiis*, §. 403, pag. 1184; *Schütz* l. c. lit. e, p. 477; *Rauchbar*, de *Quæſtionib. Juris*, P. 2. Quæſt. 11; §. 9; *Heider*, in *Fundamentis Diſcurſus von den Reichs-Vogtheyen*, lit. Ffff, p. 104. *Knipſchild*, l. c. §. 6, pag. 141, & lib. V, Cap. 3, §. 49, pag. 1056. *Carolus Tapia*, in Leg. fin. Tit. ff. de *Conſtitut. Princ.* Part. 2, C. 7, §. 10. *Gailius* de *Arreſtis*, Cap. X, §. 12 & 13, p. 255. *Mylerus* de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 13, pag. 458. *Vietor*, de *Exemptionibus Imperii*, Concluſ. 39, §. 5, pag. 222.

(*h*) IN ABUSUM &c. Partim, quod Reipublicæ interſit, ne quis re ſua male utatur; arg. §. 2 Inſtit. de *His qui ſui vel alieni juris ſunt &c.* L. 2, ff. eod. partim, quod Privilegium amittere mereatur, qui permiſſa ſibi poteſtate abutitur, arg. C. *Ubi ita didiciſti*, VII, Diſtinct. LXXIV; & Cauſ. XI, Quæſt. 3, Cap. *Privilegium*, 63; & Lib. V *Decretalium*, Tit. 33 de *Privilegiis*, Cap. *Ut Privilegia*, 24, §. 1; ibidemque, Tit. 39, de *Sententia Excommunicationis*, Cap. *Contingit*, 45, §. *Verum quia*. Conf. *Maſcardus*, de *Probationib.* Vol. 2, Concluſ. 946, §. 30, p. m. 750; *Coler*, de *Proceſſ. Executiv.* P. 2. Cap. 3, §. 133. *Sixtinus* l. c. §. 34, pag. 184, & §. 35, p. 185. *Barboſa*, Lib. XIV *Axiomatum*, Cap. 83, de *Privilegio*, Axiom. 30, p. 402. *Reyger* l. c. §. 401, pag. 1184. *Knipſchildt*, l. c. Lib. I, Cap. XVIII, §. 5, pag. 141, & Lib. V, Cap. 3, §. 48 & 49, pag. 1056 & 1057; *Heiderus* l. c. Ill. *Schützius* l. c. lit. D, pag. 477; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 1, Lib. I, Tit. 4, §. 31, pag. 58. *Brunnemannus*, in L. *Judæos*, 11, C. de *Judæis*, p. m. 38. *Klockius* l. c. Cap. XIX, §. 477, pag. 463. *Mylerus* l. c. & in Additionibus ad *Rumelinum*, Part. 2, Diſſert. 4, §. 12, p. 527.

(*i*) SI INIQUUM &c. Privilegia enim ſine præjudicio & diminutione Juris, intelligenda ſunt. vid. *Gailius*, Lib. 2, Obſervat. 142, §. 10, pag. 585. Conf. præced. §. 68, lit. a. Hinc ſtatim vires ſuas Privilegia perdere, tradunt doctores. quamprimum iniquitatem ſecum trahunt; idque procedere docet *Rolandus*, Conſil. I, §. 162, 163 & 164, non ſolum, ubi Privilegium incipiat ipſi concedenti eſſe nocivum, ſed &, ſi, ex poſt facto, enormiter tertium lædat. Conf. *Schrader*, Conſil. 23, Vol. 2, §. 124. *Surdus* Deciſ. 236, §. 22. *Klockius* l. c. Cap. XVI, §. 94, 95, 98, 100 & 101, pag. 337 & 338; & Cap. XIX, §. 478, pag. 463. *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 13, pag. 458. *Knipſchildt*, l. c. Lib. V, Cap. 3, §. 47, pag. 1056. *Heiderus* l. c. lit. E e e e, pag. 104. *Fritſchius* de *Monopoliis*, Cap. VI, §. 20, pag. 41.

(*k*) UTILITATEM PUBLICAM &c. Vid. præced. §. 69, lit. k, & ſeq. §. 73.

(*l*) OBREPTIONEM &c. Privilegium ex falſis narratis impetratum, ipſo jure invalidum eſſe, conſtans Doctorum ſententia eſt. Vid præced. §. 68, lit. b. Conf. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. pag. 528; ibique allegati alii; & de *Principib. & Statibus Imperii* l. c. pag. 458 & 459.

(*m*) FINALIS &c. Ceſſante cauſa, ob quam Privilegium conceſſum, hoc ipſum pariter ceſſare, naturali rationi conſentaneum eſt; quoniam ceſſante cauſa, ceſſat quoque effectus. Vid. *Enenckel*, de *Privilegiis* lib. 3, Cap. I, §. 6; *Rauchbar*, Part. 2, Quæſt. 11, §. 84. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. I, Cap. VI, §. 1 & 2, pag. 175. Trahunt huc Doctores L. *Ex facto*, 43, ff. de *Vulgari & pupillari Subſtitutione &c.* aliasque de quibus evolvendi: *Coler*, de *Proceſſ. Executiv.* Part. 2, Cap. 3, §. 132; *Reyger* l. c. §. 400, p. 1183. *Klockius* l. c. Cap. XI, §. 203, pag. 240; & Cap. XIV, §. 20, pag. 286; & Cap. XV, §. 23, pag. 313. *Barboſa* l. c. Axiom. 4, pag. 392 (ubi ſimul limitationes, niſi (1) reliquiæ quædam remaneant, propter quas Privilegium non deficiat, licet cauſa Privilegii finalis ceſſet; *Socinus*, Conſil. 84, §. 9, Vol. 3; (2) aut Privilegium poſt cauſæ ceſſationem, conſummatum eſſet; *Socin.* Conſil. 150, §. 12, v. 6, Vol. I.) *Knipſchildt* l. c. Lib. V, Cap. 3, §. 51, pag. 1057; *Schütz* l. c. lit. G, p. 478;

Carolus Tapia, Comment. in L. fin. Tit. ff. de *Constitut. Princip.* Part. 2, Cap. 4 & 5. *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 4, §. 112, p. m. 703; *Heider* l. c. lit. G g g g; *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. & de *Principib. & Statibus Imperii* l. c.

(*n*) ACTUM CONTRARIUM &c. Quia contraveniendo quis Privilegio renunciare videtur; arg. L. *Veteranos*, 5, ff. de *Veteranis*: & L. *Campanus*, 47, ff. de *Operis Libertorum*; L. 2, C. de *Jure Dominii impetrando.* Vid. *Meichsner*, Tom. 2, Lib. I, Decis. VI, §. 124; *Menochius* de *Præsumpt.* lib. 6, Præsumpt. 41, §. 3; *Barbosa* l. c. Axiom. IX, p. 393; *Gailius*, Lib. 2, Observat. 60, §. 10, p. 404; *Reyger* l. c. §. 387, p. 1179; & §. 402, pag. 1184; *Schütz* l. c. lit. C. pag. 475; *Klockius* l. c. Cap. XVI, §. 211, pag. 349; *Brunneman*, ad L. 12, C. *de Excusationibus Tutorum*, p. m. 478; *Dietherr*, ad *Besoldum*, *Thesaur. Pract.* Tit. *Privilegien*, p. m. 769; *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. pag. 528; & de *Principib. & Statibus Imperii* l. c. §. 14, pag. 459; *Knipschildt* l. c. Lib. I, Cap. 18, §. 3, pag. 141. Quot actus autem contrarii requirantur, ut quis Privilegium perdat? exponit *Nicol. Alexand. Trentacinquius*, in *Resolutionibus Practicis*, Tit. de *Rescriptis*, Resolut. IX & X; distinguendum ante omnia, num Privilegium consistat *in faciendo aliquid?* an, *in non faciendo?* priori casu, *non usu*, amitti Privilegium, seq. lit. o, dicam; posteriori, rursus interest: *num Privilegium concessum sit Universitati cuidam? an personæ privatæ?* si illud; non perditur Privilegium per Actum contrarium, nisi longissimo tempore, puta, quadraginta annorum spatio, præscribatur; cum singulares personæ, per contraventionem, Privilegio toti Universitati, vel Communitati concesso, renuntiare nequeant; actusve individuorum quorundam, toti Corpori damno esse. Vid. *Gailius* Lib. 2, Observat. 60, §. 10, pag. 404, & §. 12 & 14, pag. 405. Quod si vero de *certo tantum individuo* loquamur, videndum, utrum Privilegium ad plures casus directum sit, v. g. cum quis ab omnibus oneribus liber pronuncietur? an ad unicum duntaxat? priori casu, actus contrarius quoad unum, non statim jacturam totius Privilegii involvit; iniquum sane foret, si quis ad omnia onera in se suscipienda cogeretur, eo quod certo saltem se subjecerit; (vid. *Brunnemannus* l. c. *Gailius* l. c. §. 11, pag. 404; *Gothofredus* ad L. 12 C. de *Excusationibus Tutorum*, lit. d. *Reyger* l. c. §. 402, p. 1184) posteriori vero, amittitur Privilegium, etiam unico actu contrario; sic v. g. exemptus à militum hospitationibus, vel excubiis, vel collectis &c. perdit privilegium, peccando semel contra privilegium hujusmodi specialissimum; arg. R. I. *Augustan.* An. 1548, §. *Hätte aber der Außgezogen*, 59, circa finem: *wo sich befinde, daß ein Außgezogener Stand, innerhalb Menschen Gedencken, eins, zwey, oder mehrmahl, hätte dem H. Reich gesteuret, und also das Reich in quasi possessione wäre, der soll nachmals ungeweigert steuren &c.* Quæ in R. I. *Ratisbon.* An. 1576, §. *Wo aber innerhalb Menschen Gedencken*, 105, repetuntur; Directa namque contraventio renuntiationem inducit, proinde Privilegium speciale, certæ personæ, quoad certam rem, indultum, unico actu, directe ei contrario, amittitur; vid. *Gailius* l. c. §. 10, pag. 404. *Schützius* l. c. lit. c, pag. 475 & 476. *Vietor* de *Exemptionibus Imperii*, Conclus. 39, §. 10 & seqq. pag. 224. *Klockius* l. c. Cap. XIX, §. 471, pag. 463; *Knipschildt* l. c. *Dietherr* l. c. annectens, unicum etiam actum contrarium id operari, ut Privilegiatus possessionem suam docere teneatur. Fallunt tamen hæc, (1) ubi quis coacte Privilegio contravenerit; tunc enim Privilegiatum non statim Privilegio exui, ex *Surdo*, Consil. 419, §. 35. *Garsia Mastrillo*, *Decis. Regni Sicil.* Decis. 296; & *Vasq.* Quæst. Illustr. c. 2, §. 9, probat *Mylerus*, ad *Rumelinum* l. c. add. *Schütz* l. c. pag. 476. aut (2) protestando jus suum salvaverit; actus enim, etiam voluntarios, protestatione posse limitari, docet *Klockius* l. c. §. 472; & Cap. XVI, §. 207, pag. 348. Conf. *Schütz* l. c. (3) Contraventio ex ignorantia processerit; vid. *Barbosa* l. c. Axiom. IX, pag. 393 &c. *Schütz* l. c. (4) aut Privilegium clausulam annullatitiam, v. g. quod nullus actus contrarius possessori nocere debeat; complectatur; vid. *Gailius* l. c. §. 12, p. 405.

(*o*) VETERANIS &c. Sunt adhuc tituli alii, quorum intuitu Privilegia pereunt v. g.

(1) *Non usus*; Privilegia enim, quæ *in faciendo* consistunt, amitti, si privilegiatus, cum possit, intra decennium, iis non utatur, doctrina est *Modestini*, Lib. 3 *Regularum*, vid. L. 1 ff. de *Nundinis*; testaturque *Bartolus* ad hanc Legem, *Aretinos* Privilegium conferendi honores doctorales perdidisse, quod, decem annorum spatio, eo non essent usi; Conf. *Gailius*, Lib. 2, *Observat.* 60, §. 1, pag. 403, ibique citati plures; *Reyger* l. c. §. 388, pag. 1179; & §. 403, pag. 1184. *Vietor* l. c. §. 10, p. 224. *Barbosa* l. Axiom. 10, pag. 394. *Sixtinus*, de *Regalib.* cit. Lib. I, Cap. VI, §. 30, pag. 184. *Dietherr*, ad *Besoldum* l. c. pag. 769; *Enenckel*, de *Privilegiis* Lib. 2. c. 15, §. 1 &c. *Mylerus*, ad *Rumelinum* l. c. §. 12, p. 527; *Schützius* l. c. lit. C, pag. 476, ubi simul: Jure Saxonico, *non usum* ad triginta annos extendendum tradit. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 2, Lib. I, Tit. 4, §. 31, pag. 58. *Knipschildt* l. c. Lib. I, Cap. XVIII, §. 1, pag. 141. Excipiendi tamen casus sunt, si 1) occasio utendi se non obtulerit; tunc enim Privilegium non amitti, etiamsi per mille annos quis eo non uteretur, recte docet *Panormitanus* in C. *Antiqua*, 23, Lib. V *Decretal.* Tit. 33 de *Privilegiis*;

quoniam

quoniam non tam *non usus*, quam *supina negligentia* hic considerand a venit; Conf. *Barbosa* l. c. *Reyger* l. c. §. 403. pag. 1184. *Gailius* l. c. §. 1, pag. 403. *Sixtinus* l. c. §. 40, pag. 186. *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 4, §. 134, pag. 714. *Schütz* l. c. *Klockius* l. c. Cap. 3, §. 182, pag. 71. *Knipschildt* l. c. *Dietherr* l. c. p. 769. (2) Aut, se obtulerit quidem, ast in Privilegiati potestate non fuerit Privilegio uti; quia nulla hic negligentiæ culpa imputari potest. Vid. *Gailius* l. c. *Schütz* l. c. (3) Privilegium clausulam contineat, quod *non usus nihil afferat detrimenti*; seu, quod idem est, *non præjudicet*; qualia ego permulta vidi; quo v. g. pertinet Diploma *Ferdinandi III*, *Christiano* Com. de *Rantzow*, an. 1650 concessum, §. 13, apud Dn. *Lunig*. Part. spec. *Reichs-Archivs*, Cont. 2, VI *Abtheilung*, XVI *Absatz*, §. 109, p. 197; Similiter Diploma, quod *Philippus Erwinus* L. B. *Schœnbornius*, sub dato *Wien*, An. 1663, 29 Januar. à *Leopoldo* Imp. obtinuit, apud Dn. *Lunigium*, in *Spicilegio Seculari*, 2 *Theil*, 45 *Absatz*; §. *damit auch*; p. 1213 & 1214; nec non illud, quod idem Cæsar, sub dato *Wien*, 20 Octob. 1671, *Joh. Adolpho* Princ. *Schwartzbergio* largitus est, ibid. I *Theil*, 48 *Absatz*, §. 54, p. 1348; §. *damit auch &c.* ut & Diploma *Leopoldi Wilhelmi* Com. *Kœnigseckii*, sub dato *Wien*, 15 Oct. 1675; ibid. XVII *Absatz*, §. 4, pag. 374; pariter ac *Ingelheimense*, sub dato *Pardubitz*, 1680 27 Maji, in appendice *Catalogi Privilegiorum de Non appellando*, An. 1719, pag. 209; ut & *Schwartzburgicum*, sub dato *Wien*, 22 Dec. 1691 apud Dn. *Lunig*. Part. spec. Archivi Cont. 2, VI *Abtheilung*, 29 *Absatz*, § 1 Supplement. ult. p. 120 &c. hac enim ratione, integrum est Privilegiato uti Privilegio, vel non uti. Vid. *Barbosa* l. c. *Dietherr* l. c. pag. 768; *Gailius* l. c. §. 9, pag. 404; *Klockius*, Tom. I, Consil. 7, §. 592 & seqq. dissentire hic videtur *Schützius* l. c. (4) Privilegium datum sit Ecclesiæ; utpote quod non minori, quam quadraginta annorum spatio, propter *non usum*, præscribitur; arg. C. *de Quarta decima*, 4, Lib. 2, *Decretalium*, Tit XXVI, de *Præscriptionibus*; & Cap. *Illud*, 8, eod. *Barbosa* l. c. *Gailius* l. c. §. 12, p. 405. (5) Si Privilegiatus, per id tempus, quo Privilegio non utitur, concedenti certam pensionem præstet; vid. *Barbosa* l. c.

(2) *Renunciatio*; Ut enim invito beneficium non datur, arg. L. 69. ff. de *Regulis Juris*; ita Juris antiqui Regula est: *Omnes licentiam habere, his, quæ pro se introducta sunt, renunciare*; Vid. L. *Si quis*, 29. C. de *Pactis &c.* Conf. L. 1. ff. *Si quis in jus vocatus &c.* *Sixtinus* l. c. §. 29, pag. 183; *Struvius* l. c. *Knipschildt*, l. c. Lib. I, Cap. 18, §. 23 & 24, p. 143.

(3) *Fœda ingratitudo*; ob hanc quoque Privilegium revocari posse, tradunt, *Vietor* cit. Conclus. 39, §. 5, pag. 222; *Gailius*, de *Arrestis*, Cap. X, §. 9 & 11, pag. 255; *Einsiedel*, de *Regalib*. Cap. 4, §, 125, pag. 709; *Knipschildius* l. c. §. 7, pag. 141 & 142. ibique allegati; cum (juxta Panormitanum, in C. ult. X. *de Donationibus*, Lib. 3, Tit. 24,) *Ingratitudinis vitio nullum majus nec detestabilius sit*. Tollit enim naturæ debitum. *Barbosa* lib. IX *Axiomatum*, Cap. 56, de *Ingratitudine*, Axiom. I, pag. 657; & *Ingrato homine Terra pejus nil creat*; *Auson.* in *Epigram.* quo circa & Ingratus beneficio se indignum reddere dicitur, tot. Tit. 50, Lib. 8 C. de *Ingratis Liberis*; L. 1, C. de *Revocandis donationibus*, dict. Lib. 8, Tit. 56, verb. *Si ingratus sit, omnis donatio, mutata Patronorum voluntate, revocanda est &c.* & L. *Generaliter*, 10, eod. verb *Generaliter sancimus, omnes donationes Lege confectas, firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inveniatur, ita, ut injurias atroces in eum effundat; vel manus impias inferat; vel jacturæ molem ex insidiis suis ingerat, quæ non levem sensum substantiæ donatoris imponat; vel vitæ periculum aliquod ei intulerit; vel quasdam conventiones, sive in scriptis donationi impositas, sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere voluerit &c.* L. *Liberi*, 28, C. de *Inofficioso Testamento &c.* L. *Omnimodo*, 30, C. eod. Nov. 22, de *Nuptiis*, Cap. *Hinc nos*, 46, §. 3 & 4.

(4) *Sublatum officium*, cui Privilegium annexum; ubi enim prius contingit, hoc eo ipso simul cessare, dudum annotarunt *Reyger* l. c. §. 387, pag. 1179; *Reinking*, de *Regim. Secul. & Eccles.* lib. 2, Class. 2, Cap. 8, §. 33, p. 902.

(5) *Privilegium ad certum tempus datum*, finito tempore similiter statim expirat. Vid. Lib. I *Decretal.* Tit. VI *de Electione*; Cap. *Cum in cunctis*, VII, §. *Cum vero Electus*; & Cap. *Ne pro defectu*, 41, eod. *Sixtinus*, de *Regalib.* cit. Lib. I Cap. VI, §. 42 & 43, pag. 186 &c. *Barbosa*, Lib. XIV *Axiomatum*, Tit. 83, de *Privilegio*, Axiom. XIX, p. m. 397; *Schütz*, cit. Vol. 2, Exercit. VIII, θ. VII, lit. G, pag. 478; *Einsiedel*, de *Regalib*. Cap. 4, §. 114, pag. 704; *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 2, Constit. 30, Defin. 23, §. 6, p. 684. Tempus quippe alicui rei præfixum, de forma ejus esse censetur; ast, forma destructa, res ipsa destrui dicitur, vid. *Barbosa* l. c. De aliis ne dicam.

(73) An, ex ratione Status, Privilegia irrevocabilia revocari possint? Quæstio est. Statistæ hoc asserunt; quia necessitas & utilitas publica, (*a*) faciunt, ut & Decreta Ordinis rescindi

rescindi possint; *L. 5 ff. de Decret. ab Ordin. fac.* modo, propter naturam contractus, præstetur Privilegiorum & Jurium æstimatio. (*b*) *Paschal. de Patr. Pot. part. I. c. I.* Nullum enim Privilegium includit casum publicæ utilitatis, vel necessitatis. *Vid. tamen Gœdd. 4, Consil. Marpurg. XVI & XVII.*

NOTÆ.

(*a*) UTILITAS PUBLICA &c. Urgente Reipublicæ necessitate, seu utilitate, quodlibet Privilegium revocari posse, dictum præced. §. 69, lit. K.

(*b*) ÆSTIMATIO &c. Principem, exigente publica utilitate, Privilegium auferendo, æstimationem solvere teneri, æquitatis est; arg. L. 15, §. 1 & 2, ff. de *Rei Vindicatione*; ne Privilegia in fraudem accipientium concessa videantur. Conf. *Rauchbar*, Part. 2, Quæst. 11, §. 92 & 94. *Enenckel*, de *Privilegiis*, Lib. 3, Cap. IX, tot. *Mylerus*, ad *Rumelinum*, Part. 2, Dissert. 4, §. 12 p. 528 & 529; & de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 15, p. 460; *Klockius*, de *Contribut.* Cap. XVI, §. 192, pag. 347; Ill. Dn. *Bœhmer Introduct. in Jus Publicum Univers.* Part. spec. Lib. 2, Cap. 3, §. 64, p. 436; Add. seq. Tit. XVIII, Procem. lit. b.

(74) Sic etiam, si Princeps alicui concessit Privilegium, sub certa aliqua conditione, (*a*) nisi ista conditio, in forma specifica, adimpleatur, adimi potest Privilegium; & verum est, eam ne quidem per æquipollentiam adimpleri posse, quia per modum contractus conceditur, &, in Contractibus, invito Creditori aliud pro alio solvi non potest; *Vid. Leander Galganetti, de Condit. Part. 2, Cap. I, Quæst. 104, §. 23 & 24*; *Thurov.* de Principis Autoris in Privilegia potestate; ubi sequentes Positiones latius deducit, (1) Princeps absolutissimus Privilegia servare tenetur, sua natura adhuc firma; (2) Princeps Legibus fundamentalibus adstrictus, (*b*) non potest tollere Privilegia pro lubitu; (3) Princeps Privilegia Exteris (*c*) concessa, pro lubitu non potest tollere; (4) Senior pro lubitu Privilegiis eorum derogare non potest, qui, ratione Feudi, sibi subjiciuntur; (5) Privilegia interpretari non semper (*d*) est solius Principis; (6) Princeps certo casu, certisque de causis tantum, Privilegia potest tollere.

NOTÆ.

(*a*) CONDITIONE &c. Quod enim sub conditione concessum, ad sua revertitur principia, conditione deficiente. Vid. *Arumæus*, Part. I, Decis. 2; *Einsiedel*, de *Regalib.* Cap. 4, §. 114, pag. 704; Ill. *Schütz*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Exercit. VIII, §. 7, lit. G, pag. 478. Nihil namque ponit in esse Conditio; nec valet actus conditionalis, nisi conditio simul existat, arg. L. 8. ff. *Si quis omissa causa*; L. 213, ff. de *Verbor. Signific.* conf. *Barbosa* Lib. 3 *Axiomatum*, Cap. 43, de *Conditione*, Axiom. XVI, p. m. 237. Et quidem debet Conditio in forma specifica adimpleri; arg. L. 44, ff. de *Conditionib. & Demonstrationib.* & L. 55, eod. *Barbosa* l. c. Axiom. XVII, pag. 238. *Myler*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 16, pag. 461. Exceptio est, ubi ille, qui conditionem adimplere tenetur, nec satisfacit, culpa caret, quo minus illa adimpleatur; quia tali casu, conditio pro impleta habetur; arg. L. 24 ff. eod. *Barbosa* l. c. p. 239.

(*b*) ADSTRICTUS &c. Sic v. g. Imperatores, vigore Capitulationum, Imperii Statuum Jura & Privilegia, sarta tecta servare tenentur. Vid. præced. §. 66, lit. f. de Statibus Imperii ipsis, vid. præc. §. 72, lit. b.

(*c*) EXTERIS &c. Imo, nec Subditis. Vid. præced. §. 70, lit. a. Discimus interim hinc, illationem: *quod Privilegii concessio Superioritatem in accipientem, sive Privilegiatum, involvat*; Universaliter veram non esse; cum & iis privilegia concedi queant, qui concedentis Jurisdictioni non subsunt. Vid. *Kolbius*, in *Aquila certante*, *in Confutatione Signi primi Solmensis*, Art. XXV, §. 4, pag. 91 & 93; provocans ad *Klockii* Tom. I Consil. 8, §. 60 & 61; quam sententiam, in *Confutatione Signi XXIII*, Art. 1, §. 2, pag. 304, latius persequitur; pariter ac in *Confutat. Signi XXXIV*, Art. I, §. 1 &c. pag. 311 &c. ubi inter alia: *Erstlich haben die Herren Landgraffen und Fürsten zu Hessen, dem Kloster Arnsburg, auch Privilegia geben und confirmiret, daß es kein Zoll &c. im gantzen Fürstenthumb Hessen geben darff: ---- zum andern, hat Arnsburg, von der Kayserl. Freyen Reichsstatt Franckfurt unterschiedliche Privilegia; ---- und dergleichen von andern Herren und Stätten mehr. Wan nun, aus solchen Privilegien eine Superiorität und Obrigkeit auff Arnsburg zu erfolgen, so müßte Arnsburg allen denen, von welchen es Privilegia hat, subject seyn, welches mehr dan ungeräumbt ist &c.* Conf. Ill. Dn. *Bœhmer*, *Jur. Publ.* Uni-

Univerſal. Part. ſpec. Lib. 2, Cap. 3, §. 58. lit. c, pag. 430. Secus ac *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. 4, §. 246, pag. 109, ajens: *Privilegiorum conceſſio jus Superioritatis in Privilegiatis arguit*; alios plures in eandem ſententiam producens, quibus & *Reinkingium*, de *Regim. Secul. & Eccleſ.* Lib. 2, Claſſ. 2, Cap. 8, §. 25, pag. 901, reliquosque ab eo allegatos, una cum *Mylero*, *de Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 49, §. 1, pag. 447, jungas. Id certum eſt, Privilegia nec concedi, nec confirmari poſſe, niſi ab iis, qui ſuperioritate gaudent; aſt non æque quod propterea is, cui Privilegium datur, vel confirmatur, ſtatim dantis, vel confirmantis, Jurisdictioni ſit ſubjectus.

(*d*) NON SEMPER &c. Vid. præced. §. 67, lit. a & b. Conf. *Mylerus* l. c. §. 5, p. 451.

(75) Privilegia perſonalia reſpiciunt vel ſecuritatem perſonarum; vel earum dignitatem, eamque, vel augendam, vel reſtituendam; vel earum actiones, licitas vel illicitas.

(76) Privilegia, quæ reſpiciunt ſecuritatem, ſunt (1) Ut omnis qui in Burgis (*a*) & Caſtellis Principum deprehenditur, ab omni alterius injuria, (*b*) quæ, vel verbis, vel vi, infertur, ſpecialiter tutus ſit, adeo, ut, ſi quispiam in Burgo, vel Principis Caſtro, talem injuriam alteri intulerit, habeatur pro violatore Pacis publicæ, & atrocioribus pœnis ſubjiciatur, & vel manus amputatione, vel quandoque pœna capitali, puniatur, (*c*) Qui enim ſecuritatem publicam turbavit, *und den Burgfrieden gebrochen hat*, in ipſius Principis contemptum (*d*) deliquit. *Vid. Fritſchius*, *de Palatiis*, *Cap. XII*, §. 3. In ſignum *des Burgfriedens*, ſolent Principes Imperii in Palatiis, aliisve locis publicis, *als*, *an den Fürſtlichen und Græflichen Reſidentzen und Schlœſſern*, affigere ſignum (*e*) & inſcriptionem pacis publicæ. Quamvis autem Palatiis nihil, pro ſecuritatis ſigno, adſcriptum ſit, tamen ſecuritas Burgenſis ibi viget, & ſe exſerit, modo Princeps ibi reſideat, ac Curiam celebret, vel teneat; Vid. latiſſime *Fritſchius*, de Palatiis, Cap. VIII, per tot. *An provocans aliquem ad duellum*, *in loco publicæ ſecuritatis*, *vel Pacis Burgenſis*, *da Burgfrieden iſt*, *in pœnam violatæ pacis Burgenſis* (*f*) *incidat?* quærunt; Alii negant, quia, in odioſis, verba Conſtitutionis proprie (*g*) ſunt accipienda; *Ambroſin.* de *Immunit. Eccleſ.* Cap. V, §. 4. Alii affirmant, (*h*) quia ipſa provocatio ad duellum; eſt delictum, (*i*) ſpernitur enim Magiſtratus Officium, (*k*) qui in medio conſtitutus eſt, ne quisquam ſibi ipſi jus dicat, & in primis Principis Majeſtas, quæ reverenter habenda eſt; *Georgius Caraffa*, de *duello*, Sect. 3, Quæſt. I. Hinc etiam eſt, ut recte quidam ſentiunt, quando aliquis gladium ſaltem ſtrinxit, licet tertium non læſerit, nec manu pulſaverit, ſed manum levaverit ad pulſandum, quod Pacem Burgenſem turbaverit; quo pertinent verba JCti: (*l*) *Si quis pulſatus quidem non eſt*, *verum manus adverſus eum levata*, *& ſæpe territus eſt*, *eum*, *qui quaſi percuſſurus*, *non tamen percuſſit*, *utili injuriarum actione teneri*, L. 15, §. 1, ff. de Injur. Quod Praxis Imperii Romano-Germanici quoque obſervat, adeo, ut, *wan einer nur die Hand zum ſchlagen aufhebt in den Reſidentzen*, *ſo iſt der Burgfrieden gebrochen.* *Fritſch*, dict. Tract. de Palat. Principum Imperii, Cap. XII, §. 4.

NOTÆ.

(*a*) BURGIS &c. Voce *Burgi* quid olim intellectum fuerit? dictum præced. Lib. I, Tit. XVII, §. 7, lit. a, pag. 592 &c.

(*b*) INJURIA &c. Inter præcipua Palatiorum Principum Jura locum omnino meretur, quod ſint inviolabilia, ſancta, & ſecura. Ubi enim Princeps, ibi ſecuritas; Vid. *Gothofredi*, in L. *Si contra*, I, C. *de his*, *qui per metum Judicis non appellarunt*, Lib. VII, Tit. 67; *Myler*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 52, §. 5, pag. 486. *Fritſchius* in Comment. ad L. un. C. de *Palatiis & domibus dominicis*, Cap. XII §. 1. Æquum profecto, ſecuritatem habitare in loco, quem inhabitat Ille, qui de tranquillitate & quiete publica ſolicitus eſt. Sane, ſi *privatorum domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum* præbeat, arg. L. *Plerique putaverunt*, 18, ff. *De in Jus vocando*, Lib. 2, Tit. 4; unde *Cicero*, Orat. XXIX, *pro domo ſua ad Pontifices*, Cap. 109, p. m. 592: *Quid eſt ſanctius*, *quid omni Religione munitius*, *quam domus uniuscujusque civium? hic aræ ſunt*, *hic foci*, *hic Dii Penates*, *hic ſacra Religionis cerimoniæ continentur*; *hoc perfugium eſt*,

est, ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit &c. Quanto major non debeat esse securitas in domo Principis? vid. *Carpzov. Jurisprud. Forens.* Part. 4, Constit. XIII, Definit. IX, §. 10, pag. 1344; *Fritschius* l. c. *Gothofredus Stockman*, Thuring. Diss. de *Juribus Palatii Principalis*, Præside Dn. *Georgio Adamo Struvio*, An. 1689, mens. Octobr. Jenæ habita, Cap. 3, §. 4, p. 10 & 11.

(*c*) PUNIATUR &c. *Petrus Sarpi*, Italus, de *Jure Asylorum*, Cap. V, §. *Si persona*, inquit: *Si locum inspiciamus, in Principis Curia, Palatio, plateis, aut in arcibus, quæ maxima cura custodiuntur, maximum erit delictum, etiam arma movere &c.* Ut enim *locus facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit, & capite luendum, vel minore supplicio;* teste *Claudio Saturnino*, Libr. singul. de *Pœnis Paganorum*, in L. *Aut facta*, 16, §. 4. ff. de *Pœnis*, Lib. 48, Tit. 19; & *Ulpiano*, Lib. 68, *ad Edictum*, in L. *Sacra loca*, 9, ff. de *divisione rerum*, Lib. I, Tit. VIII, §. 3: *Proprie dicimus Sancta, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam sunt confirmata - - - - interdum in sanctionibus adjicitur, ut, qui ibi aliquid commisit, capite puniatur &c. Quis* (sunt verba *Carpzovii*, l. c. §. 8, pag. 1344) *inficias ibit, severius animadvertendum, adversus eum, qui in Domo Principis, Curia, Theatro, aliove loco publico, peccat, violata ejusdem loci securitate ac Religione?* qui l. c. §. 10, pergit: *Quis negabit, longe sanctiorem esse domum Principis, seu Palatium Civitatis, ad quod omnes, ceu ad publicum Asylum, confugientes, ab omni periculo securi esse confidunt; ut dubium prorsus non sit, quin adversus violatores hujus securitatis, severiori pœna animadverti possit &c.* Ejusdemque sententiæ Scabinos Lipsienses esse, binis sententiis probatur ibid. verb. *Ita Domini, contra A. à R. zu Altenburg, Mens. Septemb. An. 1596: So mag Er, von wegen solches, in der Fürstlichen Burg, begangenen Frevels, und Muthwillens, und daß Er H. à B. mit dem Dolche gestochen, (wofern man ihm, in Ansehung seiner Jugend, und Trunckenheit, nicht Gnad erzeigen wolte,) mit Abhauung einer Faust, dero er am besten entrathen kan, des Landes ewig billig verwiesen werden &c. Et contra NN. zu Dreßden,* Mens. Majo, An. 1609: *So wird Ihme, von wegen solcher in der Fürstlichen Freyheit begangenen Verbrechung, in dem Gefängniß, billich ein Stockschilling gegeben, und er darauf des Landes ewig verwiesen &c.* Conf. idem, Part. I *Prax. Criminal.* Quæst. 40, §. 33 & 34, pag. 245; Jung. *Chassanæus*, in *Catalogo Gloriæ Mundi*, Part. 5, Consid. 24, §. 125: *Hinc videmus, Palatia Principum importare talem securitatem, ut offendentes aliquem in illis capitaliter puniantur &c.* & *Mylerus*, l. c. §. 3, pag. 484: *Si quispiam, in loco, Pace Burgensi munito, temere aliquid admiserit, ac quempiam, vel vi, vel verbis, læserit, tanquam violator Pacis publicæ, acrioribus pœnis, vel manus amputatione, quandoque capitaliter,, punitur &c.* Eodem tendit Articulus 2, Tituli XV *Juris Lubicensis*, referente *Mevio*, ad *Jus Lubicense*, Part. 4, Tit. XV, Art. 2, p. m. 851: *Verbricht einer, vor dem Rath, oder dem Gerichte, mit Worten und Wercken; deßgleichen, in der Kirchen und Kirch-Höfen; auf dem Rath-Hause, Gericht-Buden, in der Marckt-Zeit, Weinkeller, Marckt, Fleisch-Schrangen, Waagen, auf dem Stade bey der Traven, der soll, nach Gelegenheit der Verbrechung, mit mehrer Straff, dann sonsten gebräuchlichen, beleget werden; dann diese Oerter haben Burg-Frieden &c.* Unde *Mevius* l. c. §. 1 &c. non male subsumit: *Loca quædam, publicis usibus dicata, singulari securitate & immunitate gaudent, ut in iis delinquens severiorem semper mereatur pœnam; quia nempe Reipublicæ, & communis quietis, interest, qui in iis versantur, quæque ibi geruntur, ab omnibus turbis & violentiis, esse remota; talia sunt arces & Castella Principum, ut & alia loca munita, Fürstliche Hoff-Stätte, Schlösser und Vestungen, quæ adeo sancta habentur, ex usu communi, ut ausus minari gladio evaginato, vel simile ciens, unde facilis turbandi occasio sit, corporis incurrat pœnam; levior quoque injuria, alteri illata, severe vindicetur &c.* Add. *Heideri*, *Acta Lindaviens.* fol. 939, lit. Eeeeeee. *Knipschild*, de *Privileg. Civitatum Imper.* Lib. 2, Cap. 28, §. 11. pag. 510. *Fritschius* l. c. §. 4.

(*d*) CONTEMPTUM &c. Dum reverentiam Domino Palatii, tanquam Superiori debitam, lædere attentavit; arg. L. *Prætor edixit* 7, §. fin ff. de *Injuriis*, Lib. 47, Tit. 10, ubi *Ulpianus*, Lib. 57 ad Edictum: *Nam Prætoris in conspectu, an in solitudine, injuria facta sit? multum interesse ait: quia atrocior est, quæ in conspectu fiat &c.* Conf. *Mylerus* l. c. *Knipschild* l. c. ibique nominati.

(*e*) SIGNUM &c. *In quibusdam locis, an Schlössern, Kirchen, Raths-Häusern, oder andern öffentlichen Plätzen, affiguntur signa Pacis, quæ vulgo Burgfrieden vocamus, per quæ, Loca ista sanctificantur; ibique qui temere, & in contemptum Principis, delinquit, capite punitur, vel interdum manus ei detruncatur &c.* Hæc *Speidelius*, in *Notabilib. Jurid.* voc. *Burgfried*, p. m. 158. In muro arcis Cæsareæ Viennæ, picta cernitur manus, strictum tenens gladium, addita epigraphe: *der Römischen Kayserlichen Majestät Befehl, und ernstliche Meinung ist, welcher in diesem Gezirck der Römischen Kayserlichen Burg und Freyuung, mit Zancken und Schlagen, verfält, der wird mit Ungnad, am Leib und Leben, schwär gestrafft werden &c.* Notandum autem, moderamen inculpatæ tutelæ hic non prohiberi,

modo defendens non excedat; alias enim de excessu tenetur. Vid. *Speidel* l. c. *Besoldus*, *Thesaur. Pract. adauct.* voc. *Burgfried*, pag. 125, ibique *Dietherr* in Addit. *Mager*, de *Advocatia armata*, Cap. XV, §. 86; *Kyllinger*, de *Ganerbiis Castrorum*, Disc. 3, §. 55; *Hering*, de *Jur. Burg.* c. 1, §. 723; *Harpprecht*, ad §. 10 Instit. de *Rerum divisione*, v. 22. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 52, §. 1, 3 & 4, pag 483 &c. *Schneidewin*, ad §. 1 Instit. de J. N. & G. n. 18; *Fritschius* l. c. §. 3 & 4, p. m. 202 &c. Cernimus simul hinc, vocem *Burgfriede* sumi, hoc loco, pro *Securitate publica*, vid. *Fritschius* loc. cit. §. 3. *Mylerus* loc. cit. §. 1, pag. 483. *Stockmannus* loc. cit. Cap. 3, §. 4, pag. 13. Quandoque enim denotare etiam *Territorium Castri*; quandoque *Leges, Pacta, & Statuta Condominorum*, *der Ganerben, alicujus Burgi, vel Castri*, ex *Actis Lindaviensibus*, fol. 142, sub fin. & fol. 939; *Heidero*, Cap. 8 *der Reichs-Vogteyischen Apologie*, p. m. 301 &c. *Besoldo* l. c. voc. *Burgfried*, pag. 125, *Dietherro*, in Additionibus ibidem, aliisque pluribus, discendum; Conf. seq. Tit. XX, §. 83, lit. b & c.

(*f*) BURGENSIS &c. Non confundenda est hæc Pax, cum *Pace Publica*, quoad pœnam; nam, ut Actio ex Constitutione *Pacis publicæ*, ob pacem violatam, valide instituatur, tria potissimum requiruntur, (1) *Vis publica, & quidem major, quam cui resisti possit*; (2) *Vis armata, quæ fit coactis & coadunatis hominibus*; ob verba Constitutionis: *Mit gewehrter Hand*; (per *arma* vero, non solum Gladii, hastæ, & frameæ, sed & fustes, lapides, omniaque, quibus nocetur, intelliguntur; arg. l. *Quod est*, 3, ff. de *Vi, & de Vi armata*, Lib. 43, Tit. 16, §. 2 & 3; & L. *Armorum*, 41, ff. de *Verbor. Signific.* & L. *Si calvitur* (calumnietur) 233, ff. eod. §. 2, *Telum &c.*) (3) *Dolus malus, verum propositum, & præmeditata offendendi voluntas*; ob Verba Constitutionis: *fürsetzlich, gefährlich und freventlich &c.* Vid. *Gailius*, de *Pace Publica*, Lib. I, Cap. VII, §. 1, 2, & 6, pag. 32; inde subsumens, §. 18. pag. 33: *Quapropter, ad obtinendam Citationem in Camera super pace rupta, hæc tria requisita quis, in Supplici Libello, simul commemorare, & cœpto Judicio luculenter probare debet: alterutrum horum non sufficit: quia non omnis vis publica est fracta pax, licet, è contrario, omnis fracta pax sit vis publica; quia hoc Edictum Pacis Publicæ, non ad omnem, sed ad atrocem vim pertinet ---- Publica pax turbari nequit. sine vi publica, quia, ut dictum est, tria cumulative requiruntur, quæ pariter ad vim publicam spectant: quolibet horum deficiente, cessat pœna pacis violatæ, puta Banni Imperialis; sed ad pœnas juris communis, de vi publica, ratione simplicis spolii, agi potest &c.* Eadem habet *Carpzovius*, cit. *Jurisprudent. Forens.* Part. 4, Constit. XIII, Definit. 2, pag. 1342; annectens l. c. Definit. IX, §. 1 &c. pag. 1344: *Errant omnino, qui percutientes, aut vulnerantes aliquem, in Curia Civitatis, arce & Palatio Principis, alioque in loco publico & privilegiato, an gefreytem Ort, ex Constitutione Fractæ Pacis Publicæ, puniri, sibi persuasum habent. Quam falsum enim hoc sit, manifestum est ex requisitis fractæ Pacis publicæ. Sine hisce, percussionem fieri posse, etiam in loco privilegiato, facile concesseris, ut sic, deficiente crimine fractæ pacis publicæ, ipsam quoque pœnam cessare, mirum haud sit &c.*

(*g*) PROPRIE &c. Arg. L. *Utilitatem*, 1. ff. de *Exercitoria Actione*, Lib. XIV, Tit. 1, §. *Licet autem*, 20; accedente L. *Interpretatione*, 42, ff. de *Pœnis*, Lib. 48, Tit. 19, ubi: *Interpretatione Legum, pœnæ molliendæ sunt potius, quam asperandæ*; nec non L. *Factum*, 155, ff. de *Reg. Juris*, §. 2: *In pœnalibus causis, benignius interpretandum est &c.* add. L. *Si fuerit*, 10, ff. de *Rebus dubiis*, Lib. 34, Tit. V, §. *Plane*, Vid. *Myler*, de *Principib. & Statibus Imperii*, cit. Part. 2. Cap. 52, §. 6, pag. 486 & 487.

(*h*) AFFIRMANT &c. Inter quos ipse *Mylerus* l. c. §. 7, pag. 487, undo locus hic desumtus videtur.

(*i*) DELICTUM &c. Definiri hinc potest duellum Privatorum: quod sit *detestabile vindictæ genus, quo, contra sanam rationem, divinasque pariter & humanas Leges, iratus in iratum, jus vitæ & necis sibi vindicat, sicque, propria auctoritate, in propria causa, judicem agit.* Quid enim sanæ rationi tam contrarium, quam cum injuriam vindicare cogitans, ab eo, à quo se læsum credit, quemque in arenam provocat, adhuc gravius lædatur; imo, vitæ sæpius animæque jactura, pœnas audaciæ luat? Nonne ejusmodi gladiatores peccant *in Deum?* dum vitam, quam à Deo acceperunt, tam vili æstimant, ut, pro re exigui momenti, eam perdere malint; *in Rempublicam?* dum de se, qua membris Reipublicæ, pro lubitu disponunt; *in Se ipsos?* utpote quibus vitæ custodia merito sancta esse debet; *in Proximum?* quem itidem, ex levi causa, perimere moliuntur. Vid. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 3. Cap. 20, §. 43, pag. m. 592; Quapropter, ne spontaneæ sanguinis profusioni, humanæque cædi, occasio detur, provocatus comparere nec tenetur, nec salva conscientia potest, sed contra provocantem potius judicio experiri; arg. L. *Si cujus rei*, 13, ff. de *Usufructu*, §. *Si inter duos*, 3, Lib. VII, Tit. I. Conf. *Henricus Bocerus*, de *Duello*, Lib. 2, Cap. 8; *Carpzovius*, Part. I. *Prax. Criminal.* Quæst. XXIX, §. 73, p. 163. dolendumque, quod hujusmodi homicidia, in duellis proæreticis patrata, non indistincte morte puniantur, sed *à provocato* commissum extraordinaria saltem pœna, veluti: relegatione, mulcta, carcere &c. pro arbitrio Judicis, afficiatur; ita sane Con-

Constitut. Electoral. Saxon. X, Part. 4: *Würde sichs aber zutragen, daß der, so durch Ehrenletzliche Wort gefordert, den Provocanten entleibete, so soll er, in Erwegung der Personen Umbstände, mit ordentlicher Straff der Todtschläger nicht belegt, sondern willkühr-lich, als mit Landes Verweisung, und dergleichen, gestrafft werden &c.* Juxta quæ, Scabinos quoque ferre sententias, variis præjudiciis probat *Carpzovius* l. c. §. 80 & seqq. Si enim provocatus se non sisteret, nec provocantem interimere posset. Excipiendum tamen omnino moderamen inculpatæ tutelæ; *die Nothwehr.*

(*k*) OFFICIUM &c. Summi Principes tam rigidis pœnis animadvertunt, in Regalium suorum, minoris longe momenti, invasores, v. g. monetarum falsarios, vel illegitimos percussores; prohibitis in locis, venando feras majores ferientes &c. & tamen ulcisci ex merito supersedent, cum quis summum ipsorum Regale, quod in Jure sanguinis consistit, propria auctoritate, supremi Judicis officium usurpando, jusque vitæ & necis in alium sibi vindicando, evertere moliatur. Per Dei gratiam, præteriere tempora, quibus detestabilis innocentiæ *per Duellum* probandæ modus, publici Juris factus, adeo, ut Imperatores, specialibus plane Privilegiis, nonnullos Imperii Status, ab ineundis ejusmodi certaminibus privatis, liberare ratum duxerint; documento sunt v.g. Civitas *Norimbergensis*, cui *Fridericus II*, sub dato *Nurenberg*, 6 Id. Novemb. An. 1219, inter alia, hoc privilegium concessit: *Nemo aliquem civem loci illius Duello impetere debet, in toto Imperio &c.* Vid. *Wagenseil.* Comment. de *Civitate Norimbergensi*, Cap. XXVII, pag. 253, & Dn. *Lunig*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, Part. 2, 35 *Absatz*, Tit. *Nurnberg*, §. 1, pag. 85, v. 4. Civitas *Viennensis*, sub dato An. 1237, Mens. April. tale privilegium nacta ab eodem: *De Duello si quis Civis impetitur, si septima manu honestarum personarum, expurgare se poterit, eum ab impetitione Duelli decernimus absolutum &c.* Vid. *Lambecius*, lib. 2. *Bibliothec. Cæsar.* Cap. V, pag. 81. Civitas *Fridbergensis*, in cujus Privilegio, à *Rudolpho I.* Imp. *apud Franckford, 3 Kal. Junii, An. 1291*, dato, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. I, XV *Absatz*, Tit. *Friedberg*, §. V, pag. 729, habetur: *Vobis hanc gratiam duximus faciendam, quod nullus Vos, vel Vestrum aliquem, modo Duellico, seu per viam Duelli, extra Civitatem Fridberg, citare possit, vel debeat evocare &c.* Civitas *Gelenhusana*, quæ, ab eodem Imperatore, sub dato *Franckfurt*, 3 Cal. Junii, An. eod. Privilegium nacta, referente Dn. *Lunigio* l. c. XVI *Absatz*, Tit. *Gelnhausen*, §. X, pag. 787, ubi, totidem verbis: *Vobis hanc gratiam duximus faciendam, quod nullus Vos, vel Vestrum aliquem, modo duellico, vel per viam duelli, extra Civitatem Gelnhausen, possit vel debeat evocare &c.* Civitas *Francofurtensis ad Mœnum*, teste Privilegio *Adolphi* Nassovii, sub dato *Franckenfort*, An. 1294, Kal. Augusti, apud Dn. *Lunigium* l. c. XIV *Absatz*, Tit. *Franckfurt am Mayn*, §. XIV, pag. 561, ubi: rursus: *Vobis hanc gratiam duximus faciendam: Quod nullus Vos, vel Vestrum aliquem, modo duellico, seu, per viam duelli, extra Civitatem Franckenfortensem, possit vel debeat evocare &c.* Civitas *Dortmund*, ex privilegio *Ludovici* Bavari Imp. sub dato *Nürnberg*, in crastino B. *Bartholomæi*, An. 1332, apud Dn. *Lunigium* l. c. XI *Absatz*, Tit. *Dortmund*, §. 3, pag. 442 & 443, ibi: *Indulgemus etiam vobis, successoribusque vestris universis, exoneramusque Vos, & relevamus, ab omni sive qualibet impetitione duelli, sic, quod nulli liceat Vos, pro quacunque causa, sive quocunque modo, in quibuscunque locis, terminis, aut districtibus, sive Territoriis, quomodolibet impetere per duellum &c.* de aliis ne dicam: attamen corruptelæ pristini ævi, (cujus præced. Lib. I, Tit. 2, §. 7, lit. a, pag. 45, memini,) reliquiæ adhuc supersunt, dum sufficiens morbo medicina non adhibetur. Ignoscat Deus, innocentis, minimum illicite, sanguinis effusi reis, nec Provinciis imputet, ubi sontes vel plane non, vel levi saltem brachio, puniuntur.

(*l*) JURECONSULTI &c. scil. *Ulpiani*, Lib. 77. *ad Edictum*, teste cit. L. 15. §. 1, ff. de *Injuriis*, Lib. 47, Tit. 10. Conf. *Claudius Coteræus*, Turonens. de *Jure & privilegiis Militum*, lib. 3, Cap. 24, fol. 490, Tom. XVI *Tractat. Tractatuum*; *Mylerus* l. c. §. 9, pag. 488 & 489, ubi eadem, quæ Dn. Author profert; Dn. *Stockman* l. c. Cap. 3, §. 5. pag. 13.

(77) Huc pertinet etiam (2) Securitas, quæ singulariter præstatur personis, quæ ad certa loca inviolabilia & sancta confugiunt, ita, ut, sine summo piaculo, inde avelli & abduci non possint. Loca ista dicuntur Asyla (*a*) Germanicè *Freyhung*. Propter Imperium, quod Princeps in personam & caput subditorum habet, nulli dubitamus, quin huic vel isti personæ delinquenti in suo Territorio (*b*) possit securitatem præstare, & loca propterea constituere, quo se tuto recipere possit; Si enim, propter hoc Imperium,

jus habet in delictis dispensandi, & aggratiandi, sicut mox videbimus; multo magis habebit jus, delinquentibus, ad certum tempus, securitatem præstandi. Et in Principis Territorio delinquens, Jurisdictionem Domini Territorii, non vero alterius Principis, violat, ergò & ipse dominus Territorii hanc injuriam remittere potest. Vid. *Rittershus. de Asyl. Cap.* 2, *Leibfrid. de Jure Asyli, Conclus. IX, Myler, de Jure Asyli, Cap.* 8.

NOTÆ.

(a) ASYLA &c. Legendi hic: post Lib. I, Tit. XII. C. *de His, qui ad Ecclesias confugiunt &c.* & Lib. I, Tit. XXV, C. de *His, qui ad Statuas confugiunt &c. Gratianus*, Part. 2. *Decreti*, Cauf. XVII, Quæst. IV, de *Sacrilegiis & Asylis;* & Lib. 3. *Decretalium*, Tit. 49. de *Immunitate Ecclesiarum &c. Petrus Sarpus* Italus, de *Jure Asylorum*, 1622; *Georgius Rittershusius*, de *Jure Asylorum*, Argent. 1624, 8vo. *Carpzovius*, de *Asylo Debitorum*, 4, 1651; *Nicolaus Mylerus*, de *Jure circa Asyla*, seu *Asylogia*, Stutgard. 1663, & Tubing. 1668, 4to. & de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 51, pag. 478 &c. *Bechmannus*, de *Jure Asylorum*, Jenæ, 1664, 4to. *Grotius*, de J. B. & P. Lib. 2, Cap. XXI, §. V, pag. m 374 &c. *Nicolaus Hunnius*, in *Apostasia Ecclesia Romana*, Cap. 3, §. 197, pag. 234 &c. & §. 430, pag. 623 &c. *Osiander*, de *Asylis* Dn. *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 2. Cap. XXVIII, quo *de Jure Asylorum & Palatiis Statuum*, agit, p. 510 &c. *Documenta Würtenbergica*, Tom. I, in Notis ad Diploma XXIII. *Monasterii Adelbergensis*, pag. 113; & in Notis ad Diploma 27 *Monasterii Hirsaugiensis*, pag. 610; *Magerus*, de *Advocatia Armata*, Cap. XV, §. 67 & seqq. pag. 651 ad 653; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. XVIII, §. 188 & seqq. pag. 410 &c. Dn. *Kolbius*, in *Aquila Certante;* Confutat. *Signi XVI Solmensis*, Artic. 2, pag. 188 &c. Illustr. *Multzius*, Part. 2. *Corporis Juris Publici*, Cap. XXVII, quod de *Asylis* inscripsit, pag. 852 & seqq. Dn. *Buddeus*, in *Selectis Juris Natura & Gentium*, & quidem, in *Specimine Jurisprudentia Historica*, §. XVII & seqq. pag. 794 &c. in primis Ill. Dn. *Thomasius*, Diss. *De Jure Asyli Legatorum adibus competente*, An. 1689, Resp. Dn. *Joh. Friderico Günthero*, Pirna-Misnico, Lipsiæ habita. *Ill. Rhetius*, Lib. 2. *Instit. Jur. Publ.* Tit. VIII, pag 403 &c. Dn. *Christianus Hardevicus de Hedeman*, Diss. de *Injusta Asylorum immunitatisque Ecclesiarum ad crimina dolosa extensione*, Præside Consultiss. Dn. *Christoph. Joh. Conr. Engelbrechto*, XI Sept. 1720, Helmstadii ventilata; Interpretes Juris Publici, fere omnes; pariter ac Lexicographi: *Besoldus*, in *Thesauro Practico adaucto*, voc. *Freyheit*, pag. m 268 &c. ibique *Dietherr* in Addit. & voc. *Todtschlag*, p. 936 &c. *Webner*, *Observat. Pract.* voc. *Freyheit*, p. 134 &c. *Speidelius*, voc. ead. p. m. 320 &c. & quos Dn. Author ipsemet commendat.

Dicuntur Asyla, à voce Græca ἄσυλον, quæ idem est, ac *tutum à præda;* σύλη enim *prædam* denotat, vel spolium; hinc συλάω, spolio, & ἄσυλον, tutum à spolio. Vid. *Documenta Würtenbergica*, Part. I, Tit. *Monasterium Hirsaugiense*, §. 27. p. 610. *Schrevelius*, in Libr. 2. *Æneidos Virgilii*, v. 761, pag. m. 363; & in Librum 3, *Juvenalis*, Satyr. VIII, vers. 273. voc. *Asylum*, pag. m. 313: *Bartholomæus Schobingerus*, in Addit. ad *Joachimum Vadianum*, apud *Goldastum*, T. 3. *Rer. Alaman.* p. 104; *Speidelius* l. c. *Magerus* l. c. §. 69, p. 651.

Fasti Gentium plerisque Asyla fuisse testantur. De *Græcis Romanisque* vid. *Ludovicus Cœlius Rhodiginus*, Lib. VI. *Lectionum antiquar.* Cap. X; *Cadmum*, *Agenoris*, Phœnicum Regis, filium, cum *Thebas* conderet, primum, inter Græcos, asylum aperuisse, fama est, ad quod fugientes servi ab omni pœna tuti essent; post quod, in *Rhetæo* litore, *Ajacis*, &, in *Sigeo*, *Achillis*, fuit asylum; vid. *Godeleveus*, in Lib. I. *Histor. Livii*, Cap. VIII, verb. *Asylum*, p. m. 23, Edit. *Gronov.* & ex *Dionys. Halicarnass.* lib. 2. *Klockius* l. c. §. 188, pag. 410; *Knipschildius* l. c. §. 6, pag. 510; alios *Herculis* progeniem hoc titulo celebrandam existimare, testis *Statii* locus, Lib. XII. *Thebaidos:*

Fama est, defessos acie, post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse Nepotes,
Sic sacrasse loco, commune animantibus ægris
Confugium.

Horum exemplo, & *Romulus* Asylum, inter Capitolium & arcem, ad lucum Opacum, *Romæ*, constituisse legitur; de quo *Ovidius*, lib. 3. *Fastor.* vers. 431, p. m. 178:

Romulus, ut saxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge: tutus eris.

Et *Virgilius*, lib. 8. *Æneid.* v. 342, p. m. 738:

Hinc lucum ingentem, (quem Romulus acer Asylum
Rettulit,) & gelida monstrat sub rupe Lupercal.

Sic

Sic *Livius*, Lib. I, Cap. 8, pag. m. 23: *Deinde, ne vana Urbis magnitudo esset, adjicienda multitudinis causa, vetere consilio condentium Urbes, qui, obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam è Terra sibi prolem ementiebantur; locum, qui nunc septus descendentibus, inter duos lucos, est, Asylum aperit, eo, ex finitimis Populis, turba omnis, sine discrimine, liber an servus esset? avida novarum rerum, profugit &c.* & *Florus*, lib. I, Cap. I, Edit. *Salmasii*, pag. m. 6: *Incola deerant. Erat in proximo Lucus, hunc Asylum facit, & statim mira vis hominum, Latini, Thuscique pastores, quidam etiam Transmarini, Phryges, qui, sub Ænea; Arcades, qui sub Evandro Duce, influxerant &c.* Add. *Vellejus Paterculus*, lib. I, *Histor. Roman.* Cap. 8, Edit. *Anthonii Thysii*, pag. m. 35: *Quam* (Urbem Romam, Ejus conditor) *jam Asylo facto, inter duos lucos, auxit &c.* nec non *Lucanus*, lib. I. *Belli Civilis*, vers. 97, pag. m. 9, Edit. Schrevelii: *Exiguum Dominos commisit Asylum &c.* & *Messala Corvinus*, in libello, ad *Octavianum Augustum*, de ipsius progenie, apud *Fridericum Sylburgium*, Tom. I. *Historia Romana*, pag. 376, ubi, de *Romulo*: *Asylum aperuit, complenda Urbis gratia &c.* & *Sextus Aurelius Victor*, de *Viris Illustribus Urbis Roma*, Cap. 2, apud *Sylburgium* l. c. p. 489: *Romulus Asylum convenis patefecit &c.* Et quia omnibus patebat, sicariis, furibus, facinorosis, raptoribus &c. merito scribit *Juvenalis*, cit. Lib. 3, Satyra 8, vers. 273, p. m. 313:

Nomen, ab infami Gentem deducis Asylo.

De *Hebrais*, documento est Codex sacer ipse; vid. *Numer.* XXXV, §. 6; *Deuteronom.* IV, §. 41, 42 &c. *Josua*, Cap. XX; Conf. *Mœbius*, in *Asylogia sacra*.

Priusquam hic mos & ad *Christianos* pervenerit, abrogatum fuit *Asylorum jus* ab Imperatore *Tiberio Nerone*, in cujus vita *Suetonius*, Cap. 37, pag. m. 373, & apud *Sylburgium* l. c. Tom. 2, pag. 50: *Abolevit & Jus moremque Asylorum, qua usquam erant &c.* Quousque enim Asylorum jus processerit, paucis demonstrat *Tacitus*, Lib. 3. *Annal.* Cap. 36, §. 2: *Incedebat deterrimo cuique licentia, impune probra, & invidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Casaris; libertique etiam, ac servi, Patrono vel Domino, cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur &c.* & rursus, Cap. 60, §. 2: *Crebrescebat, Graecas per Urbes, licentia, atque impunitas asyla statuendi: complebantur templa pessimis servitiorum: eodem subsidio obarati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum satis validum Imperium erat coërcendis seditionibus Populi, flagitia hominum, ut carimonias Deum, protegentis &c.*

Firmato *Christianorum* Imperio, ut similis prærogativa, Principumque simulachris, esset, quæ Paganorum olim delubris, aut Principum statuis, Legem ferebant *Valentinianus*, *Theodosius* & *Arcadius*, Imperatores An. 386: *Qui ad statuas, vel vitandi metus, vel creanda invidia causa, confugerint, si certas habuerint causas, quibus confugere ad Imperatoria simulachra debuerint, jure ac Legibus vindicentur.* (scil. ab injuriis) Vid. L. un. C. *de His, qui ad statuas confugiunt*; Lib. I, Tit. XXV; ibique *Gothofredus* in Notis; nihil hic mali, nihil injusti, clausa criminibus adhuc & malitiæ porta; quam nedum *Theodosius* per L. I, *de his, qui confugiunt ad Ecclesias*, Cod. Theodos. aperuit, decernendo An. 392: *Publicos debitores, si confugiendum ad Ecclesias crediderint, aut illico extrahi de latebris oportebit, aut pro his ipsos, qui eos occultare probantur, Episcopos exigi &c.* Nec *Arcadius* reseravit, ferendo Legem, An. 398: *Si quis in posterum servus, ancilla, curialis, debitor, publicus procurator, murilegulus, quilibet postremo publicis privatisque rationibus involutus, ad Ecclesiam confugiens --- à Clericis fuerit defensatus, nec statim, conventione pramissa, pristina conditioni reddatur ---- vigore & solertia judicantium, ad pristinam sortem, velut manu mox injecta, revocentur &c.* (Vid. L. 3. Cod. Theodos. eod.) utut impiam eam declamet *Sozomenus*, lib. VIII. *Histor. Eccles.* Cap. VII, pag. m. 766, existimans, Auctorem ejus, *Eutropium*, Cubiculo præfectum, Consulem & Patricium, accusatum, quod Imperatricem contumeliis affecerit, metuque pœnæ ad Ecclesiam confugientem, ast inde abstractum, merito capitis propterea luisse pœnam; consentiente *Socrate*, lib. VI, Cap. V, pag. m. 304; non multo tamen post Legem hanc fuisse abolitam, idem *Sozomenus* auctor est, scribendo l. c. pag. 767: *Lex, qua promulgata fuerat, ex monumentis publicis penitus sublata est.* Trahenda huc forte Constitutio *Honorii* & *Theodosii*, de An. 414: *Sancimus, nemini licere ad sacrosanctus Ecclesias confugientes abducere*; & quidem sub crimine L. M. Vid. L. 2. C. *de His qui ad Ecclesias confugiunt &c.* qua indistincte, Asyli jus Ecclesiis assertum; magis adhuc extensum à *Theodosio* & *Valentiniano*, An. 431, per Legem 3, *Pateant*, C. eod. verb. *Pateant summi Dei Templa timentibus, nec sola altaria, & Oratorium templi circumjectum --- sed usque ad extremas fores Ecclesia, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse pracipimus: ut inter Templum, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica, & januas primas Ecclesia, quicquid fuerit interjacens, sive in cellulis, sive in Domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas, interioris templi vice, tueatur; nec in extrahendo eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere &c.* Ab hoc itaque tempore restitutus omnino videtur Asylorum

rum abusus. Nec mirum proinde, *Augustinum*, in Epist. 187, ad *Bonifacium*, scribere: *Miror --- quo instigante, facere ausus es? hominem de Ecclesia rapuisti?* Vid. Tom. 2. Ejus Operum, pag. 807, Edit. Basil. An. 1541; Conf. *Gratianus*, Caus. XVII. Quæst. 4, Cap. *Miror*, 8; præsertim, ubi *Leonis* Augusti Rescriptum ad *Erythrium*, An. 466, accessit: *Præsenti Lege decernimus, per omnia loca valitura --- nullos penitus, cujuscunque conditionis sint, de sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas, nec, pro his, Venerabiles Episcopos, vel Religiosos Oeconomos, exigi, quæ ab ipsis debeantur: his, qui hoc moliri, aut facere, aut, nuda saltem cogitatione atque tractatu, ausi fuerint tentare, capitali & ultimi supplicii animadversione plectendis. Ex his ergo locis, eorumque finibus, quos anteriorum Legum præscripta sanxerunt, nullos expelli, aut ejici, aliquando patimur &c.* Vid. L. *Præsenti*, 6. C. eod. In Synodo *Aurelianensi*, (an. 507, juxta *Baronium*, Tom. VI. *Annal.* ad h. a. pag. 585 & 586; vel An. 511, ut *Caveus*, de *Scriptorib. Ecclesiasticis* Part. 2, p. 115, putat, à *Clodovæo*, Francorum Rege, convocata,) à congregatis 32 Episcopis, adhuc laxius cautum: *De homicidis, adulteris, & furibus, si ad Ecclesiam confugerint, id constituimus observandum, quod Ecclesiastici Canones decreverunt, & Lex Romanorum constituit; Ut ab Ecclesiæ atriis, vel Domo Episcopi, reos abstrahere, omnino non liceat: sed nec alteri consignare, nisi ad Evangelia datis Sacramentis, de morte, & debilitate, & omnium pœnarum genere, sint securi, ita, ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat; quod si quis sacramenta sua convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum à communione Ecclesiæ, vel omnium Clericorum, verum etiam & à Catholicorum convivio, separetur &c.* Vid. cit. Caus. XVII, Quæst. 4, Cap. *Id constituimus*, 36; conf. *Centuriatores Magdeburg.* Centur. VI, Cap. IX, pag. 475. Reserata hic maleficis quibuslibet porta, constitutumque novum, in Episcopi ædibus, crimina patrantibus refugium; incrementa habuit malum ex literis laudati Regis ad dictam Synodum, apud *Baronium* l. c. pag. 585, ubi: *De Servis Ecclesiarum, quos de Ecclesiis tractos constiterit, præceptum est observare, ut nullus ex ipsis aliquam violentiam, vel damnum patiatur &c.* Quid de *Raptoribus*, ad Ecclesias confugientibus, ibidem definitum fuerit, habetur Caus. XXXVI, Quæst. I, Cap. de *Raptoribus*, 3; add. *Centuriatores Magdeburg.* l. c. pag. 476. Eandem doctrinam propugnâre, in *Ilerdensi* Concilio, convocati, an. 524, octo Præsules, Can. VIII: *Nullus Clericorum, servum aut discipulum suum, fugientem ad Ecclesiam, extrahere audeat, vel flagellare præsumat &c.* Vid. Caus. XVII, Quæst. 4, Cap. *Nullus Clericorum* XIX.

Tantæ impietati obicem quodammodo positurus Imperator *Justinianus*, decrevit tandem, per Novell. XVII, Cap. *Neque autem*, 7: *Neque autem homicidis, neque adulteris, neque Virginum raptoribus, delinquentibus terminorum custodies cautelam: sed etiam inde extrahes, & supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus ---- deinde, Templorum cautela non nocentibus, sed læsis, datur à Lege: & non erit possibile, utrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentem, & læsum &c.* Ejus insuper conjux, *Theodora*, ipsum Papam *Vigilium*, dura verba in ambos evomentem, Constantinopoli, in Ecclesia *S. Euphemiæ*, ad cujus altaris columnam confugerat, prehendere, inde educere, & male habere jussit; vid. *Anastasius* Bibliothecarius, in vita *Vigilii*, pag. m. 57 & 58; Conf. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 94, pag. 67, voc. *Justinianus*. Attamen, brevi post, ad vomitum rediere Præsules Franci, in secunda Synodo *Matisconensi*, An. 588, facto Canone: *Ut confugientes ad Ecclesiam extrahere nemo auderet;* Vid. *Baronius*, Tom. VII *Annal.* ad h. a. pag. m. 692; quamvis *Guntheramnus* Rex, non obstante Decreto hoc, *Eberulfum* Cubicularium, Regicidam ex Ecclesia Turonensi abductum, necari mandaverit. Vid. *Gregorius Turonens.* Lib. VII *Hist.* Cap. XXIX, pag. m. 159 & 160. Eo mollius contra processit *Clotharius* Rex, statuendo, An. 595: *Nullus latronem, vel quemlibet culpabilem, sicut summis Episcopis convenit, de atrio Ecclesiæ trahere præsumat.* Vid. Ejus Decretum, apud *Baluzium*, Tom. I. *Capitularium Franc.* pag. 21, §. 13. Inflatior inde redditus forte *Bonifacius V*, circa An. 618. solium conscendens, primus inter Pontifices Romanos, *constituit: Ut nullus trahatur de Ecclesia;* sunt verba *Anastasii* Bibliothecarii, in ejus vita, pag. m. 64; conf. *Platina*, de Vitis PP. RR. in ejusdem vita, pag. m. 80. Nec saniora capientes consilia triginta quinque Episcopi *Toletanæ* Synodi XII, An. 681, definire ausi sunt: *Nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes, inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolii, residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis, qui Ecclesias petunt, per omnia licitum, in triginta passus ab Ecclesiæ januis progredi, in quibus 30 passibus uniuscujusque Ecclesiæ, in toto circuitu, reverentiæ defendatur.* Vid. Caus. XVII, Quæst. 4, Cap. *diffinivit*, 35. Petulantis licentiæ limites hic primum ad 30 passus extensos videmus.

Carolus Magnus, iniquitatem corruptæ consuetudinis è medio tollere videri quidem voluit, nescio autem qua timiditate, an superstitione? præpeditus, nihil aliud edixit, quam: *denegandum confugientibus ad Ecclesias capitalium criminum reis cibum;* extat Ejus Capitulare, An. 779, apud *Baluzium* l. c. Tom. I, pag. 197, ibi, Cap. VIII: *Ut homicidæ, & ceteri rei, qui Legibus mori debent, si ad Ecclesias con-*

confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur &c. imo non multo post, promulgatum aliud: *Ut eos timoris necessitas non constringat circa altaria manere, & loca veneratione digna polluere, depositis armis qui fugerint: quod si non deposuerint, sciant, se armatorum viribus extrahendos. Et quicunque eos de porticibus, & de atriis, & de hortulis, de balneis, vel de adjacentiis Ecclesiarum, abstrahere præsumpserit, capite puniatur &c.* Vid. Lib. VII. *Capitularium*, Cap. 174, ibid. pag. 1061; mentione hic duntaxat facta armorum, num confuga ea deposuerit, an non? alto de criminibus silentio. Eodem tendit Ejusdem *Capitulare* An. 803, cap. 3: *Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit, intra ipsius atria Ecclesiæ, pacem habeat, nec sit ei necesse Ecclesiam ingredi; & nullus eum inde per vim abstrahere præsumat; sed liceat ei confiteri, quod fecit, & inde, per manus bonorum hominum, ad discussionem, in publicum producatur.* Vid. *Baluzius*, l.c. Tom. I, pag. 389; & Lib. I. *Capitularium*, Cap. 134, ibid. pag. 728; nec non Lib. V. *Capitularium*, Cap. 93, ibid. pag. 840; & apud *Goldastum*, de *Consuetudinibus Imperialibus*, pag. 115, Art. 3. Tanti Principis sub præsidio, sine criminis metu, conditus in *Moguntino* Concilio, An. 813. Canon XXXIX: *Reum, confugientem ad Ecclesiam, nemo abstrahere audeat, neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem, ut honor Dei & Sanctorum Ejus conservetur. Sed Rectores Ecclesiarum pacem, ac vitam, & membra Ejus, obtinere studeant. Tamen legitime componant, quod inique fecerunt &c.* Vid. Lib. V. *Capitularium*, Cap. 155, apud *Baluzium* l.c. pag. 854 & 855; & in Additione 3, Cap. 30, pag. 1162; ut & Capitula *Herardi*, Turonensis Archi-Episcopi, Cap. 129, ibid. pag. 1295; & *Gratianus*, Cauf. XVII, Quæst. 4, Cap. *Reum*, 9. Injustam hanc Ecclesiarum immunitatem, (quamvis, ad normam *Carolinæ* Legis An. 779, à *Lothario I*, An. 847, temperatam, *Goldasto* teste l.c. Cap. VIII, pag. 103, ubi: *Homicidæ, aut cæteri rei, qui Legibus mori debent, si ad Ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur*) corroboravit non solum postea *Nicolaus I*, P. R. An. 858. electus, sed & auxit, per Decretum, Cauf. XVII, Quæst. 4, Cap. *Sicut antiquitus*, VI, verb. *Statuimus, ut major Ecclesia, per circuitum, quadraginta passus habeat; Capellæ vero, vel minores Ecclesiæ, triginta. Qui autem confinia earum confringere tentaverit, aut personam hominis, vel bona ejus, inde subtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, &, quod rapuerit, reddat, excommunicetur.* Ecce dilatatos, ad 40 passus, effrenæ licentiæ, qua criminosi omnes, excepto latrone publico, fruerentur, terminos! nec rigidius adversus facinora committentes processit *Carolus Calvus*, cujus *Capitulare*, An. 870, Tit. 45, §. 12, apud *Baluzium*, l. c. Tom. 2, pag. 233, sic habet: *Volumus, ut - - - mallus neque in Ecclesia, neque in porticibus, aut atrio Ecclesiæ, neque in mansione Presbyteri juxta Ecclesiam, habeatur. Quia non est æquum, ut ibi homines ad mortem judicentur, & dismembrentur, & flagellentur, ubi, si confugerint - - - - pacem habere debent &c.* Audi Canonem XX Concilii *Triburiensis*, XXVI Episcoporum, An. 895, cit. Cauf. XVII, Quæst. 4, Cap. *Si quis*, 20: *Si quis - - - fugientem servum suum, vel quem ipse prosecutus fuerit, de atrio Ecclesiæ, vel de porticibus, quomodolibet Ecclesiæ adhærentibus, per vim abstraxerit, pro immunitate, nongentos solidos Episcopo componat, & ipse publica pœnitentia, justo Judicio Episcopi, mulctetur &c.* & Can. 46. *Si cujus Uxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali eam sententia delere machinatus fuerit, ipsa vero, urgentis mortis periculo, ad Episcopos confugerit, & auxilium quæsierit, operosiore, si potest, Episcopus labore desudet, ne occidatur. Si vitam ei obtinere possit, reddat; sin autem, omnino non reddat; maritus vero, quamdiu ipsa vivat, nullo modo alteram ducat &c.* In majorem adhuc Majestatum contemptum, decrevit *Lucius III*, P. R. circa an. 1181: *Seculares Judices Causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna, agitur, in Ecclesiis, vel Cœmiteriis, agitare, sub interminatione anathematis, prohibemus. Absurdum enim est, & crudele, ibi judicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugii constituta &c.* Vid. lib. 3. *Decretalium*, Tit. 49, de *Immunitate Ecclesiarum*, Cap. *Cum Ecclesia Dei*, 5; pariter ac *Innocentius III*, circa an. 1216, in literis ad Regem Scotiæ, cit. Lib. 3. *Decretal.* Tit. cit. Cap. *Inter alia*, 6, ubi: *Fugiens ad Ecclesiam, aut Liber, aut servus, existit! si Liber, quantumcunque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam; sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam - - - nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui, dum itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, ab Ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita - - - - si vero servus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua Dominus ejus Clericis juramentum præstiterit, ad servitium Domini sui redire compellitur, etiam invitus, alioquin à Domino poterit occupari &c.* Hac via non solum assertum Asyli jus Ecclesiis, Cœmiteriis, Episcoporumque ædibus Ecclesias attingentibus, sed & locis quibuslibet ubi commorabantur. Seculo XIV Cardinales quoque eandem criminibus suffragandi potestatem jam usurpasse, documento est reformatio Curiæ Romanæ *Urbani V*, de qua *Spondanus*, Tom. I. *Continuationis Annalium Baronii*, ad An. 1362, §. 12, pag. m. 556: *Pessimam consuetudinem, qua scelesti homines, gravissimis facino-*

cinoribus perpetratis, ad Cardinalium Domos fugere soliti, supplicio eximebantur, primus sustulit, indecorum putans refugium asylumque Justitiæ ejusmodi reis prodesse &c. Meminit boni facti hujus *Petrarcha*, in literis, quibus ipsemet Pontifici desuper gratulabatur: *Audiebam, Te licentiam pestilentem salubri falce rigoris æquissimi præcidisse, illam dico, quæ sceleſtos homines, gravissimis facinoribus perpetratis, ad Cardinalium Domos fugere solitos, legum modis ac digno supercilio eximebat &c.* Imo, non obstante saluberrima hac Bulla, Barones Ecclesiastici Status indistincte prærogativam hanc, subsecutis temporibus, sibi vindicabant; quo abusu tollendo, editæ adversus eos, qui sicarios, latrones, fures, aliorumque criminum reos, quomodolibet protegerent, Bullæ, *Pii II*, sub dato *Romæ*, 1461, 5 Kal. Februar. apud *Cherubinum*, T. I. *Magni Bullarii*, pag. 390, Constit. 8; *Julii II*, An. 1504, 8 Novemb. ibid. pag. 478, Constit. 2. *Leonis X*, An. 1518, Kal. Sept. ibid. pag. 598, Constit. 28, An. 1520, 10 Kal. Febr. l. c. pag. 604, Constit. 36; & *Clementis VII*, An. 1524, Id. Junii, l. c. p. 657, Constit. X. Enim vero decretis obediendi loco, excogitatum novum nomen *Franchisiarum*, cujus, *Quarteriorumque immunitatis*, titulo, tam Cardinales, Archi- & Episcopi, cæterorumque, Prælatorum turba, quam Duces, Comites, Barones, publicique exterorum Principum Ministri & Oratores, ædibus suis & Palatiis, quin integris plateis, in quibus habitabant, Romæ facinorosis quibuslibet, contra æquum & fas; (cum nemini jure liceat Asylum erigere, nisi in Territorio proprio, aut cujus quis usumfructum habet, vel possessionem; excepto casu, quo Dominus Territorii extraneo Principi id indulget; quamvis & tunc asylum rursus abolere valet, si Extraneus illo abutatur; Vid. Dn. *Thomasius* cit. Diss. de *Jure Asyli Legatorum ædibus competente*, §. 24.) tutum constituere refugium, visibili Reipublicæ detrimento. Motus hinc *Julius III*, rigidam in contrarium Bullam Romæ, 1552, 10 Kal. Octob. promulgavit, apud *Cherubinum* l. c. in Ejus vita, Constit. XVII, pag. 798; inter alia scribens: *Quia, sicut accepimus, quorundam eo usque processit licentia, ut non solum homicidas, & facinorosos, ac alios prædictos, contra Juris, & sacrarum Constitutionum præfatarum prohibitionem, receptare audeant; sed etiam domos suas, nec non vias publicas & plateas, quæ circa domos sunt, facinorosis ipsis tutum refugium, & quasi portum, esse velint, signatis etiam, Franchisiarum nomine, quodammodo limitibus in via, quos Justitiæ Ministris ingredi non liceat; Nos abominabile ac detestandum Franchisiarum hujusmodi nomen penitus abolemus, ac perpetuo abolitum fore decernimus. Volumus etiam causarum capitalium Judicibus, barisellis, apparitoribus, & aliis Justitiæ præfectis & ministris, quascunque vias & plateas, ædes & domos, ad requirendos, capiendos, & debitis pœnis afficiendos, facinorosos homines, die noctuque, liberas & apertas esse. Si quis autem, post hujus Nostræ voluntatis declarationem, Franchisias hujusmodi adhuc habere, & tueri, ac, illarum prætextu, aut alias quomodolibet Justitiæ ministros, in executione eorum officii impedire præsumpserit, etiamsi Baro, Domicellus, Comes, Dux, Principis cujusvis Orator, aut, quod futurum minime credimus, Episcopus, ArchiEpiscopus, Patriarcha, aut etiam S. R. E. Cardinalis, extiterit, noverit, se amissionis gratiæ ac benevolentiæ Nostræ, nec non coërcitionis & emendationis, prout Nobis, juxta circumstantiarum qualitatem, videbitur, pœnas, ipso facto incursurum. Si quis vero in tantam devenerit audaciam, ut etiam violenter, & manu armata, ipsis Justitiæ ministris se opponere, & resistere ausus fuerit, tam facientes, quam mandantes, eo ipso crimen L. M. incurrere declaramus &c.* Comprobantibus Interdictum hoc Pontificibus *Pio IV*, sub dato Romæ, 1562, 12 Kal. Mart. (vid. *Cherubinus* l. c. Tom. 2, vita Ejus, Constit. 47, pag. 60 &c.) *Gregorio XIII*, Romæ, An. 1573, Non. Sept. (ibid. in Ejus vita, Constit. XII, pag. 373.) *Sixto V*, præsertim, cujus Bulla, extensiori formula, subque pœnis rigidioribus, An. 1585, 5 Jul. Romæ, locis consuetis affixa, ibidem, in Ejus vita, Constit. VI, pag. 496 &c. reperitur; Nihilominus autem Summorum Principum *Legati Quarteriorum* suorum libertatem tutari pergebant, exemplum eorum secutis Nationum Protectoribus. Substitit ita res, ad tempora usque *Innocentii XI*; inter quem, & Oratorem Gallicum, *Henricum Carolum*, Marchionem *Lavardinum*, gravissima desuper orta lis, cujus summa eo redit: Mortuo, anno 1687, 29 Jan. Romæ, *Francisco Hannibale*, Duce d' *Etrées*, *Ludovici Magni*, Galliarum Regis, Oratore, mittebantur statim apparitores, qui, elato solenni pompa funere, Jurisdictionem per plateam *Farnesiam*, in qua defunctus habitaverat, exercerent. Facto huic contradicente Cardinali Estreo, Oratoris fratre, immunitatemque hanc, pro se, tanquam Galliæ Protectore, postulante, eaque sibi denegata, Roma excedente, causam exposuit Papa Galliarum Regi, per

Ra-

Ranuccium, addens, nisi jure Asyli prius abdicato, se novum Legatum deprecari. Hoc non obstante, respondente Rege, se Lavardinum missurum, promulgabat Papa sequentem Bullam, Antecessorum Constitutiones, quarum modo facta mentio, circa denegandum Asyli jus Cardinalium Oratorumque ædibus, editas, confirmantem, annexa Excommunicationis clausula:

Confirmatio Constitutionum Julii III. Pii IV. Gregorii XIII. ac Sixti V. Contra quoscunque habere, & tueri prætendentes Franchitias, vulgo Quartieri, & sub illarum prætextu acclamantes, provocantes, aut impedientes quoslibet Justitiæ Ministros, ne Officium suum, tam in Civilibus, quam in Criminalibus libere, ac tute exercere valeant, nec non etiam in illas, pro eisdem causis, se recipientes, sive ad eas confugientes, sub pœna, ultra illas in eisdem Constitutionibus contentas, etiam EXCOMMUMICATIONIS MAJORIS ipso facto incurrenda.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI ad perpetuam rei memoriam.

Cum alias fel. rec. Julius PP. III. Prædecessor noster, infra scriptam Constitutionem ediderit, cujus tenor est: Julius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum Civitates, & loca omnia, in quibus Sanctissimum Christi nomen colitur, deceat esse facinorosis hominibus expiata, atque purgata, nemo est, qui non intelligat, quam maxime oporteat Almam Urbem nostram, Apostolorum Petri, & Pauli, ac tot Martyrum sanguine consecratam, in qua Summus Pontifex cum Sacro Cardinalium Collegio residet, & ad quam, ex omnibus Mundi partibus, veluti ad Portum saluberrimum, Gentes confluunt, quæ denique communis omnium Patria censetur esse, ipsis facinorosis hominibus vacuam. Sane cum à diversis Pontificibus Prædecessoribus nostris plures Constitutiones, adversus Homicidas, Sicarios, Latrones, Sacrilegos, Raptores, sine quibus Delinquentes diutius latere non possunt, editæ fuerint, quæ vel temporum iniquitate, vel ad senium & occasum vergentis seculi corruptela, aut Magistratuum negligentia minus custodiuntur, & observantur, ac fere in desuetudinem abierunt: operæ pretium censuimus Constitutiones ipsas approbare, & innovare, prout illas, Motu proprio, & ex certa scientia, cum omnibus, & singulis censuris, & pœnis in eis contentis, harum serie approbamus, & innovamus. Et insuper quia (sicut accepimus) quorundam eousque processit licentia, ut non solum homicidas, & facinorosos, ac alios prædictos, contra Juris, & Sacrarum Constitutionum prædictarum prohibitionem receptare audeant, sed etiam Domos suas, nec non Vias publicas, & Plateas, quæ circa Domos sunt, facinorosis tutum refugium, & quasi Portum esse velint, signatis etiam Franchitiarum nomine quodammodo limitibus in Via, quos Justitiæ Ministris ingredi non liceat. Nos abominabile, & detestandum Franchitiarum hujusmodi nomen, penitus abolemus, ac perpetuo abolitum fore decernimus. Volumus enim causarum Capitalium Judicibus, Barisellis, Apparitoribus, & aliis Justitiæ Præfectis & Ministris, quascunque Vias, & plateas, ædes, & domos, ad requirendos, capiendos, & debitis pœnis afficiendos, facinorosos homines, die, noctuque liberas, & apertas esse. Si quis autem post hujus nostræ Voluntatis declarationem, Franchitias hujusmodi adhuc habere, & tueri, ac illarum prætextu, aut alias quomodolibet Justitiæ Ministros, in executione eorum Officii impedire præsumpserit, etiamsi Baronus, Domicellus, Comes, Dux, Principis cujusvis Orator, aut (quod futurum minime credimus) Episcopus, Archi-Episcopus, Patriarcha, aut etiam S. R. E. Cardinalis extiterit, noverit se amissionis gratiæ, ac benevolentiæ nostræ, nec non coërcitionis, & emendationis, prout Nobis, juxta circumstantiarum qualitatem, videbitur, pœnas ipso facto incursurum. Si quis vero in tantam devenerit audaciam, ut etiam violenter, & manu armata, ipsis Justitiæ Ministris se opponere, & resistere ausus fuerit, tam facientes, quam mandantes, eo ipso crimen læsæ Majestatis incurrere declaramus, & pro illius condigna ultione, si ultrà Justitiæ Ministros majori manu opus fuerit, præcipimus dilecto filio, Nobili Viro, Camillo Ursino, Domicello Romano, ac alteri cuicunque pro tempore Militiæ nostræ temporalis Generali Gubernatori, & custodiæ Palatii nostri Ducibus, tam pedestribus, quam equestribus, ac Conservatoribus & Capitibus Regionum ipsius Almæ Urbis, ut contra opponentes, & resistentes hujusmodi, tanquam Justitiæ pacis, & quietis perturbatores, nostrosque, & hujus S. Sedis rebelles, acriter suo brachio seculari insurgant, ac eos Manu Regia, & nulla tela judiciaria servata, severissime puniendos capi, & carceribus mancipari faciant. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Privilegiis quoque, Indultis, Statutis, & Consuetudinibus, cœterisque contrariis quibuscunque. Ut autem præmissa omnia ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nec aliquis de eis ignorantiam juste prætendere possit, volumus, & Apostolica authoritate de-

cernimus, quod præsentes literæ, per aliquos Curiæ nostræ Cursores ad Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Ecclesiæ Lateranensis valvas, dum inibi Populi multitudo ad divina audienda convenerit, palam, & clara voce legantur, & lectæ in Basilica, & Ecclesia hujusmodi, ac Cancellariæ Apostolicæ Valvis, nec non in Acie campi Floræ affigantur, ubi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant, & cum inde admovebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa; Quodque earum transsumptis, manu Notarii Publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, abolitionis, decreti, voluntatis, declarationis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decimo Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Deinde fel. mem. Pius PP. IV. etiam Prædecessor Noster vestigiis Prædecessoris inhærens aliam publicaverit Constitutionem, quæ sic se habet:

Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Inter cæteras, quibus ex injuncto Nobis Apostolicæ servitutis officio assidue angimur, cura illa Nobis præcipue cordi est, ut Alma Urbs Nostra, ad quam omnes Christi fideles, ex universis mundi partibus, veluti ad tutissimum refugium, confluunt, facinorosis hominibus expurgata, & penitus vacua permaneat, ac in ea boni omnes quieta securitate fruantur, malis autem nullus, quo se confovere possint, locus relinquatur: Et hi qui à Magistratibus Jus dicentibus consecuti fuerint, illius etiam executionem libere, ut decet, contra condemnatos, ubicunque eos moram trahere contigerit, consequantur. Sane cum non sine animi Nostri perturbatione acceperimus, nonnullos tam ob crimina per ipsos commissa, quam ob debita contracta, sibi ipsis à Ministris, & Exequutoribus Justitiæ timentes, ad ædes Magnatum, & præsertim S. R. E. Cardinalium, & Oratorum Principum, uti loca à dictis Justitiæ Ministris tuta, tametsi contrarium esse deberet, indies confugere, & in illis se recipere, & confovere, sicque impunitos quandoque evadere, & Creditores executione eorum Creditorum, ut plurimum frustrari. Et licet ad hujusmodi abusum extirpandum à fel. rec. Julio PP. III. Prædecessore Nostro quadam Constitutio edita fuerit, talium tamen Justitiam fugientium temeritatem in tantum excrevisse, ut non solum se in dictis locis recipere, sed etiam illa veluti Justitiæ minime subjecta, Franchitias appellare non erubescant, tanquam in prædicta Urbe, in qua Summus Pontifex cum Sacro Cardinalium Collegio residet, & ut Christi Vicarius toti Orbi exemplum Justitiæ præbere debet, asylum & receptacula delinquentium, ac suis debitis satisfacere recusantium esse, toleretur, neque executio Justitiæ libere fieri valeat. Rem quidem pessimi, valdeque perniciosi exempli, quæ non ab ipsis Cardinalibus, & Oratoribus, utpote modestis, & Justitiæ Cultoribus, sed plerumque ipsorum familiarium culpa, & facto processit. Nos volentes, tam enormes, & detestandos abusus penitus tollere, utque nullus improbis tutus locus detur, sed executores Justitiæ passim, & ubique eorum officium libere, & intrepide exequi valeant providere: Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes inprimis Constitutiones circa præmissa, tam per prædictum Julium, quam quoscunque alios Pontifices, Prædecessores Nostros, editas, cum omnibus, & singulis censuris, & pœnis in eis contentis, approbantes, & innovantes, hac in perpetuum valitura Constitutione sancimus, ut nullus de cætero, cujuscunque sit Dignitatis, & præeminentiæ, sub indignationis nostræ, & aliis arbitrii Nostri pœnis, ædes prædictas, aut alia quæcunque loca, Franchitias appellare audeat, nullique Cardinalium, & Oratorum, ac Magnatum, etiamsi nostri, seu Romani Pontificis, pro tempore, secundum carnem Nepotes, aut alio Consanguinitatis, seu Affinitatis vinculo conjuncti fuerint, familiares, aut alias in ipsorum domibus commorantes (in eisdem domibus, seu locis circumvicinis, malefactores, quoslibet etiam non condemnatos, aut pro debitis obnoxios) contra quos tamen mandata executiva, ad Instantiam Creditorum decreta, & relaxata extiterint, ut eos à manibus Curiæ eximant receptare, vel alias sub asserta Franchitiæ prætextu, securos reddere, vel executores Justitiæ, quominus eorum officium contra illos etiam in domibus, & locis circumvicinis prædictis, libere & sine ulla prorsus contradictione exequi possint, quovis modo directe, vel indirecte impedire præsumant. Alioquin receptantes, aut securitatem præstantes, seu etiam executores Justitiæ quomodolibet, ut præmittitur, impedientes, necnon, qui Cardinalium, aut Oratorum seu Magnatum quorumlibet nomen acclamando, contra dictos Justitiæ Ministros invocaverint, aut alias quoslibet alios in eosdem Ministros concitaverint, velut criminis læsæ Majestatis Rei condignis pœnis afficiantur, contra quos omnes, & singulos ad supradictas, & etiam ad alias pœnas, in quibus malefactores ipsi condemnati fuerint, vel quas promeruerint, interesseque & damna inde provenientia, nec non ad creditorum satisfactionem, etiam ex Officio, & ad Fisci Nostri, ac partium instantiam, respective inquiri, & procedi, & successive eos condemnari posse, & debere volumus, atque decernimus.

Man-

Mandantes nihilominus Cardinalibus, Oratoribus, & aliis prædictis, sub eadem nostræ indignationis pœna, ut familiares suos, & alios in ipsorum domibus commorantes, ne præmissa committant, omnino admoneant, & cum effectu cohibeant, neque per illos aliquid de præmissis fieri quovis modo tolerent, seu permittant. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Privilegiis quoque, & Indultis, sub quacunque tenorum forma, quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & iteratis vicibus, innovatis assertis, consuetudinibus, quas per præsentes improbamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, sanctionis, voluntatis, decreti, mandati, & improbationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, duodecimo Kal. Martii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Successive piæ mem. Gregorius PP. XIII. itidem Prædecessor noster promulgaverit Bullam hujus tenoris, & formæ nempe: Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et ipsa ratio, & usus docet, nihil perniciosius in Civitate contingere posse, quam Legum, Judiciorumque impedimentum. Quod malum satis opportune prohibere volens fel. rec. Pius PP. IV. Prædecessor Noster, cui post alias hac de re præsertim à piæ mem. Julio PP. III. promulgatas Constitutiones, innotuerat, quamplurimos adhuc esse in Urbe, qui vel ob commissa crimina, vel ob æs alienum contractum, sibi à Ministris, Justitiæque Executoribus timentes, ad ædes Primatum, etiam S. R. E. Cardinalium, ac Oratorum Principum, uti loca tuta, quas Franchitias appellabant, confugerent, eaque ratione impuniti evaderent, & Creditores eluderent, aliam edidit Constitutionem, qua etiam sub arbitrariis pœnis sanxit, ne ullus post id tempus cujuscunque Dignitatis, ac præeminentiæ foret, ædes prædictas, aut alia quæcunque loca Franchitias appellare audeat: neve Cardinales, Oratores, ac Primates prædicti, etiamsi sui, & Romani Pontificis pro tempore existentis, Nepotes, aut alio Consanguinitatis, vel Affinitatis vinculo conjuncti essent, eorumque familiares, aut in ipsorum domibus commorantes, in eisdem domibus, seu locis circumvicinis, maleficos quosvis, etiam indemnatos, aut ære alieno obstrictos (contra quos tamen mandata executiva instantibus Creditoribus jam decreta & relaxata essent) ut è potestate Curiæ secularis sic eximerentur receptare vel prætextu Franchitiæ securos reddere, aut Justitiæ Executores, quominus libere officio suo contra eosdem fungi possent, quocunque modo impedire auderent; alioquin receptantes hujusmodi, aut securitatem præstantes, seu Executores Justitiæ impedientes, vel excitatis clamoribus, Cardinalium, Oratorum, seu Primatum quorumlibet nomen, auxilii causa, invocantes, aut quoscunque alios in ipsos Justitiæ Ministros concitantes, velut criminis læsæ Majestatis Rei dignis pœnis afficerentur: contra quos etiam ad alias pœnas, quibus Malefici ipsi puniti fuissent, vel quas promeruissent, nec non ad satisfactionem Creditorum, etiam ex officio, & ad Fisci partiumque instantiam, inquiri, procedi, & condemnari debere voluit, atque decrevit, sed cum hæc ipsa Pii Prædecessoris Constitutio, propter nimiam corruptelam, minime postea sit, eum, quem decuit, effectum consecuta. Nos volentes omnino in Alma Urbe nostra, ita Justitiæ debito ab omnibus satisfieri, ut perpetua subditis nostris quies, & salus inde pariatur, & cæteris præbeatur exemplum, Constitutionem prædictam exacte ab omnibus, & omni tempore, præcipimus observari. Mandantes Gubernatori, Magistratibus, Judicibus, & Executoribus dictæ Urbis, ac cæteris omnibus ad quos spectat, ut gratia & favore postpositis, illam, & contenta in ea quæcunque omnino exequantur, ac pœnis in ipsa propositis supradictos, & quosvis inobedientes, & contrafacientes, juxta illius tenorem, afficiant: & alioqui in prohibendis usquequaque his incommodis invigilent, si nostram, & Apostolicæ Sedis ultionem voluerint evitare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Nonis Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ac postmodum san. mem. Sixtus PP. V. similiter Prædecessor Noster, in speciali Constitutione, quæ incipit; Hoc Nostro Pontificatus initio; Inter cætera per eum disposita pro felici gubernio, quiete, & tranquillitate hujus Almæ Urbis Constitutionem prænarrati, Gregorii innovaverit, ac pœnam læsæ Majestatis, per prædictum Pium Prædecessorem appositam, ad verum, ac nulla Juris, aut hominis fictione confictum reatum ampliaverit, & Delinquentes in idem verum crimen læsæ Majestatis incurrisse decreverit, & declaraverit, sub Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Kal. Julii, Pontificatus sui anno primo. Cumque etiam iidem, & alii Romani Pontifices itidem Prædecessores Nostri, singulis annis, Bullam in die Cœnæ Domini publicare consueverint, in qua inter alia in §. 20. Excommunicarunt, & anathematizarunt omnes illos, qui per se, seu alios, directe, vel indirecte, sub quocumque titulo, vel colore invade-

re, destruere, occupare, & detinere præsumpsissent, in totum, vel in partem, hanc Almam Urbem, cæteraque loca in eadem Bulla expressa, ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, nec non supremam Jurisdictionem in illis Romano Pontifici, ac eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto usurpassent, perturbassent, retinuissent, vel aliis modis vexassent, nec non adhærentes, fautores, & defensores eorum, qui illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstitissent. Nosque etiam singulis annis eandem Bullam publicari jusserimus, ac fecerimus. Et cum ab ipso Nostri Pontificatus initio cordi nostro semper infixa fuerit supramemoratarum Constitutionum observantia verbo, & factis, per Prædecessores Nostros, omni tempore studiose promota, eorundem vestigia sectantes, & signanter fel. rec. Urbani PP. VIII. qui in exordio sui Pontificatus, videlicet die 5. Januarii 1626. peculiare Edictum ad tranquillitatem, & quietem hujus Almæ Urbis per ejusdem Urbis tunc Gubernatorem promulgari mandavit, & successive die 15. Novembris 1634. idem Edictum speciali suo Chirographo declaravit. Nosque pariter alia duo similia Edicta, ob easdem causas, unum sub die 26. Novembris 1677. Et alterum sub die 22. Februarii 1680. per nostrum Urbis Gubernatorem publicari mandaverimus, quorum dispositionem in omnibus, & per omnia, in suo robore permanere volumus. Hinc est, quod Nos abominabile, & detestandum Franchitiarum nomen, quæ vulgo dicuntur Quartieri, contra omne Jus, Fasque usurpatum, penitus abolere, nec non dictarum Constitutionum majori, & firmiori, ac inviolabili observantiæ, & executioni consulere volentes, Motu nostro proprio, & ex Nostra scientia, meraque deliberatione, nec non etiam de Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, ac præmatura consideratione præhabita, præinsertas Constitutiones supradictorum Julii, Pii, Gregorii, ac Sixti, aliorumque Prædecessorum Nostrorum innovamus, confirmamus, approbamus, & Apostolica authoritate tenore præsentium, roboramus, in omnibus, & per omnia, ac etiam quatenus opus sit, de novo disponimus, decernimus, ac perpetuo, & inviolabiliter exequi volumus, & mandamus. Ac insuper inhærendo etiam prædictæ Bullæ in Cœna Domini, quæ firma, & illibata, ac in suo robore permaneat, omnes & singulos in prædictis Constitutionibus comprehensos, quacunque dignitate & authoritate, tam Ecclesiastica, quam Seculari præfulgentes, etiamsi de illis specialis, specifica, expressa, & individua mentio facienda esset, qui in futurum in hac Alma Urbe Franchitias, quæ ut vulgo dicuntur Quartieri, habere, & tueri quomodocunque præsument, seu prætendent, aut illarum prætextu, aut alias quomodolibet Justitiæ Ministros, & eorum mandatorum, vel ordinum liberam executionem, tam in Criminalibus, quam in Civilibus, impedire, perturbare sive per se, sive per alios directe, vel indirecte, sub quocunque titulo, vel colore, tentabunt, vel eisdem Constitutionibus ad unguem non parebunt, prout etiam illos, qui in eadem loca contra easdem Constitutiones se recipient, sive ad ea confugient, ultra pœnas in eisdem Constitutionibus contentas, in Excommunicationis majoris, ac latæ sententiæ pœnam, ipso facto incidere, à qua non per alium, quam per Nos, seu Romanos Pontifices Successores Nostros, pro tempore existentes, nisi in mortis articulo ipsi fuerint constituti, etiam prætextu quarumlibet facultatum, & indultorum concessorum quibuscumque personis Ecclesiasticis etiam speciali nota, & expressione dignis Secularibus, & quorumcunque ordinum Regularibus absolvi possint, decernimus, & declaramus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis privilegiis quoque, & indultis sub quacunque verborum forma quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & iteratis vicibus innovatis, prætensis consuetudinibus, sive potius corruptelis, contra omne Jus, Fasque quomodolibet introductis, quas per præsentes improbamus, annullamus, cassamus, atque irritamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Ut autem præsentes ad notitiam omnium, & singulorum deducantur, eas Valvis Ecclesiæ Sancti Johannis Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ affigi mandamus, ut Nullus possit exinde excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ voluntatis, Innovationis, Confirmationis, Approbationis, Roboris, Dispositionis, Decreti, Exequutionis, Mandati, Declarationis, Improbationis, Annullationis, Cassationis, & Irritationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, Quarto Idus Maji, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

† Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

(L. S.)

† Ego Nicolaus Episcopus Ostiensis Cardinalis Ludovisius Decanus.

† Ego Alderanus Episcopus Portuensis Cardinalis Cybo.

† Ego Petrus Episcopus Tusculanus Cardinalis Otthobonus.

† Ego Carolus Episcopus Sabinensis Cardinalis Pius.

† Ego

† *Ego Flavius Episc. Albanensis Cardinalis Chisius.*
†
† *Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberinus.*
† *Ego Decius Tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Azzolinus.*
† *Ego Jacobus Tit. S. Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Franzonus.*
†
† *Ego Palutius Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. de Alteriis S. R. E. Camerarius.*
†
†
†
†
†
†
† *Ego Gaspar Tit. S. Sylvestri de Capite Presbyter Cardinalis Carpineus.*
†
†
†
† *Ego Federicus Tituli S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis Columna.*
† *Ego Franciscus Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Nerlius.*
† *Ego Hieronymus Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Card. Casanate.*
† *Ego Alexander Tituli S. Priscæ Presbyter Cardinalis Crescentius.*
† *Ego Galeatius Tit. SS. Quirici, & Julitæ Presbyter Card. Marescottus.*
†
† *Ego F. Philippus Thomas Howard Tit. S. Mariæ super Minervam Card. de Norfolcia.*
† *Ego Jo. Baptista Spinula Tit. Sanctæ Cæciliæ Presbyter Cardinalis S. Cæciliæ.*
†
†
†
† *Ego F. Raymundus Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis Capisuccus.*
† *Ego F. Laurentius Brancatus Basilicæ Duodecim Apostolorum Presb. Card. de Laurea.*
† *Ego Jacobus Tit. Sanctæ Mariæ de Aracœli Presbyter Card. de Angelis.*
†
†
†
†
†
† *Ego Horatius Tit. S. Laurentii in Pane & Perna Presbyter Card. Matthæius.*
† *Ego Marcus Antonius Tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis Barbadicus.*

†
†
†
†
†
† *Ego Casimirus Tit. S. Jo. ante Portam Latinam Presbyter Card. Denhoff.*
†
† *Ego Leander Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Coloredus.*
†
†
†
†
†
† *Ego Felix S. Agathæ Diaconus Card. Rospigliosius.*
†
†
† *Ego Benedictus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Pamphilius.*
† *Ego Dominicus Maria S. Eustachii Diaconus Cardinalis Cursius.*
† *Ego Jo. Franciscus Sancti Cæsarei Diaconus Cardinalis Nigronus.*
† *Ego Fulvius S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Astallius.*
† *Ego Gaspar S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis de Cavaleriis.*
† *Ego Jo. Gualterus S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Slusius.*
†
†
†

Loco † Plumbi.

J. G. Card. Slusius.

F. Datarius.

Visa de Curia S. de Pilastris.
D. Ciampinus.

Registrata in Segretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, Indictione decima, die vero 14. Maji, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. Anno ejus Undecimo præsentes literæ Apost. affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranens. Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, & alia loca solita, & consueta Urbis per me Thomam Orlandum SS. D. N. Papæ Curs.

Jo. Baptista Faina Mag. Curs.

Nihil

Nihil his commotus Lavardinus ingreditur Italiam, circa Septembris initium, parumque curans Papæ minas, se, nisi Asyli juribus renunciaret, pro Legato non iri habitum, Cardinali *Estreo* significari curantis, intrat, mens. Novemb. Romam, sparsisque in vulgus missilibus, quarteriorum libertatem tuetur. Pontifex valde inde irritatus, non modo pro Legato agnoscere Eum noluit, sed & suis, ne petita ejus proponerent, interdixit. Instante etiam *S. Luciæ* sacra die, in Lateranensi Ecclesia, solenni ritu, præsente Legato, in memoriam *Henrici IV.* Galliæ Regis, celebrari solita, jusserat Papa de momento, quo Lavardinus accederet, veluti censuris innodatus, faces extingui, abrumpique sacra. Cunctis ad Oratorem delatis, jubet Ille, vi pactorum inter Regem Galliæ, dictamque Ecclesiam, sacram differri cerimoniam. Nocte igitur, à Nativitate Salvatoris celebri, adit Ecclesiam *S. Ludovici*, ibique numerosa populi frequentia, Legatorum more, à Clero rite exceptus, sacro epulo accumbit, non parum frendente Papa, per Cardinalem Vicarium, Clerum illum ab ulteriori sacrorum administratione propterea suspendente, quod notorie excommunicatum ad sacra admisisset. Interdictum valvis illius templi affixum, tale fuit:

Authoritate Apostolica, & de mandato speciali, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, denunciatur supposita Ecclesiastico Interdicto Parochialis Ecclesia S. Ludovici, ex eo, quia Rector, Officiales, & Ministri ejusdem Ecclesiæ, temere ausi fuerunt admittere ad Divina officia, & participationem Sacramentorum, in proxime præterita nocte S. Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Henricum de Beaumanoir, Marchionem Lavardini, notorie excommunicatum. Datum Romæ, ex ædibus Nostris, hac die, 26. Dec. 1687.

G. *Cardinalis Vicarius.*

Non amoveatur, sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ S. S. D. N. reservatæ.

J. *de Rubey, Notarius.*

De his certiores ut redderentur Laici, sequens jungebatur Interdicto schedula:

Sia notificato à tutte e singole persone, dell' uno e l'altro sesso, esistenti nella parochia della chiesa di S. Luigi, che essendo, per authorità Apostolica, stata sottoposta all' Ecclesiastico interdetto la medesima Chiesa, non debbano, durante il tempo dell'interdetto, andarvi, sotto qualsivoglia pretesto, ancor che per causa di ricevere alcuno de' sancti Sacramenti necessarii, ad amministrarsi dal proprio Parocho, surrogando noi ad effetto, che non ne rimanghino privi la Chiesa Collegiata è Parochiale vicina di S. Eustachio. Dat. Romæ, ex ædibus meis, hac die, 26. Dec. 1687.

G. *Cardinalis Vicarius.*

Raphael Fabreltus, Secretar.

Stantibus ita rebus, edidit *Lavardinus*, die sequenti, 27. Dec. hanc Apologiam:

Henry Charles, Sieur de Beaumanoir, Marquis de Lavardin, Ambassadeur Extraordinaire du Roy Tres-Chretien, aupres du Pape, Innocent XI. ne peut croire, que certain placard imprimé, qui court, se debite, & se voit affiché dans Rome, supposant excommunication notoire contre luy, en vertu des certaines pretenduës Bulles, à Luy inconnuës, & non publiées en France, puisse etre emané de Sa Sainteté même, & il y aura peu de Gens raisonnables dans toute la Chretienté, exempts de passion, & d'animosité, contre la France, qui puissent s'imaginer, que, dans le tems, que Sa Majesté employe, avec tant de succez, tous les soins, & son authorité, à ramener ses sujets au giron de l'Eglise, & à faire adorer & servir Dieu, par tout ou son pouvoir s'etend, dans la pureté de la Religion Catholique Apostolique & Romaine, un Pape, dont Elle a desiré l'exaltation, par l'estime qu'Elle a fait de sa vertu, se porte, de Luy meme, à refuser toute audience à l'Ambassadeur d'un si Grand Roy, Fils ainé de l'Eglise, qui a autant & plus merité du S. Siege, que ses Augustes Ancêtres, auxquels il est redevable de la plus considerable partie de sa grandeur temporelle, & qui meme dans cette conjoncture de continuels sujects de mecontents, que Luy donnent les Ministres du Pape, n'a rien recommendé plus expressement à son dit Ambassadeur, que de bien temoigner à sa Sainteté, le respect filial qu'il aura tousjours pour Elle, & d'employer tous ses soins à retablir une parfaitte intelligence entre le Pape & Luy.

Il paroit encore plus eloigné de tout vraysemblance, que S. S. ait voulu, sans forme, sans cause, sans raison, & sans l'avoir entendu, interdire l'Eglise de S. Louis, au dit Ambassadeur, & le declarer excommunié notoirement, avant qu'il ayt rien fait, qui puisse attirer la moindre censure, & qu'on ait meme pu sçavoir, quels sont les ordres, dont il est chargé, qui, partant de la sagesse & de la pieté d'un Roy T. C. ne le peuvent jamais exposer à la peine d'excommunication, dont aussy son caractere represent ant la personne d'un si grand Monarque, le doit tousjours mettre à couvert.

A Dieu ne plaise, que le dit Sieur de Lavardin puisse soubçonner S. S. d'un procedé si extraordinaire, & si insoutenable. Il voit bien, qu'il n'a sujet de se plaindre, que de l'insolence & de la temerité de ceux, qui abusent de la confiance, que les incommoditez d'un âge, aussy,

aussy avancé, qu'est celuy de S. S. l'obligent de prendre aux personnes, qui l'approchent, & dont Elle se sert, pour etre soulagée d'une partie de ses soins, se prevalent de la creance, qu'Elle a en eux, pour Luy faire prendre des engagements directement opposez aux sentiments d'affection Paternelle, que les plus Saints Papes ont tousjours eu pour les Roys de France, & donnent des fausses couleurs à toutes le matieres, qui passent par leurs canaux, trompent les lumieres de S. S. & s'appliquent à ne Luy rien laisser voir, qui ne l'aigrisse contre la France. C'est ce qui leurs a fait redoubler tous leurs efforts, pour empecher, que S. S. ne put etre desabusée, par tout ce que le Marquis de Lavardin doit Luy representer au nom de S. M. & il n'auroit pas de peine, de faire voir S. S. que les pretextes, dont ils se servent, n'ont aucun fondement; car non seulement le dit Ambassadeur n'est pas venu pour troubler la Jurisdiction temporelle de S. S. mais, au contraire, il peut protester avec verité, de la part du Roy Son Maitre, que si Elle etoit attaquée par qui que ce soit, S. M. employeroit les forces & la puissance, que Dieu Luy a mis en main, pour maintenir le St. Siege, à l'exemple de ses Predecesseurs, dans les prerogatives & possessions, à l'augmentation desquelles ils ont tousjours contribué. C'est ce qui doit empecher S. S. comme Prince Souverain, qu'il ne soit apporté, dans ses Etats, aucune diminution au respect, qui a tousjours eté gardé envers les Ambassadeurs de France, & comme le Marquis de Lavardin ne pretend pas l'etendre au delà de la possession immemoriale, dans laquelle les dits Ambassadeurs ont tousjours eté, & que les Ducs de Crecquy, de Chaunes & d'Etrées, se sont conservez aux veüe & sçeu de S. S. non seulement en vertu de cette ancienne prerogative de la Couronne de France, dans la Patrie commune de la Chretienté, dont Elle a tousjours eté le plus ferme appuy, mais aussy en consequence du Traité de Pise à l'execution du quel le Pape n'est pas moins obligé, que Celuy qui l'a contracté, il n'y a personne qui puisse presumer, que cette pretenduë excommunication, puisse regarder les dits Ambassadeurs. Et sans entrer dans toutes les raisons, qui ont eté si souvent dites sur la Bulle De Cœna Domini, contre laquelle toute l'Eglise Gallicane, assemblée à Tours, en 1510. a reclamé, comme etant insoutenable à l'egard de la France, & republié par un Pape, qui s'en etoit declaré ennemy Capital, ny dans toutes les autres, qui servent de fondement à celle que l'on pretend etre de S. S. meme, laquelle ne peut jamais etre receüe, ny publiée dans le Royaume; il suffit de dire, que le dit Sieur de Lavardin est Ambassadeur de S. M. T. C. & par consequent exempt de toutes censures Ecclesiastiques, tant qu'il sera revetu de ce caractere, & qu'il executera les ordres du Roy son Maitre. Ainsy il ne juge pas necessaire d'appeller de cette pretenduë excommunication du Pape mal informé, à S. S. méme, lors qu'Elle sera desabusée dans l'audience, qu'Elle Luy accordera, des fausses impressions, que Luy ont donné des esprits broüillons & ennemis de la France, qui ne travaillent, qu'à rompre le bon concert, qui doit etre entre le S. Siege, & S. M. Il estime aussy qu'il est inutile d'en appeller au futur Concile legitimement assemblé. Et neantmois des à present, & en tant que besoin seroit, il proteste de nullité, de tout ce qui pourroit avoir eté fait, ou etre à l'avenir prononcé, publié, ou affiché, contra sa personne, sa famille, ses domestiques, ou autres; declarant, que si quelqu'un, de quelque qualité que ce puisse etre, manque au respect & aux egards, qui sont deus à son caractere, celuy là se rendra responsable envers Dieu & les hommes, de touts les malheurs, que peut attirer apres soy l'offence faite à S. M. en violant le droit des Gens, en la personne de Son Ambassadeur. Fait à Rome, le 27. Dec. 1687.

Henry Charles, Sieur de Beaumanoir, Marquis de Lavardin, Ambassadeur extraordinaire de France.

Comitabatur Apologiam hanc ipsa Generalis Regii Procuratoris appellatio ad proximum Generale Concilium, coram Notario, tam adversus Bullam Pontificis, quam declarationem, *Lavardinum* Ecclesiæ censuras incurrisse, an. 1688, 22. Jan. facta, præcipuo fundamento, Legatos Christianissimi Regis excommunicari nec posse, nec excommunicationi locum esse in rebus secularibus, ad quas Asyli jus, Legatorum ædibus competens, referendum. Proxima die, 23. Jan. accessit Parlamenti Parisiensis sententia, *Dionysio Talonio*, Advocato Regio, nomine dicti Procuratoris differente, appellationem memoratam publicis actis incorporandam, Papæque Bullam & declarationem contra Lavardinum, nullas declarandas, distractione, sub confiscationis pœna, prohibenda. Hæc dum agebantur, declarabat Rex Galliæ Pontificis Nuncio, se eum non admissurum, priusquam Papa Lavardinum admitteret. *Romæ* turbis indies crescentibus, reponebatur primo Parochialis *S. Ludovici* Ecclesia in pristinum, statum, affixo Decreto:

Gasparus, Tit. S. Sylvestri de Capite Presbyter, S. R. E. Cardinalis de Carpineo, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Vicarius Generalis, & Judex Ordinarius.

Ecclesiasticum Interdictum, sub quo de speciali mandato Sanctissimi Domini Nostri Papæ, die 26. Dec. 1687. posita fuit Ecclesia Parochialis S. Lu-

S. Ludovici de Urbe, de simili Sanctitatis suæ mandato, tenore præsentium, relaxamus & removemus, ut deinceps in illa Missæ & Divina officia celebrari, Sacramenta administrari, aliaque omnes & singulæ functiones Ecclesiasticæ, prout antea, per Rectorem, Officiales ac Ministros, peragi & exerceri libere & licite possint, & valeant. Datum Romæ ex ædibus nostris, hac die secunda Mensis Martii, An. 1688.

G. Cardinalis Vicarius.

Propterea tamen *Lavardino* juribus suis non minus insistente, quotidie armata manu plateas, ad Palatium suum pertinentes, visitando, processit Pontifex ad superstitionibus addictæ plebis excitandi adversus Marchionem odii media, variis processionibus, orationibus, litaniis, aliisque actibus sacris, ac si res cum infidelibus foret, tempus impendens. Magis vulgum irritaverat, quod ejusdem Oratoris, Roma excedere nolentis, intuitu, consueta Bacchanaliorum gaudia severo Interdicto turbarentur, insuperque bonus Pontifex, iratum veluti Cœlum mitigaturus, exolescentia manuum ossa, sanctæ crucis signum perpetuo circumferens, supra modum vexaret. Componendis amice rebus mediationem Anglo Venetisque offerentibus, reposuit Papa, *Lavardinum* nequaquam pro Legato se habiturum, nisi Sanctæ Sedi, de violata hactenus autoritate Papali, plenarie satisfieret. Rumore tamen, de navali bellico apparatu in Gallia, Romam delato, ad alia itum consilia. Evolaverat 9. April. 1688. insuetum Decretum, quo singulis, sub pœna æternæ damnationis, in Dominica *Quasimodogeniti*, sacræ cœnæ usus injungebatur, cumque dicta die Generalis Vicarius *Lavardinum* quoque ad sacras illas epulas admitteret, non parum suspicionis ortum, Papam id ideo vel unice fecisse, ut Marchio tacite hoc modo à Banni vinculis solveretur, vicissim tacite de prætensione sua forsan aliquid remissurus. Enimvero, tenaciter jura sua defendere perrexerat Orator. Denuo oblatam Angli mediationem infirmam reddentibus *Jacobi* Regis exilio, *Wilhelmique* electione, inextricabilis substitit controversia, neutro alteri cedente, ad annum usque 1689. 30. April. quo *Lavardinus*, Domum à Rege avocatus, insignia Regia Palatio suo prius adimens, splendido comitatu cinctus magna pompa Roma exiit. Plenius hæc descripsit Author *Legationis Lavardini Romam*, quem *Sfondratam*, S. Gallensem Abbatem, Causæ Papalis Patronum, credunt. Conf. Author *des ausführlichen Entwurffs, derer zwischen jezigen Pabst, und dem Kœnig in Franckreich, rechtschwebenden Irrungen, wegen der von Franckreich, für seine zu Rom residirende Ambassadeurs, vermeinter Freyheits-Berechtungen, zusambt denen bißhero darinnen ergangenen Acten, mit Anhang zweyer vornehmer* JCtorum, *Ziegleri und Wickefortii, unpartheilich* special *und* general, *aus denen Geschichten, und deme darinnen enthaltenen Volckerrechte, geführten Ermessens*, de an. 1689. Add. Author Libelli, cui tit. *Audiatur & altera pars, das ist, eine Refutation auf das, über die, zwischen Innocentio und Ludovico schwebenden Mißhelligkeiten, in einem* scripto anonymo *herausgegebene allzueinseitige ungleiche Rechts ermessen*, in puncto *des* ex parte *Franckreichs zu Rom prætendirten* Asyli, d. d. *Würtzburg*, 1689. Sicuti illud magis Gallo, ita hoc Pontifici favet. Programma etiam B. *Ziegleri*, quod an. 1688. 5. Febr. valvis Academiæ Wittebergensis affigi curavit, pariter pro Rege scriptum est. Junge, *Gründliche Ausführung des Streits zwischen dem Pabst und Kœnig in Franckreich wegen der Quartiers-Freyheit zu Rom*, edit. Lipsiæ 1689. Summarie rem depingit Dn. *Thomasius* dicta Diss. de *Jure Asyli*, §. 3. 4 & 5. Indecisa forte in perpetuum manebit controversia hæc, nisi quod, occasione data, inter Oratorum Protectorumque Satellites & domesticos, Urbisque Romæ apparitores, qui *Sbirri* vocantur, subinde certamina satis aspera oriantur.

(*b*) TERRITORIO &c. Si Principes & Status Imperii jure aggratiandi gaudeant, dubium nullum est, quin & jure constituendi delinquentibus in Territoriis suis Asyli fruantur; utpote quod ex jure dominii fluit, quod, vi proprietatis, regulariter potestatem de re pro lubitu disponendi, infert; præsertim, cum hac ratione, nemo de jure suo violato conqueri possit; quoniam delicta, in Territoriis Statuum commissa, non nisi Territorialis domini Jurisdictionem lædunt; quam *injuriam* ille, in quem committitur, libere remittere queat. Vid. *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 51, §. 1 & 2, pag. 478 & 479; *Knipschildt*, de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 28, §. 23 & 24, pag. 512; *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XXVII, §. 4, pag. 856; Dn. *Thomasius*, cit. Diss. de *Jure Asyli Legatorum ædibus competente*, §. XXIV.

(78) Alii hoc jus denegant Statibus Imperii, & inter reservata (*a*) Imperatoris tantum referunt. *Stamler. de Reserv. Imper.* §. *60.* Exemplum asylorum, à Principibus (*b*) erectorum, habemus in *Friderico IV.* Electore Palatino, qui urbi *Manhemiæ*: (*c*) & in Duce Würtembergiæ *Friderico*, qui novæ urbi *Freidenstadio* (*d*) talem immunitatem concessit, ut ad tale asylum confugere possint etiam forenses.

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) RESERVATA &c. Quoad Asyla universalia, cujusmodi Imperatores hic inde varia constituerunt; v. g.

Brisaci, in Brisgovia, *Henricus VI* Imp. teste *Ottone Frisingensi*, in Chronico, Lib. VII, Cap. 36, p. 166: *Idem Rex Henricus Castrum quoddam in Brisagaugia, Bresacum dictum, in refugium pauperum, velut misericordiæ asylum, cœpit ædificare, cunctosque confugientes illuc, à totius injustitiæ violentia, Regali potentia studuit defensare.* Conf. *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Freyheit*, pag. 134; *Speidelius*, voc. ead. p. m. 321.

Spiræ, in Cœnobio *S. Sepulchri* (*zum H. Grab*) *Fridericus II*, An. 1228, de quo *Lehmannus*, lib. V *Chron. Spirens.* Cap. 73, pag. 570: *Unter andern, ist folgender Innhalt darinn:* (in Privilegio Cæsareo,) *welcher ins Kloster, oder dessen Banne und Zwang, komt, der Jemands entleibt, oder beschädigt, der habe Freyheit; doch seind davon offentliche Räuber und Mörder, außgeschlossen: niemand sol ins Closters Bezirck einigen Menschen mit Gewalt fangen, umbbringen, oder mit Gewalt gegen ihm fahren. Sie sollen keiner Jurisdiction, Herrschafft, oder Obrigkeit, geistlichen Gewalts, unterworffen seyn, sondern allein dem Patriarchen zu Jerusalem, ---- mögen Todtschläger, Ehebrecher, Hurer, Räuber, Meyneydige, Weiber die ihre Kinder ertrückt, die in Kirchen Blut vergossen, von aller Bestraffung ledig sprechen, und in der Kirchen Gemeinschafft annehmen, wann sie Buß thun, und fromm werden wollen &c.* Conf. *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 28, §. 14, pag. 511.

Wimpinæ, *Ludovicus* Bavarus, sub dato *Wymphen, an S. Paulus-Tag, als er bekhert ward;* An. 1346, apud Dn. *Lunigium* Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *2 Theil, 52 Absatz*; Tit. *Wimpffen*, §. VI, p. 645, ibi: *Wir Ludwig ---- thun kunt ---- daß wir ---- dem Schultheissen, dem Bürgermeister, dem Rath und den Bürgern gemainlichen zu Wympffen ---- erlaubt und vollen Gewalt gegeben haben, daß Sie allermenniglichen ---- die zu ihrer Statt Wympffen, zu Schymph und Ernst, oder zu welcherley Sache das wäre, varen und kommen wellendt, In sicher Geleit geben sullen und mügen; on allein den, die in Unser und des Reichs Acht sind &c.* Quod Privilegium *Matthias* Imp. sub dato *Wien*, An. 1618, 27 Junii, confirmavit; l. c. §. 26, pag. 665.

In ædibus Ordinis Teutonici *Hailbronnæ*, teste *Caroli IV* Diplomate, sub dato *Prag*, An. 1364, *an dem H. Crists-Abend*, apud Dn. *Lunigium*, l. c. I *Theil*, 21 *Absatz*, Tit. *Hailbrunn*, §. 24, pag. 894, verb. *Gönnen und erlauben, mit Craft ditz Briefs, dem vorgenanten Bürgermeister, dem Rat und der Statt gemeinlich zu Hailprunn, ob das fürbas mer geschehe, mit Auffsatz und bedachtem Mut,* (cædes dolosæ) *in der Weyse, als vorsteet geschrieben, und auch der geschworen Rath daselbs das auf Ir Eide sprechen und erkennen, daß sy dann mügen dieselben Mörder, und solch übeltetig Leut, nemen, auß dem vorgenanten Tewtschen Haus, und die angreiffen, und mit In tun als Recht ist; und sullen sy gen Uns, noch gen Nyemands anders, wer der sey, daran haben gefrevelt. Doch mainen und wellen wir, mit Namen das ze leutern, also, daß sy Nyemand sollen nemen aus dem vorgenanten Tewtschen Haws, dann um Mort, Brant, Raub, Diebstal, und Notzogen, ob die mit Aufsatz und bedachtem Mut, gescheen, als vor ist geschrieben &c.* Confirmatio *Maximiliani I*, sub dato *Villingen*, An. 1510, 26 Oct. habetur ibid. In genere, annexum asyli jus omnibus Ordinis hujus ædibus publicis, testatur Diploma *Ruperti* Imp. sub dato *Heydelberg*, An. 1403, *auf den Sontag, nach Unser Frawen Tag, als sie zu Himmel fuhre*, apud *Limnæum*, Tom. 4, Addit. ad Lib. VI, c. 2. p. 28, verb. *daß keiner, wie er geheisen sey, solche Leuthe, die, durch ihres selbs Heils und Schirms willen, zu Ihren* (laudati Ordinis) *Häusern fliehen, oder ihre Güter darinne flehen, mit Gewalt in denselben Häusern fahen, oder gefangen halten, noch ichtes nemen solle, noch anders thun, damit er entschone Gottes Ehre, und derselben Häuser Freyheit &c.* & clarius adhuc Diploma *Friderici III*, sub dato *Wien*, An. 1480, 4 Decemb. apud Dn. *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, §. 72, pag. 155: *Nachdem die Ehrsamen, Unsere Liebe Andächtige, die Brüder des Teutschen Ordens, in der Gemein, von Unsern Vorfahren, Römischen Kaysern und Königen, löbl. Ged. unter andern gefreyet und begnadet, die Ihne auch durch Uns, in Kayserlicher Würde, bestättigt seind, also: welch Ubelthæter, oder Uberfahrer, in Ihres Ordens Hæuser kommen, daß die Freyheit, und Sicherheit, haben sollen &c.*

In Arce *Burgberg* Comitum *Grafeneccioram*, *Fridericus III*, sub dato *Newenstatt, am Montag nach dem H. Newen Jahrs-Tag*, An. 1463, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secular.* Part. I, X *Absatz*, Tit. *Grafeneck*, §. 4, pag. 228: *Haben ---- dem benenten Georgien die besondere Gnad gethan, also, daß Er nun hinfüro all und jeglich Leuth, es seyen Frawen- oder Manns-Geschlechte, die, umb Gelt-Schulden, oder Todtschläge, und anderer Verhandlung und Frevel wegen, so Sye begangen hetten, und in das ehegemeldte Schloß Burgberg kommen würden, einnehmen, und enthal-*

enthalten soll und mag; die auch alßdann in demselben Schloß, als lang Sye darinnen sein, Kayserliche Freyhung, Friedt und Sicherheit, haben, von niemand daraus genommen, noch darinn beschwert werden sollen; doch hierinn hindangesetzt und außgenommen solch Personen, die sich mit Belaydigung Unser, und Unserer Nachkommen am Reich, Kayserl. Majest. verhandelt hætten, auch offenbahre Mœrder und Brenner &c.

In Curia *Adelbergensis* Cœnobii *Eslingæ*, quod Privilegium *Fridericus III*, An. 1484 confirmasse legitur; Vid. *Speidelius*, voc. *Freyheit*, pag. 321; & *Knipschildt*, cit. Tract. de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 28, §. 15, p. 511. Ejusdem Confirmatio *Maximiliani I*, sub dato *Ulm*, An. 1513, 15 Mart. extat Tom. I *Documentorum Würtenbergicorum*, Tit. *Adelbergense* Cœnobium, §. 23, pag. 107 &c. inde huc faciunt: *Bekennen ---- daß Uns die Ehrsamen, Unsere lieben Andechtigen, Abbt und Convent des Gotts-Hauß Adelberg, Premonstrator-Ordenß, Costenzer Bißtumbs, haben fürpringen lassen; wiewol Sy, unnder anndern Iren Gnaden, Freyhaiten und Privilegien, damit Sy, von Unsern Vorfahren, Unns, und dem H. Reich, fürsehen, und nemblich in Irem Freyhofe, genent Adelberger-Hofe, inn Unser und des H. Reichs-Statt Eßlingen gelegen: So ain Jede Person, umb Missethat, und Verhandlung, darumb Sy, an iren Eren, Leib und Leben, mit Recht gestrafft werden möcht, darinn fliehet, Niemands gewaltig Hand an Sy legen solle ---- confirmiren und beståtten die auch ---- also, daß nun hinfüro ain jede Person, die umb Missetat und Verhandlungen, an Eeren, Leib und Leben, mit Recht gestrafft werden möcht, und in dem berürten Hof, so fer der mit Mauren und sonst begriffen, und umfangen ist ---- weichet, darinnen frei sein soll &c.* Confirmationem *Caroli V*, sub dato *Ynnsprück*, 21 Mart. 1552, habes ibidem, pag. 105. *Ferdinandum I*, an. 1559 confirmasse idem privilegium, docet *Speidelius* l. c. Ejusdem meminit quoque cit. Auctor *Documentorum Würtenberg.* T. I. Tit. *Hirsaugiense Cœnobium* p. 611, in Notis, ut & *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. ead. p. 134.

An. 1495, sub dato *Mecheln*, 27 Januar. confirmando Asyli jus Civitatis *Reutlingensis*, *Maximilianus I.* Imp. inquit: *Die obbestimte Freyheit und Gebrauch gnädiglich confirmiret, und beståttiget, auch gesetzt und verordnet, daß nun hinfüro alle und jegliche Personen, so, aus Hitz des Zorns, oder zu Aufenthalt und Rettung ihres Lebens, ausserhalb der Statt Reutlingen, und den Zehenden, und Ettern daselbst, Todtschläge thun, oder vollbringen, in der gemelten Statt Reutlingen, Zehenden und Ettern darzu gehörig, Freyung haben, und daselbst, umb solchen Todschlag, zu Recht nicht angefallen, gestellt, noch beklagt werden, noch auch, dieweilen Sie in derselben Statt Reuttlingen, und solchen ihren Zehenden und Ettern, wohnhafft seyn, und sich derselben Freyheit gebrauchen, an Unserm und des Reichs Hoff-Gericht zu Rothweil, noch einigen Land-Gericht, oder andern Gerichten, derohalben, wieder Sie, ihre Leib und Güther, nicht gericht, gerecht, urtheilt noch procedirt werden: Wo es aber darüber geschehe, daß solch Urtheil, und Proceß, keine Krafft noch Macht haben; doch wo vorbedächtlich gefährlich Todt-Schläg beschehen, daß sie, auf der Kläger, gegen den Thätern, ansuchen, Recht ergehen lassen, wie sich gebührt &c.* Vid. *Limnæus*, Tom. IV. Addit. ad Lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. 42, §. 3, pag. 298 & 299; *Knipschildt*, de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. 3, Cap. 44, §. 92, pag. 840 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, 40 *Absatz*, Tit. *Reutlingen*, §. 9, pag. 313. de eodem Asylo vid. *Besoldus*, de *Jurib. Majestat.* Cap. 4, §. 8; *Wehner* l. c. voc. *Freyheit*, pag. 134; *Zeiler*, *Topograph. Sueviæ*, voc. *Reutlingen*, pag. 161; Illustr. Dn. de *Ludewig*, Tract. de *Prærogativis Ducatus Würtenbergici*, Sect. I, Cap. 30, lit. f, pag. 41 & 42. De querelis adversus abusum ejus, legas *Mylerum*, de *Jure Asyli*, c. 4, 6 &c. Notatu dignum adhuc, quod confugis sequentia prælegi soleant:

(1) *Habent ihr einen ungefährlichen Todtschlag begangen, aus Hitz des Zorns, oder, zu Rettung euers Lebens, so habent ihr in dieser Statt und Zehenden, Freyheit, und werdent zu Recht nicht fürgestellt, oder beklagt.*

(2) *Wäre aber der Todtschlag verdächtlich, oder gefährlich beschehen, so man gegen euch Rechtens begehren, werden ihr zu Recht fürgestellt und beklagt.*

(3) *Dieweil ihr auch hie liegen, und euch der Freyheit behelffen, so mag man wieder euer Leib und Guth, uff dem Hoff Gericht zu Rothweil, noch keinem andern Landgericht, nicht procediren oder urtheilen; wa es aber beschehe, sollen ihr solches einem Bürgermeister anzeigen, wird man darinnen, wie sich gebührt, handlen.*

(4) *So lang ihr auch hie ligen, und euch der Freyheit behelffen, sollen ihr in der Statt keinen Degen, Messer, oder ander Waffen antragen; an einem offenen Würth zehren: in kein offen Zehr- oder Trinck-Stube gehen: euch gebührlich und wohl halten: mit Niemands zancken: wa das nicht beschehen, wird man euch straffen, nach eins Erbarn Raths Gefallen, daß ihr deren fürohin nicht fähig sein werden; doch mögen ihr umb einen Tag- Wochen- oder Jahr-Lohn wol dienen.*

(5) *Die-*

(5) *Dieweil ihr auch hie ligen, was Händel gegen euch, Zeit euerer Bewohnung, sich begeben und verlauffen werden, es wäre gegen Bürger, oder Bürgerin, einem Rath, oder gemeiner Statt allhie, vor dem Statt- oder Zunfft-Gericht, Recht geben und nehmen lassen, wie Recht ist &c.*

Vid. *Knipschildt* l. c. pag. 841; Dn. *Lunig* l. c. §. IX. pag. 314.

An. eod. Idem Cæsar rata habendo, sub dato *Wormbs*, 4 Junii, *Hirsaugiensis* Cœnobii Privilegia & immunitates, ait: *Bekennen -- daß Uns die Ersamen, Unser Lieben Andächtigen, Blasy Abbt, und der Convent des Gotshawß Hirsaw, sannd Benedicten Ordens, Speyrer Bistumbs, haben fürbringen lassen, wie, von alters her, auf der Straß, von einem Closter in das ander, über die Brügken, und in der Tafern dazwischen gelegen, so zu demselben Gotshaws gehören, Freyheit, als in denselben Clöstern, gehalten, das aber in Iren Privilegien, so Sy von Unsern Vorfordern am Reiche, Römischen Khaysern und Künigen, erworben, und wir confirmirt haben, mit sonndern Worten nit begriffen sey, unnd Unß darauf diemütigklichen angeruffen, und gepetten, daß wir Inen, Iren Nachkumen, und Gotshawß, solch Freyheit zu ernnewen, confirmiren, und zu bestetten genedigklichen geruhten: des haben wir angesehen &c.* Vid. cit. *Documenta Würtenbergica*, Tom. I, Tit. *Monasterium Hirsaugiense*, Dipl. 27, p. 608 &.

An. 1530, inter Privilegia quæ *Carolus V.* Oppido *Wildbad*, in Ducatu Würtenbergico impertivit, habetur: *Daß diejenige, so einen ungefährlichen Todtschlag begangen, auch andere (außgenommen, Mörder, Strassenrauber, oder dergleichen Ubelthäter) alhier Jahr und Tag, Fried und Freyung haben sollen &c.* Vid. *Zeiler, Topogr. Suevia*, voc. *Wildbad*, pag. 218, & *in der kleinen Schwäbischen Cronick*, ad An. 1530, pag. 95; *Knipschildt*, l. c. lib. 2. c. 28, §. 22, pag. 511.

An. 1533, sub dato *Prag*, 5 Decembr. concessit *Ferdinandus I.* Hospitali *Biberacensi*, *anstatt Kayserl. Majest. auch für sich selbst*, sequentem immunitatem, *daß in angezeigtem Spital, und als weit dieselbigen Hoffstatt eingefangen ist, und, zu rings darumb, fünff Mann-Schritt braith, Kayserliche und Könìgliche Freyheit sein, ain jeder, was Standts oder Wesens der sey, so in gedachter Statt Biberach, uß Zorn, Hitz, oder anderen Bewegnüssen, unbedächtlich Todtschlag thuen, oder ander Malefitz begehen, und in obgemeldt Spithal flüchtigen Fuß setzen, oder den Gezürkh der fünff Schritt, der mit gedachter Kayserl. Majest. und Unserm und des Reichs Wappen, an gelegen Orthen, außgezeichnet werden soll, begriffen, die sollen, bey Tag oder Nacht, Kayserliche und Königliche Befreyung, an solchen Orthen und Enden, haben, und von Niemands, in solcher Zeit, gegen Inen, mit ainicher Straff, oder Thatt, nit fürgefahren, noch gehandelt werden, in dhein Weiß noch Weeg. Doch solle diese Freyheit außschliessen einen jeden Mordbrenner, Funtsager, und ander, die, vermæg deß gemeinen Rechtens, dhein Befreyung haben, ohne Gevörde &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, l. c. Contin. 4, I *Theil*, 4 *Absatz*, Tit. *Biberach*, §. XXVII, pag. 199. Memor Hospitalis hujus *Zeilerus*, in *Topographia Suevia*, voc. *Biberach*, pag. m. 34, inquit: *Welcher eine grosse Freyheit, der unvermessen Todtschläger halben, hat, die im selbigen, und etlich Schritt darvon, Sicherheit haben, und von den Anklägern nit mögen angerennet werden &c.* Hinc sua *Knipschildius* l. c. Lib. 3, Cap. 4, §. 6, pag. 653.

An. 1650, sub dato *Wien*, 16 Nov. *Christianus*, Comes de *Rantzow*, à *Ferdinando III.* Imp. inter alia Privilegia, jus quoque Asyli nactus fuit; apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secular.* I *Theil*, 37 *Absatz*, Tit. *Rantzow*, §. 2, pag. 849, verb. *Ferner, geben wir Ihm, Christian, Graf zu Rantzau, diese hernach folgende besondere Gnade und Freyheit, daß Er, und seine eheliche Leibes-Erben, und derselben Erbens-Erben, in und auf Ihren Schlössern und Wohnungen, so weit sich deren Begriff und Einfang, mit Häusern, Höfen, Gärten, und andern Zugehörungen, erstrecken, die sie jetzt haben, oder ins künfftige, mit rechtmässigen Titul, überkommen werden, alle und jede Todtschläger, und dergleichen unsichere Persohnen und Missethäter (doch offene Mœrder, und diejenigen, welche jemanden fürsetzlicher mœrderischer Weise, entleibt hætten, außgenommen &c.) enthalten, hausen, hofen, ätzen, träncken, und Gemeinschafft mit ihnen haben mögen, nach ihrer Nothdurfft, Willen, und Wohlgefallen; daß auch solche Todtschläger, oder dergleichen unsichere Persohnen, daselbst, Jahr und Tag, Freyung haben, und, weder mit- noch ohne Recht, von einiger Obrigkeit, daraus genommen werden mögen; jedoch, wo, nach Verscheinung obberührter Jahr- und Tages-Zeit, jemand, gegen solchen, Rechtens begehren würde, soll bemelter Christian, Graf zu Rantzau, und seine Erben, und Erbens-Erben, entweder selbst unverzüglich, was sich, den Rechten gemäß, gebühret, ergehen und wiederfahren; oder sie der Obrigkeit, darunter solche Entleibung begangen, auf derselben begehren, jedoch gegen genugsame Revers, daß solche Absolgung, Ihme, Grafen zu Rantzau, und obgedachten seinen Erben, und Erbens-Erben, an Ihrer Jurisdiction, Bottmässigkeit, Hohen- und Niedern Gerichten, gantz unpræjudicirlich, und unnachtheilig seyn solle; zu Recht folgen zu lassen schuldig seyn &c.*

An. 1671, sub dato *Wien*, 20 Octob. pari formula, idem Privilegium concessit *Leopoldus* Imp. *Johanni Adolpho*, Principi *Schwartzenbergico*; apud *Lunigium* l. c. 2 *Theil*, 48 *Absatz*, Tit. *Schwartzenberg*, §. 54, pag. 1344, §. *Ferner geben wir &c.* ut &,

An. 1675, sub dato *Wien*, 15 Octob. *Leopoldo Wilhelmo*, Comiti *Kœnigseckio*; ibidem, I *Theil*, 17 *Absatz*, Tit. *Königseck*, §. 4, pag. 370, §. *Ferner geben wir &c.* nec non,

An. 1680, sub dato *Pardubitz*, 27 Maji, *Johanni Lucæ* & *Francisco Adolpho Dieterico*, Liberis Baronibus de *Ingelheim*; apud Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, de An. 1719, in Append. pag. 189, §. *Ferner geben wir &c.* pariter ac,

An. 1691, sub dato *Wien*, 22 Decemb. *Christiano Wilhelmo* Comiti (postea Principi) *Schwartzburgico* in *Sondershausen*; apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXIX *Absatz*, Tit. *Schwartzburg*. §. 1. Supplementor. ulter. pag. 120, §. *Ferner geben wir &c.* non minus, ac

An. 1707, sub dato *Wien*, 17 Decembr. *Josephus* Imp. *Johanni Casimiro Kolb*, Comiti de *Wartenberg*, apud eundem, l. c. XXVI *Absatz*, Tit. *Wartenberg*, §. 249, pag. 393; & *Fabrum*, Tom. XIII *Staats-Cantzley*, Cap. XIX, pag. 808 &c. §. *Ferner geben wir &c.* retenta ubique præfata formula.

Præter privilegiata hæc Asyla, hinc inde, plura adhuc alia reperiri in Imperio, documento sunt; v. g.

Augusta Vindelicorum, ubi, in Cœnobio *S. Udalrici*, patrantibus cædem involuntariam tuta mansio per triduum, quo elapso, ulterior manendi facultas ab Abbate petenda est. Vid. *Crusius*, *Annal. Suev.* Part. 3, Lib. 2, c. 17, & lib. 8, c. 19; *Speidel* voc. *Freyheit*, pag. 321; *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 28, §. 18, pag. 511; *Zeiler*, *Topograph. Suevia*, voc. *Augspurg*, pag. 13; *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. XV, §. 98, pag. 653.

Brichsenstatt, in Marchionatu Onoldino, 2 milliar. à *Kitzinga*; de quo *Limnaus*, Tom. IV. Addit. ad Lib. V, Cap. VII. §. 25, pag. 775; *Brichenstatt, so vor diesem Brichsendorf genannt, hat eine Kayserliche Freyung, und wer darein kommet, mit Wissen und Willen eines Amptmans und Castners, derselbe muss geloben, und schworen, wie und was er anzeigt, dass es die lautere Wahrheit sey, und so er deßhalben angenommen wird, der soll und muß ein Jahr einen Gülden der Herrschafft geben; so er aber nicht Jahrweiß, sondern Wochenweis, solch Geding annimmt, giebt er wochentlich 9 Pfenning: Trägt sich dann zu, daß er länger als ein Jahr allda verharret, wird es mit dem andern und dritten Jahr, auch mit den Wochen, wie im Ersten, gehalten. Doch wird mit solchen der Unterschied beobachtet, daß man keinen einigen, der einen wissentlich, und fürsetzlich, erwürget hat, auch offentlicher Schulden halben einnimmt, sondern allein für Gewalt, Nothwehr, und dergleichen Stück. Und gehet solche Freyung, so weit die Statt umfangen, und die Marck vergräntzet ist &c.* Conf. *Zeiler*, *Topograph. Franconia*, voc. *Brichsenstatt*, pag. 31; *Knipschildt* l. c. §. 22, p. 511.

Castel Pagus, partim Marchionibus Brandenburgicis, partimque Comitibus *Castella*, subjectus, *woselbst es einen Baurenhof hat, so der Kelterhof genennet wird; darinnen ist eine Freyung, dergestalt, ob sich begiebt, daß einer einen erwürget, oder andere böse Stück verübet, es seye auf was Herrschafft Gütern es wolle, und in diesen Hof kommet, so hat er allweg drey Tag Freyung; und, nach Endung solcher drey Tag, mag er drey Schritt aus dem Hof thun, und wieder hinter sich gehen, alßdann hat er abermahl drey Tag Freyung, und also fortan.* Hæc *Limnaus* l. c. §. 33, p. 815. Conf. *Zeiler* l. c. voc. *Castel*, p. 33.

Creutzlingense Cœnobium, extra Mœnia *Constantiensia*, ubi, cædem non ex proæresi committens, jure Asyli, per centum annos & unum diem, gaudet. Vid. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. XV, §. 97, p. 653; *Knipschildt* l. c. §. 17, p. 511; *Speidel*, voc. *Freyheit*, pag. 321.

Enshemium, in Alsatia, ubi *der freye Dinckhoff*. Vid. *Dietherr*, ad *Besoldum*, voc. *Freyheit*, p. 269.

Fridberga, prope Augustam Vindelicorum. Vid. *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Freyheit*, p. 134.

Grossen Aspach, Pagus, *so halb Würtembergisch, halb Sturmfederisch, drey Viertel Stund von Backnang*, ubi *ein FreyHoff, denen von Hallweyl gehörig, der Bettelhof genannt, der hat die Freyheit, für ungefähre Todtschläger, 24 Stund.* Hæc *Knipschildt* l. c. §. 22, pag. 511 & 512.

Leipheim, Oppidum, *Ulmensibus* parens, ad Danubium, ubi similiter *ein Freyhoff, darinn der Pfarrer und Forst-Meister wohnen; in welchem eine Freyung vor die Todtschläger, die unvorsehens einen Todtschlag begangen, auf ihr Lebenlang. Aber die Ulmische Unterthanen haben alda keine Freyung; auch, die Schulden halber außtretten, nicht.* Sunt verba *Zeileri*, *Topograph. Suevia*, voc. *Leipheim*, pag. 116; Conf. *Knipschildt* l. c.

Neuburgum, in Ducatu Würtenbergico, haud procul à *Pfortzhemio*, ubi pariter *eine Freyung; daß ein Todtschläger, welcher einen in der gähe, oder animi*

mi impetu, umbgebracht, sechs Wochen, und drey Tag, sich sicher daselbst aufhalten kan. Hæc ex *Zeilero* l. c. voc. *Newburg*, pag. 139; Conf. *Magerus* l. c. §. 95, pag. 653; *Knipschildt* l. c. §. 16, pag. 515. *Mylerus* de *Asylis*, Cap. VI, §. 21, ad cujus verba provocat Illuſt. Dn. de *Ludewig*, de *Prærogativis Ducatus Wurtenbergici*, Sect. I, Cap. XXX, lit. t, pag. 42, ibi: *Welches auch so beständig von den Nachbarn gehalten worden, und dem Ort zugestanden wird, daß, als An. 1619. der Marggrav von Baden einen Ubelthäter mit Gewalt heraus geholet, Er solchen dennoch, aufzuschreiben von Würtemberg, wieder nacher Neuenburg gestellet worden.* Etiam limites *asyli hujus ita definiti, umb und an der Statt Neuenburg also nahe, daß man möchte mit einem Wappen-Handschuh werffen biß an die Statt-Mauer.*

Norimberga, & quidem ibi: *Im Heilbronner Hoff*, Vid. *Wehner* l. c. It. *zu S. Gilgan; Auf der Burg, und im Teutschen Hauß*; quo facit Diploma *Caroli IV*, sub dato *Nürnberg*, An. 1377, *am Montag nach S. Martins Tag*, Civibus Norimbergensibus concessum, apud *Goldastum*, Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, pag. 38; *Limnæum*, lib. VII. *Jur Publ.* Cap. 35, pag. 413; *Wagenseilium*, de *Civitate Norimbergensi*, Cap. XXVII, pag. 255, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4; 2 *Theil*, 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, §. IX, pag. 90 & 91, ubi, §. 3: *Auch wollen wir, durch Mehrung des Friedens, daß kein Mörder, der einen mörderlichen und fährlichen Mord begangen hat, und das kündlich und gewiß ist dem mehrern Theils Raths und der Schöpffen, der soll keiner Freyung genüssen weder die Sanct Gilgan; zu dem Teutschen Hauß; noch auf der Burgk; noch an keiner Statt, wann ob er dahinfliehe, so mogen ihn der Schulthaiß, und die Bürger, auß der Freyung nehmen, ohn alle Buß und Poen &c.* Conf. *Dietherr* l. c.

Ober-Berckheim, in Alsatia Austriaca, ubi *ei, qui homicidium, animi impulsus motu, commisit, ad dies vitæ, per centum annos, & unum diem, tuta est mansio.* Hæc *Magerus* l. c. §. 96, p. 653; Conf. *Knipschildt* l. c. §. 17, p. 511; *Speidelius* l. c.

Pfullinga, in Ducatu Würtenbergico. Vid. *Besoldus*, in *delibat.* Lib. I. ff. Tit. de *Asylis* pag. 55; *Mylerus* l. c. Cap. VIII, §. 17, ubi: *Jure retorsionis & talionis utuntur in Asylis quidam Principes, quando scil. Asylo vicinum locum mactant eodem Asyli & securitatis profugorum præsidio. Sicuti consuetudine invaluit immemoriali, ut is, qui in Civitate Reutlingensi delictum commiserit, in vicino Ducatus Würtenbergici pago Pfullingen, securum confugii & asyli locum habeat permanendi &c.* Eadem habet Illuſtr. Dn. de *Ludewig* l. c. lit. u.

Roth, in Marchionatu Onoldino, de quo *Zeilerus*, in *Topographia Franconiæ*, voc. *Rot*, p. 84: *Diesen Ort macht insonderheit die Freyung, so da ist, berühmt &c.* Conf. *Wehner* l. c.

Sassau, Ecclesia prope *Straubingam*, cui *Henricus*, Inferioris Bavariæ Dux, jus Asyli indulsisse legitur. Vid. Dn *Multzius*, *Corp. Juris Publ.* Part. 2, Cap. 27, § 4, v. 54, p. 856.

Schwabachium, in Marchionatu Onoldino. Vid. *Wehner* l. c.

Patet hinc simul Asyla (1) non unius ejusdemque generis esse, sed alia unius, paucorumve dierum spatio, finiri: alia hebdomadas aliquot secum trahere; alia in annum & diem, aliaque in annos plures, imo in Seculum, extendi. (2) Homicidas dolosos, & ex proæresi crimina patrantes, Asylorum, beneficio frui non posse. (3) Asyli Dominum ipsummet quandoque in confugam animadvertere teneri, vel eum Domino, in cujus Territorio delictum commissum, remittere. (4) Alia esse Asyla, quæ Declaratos in bannum duntaxat respiciunt; de quibus præced. Tit. 4, §. 8, lit. d.

(*b*) PRINCIPIBUS &c. Hodie omnium Principum Palatia, Castella, Arces, ædesque publicas alias, securitatem confugis largiri, præced. §. 76. monitum.

(*c*) MANHEMIÆ &c. Idem exemplum proferunt; *Georgius Rittershusius*, de *Asylis*, Cap. 5, §. 5; *Knipschildius*, l. c. lib. 2, Cap. 28, §. 24, pag. 512; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 51, §. 3, pag. 480; *Rhetius*, *Institut. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 8, §. 5, pag. 405. Dn. *Multzius* l. c. p. 856. Tacet autem illud *Freherus*, Part 2. *Originum Palatinarum* Cap. XIX, pag. 89 &c. utut novæ hujus Civitatis auspicia, quibus ipse interfuit, late describat, commemorans saltem, Portæ ad Nicrum, inter alia, inscriptum: PORTAM. BONIS. CIVIB. APERUIT, vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. a, sub Domo Bavaro-Palatina; enimvero, *Portam bonis Civibus aperire*, non statim involvere *Jus Asyli*, de quo loquimur, quodque aliunde probandum, caret dubio. Nec de eo aliquid Dn. *Tolnerus*, in *Historia Palatina*, Cap. 2, pag. 79 & 80; nec Dn. *Joh. Henric. Seyfridus*, in *Poliologia*, voc. *Manheim*, pag. 295 & 296.

(*d*) FREIDENSTADIO &c. De hoc Asylo, testantur etiam *Rittershusius* l. c. *Mylerus* l. c. & de *Asylis*, Cap. VI, §. 21; *Knipschildius* l. c. *Speidelius* l. c. *Rhetius* l. c. Dn. de *Ludewig* l. c. lit. t, pag. 42. Ast *Zeiler*, in *Topographia Sueviæ*, Tit. *Freudenstatt*, p. m. 71, nihil aliud de hoc Oppido suppeditat, quam: *Diese Statt ward erstlich, von dem Erbawer, Hertzog Friderichen, in Anno 1601, Friederichs-Statt genant; weilen sie aber mehrentheils von Ihme, für die Exu-*

Exulanten aus Steyer, Kärndten, und Crain, damals angefangen worden, Er ihnen auch Holtz zum bawen, und, auf etliche Jahr, freyen Sitz allda gegeben; als haben dieselbe solchen Ort Frewdenstatt genandt &c. nec aliud, in *Itinerario Germaniæ* Cap. VIII. voc. *Freudenstatt*, pag. 203; nec plura Dn. *Seyfridus* l. c. voc. *Freydenstatt*, pag. 177. Immunitates autem hujusmodi, quæ plerumque novorum Oppidorum incolis, à Conditoribus concedi solent, minus accurate Asyla vocantur.

(79) An hoc Asylum vires suas extendat ad universi (*a*) Imperii reos criminales? quæritur. Affirmari (*b*) posse videtur; quia remissio delinquentium hodie non amplius est necessitatis; sed ex arbitrio Principis Territorii pendet: utrum, ad instantiam ejus, ubi delictum est commissum, reum velit remittere, nec ne? *Gail. lib. I, de Pace Publica, Cap. XVI*, § *30*. Verum, quamvis hodie non remittere cogatur Princeps istiusmodi delinquentes, tamen ipse eos punire debet, (*c*) ut Dominus loci delicti commissi; & sic etiam in carcerem conjicere, custodiæ gratia. Vid. *Fachin. Lib. IX, c. 23*. Imo, si propter facultatem non remittendi delinquentes, hæc securitas ipsis præstatur, non tam hoc est ex Jure singulari Asylorum, quam potius ex Jure communi. Quo accedit, quod Principes hoc jus Asyla constituendi habeant, quia ipsorum, & non alterius Principis, Majestas irreverenter habita est, quando quis in Ipsorum Territorio deliquit, quam etiam injuriam propterea Ipsi remittere possunt; ubi autem in alterius Territorio quis deliquit, ibi alteri injuria est illata, quam cum Princeps Imperii, in præjudicium alterius, remittere non possit, etiam securitatem asylorum ipsi tribuere non potest; cessante enim causa, cessat effectus; imo, si hoc fieret, Justitia denegaretur alteri Statui, prosequenti talem delinquentem.

NOTÆ.

(*a*) UNIVERSI &c. Quemlibet Statum Imperii, in Territorio suo, pro subditis suis, Asyla constituere posse, (quamvis rationes, ob quas olim ejusmodi loca designabantur, in præsentiarum fere cessent, ubi delinquentes, non amplius, ad vulgi vociferationem, tumultuariè, cumque strepitu, nec causa satis indagata, ad supplicium rapiuntur; sed opus est, ut de corpore delicti constet; adsint testes validi, vel confessio propria; formentur quæstionum articuli: constituatur ex officio delinquenti defensor: audiatur hic non semel, verum sæpius iterumque: Acta transmittantur ad Extraneos JCtos: judicium horum & sententia subjiciatur Territorialis Domini arbitratui: communicetur eadem cum reo in pleno consessu, si forte quid habeat, quod adhuc opponat: sicque nemo damnetur nisi plene confessus, vel convictus; vid. Illust. Dn. *Ludewig*, de *Prærogativis Ducatus Würtenbergici*, Cap. XXX. lit. p, pag. 41,) præced. §. 77. lit. b, assertum. Jam quæritur: *Num Princeps* (aliusve Imperii Status) *Asylum tale constituere queat, ut & delinquentes in aliorum Dominorum Territoriis, tutam mansionem ibi inveniant?* Negat hoc *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 28, § 23, pag. m. 512, eo quod ejusmodi privilegium alicui loco largiri, solius sit Imperatoris. Mihi videtur, talia asyla vel propterea etiam non permitti posse, quod (1) *Publicæ utilitatis intersit, ne crimina maneant impunita*; Vid. *Innocentius III*, ad Londinensem Episcopum, Lib. V. *Decretalium*, Tit. 39, de *Sententia Excommunicationis*, Cap. 35, *Ut famæ tuæ &c.* Conf. L. *Ita vulneratus*, 51, §. *Quod si quis*, ff. *Ad Legem Aquiliam*, Lib. IX, Tit. 2, ubi *Julianus*: *nec impunita maleficia esse oporteat.* Add. L. *Congruit*, 13, ff. de *Officio Præsidis*, Lib. I, Tit. 18. Quoniam, *qui uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari; facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi*; sunt verba *Ambrosii*, sermone VIII, in *Psalm.* 118, §. 2; unde sua *Gratianus*, Caus. 33. Quæst. 4, Cap. *Est injusta*, 33; (2) delictis & fraudibus via non sit aperienda; per ea, quæ apud *Gambsium*, in *Thesauro Jurisprudentiæ*, lib. 4. *Axiomatum*, Cap. XII de *Delicto*, Axiom. IX, pag. m. 320, habentur; quod facile fieret, si facinorosis tuta receptacula in aliorum Dominorum territoriis constituerentur. (3) Præceptum Juris Naturalis, *de Nemine offendendo*, prohibeat, impediri tertium in persecutione sui Juris; quod fit, cum Princeps delinquentibus extraneis Asylum offerat; proinde non permittat, ut confuga, à Domino, in cujus Territorio facinus patratum, ex merito puniatur. Vid. Illustr. Dn. *Thomasius*, Differt. de *Jure Asyli Legatorum ædibus competente*; §. 22; (4) Amicitiæ etiam atque decori regulæ, quibus Principes & Magistratus sibi invicem tenentur, hac ratione destruantur, quippe quæ non

ferunt,

ferunt, Majestatis reos, vel Jurisdictionum violatores, relinqui impunitos; volentes potius, ut, tali casu, alter alterum, in executione juris sui, adjuvet. Vid. Dn. *Thomasius* l. c.

(*b*) AFFIRMARI &c. Ita censet *Mylerus*, de *Asylis*, Cap. 8, §. 10 &c. & *de Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 51, §. 4, pag. 480 & 481; & novissime Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 27, §. 4, pag. 856, ex fundamento, cujus Dn. Auctor hic meminit, quodque simul debellat.

(*c*) PUNIRE DEBET &c. Finito scil. immunitatis termino, Asylo concessæ; quo facit Privilegii formula Illustriss. Comiti Ranzovio indulti, 1650, præced. §. 78, lit. a.

(80) Asyla non patrocinantur voluntariis (*a*) & dolosis, *den Muthwilligen, Vorsetzlichen*; sed imprudentibus, homicidis, *so aus Hitze des Zorns übereilet*; nec, ut ibi omnino immunes existant; sed à carceris pœna tantum liberentur; quo, ex loco privilegiato, causam commodius defendere (*b*) possint. *Petr. Sarpi, de Jure Asyl.* Nec etiam ad istos pertinet, qui jam capti per Territorium Asylo privilegiatum, ducuntur, & aufugiunt ad Magistratum Asyli. (*c*) asylum enim confugientem ad locum securitatis, adhuc liberum tantum tuetur. *Alexand. Ambrosinus, de Immunit. Eccles. Cap. X*, §. *10.* Quod propterea etiam ad eum extendimus, qui, jamdum carcere mancipatus, eo effracto, (*d*) ad talem locum confugit. Vid. hic *Harprecht*, §. *1. Inst. de His qui sui vel alieni Juris &c. & seq. al. ubi hoc latius disputat.* Hæc duo Jura etiam non incommode referri possunt ad Privilegia, quæ ipsis rebus conceduntur, si consideremus Sanctitatem talibus locis inhærentem, propter quam, personis ibi consistentibus, hæc singularis securitas præstatur. Nos, propter singularem securitatem, quæ personis tribuitur, & quæ de læsione conqueri possunt, ea hic referre maluimus.

NOTÆ.

(*a*) VOLUNTARIIS &c. Facinus dolosum nec gratiam mereri, nec committentibus prodesse Asyla, sanæ pariter congruum rationi, & Divino Sacrarum Legum Codice continetur, utpote quo cautum, *Exod.* XXI. v. 14. proæreticos homicidas ab ara etiam abstrahendos esse, & necandos: *Wo jemand an seinem Nechsten frevelt, und ihn mit List erwürget, so soltu denselben von meinem Altar nehmen, daß man ihn tödte*; & Deuteron. XIX, §. 11 & 12: *Wenn jemand Haß trägt wieder seinen Nächsten, und lauret auf ihn, und macht sich über ihn, und schlägt ihm seine Seele todt, und fleucht in dieser Städte* (ubi constituta Asyla) *eine*; *so sollen die Ältesten in seiner Stadt hinschicken, und ihn von dannen holen lassen, und ihn in die Hände des Blut-Rächers geben, daß er sterbe &c.* Exempli loco esse potest *Joab, Salomonis* jussu, à *Benaja*, ad aram jugulatus, *1 Reg. 2*, §. 28 ad 31. Conf. seq. §. 112, lit. b. Ipsis Gentilibus æquum hoc visum, innuit *Taciti* locus, lib. 3. *Annal.* Cap. 36, §. 3. ubi, mentione facta Asylorum abusus, C. *Cestius* Senator: *Principes quidem instar Deorum esse: sed neque à Diis nisi justas supplicum preces audiri*; *neque quemquam in Capitolium, aliave Urbis Templa, perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur &c.* Designata proinde sunt Asyla duntaxat præter voluntatem homicidia patrantibus, aut debitoribus ex infortunio obæratis, ne, à furibunda plebe, aliisve male feriatis, inique habeantur; seu in carcerem conjiciantur, ex quo respondere, valde durum; non vero ut malitiose lædentes alios impunitatem ibi consequantur. Vid. *Klockius* de *Contributionib.* Cap. XVIII, §. 208, pag. 411; *Carpzovius*, *Pract. Criminal.* Part. 2, Quæst. 150, §. 41, pag. 400; *Daniel Otto Jur. Publ.* Cap. 8, pag. m. 199; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. IX, lib. V, Tit. I, §. 48, pag. 330; *Dietherr* ad *Besoldum*, *Thesaur. Pract.* voc. *Todtschlag*, p. 936; *Compendium Histor. Eccles. Gothanum*, Lib. I, c. 2. Sect. 2, §. 29, pag. 126; *Mylerus*, de *Asylis*, Cap. X, tot. & de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 51, §. 5, pag. 481; *Documenta Würtemberg.* T. I, in Notis ad Chartam XXIII. *Monasterii Adelbergensis*, pag 114. *Knipschildt* de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperial.* lib. 2, Cap. 28, §. 28 &c. pag. 512. Hinc etiam, in Privilegiorum formulis, *dolosæ cædes* plerumque excipiuntur. Vid. præced. §. 78, lit. a.

(*b*) DEFENDERE &c. Eadem docent *Rittershusius*, de *Asylis*, Cap. VII, §. 2; *Knipschildt*, l. c. §. 25, pag. 512; *Mylerus*, de *Asylis*, Cap. XI & XII, & de *Principib. Imperii* loc. cit. Inspicienda hic omnino privilegii Verba.

(*c*) ASYLI &c. Locum parallelum suppeditat *Myler* de *Principib. & Statib. Imperii* l. c. §. 6, pag. 481 & 482. Adde: nec prodesse Asylum delinquentibus in ipso loco, qui Asylo præditus; eo quod frustra Legis auxilium invocet, qui committit in Legem. Vid. *Gregorius IX*, lib. 3. *Decretal.* Tit.

Tit. 49, de *Immunitate Ecclesiarum*, Cap. X, *Immunitatem &c.* add. *Document. Würtenberg.* l. c.

(*d*) EFFRACTO &c. Hujusmodi confugam tutum esse, nec in carcerem retrudi posse, arbitrantur *Covarruvias*, 2. *Variar. Resolut.* c. 20, §. 10; *Farinacius*, de *Carcer.* Quæst. 28, §. 42; *Knipschildt* l. c. §. 4, v. 32, pag. 512; alii, ob L. *Præsenti*, 6. C. de *His qui ad Ecclesiam confugiunt.* Argumenta in utramque partem profert *Harpprecht* ad *Instit.* Tit. *de His qui sui vel alieni Juris;* ad §. *In potestate*, num. 84 &c. Conf. *Myler* de *Asylis*, Cap. 10, §. 21, & de *Principib. & Statib. Imperii* l. c. §. 7, pag. 482. Dn. Auctoris sententiam juvat, quod is, qui carcere effracto fugit, eo ipso, capite sit puniendus; arg. L. *Milites*, 13, ff. de *Re militari*, Lib. 49, Tit. XVI; quoniam carcer locus publicus est, imo & sanctus, æque ac muri Civitatis; proinde nemini impune inde exire liceat. Vid. *Gambsius*, cit. *Thesaur. Jurisprud.* lib. 3. *Axiomatum*, Cap. VII. de *Carcere*, Axiom. 2, pag. 174. Incarcerationes cum varias ob causas, variisque modis, fieri, certum sit, palam est, nec de omnibus, inde aufugientibus, ferendum idem judicium. An juste, vel injuste, captus, absque reatu criminis & peccato, à carcere aufugere possit? vid. *Covarruvias* l. c. lib. I, c. 2. Tom. 2, n. 7; *Vivius*, Decis. 201, lib. 2; *Reyger*, *Thesaur. Jur.* Tit. de *Carceribus*, §. 45 & 46, p. 164.

(81) Propter Imperium, quod Princeps in Personas subditorum habet, & propter quod ipsi liberum est, recipere (*a*) in suum Territorium, quos vult, & eos, quos non vult, propter justas causas, inde arcere; putamus, Principi competere potestatem recipiendi Judæos, (*b*) & ipsis Privilegium tribuere, ut in suo Territorio secure (*c*) versari possint.

NOTÆ.

(*a*) RECIPERE &c. Status Imperii regulariter quoscunque advenas, publica Lege non proscriptos, (quorum censu habendi: proditores Patriæ, publici hostes, dolosi homicidæ, manifesti latrones & sicarii, hujusque furfuris nequam alii,) proinde & Judæos, in Territoriis suis suscipere posse, Superioritati Ipsorum Territoriali, Regaliumque naturæ, conveniens est; hinc in *Reformatione guter Policey zu Augspurg*, de An. 1530, Tit. *von Jüden, und ihrem Wucher*, XXVII. *Wer Juden bey ihm leyden will, der soll sie doch dermassen bey ihm behalten, daß sie sich des Wuchers, und verbottener wucherlicher Kauff, enthalten, und mit ziemlicher Handthierung und Hand-Arbeit, ernehren &c.* & *Reformat. Guter Policey zu Augspurg*, de An. 1548, Tit. eod. *von Jüden, und ihrem Wucher &c.* XX. *Setzen, ordnen und wollen wir, daß hinführo Niemand Jüden aufzunehmen, oder zu halten, gestattet werden soll, dann denjenigen, die von Uns, und dem H. Reich, Regalia haben, oder insonderheit derhalben privilegirt seynd &c.* quæ totidem verbis, *in der Policey Ordnung zu Franckfurt*, an. 1577, Tit. XX, *von Juden und ihrem Wucher*, repetita. Conf. *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. 1, Class. 2, Cap 3, §. 15, pag. 870; *Buxtorff* ad A. B. Conclus. 90; *Limnæus*, *Jur. Publ.* Lib. 3, Cap. 2, §. 13 &c. pag. 13; *Thomas Michaël*, de *Jurisdict.* Conclus. 48, lit. B. *Schützius* Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. XXI, lit. F. pag. 406; & Vol 2, Exercit. I, §. XVIII, lit. e, pag 40; *Heiderus*, in *Fundamentis Discursus von den Reichs-Vogtheyen*, lit. S sss. pag. 92; *Rumelinus*, ad A. B. Part. I, Dissert. VIII, §. XVI, pag. 244; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, Lib. I, Cap. XII, §. 76, pag. 93; & Lib. 2, Cap. V, §. 185, p. 292; præsertim, lib. 2, Cap. XXX, §. 4, pag. 537, nec non, de *Privilegiis Nobilium Immediatorum* lib. 3, Cap. 2, §. 189, pag. 41, & Cap. 18, §. 4 & seqq. pag. 286 &c. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. VIII, §. 300, pag. m. 312; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. LX, §. 2, pag. 545; *Speidelius*, voc. *Juden*, pag. m. 544; *Webner*, *Observat. Pract.* voc. *Juden*, pag. m. 233; *Rudingerus*, *Singular. Observat.* Centur. 3, Observat. XIII, pag. m. 640; Illustr. *Rhetius* lib. I. *Instit. Jur. Publ.* Tit. VI, §. 17, pag. m. 196; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. VI, §. 70, pag. 338; Dn. *Schweder*, *Introduct. in Jus Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 14, §. 17. p. m. 940; Dn. *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. I, Lib. I, Tit. 4, §. 6, pag. 65; Dn. *Nitzschius*, ad *Capitulat. Josephi*, Art. 28, §. 39, pag. 503; Illustriss. *Joh. Jacobus*, L. B. *de Walpott* in *Bornheim*, Diss. de *Electorum Juribus prærogativis*, Præsid. Consultiss. Dn. *Feltzio*, An. 1710, 3 Junii, Argentorati habita, pag. 16; Dn. *Cruger*, de *Novemviratu*, Discurs. 3, Part. Gener. §. 3, pag. 51 & 52. Interpretes Juris Publici reliqui. Inde sequitur: Judæos, qui ab iis recipiuntur, qui nec Regalia ab Imperatore & Imperio tenent, nec speciali privilegio recipiendi Judæos fruuntur, securitate publica non gaudere; vid. cit. *Policey-Ordnung zu Franckfurt* l. c. verb. *Da aber jemand darüber Juden auffnehmen würde, so sollen doch dieselbige, an keinem Ort, Sicherheit und Geleit haben, darneben von Uns ernstlich Einsehens dargegen vorgenommen, und abgeschafft werden &c.*

Quo

Quo etiam facit Mandatum ſine Clauſula, in cauſa *Caſſel* contra *Wilſheim, die Abſchaffung der Jüden zu Ronſe betreffendt*, An. 1580. 10 Januar. apud *Rulandum*, de *Commiſſariis*, Part. 2, lib. V, Cap. 4, ſub §. 50. ubi Cæſar: *Dieweil dann ihr kein Stand des Reichs ſeyn, noch, als Privati, einige Regalia haben, und erlangen können &c.* Conf. *Reinking* l.c. §. 16, p. 870; *Mylerus* ad *Rumelinum* in A. B. Part. I, Diff. 8, §. 16, pag. 245.

(*b*) JUDÆOS &c. Quos diu, minus præſertim potentibus Imperii Statibus, ſine ſpeciali privilegio Imperatoris, ſuſcipere fas non erat; quippe qui, pro ſervis Cameræ Imperialis, *Kayſerliche Cammer-Knechte*, (Quem titulum etiamnum, retinent, pari licet, vel majori adhuc nexu, Statuum cuidam ſubjiciantur.) tam quoad perſonam, quam bona, habebantur. Vid. *Nitzſchius* l. c. §. 38, pag. 503; Conf. *Abraham Urbanus*, Duſſeldorpienſis, Diſſ. Inaug. de *S. R. J. Electoribus*, An. 1674, Argentorati, 1 Junii, habita, Cap. 3, §. 3, pag. 15. add. ſeq §. 87. lit. l. In aliis quoque Regnis, ad Fiſcum vel pertinuiſſe quondam, Judæos, vel adhuc pertinere, latè probat *Du Freſne*, Gloſſar. voc. *Judæi*, p. m. 126.

(*c*) SECURE &c. Sub Legibus, quæ eis præſcribuntur. Hinc paſſim *die Schutz-Juden* innoteſcunt, magno ſæpius Chriſtianorum detrimento.

(82) In Imperio Romano-Germanico, recipiendi Judæos, & protegendi poteſtas, ab Imperatore, qui Judæorum Protector Univerſalis eſt, primo, per ſpeciale Privilegium, in *A. B. Cap. IX*, § 2. Electoribus (*a*) tantum tributa eſt; poſtea vero Principibus, cæteris ve Imperii Statibus, (*b*) imo etiam Nobilibus immediatis (*c*) conceſſa fuit. Reformat. Polit. de 1548, Tit. *von Jüden*, ac Renovat. Francof. de An. 1577, Tit. 20. Quamvis autem ab initio, per Privilegium, hoc ſpecialiter ſic fuerit conceſſum, tamen non videtur abſurdum eſſe, ſi dicamus, hodie non amplius competere per modum Privilegii, (*d*) ſed vi Superioritatis Territorialis: & hinc etiam videmus, quod, pro lubitu, eos recipiant Status Imperii, vel non recipiant. (*e*) Sive autem vi Privilegii conceſſi, ſive vi Superioritatis Territorialis, hoc tamen fit ita, ut, primo, Imperatori Jus protectionis univerſale (*f*) ſemper ſalvum maneat; ſecundo, ubi jam ex immemoriali tempore, vel ex Privilegio Imperatoris, ſecuritatem & habitandi jus habuerunt, inviti ejici non poſſint. (*g*) Exempla ſuppeditant Civitates Imperii Francofurtum (*h*) & Wormatia, ubi, à plebe ſpoliati & ejecti, Imperatoris authoritate reſtituti ſunt, & ab omni injuria tuti præſtantur.

NOTÆ.

(*a*) ELECTORIBUS. Communis Doctrina eſt, Electores fuiſſe primos, quibus Imperator, *Carolus IV*, in A. B. *jus recipiendi Judæos* ſit largitus; vid. Auctores præced. §. 81, lit. a. Dari autem exempla hujus rei longe antiquiora, documento ſunt, v. g.

Giſilerus, Merſeburgenſis Epiſcopus, cui *Otto II.* Imp. *quicquid Merſeburgenſis murus continet, cum Judæis, moneta, foreſto &c.* dono fertur obtuliſſe, vid. *Dithmarus*, lib. 3, verbis præced. Tit. 4, §. 4, lit. c, ſub *Ottone II.* occurrentibus. Quos *Judæos*, poſtea commutatos, *Henricus Sanctus*, vice altera, *Wigberto* Præſuli reſtituiſſe legitur. Vid. idem, Lib. VI, pag. m. 64, ubi: *Wigberto Antiſtiti, mercatores & Judæos, à Giſilero primitus acquiſitos, ac diu commutatos, reddidit &c.* Crudelitas, qua in Militiam ſacram pergentes, exeunte *Seculo XI*, hinc inde Judæos, baptiſmati reluctantes, jugulaverint, occiſis, *Moguntiæ* duntaxat, quatuordecim ultra mille, (vel *Chronico Stederburgenſi* teſte apud *Meibomium*, Tom. I. *Scriptor. Rer. German.* pag. 452, ad An. 1096; factumque confirmantibus, *Dodechino* ad *Marianum Scotum*, an. eod. pag. m. 462; *Sigeberto Gemblacenſi*, an. eod. pag. 608; *Gobelino Perſona*, ætat. VI, pag. m. 263; Additionatore *Lamberti Aſchaffenburgenſis*, apud *Piſtorium*, an. eod p. 253.) ſufficienter probat, quo numero in dicta Urbe tunc fuerint recepti. De *Spirenſibus* & *Wormatienſibus*, ait *Bertoldus Conſtantienſis*, in Appendice ad *Hermannum Contractum*, ad An. 1096, pag m. 375: *Hoc anno, in quibusdam Civitatibus, Judæi magna cæde trucidati ſunt, ab his, qui Hieroſolymam petierunt, ita dico, ut apud Spiram fugientes in Palatium Regis & Epiſcopi, etiam repugnando, vix ſe defenderent, eodem Epiſcopo Johanne illis auxiliante. Qui etiam poſtea, ob hoc, ira commotus, & pecunia Judæorum conductus, quosdam fecit obtruncari Chriſtianos. Item, apud Wormatiam, Judæi, perſequentes fugiendo Chriſtianos, ad Epiſcopum properabant &c.* Ipſum *Henricum IV.* Imp. ex Italia reverſum, ſuper-

perstites non solum sub tutelam recepisse, sed & pristinos ritus eis restituisse, ex *Dodechino* l.c. ad An. 1097, pag. 463. discimus, ubi: *An. 1097. Henricus de Italia rediit, & Judæis, de præterito anno vel coacte baptizatis, Legem & ritus judaizandi concedit &c.* Conf. *Chronographus Saxo*, an. eod. pag. m. 274: *Henricus Imp. ab Italia Ratisponam, Bawariæ Urbem, venit, ibique aliquamdiu moratur, & Judæis, qui baptizati fuerant, judaizandi ritum concessit &c.* nec non *Albertus Stadensis* an. eod. pag. m. 143. *Henricus Imp. ab Italia rediens, Ratisbonam venit, ibique aliquandiu moratus, Judæis, qui baptizari coacti sunt, Legibus suis uti concessit &c.* atque sua Dn. *Heineccius*, Lib. I. *Antiquit. Goslariens.* an. eod. pag. 105.

Seculo XII, ubi *Radulphus* Monachus, circa an. 1146, *multa populorum millia ex Agrippina, Moguntia, Wormacia, Spira, aliisque vicinis Civitatibus, Oppidis seu Vicis, ad accipiendam crucem, accendit, hoc tamen doctrina sua non vigilanter interserens, quod Judæi, in Civitatibus Oppidisque passim manentes, tanquam Christianæ Religionis hostes, trucidarentur, hocque doctrinæ semen, in multis Galliæ, Germaniaque Civitatibus, vel Oppidis, tam firmiter radicem figens germinavit, ut, plurimis ex Judæis, hac tumultuosa seditione, necatis, multi sub Principis Romanorum alas, tuitionis causa, fugerent: factum est, ut non pauci ex ipsis, hujusmodi immanitatem fugientes, in Oppido Principis, quod Noricum, seu Norenberg, appellatur, aliisque municipiis Ejus, ad conservandam vitam, se reciperent &c.* Hæc *Otto Frisingensis*, Lib. I. de *Gestis Friderici I. Imperatoris*, Cap. 37. apud *Urstisium*, pag. m. 428. Hæcque forte origo impositi, paulo post, Judæorum Genti *Servorum Imperialis Cameræ* nominis, *der Kayserlichen Cammer-Knechte*; de quo seq. §. 87.

Sec. XIII, Status Imperii Judæis iterum tutam in ditionibus suis mansionem concessisse, ex literis *Eberhardi* Abbatis *S. Emmerani Ratisbonæ*, de An. 1210, super cæmiterio & Synagoga eorum Ratisbonæ, manifestum est, apud *Gewoldum*, in Addit. ad Tom. 2 *Metropolis Hundii*, nominatim, in diplomatibus historiam Abbatum *S. Haimerani* illustrantibus, pag. m. 263, ibi: *Notum sit omnibus in perpetuum, quod Nos, communicato cum Capitulo Nostro, consilio, Domino Nostro Episcopo, Conrado, consentiente, ---- Abraham Judæo, omnibus Judæis Ratisbonensibus, undecunque vel quandocunque advenientibus, & eorum successoribus, pro domo quadam, 40 libris, sub traditione subnotata, meliora & utiliora Ecclesiæ Nostræ prospicientes, permutavimus, sive vendidimus, & in jus proprietatis obtulimus, ad omnem commoditatem & usum, quem in ea, vel ex ea, sicut de proprio suo, habere decreverint, vel disposuerint habendum, & sepulturam suam, & omnium Judæorum, undecunque ibidem sepeliri cupientium, libere, & absque prohibitione omnium Episcoporum, vel Abbatum, sive quorumcunque Prælatorum, in ea celebrandam, &, ut de ipsa, quicquid unquam ordinare voluerint, sicut de proprio, liberam habeant ordinandi facultatem. ---- Ipsi tamen annuatim, in festo S. Georgii, unam libram Nobis inde persolvant --- nec Nos, vel aliquis nostrorum Successorum, domum, vel aream domus illius, alicui, nisi ipsis Judæis, possumus vel debemus locare; & si unus solus Judæus in Civitate superstes fuerit, prædictum censum dabit, ad eundem terminum &c.*

An. 1221, Judæi in Erfordia occisi sunt. Sunt verba *Siffridi* Presbyteri, lib. 2 Epitomes, apud *Pistorium*, ad h. a. pag. 695.

An. 1225, 4 Id. Dec. Ratisbonæ, testatur *Ludovicus* C. P. R. & Dux Bavariæ, *quod Abbatissa Imperialis Monasterii* (Inferioris, *Nieder Münster in Regensburg*) *Mechtildis, vendiderit aream quandam Magistro Aaroni, & toti Universitati Judæorum*, ibidem; vid. *Crusius* lib. I *Annal. Suev.* P. 3. c. 4. p. 14. Dn. *Tolnerus*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 90, p. 72.

An. 1234, *Conradus*, Romanorum Rex, omnes Judæos in Imperio sub tutelam specialem recepit. Vid. seq. §. 87, lit. b.

An. 1246, sub dato *Rodinburg*, mens. Majo, in *absolutionis Decreto*, quod *Francofurtenses ad Mœnum*, ab eodem *Conrado*, nacti, habetur: *Remisimus eis omnem noxam, & si quam offensam visi sunt ipsi Cives, in cædem & exterminium Judæorum de Franckenfurt, Servorum Cameræ nostræ, negligenter & contingenter potius, quam voluntarie, commisisse &c.* Vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, I *Theil*, XIV *Absatz*, Tit. *Franckfurth am Mayn*, §. 5, p. 558.

An. 1260, in dem ersten Jare des Bischoppes Ruprecht van Mansvelde (Præsulis Magdeburgici) *alse he to Hus kam van Rome, mit synem Pallio, do fengk he de Jodden to Halle, unde to Meydeborch, in der Tyt ôrer Loffrolingh, unde schattede ôn aff Hundert dusent Marck, ane Golt unde Sülver, dat he, ut ôren besloten Twaw, nam, unde ut ôren Husen &c.* Hæc *Botho*, in *Chronico Picturato Brunsuicensi*, ad h. a. apud Dn. *Leibnitium*, Tom. 3 *Scriptor. Rer. Brunsuic.* pag. 366. Conf. *Chronicon Magdeburgicum*, apud *Meibomium* T. 2 *Scriptorum Rerum German.* pag. 331 &c. in Vita *Ruperti*, XXII ArchiEpiscopi.

An. 1265, Henricus, Misniæ & Orientalis Marchio, sub dato *Misniæ*, Judæis solennes præscripsit Leges, (quas

(quas perperam, sub titulo *Henrici Rasponis*, Roman. Regis, An. 1265 dudum jam defuncti, *Goldast*. Tom. 3 *Constit. Imperial.* pag. 399, publici juris fecit;) ita inchoatas: *Nos Henricus D. G.* (in Annalibus Misnensibus *Georgii Fabricii*, lib. I ad An. 1265, extat integer Titulus: *Nos Henricus, D. G. Misnensis & Orientalis Marchio) universis præsentem literam inspecturis. Propter diversos quæstionum articulos, qui, super Jure Judæorum, sæpius proponuntur, Nos Jura ipsorum, quibus eos in Terra nostra uti volumus, pariter & gaudere, præsenti litera duximus exprimenda &c.*

An. 1272, Bertradis, Quedlinburgensis Abbatissa, largita est Judæis, *Quedlinburgi* degentibus, sequens protectorium: *Cum Judæorum, commorantium in Civitate nostra ad Quedelingburg, sicut aliorum mancipiorum Ecclesiæ nostræ, ad Nos pertineat protectio & tutela, captivationes & exactiones, quas à dominis suis passi sunt, præcavere, quantum possumus, cupientes, tenore præsentium, vobis* (Civibus Quedlinburgicis) *seriose injungimus, & mandamus, quatinus eos ab injuriis & violentiis, tam rerum, quam personarum, cum necesse fuerit, defendatis, sicut vos & vestra velletis defendere à quocunque injuriam inferente. Modicum enim proficuum esset, tam nobis, quam ipsis, quod nostri Judæi, solo nomine, vocarentur, si pateremur eis possim dampna & violentias irrogari. Quamvis enim eos propria ipsorum culpa Christianorum subjecerit servituti, tamen vitam ipsorum turbare, & violentias eis inferre, Christiana Religio prohibet &c.* Vid. Dn. *Kettner, Antiquitat. Quedlinburg.* Diplom. Seculi XIII, §. 2, p. 309.

An. 1288, Judæi in Pacherat, Diœcesis Herbipolensis, quendam bonum & devotum hominem Christianum, Werinherum nomine, occulte occiderunt, & ab eo sanguinem, quo mederi dicuntur, tanquam in torculari, multa violentia, expresserunt ---- Præterito anno, Judæi in Monaco, Civitate Frisingensis Diœcesis, puerum quendam Christianum, pro simili causa, occiderant, propter quod Populus ejusdem Civitatis, non expectato Judicio vel sententia, omnes Judæos illius Civitatis, in domum unam confugientes, ignibus suppositis, concremavit. Ita *Henricus Stero, Altahens.* in *Annalib.* ad h. a. apud *Freherum*, Tom. I, p. 396.

An. 1298, Albertus Austriacus, Imperator, *leyt de Jodden dot slan de in synem Lande* (to Osterick) *wesen.* Hæc *Botho*, in cit. *Chronico Picturato* h. a. pag. 372; ad An. 1298; nescio autem an recte? cum in *Historia Australi*, ad h. a apud *Freherum* l. c. p. 341, legamus: *Quidam humilis Rusticus, dictus Rintfleisch, dicens, divinitus se recepisse, ut omnes Judæos debeat trucidare & delere ---- Nurenbergæ, consentientibus Civibus, omnes Judæos, una cum Urbe ibidem, succendit, & peremit; quem Rex Albertus, post magnam persecutionem Judæorum factam, depulit; Cives vero Nurenbergenses, qui consenserunt, in magna parte pecuniæ punivit &c.* ergo erat potius Cæsar Judæorum vindex, quam destructor. Cæterum, quæ de *Judæis Norimbergensibus* hic dicuntur, vere sic habere, testatur quoque *Henricus Stero* l. c. ad h. a. pag. 402 & 403, addendo, *Judæos*, eo quod hostiam in mortario contuderint, *Herbipoli* quoque, *Rotenburgi, Bambergæ*, & per totam Franconiam, igne fuisse deletos. Conf. *Siffridus*, Presbyter Misnensis, cit. Lib. 2 Epitomes, ad An. 1299, p. m. 702; præsertim *Aventinus* lib. VII *Annal.* Cap. 13, §. 5, p. m. 701.

An. 1300, sub dato *Quedelingburch*, Abbatissa *Quedlinburgensis, Bertradis II*, vendendo Comiti *Ulrico* de *Reghenstein*, pretio mille marcarum Stendaliensis monetæ, *novam Civitatem Quedlinburg*, inter alia, stipulata legitur: *Judeos etiam, si qui in dictam Civitatem se receperint ad manendum, potestati & dominio nostro reservamus; idem jus in eisdem Judeis habituræ, quod in Judeis habemus Civitatis Antiquæ &c.* Vid. Dn. *Kettner* l. c. Diplomat. Seculi XIV, §. I, pag. 381; & Dn. *Lunigius*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiast.* Cap. VII, Tit. XIV *Quedlinburg*, §. 8, pag. 225.

Sec. XIV, An. 1301 ---- *In Civitate Magdeburg ---- Villa Judæorum fuit capta per communes, & deprædata, pluribus Judæis occisis.* Cit. *Chronicon Magdeburgicum*, in Vita *Burchardi* XXV ArchiEpiscopi, p. 334.

An. eod. sub dato Spire, 11 Maji, inquit *Albertus I* Imp. in Diplomate *Conradi* Wildgravii in *Dhaun*, apud Dn. *Lunigium, Spicileg. Secular 2 Theil*, in Supplement. documentorum Wild- & Rheingraviorum, pag. 1919, §. 1: *Concedimus & indulgemus eidem, ut in Dunen tres Judeos valeat & debeat collocare, residentiam ibi facturos tamdiu, quousque aut Nos, aut succedens nobis in Imperio, si voluerimus, eosdem tres Judeos redimerimus, pro centum quinquaginta marcis denariorum Colonienſium ---- quos tunc idem Comes Sylvestris ad loca potest & debet reducere, sub suo conductu, de quibus illi Judei venerunt &c.* Hæc est prima charta, quam vel ego inspexi, expressis verbis, recipiendi Judæos jus alicui Statuum Imperii largiens.

An. 1303, Judæi in Wissense (*Weisensee in Thuringia*) *occiderunt filium ejusdem Castrensis, nomine*

Conradum, propter quod malum, Judæi per totam Terram occisi sunt. Vid. *Historia Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. 80, apud *Pistorium*, pag. 933; Conf. *Siffridus* Presbyter, l. c. pag. 703, ad h. a. Solam *Erfordiam* non nisi pecunia eos mulctasse, docet *Engelhusius*, in Chronico, sub *Clemente V* Papa, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Scriptor. Brunsuic.* pag 1125, verb. *Judæi interfecerunt puerum Christianum, Conradum de Somerden, filium Castrensis, qui puer miraculis claruit. Propter quod Judæi occisi sunt per Thuringiam, & Civitates proximas, Erffordia, in qua pecunia tunc salvati sunt, excepta &c.*

An. 1312, an S. Jacobs-Tag, composita lis inter *Emericum* Episcopum, & Capitulum *Wormatiense* ab una, atque *Judæos* Wormatienses, parte ex altera, à quinque Arbitris, tali modo: *daß der Juden Ratblüthe, mit dem Juden Bischoff, allewege zwölff sollen sin, und nicht mer; und die zwölff sollen unter Ihne, nach Jüdischen Rechten, richten, als es von Alters Herkommen ist. Unter den zwölff Juden, soll der Bischoff von Wormbs, wer dan Bischoff ist, einen benennen zu einem Jüden-Bischoff, der soll sin Lebtag Jüden-Bischoff heissen; doch soll des Juden-Bischoffs Ampte unter Ihne zwölff umbgehen ---- und wann der Juden-Bischoff gestirbet --- welchen --- der Bischoff von Wormbs, der dan ist, unter den zwölff Rathlüthen unter den Juden benennet zu einem Juden-Bischoff, der soll geben unserm Herrn dem Bischoff zu Wormbß ---- zwantzig Pfundt Wormbscher Pfenninge, und der Jude, den Er, unter den zwölff Rathlüden unter den Juden, zu einem Juden-Bischoff benennet hat, soll aber sin Lebtag Juden-Bischoff heissen &c.*

An. 1314 electus Cæsar *Ludovicus* Bavarus *Judæos omnes, publice positis Edictis, à suis Dominiis exterminavit*; Hæc *Æneas Picolomini* Cardinalis, *de Statu Europæ sub Friderico III*, Cap. 32, apud *Freherum* Tom. 2 *Scriptor. German.* pag. 79. Eos tamen postea iterum in Bavaria fuisse susceptos, discimus ex *Hundio*, qui, Tom. I *Metropolis*, in vita *Johannis III*, Episcopi *Frisingensis*, p. m. 144, ait; *Sub hoc Episcopo, An. 1519, Judæi, Maximiliano Rege mortuo, Ratispona pulsi sunt. Hi longissimo tempore, &, ut ipsimet aliquando confessi, aliquot annis ante nativitatem Christi Ratisponæ fuerant, Principibus Bavariæ, præsertim in criminalibus, subjecti, quibus, protectionis nomine, quotannis aliquid pensitabant, vulgo die Jüden-Steur; unde Duces Bavariæ Judæos ibi Cameræ suæ servos vocabant, ihre getrewe Kammerknecht. post mortem Ludovici Imperatoris, in fraterna divisione, obvenerant Ducibus Straubingensibus; his deficientibus, Ludovico Ingolstadiensi &c.*

An. 1330, sub dato *Hagenau, an dem nechsten Sontag nach S. Jacobs Tage*, obtulit Cæsar laudatus *Johanni Wildgravio*, Ejusque heredibus, Comitibus in *Salm*, privilegium habendi quindecim Judæos, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. 4, pag. 1920, ubi: *In auch verliehen, mit diesem gegenwertigen Brieff, funffzehen Jüden zu haben, und zu halten, in ihrem Gebieth, oder Vestung, wo Sie wollent, mit Rechten, Guten, und Nutzen, als sie im Riech haben sol, alß lange, biß wir es wiedderruffen &c.*

An. 1332, sub dato *Franchenfurt, an der Mittwochen nach Sand Angnesen Tag*, inquit idem Imperator, in Diplomate Civitati *Wimpinæ* tradito, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, 52 *Absatz*, Tit. *Wimpffen*, §. 4, pag. 644: *Wir Ludwig ---- thun khunt, ---- daß wir den weysen Lüten, dem Rath und den Bürgern gemeiniglich zu Wympffen --- die Gnad gethan haben, und tun auch, mit diesem Brieff, daß Sie ze Bürger in Ir Stat zu Wimpffen empfahen und nemen sullent und mügent, swen Sie wellent, es sein Pfaffen, Leyen, oder Juden; und geben auch allen den, die sie ze Bürgern und in Ir Statt empfangen, alle die Recht und Freyheit, die ander unser Bürger zu Wympfen habent &c.* Et,

An. 1342, in Diplomate, quo, sub dato *Würtzburg, an S. Niclas-Abend*, *Erfurtensibus* prospexit, apud Dn. *Lunigium* l. c. *in der Fortsetzung*, IX *Abtheilung*, 4 *Absatz*, §. 41, pag. 443; *Tun kunt, mit diesem Brieff, daß wir ---- In erlaubt und günnet haben, daß Si allermenlichen, und all Lüte, wie die genant* (ergo & Judæos) *oder wo sie gesezzen sint, die zu In in ir Stadt zu Erffurt varen, und darin by In sitzen und wohnen wollen, zu ihren Bürgern, nemen und empfahen ---- mügen, ohn allein Eigen Lüte, und unverrechent Amtlüte, die sullen sie zu Bürgern nicht empfahen &c.*

An. 1346, in Confirmatione *Caroli IV* Privilegiorum ArchiEpiscopi *Coloniensis*, sub dato *Bonnæ*, 6 Kal. Sept. apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccles. in der Fortsezung* Partis I, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 96, pag. 467, reperiuntur hæc: *Item, concessiones & donationes Judæorum, intra Civitatem & Diœcesin Coloniensem Consistentium, & qui in eadem Civitate & Diœcesi de cætero moram trahent, à nonnullis Prædecessoribus nostris, ipsius ArchiEpiscopi Prædecessoribus, & Ecclesiæ Coloniensi, factas & confirmatas, auctoritate eadem Regali, ex certa nostra scientia, confirmamus &c.*

An. 1348, sub dato *Speyer, des nechsten Freytags vor dem zwölfften Tag*, in Diplomate Civitati *Wormatiens*

tiensi exarato, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, 54 *Absatz*, Tit. *Worms*, §. 4, pag. 681 & 682, transfert idem Imperator in dictam Civitatem omne jus suum in commorantes ibidem Judæos: *darum so han wir denselben Bürgern zu Wormbs die Juden, und die Jüdischheit zu Wormbs, mit ihrem Leibe und Gut, und mit allen Nutzen und Rechten, gesucht und ohngesucht, die wir, und unser Vorfahren, an dem Reich, Römisch Kaiser und Könige, an den Juden, und zu der Jüdischheit, zu Wormbs bißher gehabt hant, oder fürbaß haben mögen, mit Gerichte, oder ohne Gerichte, vergifft und vergeben, geben und gifften, an diesen Brieff, unwiedersprechlichen, also, daß die Statt und die Bürger zu Wormbs, mit den Juden, und der Jüdischheit zu Wormbs, mögent thun und lassen, brechen und büssen, als mit ihrem Gute, nuhn und allwegen, ohne allen unsern Zorn und Wiederrede &c.*

De magna persecutione, quam hoc ipso tempore, per totam Germaniam, *Judæi*, veneficiorum, quibus multa Christianorum millia periere, accusati, perpessi sunt, evolvantur: *Annales Rebdorffienses Henrici* Monachi, apud *Freherum*, T. I *Scriptor. German.* pag. 444, ad h. a. *Gesta Bertoldi Constantiensis*, ad An. 1349, apud *Urstisium*, T. 2 *Script. German.* p. 177 &c. *Jacobus de Königshoven*, in Chronico *Alsatico*, Cap. V, §. 74 & seqq. pag. 293 &c. ibique *Schilterus*, *in der* XVIII *Anmerckung*, pag. 1021 &c. ubi Acta publica, M. *Albertus Argentinensis*, in *Chronico*, ad An. 1348, apud *Urstisium*, Tom. 2, pag. 147 & 148; *Nauclerus*, Vol. 2 *Chronographiæ*, Generat. 45, ad an. 1348 pag. 1009; *Botho*, cit. *Chronico Picturato* ad An. 1348, pag. 379; *Gobelinus Persona*, ætat. VI *Cosmodromii*, Cap. 69, ad an. 1349, apud *Meibomium* l. c. Tom. I, pag. 285; *Levoldus de Northov*, *Chron. Comitum de Marca*, an. eod. apud *Meibomium* l. c. pag. 405; *Hermannus de Lerbeke*, in *Chronico Comitum Schauenburgensium*, an. eod. ibidem, pag. 517; *Chronicon Magdeburgicum*, in vita *Ottonis*, XXVIII ArchiEpiscopi, apud *Meibomium* l. c. Tom. 2 p. 341, ad an. 1348; *Hofmannus*, lib. 4 *Annalium Bambergensium*, in *Friderico*, 26 Episcopo, §. 140, apud Dn. de *Ludewig*, in *Historia Episcoporum Bambergensium*, pag. 202. *Lehmannus*, *Chron Spirens.* lib. VII, Cap. 42, pag. 788 &c. *Paullinus*, *Annal. Isenacens.* An. 1348, pag. 82. Quam ægre vero eam tulerit Imperator, ex ejus literis ad *Argentoratenses*, Civitatesque alias, sub dato *Frankenfurt, an dem nechsten Suntag nach S. Ulrichs Tag*, An. 1349, apud *Schilterum* l. c. pag. 1051 & 1052, & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, 58 *Absatz*, Tit. *Straßburg*, §. XV, p. 734, cognoscendum: *Uns ist fürkomen wissentlich, daz Ir, als noch über daz, daz vorgeschehen ist, werbet an Herren und an Stet, die umb Uch sitzent, die sich an Uns, und das Riche, halten, und wider die Juden, unser Kamer-Knecht, noch nicht getan haben, mit den Lantfrid darzu nötigt, und Si anweiset, daz Si ouch Ir Juden, die under In gesessen sein, vertriben und vertilgen; und wanne uns daz ser wieder ist, über daz, daz vor wider uns, und daz Reich, an den Juden geschehen, unserer Camern zu grozzen Schaden; darumb gebieten wir euch vestiklich, bei unsern Hulden, daz Ir fürbas Nieman darzu twinget, daz die obgenanten Juden vertriben, oder entleibet werden, sunder ungehindert lazzet, mit Worten und mit Werken, gen Herren und Steten; wanne es Uns, und dem Reich, grozzen Schaden bringet &c.* Nihilominus Cæsarem, sub dato *Spire*, an. eod. *am nechsten Sambsdage, nach Unserre Frowen Dage, alse Sie geborn wart*, Argentoratenses iterum absolvisse à Judæorum cæde, testatur Ejus absolutoria, ap. *Schilterum* l. c. pag. 1052; inde huc sufficiunt: *Vergebent und versehent och, mit disem Briefe, alle die Getat, und Geschicht, die, von iren Wegen, oder jeman anders, in Ir Stat, an den Jüden daselbest, Unsern Camer-Knechten, ez sie geschehen an iren Liben, oder an irem Gute, und darzu daz Gerichte, daz sie über dieselben Juden, an ir Libe und Gut, mit Urteil getan habent &c.* Conf. Dn. *Lunig* l. c. §. XVI.

An. 1349, sub dato *Speyr, an dem Sunnendage, so man singet Judica, in der Vasten*, donavit non solum idem Cæsar Cives *Spirenses*, areis destructarum Judæorum ædium, & quicquid ad eos antea pertinuit, sed insuper cavit: *wäre auch, daß denselben Bürgern, und der Statt zu Speyr, nu oder hernach, fügete, Juden zu haben in ihrer Statt, (das an Ihn stehen soll,) was Juden dan hernach bey Ihnen wohnen werdent, die geben wir ihn eigentlich, zu ihrer Stätte Nutz, für Uns, und alle unsere Nachkommen, also, daß dieselben Juden, mit Leib und Gut, ihr, derselben Bürger, und der Statt zu Speyr, eigen sind, und sein sollent, ohne alle Wiederrede eines jeglichen, und ohn alle Gefehrde &c.* Vid. *Lehman*, cit. *Chron. Spirens* Lib. VII, Cap. 42, pag. 790 & Dn. *Lunigius* l. c. 44 *Absatz*, Tit. *Speyer*, §. 50, pag. 488.

An. eod. Carolus IV, in Civitatem Francofurtensem Judæos ibi commorantes, pro 15200 libris argenti ---- transtulisse dicitur. Ita Dn. *Nitzschius*, ad *Capitulat. Josephi*, Art. 28, §. 4, v. 40, p. 503.

An. 1350, Judæi per totam Thuringiam cremati sunt. Vid. *Hist. Landgrav. Thuring.* Cap. 105, apud *Pistorium*, p. 941.

An. 1355, sub dato *Nürnberg, an dem nechsten Dienstag nach S. Niclas-Tag*, donavit idem Cæsar *Civitatem Augustanam* jure recipiendi Judæos, apud Dn. *Lunigium*, l. c. I *Theil*, 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. 14, pag.

14. pag. 95: *daz wir In, und Iren Nachkumen, Macht geben, und gentzlich erlauben, daz sye, nu anzuheben an disem heutigen Tag, und fürbatz zwölff gantze Jare, zu zelen nach einander, Juden und Judine, alte und junge, reich und arme, wie sie der bekämen, in Ir Statt empfahen und einnemmen mügen, und uf dieselben järige Zinse und Steure setzen, nachdem als Sie ze Rate werden &c.*

Cernimus hinc, Imperii Status, diu ante conditam Auream Bullam, propria partim auctoritate, partimque ex Imperatoris privilegio, jure recipiendi Judæos fuisse gavisos; id enim eruere licet (1) ex conventionibus Statuum cum Judæis, (2) Ex Legibus, eis præscriptis, (3) persecutionibus Judæorum, quas subinde per Germaniam subiere, ubi eos prius receptos fuisse necesse est; (4) ex censu servili, quo in Bavaria, & procul dubio in aliorum Statuum Territoriis, vel solo *Quedlinburgensis* Abbatissæ protectorio, An. 1272 eis indulto, Judæi venerint, (5) ex Cæsarum donationibus, cessionibus, privilegiis &c.

(*b*) STATIBUS &c. Post Auream Bullam, frequentius hoc jus in usum venisse, pro certo habeo. En exempla!

An. 1362, ait *Ernestus*, Dux *Brunsuicensis & Luneburgensis* in *Einbeck*, in Privilegio Civitatis *Hamelensis*, teste *Johanne de Polda*, in *Chronico Hamelensi*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Scriptorum rerum Brunsuic.* pag. 515, §. XI, circa finem: *Quicunque Judæus moratur, vel morabitur, in Civitate, Nobis ad nullum servitium tenebitur, sed Civitati tenetur ad Jura Civilia.*

An. 1369, am Ersten Dunresdage vor S. Bartholomeus Tag, recepit Senatus *Argentoratensis*, vice altera, Judæos; documentum suppeditat Dn. *Schilterus in der Achtzehenden Anmerckung*, ad *Königshovii* Chronicon Alsaticum, §. V, pag. 1053, ibi: *Wir, Johans Schilt, der Meister, und der Rat von Strazburg, verjegen und tun kunt menniglichen, mit disem Briefe, daz wir, von Unsern, der Gemeinden miteinander, und Unserer Stette wegen zu Strazburg, die Sechs Juden, die hienach geschriben stant ----- begnadet hant, und In och die Gnade hant getan, daz wir sie, und andere Jüden, die harnach zu Uns in Unsere Stat zu Strazburg koment, zu Uns genomen hant, und och vürbaß in dieselbe Unsere Stat nemen wellent, und sie in derselben Unserer Stette Schirm und Gemeinen Friden, genommen und empfangen hant, alsso, daz wir, und Unsere Nachkomen der vorgenante Unsere Stette, Sie, ire Frowen, ire Kinde, und alle ire Nachkomen, diewile sie bi Uns seßhaft sint, beschirmen und befriden süllent, und in beholfen sin, glich, und in aller der massen, alse andere Stette Bürgere &c.* Conf. aliud Documentum, de An. 1383, *an dem Ersten Mendage nach S. Dyonisien Tage*, eundem in finem confectum, ibid. p. 1056 &c.

An. 1372, sub dato *Breslaw, des nechsten Dienstages, nach dem Suntag, so man singet Oculi*, concessit idem Jus Imperator *Carolus IV.* Civitati *Dünckelspühl*; apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. IV, 1 *Theil*, XII *Absatz*, Tit. *Dünckelspühl*, §. 13, p. 462; pariter ac,

An. 1375, sub dato *Bremsslaw, in der Ucker-Marck, an S. Michels Tag*, Civitati *Eslingensi*; apud eundem l. c. XIII *Absatz*, Tit. *Eßlingen*, §. 9, p. 501.

An. 1377, *Lambertus*, (Episcopus Bambergensis) *singulis Judæis, per universas Ecclesiæ terras, in Francia & Carinthia, tributum, ratione census, imposuit, & privilegiis, exemptionem indulgentibus, decreto Regio derogatum.* Ita *Martinus Hoffmannus*, cit. *Annal. Bambergens.* lib. V, in vita *Lamberti*, apud Dn. de *Ludewig* l. c. pag 212.

An. 1380, sub dato *Nürnberg, am Donnerstag nach Aller Heyligen Tag*, ex Privilegio *Wenceslai* Imp. *kan die Statt Weyl Juden in ihre Statt nehmen und einführen, und sie schützen und schirmen, auch von ihnen alle Nutzung und Einkommen, so sonst dem Reich zugehören, nehmen.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. 2 *Theil*, 48 *Absatz*, Tit. *Weyl*, §. 8, pag. 591.

An. 1382, am Freytag nach Jacobi, schlugen die von Nœrlingen, alle ihre Juden zu todt, Mann, Frawen und Kinder, bey 200 Menschen, und Sie nahmen ihnen all ihr Guth, und was man den Juden schuldig war, da gab ihnen niemands nichts für. Darnach aber, am nächsten Sontag, da fingen die Augspurger ihre Juden, die musten ihnen geben 22000 Gulden; und darnach, in allen Stätten, wurden die Juden entweders gefangen oder erschlagen &c. Ita *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 30, §. 15, pag. 538, ex *Sebastiani Franckii Kayser und Welt Historia*, f. 197.

An. 1391, *Quidam Villani de villis prope Gotha, ex inductione aliquorum Civium de Gotha, intraverunt Civitatem Gotha, contra Judæos, volentes ditari: & irruentes in eos occiderunt plures, & rapuerunt bona eorum; quorum occisorum quidam decapitati sunt, & capitalem sententiam subierunt, ex eo, quod talem violentiam, in præjudicium Principis, & Civitatis, attentare præsumpserunt.* Hæc ex *Historia Landgraviorum Thuringiæ*, Cap. 132, apud *Pistorium*, p. 948.

An. 1394, sub dato *Betler, des Montags nach des H. Creutz-Tage, als es gefunden ward*, rescripsit Cæsar *Wenceslaus* Civitati *Fridbergensi*, apud *Goldastum*, Part. 2, *der Reichs-Satzungen*, p. 81, & Dn. *Lunigium* l. c. I *Theil*, XV *Absatz*, Tit. *Friedberg*, §. 40, pag. 745 &c. *Uns ist zu wissen worden, wie daß die Jüden*.

den, Unser Cammerknechte, zu Euch ziehen zu wonend, und wider von Euch, wen und wie offte sie wollen, und doch Euch darumb nicht bessprechen, noch fragen, davon unsere Statt, an mancherley Sachen, Schaden empfahen möchte - - - - so gebieten wir Euch ernstlichen und vesticlichen, bey unsern und deß Reichs Hulden, daß ihr fürbaß mer keinen Juden einnemet, noch bey Euch wonen lasset, er habe Euch den vorhin gesworn: Uns, und dem Reiche, und der Stat zu Friedeberg, getrewe gehorsame zu seyn; als das andere Bürgere, die zu euch ziehen, pflegen zu thun &c.

Secul. XV, An. 1401, *Judæi, per totam Thuringiam, in Civitatibus Landgravii Thuringiæ capti sunt, & exactionati*. Vid. cit. *Histor. Landgraviorum Thuringiæ*, h. a. Cap. 147, p. 951.

An. 1411, Marchiones Misniæ & Orientales, atque Landgravius Thuringiæ, una die, atque una hora, ceperunt Judæos in Misnia & Thuringia, & vinculis tradiderunt, & bonam summam pecuniarum ab eis exquisiverunt &c. Vid. eadem Historia, Cap. 155, ad h. a. pag. 953. Conf. cit. *Annales Isenacenses* Dn. *Paullini*, p. 108.

An. 1412, in Concessione Vicariatus Sacri Imperii, 1 Julii, Budæ facta *Ludovico* de *Sabaudia*, Achajæ Principi, inquit *Sigismundus* Imp. apud Dn. de *Leibnitz*, Part. I, *Codicis Juris Gentium*, §. 124, p. 306, v. 4: *Concedimus Tibi nihilominus auctoritatem plenam --- Judæos, Cameræ nostræ Servos, acceptandi &c.* Eandem chartam suppeditat Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, *dritte Fortsetzung*, 4 *Abtheilung*, 12 *Absatz*, §. 16, p. 24.

An. 1417, in Confirmatione Privilegiorum Judæorum *Coloniensium*, sub dato *Aich, deß negsten Dienstags nae S. Lucien Dage*, apud Dn. *Lunigium*, *Spicileg. Eccles. Fortsetzung des Ersten Theils*, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 157, pag. 575, inquit idem Cæsar: *wandt die gemeine Jüdenschafft der Edler Statt zu Cölne, Unser und des Reichs Kammer-Knecht; Uns, und demselben Reiche, zu dissen Zeiten, groß Wohlgefallen und Billichkeit beweisen - - - - haben wir ihn, mit wohlbedachtem Muth, guten Rath und rechten Wissen, alle Ire redliche Gnaden, Privilegia, Handfestem, Brieve, Rechte, und gute Gewohnheiten, die dieselben Jüdischheit von dem Erwürdigen Diederich, Ertzbischoff zu Colne, seinen Vorfahren, dem Capitel, und der Stadt zu Cölne, biß an diese Zeit redlichen behalten, herbracht, ind besessen hant, bestediget und confirmiert &c.*

An. 1434, donavit idem Cæsar *Brunorium de la Scala* jure acceptandi Judæos. Vid. præc. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1440, sub dato *Czerbst, am nächsten Sonnabend S. Mauritii Tage des H. Märterers, und Himmel-Fürsten*, transegit *Sigismundus*, Princeps *Anhaltinus* cum Civitate *Servestana*, ubi inter alia: *So sollen auch alle Juden die itzundt zu Czerbst mit Wohnunge sitzen, oder hernach kommen werden, der Herrschafft von Anhalt eigen sein und bleiben; doch mit solchem Unterscheide, daß sie unter dem Gerichte in der Statt antworten sollen, ob sie jemand im Schulden hat, und Bürger-Recht thun sollen &c.* Vid. Dn. *Becmanni Hist. Anhalt.* Part. 3, Lib. 2, Cap. I, §. 24, p. 284. Id quod, an. 1460, repetitum, ibid. p. 286.

An. 1453, sub dato *Neuenstatt, an der H. dreyen König Tag*, inquit *Fridericus III* Imp. in Diplomate, quo Privilegia Domus Austriacæ rata habuit, apud Dn. *Schilterum*, in *Diplomatibus & Documentis* laudati Cæsaris, pag. m. 9 & 10: *Wir verleihen und vergönnen auch, mit diesem Briefe, daß die vorgenanten Fürsten und Hertzogen, und Ihr Nachkommen, in allen Ihren Landen und Gebieten, die Sitz haben, oder künfftiglich gewinnen, als vorstehet, Juden geheben, und die darin halten, steuren, und damit in allweg handlen und fahren mögen, in aller Maß, als Wihr, und unser Nachkommen, Römisch Kayser und König, in dem H. Reich, von Rechten, Freyheiten, Gewohnheiten, und alten Herkommen, die halten, und mit Steuren, und in ander Weg, mit ihn fahren, gethuen, und handeln mögen &c.* De Confirmatione *Caroli V*, sub dato *Augspurg*, 1530, 8 Sept. Vid. *Lundorpius* Tom. IV *Act. Publ.* Lib. 3, Cap. 90, pag. 634; add. *Goldastus* Tom. 2, *der Reichs-Satzungen*, pag. 195, §. 32; *Limnæus*, Lib. V, *Jur. Publ.* Cap. 2, pag. 39, in fine.

An. 1463, sub dato *Newenstatt, am Montag, nach dem H. Neuen Jahrs Tag*, largitus est idem Cæsar, *Georgio* Dn. de *Graffenegg*, idem jus, teste Dn. *Lunigio*, *Spicileg. Secular.* Part. I, X *Absatz*, §. 4, pag. 228.

An. eod. Abbas Werthinensis oppignorat Helmstadiensibus monetam & Judæos: At Judæorum ex intervallo Helmstadienses pertæsi, Abbati Diterico quingentos aureos Rhenanos offerunt, ut, iis acceptis, post elapsum triennium, Judæos exesse juberet, tum ex Urbe, tum ex utroque suburbio, idque in perpetuum &c. Ita *Meibomius*, de *Origine Helmstadii*, T. 3 *Rer. German.* p. 233.

An. 1475 electus Episcopus *Bambergensis*, *Philippus* Com. *Hennebergicus*, *repertam perfidam Judæorum Gentem ex Urbe expulit*. Vid. *Hoffmannus*, lib. V *Annal. Bambergens.* in vita *Philippi*, 35 Episcopi, apud Dn. de *Ludewig*, *Histor. Bamberg.* p. 238.

An. 1475, Judæos, omnes ex ditionibus Episcopatus Pataviensis, ob immanitatem facinoris, in venerabile Eucharistiæ sacramentum (in Oppido Illicensi) *perpetrati, quod octo consecratas hostias, à quodam Christo-*

tuam Judaici sceleris ultionem, eisdem Judæis induxerit perpetuam servitutem &c. In Diplomate *Conradi IV*, Romanorum Regis, de An. 1234, eosdem vocari: *Speciales Cameræ Regiæ Servos*, dictum præced. lit. b. pariter ac in alio, de An. 1246, præced. §. 82, lit. a, ad h. a. *des Reichs Kammer-Knechte, des Römischen Königs Cammer zu eigen gegeben*; vid. *Jus Aleman. Provinc.* Cap. LXXVI; *Im Land- und Leben-Recht*, Cap. XXIV, apud *Goldastum*, Part. I *der Reichs-Satzungen*, pag. 37, audiunt simpliciter: *Cæsarei*, verb. *Er* (Rex Germaniæ) *soll auch all Sein Juden, die in Teutschen Landen seint, seinem Cantzler empfehlen; das ist der Bischoff von Mentz &c.* Magis ad rhombum facit Diploma *Caroli IV*, quo, sub dato Norimberg, An. 1347, *am Aller Heiligen Abend*, debita & fidejussiones aboluit, quibus *Johannes & Albertus*, Burggravii Norimbergenses, Judæis tenebantur, apud *Limnæum*, Tom. 4, Addit. ad Lib. V *Jur. Publ.* Cap. VII, §. 138, pag. 845, ibi: *Wann wir das, von unserm Königlichen Gewalt und Macht, wohl gethun mögen, und auch alle Juden, mit Leib und mit Guth, in Unser Cammer gehœren, und in Unser Gewalt und Hænde seyn, daß wir, mit unser Machtigkeit, darmit thun und lassen mœgen, was wir wollen &c.* In literis ad *Argentoratenses*, de An. 1349, vocat Idem Cæsar Judæos: *Seine Kammer-Knechte*; vid. præced. §. 82, lit. a, ad h. a; qui locus notabilis; non minus in Rescripto ad Sculteturn *Francofurtensem*, de An. 1366, præced. §. 85, lit. g. *Wenceslaus*, in Rescripto ad *Fridbergenses*, de An. 1394, idem nomen eis impertit. Vid. præced. §. 82, lit. b, ad h. a; æque ac *Rupertus* Imp. in formula Vicariatus *Ludovico* C. P R. concessi, sub dato *Augspurg*, An. 1401, feria 3 post Nativit. B. Mariæ Virginis, ap. *Freherum*, T. I. *Originum Palat.* Cap. XVI, pag. 135 &c. & *Sigismundus*, in Concessione Vicariatus Sacri Imperii, an. 1412, 1 Jul. Budæ, *Ludovico* de *Sabaudia* Achajæ Principi, facta; præced. §. 82 lit. b, ad h. a. ut & in Confirmatione Privilegiorum Judæorum *Coloniensium* de An. 1417 &c. ibid. ad h. a. nec non in Mandato ad Senatum *Augustanum*, sub dato Regenspurg, An. 1434, *am nechsten Donerstag nach S. Matheus Tag*, de certo signo à Judæis gestando, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, I *Theil*, 3 *Absatz*, Tit. *Augspurg*, §. XXVII, pag. 1031 ajens: *daß die Jüden, unser Kammer-Knechte, bey Euch wohnhafftig &c.* Eundem Cæsarem concessisse, An. 1429, *Erckingero* de *Sawmsheimb*, Dynastæ *Schwartzenbergio*, facultatem: *Alle und jegliche Jüdischheit in dem Reich, in Teutschen und Welschen Landen wohnhafft, zu besenden, und mit dero, von Kayserl. Majest. wegen, und an Ihrostatt, umb ein jährlich, oder monatlich, wochlich und täglich Gült, zu überkommen, für alles das, daß deene dieselbe Jüdischheit Ihrer Maj. und dem Reich, in dero Kœnigliche Kammer, jährlich pflichtig und schuldig zu geben ist, und was darzu Ihro, in andern Sachen, von derselben Jüdischheit gefallen soll und mag, es seye von Vølle, Bruch, Busse, oder andern wegen &c. einzufordern, einzubringen, einzunehmen &c.* ex *Heideri*, *Fundamentis Discursus von den Reichs-Vogtheyen*, lit. S ss, pag. 93, discimus. Quæ subjectio etiam ex Rescripto *Friderici III*, ad *Ulricum*, Com. *Würtenbergicum*, apud *Goldastum*, Part. 1 *der Reichs-Satzungen*, pag. 187, §. 2, apparet: *Wo nun die gemelt Jüdischheit* (in Imperio) *Uns, als Rœmischen Kayser, on Mittel zugehœrig, allein Unserm gewaltlichen Gericht-Zwang undertan ist --- bevelhen Wir, und geben dir auch hiemit gantzen vollen Gewalt --- daß nun* (du) *hinfüro ---- alle und jede in den obgeschrieben Provintzen* (Moguntina, Trevirensi, Salisburgensi & Vesontina) *wonent*, (Judæi) *von Uns, und des Reichs wegen, in Unsern, und dein Schutz, Schirm und Fried, empfahest---- alle und jede Abtrage, Pen und Straff, so Unser Kayserlichen Kammer davon verfallen, entnempst, darumb ledigst und quietierest &c.* Conf. *Wagenseil* Epist. ad Dn. *Fecht*, p. 103. B. *Schilter*, *Instit. Jur. Publ.* T. I. lib. I, Tit. 4, §. 6, pag. 64. Ecce, quid ipsi Judæi Viennenses, in Memoriali ad Imperatorem *Leopoldum*, ubi, solenni Edicto, 14 Febr. An. 1670, iis injunctum fuit, inde emigrare, in perpetuum, nec, sub pœna capitis, in Vigilia Corporis Domini, ibidem reperiri, apud *Lundorpium*, T. IX *Contin. Act. Publ.* lib. X, Cap. CCVII, pag. 716: *Dahero uns dann aller Muth zu leben, vielmehr aber Handel und Wandel entgehet, bevorab wan wir betrachten, was wir von andern Potentaten, Königen, Chur-Fürsten und Ständen, allwo sich dato einige Judenschafft noch befindet, und dahin wir uns transferiren sollen, zu gewarten haben, wann sie vernehmen, wie Ew. Kayserl. Maj. Uns, dero eigene Kammer-Knechte wir sind, und genennet werden, auch dahin die Judenschafft, wann sie bedrængt, ihre Zuflucht allemahl genommen, und gefunden, uns selbst nicht gedulden, sondern aus dem Lande schafften, daß sie nemlich, Regis ad exemplum, zur Nachfolge veranlaßt, und uns in der gantzen Welt kein Raum mehr vergönnet werde: Alldieweil aber Ew. Kays. Maj. von dero Hochlöblichen Oesterreichischen Vorfahren angeerbte Clementz und Milde nicht allein Uns, sondern auch in der gantzen Welt, bekant ist, so haben wir noch diesen*

Trost, Ew. Kays. Maj. werden Uns, und Unsere Kinder, nicht gar ins Elend verbannen, sondern, biß auf den allgemeinen Reichs-Tag des menschlichen Geschlechts, in dero Kayserl. Hulde, Schutz und Schirm, ruhen lassen; in allergnädigster Erwegung, daß, ein Jüde zu seyn, an sich selbst kein Laster ist; wie wir dann Ræmische Bürger sind, im übrigen aber, wieder Ew. Kays. Maj. wir, als Gemeine, niemals gesündiget, und, umb der Privat-Persohnen Verbrechen, Ew. Kays. Maj. Hochlöbl. Nieder-Oesterreischen Hoff-Kammer wir nun, von zwantzig Jahren hero, oder etwas mehres, biß in die sechs mahl Hundert Tausend Floren, eingelieffert, geschweige, was wir, in Kriegs-Zeiten, allerunterthänigst beygetragen, und, noch zu thun, erbötig seyn &c. Videmus hinc, adhuc hodie Judæos pro Imperialis Cameræ servis censeri, de quo themate *Heiderus* l. c. pag. 92. *Kreidenmannus*, Tract. *von des Teutschen Adels Staat, Stand, Ehren, Würde, Freyheit, Recht, Gerechtigkeit, und alten Herkommenheiten*, de An. 1646, §. 80, apud Dn. de *Burgermeister*, Tom. I *Biblioth. Equestris*, pag. 677; Dn. *Schilter* l. c. Dn. *Pregizer*, Diss. Inaug. de *Domanio S. R. Germanici Imperii*, Præside Consultiss. Dn. *Schwedero*, An. 1703, 12 Nov. Tubingæ habita, §. XXI. Quicquid juris autem appellatio hæc secum trahat, vix affirmandum putaverim, idem Jus Imperatori, per totum Imperium, in eos adhuc competere, quod olim; ex quo scil. Status, partim ex ipsorummet Augustorum concessionibus, partim ex immemoriali consuetudine, partimque Territorii jure, eosdem civium & subditorum propriorum censu habere cœperunt, non nisi dominorum, sub quibus degunt, Legibus obnoxios. Vid. Dn. *Frid. Gregor. Lautensack*, Comment. de *Singularibus Juribus & Prærogativis Eminentissimi Electoris Moguntini*, de An. 1710, §. 30; Conf. præced. § 82, lit. a & g, ubi exempla, jam dudum eos Statuum *servos camerales* vocatos.

(88) Quemadmodum autem, *ut dictum*, Status Imperii, Juribus Imperatoris, in Judæis recipiendis, non possunt derogare, ita nec Imperator per privilegia ipsis Judæis concessa, Imperii Statuum Juri, & si mavis privilegiis, quæ olim in Reform. Polit. & aliis, circa Judæos recipiendos, ipsis sunt concessa, derogare potest. *R. A. de 1577. tit. 20.* adeo, ut Civitati invitæ Judæi obtrudi non possunt. (*a*) *Knipschild. d. c. 30.*

NOTA.

(*a*) NON POSSINT &c. Ceu olim factum. *Scharschmidt* ad *Schütz*. I. P. Vol. 2. Diss. 9. §. 18. lit. A. pag. 565. Jus enim cooptandi in Cives, integrum Statibus est; modo fundamentales Reipublicæ Leges, nec quæsita Tertii jura, inde lædantur.

(89) Quamvis cives omnes inter se natura sint æquales, sine intercedente facto ejus, qui habet summam in Civitate potestatem: tamen virtute mactos & generosos animos, qui, ad res præclare gestas, magnum momentum attulerunt, Principes merito aliis præferunt, iisque præ aliis, illustria dignitatum privilegia attribuunt, ne, dum pari honore censentur cum omnibus reliquis, injuria afficiantur. *Vid. Lamp. P. 3. c. 14. inf.*

(90) Hæc potestas dignitates conferendi, fere in omnibus, in Imperio nostro Imperatori est reservata, illisque tantum competit, quibus specialiter Imperator hoc concessit, ut sunt Reges Bohemiæ, Archi-Duces Austriæ &c. (*a*) Reliquis Imperii Statibus, quibus hoc concessum non est, vi Imperii in subditos, ad quos regendos, opus habent auxilio Consiliariorum, Magistratuum & aliorum Officialium, competit collatio istarum dignitatum & privilegiorum, quæ his officiis annexa esse volunt, in suis territoriis: *de quibus Magistratibus supra diximus, §. 25.*

NOTA.

(*a*) AUSTRIÆ &c, Num Status Imperii jure nobilitandi gaudeant? vid. præced. Tit. 2, §. 57. lit. k, pag. 258.

(91) Ad hæc privilegia, quibus civium honor & dignitas augetur à Statibus, in territorio ipsorum, merito refertur potestas creandi & ordinandi Tabelliones, Archi-Grammateos

teos & Scribas publicos, eorumque Substitutos, qui in effectu idem sunt, quod Notarii publici, vulgo, *Stadt-Amt- und Gericht-Schreiber* appellati. (*a*) *Ruland. 2. de Commiß. l. 5. c. 4. n. 41.* Qui olim Numerarii, Actuarii & Scriniarii nominati fuerunt. *t. t. C. de Numerar. Panciroll. l. 2. var. lect.*

NOTA.

(*a*) APPELLATI &c. Parallelum locum suppeditat *Mylerus, de Principib. & Statibus Imperii,* P. 2. Cap. 61, §. 1. pag. 553.

(92) Archi-Grammatei à Notariis in eo differunt, quod Notarii Imperiali autoritate creati, officio suo ubique in Imperio præesse, testamenta ac instrumenta conficere, possint: putamus tamen, hoc non posse extendi ad alia regna, e. g. Hispaniam & Angliam, ut quidam alii (*a*) existimant, atque statuunt, eos ubique terrarum officium suum exercere posse; extra territorium enim jus dicenti impune non paretur, etiam in actibus voluntariæ Jurisdictionis, *l. ult. ff. de Jurisd. Vide supra de Juribus Imperatori propriis.* Archi-Grammatei vero, ac Tabelliones, tantum in territorio munere suo fungi possunt. *Tonduti de præventione part. 1. c. 17.*

NOTA.

(*a*) ALII &c. v. g. *Surdus,* Consil. 255, §. 10. Conf. *Mylerus* l. c. §. 2, pag. 554.

(93) Ad officium Archigrammatei, nemo (*a*) admittitur, ante vigesimum quintum annum ætatis inchoatum, quia est munus publicum. *l. 8. ff. de Mun. l. 11. ff. de Decur.*

NOTA.

(*a*) NEMO. Vid. *Mylerus* l. c. §. 3. p. 555.

(94) Antequam ad officium admittatur, oportet, ut examen (*a*) in Consilio sustineat, & de certis capitulis juramentum præstet. *Myler. de Stat. Imp. p. 2. c. 61.* Instrumenta, vel testamenta, ab Archigrammateo condita, publicam fidem *merentur,* (*b*) sive producantur in territorio, sive extra territorium: in scriptura enim inspicitur locus, ubi illa confecta est; *l. 6. ff. de Evict. Phanut. de Inventar. p. 6. n. 137.* dummodo fiat mentio loci, ubi confecta est, & diei, quando confecta est; alias enim omissio loci & diei facier, ut scriptura nullam mereatur fidem. *Nov. 47. cap. 1. in pr.* imo, ex consuetudine videtur esse solennitas essentialis, quam Notarius (*c*) in Instrumento omittere non potest. Quo accedit, quod alias is, adversus quem illa profertur, docere non potest, toto eo die quo conficiebatur, sese vel adversarium in aliis locis fuisse. *§. 12. Inst. de inutil. stipul.*

NOTÆ.

(*a*) EXAMEN &c. De Requisitis, vid. *Alphonsus de Azevedo,* de *Recopilat.* lib. 4, Tit. *de los Escrivanos del Consejo,* XX, per tot. laudatus, hoc titulo, *Mylero* l. c. Quam grave munus sustineat Archigrammateus? ex Juris Provincialis Würtenbergici Ducatus Part. I. Tit. 6, per tot. liquet.

(*b*) MERENTUR &c. Conf. *Mylerus* l. c. §. 4. p. 555 & 556.

(*c*) NOTARIUS &c. Jurati Notarii auctoritatem duobus communiter æquipollere testibus, & nonnunquam pluribus, probavit *Joh. Bechtoldus,* in *Thesauro Jurisprudentiæ;* Lib. XII *Axiomatum,* Cap. XVIII, Tit. *Notariatus,* Axiom. 3, p. m. 163.

(95) Et quamvis Notarius, vel Archigrammateus, in alieno territorio, inter subditos istius territorii, ut dictum Instrumentum nullum conficere possit, tamen putamus, si personæ Domini sui Jurisdictioni & territorio subjectæ, in alterius territorio inveniantur, instrumentum

mentum inter ipsas ibi ab eo confici posse; (*a*) quia statutum effectum suum extendit ad subditos, ubique existentes, ac extra territorium contrahentes. *Ant. Fab. l. Cod. tit. 5. defin. 4.*

NOTA.

(*a*) POSSE &c. Ita quoque *Mylerus* l. c. §. 6, p. 557; unde hæc desumpta videntur.

(96) De Substitutis *der Stadtschreiber*, idem dicendum, quod gesta ab eis non minus valeant, ac si à Principe confecta essent; (*a*) nemo enim ad hoc officium admittitur, nisi examinatus & juratus. (*b*) *Mastril. de Magistrat. l. 1. c. 29. n. 24.*

NOTÆ.

(*a*) ESSENT &c. Arg. Nov. 44, C. 1. §. Verum, in fine. Conf. *Myler* l. c. §. 7. p. m. 558.

(*b*) JURATUS &c. Arg. L. 1, C. de *Præpositis agentium in Rebus*, Lib. XII. Tit. XXI. Proinde Dominum repræsentant, ejusque vires gerunt; L. 2, C. eod. *Myler* l. c.

(97) Ad privilegia, restituentia honorem & dignitatem, refertur (1.) famæ restitutio; hanc enim Principes subditis suis restituere possunt, ita, ut pro legali persona habeantur, non tantum in ipsorum territorio, sed & extra illud, modo infamia fuerit irrogata, *lege provinciali*; (*a*) qui enim legem condidit, contra eam quoque dispensandi potestatem habet. Secus, si legibus ac Recessibus Imperii alicui infamia fuerit irrogata, adeo, ut Princeps & Status Imperii subditum, ab Imperatore bannitum, ne quidem in territorio recipere possit. *Knipschild. de Civit. Imper. l. 2. cap. 4. num. 75.* Si infamia fuerit irrogata, jure Justinianeo, etiam à Principe aboleri poterit; quia, *ut diximus supra*, statuta condere possunt juri Justin. contraria: ergo & dispensare contra jus Justinianeum possunt.

NOTA.

(*a*) PROVINCIALI &c. Vid. præced. Tit. 2. §. 17. lit. A.

(98) Effectus restitutionis colligitur vel ex verbis Principis, e. gr. *wir setzen euch in den vorigen Stand, und Ehr, und Würde, R. A. de 1526. §. Und wiewohl der gemeine Mann &c.* vel ex factis, quando Princeps promovet infamem ad dignitatem & officia, quæ non alius nisi integer famæ gerere potest; eo ipso enim, dum talem infamem ad officium promovet, eum famæ restituisse creditur; qui enim vult finem, vult media. *l. 2. ff. de jurisd.* modo Princeps sciverit, talem promotum infamia aliqua laborare, quoniam non videtur dispensare is, qui hoc non facit ex certa scientia.

(99) Famæ ita restitutus, utrum etiam bona à Fisco occupata & publicata recipiat? dubitatur: distinguendum est, an restitutio illa fiat, cum clausula illa speciali, *wir setzen euch in vorigen Stand*; an vero hisce verbis: *wir wollen euch Gnad erweisen:* priori casu, affirmatur quæstio; quia tantum tribuit restitutio, quantum abstulit condemnatio. *l. f. C. de Sent. pass.* adeo ut Dd. dicant, banno Imperiali notatum, priori formula ab Imperatore restitutum, recuperare castra sua ac territorium, jam in alium, (*a*) per infeudationem translatum. *Vid. Schneidew. de Feud. p. 5. n. 103.* id quod in Regno Galliæ quoque obtinere, testatur *Choppin. de Dom. l. 1. tit. 8. num. 8.* Posteriori casu, negatur; quia fama sic tantum videtur esse restituta, de cujus restitutione principaliter supplicatur. *Kinschot. tr. de remiss. homicid. cap. 2. per tot.*

NOTA.

(*a*) IN ALIUM &c. Recens exemplum præbet Potentiss. Elector Bavariæ, ex proscriptione An. 1706, 29 April. omnibus Feudis suis privatus, ast, mediante Badensi Pacificatione, 1714, in integrum resti-

restitutus, licet *Johannes*, Dux de *Marlborough*, jam 1706, 22 Novembr. qua Princeps *Mindelheimensis*: *Johannes Wilhelmus*, Elect. Palatinus, An. 1708, 23 Junii, de *Superiori Comitatu Palatino &c.* & *Leopoldus Matthias* Princ. *Lambergius*, de Landgraviatu *Leuchtenbergensi*, An. 1709, 10 Maji, fuerint investiti, quæ Terræ notorie antea ad ipsum spectabant.

(100) Refertur (2.) ad has dispensationes circa famam, Legitimatio, (*a*) ita ut tales legitimati, certo casu, verum (*b*) legitimorum statum habeant. *Vid. Nov. 89. cap. 9.* & patri, secundum quosdam, tantum in bonis familiæ succedant. *Kinschot. de Legitimat. cap. 5. vid. Myler. Gamolog. cap. 25.* legitimam ex bonis paternis petant; patris testamentum inofficiosum accusare possint; *Kinschot. dict. tr. c 6. per tot.* gaudeant nobilitate paterna, (*c*) secundum quosdam, & per eos agnatio conservetur. (*d*) *Myler. in Gamol. c. 25. num. 9.*

NOTÆ.

(*a*) LEGITIMATIO &c. Varia de Legitimatione, præced. Tit. 2, §. 13 & seqq. ut & Tit. XI, §. 2, lit. c, proposita sunt. Præsertim hic facit Diss. Dn. *Gribneri, de Jure ligitimandi Principum Imperii*, 2 April. 1705, Resp. Dn. *Jul. Frid. Rassow*, Lipsiæ habita. Diversas ejus definitiones explicat Cardinalis *Tuschus, Conclus. Pract.* 215, lit. L. §. 1 &c. Breviter: *Est actus, quo liberi Naturales, vel per subsequens matrimonium, vel per Rescriptum Principis, legitimi fiunt.* *Ludwel.* Disp. 2, §. 7; Tertium legitimandi modum, qui *per Oblationem Curiæ* olim fiebat, ab usu fori hodie recessisse, testatur *Gudelinus*, de *Jure novissimo*, Lib. I, Cap. XVI, in fin.

(*b*) VERUM &c. Maxime, facta legitimatione per subsequens matrimonium; vid. præced. Tit. 2. §. 15, ibique Notæ; & Tit. XI, §. 2, lit. c. Recte *Alexander III*, in Rescripto ad Exoniensem Episcopum, Lib. IV. *Decretalium Gregorii*, Tit. XVII, *Qui filii sint legitimi?* Cap. *Tanta*, VI: *Tanta est vis Matrimonii; ut, qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur &c.* Add. *Fürstl. Würtenberg. Land-Recht*, Part. IV, Tit. XVII, princ. *Also, daß solche, vermittelst nachfolgender Vermählung, legitimirte Kinder, den andern in währendem Ehestand gezeugten Kindern, in allen, so wohl der Eltern, Geschwisterigen, und andern Blutsverwandten, VerEhrungen, als auch sonsten in allen andern Fällen, gleich gehalten werden sollen &c.* Tribuenda Legitimationis hujus origo *Constantino* Imp. arg. L. 5. C. de *Naturalibus Liberis*, Lib. V, Tit. XXVII; licetque *Zeno* Imp. (teste eadem Lege) eam mutasset, restituit tamen eandem *Anastasius*, vid. L. 6. C. eod. cumque nihilominus *Justinus* eam vice altera reformaret, matrimonio, quoad casus futuros, legitimandi vim, quam ad præteritos restrinxerat, detrahens, arg. L. 7. eod. attamen, ad *Constantinianam* normam, liberos tam ante contractum matrimonium, quam post, natos exæquando, eam denuo reduxit *Justinianus* Imp. arg. L. 10. C. eod, variisque Constitutionibus declaravit; vid. L. 11. C. eod. Nov. 12. c. 4. Nov. 18, 19, 74. 78, 89 &c. in qua posteriori etiam, hoc intuitu, ejus auctor celebratur. His tamen non obstantibus, integrum manet Imperii Statibus, circa Legitimationem hujusmodi, statuere, quicquid ipsis placet; quo facit Constitutio *Henrici Julii*, Ducis Brunſ. & Luneb. Postulati Episcopi *Halberstadensis, vom Ehebruch und Hurerey, wie auch den Mantel-Kindern*, sub dato *Wolffenbüttel*, 3 Januar. An. 1593, ubi, inter alia: *Keines wegs auch, bey Vermeidung Unserer Ungnad, jemands, er sey geistlichs oder weltlichs Standes, eine Concubinam, oder andere Weibes Personen, so ihm nicht offentlich, durch einen Priester, in der Gemeine GOttes, gegeben worden, heimlich, oder offentlich, Beyliegens halben, zu halten, vielweniger die ausser der Ehe erzeugte, oder Mantel-Kinder, per subsequens matrimonium, oder in andere Wege (wan es Uns, oder andern Lehen-Herren, oder auch dem Recht- und Echt-gebohrnen Agnaten, und Mit-Belehnten, oder auch Loblichen, von Unsern Vor-Eltern, Vorfahren, und Uns, erlangten und confirmirten Privilegiis, zu Nachtheil geschehen wolte) zu legitimiren verstattet, sondern vielmehr allem ärgerlichen bösen Leben jederzeit gewehret, und Zucht und Ehrbarkeit erhalten und fortgepflantzt ---- werden sollen &c.*

(*c*) PATERNA &c. Etiamsi concubina plebeja fuerit. Ut enim matrimonium inter Nobilem & Plebejam nullibi prohibitum; Ita nec Legitimatio. Vid. *Covarruvias*, de *Matrimon.* P. 2. Cap. 8, §. 2, n. 9. Idque per omnia Germaniæ Italiæque Collegia observari, asserit *Wesenbecius*, Consil. 44, §. 75.

(*d*) CONSERVETUR &c. *An Liberi, durante priori matrimonio, ex concubina geniti, etiam per subsequens matrimonium legitimari queant?* Quæritur. Cum ejusmodi concubinatus adulterio æquiparetur, arg. L. Un. C. de *Concubinis*, Lib. V, Tit. XXVI; nec non L. 3, C. *Communia de Manumissionibus*, Lib. VII, Tit. XV, in fine; & Liberi ex adulterio geniti legitimationis expertes sint; recte nega-

negatur. Vid. *Carpzovius*, Part. 2, *Pract. Criminalis*, Quæst. 52, §. 49 & seqq. pag. m. 13. *Georgius Fridericus Wagner*, Eslingens. Diss. de *Legitimatione per subsequens Matrimonium*, Præside *Wolffgango Adamo Lauterbachio*, An. 1652, Tubingæ habita, §. 29. Quid autem dicendum de *Liberis, ex Matrimonio ad Morganaticam natis?* Cum vis omnis hujusmodi matrimonii solo pacto Morganatico innitatur, (sive copulatio Sacerdotalis ad dextram, sive ad sinistram, fiat, utut vulgariter sub titulo *einer Vermählung zur lincken Hand*, venire soleat) vigore cujus, Illustris maritus declarat, quo censu tam conjugem, quam liberos ex ea nascituros, habere velit? palam est; nec pacta ista diutius valere, quam de contrariis constet; proinde & ejusmodi matrimonium inæquale, ex ratione Status initum, suadente nova ratione Status, in æquale mutari posse, admittendo scil. Conjugem & Liberos in dignitatem parem, & communia liberorum jura. Nec ulteriori legitimatione hic opus est, quum tales liberi cætera legitimi existant, eorumque succedendi jus ex mera Patris voluntate & arbitrio dependeat. Videmus hinc, prolem ex hujusmodi thoris susceptam, non ubique pari æstimatione censeri; quo minus etiam rixæ inde oriantur, solere Principes sæpius curare, conformem dignitati suæ characterem, à Cæsare, Conjugibus suis impertiri. En hujus rei Exempla quædam!

Appollonius (*Henningesio*, in Opere Geneal. Part. 2. *Secundi & Tertii Regni, in Quarta Monarchia*, pag. 17. *Ludovicus*; & *Limnæo*, Lib. V. *Jur. Publ.* Cap. XV, pag. 312, *Fridericus*, dictus) *Alberti* Degeneris, *Misniæ* Marchionis, & *Cunigundæ de Eisenberg*, filius, An. 1299, defunctus, nunquam dignationis Fratrum suorum, *Friderici Admorsi*, & *Theodorici*, è *Margaretha, Friderici II.* Imp. filia natorum, particeps factus, utut *Thuringiam* Pater ei tradere moliretur. Vid. *Chytræus*, lib. VI. *Annal. Saxon*, ad An. 1509, pag. 192 & 193; *Henningesius* l. c. *Rittershusius* Tab. Geneal. *Misniæ*.

Fridericus Victoriosus, Elector *Palatinus*, procreavit cum *Clara de Tettingen*, An. 1462 ducta, *Ludovicum* & *Fridericum*, Dynastas de *Scharfeneck*, (à quorum priori Comites de *Lœwenstein* & *Wertheim* descendunt, quorum stemma apud *Henningesium* l. c. Part. 1, pag. 212, & *Rittershusium* l. c. *Tab. Geneal. Löwenstein*, videre est.) Ditiones vero suas, una cum Electorali dignitate, Nepoti ex fratre, *Philippo* Ingenuo, reliquit. Conf. *Limnæus* l. c. Lib. V, Cap. 4, pag. 105; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imper.* Lib. VIII, Cap. VI, §. 1, pag. m. 422; & *Tabb. Geneal. Principum Imperii* §. V. Dn. *Tolner, Origin. Palat.* Cap. 2, pag. 67, lit. G. &c. Dn. *Joh. Frider. Arendts*, Diss. de *Conjugiis Principum è ratione Status initis*, Præside Dn. *Justo Christoph. Böhmero*, Mens. Decemb. 1704, Helmstadii habita, §. XV. pag. 21. Dn. *Levin Christianus Vilthuedt*, Dissert. de *Lege Morganatica*, Præside Illustr. *Coccejo*, 1695, 10 August. *Francofurti* ventilata, Sect. V, §. 10, pag. 24, provocans ad *Myleri Gamologiam* Cap. VI, §. 11, & *Henrici Salmuthi* Tr. de *Matrimonio Principis cum Virgine Nobili*, Q. 1, pag. 78.

Ex matrimonio *Philippi*, *Hassiæ* Landgravii, cum *Margaretha de Sala*, *Johannis von Sahl*, & *Annæ Miltzin* filia, urgentibus causis secretis, & talibus, quas Deum & Ecclesiam probaturos Princeps confidebat, an. 1540, 3 Mart. priori Conjugi, *Christinæ*, Saxonum Ducissæ, ejus tamen consensu, & re cum Theologis, *Martino Luthero*, *Philippo Melanchthone*, & *Martino Bucero*, communicata, superinducta, inito, prodiere: *Mauritius*, *Christophorus*, *Franciscus*, *Volrathus*, *Fridericus*, &c. quibus Præfecturas aliquot, (de quibus vid. seq. Tit. XX, §. 17, lit. c, ad An. 1562,) cum omnimoda Jurisdictione, donavit, honestoque titulo appellari voluit: *Natos è Domo Hassiaca, Comites de Diez, & Dynastas in Lisberg & Bickenbach*; quamvis omnes ἄγαμοι decesserint. Vid. Dn. *Jacob. Fridericus Ludovici*, Diss. de *Judice in Caussis Principum Protestantium Matrimonialibus*, An. 1702, 30 Mart. Resp. Dn. *Dieterico de Grote*, Halæ habita, §. 59, pag. 47 & 48, ubi simul Responsum præfatorum Theologorum, sub dato *Wittenberg, Mittwoch nach Nicolai*, An. 1539, Landgravio datum, inter alia scribentium: *Wo aber Ew. Fürstl. Gn. endlich darauf beschliessen, noch ein Ehe-Weib zu haben, so bedencken wir, daß solches heimlich zu halten sey &c.* præcipue Illustr. Dn. de *Seckendorf*. Lib. 3. Comment. de *Historia Lutheranismi*, Sect. XXI, §. 79, pag. 277 &c. respondens calumniis *Antonii de Varillas*, lib. 12, de *Hæresibus*, pag. 87 &c. & *Jacobi Benigni Bossueti*, Meldorum Episcopi, de *Variat. Eccles. Protestant.* lib. VI, pag. 226 &c. (quorum hic quoque Epistolas cujusdam *Gastineau*, in Gallia publicatas laudat, citans insuper Tract. personati *Daphnæi Arcuarii* (Laurentii Begeri) jussu *Caroli Ludovici*, Elect. Palat. sub tit. *Kurtze, doch unpartheyische und gewissenhaffte Betrachtung, des, in dem Natur- und Göttlichen Recht, gegründeten heiligen Ehestandes, in welcher, die seither strittige Fragen, vom Ehebruch; der Ehescheidung; und sonderlich, von dem vielen Weiber nehmen &c. vorgestellet werden*; An. 1679, editum, in quo, pag. 220 &c. præfatum Responsum Theologorum Wittebergens. an. 1539, reperitur) occasione hac prolatis; Conf. Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imperii*, lib. 4, Cap. VII, §. 8, pag. m. 176; & *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, §. LXV, Add. seq. §. 109, lit. b, in fine.

Otto, Dux *Brunsuic.* & *Luneburg.* in *Harburg*, An-

An. 1549, ad plures abiens, ex *Metta* (Mechtildi) fil. *Jani* de *Campen*, Pater factus *Ottonis*, sui in Principatu Successoris; etiamsi huic Patrueles controversiam de statu movissent. Vid. *Bünting, Chron. Brunsuic.* pag m. 443; *Henningesius* l. c. Part. 2, pag. 128; *Rittershusius, Tab. Geneal. Luneburg.* lit. B. Dn. *ImHoff, Notit. Procer. Imperii*, lib. 4. Cap. 4, §. 20, pag. m. 157; & *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, §. 45. Dn. *Rehtmeier, Histor. Brunsuic.* P. 3, Cap. 70, pag. 1337. Ridicule vocat eam *Limnaus* l. c. Cap. VI, pag. 149, *Annam* de *Compennois*, Comitissam Italam, cum fuerit ex florentissima adhuc hodie Familia Nobili Luneburgica *de Campen* oriunda.

Ferdinando ArchiDuci in *Tyrol*, ex *Philippina, Welseria, Francisci Welseri*, Patricii Augustani, filia, an. 1550. in thoro admissa, duo fuere Gnati: *Andreas*, an. 1558, 12 Decemb. & *Carolus*, an. 1560, lucem aspicientes, quibus simplex nomen: *de Austria* concessum, utut prior tanquam Rom. Eccles. Cardinalis, Tit. *S. Mariæ Novæ*, Episcopus *Constantiensis* & *Brixiensis*, nec non Belgii Produx, an. 1600, 11 Novemb. & alter, qua *Burgoviæ* Marchio, An. 1618, 30 Octob. has res relinquerent. Vid. *Sigismundus von Bircken, im Oesterreichischen Spiegel der Ehren*, lib. VI, Cap. XXI, pag. 1395; *Rittershus.* Tab. 2 Domus *Austriacæ*; *Mylerus* l. c. § 13; *Limnaus*, l. c. lib. V, Cap. 2, pag. 17; Dn. *ImHoff*, cit. *Notit. Procer.* lib. I, Cap. 4, §. 10, p. m. 12; & *Tabb. Geneal. Regum Europæorum*, §. XIII; *Salmuth*, l. c. *Vildthuedt* l. c. p. 25.

Ferdinandus, *Bojorum* Dux, nuptias celebrando, An. 1588, 26 Septemb. cum *Maria*, fil. *Georgii Pettenbeken*, Duci *Wilhelmo* ab officiis Aulicis, triduo ante, cum fratre *Wilhelmo*, Duce regente, tale pactum iniit: *Ut posteri Ejus, ex hoc Conjugio prodituri, titulo Ducali, nomine & insignibus Bavaricis, tamdiu abstinerent, nec ullum sibi jus in Ducatum utriusque Bavariæ, vel Comitatus & Dynastias eo pertinentes, atque à communi eorum Parente, Alberto, possessas, neque etiam in illas, quæ imposterum ad Ducatum devenire, & cum eo consolidari poterunt, arrogarent, quamdiu aliquis è Mascula Wilhelmi progenie superesset, sed alio interea nomine & inferiore, Nobili tamen, forte uterentur, annuaque pensione sex millium florenorum, & duobus castris prædiisve, lege fiduciaria eis à Duce conferendis, contenti viverent; quandocunque vero contigerit, ut mascula Wilhelmi propago deficiat, tunc ipsius masculæ posteritati, ex illo matrimonio orituræ, jus postliminium in Ducatus Bavariæ, & ditionum eo pertinentium, sartum atque tectum esset.* Ita Dn. *ImHoff*, cit. *Notit. Procer.* lib. 2, Cap. VI, §. 17, pag. 35 & 36, addendo, Pactum hoc, an. 1589. 16 Febr. à *Rudolpho II.* Imp. fuisse confirmatum. Sortiebantur autem liberi inde nati: *Franciscus Wilhelmus*, An. 1593. 1 Mart. *Sebastianus*, n. 1595; *Ernestus*, n. 1596; *Ferdinandus*, n. 1597; *Albertus*, n. 1601; *Maximilianus* n. 1602; *Ernestus Benno*, n. 1604. & *Ferdinandus Laurentius*, n. 1606, nomen & insignia *Comitum de Wartenberg*, quorum fata, sororumque ipsorum, *Rittershusius*, Tab. Geneal. Domus *Bavariæ* consignavit. Conf. Dn. *ImHoff* cit. *Tabb. Geneal.* §. XV; Illustr. Auctor *des Europaischen Heroldts*, Tom. I, pag. 228, ubi Illustriss. Comitem *Franciscum Marquardum*, Aurei Velleris Equitem, an. 1673. in lucem editum, ejusque Patruum, *Albertum Ernestum*, *Laodiceæ* Episcopum, & Ratisbonensem Chor-Episcopum, celebrat; Dn. *Petrus Marcellus Riccius*, Diss. Inaugur. de *Matrimonio ad Morgonaticam*, Argentorati, 1703. Mens. Junio habita, Cap. 2, §, XIV, pag. 19; & Dn. *Arendts* l. c. pag. 22. Thori sociam sibi elegisse *Franciscum Marquardum* An. 1703, *Mariam Johannam de Melun*, Marchionis de *Risbourg* gnatam, ex eaque vidisse an. 1709, 25 Mart. prolem, *Mariam Ernestinam*, docet Dn. *Hübnerus*, *Tab. Geneal.* 135.

Eduardi Fortunati, *Badensium* Marchionis, nuptias cum *Maria*, fil. *Jodoci* de *Eicken*, *Rivieræ* Domini, Arausionensium Principis Aulæ Mareschalli, atque *Bredæ*, Gubernatoris, an. 1590. contractas, multum quidem improbarunt fratres Ejus, *Philippus* maxime, & *Johannes Carolus*, & postea, ex Agnatis, *Ernestus Fridericus* Durlacensis, Liberos inde satos: *Wilhelmum*, *Badensem* n. 1593; *Albertum Carolum*, an. 1626, ex incuria, semet ipsum glande sclopetaria trajicientem; atque *Hermannum Fortunatum* in *Rodemachern*, nullatenus pro legitimis agnoscere volentes, Anno 1622, die 4 Septembr. vero, postquam laudatus *Philippus*, fratrum novissimus, An. 1620, defecisset, ad Tutorum, aliorumque Magnatum, maxime *Caroli Caraffæ*, Nuncii Apostolici, intercessiones & hortamenta, pronunciata, in Judicio Aulico Cæsareo, adversus *Durlacensem* sententia, vigore cujus, *Marchionatum Superiorem*, una cum fructibus perceptis, & percipiendis, nec non sumptibus in litem impensis, *Eduardi Fortunati* filiis restituere jussus fuit. Vid. *Lundorpius* Tom. 3. *Act. Publ.* lib. 8. Cap. 119, pag. 980 &c. *Theatrum Europ.* Tom. I, ad An. 1622, pag. 678; *Meteranus*, An. eod. pag. 391; Dn. *ImHoff*, citat. *Notit. Procer.* lib. 4. cap. 8, §. 12 & 13, pag. m. 186; *Europ. Heroldt*, T. I. pag. 503 &c. *Limnaus*, Tom. 4. Addit. ad Lib. V, Cap. V, pag. 739. quamquam sententiam Judicii Aulici in 15 August. rejicit; *Schowartus*, *Observat. Historico-Genealog.* Cap. 14, §. V, p. 424 & 425.

Johannes Christianus, Dux *Silesio-Briegensis*, genuit, cum *Anna Hedwige*, fil. *Friderici*, Bar. de *Sitsch*, An. 1617, ducta, præter sobolem sequioris sexus, *Augustum*, Com. de *Liegnitz*, an. 1627; *Ernestum*, An. 1630, & *Sigismundum*, Baronem *von klein Liegnitz*,

nitz, An. 1632; *Augustus* vero an. 1677, ramum iterum terminavit. Vid. *Rittershusii Tab. Geneal. Lignicens. Liechtstern, Schlesische Fürstenkron*, pag. 522 & 524. Dn. *ImHoff*, cit. *Tabb. Geneal.* §. 88, (obitum tamen *Augusti* Comitis, in an. 1679. rejiciens,) Auctor *des Staats von Schlesien*, Cap. 4, pag. 103 & 104.

Georgium Aribertum, Principem *Anhaltinum*, in *Wörlitz* & *Radegast*, ducta in Uxorem *Johanna Elisabetha*, *Christophori* de *Krosigk*, Aulæ Dessaviensis Mareschalli, filia, An. 1637, 10 Februar. Dessaviæ, cum fratre *Johanne Casimiro*, Pactum iniisse, vi cujus nascitura ex hoc conjugio proles, Insignium & dignitatis Principalis, expers esset, nec jure succedendi in Principatum quomodolibet frueretur, nec unquam, supra sortem Vasallorum, *Nobilium de Aribert*, (nomine *Ariberti*, quod Princeps ex sacro fonte traxerat, in *Gentile* mutando) surgere conaretur, sed contenta foret *mit dem Kreutzischen Gut zu Wörlitz, sampt dem Gute Radegast, und allen dero pertinentien und gerechtsamen, wie Ihme dieselbe, in der Fürst-brüderlichen Erbtheilung, zugekommen*, una cum summa quadraginta quinque millium thalerorum, è Domo *Wörliciensi* solvendorum testatur, Dn. *Becman. Hist. Anhalt*. Part. V, Lib. 3, Cap. V, §. 1 & 2, pag. 241 & 242, addens, Pactum hoc, à *Ferdinando III.* Imp. 1 Septemb. an. eod. Viennæ fuisse confirmatum; liberosque inde procreatos: *Sophiam*, An. 1682, 3 Decemb. *Gebhardo Sigfrido*, Nobili Domino de *Plotho*, ejusque sororem, *Eleonoram*, An. 1675, *Johanni Georgio* Com. *Solmensi*, nuptas, & *Christianum Aribertum*, vivente Patre, Pacto stetisse; Eo vero, An. 1643, 14 Novemb. mortuo, ubi *Christianus Aribertus* adolesceret, & in literis, an. 1660, 12 Jun. Viennæ, ad *Johannem Georgium* Dessaviensem exaratis, Pactum præfatum, quasi à Patre, ante obitum, haud semel reprobatum, divinoque insuper & humano juri, naturali æquitati, & consuetudini inter Gentes stabilitæ, contrarium, infringere, titulosque & insignia *Principis Anhaltini* usurpare moliretur, ejusque querelis varii Viennæ Proceres annuerent, tædiosam inde litem surrexisse, maxime ex quo Dessaviensis, in Responsione, sub dato *Cölln an der Spree*, 27 Junii An. eod. à frivolis prætensionibus desistere eum exhortatus esset, malaque cuncta in ipsum redundatura cavere, nudam inscriptionem adhibendo: *A Monsieur Christian d' Aribert, à Wien*; Pater etiam Principis, *Johannes Casimirus*, Regens Dominus, sub dato *Dessau*, 2 Aug. sub feloniæ pœna, cum ad petendam investituram, respectu bonorum, ex supra dicto Pacto ei competentium, intra tres menses proxime secuturos, in Curia *Dessaviensi* comparere jussisset; rem tandem, post *Johannis Casimiri* fata, mediante in primis *Ernesto*, Duce Saxo-Gothano, An. 1671, 6 Februar. eo fuisse deductam, ut dicto *Christiano Ariberto*, Ejusque Sororibus, prævio Cæsaris consensu, titulos *Comitis & Comitissarum de Bähringen, Dominorumque & Dominarum de Waldensee & Radegast* (*daß, in verhoffter Genehmhaltung Kayserl. Majest. Fürst Georg Ariberts zu Anhalt hinterlassener Herr Sohn, und dessen Descendenten, Männliches und Weibliches Geschlechts, hinfüro sich nennen und schreiben möchten: Grafen und Gräfinnen zu Bähringen, Herrn, Frauen und Fräulein zu Walder-See und Radegast; und stünde demselben Frey, ob er für seine Persohn, hinzu setzen wolte: Fürst George Ariberts zu Anhalt Ehelicher und einiger Sohn, jedoch mit dem Bedinge, daß, mit seiner Persohn, solcher Zusatz expiriren solte, und nicht weiter auf seine Erben und Nachkommen devolviret werden,*) nec non ex Insignibus Anhaltinis, *Ursum coronatum* (*den gekröhnten Bähren, und die vier roth und gelbe, Wechselsweiß gesetzte würffliche Felder, das Walderseische Wapen anzeigend*) adhibendi facultas tribueretur; præter alia, quorum Dn. *Becmannus* l. c. §. V, pag. 244. meminit. Non multo post vero, Anno nimirum 1677, 14 Julii, obiit Illustriss. Comes *Cristianus Aribertus* ἄγαμος Vid. Idem l. c. §. 3 & 4, p. 242; *Europ. Heroldt* T. I. pag. 535; Dn. *Schowart* l. c. Cap. XV. pag. 442; Dn. *ImHoff*, cit. *Tabb. Genealog. Principum Imperii*, §. 79; & *Notit. Procerum Imperii* lib. 4. Cap. XI, §. 10, pag. m. 215. Dn. *Arendts*, cit. Diss. l. c. pag. 22. Dn. *Riccius* l. c. Dn. *Vilthuedt* l. c. pag. 25. *Sagittario*, Tab. Anhalt. lit. A. perperam nuptias *Georgii Ariberti*, cum *Krosechia*, in annum 1643. referente.

An. 1662, nuptiis, inter *Carolum Ludovicum*, Electorem *Palatinum*, atque *Mariam Susannam* (non *Mariam Luisam*, id quod mihi ex libello supplici *Charlotta*, Elect. Palat. An. 1662. desuper Cæsari oblato, cognitum,) fil. *Christophori* L. B. de *Degenfeld*, *auf Thurnau & Neuhauß*, benedictionem impertiente *Samuele Heyland*, Pastore Heidelbergensi, (vivente licet & reclamante priori Conjuge, *Charlotta*, è Domo Hasso-Cassellensi oriunda) celebratis; Liberos inde natos, tam antea, quam post, *Raugrafiorum* nomine fuisse insignitos, è quibus *Carolus Mauritius*, An. 1670, 30 Dec. in lucem editus, An. 1702 13 Juni, iterum decessit, cujus binæ sorores, *Luisa*, an. 1661, 15 Januar. & *Amalia Elisabetha*, an. 1663. 22 Mart. prosatæ, adhuc superstites sunt. Conf. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Domus Palatina*, §. 7; Dn. *Schowart* l. c. Cap. VII, §. XII, pag. 188 & 189, Dn. *Hübner* Tabb. Geneal. §. 139. dispositio Electoris in favorem liberorum hujus matrimonii, de An. 1670, 4 April. extat apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, *4 Abtheilung*, *I Absatz*, §. 291, pag. 732 &c.

An.

An. 1666, 15 Sept. Patre *Georgio Wilhelmo*, Duce Brunsuic. & Luneburg. & Matre *Eleonora d' Emiers, Alexandri*, Domini *d' Olbreuse*, filiâ, Anno 1674, 23 Dec. ab Imperatore, inter Principes collocatâ, natæ Sereniss. *Sophia Dorothea*, neminem unquam Principum honores fecisse dubios, tralatitium est.

An. 1687, 23 Julii, thori sociam eligendo *Johannes Ludovicus*, Princeps Anhalto-Servestanus in *Dornburg, Christianam Eleonoram de Zeutsch*, Thuringam, prolem satis numerosam, an. 1704 1 Nov. defunctus, post se reliquit, *Principum censu* ab omnibus æstimatam; ex maribus laudari merentur: *Johannes Ludovicus*, An. 1688, 12 Jun. *Christianus Augustus*, An. 1690, 29 Nov. & *Johannes Fridericus*, An. 1695, 14 Julii, nati. De reliquis vid. Dn. *Becmannus* l. c. Part. V, Lib. 3, Cap. 4, §. 5, pag. 446 & 447. Dn. *ImHoff, Tabb. Geneal. Principum Imperii*, §. 81, vocans Principum Matrem *Christinam Eleonoram de Zeiz*; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 239, legens *Christinam Eleonoram de Zeitsch*; & Dn. *Schowart* l. c. Cap. XV, §. VI, pag. 451, habens *Christinam Eleonoram de Trätschen*, quod posterius nomen omnino falsum.

Emanuel Lebrecht, Princeps Anhalto-*Plötzcoviensis*, è *Gisela Agnesa de Rathen*, An. 1692, 22 Maji, ducta, annoque 1694, 23 Jul. ab Imperatore Comitissa de *Nienburg* creata, sex Principes suscepit, tres mares, totidemque fœminas; sufficiat hic laudasse priores: *Augustum Lebrecht*, n. 1693, 24 Maji, annoque eod. 25 Octob. denatum; *Leopoldum* in *Cothen*, n. 1694, 29 Nov. & *Augustum Ludovicum*, n. 1697, 9 Junii; Vid. Dn. *Becmannus* l. c. Cap. 3, §. IX, pag. 465; Dn. *ImHoff* l. c. §. 78; & Dn. *Hübner* l. c. Tab. 238. Dn. *Schowarto* l. c. §. V, pag. 449. vocatur primo loco natus *Augustus Immanuel*, ast minus recte.

Leopoldi, Principis Anhalto-*Dessaviensis*, cum *Anna Luisa Fösen*, An. 1698. mens. Sept. Ei sociata, Annoque 1701, 29 Dec. (Diploma suppeditante Dn. *Lunigio* Part spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, VI *Abtheilung*, XXIX *Absatz*, Supplement. ulter. §. V, pag. 93) ab Imperatore, in Principum classem evecta, geniti liberi: *Wilhelmus Gustavus*, n. 1699, 20 Junii; *Leopoldus Maximilianus*, n. 1700, 25 Sept. *Ditericus*, n. 1702, 2 Aug. *Fridericus Henricus Eugenius*, n. 1705, 7 Dec. *Mauritius*, n. 1712, 31 Octob. horumque Sorores, merito etiam *Principum* dignitate coruscant. Vid. Dn. *Becmannus* l. c. Part. V, Lib. 3, Cap. IX, §. 14, pag. 291, & Dn. *Hübner* l. c. Tab. 236, quarto tamen loco natum, non 7 Dec. sed 26 ejusdem mens. vitalem auram hausisse docens.

Georgius Albertus vero Marchio *Brandenburgo-Culmbacensis*, suos gnatos, è *Regina Magdalena Lacia* (Lutze) Præfecti *Oberkotzensis* filia, quam an. 1699, 27 April. Conjugem declaravit, susceptos: *Fridericum Christianum Wilhelmum*; *Fridericum Carolum*, an. 1703, 3 Febr. iterum defunctum, & *Fridericum Augustum* posthumum, an. 1703, 16 Mart. natum, non nisi *Dominos de Kotza* appellari voluit. Vid. Dn. *Hübner* l. c. Tab. 181. Contra,

Lebrechto, Principi Anhaltino Lineæ *Bernburgicæ*, in *Zeitz*, æquum fuit visum, sobolem suam, quam *Eberhardina Jacoba Wilhelmina*, *Johannis Georgii* L. B. de *Weede*, *Grava* Præfecti, filia, anno 1702, 27 Jun. (vid. *Europ. Heroldt*, Tom. 1, pag. 536 & Dn. *Hübner*, Tab. Geneal. §. 237.) in Uxorem ducta, annoque 1705, 1 Aug. Principis honoribus ab Imperatore decorata, enixa noscitur, prærogativarum Principum fieri participem. Superstites inde sunt: *Wilhelmina Charlotta*, n. 1704, 24 Nov. & *Josephus*, n. 1706, 26 Dec. Vid. Dn. *Becmannus*, l. c. Cap. V, §. XVIII, pag. 383; Dn. *Hübner* l. c.

De aliis matrimoniis ad morganaticam, veluti: *Conradi*, Marchionis *Brandenburgici*, qui An. 1304. decessit, cum N. de *Sandau*; *Mauritii*, Ducis *Lauenburgici*, cum *Catharina*, fil. *Justi de Spörck* in *Dahlenburg*, in Ducatu Luneburgico, An. 1582, 23 Nov. *Georgii Friderici*, Marchionis *Bado-Durlacensis* in *Sausenberg*, An. 1638. 14 Sept. in exilio, Genevæ, mortui, cum *Elisabetha Strotze*, Præfecti Rotelano-Stauffenburgensis filia; *Rudolphi Augusti*, Ducis Brunsuic. & Luneb. Guelferbytani, cum *Rosina Elisabetha* Menten, (non *Lautensack*, ut Illust. Dn. Auctor *des Europaischen Heroldts*, Tom. I, pag. 455, habet) inde cognominata *Madame Rudolphine*, An. 1681, 7 Julii, in arce *Hedwigsburg*; Vid. Dn. *Rehtmeier*, *Braunschw. Lüneb. Chronick*, Part. 3, Cap. 76, pag. 1526; *Alberti*, Ducis *Saxo-Coburgici*, cum *Susanna Elisabeta*, *Nicolai Kempinsky*, Nobilis Bohemi, gnata, An. 1688, 24 Maji; (Pacta dotalia, sub dato *Coburg* 1 Maji 1689, à Ducis fratribus An. 1693. 5 Julii, confirmata, in quibus sponsa semper *Gebohrne Gräfin Kempinsky, von Schwisitz & Altenhofen*, appellatur, sistente Dn. *Lunigio* l. c. IV *Abtheilung*, 2 *Absatz*, §. 147, pag. 673,) *Johannis Adolphi*, Ducis *Saxo-Weisenfelsensis*, cum *Christiana Wilhelmina*, fil. *Rudolphi de Bünau*, An. 1692, 3 Febr. *Caroli Friderici*, Principis *Anhaltini* in *Bernburg*, cum *Wilhelmina Charlotta Nüßler*, cujus Pater consiliarii Hatzgerodensis titulo clarescit, An. 1720, creata ab Imperatore Comitissa Ballenstadiensi, ne dicam, cum nulla inde posteritas exierit.

Priusquam igitur de Statu liberorum, ex conjugio Lege Morganatica procreatorum, valide judicium feramus, inspiciendæ sunt matrimonialis contractus tabulæ: Num Pactum adjectum ita conceptum sit: ut filii inde nascituri, certa bonorum portione,

tione, insignibus & nomine expressis, contenti vivant, à reliqua successione & inde pendentibus, penitus exclusi? an vero, ut tamdiu saltem ad Illustris Parentis successionem, honores, insignia &c. aspirare nequeant, donec v. g. liberi, ex æquali matrimonio jam prosati, aliive Agnati, superstites fuerint? si circa liberos, plane nihil dispositum, eos conditionem sequi, quam Pater ipsis assignaverit, dubio caret. Nec objicere juvat, invalida esse ejusmodi Pacta, eo quod (1) ipsa Conjugii natura reluctetur, quippe quæ individuam vitæ societatem, divinique & humani Juris communicationem, involvat, L. 1, ff. de *Ritu nuptiarum*, (2) regulariter Uxor nubendo mariti dignitatem sortiatur; L. 8. ff. de *Senator.* L. 13 C. de *dignitat.* Nov. 22, c. 36; hinc *Udalricus*, Bohemorum Princeps, amore captus puellæ, rustici cujusdam filiæ, atque inter dissuasores locatus, apud *Dubravium*, lib. VII *Histor. Bohem.* ab initio, p. m. 47: *Se una nocte effecturum, ut, quæ heri virgo rustica fuerit, eadem cras fieret Princeps mulier, quoniam Principis Uxor eadem gauderet cum Marito dignitate &c.* (3) Maritus & uxor pro una carne reputentur, *Genes.* 2, §. 42; *Matth.* XIX, §. 5 & 6; *Marc.* X, v. 7 & 8; I *Corinth. VI*, §. 16; *Ephes. V*, §. 28 ad 31. (4) Jus Naturæ liberos indistincte ad successionem vocet; *Galat.* 4, v. 7. *Novel.* 22, cap. 48. *Mylerus*, in *Gamolog.* Cap. V, §. 19 &c. & §. 61 &c. (5) Jure Civili hæreditas per pacta dari nequeat, arg. L. 15 C. de *Pactis*; L. 35 C. de *Inofficioso Testamento*; & L. 3 C. de *Collationibus*; quod autem hac ratione contingit. (6) Nobilitatis antiquæ jura non Parentibus debeantur; proinde nec ab iis, per pacta, aut renunciationes, ullatenus liberis auferri possint; cujusmodi pacta pro turpibus habenda forent, adeoque pro invalidis; arg. L. 6, C. de *Pactis*, & Lib. I *Decretal. Gregorii*, Tit. 35 de *Pactis*, Cap. IX. (7) Non solum Jure Canonico matrimonium Viri Illustris cum qualibet persona inferioris conditionis, modo infamiæ nota non laboret, legitimum esse censeatur, arg. Cap. 2, X. de *Conjugio servorum*, Lib. 4 cit. *Decretal.* Tit. IX; sed & novissimum Jus Civile disparitatem Conjugum amplius non recognoscat, arg. *Novel.* 78, Cap. 3; conf. *Collegium Jurid. Argentorat.* Tit. de *Ritu Nuptiarum*, §. 16. & Dn. *Joh. Frid. Dulssecker*, Diatribe de *Matrimoniis Personarum Illustrium in Imperio Romano-Germanico*, Quæst. I, pag. 8 &c. & quæ seq. Tit. XX, §. 75, lit. a, habentur; (8) Filii, ex ejusmodi matrimonio geniti, in feudis, etiam Regalibus, quamvis liberi æquali dignitate nati supersint, succedant, cum jus *suorum & legitimorum heredum*, non minus ac fratres, consequantur. Vid. I F. 8; *Schröder* de *Feudis*, P. 7. c. 5. §. 12; *Strauch. Jur. Publ.* lib. I, Tit. 32, §. 3. Dn. *Vildhuedt* l. c. Sect. 3, §. 4 pag. 9; (9) Iidem, Privilegiis, Juribus ac Insignibus Illustrium gaudeant, utut & alii ex Uxore Illustri extent; vid. *Myler* l. c. Cap. V, §. 21, 22, 61 &c. imo (10) Fratribus ex illustri Matre, ast posteriori Conjugio, in lucem editis, præferantur, nisi moribus, vel statutis, aut Pactis, aliud constitutum sit; vid. *Salmuth*, cit. Tract. de *Matrimonio Principis cum Virgine Nobili*, Quæst. 3; Dn. *Vildhuedt* l. c. §. VI, pag. 10; (11) Ad beneficia Ecclesiastica admittantur, nisi ubi Lex fundationis impedimento. *Instrum. Pac. Osnabrug.* Art. V, §. 17; etiamsi & hic contrarii mores *Jure Canonico* nullius pretii esse judicentur, arg. Cap. 37, X de *Præbendis & dignitatibus*, Lib. 3 *Decretal. Gregorii*, Tit. V; quare etiam, teste *Wehnero*, *Observat. Pract.* voc. *Gewohnheiten*, §. 11, p. m. 173, ejusmodi consuetudo in Camera rejiciatur, verb. *daß in etlichen Stifften allein Edelleuthe zu Canonicen aufgeworffen, und sonst niemand angenommen wird; illicita enim est & inefficax consuetudo. Nulla enim est causa, cur ignobilis excludi, Nobilis vero recipi debeat; idque judicio & authoritate Cameræ adprobatum est, teste Noe Meurer, in Process. f. 298 in f. &c.* Dn. *Vildthuedt* l. c. §. VII, pag. 10. (12) Ipsa Uxor plebeja, post mortem Mariti Illustris, utatur juribus & privilegiis viduarum Illustrium, v. g. titulo, Foro, Dotalitii jure, quod eodem modo ei constituendum ac Viduis Illustribus &c. Vid. *Myler* l. c. Cap. 9, 10 & 15; *Vildthuedt* l. c. §. VIII, pag. 10. (13) Gentes consensu suo matrimonia inæqualia dudum confirmaverint; testibus tot exemplis Sacri Codicis & apud *Salmuthum* l. c. Quæst. I Rat. Dec. 6. *Grotium* de J. B. & P. lib. 2, Cap. 7, §. 8, v. 2 & 3, p. m. 181; *Mylerum* l. c. §. 16 &c. Dn. *Vildthuedt* l. c. §. 3, pag. 9. (14) Tot Viri graves matrimonia ad morganaticam rejiciant v. g. *Andreas de Isernia*, qui, ad L. 2 F. Tit. 26, §. *Mulier*, ea contra omnia Jura esse clamat; *Jacobus Alvarottus*, ad eundem Textum, ab omni Justitia & æquitate illa exorbitare scribens; *Baldus*, ad 2 F. 29, magnam iniquitatem eis inesse tradens; *Matth.* de *Afflictis*, ad 2 F. 26, *Jordanus Ursinus*, *Jur. Feud.* P. I. Quæst. 3, art. 2, §. 22, pluresque alii, inter monstra ea referant, non, quasi non sint vera & legitima, sed, quod in multis à natura ordinariorum conjugiorum deflectant, filiosque non solum hereditate, sed & paterno nomine, privent; de aliis ne dicam; siquidem (1) Regibus & Principibus, in salutis publicæ conservationem, multa facere permissum, quorum causa eos, quibus relicta obsequii gloria, latet; id quod *rationem Status* vocant, juxta quam, in matrimoniali negotio, quandoque Princeps vel plane abstinet à matrimonio, cœlibemque agit vitam; vel ad conservandum Familiæ splendorem, ex pluribus fratribus, non nisi unus nuptias celebrat, exemplo Serenissimi *Georgii*, Brunsuicensium & Luneburg. Ducis, qui solus ex *Wilhelmi* filiis, vigore conventionis cum fratribus, matrimonium

nium, & quidem cum *Anna Eleonora*, *Ludovici*, Landgravii Hasso-Darmstadiensis, filia, An. 1617. 14 Sept. contraxit; Vid. *Bünting*, *Chron. Brunſ.* P. 2, p. m. 462, *Topograph. Brunſuicenſ.* pag. 21; Dn. *Im-Hoff. Notit. Procer. Imperii*, Lib. 4, Cap. 4, §. 29, p. 159; Dn. *Rehtmeier*, *Hiſtor. Brunſuic.* P. 3, Cap. 86, pag. 1649; Dn. *Arendts*, cit. Differt. de *Conjugiis Principum*, *è Status ratione initis*, §. 4. pag. 6. *Perſonalia Churfürſten Ernesti Augusti von Braunſchw. Lüneburg.* p. 4. Vel inæqualis conditionis Conjugem sibi eligit; (2) Hujusmodi matrimonia nec Juri divino, nec humano reluctantur; (3) conservando Familiarum splendori perquam opportuna judicantur, cum, hac ratione, indivisæ maneant Provinciæ, subditique nimiis oneribus, quibus sumptuosa Liberorum educatio, & dotalitium, Uxori Principi constituendum, alias indigent, non premantur; præter quod scissa in plures partes Regione, minutisque potentiæ viribus, facile liberos inter æmulatio: ex hac, odium: ex odio, confusio: & ex confusione, totius Status publici mutatio, suboriri queat; (4) Inveterata multarum Gentium consuetudine, *Germanorum* maxime moribus, comprobantur; (5) non magis nocere dici possunt, ac primogenituræ prærogativa.

Ut Objectionibus quoque satis fiat, respondendum, ad (1) nullam individuæ vitæ societati injuriam inferri, Uxor licet non *per omnia* marito par reddatur, ejusdemve dignitatis particeps. Ut enim salva manet Conjugii natura, quoties fœmina Illustris viro plebejo nubit, utut dispar sit eorum conditio; ita dicendum quoque, casu inverso; nec stringere argumentum, à natura conjugii, ad pacta Conjugum licita & spontanea. Ad (2) Verum hoc, nisi inter conjuges de alio convenerit. Ad (3) Unionem hanc non destrui, quamvis Conjuges sibi invicem Leges, nec voluntati divinæ, nec æquitati naturali, nec bonis moribus, contrarias, dicant. Ad (4) Vocari quidem Jure naturali liberos omnes ad successionem paternam, ast non semper æquali titulo, nec ea restrictione, ut Patri propterea de suo inter eos disponendi facultas denegetur. Modum succedendi frustra ex jure naturæ quæri, utpote quod saltem circa necessaria alimenta liberis relinquenda occupatur; Vid. *Riccius* cit. Diss. *de Matrimonio ad Morganaticam*, Cap. 2, §. XI, pag. 16 &c. & Cap. 3, §. 4, pag. 23; Conf. *Grotius*, de J. B & P. lib. 2, Cap. VII, §. 4, n. 3. injustam alias dicendam partitionem *Jacobi*, *Geneſ.* 48, §. 22; & iniqua pacta omnia, quæ circa successiones in Regna & Principatus ici solent; quod absurdum. Ad (5) Perperam confundi quæstionem: num Hereditas jure Civili per pacta dari queat? cum altera: annon Germaniæ Proceribus integrum sit, contrahendo nuptias, talia matrimoniali contractui pacta addere, quæ ipsorum rei publicæ magis apta videntur? fundamentum horum matrimoniorum non niti Legibus Romanis, sed recepta Germanorum consuetudine. In quibusdam *Galliæ* locis moris esse, ut, contra Jus commune, natu minimus, exclusis majoribus, in feuda, & avita bona, Parentibus succedat; alibi contra, natu majori dimidia hereditatis pars, quasi prælegatum obveniat, & nihilominus adhuc portio, ex divisione alterius dimidiæ, ad æquas partes factæ; similiter Statuta Ducatus *Juliaci* & *Montium*, velle, ut liberi prioris matrimonii feuda avita, aut constante priori matrimonio acquisita, filiis secundi matrimonii exclusis, omnino sortiantur. Vid. *Mozzius* de *Feudis*, Tit. *de Accid. Feud.* n. 42; *Riccius* l. c. Cap. 2, §. 13, pag. 18. *Leodienſes* similem fere Constitutionem habere, qua sancitum, ut liberis prioris matrimonii omnia immobilia Patris, & singula alia, ex Familia & à stipite provenientia, sint propria; iis vero, qui ex posteriori prognati, ea, quæ in viduitate, vel tempore istius matrimonii, parta sunt relinquantur. Vid. Dn. *Dulſſecker*, de *Matrimoniis Perſonarum Illuſtrium in Imperio*, Part. 2, Q. I, pag. 37, ubi simul ad *Grotium* provocat, qui lib. 2, de J. B. & P. Cap. VII, §. 8, v. 3, p. m. 181, id juris apud *Brabantos* esse docet, ut proprietas rerum soli, quæ extabant, cum prius matrimonium solveretur, prioribus liberis acquiratur. Ad (6) Antiquæ Nobilitatis Jura non quidem Liberis auferri posse, bene tamen circumscribi, atque limitari. Nondum natos nullum adhuc jus habere; nec postea eos majus sibi vindicare posse, quam Parentes ipsis relinquunt. Nihil obesse, quo minus, tali casu, statui queat, liberos non Patris, sed Matris conditionem, sequi debere; aut Patris quidem, ast non omnimode, certove demum tempore, v. g. post extinctos liberos matrimonii æqualis. Vid. *Mylerus*, l. c. Cap. VI, §. 30; Dn. *Riccius* l. c. Cap. 2, §. 12, pag. 17. Ad (7) Matrimonium *ad morganaticam* non desinere esse legitimum, etiamsi liberi inde nati, ob pacta conventa, ad paria non judicentur cum illis, quorum Pater & mater Illustris conditionis. Ad (8) Recte hoc; ubi pacta, seu consuetudo, non obstant. Ad (9) & (10) idem dicendum. Ad (11) salvo hoc argumento, matrimonia quæstionis bene subsistere posse; Ad (12) ut ad 8, 9 & 10; Ad (13) Gentes etiam hujusmodi connubiis haud raro certas adjicere Leges. Ad (14) Introductam usuque probatam consuetudinem majoris longe ponderis esse privatorum sententiis. Vid. Dn. *Dulſſecker* l. c. pag. 41 &c.

Quæ alias genuina vocis *Morganaticæ* sit etymologia? certo affirmari nequit. Vulgaris opinio est, corruptum esse vocabulum, ex voce *Morgengaba*, qua *Longobardi* Germanorum *Morgengab* denotarint; Vid. *Beſoldus*, Thesaur. Pract. voc. *Morgengab*, p. m. 411 & 412; *Grotius* l. c. hoc autem esse nequit, cum

(1) vox

(1) vox *Morgengaba*, Longobardis non solum fuerit notissima, teste Lib. 2 *Legis Longobardorum*, Tit. I de *Sponsalibus*, L. 4, apud *Goldastum*, de *Consuetudinib. Imperial.* pag. 46: *Habeat ipsa mulier Morgengap &c.* & cit. Lib. 2, Tit. 4: *de his, quæ à Viro in mulierem dantur*, Leg. 1, ibid. pag. 48: *Si quis Longobardus Morgincap conjugi suæ dare voluerit &c.* &, interjectis paucis: *ipsum Morgincap volumus, ut non sit amplius, nisi quarta pars de ejus substantia qui ipsum Morgincap dedit &c.* quam vocem ter in L. 4, ibidem reperis, pag. 48 & 49, pariter ac Tit. XII, L. I, pag. 53. sed & (2) Vocabulo hoc nihil aliud illi intellexerint, quam *donum matutinum*, â marito, mane post concubitum, gratuito in conjugem collatum; quo sensu etiam in *Lege Ripuaria*, Tit. 37, *de dotibus mulierum*, §. 2, apud *Baluzium*, T. I *Capitularium Regum Francorum*, pag. 37, occurrit, ubi: *Quicquid ei in Morgangeba traditum fuerat &c.* nec non in *Allamannica*, Tit. LVI (aut LV, ut *Goldastus* Tom. 2 *Antiquitatum Allaman.* pag. 18, habet,) de *eo, qui proximi sui defuncti Uxori, sine filiis relictæ, dotem contradixerit*, §. 2, apud eundem, l. c. pag. 72: *Si autem ipsa femina dixerit: Maritus meus dedit mihi Morgangeba; computet quantum valet, aut in auro, aut in argento, aut in mancipiis, aut in equo, pecuniam duodecim solidos valentem. Tunc liceat illi mulieri jurare per pectus suum, & dicat: Quod maritus meus mihi dedit in potestate, & ego possidere debeo &c.* Sic in Pactionis formula inter *Guntramnum*, & *Childebertum*, & *Brunhildim*, Reges Reginamque Francorum, apud *Gregorium Turonensem*, lib. IX *Histor. Franc.* Cap. XX, pag. 201: *De Civitatibus vero, h. e. Burdegala, Lemovica, Cadurco, Benarno, & Begorra, quas Gailesuindam, Germanam domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in Morganegiba, hoc est, matutinali dono, in Franciam venientem, certum est adquisisse &c.* (3) Ad quartam usque bonorum partem illud donum extendi potuerit, teste cit. Lib. 2 *Legis Longobard.* Tit. 4, Leg. 1; quo etiam facit Libellus dotis *Miczæ*, *Joannis* filiæ, de An. 1044, ex chartulario Monasterii *Casauriensis*, apud *Baluzium*, l. c. Tom. 2, in Appendice Actorum veterum, §. 147, pag. 1550, verb. *Ego Johannes, filius quondam dominici, dono, trado atque confirmo, tibi, Miczæ, filiæ quondam Johannis, dilectæ Conjugi meæ, quartam portionem de omnibus rebus proprietatis meæ, quas modo habeo, vel in antea, Deo juvante, conquirere potero ---- quartam portionem de casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis &c. ut alia die, post noctem nuptialem, qui est dies votorum nostrorum, ante parentes & amicos nostros, ostendam hoc scriptum, testibus roboratum, & dicam: Ecce, quod conjugi meæ in Morgincap dedi, & sic, ab hodierno die, firmum & stabile tibi, Miczæ, vel tuis heredibus, permaneat &c.* Plura huc spectantia suppeditante *Baluzio*, in Notis ad Capitularia, Tom. 2, pag. 992 &c. voc. *Morgangeba &c.* quamvis, cum multis aliis, arbitretur *Morgengabæ* Synonyma esse: *donationem propter nuptias, & largitatem sponsalitiam;* cum tamen, accurate loquendo, id discriminis intersit, ut *Morgangeba* semper fiat gratuito, & quidem mane, post transactam primi concubitus noctem, in remunerationem delibatæ virginitatis, seu primi concubitus; *donatio propter nuptias* vero, in compensationem dotis; arg. L. 29 *ubi adhuc*, C. de *Jure dotium*, Lib. V, Tit. 12; & *largitas spontalitia*, ante concubitum, inter sponsum & sponsam, respectu futuri matrimonii; quare & *antenuptialis donatio* vocatur, in Rescripto *Justiniani* Imp. ad *Bassum*, prætoriorum Præfectum, in Novella 127, Cap. 3. (4) vox *Morganatica* contra in alio plane sensu eisdem fuerit cognita, arg. 2 F. XXIX, ubi clare, pro pacto nuptiali, definiente: quæ portio hæreditatis Liberis ex connubio morganatico nascituris competere debeat, sumitur, proinde nihil commune cum *Morgengaba* habet. Mihi igitur videtur vocabulum *morganaticus*, idem esse ac *matutinus*, Germ. *Früh-zeitig*, & *matrimonium ad morganaticam* (subintellige: Legem, seu conventionem, pactionem &c.) inde vocari, ob pacta matutina, scil. ante nuptias, inita, juxta quæ, tam Uxoris, quam prolis, futura conditio æstimanda. Quadrat huc vox *Morgen-Sprach*, in nonnullis Germaniæ Inferioris Civitatibus, v. g. *Coloniæ Agrippinæ, Bremæ, Lubecæ, Hamburgi &c.* ubi tam solennes Opificum Conventus, quam Edicta publica, hoc nomine veniunt, hodienum usitata; in quam rem Supplicatio *pro Mandato sine, vel, in eventum, cum Clausula, auf den Religions-Frieden, in causa Johan Pergners, Anthoni Morneauß, & Consortum, contra Bürgermeister und Rath der Statt Cölln und Consorten*, apud *Gylmannum*, Tom. I *Symphoremat.* Part. I, Tit. 3. pag. 161: *Jedoch, solchem allem entgegen, haben Bürgermeister und Rath der Statt Cölln, nechst verschienen (tausend Fünffhundert) Sieben und Achtzigsten Jahrs, den sechsten Aprilis, ein offentlich Edict, oder, wie Sie es nennen, ein Morgensprach, publiciren, und darinn allen Bürgern und Einwohnern daselbst, ernstlich, und bey hohen schwären bestimpten Peenen, gebieten lassen, sich hinfürter zu der Augspurgischen Confession nicht mehr zu bekennen &c.* &, in fine: *Auch angedeute Morgen-Sprache, indem sie demselben Frieden unehnlich, wieder aufzuheben, und sich gleichmässigen Gebietens, und Verbietens, zu enthalten &c.* Sic *Statuta Lubecensia*, Part. 4, Tit. XIII, Art. 3, apud

apud *Mevium*, ad *Jus Lubecense*, pag. 839: *Die Ampte in unser Statt, und da Lübisch Recht gehalten wird, wann dieselbigen wollen Morgensprach halten, zu dieser Statt, und Ihres Amptes, besten, denen sollen die Wette-Herren jederzeit beywohnen, doch daß sie dieselbigen von dem Rath loß bitten; und weil die Alter-Leute jedes Amptes, und zu jederzeit wann sie erkohren, geschworen haben, dem Ampte treulichen vorzustehen, und daß sie solches also halten wollen: so ist ihnen auch damit, über die ordentliche Morgen Sprach, keine andere zu halten, welche der Statt zu wieder seyn, und ihrer habenden Rollen mehr unordentliche Zusätze geben, oder dadurch sonderliche Gesetze vnd Verbündniß, gemacht werden könten &c.* Conf. ibi *Mevius* in Notis, §. 17 & seqq. pag. 841. Hinc *Morgen-Sprachs-Herren* audiunt deputati ex Senatu, qui ejusmodi Conventibus præsunt; de his Art. 84. *Statutorum Hamburgensium*, sive *Recessus Hamburgensis*, de An. 1519, sub Rubrica: *van Morgensprackes-Heren, unde Werckmestern*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4. Part. I, XXIII *Absatz*, Tit. *Hamburg*, §. LII, p. 982: *Dar jennich Person des Rades, de de Morgensprack im Ampte to holdende Bevel hedde &c.* Imo, Francos jam appellasse *Legem Salicam*, quod Mediolanensibus *Morganatica* fuit, ex cit. 2. F. 29, liquet. Conf. Dn. *Vildhueth* l. c. Sect. 2, §. 4 & seqq. pag. 5 & 6.

(101) Quia tamen agnatio & Nobilitas, propter suam dignitatem, ad legitimum sanguinem à primo concedente videtur restricta; hinc veriorem putamus eorum opinionem, tales legitimatos, nisi agnati consentiant, in eorum bonis non succedere; iniquum enim est, ut quispiam suæ soboli, ex illicita conjunctione acquisitæ, per legitimationis modum, ad successionem inviti aut ignorantis, viam sternat, imprimis si absint bona familiæ, & titulata. *arg. 2. Feud. 26. §. naturales.* Hinc & legitimati per rescriptum Principis in feudis non succedunt. (*a*) *d. t. 2. Feud. 26. § naturales*, nisi post legitimationem Pater feudum acquisierit; *Rosenthal de Feud. c. 7. concl. 19. n. 6.* (2.) nisi expressis verbis etiam ad feuda (*b*) fuerit legitimatus. *Sixtin. de Reg. 1. c. 3. n. 34.* (3.) in casu, in quo omnes descendentes & legitimi deficiunt. *Gilmon de la motta ad Molin. de Primogen. l. 1. cap. 4. n. 44.* (4.) nisi agnati proximiores consentiant, (*c*) quorum præcipuè interest. *Conrad. ab Einsid. de Regal. c. 20. n. 103.*

NOTÆ.

(*a*) NON SUCCEDUNT &c. Vid. ad præced. Tit. 2. §. 15. lit. C. pag. 119.

(*b*) AD FEUDA &c. Vid. ibid. lit. e, pag. 119.

(*c*) CONSENTIANT &c. Vid. ibid. lit. f. pag 120, & §. 16. pag. 120.

(102) Si Princeps unum ex territorio suo ita legitimavit, an ubique pro legitimo habeatur, etiam extra suum territorium? dubitatur; (*a*) Imperatoris enim reservatum est, ut legitimare omnes possit in Imperio, & ut per totum Imperium pro legitimis habeantur; & quanquam Princeps Imperii, in suo territorio, maculam suo subdito tollere possit, quæ ex illegitimâ nativitate oritur, tamen ut omnes alii, etiam extra territorium, eum agnoscant pro tali, efficere non potest; hoc enim solius Imperatoris est. Et hoc ita procedente, sequitur, quod multo minus possit legitimare subditum alterius. *Bocer. de Regal. c. 2. n. 120.*

NOTA.

(*a*) DUBITATUR &c. Argumenta pro affirmativa, vid. præced. Tit. 2, §. 13, lit. c, pag. 112.

(103) Dispensatio, quæ respicit actus subditorum, versatur vel circa actus licitos, vel illicitos.

(104) Dispensatio, quæ versatur circa actus licitos, respicit (1) ætatem, quando quis petit, ut actus, qui suscipiuntur à minorenni, perinde reputentur, ac si facti fuissent à majorenni, id quod fit per impetrationem veniæ ætatis, (*a*) quam princeps suis subditis tantum dare potest, & est, quâ minori jus legitimæ ætatis tribuit, quo tanquam major, sine curatore,

agere, conveniri, bona sua administrare, ac libere contrahere, possit. *Vid. Myler. de Etolog. c. 2. per tot.* In concedenda venia ætatis Princeps *non obligatur,* (*b*) ut observet solennitates *l. 2, C. de his qui ven. ætat. imp.*

NOTÆ.

(*a*) VENIÆ ÆTATIS &c. Quo casu Regale hoc soli competat Imperatori? dictum præced. Tit, 2, §. 20, lit. a. pag. 122 &c. In Territoriis Statuum, idem Dominis Territorialibus vindicandum, caret dubio. Facit huc *Nicolai Myleri* Tractatus, cui titulus: *Etologia Ordinum Imperii, hoc est, de Jure Principum concedendi veniam ætatis,* 4 *Stutgard,* 1664; tot. Cap. 2, Idem, de *Principibus & Statibus Imperii,* Part. 1, Cap. 57, pag. 518 &c. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publici,* Part. 2, Cap. 4, §. 4, v. 33, pag. 282. *Limnaus,* Lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 149 &c. pag. 131, ibique *Fritzschius,* in *Additionibus,* pag. 96 & 97; *Knipschildt, de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium,* lib. 2, Cap. 4, §. 54 & 55, pag. 261 &c. Idem, de *Privilegiis Nobilium Immediatorum,* lib. 3, Cap. 4, §. 142 & 143, pag. 144; *Mauritius,* de *Restit. in integrum,* Cap. 225, n. 2; Interpretes Juris Publici omnes. *Orth. Fomannus,* ad L. 1, C. *de His, qui veniam ætatis impetraverunt,* An. 1607, 10 Sept. pro Statibus responsum fuisse docens; Documentum hujus rei suppeditat *Fürstl. Würtenbergisches Land-Recht,* Part. 2, Tit. 27, f. 314. Idque adeo privative sibi arrogant Principes, ut & Palatinis Comitibus Cæsareis exercitium Regalis hujus, se invitis, in Territoriis suis, denegent, vel Rescripto teste *Joh. Georgii III, Saxonum* Electoris, ad Senatum Lipsiensem, de An. 1681, apud Dn. *Gribnerum,* in Diss. *de Jure legitimandi Principum Imperii,* (cujus præced. §. 100, lit. a, memini,) §. XXVII, p. 29 ibi:

Von GOttes Gnaden, Johan Georg der III. Hertzog zu Sachsen (tot. tit.) *Liebe Getreue. Wir haben Uns, aus eurem, vom 12 hujus, eingeschickten unterthänigen Bericht, und zugehörigen Inserat, vortragen und verlesen lassen, welcher gestalt der Gräfliche Schwartzburgische Cantzeley Director. D. A. F.* (Doctor Ahasverus Fritsch) *Comes Palatinus Cæsareus, sich unterstanden, nicht allein eines Bürgers und Peruquenmachers J. de M. S. hinterlassene Tochter M. S. so im 19 Jahre ihres Alters, sondern auch noch zweyen andern Bürgers-Söhnen bey Euch, deren einer, G. S. S. das 18 Jahr noch nicht völlig zurücke gelegt; der andere aber, J. C. M. für etlichen Wochen, in das 19 getreten seyn soll, veniam ætatis zu ertheilen; welche letztere nunmehro von ihren Curatoren, die Rechnungen abnehmen, und ihr Vermögen selbst disponiren wolten; und wie ihr dahero beschieden zu seyn gehorsambst gebeten; Wie wir nun diß ermeldtes D. A. F. Beginnen mißfällig vermercken, und dergleichen Uns, aus Landes-Fürstlicher Hoheit zustehendes Regale, weder Ihm, noch sonst jemand anders, zu exerciren verstatten können; also begehren wir hiemit, Ihr wollet, krafft dieses, dergleichen Diplomata von obberührten Persohnen, ungesäumt abfordern, und deren Curatoren, daß sie, biß zu ihrer Pflegbefohlenen erlangten Majorennität, die Vormundschafft noch ferner gebührend verwalten sollen, andeuten. Daran geschiehet Unsere Meinung. Datum Dreßden, 30 Dec. An. 1681.*

(L. S.)

Heinrich Gebhard von Miltitz,

J. E. Taubenest. S.

Additque Consultiss. Dn. *Gribner,* pag. 30, secutos hanc Serenissimi Electoris rationem Scabinos Lipsienses, respondisse Mens. Junio, An. 1693, *nach Gera,* ad consultationem *Siegfridi Altweins*: Jus concedendi veniam ætatis, omnino partem facere Superioritatis Territorialis, nec, invito Principe, à Comite Palatino exerceri posse. Num vero hujusmodi concessio etiam extra concedentis Territorium valeat? Quæritur; & affirmatur, modo nulla extraneo inde fiat injuria. Extra Territorium enim ejusmodi dispensatio invitos non obligat. Vid. Dn. *Multzius,* l. c. v. 36, p. 282.

(*b*) NON OBLIGATUR &c. Ut enim Imperator, in concedenda Masculis venia ætatis, ad annum vigesimum; & Fœminis, ad annum decimum octavum, adstrictus amplius non est; ita nec Principes; sed utrinque etiam infra hanc ætatem constituti Minores pro Majorennibus declarari possunt. Vid. *Limnaus,* cit. Lib. 2. *Jur. Publ.* Cap. IX, §. 150, pag. 132; *Mylerus,* in *Etologia,* Cap. 4. §. 5 &c. & *de Principibus & Statibus Imperii* l. c. §. 7, pag. 522; Dn. *Multzius* l. c. v. 35, pag. 282. Conf. præced. Tit. 2, §. 21 & 22, pag. 124.

(105) An ita, ex indulgentia Principis, pro Majore habitus sit admittendus ad Legatum, quod fortè his verbis conceptum est: Cum ad legitimam & perfectam ætatem pervenerit? dubitatur. Nos hujusmodi Majorem ex privilegio, sub commento impetratæ veniæ ætatis, Legatum, ante 25 ætatis annum completum, capere non posse, existimamus,

mus, (a) per *L. fin.* ibi: Quæ non ab Imperiali beneficio, C. de His, qui veniam ætatis &c. Nam in dispositione hominum ultima, verba naturali, (b) non civili, significatione sumuntur. *Myler, in Etolog. Cap. VI, § 2 &c.*

NOTÆ.

(a) EXISTIMAMUS &c. Locum parallelum habet *Myler*, de *Principibus & Statibus Imperii* l. c. §. 8, pag. 523.

(b) NATURALI &c. Conf. l. 30. ff. de *Legatis* III, §. 2. *Brunneman* ad L. fin. C. *de His, qui veniam ætatis &c.* pag. 147; *Menochius*, Consil. 227, §. 49; *Nicolaus Betsius*, de *Pactis Famil. Illustr.* Cap. VII, f. 275 & 276.

(106) (2) Respicit dispensatio in licitis Contractus & promissiones. Quo refertur, si juramento aliquis aliquid promisit, vel metu, vel dolo alterius deceptus, quod Princeps ipsi possit relaxare (a) istud juramentum, ad effectum agendi. De quo supra dictum, de Juribus Imperatori propriis.

NOTA.

(a) RELAXARE &c. Vid. præced. Tit. 2, §. XXVI, pag. 126 & seqq.

(107) Item, quod Princeps circa Contractus & Conventiones, ex defectu solennitatum, (a) à Legibus requisitarum, invalidas atque irritas, dispensare (b) possit, ut sint validæ, e. g. donationem excedentem quingentos solidos, (c) factam absque insinuatione.

NOTÆ.

(a) SOLENNITATUM &c. Cum omnes solennitates sint Juris positivi, Ergo per contraria quoque statuta mutari possunt.

(b) DISPENSARE &b. Status sane, Jure Superioritatis, vel ipsas Leges positivas mutare valent, quid ni & contra eas dispensare? cum hoc minus sit. Vid. *Myler*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap 50, §. 1, pag. 462. *Knipschildt*, de *Privilegiis Nobilium*, Lib. 3, Cap. 4, § 57. pag. 132; & de *Privilegiis Civitatum Imperial.* lib. 2, Cap. 3, §. 56 & seqq. pag. 253; & Cap. 4, §. 52, pag. 261; *Multzius*, cit. *Corp. Juris Publ.* Part. I, Cap. VII, §. 14, v. 83 & seqq. pag. 117. Hinc ultro sequitur, contra Jus divinum & naturale, nullam valere dispensationem, quia circa Jura hæc homines nihil plane innovare possunt. *Deuter.* IV, §. 2; *Matth.* V, §. 17 & 18; *Luc.* XXI, v. 33; *Apocal.* XXII, pag. 18 & 19. Imo, ut dispensatio, quoad jus positivum, procedere queat, intervenire debent (1) necessitas, (2) Utilitas, (3) Congruitas, & (4) Honestas; quoniam dispensatio super Jure positivo, sine justa & rationabili causa facta, dissipatio potius, quam dispensatio, vocanda. Vid. *Knipschildt*, de *Privilegiis Civitatum* l. c. §. 260 & 261, pag. 253; *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 4, Constit. 24, Definit. 14, §. 4, &c. pag. 1393.

(c) SOLIDOS &c. Ita cautum L. 36, §. 3, C. de *Donationibus*, Lib. 8, Tit. 54 Insinuationem donationibus etiam ultra 500 solidos, modo tribus testibus probari possit, jam remitti in *Novella Leonis* 50, annotavit *Gothofredus*, in Notis ad dictam L. 36, C. de *Donationibus*. Hodie libera circa donationes Principum statuendi potestas.

(108) Item, quod Princeps istis, qui infortunio lapsi sunt, possit remittere solutionem debiti & usurarum, ad certum tempus, id est, ad Quinquennium, (a) vel longius, vel brevius tempus, per Rescripta moratoria. Principes enim etiam in suis Territoriis dare possunt Rescripta Moratoria, Quinquenell *oder Anstands-Brieff*; de quibus dictum supra, de Juribus Imperatori propriis.

NOTA.

(a) QUINQUENNIUM &c. Vid. præced. Tit. 2, §. 28 & seqq. pag. 137, ad 143.

(109) Quod Princeps circa Gradus Matrimoniales (a) Jure divino, aut Naturali, non prohibitos, itidem dispensare (b) possit. *Myler, in Gamolog. Cap. VIII, §. 6.*

NOTÆ.

(*a*) MATRIMONIALES &c. Regula generalis est. Dispensationem matrimoniorum licitam esse in omnibus gradibus, Jure Naturali & Divino universali non prohibitis. Major cæterum hic Principum Protestantium auctoritas est in Territoriis suis, quam Romano-Catholicorum; cum ad hos dispensatio in matrimonialibus plane non pertineat, sed ad Episcopum; secus ac in Terris Protestantium, ubi, per Pacem Religiosam, jura Episcopalia Territoriorum Dominis asserta, qui propterea & matrimoniales causas in Consistoriis suis terminare possunt. Vid. *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 5 & 6, pag. 463 &c. *Multzius* l. c. Part. 2, Cap. 2. §. 14, v. 55 & seqq. & §. 15, v. 59 &c. pag. 270; *Joh. Kitzel, in Synopsi Matrimon.* Cap. 2. Theorem. 3, lit. d. *Knipschildt*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, cit. lib. 2, Cap. 3, §. 56, pag. 253. Sine urgente tamen gravique causa, dispensationes concedi non debent; Vid. *Myler* l. c. §. 8, pag. 464; ubi plures hanc in rem allegati; quibus add. *Schilter*, *Institut. Jur. Publ.* Lib. I, Tit. IX, §. 4, pag. 106 & 107; Dn. *Brunneman*, *Exam. Jur. Publ.* Lib. V, Cap. I, §. 5, pag. 137; eandemque Romano-Catholicos amplecti sententiam, testatur *Jacobus Gretserus*. in Disp. de *Cognatione & Affinitate*, An. 1594. 17 Junii, *Ingolstadii* habita, Thes. 1, §. 19, pag. m. 8. verb. *Rectissime statutum est à Concilio Tridentino, ut non dispensetur cum quoquam, nisi re accurate considerata, & in secundo gradu quidem*, (lineæ obliquæ, seu collateralis) *non nisi cum Magnis Principibus, & ob causam publicam; in cæteris gradibus, facilior est dispensatio; nunquam tamen sine causa justa &c.*

(*b*) DISPENSARE &c. Pertinet huc Dissertatio de *Principum in dispensando potestate*, Præside Dn. *Engelbrechto*, Anno 1695, Helmstadii habita. Inveteratæ rixæ: *In quibus Gradibus dispensationes humanæ locum habere queant?* Communiter provocatur ad *Levit.* XVIII & XX. Ast novæ lites:

(1) *An Præcepta ista, seu Interdicta, sint Juris divini universalis*, id est, *num ejusdem sint naturæ cum Lege morali*, quæ omnes Gentes obligat, quamcunque etiam Sectam profiteantur, ita ut nemo mortalium exceptionem hic interponere valeat? *an vero Juris Divini duntaxat particularis*, habito respectu ad Rempublicam Judaicam?

(2) *Utrum Præcepta ista, seu Interdicta, respiciant saltem personas nominetenus expressas? an vero extendantur ad alias quoque ejusdem gradus cum ibidem nominatis?*

Quoad (1) sunt, qui ea omnia *Legis moralis* censu habenda esse arbitrantur, adeoque immutabilia, omnes homines obligantia, & in omne ævum duratura, vid. *Martinus Bucerus*, in *Comment.* ad XIX. *Matthæi*; *Philippus Melanchthon*, in *Locis Communib. Theologicis*, Tit. de *Conjugio*; *Fridericus Balduinus*, Lib. 4. *Casuum Conscientiæ*, Cap. XIII, Cas. 9, pag. 1216; *Paulus Tarnovius*, de *Conjugio* lib. 2, Cap. 34, pag. 697; *Joh. Gerhardus*, in Loco de *Conjugio*, §. 297; *Caspar Erasmus Brochmandus*, de *Conjugio*, Cap. 4. Quæst. 50; *Martinus Chemnitius*, *Exam. Concilii Tridentini*, Sess. VIII, sub *Pio IV.* An. 1563, Can. 3. p. m. 429; *Joh. Conradus Dannhawer*, T. 1. *Theolog. Conscientiariæ*, pag. 782; *Joh. Hülsemannus*, in *Breviario Theologico*, Cap. XXI, §. 9. 12. *Michaël Havemannus*, in *Gamologia*, lib. 2, Tit. I, Reg. 16, pag. 281; & Tit. 7, Reg. 2, pag. 334 &c. *Abraham Calovius*, Tom. VIII. *Systematis Locorum communium*, pag. 540, & in *Bibl. Illustrat.* N. T. *ad 1 Corinth. V*, v. 1, f. 289; *Waltherus*, in *Miscellaneis Quadragen.* c. 23, pag. 620; *Carpzovius*, *Jurisprud. Eccles.* lib. 2, Tit. VII, Definit. 109, §. 11 & seqq. pag. 518; *Grotius*, de J.B. & P. lib. 2, Cap. V, §. 13, v. 1. pag. m. 153; *Vinnius*, ad *Instit.* Tit. de *Nuptiis*, §. 6; *Ziegler* in *Lancelotti Jus Canonicum*, pag. 461 &c. *Joh. Georg. Nicolai*, de *Repudiis & Divortiis*, C. 3. §. 30, pag. 175, & *Resolut. Casuum Dubior.* Cas. 3, n. 151 &c. *Brunneman*, & *Stryckius*, *Jur. Eccles.* lib. 2, Cap. XVI, pag. 27; omnesque alii, qui *Levit.* XVIII & XX, *Gradus* prohibitos esse censent, nec tantum *personas*. Alii contra, & quidem omnes fere, qui eadem præcepta, seu Interdicta, ultra literam extendi posse negant, dogma hoc non aliter accipiunt, quam quoad *Lineam ascendentem & Descendentem*, gradumque primum *Collateralis*, ita, ut æterna Lege nuptias inter Parentes & Liberos, pariter ac inter Fratres Sororesque, vetitas statuant; secus autem in Gradibus remotioribus; existimantes, sermonem ibi saltem fieri de regulis, quas Judæi, contrahendo matrimonia, observare tenerentur, Christianos amplius, destructa Hebræorum Republica, non obligantes, proinde, dispensandi jus integrum hic esse summis Principibus. Hinc *Concilium Tridentinum* cit. Can. 3: *Si quis dixerit --- non posse Ecclesiam in nonnullis illorum* (Graduum, Levit. XVIII.) *dispensare, anathema sit &c.* & *Bellarmini* Thesis, Tom. 3. *Controversiar.* lib. I. Cap. 27. p. m. 1401 &c. *Non omnia Præcepti Levitici de Gradibus Cognationis, esse de Jure Naturæ.* Fundamenta *prioris sententiæ* sunt, quod (1) Jehova connubia ista appellet *abominationes*; & quidem (2) *quibus Gentes se polluissent*; quas etiam propterea, (3) in conspectu Populi sui, esset ejecturus; pariter ac (4) Terra, quam incoluerant, eas jam evomuisset; ita sane Levit. XVIII, §. 24, Interprete B. *Schmidio*: *Ne polluite Vos omnibus his: quia omnibus his pollutæ sunt Gen-*

Gentes, quas ego (sum) *ejiciens coram vobis*; & *§. 25. Unde polluta est Terra, visitavique iniquitatem ejus, super eam, evomuitque Terra habitatores suos*; *§. 27*: *Omnes namque eas abominationes fecerunt Viri Terræ, qui ante vos; ideo polluta est Terra*; *§. 28*: *Ita non evomet Terra vos, ob hoc, quod polluitis illam; quemadmodum evomuit Gentem, quæ ante vos &c.* addita (5) comminatione, §. 29: *Omnem enim, qui fecerit* (quid) *de omnibus abominationibus istis* (quod attinet) *exscindentur animæ facientes* (illas) *è medio Populi sui*; bis repetito (6) præcepto: de observandis Statutis, §. 26: *Observabitis ergo Statuta mea, & Judicia mea, nec faciatis* (quicquam) *de omnibus abominationibus istis; indigena & peregrinus, peregrinans in medio vestri*; & §. 30, *Quare custodietis custodiam meam, ut non faciatis* (quicquam) *de statutis abominationum, quæ facta sunt ante Vos: neque polluemini istis: Ego* (enim sum) *Jehovah, Deus Vester.* Conf. *Levit. XX*, §. 10 ad 23; ubi maledictiones & pœnæ transgressoribus dictatæ.

Posterioris defensores regerunt (1) vocabulum *abominationis*, respicere saltem conjunctiones moraliter prohibitas v. g. inter ascendentes & descendentes, Fratres & sorores, peccataque Sodomitica; nec simul reliquas, quarum ibi facta enumeratio. Ita *Sebastianus Münsterus*, in Annot. ad *Levit.* XVIII, *§.* 24, verb. *Non polluemini* &c. Tom. I *Criticorum sacrorum*, pag. 820: *Non est intelligendum de omnibus, sed de quibusdam enormibus; cum Jacob habuerit duas Sorores in Uxores; & Amram duxerit Jochabed, patruam suam: licet, post prohibitionem divinam, etiam hujusmodi contractus facti sint illiciti &c.* & *Hugo Grotius*, in eundem *§.* 24, verb. *In omnibus his, quibus contaminatæ sunt universæ Gentes &c.* ibid. pag. 828: *Hoc de contaminatione Gentium refer ad postrema illa; aut, si vis, adde & incestus Juris Gentium &c.* conf. Idem, de J. B. & P. lib. 2, Cap. V, *§.* XIV, v. 2, p. m. 155: *Nec difficilis est responsio ad id, quod diximus de peccato imputato Cananæis, & finitimis Populis. Potest enim locutio universalis restringi ad præcipua ejus capitis, ut: de concubitu cum masculis, cum bestiis, cum Parentibus, cum Sororibus, cum nuptis alienis; in quorum προφυλακὴν, &, ut Hebræi loquuntur, præmunimentum, additæ sint Leges ceteræ: nam de singulis partibus ne intelligatur, argumento esse potest interdictum de non habendis eodem tempore in matrimonio sororibus duabus: quod in commune datum olim humano generi fuisse, Jacobi pietas, qui contra fecit, credere nos non sinit. Addi potest factum Amrami, qui Pater Mosis fuit, nam & is, ante Legis tempora, amitam duxit Uxorem, sicut materteras, apud Græcos, Diomedes & Iphidamas; Areten, Fratris filiam, Alcinous &c.* Brucknerus, in *Decis. Jur. Matrimon.* C. XV, *§.* 45: *Acceptatur, quod ex sacro Textu affertur: Omnes istas execrationes, conjunctim sumtas, fecisse accolas Terræ &c.* Ill. Dn. *Stryckius*, de *Diss. Sponsal.* Sect. V, §. 17: *Dicitur, in omnibus istis simul sumtis commaculasse se Gentes, ideo, quod incestus in Linea descendente, adulterium, & crimen sodomiticum, prohibitorum casuum numero inseruit Deus. Sed non dicitur, quod propter singulos casus seorsim se macularint; &, si hoc quoque dicendum esset, adhuc tamen non sequitur, quod etiam propter singulos fuerint ejecti &c.* Jung. Dn. *Joh. Melchior Gœtze, in der kurtzen doch gründlichen Abfertigung, der von Hrn. Lic. Friderich Ernst Kettnern gemachten Untersuchung der Frage: Ob Jemand seiner verstorbenen Frawen Schwester, mit gutem Gewissen, heyrathen könne?* §. 10, pag. 48 & seqq. (2) Si Præcepta ista fuerint omnia Juris divini universalis, & concubitus isti indistincte, moraliter & intrinsece mali, sanctissimos Patriarchas mortale peccatum commisisse, nuptias celebrando, vel expresse ibi damnatas, v. g. *Jacobum*, cum duabus Sororibus, *Lea* & *Rahele*, simul viventibus, *Genes.* XXIX, *§.* 16 &c. & XXX, *§.* 1. usque ad §. 25; contra *Levit.* XVIII, *§.* 18; *Ger* & *Onan*, *Judæ* filios, cum *Thamar*, tertio quoque Fratrum, *Selæ*, jam promissa, *Genes.* XXXVIII, §. 2 &c. contra, §. 16, cit. Cap. XVIII, *Levit.* & XX, *§.* 21; *Amramum*, cum Amita, *Jochebed*, unde prognati: *Aaron*, *Moses* & *Mirjam*; vid. *Exodi* VI, §. 20, & *Numer.* XXVI, §. 58 & 59, contra cit. Cap. *Levit.* XVIII, *§.* 12, & XX, §. 19. Vel tamen ejusdem gradus cum vetitis, e. g. *Abrahamum*, Patrem omnium credentium, cum *Sara*, Germani Fratris, *Haran* filia; (vocat quidem vel ipsemet *Abraham*, *Genes.* XX, §. 12, eam *sororem suam consanguineam*, docetque *Grotius*, in hunc locum, plerosque Hebræos eandem, pro vera *Tharæ* filia, consequenter *Abrahami* sorore, ast non ex eadem, qua *Abraham*, Matre in lucem edita, habere; vid. cit. Tom. I *Criticor. Sacror.* p. m. 225; *Sebastianus Castalio* autem, in eundem locum, cit. T. I *Critic. Sacr.* pag. 222, constituit eam *Abrahami*, ex fratre *Haran*, neptem, verb. *Mea soror ex Patre est; hoc est, consanguinea; Sic enim loquuntur Hebræi; Thara, meo Patre, prognata, sed non Matre mea; nam non eadem Matre nati sunt Abraham, & Saræ Pater, Haran.* Quam sententiam & *Isidorus Clarius*, in eundem locum, ibid. pag. 223, amplectitur: *Soror mea est. Fuit soror ejus, sicut Lot frater. Dixit enim supra: Viri fratres sumus; cum Fratrum essent Filii. Sic illam Hebræi putant*

Fratris fuisse filiam, qui Frater aliam, quam Abraham, habuerit Matrem. Juxta *Lutherum*, Tom IX *Aldenburg.* ad eundem locum, pag. 542, fuit *Sara Hara* saltem privigna, ibi: *Moses setzt das klärlich, (* Genes. XI, §. 26 *) wie Thare drey Söhne gehabt, als: Nahor, Haran und Abraham ; und (* l. c. §. 27, & Cap. XIV, 12 *) daß Loth vom Haran gebohren sey; Loth aber sey der Sara Bruder gewest; Sagt aber von der Sara nicht, daß sie von Haran gebohren sey - - - - Ists der nechste Weg, daß wirs dafür halten, daß Sie Haran Stief-Tochter gewest sey &c.* &, interjectis paucis: *daß Sie weder eine natürliche, noch rechte Tochter Haran gewest, sondern mit der Heyrath der Witben, angenommen sey &c.* Hoc autem esse non posse, evincunt testimonii verba ipsius *Abrahami, Genes.* XX, 12: *Vere soror mea est; Filia Patris mei est, sed non filia matris meæ.* Potius igitur eodem sensu *Abrahami* soror vocatur, quo *Loth* Ipsius frater, *Genes.* XIII, §. 8 & 11, & XIV; 14, cum manifestum sit, eum fuisse *Abrahami*, ex fratre *Hara*, nepotem; *Genes.* XI, 27. XIV, 12; non adeo male sentiunt, qui, sub vocabulo *Jisca, Gen.* XI, 29, *Saram* latere perhibent;) *Nachorem*, cum ejusdem *Hara*, Germani sui, filia *Milca*, *Genes.* XI, §. 29. (3) Nec decentem propterea pœnitentiam egisse legi, sed potius in peccato perseverasse, adeoque fuisse damnatos, quod horrendum dictu, & aperte contra sacram Scripturam, *Matth.* VIII, 11. *Rom.* III, 3, *Jacob.* 2, v. 21, passimque alibi. (4) Nec prolem inde natam incestus turpitudine liberari posse; vid. *Bellarminus* l. c. pag. 1403; (5) Nec licuisse Legislatori æterno, sub pœna etiam *Excalceationis*, matrimonium cum defuncti *sine prole* Fratris vidua præcipere; *Deut.* XXV, §. 5; *Matth.* XXII, 24, *Marc.* XII, 19; *Luc.* XX, 28; Conf. *Bellarminus* l. c. pag. 1407; *Vatablus*, in *Deuter.* XXV, §. 5, cit. Tom. I *Criticor. Sacror.* pag. 1315; *Drusius*, in eundem locum, ibid. pag. 1316; *Grotius*, in eundem, l. c. p. 1318 &c.

Quoad (2) firmiter tenent multi Doctores, non solum nominatas *Levit.* XVIII & XX, personas, sed Gradus ibidem expressis congruentes, prohiberi, eo quod (1) à simili, præcepta deducantur similia, (2) absurdum inde sequeretur, alicui fas esse, proneptem in uxorem ducere; vel huic, nubere proavo; utpote quarum personarum nulla ibi mentio. (3) Generali Interdicto *Levit.* XVIII, v. 6, cautum sit, *nemini virorum licere ad ullas carnis suæ reliquias appropinquare ad revelandam nuditatem*; ita, post *Ariam*, ex fonte, interpretatur Dn. *Schmidius*, quod *Lutherus*, vertit: *Niemand soll sich zu seiner nächsten Blutsfreundin thun, ihre Scham zu blössen &c.* quamvis *Drusius*, in eundem Textum, *Vulgatam* hic præferendam existimet, locoque: *ad carnis suæ reliquias*, ponendum: *ad proximam sanguinis sui*; vel, ut *Santes* reddidit: *Ad omnem propinquam carnis suæ*, vid. cit. Tom. I *Criticor. sacror.* pag. 825; ut proinde nulla propinquarum excludatur. (4) Gradus remotiores sint vetiti, quidni & proximiores, licet non exprimantur, v. g. matrimonium cum Patrui vidua; *Levit.* XVIII, 14, & XX, 20; nec tamen neptis cum Patruo, vel Avunculo, prohibitum reperiri; (5) Nulla ratio dari queat, cur iniquæ sint nuptiæ cum Amita, vel Matertera, *Levit.* XVIII, 12 & 13, & XX, v. 19; nec simul cum Patruo, vel Avunculo? similiter, cum fratris (qui non improlis decessit) vidua, ibid. §. 16; & XX, 21; nec tamen, cum Sororis viduo, seu affine? rursus, cum Vidua Patrui, ibid. Cap. XVIII, §. 14, & XX, §. 20; nec æque cum Viduo Materteræ? eodem ubique Gradu existente, sive eadem personarum distantia. (6) Propugnarint jam thema hoc *Rostochienses* Theologi, in Responso, ad Principem quendam, 24 Julii, An. 1559, ad Quæstionem: *Ob einer seines Bruders nachgelassene Witwe zur Ehe nehmen möge?* apud *Dedekennum*, Vol 3 *Consiliorum*, Lib. 3, Sect. 2, Tit. 2, §. 8, p. 353 &c. nec non in alio, sub dato Rostock, 13 Mart. An. 1597, ad Quæstionem: *Ob einer seiner verstorbenen Braut Schwester ehelichen möge?* apud eundem l. c. §. 2, pag. 349; ut & apud Dn. *Fridericum Ernestum Kettnerum, In der gründlichen Untersuchung der Gewissens-Frage: Ob Jemand seines verstorbenen Weibes leibliche Schwester, nach Geist- und Weltlichen Rechten, heyrathen darff?* de An. 1707, §. VI *der Beylagen*, p. 30 &c. *Philippus Melanchthon* in Responso, d. 20 Aug. An. 1559, ad Quæst. *An viduam Fratris in Uxorem ducere liceat?* apud *Dedekennum* l. c. §. 9, p. 359; *Theodorus Beza*, Tract. de *Repudiis & divortiis*, passim, *Bellarmino* propterea l. c. Cap. XXVII, pag. 1403, male olens; Theologi *Wittenbergenses*, in Responso, An. 1596, ad Quæst. *Ob einer seines verstorbenen Weibs Schwester zur Ehe nehmen könne?* apud *Ægidium Strauchium*, Lib. *daß das Gesetz Mosis, von des Weibes Schwester, noch veste stehe &c.* pag. 43; & Dn. *Kettnerum* l. c. §. V, pag. 25 &c. *Henricus Heshusius* Superintendens, & Ministerium *Hildesiense*, in Responso, de An. 1596, 12 Nov. in eadem materia, apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. XI, pag. 57 &c. Theologi *Jenenses*, in Responso, 26 Febr. 1597, ad eandem Quæstionem, apud *Dedekennum* l. c. §. 7, p. 353 &c. *Joh. Gerhardus*, General. Superintendens Coburgicus, in Responso: *An quis defunctæ Uxoris sororem in matrimonium ducere possit?* apud *Dedekennum* l. c. §. 10, pag. 360; & in alio, sub dato *Coburgi*, An. 1616, ad Quæst. *Ob ein Wittwer seines verstorbenen Weibs Schwester Tochter ehelichen müge?* ibid. §. 11, pag. 368. &c.

368 &c. rursus, §. 18, p. 380, ad eandem Quæstionem; Idem, in *Locis communibus Theologicis*, Tit. de *Conjugio*, §. 290 &c. *Ludovicus Dunte*, in *Decisionibus Casuum Conscientiæ*, Cap. XIX, Sect. 2, Quæst. I, p. 469, Edit. Lubec. 1636; Theologi *Electorales Saxonici*, novissime, in Responso, de An. 1706, 4 Nov. ad Quæst. *Ob die Ehe zwischen einem Manne, und seines verstorbenen Weibs Schwester, nach Göttlichen Rechten, zuläßig?* apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. 13, pag. 79 &c. Theologi *Jenenses*, in Responso, ad eandem Quæstionem, de An. 1707, ibid. §. 14, p. 85, quorum Judicium *Hallenses*, An. eod. 17 Maji confirmarunt; ibid. §. 15, pag. 92 &c. *Schneidewinus*, ad Instit. Tit. de *Nuptiis*, Rubr. *in Quibus Gradibus jus divinum prohibet matrimonium contrahi?* §. 16; *Simon*, ad *Grotium*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. V, §. 14, v. 1, pag. 248; sexcenti alii.

Qui his contrariantur, & Interdicta *Levit.* XVIII & XX saltem *personas* nominetenus expressas ferire, nec, (exceptis moralibus præceptis, de vitando coitu As- & descendentium; Fratrum sororumque: adulterio: sodomia & bestialitate; quippe quæ universos homines, qua tales, obligent,) nisi Judæis præscripta esse, contendunt, respondent ad (1) procedere hoc in foro humano, secus ac in divino; Sapientissimum Numen nemini Legum suarum factorumque rationem reddere teneri; *Rom.* IX, §. 20; nemini constare: cur nec pii, nec impii, paria subeant fata in mundo? imo, sæpius inversus plane notetur ordo, cunctis impio ex voto cedentibus, spem contra in Deum ponente variis & gravibus ærumnis presso; *Psalm.* X, tot. & LXXIII, v. 3 & seqq. Ad (2) Regulas morales, coitus omnes, à quibus vel ipsa natura abhorret, quo in primis connubia inter As- & Descendentes in infinitum referenda, jam includere; Ad (3) de hoc neminem dubitare; quæstionis cardinem: Quænam personæ, sub vocabulis *propinquarum carnis suæ*, intelligendæ veniant? communiter quidem ex *Nicolao Selneccero*, in *Explicatione Examinis Philippi Melanchthonis*, ad *Levit.* XVIII, proferri Versus:

Nata: Soror: Neptis: Matertera: Frater & Uxor:
Et Patrui Conjux: Mater: Privigna: Noverca:
Uxorisque Soror: Privigni nata: Nurusque:
Atque Soror Patris: conjungi Lege vetantur.

rectius autem docere *Chemnitium*, in Loco de *Conjugio*, pag. 207: *Caro Carnis est, quæ aut ex mea carne propagata est*; (ergo Liberi, & ex iis descendentes omnes) *vel, ex cujus carne ego propagatus sum*; (Parentes, eorumque Genitores, in infinitum) *vel, quod mecum ex eadem carne propagatum est*; (Fratres Sororesque, quamvis accuratius, Frater & Soror, *caro ejusdem carnis*, quam *caro carnis*, cum à se invicem non descendant, vocentur;) pariter ac *Lancelottum*, in *Institutionibus Juris Canonici*, Lib. 2, Tit. XIII, de *Triplici cognatione*, §. *Naturalis cognatio*, verb. *Est autem Consanguinitas, attinentia personarum, ex eo proveniens, quod una descendit ab altera, vel ambo ab eadem: vel, Consanguinitas est vinculum personarum, ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum &c.* Inter hasce personas vetita omnino matrimonia, æque ac inter reliquas, *Levit.* XVIII & XX nominatas, ubi respectus Parentis adest. Ad (4) Standum voluntati domini; *Rom.* IX, 19; neminem conqueri posse, cur has, nec alias personas, nominaverit! bene *Radulphum*, Nigrum Monachum *Flaviacensem*, (non quidem An. 910, ut *Bellarmino*, de *Scriptorib. Eccles.* p. m. 159 videtur, sed an. 1157, *Alberico*, Monacho trium fontium, ad h. a. pag. 329, teste, florentem) in Comment. in *Levit.* XVIII, scribere: *Non prohibetur Homo ad quamlibet propinquam accedere, sed ad eam solum, quam sequens sermo determinabit &c.* ut & B. *Lutherum*, Tom. 2 *Jenens. German.* pag. 165: *Gott rechnet nicht nach Gliedern, wie die Juristen thun, sondern zählet strack die Persohn. Sonst, weiln des Vatters Schwester, und des Bruders Tochter, in gleichem Grad sind, müßt ich sagen: daß ich entweder meines Brudern Tochter nicht nehmen könte; oder auch meines Vatters Schwester nehmen möchte. Nun hat Gott des Vatters Schwester verboten, die doch in gleichem Glied sind &c.* Ad (5) Rationem omnino, minimum aliqualem, dari posse; quod enim Deus, per *Mosen*, prohibuerit *conjugium cum amita, & matertera*; nec simul *cum nepte ex fratre*, vel *sorore*; sive, quod idem est, *cum Patruo, & Avunculo*, (quo *Abrahami & Nachoris* matrimonia, de quibus dictum, pertinent,) etiamsi utrinque idem sit gradus, id ideo factum, quia turpius longe, *Nepotem cum Amita* conjungi, quam *Patruum cum Nepte*; ordinarie siquidem Amitam esse Nepote seniorem, &, ratione gradus sui, habere in Nepotem, patriam quasi potestatem; Uxoris autem esse: subjici marito, ab eoque regi; proinde indecens, Amitam, qua Uxor est, Nepoti, qua marito, subjici, à quo potius, ut Mater, colenda. Vid. *Bellarminus*, cit. Tom. 3. *Controversiarum*, Lib. I, Cap. XXVII, pag. m. 1403, §. *Deinde Consequentia &c. Lutherus* l. c. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. V, §. XIV, pag. 155 &c. §. 1; ad quarundam Gentium consensum provocans; Eandem militare causam, ubi cit. *Levit.* XVIII, §. 14, & XX, 20, vetitum extet connubium *cum Patrui vidua*; matrimonio *cum matertera Viduo* non prohibito; obstante, scil. in priori, *Viduæ Patrui* ætate, cum contra nihil impediat, quo minus neptis *materteræ viduo* subsit, & ab eo regatur. Sic, matrimonium cum

cum fratris vidua interdictum, *Levit.* XVIII, §. 16, & XX, 21, quia Deus id pro *nuditate Fratris* habet: *Du solt deines Bruders Weibes Scham nicht blössen, denn sie ist deines Bruders Scham*; ita Versio Lutheri loci prioris; & posterioris: *Wenn jemand seines Bruders Weib nimpt, das ist eine schändliche That darumb daß er seines Bruders Scham geblöset &c.* Ob confusionem nimirum seminis; quæ cesset in matrimonio *cum Sororis viduo*, licet idem gradus occurrat; præter quod nullibi legamus: *viduum conjugis sororis* esse ipsius nuditatem. Ad (6) Auctoritatibus opponi posse, auctoritatem Ecclesiarum, quæ in Gradibus, Jure divino expresse non prohibitis, *dispensarunt*, e. g.

In Matrimonio cum duabus Sororibus, veluti:

Honorii Imperatoris, cum duabus *Stelichonis*, Occidentalis Imperii Procuratoris, atque *Serenæ*, consobrinæ suæ, filiabus, *Maria & Thermantia*; de quo ita *Zosimus*, lib. V *Histor.* Cap. 4, p. m. 506, Edit. *Cellarii*, An. 1679: *Stelicho, qui Regni occidentalis curam gerebat, Honorio Principi filiam, quam susceperat ex Serena, matrimonio copulat. Et isthac Serena filia, erat Honorii, qui Theodosii, Principum* (Honorii & Arcadii) *Parentis, frater fuit &c.* & Cap. XXVIII, pag. 581: *Imperator autem Honorius, Maria Conjuge jam pridem rebus humanis exempta, Sororem Ejus Thermantiam, sibi matrimonio jungi petebat &c.* Conf. *Marcellinus* Comes in Chronico, Indictione VI, *Bassa & Philippo* Consulibus, apud *Scaligerum*, in Editione *Eusebii*, p. m. 37: *Stilicho Comes, cujus duæ filiæ Maria & Thermantia, singulæ Uxores Honorii Principis fuere, utraque tamen Virgo defuncta &c.* Add. *Barthius*, in Animadversionibus in *Claudiani* Epithalamion in Nuptias *Honorii*, p. m. 766 & 767; quamvis vix promulgata fuerit Lex *Valentiniani, Theodosii & Arcadii* Impp. de duabus sororibus non ducendis; teste L. 5 C. de *Incestis & inutilibus nuptiis*, ibi: *Fratris Uxorem ducendi, vel duabus sororibus conjungendi, penitus licentiam summovemus &c.*

Sec. XV, *Roderici Ponce de Leon*, *Arcosii* Ducis, cum *Johanna*, fil. *Alphonsi Tellez Giron*, Com. de *Urenna*; & *Maria*; ejus sorore, *Henrici IV* de *Gusman*, *Medinæ Sidoniæ* Ducis, vidua; Vid. Dn. *ImHoff*, *Histor. Geneal. Familiarum Illustrium Ital. & Hispan.* Tab. VIII Domus de *Acunia*, p. 123.

Emanuelis, Regis *Portugalliæ*, cum *Isabella*, *Ferdinandi Catholici*, Hispaniarum Regis, filia, & *Alphonsi VI*, Portugalliæ Regis, vidua, An. 1497; & An. 1500, cum defunctæ sorore, *Maria*. Vid. *Daniel Chamier*, in *Panstratia Catholica*, Tom. III, lib. XVIII, Cap. IX, §. 2, pag. 669. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Regum Europæ*, Tab. XXIV; & Dn. *Hübner*, *Tabb. Geneal.* §. 45.

Sigismundi Augusti, Regis *Poloniæ*, cum *Elisabetha*, *Ferdinandi I*, Romanorum Regis, filia, An. 1543; & An. 1553, cum *Catharina*, ejus sorore, *Francisci*, *Mantuæ* Ducis, vidua. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. Tab. XLVIII; Dn. *Hübner* T. 96 & 126.

Raimundi Ursini, Com. de *Pacentri*, cum *Feleciana*, fil. *Pauli Carafæ*, è domo Ducum de *Ariano*; & *Faustina*, ejus sorore. Vid. Dn. *ImHoff* cit. *Hist. Geneal. Ital. & Hisp.* Tab. IX Domus *Carafæ*, pag. 319.

Petri Alvaredi, cum *Francisca & Beatrice de la Cueva*, Sororibus. Vid. *Franciscus Lopez*, lib. VI *Historiæ Indicæ*, Cap. XIV; *Chamier* l. c.

Christophori Radzivil, *Birsæ & Dubinsky* Ducis, an. 1604 defuncti, cum *Catharina*, & *Elisabetha*, *Constantini*, Ducis in *Ostrog*, filiabus. Vid. *Neu bestalter Agent von Hauß aus*; 2 Fonction, X *Depêche*, §. 317, p. 831.

Sigismundi III, *Poloniarum & Sueciæ* Regis, cum *Anna*, fil. *Caroli*, ArchiDucis Austriæ *in Grätz*, An. 1592; & An. 1605, 11. Dec. cum *Constantia*, ejus sorore, anno 1631 mortua. Vid. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Regum Europ.* §. 49; & Dn. *Hübner* l. c. Tab. 91, & 96, & 127.

Caroli de *Crequi*, Ducis *de Lesdiguieres*, cum *Magdalena*, de *Bonne*, filia *Francisci de Bonne*, Ducis de *Lesdiguieres*, An. 1595; Annoque 1625, cum *Francisca*, sorore ejus consanguinea. Vid. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Gall.* Part. 2, Tab. 31 & 34.

Francisci, Ducis de *Modena*, cum *Maria* Farnesia, filia *Rainutii*, Ducis *Parmæ*, An. 1630; Annoque 1648, cum *Victoria*, ejus sorore. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, Tab. 105; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 297 & 305.

Augusti Philippi, Ducis *Holsato-Sunderburgici* in *Beck*, cum *Clara*, fil. *Anthonii*, Com. de *Oldenburg* & *Delmenhorst*, An. 1645, Annoque 1649, cum *Sidonia*, Ejus Sorore. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, Tab LXI; Dn. *Hübner*, l. c. Tabb. CCXVI & CCXXII.

Didaci IV de *Benavides & Cueva*, Marchionis de *Solera* & Com. de *Sant Istevan*, qui An. 1666 decessit, cum *Anthonia d'Avila & Corella*, Marchionissa *de las Navas*, & Comitissa de *Risco & Concentaina*; eaque mortua, cum *Johanna*, ejus Sorore. Dn. *ImHoff*, *Histor. Geneal. Famil. Italiæ & Hispaniæ*, Tab. 2 Domus de *Benavides*, pag. 170.

Michaëlis de *Meneses & Noronna*, Ducis de *Caminna*, & Marchionis de *Villa Real*, qui obiit An. 1641, cum *Margaretha* de *Moura*, fil. Marchionis.

nis *de Castel Rodrigo, Michaëlis*; eaque extincta, cum *Mariana de Castro*, ejus sorore. Dn. *ImHoff*, Tab. XV *Stemmatis Desideriani*, p. 92.

Rainutii II, Parmæ Ducis, An. 1664, cum *Isabella d'Este*, fil. *Francisci*, Ducis *Modenæ*, & An. 1668, cum *Maria*, ejus sorore. Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, Tab. 105, & 112; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 297, & 305.

Alberti Ernesti I, Comitis, posteaque Principis *Oettingensis*, An. 1665, cum *Christina Friderica*, Annoque 1682, cum *Eberhardina Catharina*, *Eberhardi III*, Wirtenbergensium Ducis, filiabus. Dn. *ImHoff* loc. cit. §. 55; & *Notit. Procer. Imper.* lib. 4, Cap. VI, §. 13, pag. m. 170, & §. 17, pag 171; & Lib. V, Cap. XI, §. 9, pag. 270; *Schowartus, Observat. Histor. Geneal.* Cap. 13, §. 4, pag. 409 & 410; & Cap. XIX, §. 3, pag. 480; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 203, & 271.

Johannis Melchioris Gætzii, SS. Theol. D. & Pastoris Primarii ad D. Martini Halberstadii, An. 1706, 7 Nov. cum *Anna Magdalena Bertram*, Doctoris *Weisbrodii* vidua, defunctæ An. 1705, 13 Dec. prioris Conjugis Germana Sorore; dispensante desuper Potentissimo Borussiæ Rege, sub dato *Potsdam*, 17 Maji, 1706; Vid. ipsius Dn. *Gœtzii*, *Annoch ungekränckte Ehre der Ehe mit der verstorbenen Frawen Schwester*, impress. Francofurti ad Mœnum, An. 1707, p. 11, §. 1; p. 14, §. 4, pag. 40, §. 16, ubi Regis dispensatio.

Johannis Roggenkamp, Cellensis Præfecti Castrensis, (*Burg-Vogt*) An. 1714, cum *Eleonora Juliana*, fil. *Augusti Bartels*, Commissarii Gifhornensis; eaque mortua, An. 1720, cum *Sophia Hedwig*, ejus sorore, consentiente Potentissimo Rege Magnæ Britanniæ, *Georgio*, sequente Rescripto ad Consistorium:

Georg Kœnig &c. und Churfürst &c.

Räthe und Liebe Getrewe,

Wir haben ersehen, was Ihr, wegen der, von Unserm BurgVoigt Roggencamp gesuchten Dispensation, *seiner verstorbenen Frawen Schwester*, N. *Bartels, zu heyrathen, zum erforderten Gutachten, an Uns gelangen lassen. Als wir nun der beständigen Meinung seind, daß diese Heyrath im Göttlichen Wort nicht verbotten, auch verschiedene Lehrer der Protestantischen Kirche, sampt der Theologischen Facultæt Unserer Julius-Universitæt Helmstädt, solche Ehen nicht mißbilligen; So haben Wir, krafft Landes-Fürstlicher Macht und Gewalt, demselben die* Dispensation *und Erlaubniß, zu der vorhabenden Heyrath, mit seiner verstorbenen Ehe-Frawen Schwester*, N. *Bartels, hiemit ertheilen wollen. Und befehlen euch in Gnaden, bey dem Ministerio zu Zelle, oder woselbst sich* impetrant *sonst trauen lassen möchte, die Verfügung zu thun, demselben darunter keine Hinderung zu machen, sondern, auf sein Verlangen, die Trauung ohnweigerlich zu verrichten.*

Wir verbleiben &c.

Herrnhausen, den 28 Aug. 1720,

Georg R.

Cui jungi potest recentius Rescriptum Consistorii Hanoverani, ad Dn. Præpositum Luchoviensem, d. 25 Octob. 1721, in casu simili:

Unsere &c. Nachdem Seine Königl. Majest. Unser allergnädigster Herr, dem Lieutenant, Sebastian de Tessier, Dispensation *ertheilet, seiner verstorbenen Frauen*, (Genofevæ, an. 1720 mortuæ) *Schwester, Elisabeth Sprengers, des Amptman zu Wustrow, Joh. Friederich Sprengers, Tochter, zu heurathen; als wird, auf solchen Special-Befehl Sr. Königl. Maj. vor Höchstgedacht, hiemit anbefohlen, wenn vorgemeldte Persohnen, zur* Copulation *sich anfinden solten, nach der Verordnung sich zu achten. Wir sind &c. Hanover, den 25 Octobr. 1721.* Nuptiæ etiam celebratæ sunt An. 1722, 23 April.

Similiter, *in Matrimonio cum duobus Fratribus*, v. g.

Edmundi, Staffordiæ Comitis, in Salopiensi prælio, An. 1404, 21 Julii, occisi, cum *Anna* Plantageneta, *Thomæ de Woodstock, Glocestriæ* Ducis, filia, Fratrisque, *Thomæ*, Com. de *Stafford*, An 1392, 4 Julii, denati, vidua. Dn. *ImHoff*, *Histor. Genealog. Angl.* Tab. XXVII.

Henrici VIII, Magnæ Britanniæ Regis, cum *Catharina, Ferdinandi Catholici*, Hispaniarum Regis, filia, *Arthuri*, Walliæ Principis, Germani Fratris sui, vidua, An. 1509, dispensante *Julio II*, P. R. Vid. *Spondanus*, Tom. 2 *Contin. Annal. Baronii*, ad An. 1509, §. XI, pag. 271; *Chytræus*, *Chron. Saxon.* lib. VI, an. eod. pag. 186; *Bellarminus*, cit. Tom. 3 *Controversiarum*, Lib. I, Cap. 24, p. 1405; *Chamier*, in *Panstratia*, l. c. de *Larrey*, Tom. I *de l'Histoire d'Angleterre*, in vita hujus Regis, p. 80 &c.

Johannis Tagliavia, de quo Duces de *Terra Nova* descendunt, cum *Anthonia*, fil. Caroli de *Aragonia & Guilles*, Baronis de *Avila & Terra Nova*; *Francisci*, Principis de *Castel-Veterano*, Germani sui, relicta. Dn. *ImHoff*, *Histor. Geneal. Ital. & Hisp.* Tab. 4 *Regiæ Stirpis Arragoniæ*, p. 9.

Johannis de Laval, Marchionis de *Nesle*, & Comitis de *Joigny*, cum *Renata de Rohan*, filia *Ludovici*, Domini de *Guimené, Montbazon & S. Maure*,

Fratris sui, *Renati*, Baronis de *Maillé*, & Dn. de *Loué*, An 1562 ad plures abeuntis, vidua. Dn. *Im-Hoff*, *Geneal. Gall.* Part. I, Tab. 49; & Part. 2, Tab. XV.

Henrici d'Escars, cum *Anna*, Comitissa de *Fronsac*, filia *Godofredi*, Domini de *Caumont*, viduaque fratris sui, *Claudii d'Escars*, Principis de *Carency*. Vid. Dn. *ImHoff* l. c. Part. 2, Tab. 46.

Caroli, Baronis *d'Arpajon* & *Severac*, cum *Francisca* de *Montal*, filia *Deodati*, Baronis de *Roquebrou*, viduaque Germani sui, *Johannis IV*, Baronis *d'Arpajon*, Vice-Comitis de *Monteil*; Dn. *Im-Hoff* l. c. Tab. 91.

Ludovici XVI, Comitis *Oettingensis*, cum *Claudia de Hohenfels*, fil. *Johannis*, Domini *de Rappolskirchen* & *Rixingen*, Fratris sui, *Loth*, An. 1566, 8 April. extincti, vidua. Vid. *Rittershus. Tab. Geneal. Oettingens.* Dn. *ImHoff*, *Notit. Procerum Imperii*, lib. V, Cap. XI, §. 7, p. m. 269; Dn. *Hübner*, cit. Tab. Geneal. 270 & 271.

Claudii Lamoraldi, Principis de *Ligne*, qui An. 1679 has res reliquit, cum *Clara Maria*, fil. *Johannis*, Com. de *Nassau-Siegen*, Fratris *Alberti Henrici*, Principis de *Ligne*, vidua. Dn. *ImHoff*, cit. *Notit. Procer. Imperii*, lib. 4, Cap. XII. §. 4 & 5, p. m. 219; & lib. V, Cap. VI, §. 43, p. 248; *Tabb. Geneal. Tubingens.* Domus *Nassoviæ*; Dn. *Hübner*, l. c. Tabb. 240, & 257.

Georgii, Com. *Sayno-Witgensteinii*, An. 1605 nati, cum *Elisabetha Juliana*, fil. *Wilhelmi*, Com. de *Nassaw-Weilburg & Saarbrück*, vidua Germani Fratris, *Ludovici Casimiri*, adhibitis in consilium Religionis suæ Theologis. Vid. Dn. *ImHoff*, l. c. lib. VI, Cap. XIV, §. 14, p. m 327; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 255.

Johannis Casimiri, *Poloniarum* Regis, cum *Maria Luisa Gonzaga*, *Caroli I*, *Mantuæ* Ducis, filia, *Uladislai IV*, itidem *Poloniæ* Regis, Consanguinei Fratris sui, vidua, An. 1649, 20-30 Maji, dispensante Papa, *Innocentio X*; vid. *Theatr. Europ.* Tom. VI, pag. 806, 811 & 1021; *Becmannus*, *Histor. Orbis*, pag. 681; *Brewer*, *Contin. Histor. Univers.* ad An. 1661, ad 1673, pag. 173 (quamvis nuptias has ad an. 1648 referant) Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Regum Europ.* §. 49; *Lohmayer*, *Tabb. Geneal. Regum Europ.* §. 36; Dn. *Hübner*, *Tabb. Geneal.* §. 96 & 307.

Petri, *Portugalliæ* Regis, cum *Maria Francisca Isabella*, *Caroli Amadei*, Nemorosii (Nemours) Ducis, gnata, viventis adhuc, ast sceptro simul privati Fratris, *Alphonsi VI*, conjuge, An. 1668, 2 April. prævia dispensatione *Clementis IX*, An. eod. 14-24 Mart. per *Ludovicum*, Cardinalem Ducem de *Vendôme*, indulta; (exemplo licet sine exemplo, repugnante Scriptura sacra. *Levit.* XVIII, 16, & XX, 21; *Matth.* XIV, §. 3 & 4; *Marc.* VI, §. 17 & 18) Vid. *Theatr. Europ.* Tom. X, pag. 888, & part. poster. pag. 111; *Diar. Europ.* Contin XVIII, pag. 292; *Gualdo*, *Histor. del Cesare*, T. III, p. 519 & 520; *Hartnac* ad *Micrælium*, lib. 3, Sect. 3, p. 190; *Ablancourt*, *Histoire de Portugal*, pag. 374; Dn. *ImHoff*, *Histor. Geneal. Gall.* Part. I, Tabb. 33; & *Geneal. Regum Europ.* Tab. XXV; & *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, Tab. 97; Dn. *Hübner*, cit. *Tab. Geneal.* §. 46, & §. 295.

Francisci Farnesii, *Parmæ* Ducis, cum *Dorothea Sophia*, *Philippi Wilhelmi*, Elect. Palatini, filia, Fratris *Odoardi* Farnesii, *Parmæ* Ducis, vidua. Vid. Dn. *Hübner* l. c. Tab. 297;

Gundoccari Thomæ, Comitis de *Stahrenberg*, Cameræ Cæsareæ Præsidis, cum *Josepha*, fil. *Johannis Quietini*, Comitis *Jörgers*, Fratris sui Consanguinei, *Ernesti Rudigeri*, Com. *Stahrenbergii*, vidua.

Jacobi, Ducis de *Cadaval*, cum *Luisa*, Princ. *Carnidæ*, filia Naturali *Petri*, *Portugalliæ* Regis, defuncti, An. 1700, Fratris, *Ludovici Ambrosii*, Ducis de *Cadaval*, vidua; An. 1702; Vid. Dn. *Hübner* l. c. Tab. 46.

Godofredi Mauritii, Principis *Bullionensis*, cum *Maria Charlotta*, Principe *Sobiesky*, Germani fratris, *Friderici Mauritii*, Princ. de *Turenne*, vidua, 1 April. 1724.

Non minus, *in Matrimonio cum Fratris Filia*, v. g.

Michaëlis de *Meneses* & *Noronna*, Marchionis de *Villa Real*, Ducisque de *Caminna*, cum *Maria Beatrice*, filia *Ludovici* de *Meneses*, Ducis de *Caminna*, qui an. 1641, 21 Aug. mortales exuvias deposuit. Vid. Dn. *ImHoff*, *Histor. Geneal. Ital. & Hispan.* Tab. XV *Stemmatis Desideriani*, p. 92 & 93.

Mauritii, quondam Cardinalis, *Sabaudiæ* Ducis, cum *Aloysia Maria Christina*, Germani Fratris, *Victoris Amadei I*, Allobrogum Ducis, gnata, An. 1642, 28 Aug. dispensante *Urbano VIII*, P. R. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. IV, ad h. a. pag. 700; *Limnæus* Tom. I Addit. ad Lib. V *Jur. Publ.* Cap. 14, pag. 910; Author *des Heutigen Zustands von Savoyen*, de An. 1690, pag. 239; Dn. *ImHoff*, *Tabb. Geneal. Gall.* Part. I, Tab. 32; & *Tabb. Geneal. Principum Imperii*, Tab. 98; Dn. *Hübner*, cit. *Tab. Geneal.* §. 293.

Borsi d'Este, An. 1657 denati, cum *Hippolyta*, filia *Aloysii*, Marchionis de *Montecchio & Sandiano*, Fratris sui; ex dispensatione *Innocentii X*; Vid. Dn. *ImHoff*, cit. *Tabb. Geneal. Principum Imperii* §. 105; Dn. *Hübner* l. c. Tab. 305.

Pariter ac *in Matrimonio cum Sororis Filia*, v. g.

Leopol-

Leopoldi, Sacratissimi Imperatoris, cum *Margaretha Theresia*, *Philippi IV*, Hispanorum Regis, & *Mariæ Annæ*, Germanæ sororis suæ, filia, An. 1666, 12 Dec. dispensante *Alexandro VII*; Vid. *Sigismundi von Bircken, Oestreichischer Spiegel der Ehren*, lib. VI, Cap. 2, pag. 1398; *Diar. Europ.* Contin. XIII, in Append. *Schowart, Observat. Histor. Geneal.* Cap. I, §. 9, pag. 19; *Hartnac*, ad *Micrælium*, lib. 2, Sect. V, pag. 546; *Lohmayer*, *Tabb. Regum Europ.* Tab. VIII. Dn. *ImHoff, Tabb. Regum Europ.* §. XIV, & XXI, & *Notit. Procer. Imperii*, Lib. I, Cap. I, §. 3, p. m. 5; *Memoires d'Artagnan*, Tom. 3, pag. 428; *Tabb. Geneal. Tubingens.* Domus *Austriacæ*, Dn. *Hübner* l. c. Tabb. 42 & 127.

Johannis Georgii L. B. de *Schulenburg auf Lieberose &c.* Supremi Vigiliarum Præfecti apud Danos, cum *Renata Sophia*, *Dieterici Hermanni* de *Schulenburg auf Apenburg*, an. 1693 defuncti, & *Amaliæ*, Germanæ sororis suæ, filia; dispensante Electore Brandenburgico.

Imo, *in Matrimonio cum Amita, & Matertera*, v. g.

Ferdinandi II, Regis *Neapolitani*, An. 1496, cum *Johanna*, sorore consanguinea Patris sui, *Ferdinandi I* Regis, dispensante *Alexandro V*, P. R. Vid. *Chamier* l. c. Dn. *ImHoff, Tabb. Geneal. Regum Europæ*, T. XX, Dn. *Hübner* l. c. Tab. 328.

Francisci de Bonne, Ducis *de Lesdiguieres*, An. 1677 denati, cum *Catharina*, filia *Francisci V*, Ducis de *Lesdiguieres*, matertera sua. Vid. Dn. *ImHoff, Tabb. Geneal. Gall.* Part. 2, Tab. 31 & 34; aperte tamen contra *Levitic.* XVIII, 12 & 13, & XX, 19.

His omnibus consideratis, ut &, quæ, in Veterum Legibus, de *Incestis Nuptiis*, habentur, veluti:

In *Codice Theodosiano* (Edit. Lugdun. 1593.) Lib. 3, Tit. XII. de *Incestis Nuptiis*, L. 1. (Constantini & Constantis Impp.) *Si quis Filiam Fratris, Sororisve, faciendam crediderit abominanter Uxorem, aut in ejus amplexum, ut Patruus aut avunculus, convolaverit, capitalis sententia teneatur &c.* & L. 2, ubi iidem Cæsares, una cum *Juliano*, ad *Volusianum*, Urbis Vicarium: *Etsi licitum Veteres crediderunt, nuptiis Fratris solutis, ducere Fratris Uxorem: licitum etiam, post mortem Mulieris, aut divortium, contrahere cum ejusdem Sorore conjugium. Abstineant hujusmodi nuptiis universi, nec æstiment, posse legitimos Liberos ex hoc consortio procreari, nam spurios esse convenit, qui nascentur &c.* Et L. 3. (Arcadii & Honorii Impp.) *Si quis incestis posthac Consobrinæ suæ, vel Sororis aut Fratris Filiæ, Uxorisve ejus, postremo cujus vetitum damnatumque conjugium est, sese nuptiis funestarit, designato quidem Lege supplicio, h. e. ignium & proscriptionis, careat, proprias etiam, quamdiu vixerit, teneat facultates; sed neque Uxorem, neque filios ex ea editos, habere credatur; ut nihil prorsus prædictis, ne per interpositam quidem personam, vel donet superstes, vel mortuus derelinquat &c.* Et L. 4. (Honorii & Theodosii Impp.) *Tanquam incestum commiserit, habeatur, qui, post prioris Conjugis amissionem, sororem ejus in matrimonium proprium crediderit sortiendam. Pari ac simili ratione, si qua, post interitum Mariti, in Germani ejus nuptias crediderit aspirandum; illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc contubernio nec Filii legitimi habebuntur, nec in sacris Patris erunt, nec paternam, ut sui, suscipient hereditatem &c.*

In *Codice Justinianeo*, ubi *Valentinianus*, *Theodosius* & *Arcadius* Impp. ad *Cygenium*, L. 5, C. de *Incestis, & inutilibus Nuptiis* (Lib. V, Tit. V.) *Fratris Uxorem ducendi, vel duabus Sororibus conjungendi, penitus licentiam summovemus &c.* juncta L. 6, qua præfata *Arcadii* & *Honorii* Constitutio repetitur.

In *Decreto Childeberti*, *Francorum* Regis, circa An. 595. promulgato, apud *Lindenbrogium*, *Cod. Legum Antiquar.* pag. 346, & *Baluzium*, T. 1. *Capitularium Regum Franc.* pag. 17, §. 2: *In sequenti hoc convenit, una cum Leudis nostris: Ut nullus de crinosis incestum usum sibi societ Conjugio; hoc est: Nec Fratris sui Uxorem; nec Uxoris suæ sororem; nec Uxorem Patrui sui, aut parentis consanguinei &c.*

In *Lege Alamannorum*, Art. 39, de *Inlicitis Nuptiis*, ubi *Dagoberti* Regis Decretum, apud *Baluzium* l. c. pag. 68, & *Lindenbrogium* l. c. pag. 373; *Nuptias prohibemus incestas, Itaque Uxorem habere non liceat: Socrum, Nurum, Privignam, Novercam, Filiam Fratris, Filiam Sororis, Fratris Uxorem, Uxoris Sororem. Filii Fratrum, Filii Sororum, inter se nulla præsumptione jungantur. Si quis contra fecerit, à loci Judicibus separetur, & omnes facultates amittat, quas Fiscus adquirat. Si minores personæ sunt, quæ se inlicita conjunctione polluerunt, careant libertate; Servis Fiscalibus adgregandi sunt &c.* Quæ verbotenus,

In *Lege Bajuvariorum*, Tit. VI. *de Nuptiis & Operationibus inlicitis prohibendis*, §. 1, 2 & 3, apud *Baluzium*, l. c. pag. 112, & *Lindenbrogium* l. c. pag. 413 &c. repetuntur.

In *Lege Salica*, Lib. 3, Art. XIV, de *Ingenuis hominibus, qui Ingenuas mulieres rapiunt*, §. 16, apud *Baluzium* l. c. pag. 292, & *Lindenbrogium* l. c. p. 321:

Si quis Sororem (ita Baluzius; rectius autem Lindenbrogium legere credo: *Sororis) aut Fratris Filiam, aut certe alterius gradus Consobrinam; aut Fratris Uxorem, aut Avunculi, sceleratis Nuptiis, sibi junxerit, huic pœna subjaceat: Ut à tali consortio separetur; atque etiam, si Filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.*

In *Lege Longobardica*, Lib. 2, Tit. 8, de *Prohibitis Nuptiis*, apud *Lindenbrogium* l.c. pag. 592, L. 1, ubi *Rotharis* Rex: *Nulli liceat Novercam suam, i. e. Matrinam, qua fuit Uxor Patris; neque Privignam, i. e. Filiastram; neque Cognatam, quæ fuit Uxor Fratris, ducere Uxorem; & si ipsa consenserit, Vir, qui eam duxerit Uxorem, componat, pro culpa, in Curte Regis, solidos centum, & mox separetur ab ea, districtus à Rege; & ipsa Mulier habeat medium de omni re sua, & medium amittat, & Curtis Regia suscipiat, eo quod, contra Mandatum Regis, illicitas consenserit celebrare nuptias, & pœnam sustineat, & mox, ut dictum est, separentur &c.* & L. 3, ubi *Luitprandus* Rex, ibid. pag. 593: *De his, qui de illicito matrimonio nati sunt, vel nascuntur, i. e. de Matrina, aut Filiastra, vel Cognata, quæ fuit Uxor Fratris, aut Soror Uxoris, (quia Canones sic habent de duabus Sororibus, sicut de duobus Fratribus,) & qui de tali matrimonio natus fuerit, hæres legitimus Patri suo non sit, sed ipsam rem habeant parentes propinqui; & si parentes propinqui non fuerint, succedat Curtis Regia &c.* & L. 4. ibid. *Nullus præsumat Relictam de Consobrino, aut Sobrino suo, Uxorem ducere. Si quis autem hoc, quod illicitum est, a modo facere præsumpserit, amittat omnem substantiam suam, & qui de tali conjugio nati fuerint, legitimi hæredes non existant, nisi parentes propinqui, & si parentes propinqui non fuerint, Curtis Regia succedat &c.* & L. XI, ubi Imperator *Lotharius*, pag. 595: *Consobrinam, Neptem, Novercam, Fratris Uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam Cognatus habuerit, nullus audeat in Conjugio copulare. Si quis huic tali nefario Conjugio se conjunxerit, & in eo permanserit, sciat se Episcopali autoritate, anathematis vinculo esse innodatum, ut nullus sacerdos ei tribuat communionem &c.* & L. 13, ibid. *De Incestis conjunctionibus hoc præcipitur: Ut nullus deinceps Propinquam, nec quam Propinquus habuerit Uxorem, ducat in conjugio: & Uxoris parentela ita sit Viro, sicut propria parentela &c.* Quæ omnia *Henricus II.* Imp. rata habuit, ibid. L. 14. Quo referas etiam, quæ inter *Capitula excerpta, ex Lege Longobardorum*, Tit. V, *Capitularium Imperatorum*, Cap. I, Art. 12, apud *Baluzium* l.c. Tom. 2, p. 334, reperiuntur: *Consobrinam, Neptem, Novercam, Fratris Uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam Cognatus habuerit, nullus præsumat in conjugio copulare. Si quis huic tali nefario conjugio se conjunxerit, & in eo permanserit, sciat se, Episcopali auctoritate, anathematis vinculo esse innodatum, & nullus Sacerdos ei tribuat communionem. &c.*

In *Capitularibus Francicis*, v. g. *Caroli Magni* & *Ludovici* Impp. Capitul. V, Art. 101, De *Damnatis Nuptiis*, apud *Lindenbrogium* l.c. pag. 943: *Si quis ---- duabus Sororibus nupserit, aut, si qua duobus Fratribus nupserit, seu cum Patre & Filio tales copulationes anathematizari, nec unquam amplius conjugio, sub magna districtione, copulari;* præcipimus. & *Ludovicus* Imp. in alio Capitulari, ex Sacrarum Institutione Legum, Lib. XII, Tit. 3, Cap. 8, apud *Lindenbrogium*, l. c. pag. 1174, §. 1: *Nulli Christianorum, vel Judæorum, in utroque sexu, permittimus, ex propinquitate sui sanguinis, vel Uxoris suæ, atque etiam Virorum, juxta Legem, quæ Christianis est lata, usque ad septimi generis gradum, connubia ducere, vel incesti maculam operari. Hujus igitur permixtionis illecebra tali multabitur pœna: ut separati ab invicem & centena publice decalvati flagella suscipiant, & exilio relegati, sub publica pœnitentia, remaneant, eorumque Bona ad Filios, quos de præcedenti conjugio habuerint, redeant ---- Quod si aut nullos habuerint Filios --- tunc facultas prædictorum omnimoda in Principis potestate consistat &c.* Add. Cap. 52. ibid. pag. 1185.

In *Capitulari Pipini*, *Italiæ* Regis, de *Inlicitis conjunctionibus*, de An. 793. Art. 33. apud *Baluzium* l.c. Tom. I, pag. 540: *Inquirat unusquisque homines sibi commissos, ubi forsitan invenitur, ubi factæ sunt inlicitæ conjunctiones, ita, ut, qui Uxorem consobrino, aut insobrino suo Uxorem duxisset, aut etiam quamlibet parentem suam sibimet ipsi copulasset, sine omni dilatatione, eos ab invicem separent, & eos ad pœnitentiæ remedium faciant destinari &c.* De aliis ne dicam. Cognitis insuper, quæ,

Contra Matrimonium cum Patruis & Avunculis, *Andreas Gerhardus*, Duci Saxo-Altenburgico à Consiliis, An. 1616, in Responso, apud *Dedekennum*, Vol. 3, *Consilior.* Lib 3, Sect. 2. Tit. 3, §. 13, p. pag. 376, concessit, pariter ac quæ,

Contra Matrimonium cum duobus Fratribus, *Rostochienses*, Theologi, An. 1559, 24 Julii, in Responso, Principi cuidam dato, apud *Dedekennum* l. c. Tit. 2, §. 8. pag. 353 &c. & *Philippus Melanchthon*, in Re-

in Responso, 2 August. An. 1559, ibid. §. 9. pag. 359. protulerunt; in primis, quæ,

Contra Matrimonium cum duabus Sororibus, vulgata extant, quo referantur (1) sic dicti *Canones Apostolici*, nominatim *Decimus & Octavus*: *Qui duas Sorores duxit, aut Consobrinam, Clericus esse non potest*, (2) Concilia, v. g. *Eliberitanum*, in Hispania Bætica, circa An. 305. (vid. *Cave* de *Scriptorib. Eccles.* Part. 2, pag. 63.) Can. LXI: *Si quis, post obitum Uxoris suæ, sororem ejus duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio à communione placuit abstinere, nisi forte velocius dari pacem necessitas coëgerit infirmitatis &c.* *Agathense*, in Provincia Narbonensi, An. 506, (vid. Cave, pag. 115) Can. LXI, apud *Gratianum* Caus. XXXV, Quæst. 2 & 3. Cap. VIII, *De Incestis conjunctionibus*, verb. *Hos censemus esse* (incestuosos) *si quis relictam Fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione polluerit: si quis frater Germanam Uxorem* (forte: Uxoris) *acceperit: Si quis novercam duxerit: Si quis consobrinæ suæ se sociaverit: si quis relictæ, vel filiæ, Avunculi misceatur: aut Patrui filiæ, aut privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit Uxorem. Quos omnes & olim, & nunc, sub hac Constitutione incestos esse non dubitamus &c.* *Aurelianense I*, circa annum 511. (vid. Cave l. c. p. 115.) Can. XX. *Nec superstes Frater thorum defuncti Fratris ascendat; nec quisquam amissæ Uxoris Sorori audeat sociari; quod qui fecerint, Ecclesiastica districtione feriantur &c.* *Autissiodorense*, de An. 578. (vid. Cave, l. c. pag. 125.) Can. XXX: *Non licet duas Sorores, si una mortua fuerit, alteram in conjugium accipere &c.* (3) *Valentiniani*, *Theodosii* & *Arcadii* Impp. Constitutio, (quam *Justinianus* L. 5. C. de *Incestis & inutilibus nuptiis*, publici Juris fecit; æque ac *Zenonis*, L. 8, & *Anastasii* L. 9. eod.) *Pontificum Romanorum* Decreta, de prohibitis nuptiis, usque ad septimum Gradum, v. g. *Julii*, apud *Gratianum*, Caus. XXXV, Quæst. 2 & 3, Cap. VII, *Nullum &c.* *Gregorii Magni*, apud eundem, Cap. I, *de Affinitate &c.* *Nicolai II*, ibid. Cap. XIX: *Nulli ex propinquitate &c.* *Alexandri II*, ibid. Quæst V, Cap. 2. *Ad Sedem &c.* Plura loca, ad Interdictum graduum facientia, colligente *Bellarmino* cit. Vol. 2. *Controversiarum*, Lib. I, Cap. XXIX, pag. 420. (5) Constitutiones Principum Imperii, v. g. *Ottonis Henrici*, Electoris *Palatini Kirchen-Ordnung*, An. 1556 Neoburgi impressa, Tit. *von Ehe-Sachen &c.* ubi: *Auf der Seiten ist verboten: Meines Weibes Schwester; Meines Bruders Weib &c.* Agenda Principatuum *Neoburgici* & *Bipontini*, de Ann. 1557, 1566 & 1570, Tit. *Von Ehe-Gelübden*, verb. *Es ist aus gutem Grunde verboten die Vermischung zwischen dir, und deines verstorbenen Weibes Schwester; It. zwischen einer Frauen, und ihres Mannes Bruder. Ein Mann soll nicht zwo Schwestern nehmen; It. Ein Weib soll nicht zwen Brüder nehmen &c.* *Henrici* & *Wilhelmi* Ducum *Brunsuicensium* & *Luneburg.* *Kirchen-Ordnung*, de An. 1564, Witteberg. Tit. *Von Ehe-Gelübden: Weil der Ehestand nicht in allen Graden zugelassen, sondern etzliche, in GOttes- und Natürlichen Gesetzen, auch löblichen Ordnungen seind verboten; so sollen Sie* (Pastores) *dem Volck, zu Zeiten, das Acht und zwantzigste (Achtzehende) Capittel Levitici fürhalten, und berichten, daß solche Felle, wie darinne begriffen, bey ernstlicher Straffe, verboten sein &c.* (Quæ repetita sunt in Ducis *Wilhelmi Kirchen-Ordnung des Hertzogthumbs Luneburg*, impress. *Ulssen*, 1598, Tit. *von Ehegelübden &c.*) Agenda Ducatus *Guelferbytani*, de An. 1569; Tit. *Von Ehe-Sachen: Die Schwester soll nicht nehmen hinabwärts ihrer verstorbenen Schwester Mann; ihres verstorbenen Mannes Bruder &c.* Agenda *Electoratus Saxonici*, de An. 1580, Tit. *von Ehesachen: Wie nun denen Persohnen, wegen der Blutfreundschafft, sich in Ehegelübde einzulassen verboten; also sollen auch die, welche, Schwägerschafft halben, einander ebenmässig verwandt, sich in Ehegelobniß nicht einlassen; denn, so nahe der verstorbene Ehegatte seinem eigenen Blutsfreund zugethan, so nahe ist auch demselben sein hinterlassener Ehegatte, Schwägerschafft halben, verwandt &c.* *Christiani* Ducis Brunf. & Luneb. *Policey-Ordnung*, impress. *Zell*, 1618, Cap. 30, pag. 136: *Der Bruder soll nicht nehmen des Bruders- oder der Schwester-Tochter --- Und die Schwester soll nicht nehmen des Brudern- oder der Schwester-Sohn &c.* & pag. 144, *In linea collaterali --- wegen der Schwägerschafft --- soll der Bruder nicht ehelichen: Seines Brudern Frawen; Seines Brudern Braut; Seiner Frawen Schwester &c.* p. 145, *So ist auch der Schwester, im Ersten Glied, zu nehmen verbotten: Ihrer Schwester Mann; Ihrer Schwester Bräutigam; Ihres abgestorbenen Mannes Brudern &c.* *Friderici*, Ducis Brunf. & Luneb. *Kirchen-Ordnung*, impress. *Luneburg*, 1643, Cap. XIV, *von Ehesachen*, §. 17, pag. 143 & 144. *Dann die Vermischung und Beyligen, so wieder Göttliche und Natürliche Rechte lauffen, werden von GOtt gehasset, und grausam gestraffet; wie die Göttliche Dräwungen, im dritten Buch Mose, am XVIII und XX Capitel, mit klarem Text, außgedruckt seind, daß nemblich alle, die solche Grewel thun, aus dem Volck GOttes vertilget werden sollen, und sie das Land, daß sie mit Greweln verunreiniget haben, außspeyen soll &c.*

Demnach sollen sich alle Menschen hüten, nicht allein für denen daselbst außdrücklich benanten Persohnen, sondern auch für allen denen Gradibus der Blutfreundschafft, und Schwägerschafft, welche in ermeldeten XVIII und XX Capitteln, außdrücklich von GOtt selbst verboten seind; sollen sich auch hüten für den nechsten hernach, welche, durch menschliche Constitutionen, propter majorem reverentiam sanguinis, verboten seynd, biß auf tertium gradum æqualis lineæ &c. §. 28, pag. 149; *Deß Großvaters, oder der Großmutter, Bruder; Des Vatern, oder der Mutter, Bruder, die Tochter soll nicht nehmen hinauffwarts &c.* & §. 29, pag. 150: *Der Bruder soll nicht nehmen hinabwarts: Des Bruders, noch der Schwester, Tochter; des Bruders Tochter-Tochter; noch der Schwester Tochter-Tochter; noch des Bruders Sohns-Tochter; noch der Schwester Sohns-Tochter; des Bruders, noch der Schwester Tochter Tochter-Tochter; noch des Bruders Sohns Sohns-Tochter; noch der Schwester Sohns Sohns-Tochter &c.* §. 30, pag. 150 &c. *Die Schwester soll nicht nehmen hinabwärts: des Bruders Sohn, noch der Schwester Sohn; des Bruders Sohns-Sohn; noch der Schwester Sohns-Sohn; noch des Bruders Tochter-Sohn; noch der Schwester Tochter-Sohn; &c.* §. 47, pag. 160. *Im Ersten Glied, soll der Bruder nicht eheliehen: Seines Brudern Frawen; Seines Brudern Braut; Seiner Frawen Schwester &c.* §. 48, pag. 160. *Im Andern Glied, sol er auch nicht nehmen: Seiner Frauen Mutter Schwester --- Seiner Frawen Vatter Schwester; Seiner Mutter Bruders-Frawen; Seines Vattern Bruders-Frawen; Seines Brudern Sohns-Wittiben; Seiner Schwester Sohns-Wittiben; Seiner Frawen Bruders-Tochter; Seiner Frawen Schwester Tochter &c.* §. 50, pag. 161: *So ist auch der Schwester, im Ersten Gliede, zu nehmen verbotten; Ihrer Schwester-Mann; Ihrer Schwester Bräutigam; Ihres abgestorbenen Mannes Brudern;* §. 51, l. c. *Im Andern Glied, soll die Schwester nicht nehmen: Ihres Mannes Mutter Brudern; Ihres Mannes Vattern Brudern; Ihrer Mutter Schwester-Mann; Ihres Vattern Schwester-Mann; ihres Brudern Tochter-Mann; ihrer Schwester Tochter-Mann; Ihres Mannes Schwester-Sohn; ihres Mannes Brudern-Sohn &c.* *Adolphi Friderici* & *Ulrici*, Ducum *Megapolitanorum*, *Revidirte Mecklenburgische Kirchen-Ordnung*, impress. *Luneburg*, 1650, Part. 2, Tit. *von Mägschafft, oder Blutfreundschafft*, pag. 258: *Alle Vermischungen und Beyliegen, zwischen dir, und deines Vatters, It. deiner Mutter-Bruder und Schwester, ist verbotten. Daraus ist klar, daß Niemand seines Brudern, oder Schwester-Tochter nehmen soll; und keine ihres Bruders- oder Schwester-Sohn, haben soll &c.* & pag. 259: *Die andere Regul: In Göttlichem Gesetz ist auch die Vermischung, oder das Beyliegen, verboten, zwischen dir, und deines Vatters- oder Muttern Bruders-Fraw; und also, zwischen einer Frawen, und ihres Vatters- oder Mutter-Schwester Mann. Die dritte Regel: In Gemeinen Landrechten ist, aus gutem Grunde, die Vermischung, oder die Ehepflicht, verboten, zwischen dir, und deiner verstorbenen Frawen Schwester; und ihres Mannes Bruder. Ein Mann soll nicht zwo Schwestern nehmen; It. eine Frawe soll nicht zween Brüder nehmen &c.* & pag. 260. *Der Text im Mose, verbeut auch außtrücklich Vermischung, oder das Beyliegen, zwischen dir, und deiner Frawen Schwester- oder Bruder-Tochter &c.* *Johannis Friderici*, Ducis *Brunsuic.* & *Luneb.* Constitutio, sub dato *Hannover*, 1675, 7 Oct. *Gestalt dann nach diesem, wenn, von nun an, einer seines Vattern- oder seiner Mutter Brudern-Fraw; oder seines Schwieger-Vattern, oder seiner Schwieger-Mutter-Schwester; oder, seiner vorigen Frawen Brudern- oder Schwester-Tochter; oder, wenn eine ihres Vattern- oder ihrer Mutter-Schwester Mann; oder ihres Schwieger Vattern- oder ihrer Schwieger Mutter-Bruder; oder, ihres vorigen Mannes Brudern- oder Schwester Sohn; oder auch eine andere, in dergleichen, an obangezogenen Orten der H. Schrifft* (Levit. XVIII & XX.) *verbotenen Gradibus, entweder nach der Blutfreund- oder Schwägerschafft, verwandte Persohnen, von gantzer oder halber Geburt, zu ehelichen begehret, und deßwegen bey Unserm Consistorio sich supplicando angiebet, der, oder dieselbe, obgleich die fleischliche Vermischung geschehen seyn möchte, nicht gehöret, auch, zu Erlangung der Dispensation, an Uns nicht remittiret, sondern, mit dem unziemlichen Gesuch, so fort abgewiesen, und die muthwillige Verbrecher, so, auf beschehene Erinnerung, von ihrem unrechtmässigen Vornehmen abzustehen, nicht gemeinet, mit harter exemplarischer Straf unverbittlich angesehen werden sollen &c.* Quæ omnia, Sereniss. Duces *Rudolphus Augustus* & *Anthonius Ulricus*, sub dato *Wolffenbüttel*, 25 Sept. An. 1695, totidem verbis, edixerunt. *Simonis Henrici*, Comitis *Lippiæ*, *Kirchen-Ordnung*, impress. *Lemgo*, 1684, Cap. XV, pag. 115: *Keiner soll haben seines Vatters Schwester; keine soll haben ihres Vatters Bruder; keiner soll haben seiner Mutter Schwester; keine soll haben ihrer Mutter Bruder; keiner soll haben seines Vatters Bruders Weib; keine soll haben ihres Vatters Schwester Mann; keiner soll haben seiner Mutter Bruders Weib; keine soll haben ihrer Mutter Schwester Mann &c.* & pag. 116. *keiner soll haben seines Weibes Schwester; keine soll haben ihres Mannes Bruder --- keiner soll haben seines Bruders Tochter; keine soll haben ihres Bruders Sohn; keiner soll haben seiner Schwester Tochter; keine soll haben ihrer Schwester Sohn &c. &c.* Add. *Discipline Ecclesiastique & la Confession de*

Foi

Foi des Eglises Reformées de France, pour l'Usage des Eglises Françoises & Allemandes Reformées, dans les Etats de Brounswic-Lunebourg, & Pays circonvoisins; *Heidelberg*, 1711, Chap. XIII. *de Mariage*, §. IX, pag. m. 154. *Il n'est pas permis, d'epouser la sœur de sa defuncte femme; car de tels mariages sont prohibez, non seulement par les Loix, mais aussy par la parole de Dieu. Et encore que, par la Loy de Moyse, il fut ordonné, que, quand le Frere seroit mort sans enfans, le Frere susciteroit lignée à son Frere; toutefois telle Loy ordonnée pour le Peuple d'Israel a été temporelle, regardant seulement à la Conservation des lignées du dit Peuple. Il en est autrement de la sœur de la fiancée defunte; parceque l'alliance n'est pas contractée par commixtion de sang; c'est pourquoi un tel mariage doit être reçu &c.* (6) Responsa Theologorum Celeberrimarum Academiarum, v. g.

Justi Jonæ, Martini Lutheri, & Philippi Melanchthonis, ex Consistorio *Wittenbergensi*, An. 1545, *Montags nach S. Anthonii*, quærenti cuidam Pastori: Quid tali casu, *quo quis Conjugis suæ sororem ducere vellet*, faciendum sit? datum, Tom 2. *Operum Lutheri Islebiensium*, f. 348; & Tom. VI. *Aldenburgensium*, pag. 467; nec non, apud *Dedekennum*, cit. Vol. 3. *Consiliorum*, Sect. 2, Tit. 2, §. 12. pag. 365; Illustr. *Seckendorf*, lib. 3. *Lutheranismi*, p. 121; Dn. *Kettnerum*, cit. *Gründliche Untersuchung &c.* §. 3. *der Beylagen*, pag. 22. *Rostochiensium*, de Anno 1559, 24 Jul. ad Quæstionem: *Ob einer seines Bruders nachgelassene Wittwe zur Ehe nehmen möge?* apud *Dedekennum* l. c. §. 8, pag. 353. *Wittenbergensium*, de An. 1596, ad eandem Quæstionem, occasione Judæi Hildesheimensis, *Nathan* dicti, contra inhibitionem quoque Hildesheimensis Consulis, *Henningi Arnekenn*, cum defunctæ Uxoris sorore thorum conscendentis, *Daniele Hoffmanno*, Helmstadiensi Theologo, factum approbante, motam, apud *Ægidium Strauchium*, Tr. *daß das Gesetz Mosis noch feste stehe: Du solt deines Weibes Schwester nicht nehmen*, pag. 43; & Dn. *Kettnerum* l. c. §. 5, p. 25 &c. *Jenensium*, de An. 1597, 26 Februar. in eadem causa, quæstionem hanc proponentibus *Henrico Heshusio* Superintendente & Ministerio Hildesheimensi, apud *Dedekennum* l. c. §. 7, pag. 353; *Rostochiensium*, de An. 1597, 13 Mart. in eadem causa, apud *Dedekennum* l. c. §. 2, pag. 349; & Dn. *Kettnerum* l. c. §. VI, p. 30; Responsa, de quibus *Acta Oettingensia*, de An. 1682, pag. 42, 81, 115, 193, 204, 309, 345 &c. evolvenda; notum siquidem, Quæstionem hanc denuo acerrime fuisse ventilatam, ubi Sereniss. *Albertus Ernestus*, *Oettingensium* Princeps, Anno eodem, ut jam monitum, *Eberhardinam Catharinam*, *Eberhardi III.* Wirtembergensium Ducis filiam, defunctæque Conjugis Sororem, matrimonio sibi jungeret. Responsa: *Lipsiensium*, de An. 1707, 17 Junii, occasione litis, inter sæpe laudatum Dn. *Kettnerum*, & Dn. *Joh. Melchiorem Gœtzium*, SS. Theol. D. & Primarium Pastorem Halberstadensem, (cum hic, An. 1706, 7 Nov. impetrata Borussiæ Regis *Dispensatione*, Uxoris defunctæ germanam, cujus itidem jam mentio facta, domum duceret) eandem circa materiam excitatæ, *Kettnero*, matrimonia hujusmodi divino pariter Humanoque Juribus adversari, & *Gœtzio* contrarium probare, annitentibus; apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. XVI, pag. 92 &c. *Jenensium*, in eadem causa, An. 1707; ibid. §. XIV, pag. 85 &c. *Hallensium*, An. eod. 17 Maji, l. c. §. XV, pag. 92. *Altorffensium*, An. eod. ad eandem Quæstionem, l. c. §. XII, pag. 73. (7) Responsa Ministeriorum integrorum, veluti: *Hildesheimensis*, de An. 1596, 12 Novemb. in præfata causa Judæi *Nathan*, apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. XI, pag. 57 &c. Ejusdem, de An. 1708, 24 Maji, ad Quæstionem Dn. *Kettneri*: *Ob es, nach Göttlichen und Menschlichen Rechten, erlaubet, der verstorbenen Frawen Schwester zu heyrathen?* apud eundem, in Tract. cui Titulus: *Des Hoch-Ehrwürdigen Ministerii zu Franckfurt am Mayn, zu Lübeck, Hamburg, Lüneburg und Hildesheim &c. Judicia und Responsa, von der Ehe mit des Weibes Schwester &c.* §. V, pag. 27 &c. *Hamburgensis*, an. eod. 8 Junii, ibid. §. 3, pag. 12 &c. *Lubecensis*, An. eod. 13 Junii, ibid. §. 2, pag. 5 &c. *Francofurtensis ad Mœnum*, An. eod. 20 Junii, ibid. §. 1, pag. 1 &c. *Luneburgensis*, eod. anno & die, l. c. §. 4, p. 17 &c. Responsa Theologorum aliorum magni nominis, v. g.

Johannis Gerhardi, Supremi Superintendentis Saxo-Coburgici, ad Quæstionem: *An quis defunctæ Uxoris Sororem in matrimonium ducere possit?* apud *Dedekennum* l. c. Sect. 2, Tit. 2. §. 10. pag. 360, & Dn. *Kettnerum*, in cit. *Gründlichen Untersuchung &c.* §. VII. *der Beylagen*, pag 33 &c, quo Hildesheimenses Theologos, contra *Hoffmannum*, nuptias Judæi *Nathan* incestum (*eine Blutschande*) vocantes, An. 1596, defendit; Dn. *Speneri*, de An. 1682, apud *Brucknerum*, in *Decisionib. Juris Matrimon.* pag. 279 &c. & Dn. *Kettnerum* l. c. §. IX, pag. 50 &c. Dn. *Olearii*, Hallensis, apud Dn. *Niemeyerum*, Disp. de *Conjugiis prohibitis*, in Supplementis; & Dn. *Kettnerum* l. c. §. 8, pag. 43 &c. Præcipuorum quorundam Theologorum Saxo-Electoralium, de An. 1706, apud Dn. *Kettnerum* l. c. §. XIII, pag. 79 &c. Dn. *Henrici Opitii*, Theologi Kiloniensis, apud eundem,

dem, in cit. Tract. *des HochEhrwürdigen Ministerii zu Franfurt am Mayn, zu Lübeck, Hamburg, Luneburg und Hildesheim &c. Judicia und Responsa: von der Ehe mit des Weibes Schwester;* §. VII. p. 37 &c. Dn. *Theodori Dassovii*, itidem Theologi Kiloniensis, l. c. §. VIII, pag. 46 &c. Dn. *Caspari Neumanni*, Vratislaviensis Ecclesiæ Evangelicæ Inspectoris, l. c. §. IX, pag. 48 &c. (9) Judicia: *Philippi Melanchthonis*, in *Præceptis Ethicis*, Tit. *Non qualibet Exempla Patrum imitari licere*; ubi: *Nec concedendum est, ut aliquis ducat Uxoris mortuæ sororem &c.* Conf. Ejusdem cit. *Bedencken*, in eadem causa, de An. 1559, 20 Aug. apud *Dedekennum*, pag. 358, unde sua *Brandanus Datrius*, in *Judiciis & Responsis, de Personis, in certis gradibus matrimonio jungi, divina Lege prohibitis*, p. 8 & 9. *Gerhardi*, in *Locis Theologicis*. Tit. de *Conjugio &c.* *Osiandri*, in *Theologia Casuali*, T. V, pag. 289; *Fridemanni Bechmanni*, in *Casib. Conscientiæ*, Tit. 3, de *Conjugio*, Cas. XV: *An quis Uxoris defunctæ sororem licite in matrimonium ducere possit?* §. 2 &c. pag. 325 &c. *Friderici Balduini*, in *Casib. Conscientiæ*, p. 906 &c. *Ludovici Dunte*, in *Decisionib. Casuum Conscientiæ*, Cap. XIX, Sect. 2, Quæst. I, pag. 469 &c. *Michaelis Havemanni*, D. & Generalis Superintendentis Ecclesiarum Ducatus Bremensis & Verdensis, in *Gamologia*; præsertim in Tractatu, cui Tit. *Adsertio Responsi Mosis, contra matrimonium cum defunctæ Uxoris sorore; opposita Adsertioni Responsi Juris, pro matrimonio defunctæ Uxoris sorore; quam Christoph. Joachimus Bucholtz, JCtus, - - - publici Juris fecit;* Francof. 1660; *Ægidii Strauchii*, cit. Tract. *daß das Gesetz Mosis noch feste stehe: du solt deines Weibes Schwester nicht nehmen*, An. 1669; *Danielis Chameri*, Theologi Reformati, in *Panstratia Catholica*, Tom. 3, Lib. XVIII, Cap. IX, §. XXVII & seqq. pag. 671 &c. Dn. *Joh. Frid. Meyeri*, Diss. de *Conjugio duarum Sororum*; Dn. *Joh. Wilhelmi Beyeri*, in *Theologia Positiva*, pag. 1103 &c. Dn. *Thomæ Ittigii*, Diss. de *Synodo Pictavensi &c.* Novissime, Auctoris Tractatus, cui Titulus: *die, aus Gottes Wort, denen Geist- und Weltlichen Rechten, auch Christlicher Regenten löblichen Verordnungen, fest geschmiedete, von einem Grobschmiede, unter dem Nahmen: Irenai Friedlibii Guthfreundts, zwar plump zerhammerte, aber noch unzergliederte Schluß-Kette, daß zwo Schwestern, zu heyrathen, den Göttlichen, auch denen Geist- und Weltlichen Rechten, zuwieder sey &c.* (Respicit hoc scriptum præcedens aliud, quod, sub dato *Harburg* 19 Nov. An. 1706, Tituloque: *Aufrichtige Antwort, auf das Bittschreiben eines guten Freundes, darinn die neue Schlußkette eines gewissen Predigers, zergliedert wird, welche er, bey einer vornehmen Verheurathung, geschmiedet, von Irenæo Friedlibio Gutfreund, J. U. C.* evolavit;) sæpefatus Dn. *Fridericus Ernestus Kettnerus*, in der *Gründlichen Untersuchung der Gewissens-Frage: Ob jemand seines verstorbenen Weibes leibliche Schwester, nach Geist- und Weltlichen Rechten, heyrathen darff?* Quedlinb. 1707. (Cui scripto tamen aliud mox oppositum, sub hac rubrica: *Kurtze doch gründliche Abfertigung, der von Hr. Lic. Friederich Ernst Kettner gemachten Untersuchung der aufgewärmten Frage: Ob jemand seiner verstorbenen Frauen Schwester, mit gutem Gewissen, heyrathen könte? Von Joh. Melchior Götze, D. 1707;*) Ejusdem *Abgenöthigte Neue Apologie*; quam in præfato scripto, quo Ministeriorum *Francofurtensis, Lubecensis, Hamburgensis, Luneburgensis & Hildesheimensis* Responsa, in hac causa, sistit, §. 2, pag. 52 &c. offendis. Dn. *Andreæ Gœtschii*, Diss. *de Conjugio per affinitatem turpi*, An. 1706, Hallæ defensa. Similiter, quæ,

Contra Matrimonium cum defunctæ Uxoris Sororis filia; vel, quod idem est, *cum Matertera marito*; vel, *cum Filio Sororis Mariti*; Consistorium *Wittebergense*, apud *Dedekennum* l. c. Sect. 2, Tit. 3, §. 4 & 5, pag. 366; *Misnense*, ibid. §. 6, *Dresdense*, apud *Carpzovium*, lib. 2. *Jurisprud. Consistorialis*, Tit. VII, Definit. 109, §. 17 & seqq. pag. 519; *Jenense*, in Responso ad Consistoriales Schwartzburgicos, 8 Maji, An. 1599; *Wirtenbergicum*, An 1599, 19 Octob. & An. 1601, 16 April. apud *Bidembachium*, de *Causis Matrimonialibus*, pag. 50, qui addit, matrimonium etiam cum nepte sororis Uxoris, An. 1604, 1 Novembr. fuisse rejectum; *Philippus Melanchthon*, in Responso, de An. 1553, 19 Maji, ad Quæstionem: *An liceat Viro ducere Uxoris sororis Filiam?* apud *Dedekennum* l. c. §. X, pag. 367 &c. *Joh. Gerhardus*, in binis Responsis, ad eandem Quæstionem, sub dato *Coburgi*, An. 1616, apud eundem l. c. §. XI, pag. 368, & §. XVIII, pag. 380, Scabini *Lipsienses*, in Causa *Hansen Graubitzen zu Zschertnitz*, An. 1636, apud *Carpzovium*, *Jurisprud. Forens.* Part. 4. Constit. 24, Definit. 14, §. 7, pag. 1393 &c. *Joh. Christoph. Wagenseil*, im *Bedencken: Ob ein Christ, mit gutem Gewissen, seines verstorbenen Weibes Schwestern Tochter nehmen könne?* An. 1705, congessere.

His, inquam, omnibus articulatim consideratis, ingenue fateor, incompertum mihi adhuc, quid

mali committant, statuentes: Connubia, *Levit.* XVIII & XX, vetita, non indistincte pro *incestibus*, multoque minus, pro *abominationibus*, quorum intuitu Sanctissimum Numen Gentes, quæ iis se polluerant, Terra ejecit, habenda esse; sed ea solum, quæ inter As- & Descendentes, Fratres Sororesque, contracta, aut crimine adulterii, Sodomiæ, aut plane bestialitatis, detestabilia reddebantur; in quem finem alias pœnarum differentia nominatis pollutionibus dictatarum, si coitus isti omnes pari censu venirent? cum palam fit, *Levit. XX*, §. 10, Adulteria ultimo supplicio afficienda; pariter ac concubitus cum Uxore Patris, §. 11; vel cum Nuru, §. 12; Sodomiæ crimen perpetrans eandem pœnam luat, l. c. 13; Qui mulierem acceperit, matremque ejus, igne comburatur, §. 14; bestiis concumbentes, una cum bestiis, occidantur, l. c. §. 15 & 16; Frater & Soror carnaliter se cognoscentes, excindantur l. c. §. 17; nuditatem materteræ, vel amitæ, qui revelaverit, iniquitatem suam portet, l. c. §. 19. Viduam Patrui, vel Fratris, ducens, sterilis moriatur l. c. §. 20 & 21. Nihil proinde contra fidei analogiam, si statuamus, Nuptias quasdam *suâ naturâ*, seu *intrinsecè*, turpes esse, hasque, ante omnem positivæ Legis promulgationem, fuisse illicitas, & in oculis Dei execrabiles, veluti eorum, qui proprie *caro carnis* vocari merentur, quales sunt Parentes & Liberi, in linea recta, tam ascendente quam descendente, in infinitum; vel *caro ejusdem carnis*, ut Fratres Sororesque (exemplo *Caini*, excepto, qui necessario sororem ducere cogebatur,) adeo, ut mortalium nemini fas sit, quicquam in contrarium statuendi; alias vero turpes quidem esse, ast *extrinsecè* duntaxat, ex quo scil. promulgatæ Leges positivæ in hanc classem eas redegerunt, quæ prius *indifferentes* fuere, v. g. nuptias *Jacobi* cum duabus sororibus viventibus, *Genes.* XXIX, 16 & XXX, §. 1 ad 25. contra quas postea interdictum, *Levit.* XVIII, 18, emanavit; *Amrami Mosis* Genitoris, cum amita *Jochebed*, *Exod.* VI, 20; *Numer.* XXVI, 58 & 59, quarum itidem facta deinceps prohibitio cit. *Levit.* XVIII, 12, & XX, 19; eodem pertinent Interdicta matrimoniorum reliquorum, *Levit.* XVIII, & XX, nominatim expressorum. Circa matrimonia posterioris classis, Summos Principes hodie *dispensare* posse, multi Viri docti asserunt. *Jacobus Gretserus*, in Disp. de *Cognatione & Affinitate*, cujus supra memini, §. 1, §. 16, pag. 8, ait: *Matrimonium in primo gradu lineæ transversæ, id est, inter Fratrem & Sororem, Jure Naturali & Divino nullum est &c.* & §. 17. *Secundus Gradus Lineæ obliquæ*, (cum nepote, vel nepte, ex fratre vel sorore) *non est Jure naturali & divino prohibitus &c.* & §. 18; *Potest Summus Pontifex dispensare in omnibus Gradibus prohibitis* (Levit. XVIII & XX.) *lineæ transversæ, excepto primo*; (inter Fratrem & Sororem) *in hoc enim neque dispensare potest de Jure, neque dispensavit unquam de facto &c.* nec aliter *Cornelius à Lapide*, in Comment. *ad Levit. XVIII; Bellarminus*, cit. Vol. 3. *Controversiarum*, Lib. I, tot. Cap. XXVII, cui Tit. *Non omnia præcepta Levitici de Gradibus cognationis, esse de Jure Naturæ &c.* pag. 1400 &c. & Cap. XXVIII. cui inscriptum: *Primum gradum consanguinitatis, tam in recta, quam in transversa linea, & primum affinitatis in recta linea, Jure Naturæ interdictos esse, & ab homine indispensabiles &c.* pag. 1412 &c. B. *Lutherus*, ipse, cit. Tom. 2. *Jenens. German.* p. 165, verbis jam adductis; *Calixtus*, Tract. de *Hæresi & Schismate*, pag. 137: *Ad quorundam Graduum prohibitorum observationem non obligaremur, nisi Christianus Magistratus ad observandum se ultro obligasset &c.* Dn. *Schilterus*, *Instit. Jur. Publ.* Tom. I. Lib. I, Tit. IX, §. 4, pag. 107: *In quibus Gradibus nuptiæ non sunt prohibitæ de Jure divino naturali, etsi positivo Mosaico, ipso tamen Deo, etiam in Republica Hebræorum, dispensante, in iis Gradibus, etiam hodie dispensatio Personis Illustribus licita videtur, veluti, cum defunctæ Conjugis Sorore &c.* Quousque sane non clare demonstratur: Præcepta *Levit.* XVIII & XX, omnia esse Juris divini universalis, nec minus observanda, ac decalogi Leges; tamdiu veritati consentaneum esse arbitror, summos Principes circa matrimonia, Parentes & Liberos, Fratresque & Sorores, non respicientia, (utpote quæ naturaliter turpia sunt, & in æternum prohibita,) Leges ferendi, easque iterum abrogandi, facultate gaudere; quamvis securius agant, abstinendo dispensatione, quoad conjunctiones personarum nominatenus prohibitas; ita, ut conjugium neptis *cum Patruo*, vel *Avunculo*, tutius permittatur, quam nepotis *cum Amita*, vel *Matertera*; quoniam non illud, sed hoc, vetitum, *Levit.* XVIII, 12 & 13, XX, 19; similiter, cum *Viduo matertera*, potius ac cum *Vidua Patrui*, quippe quod cit. Cap. XVIII, §. 14, & XX, 20, prohibitum; non minus: cum *defunctæ Uxoris sorore*, quam cum *defuncti mariti Fratre*, quod posterius cit. Cap. XVIII, 16. & XX, 21, (excepto casu, quo defunctus frater prolem non reliquerat, de quo *Deut.* XXV, 5. evolvas) illicitum declaratum, secus ac prius; scio equidem, allegari solere *Levit.* XVIII. §. 18, ubi B. *Lutherus*: *Du solt auch deines Weibes Schwester nicht nehmen, neben Ihr, ihre Scham zu blössen, ihr zu wieder, weil sie noch lebet &c.* Enimvero, cum ibi non tam affinitatis gradus, quam polygamia cum duabus sororibus viventibus, prohibeatur, (vel *Paulo Fagio* teste, in dictum §. 18. *Levit.* XVIII. ad Verba: *Uxorem cum sorore ejus ne accipias &c.* Tom. I. *Criticorum Sacrorum*, pag. m. 822: *Etsi in Lege Mosis Polygamia* con-

concessa fuit, tamen non licuit duabus simul Sororibus jungi, ne videlicet altera alteram perpetuo affligeret; quod in conjugio Jacobi Patriarchæ factum est. Est igitur sensus: Ne accipias mulierem aliquam pro Uxore, cum sorore ejus, ut affligas eam, concumbendo cum sorore ejus, præsente sive vivente ea Uxoris sorore: nam Uxoris demortuæ sororem ducere licebat; q. d. duas sorores simul non ducas in Uxores: Uxore tamen tua mortua, sororem ejus ducere poteris &c. quæ totidem verbis *Vatablus*, in eundem locum, ibid. pag. 824, confirmat, *Johanne Drusio*, in eundem locum, ibid. pag. 825 & 826; *Joh. Adamo Schertzero*, in *Collegio Anti-Sociniano*, pag. 550, & in *Systemate Theologiæ*, pag. 777; *Calovio*, in *Bibliis illustratis V. T.* Tom. I, pag. 492; *Dannhawero*, in *Deuteron.* pag. 773; *Fechtio, Thes. ex Theol. Bibl.* §. 26, aliisque pluribus, consentientibus) frustra inde præsidium petitur, præsertim cum annexæ clausulæ: *N ben Ihr; Ihr zu wieder; weil sie noch lebet;* obstent, quæ profecto superfluæ forent, si plane non licuisset duas sorores ducere. Contra *positivas Leges* non disputo; palam siquidem, ex allegatis Constitutionibus, sacris pariter ac profanis, prohibitas esse ejusmodi nuptias; quæstio saltem est, de *Jure divino universali*, an & huic contrarientur? hoc enim dato, detestabile fuit matrimonium *Jacobi* cum duabus sororibus, simul adhuc viventibus, liberique inde nati: *Ruben, Simeon, Levi, Juda, Isaschar & Sebulon*, ex *Lea*; (Genes. XXIX, §. 32 ad 35, XXX, 17. ad 20; & XXXV, 23,) & *Josephus* atque *Benjamin*, ex *Rachele* (ibid. Cap. XXX, §. 23 & 24, & XXXV, §. 18 & 24.) totidem Tribuum Principes & Authores, dicendi ex incesto coitu procreati; quod enim moraliter turpe, tale fuit tam ante, quam post Legis promulgationem; ast nemo hactenus eo delapsus dementiæ, qui asseruerit, *Jacobum* Patriarcham ducendo laudatas duas sorores, incestum commisisse, ejusque liberos ex damnato connubio productos. Argumentum, quod *Sorores* sint æque invicem *caro carnis*, ac *maritus & Uxor*, vetitumque sit *carnem carnis* ducere, *Levit.* XVIII, §. 6, nihil detrimenti affert; præter enim, quod Maritus & Uxor moraliter duntaxat, & fictione Juris, pro *una carne* habeantur, respectu scil. arctissimi vinculi, quo per matrimonium uniuntur, (*Genes.* 2, v. 24, *Matth.* XIX, §. 5, & 6; *Marc* X, §. 7 & 8; 1 *Corinth.* VI, 16, *Ephes.* V, §. 28, ad finem usque) & intuitu primæ Uxoris, *Evæ*, originis, quippe quæ, re vera, de Viro, *Adamo*, sumpta noscitur; (*Genes.* 2, v. 21 & seqq.) & quidem inter omnes creaturas sola; (unde bene *Fagius*, in cit. Cap. 2, §. 22, ad verba: *Eo quod de Viro sumpta sit ipsa*, cit. T. I. *Criticor. Sacrorum*, pag. m. 54: *Non extra Virum, ut reliquorum animalium fœmella, facta est Mulier, non ex Terra, vel Aqua, vel tenuissimo luto, sed ex ipsa Viri substantia, costa nempe lateris ejus, quo cum Marito Uxor arctius cohæreat, nec alterius Viri consuetudinem admittat &c.* & in v. 24, verb: *Et erunt in carnem unam* l. c. *Erunt velut una caro, & unum corpus. Non est ergo Caro hic carnalis illa copula, ut quidam stulte exponunt; verum arctissima illa consuetudo & societas vitæ, quæ illis jam omnium rerum est quædam communio & consortium &c.* Conf. *Castalio*, in §. 23, verb. *Os de ossibus, & caro de carne*, cit. Cap. 2, ibid. pag. 58; nec non *Clarius*, in eundem locum, ibid. pag. 63, & *Grotius*, ibid. pag. 66, ad Verba: *Os de ossibus meis &c.*) duæ Sorores vocantur *caro carnis*, ratione sanguinis, quod eundem, habeant ortum, id est, ex eodem sanguine; hocque sensu appellatio hæc proprie eis solum competit; ast magnum discrimen, inter *carnem carnis*, respectu sanguinis, & respectu matrimonii. Si matrimonium *cum Uxoris sorore* ideo prohibitum, quod soror, tanquam *ejusdem, cum defuncta, carnis*, per consequentiam *pro carne ejusdem Mariti*, cum quo defuncta *una caro* fuit, censenda sit, multo minus potuisset olim frater defuncti fratris Uxorem ducere, præsertim extante Lege prohibitoria, *Levit.* XVIII, 18, & XX, 21; ast licitum hoc erat, imo præceptum, casu quo defunctus sine prole decessit, *Deut.* XX, 5; ergo, nulla ratio, cur matrimonium cum *duabus Sororibus*, pro incestu habeatur, coituque Juri divino & naturali contrario? cum idem de matrimonio cum *duobus fratribus*, dici nequeat; hoc enim si foret, dedisset Deus Legem perficiendæ rei moraliter turpis; quod sanctitati Ejus injuriosum. Urges, id factum, excitandi seminis gratia Fratri; quid hoc ad rem? facienda ne sint mala, ut inde bonum eveniat? aut adeone impotens erat Deus, ut sterilitati defuncti Fratris non aliter consulere potuerit, quam præcipiendo superstiti Fratri committere rem moraliter turpem? videmus hinc, *carnem carnis* per conjugium, & *carnem carnis* per consanguinitatem, non esse usurpandas, ut *caro carnis* per affinitatem, inde effingatur; sequeretur alias absurdum, quod frater fratris sui Uxoris sororis caro esset vocandus; pone *Titum & Cajum* fratres; *Barbaram & Lucretiam* sorores; num *Titus & Lucretia* fiunt caro carnis, quod *Cajus Barbaram* Uxorem ducat? ergo illicita matrimonia duorum Fratrum cum duabus Sororibus! quod magis est: *Pater & filius* constituunt, sine dubio, carnem carnis; æque ac *Mater & Filia*; & tamen nuptiæ inter quatuor has personas legitime contrahuntur. Dictis lucem accendit laudati Ducis *Friderici, Braunschweig- Lüneburg- Cell- und Grubenhagische Kirchen-Ordnung*, de An. 1643, Cap. XIV, *von Ehesachen*; Tit. *Von Persohnen und Graden, welcher wegen*

wegen der Schwägerschafft, in der auffsteigenden Lini, zu Ehelichen verbotten; ibi, §. 35. pag. 153 & 154: *Der Sohn soll, im Ersten Glied hinaufwarts, nicht nehmen seine Stiefmutter, sie sey die Erste, Andere, oder Dritte, so sein Vatter zu Ehe gehabt. Wann aber beyde Eheleute vorhin im Ehestande gewesen, und darin Kinder erzeuget, so mögen solche, von einem andern Manne, und einer andern Frauen, erzeugte Kinder, sich wohl nehmen; dessen ungeachtet, ermelte beyde Eheleute, in besagter Andern, oder dritten Ehe, auch Kinder mit einander gezeuget. Wie dann auch Vatter und Sohn, Mutter und Tochter; und zween Gebrüdere, zwo Schwestern, zur Ehe nehmen mögen; Dann, zwischen gedachten Persohnen, keine die Ehe hinderende Schwägerschafft verhanden &c.* Faciunt in eandem sententiam: *Danielis Hoffmanni*, Helmstadiensis Theologi, Responsum, *pro Matrimonio cum defunctæ Uxoris Sorore*, de Anno 1596, apud Dn. *Niemeyerum*, in Disp. de *Conjugiis prohibitis*; *Cornelius à Lapide*, in *Levit.* XVIII, pag. 704; *Brucknerus*, in *Decisionib. Matrimonialib.* Cap. VIII, pag. 270; *Theod. Hackspanius*, in *Notis Philolog.* in *Levit.* XVIII; *Hieron. Zanchius*, Tom. 3, Part. 3, lib. 4, pag. 785, θ. 4; *Christophorus Joachimus Buchholtzius*, Rintelensis JCt. in Responso: *pro Matrimonio Principis, cum defunctæ Uxoris sorore contracto*, Rintelii, An. 1651; Ejusdem *Assertio Responsi*, An. 1659; ut & *Examen Assertionis Responsi, non Mosis, sed Havemanni*; nec non, Ejusdem *Kebrah, wieder Doctor Strauch*; pariter ac: *Beweiß, daß der Kebrah noch veste stehe &c. Das Gutachten der Oettingischen Superintendenten*, in eadem causa, vid. *Acta Oettingensia, oder Hochangelegene Gewissens-Frage: Ob Jemand seines verstorbenen Weibes Schwester, sonder Ubertrettung Gœttlicher und Natürlicher Gesetze, zu nehmen berechtiget sey? Durch, auf dem in Fürstlicher Residentz zu Oettingen, den 10 Octob. 1681, gehaltenen Colloquio, ergangene Wechselschrifften, Responsa, und Hochvernünfftige Judicia, nach höchsten Fleisses überlegten beyderseitigen Rationibus, erörtert, und, als ein curieuses ungemeines Zweiffel-Werck, in offentlichen Druck außgefertiget; Franckfurt, 1682*, pag. 72 &c. Responsum *Regiomontanum*, ibid. pag. 381 &c. Responsum *Horbii*, ibid. pag. 471; *Wertheimische Kirchen-Ordnung*; Responsum *Facultatis Theologicæ Helmstadiensis*, 1706, 12 Maji, in calce Tractatus Dn. *Joh. Melchioris Gœtzii*, cui Tit. *Kurtze, doch Gründliche Abfertigung der von Hr. Lic. Friderich Ernst Kettnern gemachten, Untersuchung der aufgewärmten Frage: Ob jemand seiner Verstorbenen Frauen Schwester, mit gutem gewissen, heyrathen könne?* 1707 &c. conf. *Faber*, Tom. 2 *der Staats Cantzley*, Fasc. IX, §. 1, p. 150 &c. Responsum Illustris Dn. *Thomasii*, Hall. 1707, 7 Nov. apud Dn. *Gœtzium*, l. c. *Gutachten eines Vornehmen Theologi: daß ein Fürst des Reichs seiner Verstorbenen Gemahlin leibliche Schwester, eine auch Fürstliche Persohn, mit gutem Gewissen, wohl heyrathen dörffe*; apud *Fabrum* l. c. §. 2, pag. 155 &c. *Gutachten eines vornehmen JCti: daß, de Jure Divino, nicht verbothen sey, zwo Schwestern, eine nach der andern Todt, zu heyrathen &c.* ibid. §. 3, p. 162. &c. Tot Exempla ne addam. Quicquid autem hujus rei sit, si mecum, ex capite consilii: *An consultum sit ejusmodi matrimonium inire?* contendas, tibi neganti facile cedam. De Nuptiis *cum Uxoris Sororis filia*; vel, *cum Matertera marito*; vel *cum filio sororis mariti sui*, vid. *Wesembecius*, Consil. 23; *Fichardus*, Cons. 68, Vol. 2.

Quid jam dicendum de *Polygamia, an & Principi circa hanc dispensandi competat potestas?* Prostant, de *Polygamia*, Tract. *Theodori Bezæ*, & *Bernhardi Ochini*, Daventr. 1651, impressi; *Didacus Garzia* de *Transmiera, de Polygamis & Polyviria*, Lib. 3, Panormi, 1638, fol. *Theophilus Alethæus*; Discurs. Politic. de *Polygamia*, Friburgi, 1674; *Joh. Lyseri*, (qui idem cum Alethæo) *Politischer Discurs, zwischen Polygamo und Monogamo, von der Polygamia, oder Vielweiberey*; Friburgi, 1676; *Georgius Adamus Struvius*, Diss. *de Venere illicita, ejusque coërcitione*; Jenæ, 1678; *Daphnæus Arcuarius* (Laurentius Beger hoc nomine latere creditur) Tract. cui titulus: *Kurtze, doch unpartheyisch- und gewissenhaffte Betrachtung, des in dem Natur- und Gottlichen Recht, gegründeten H. Ehestandes, in welcher die seither strittige Fragen: vom Ehbruch; Der Ehscheidung, und sonderlich: von dem viel Weiber nehmen, mit allen beyderseits gegebenen Beweißthumb, dem Christlichen Leser vorgestellet werden*, An. 1679; Ill. *Thomasius*, Diss. de *Crimine Bigamiæ*, Respondente Dn. *Georgio Beyero*, An. 1685, 12 Nov. Lipsiæ habita; Dn. *Nicolai Molleri*, (Historiæ Ecclesiasticæ & Antiquitatum Professoris Kiloniensis,) Exercitatio, de *Polygamia omni, ab ipso Juris, & naturalis & divini, Auctore, omnibus, & omni tempore, prohibita*, Dissertationibus aliquot Academicis exhibita, Kilonii, 1710; Dn. *Michaël Henricus Gribnerus*, Tom. V *Selectorum Opusculorum Juris Publici*, Sect. IV, *de Intercessione Conjugum in crimine Bigamiæ*, p. 71 & seqq. Indagandum hic: *An Polygamia Juri divino, naturali contraria sit, annon?* deinde: *Quomodo ea consideranda, habito respectu ad Leges Novi Fœderis?* Eam

Juri divino naturali contrariam non esse, vel inde probari posse videtur, quod (1) Patriarchæ, virique Sancti alii, tam ante, quam post Mosaicæ Legis promulgationem, plures simul habuerint Uxores, nullo extante vestigio irati desuper Numinis Sanctissimi, pœnæve hoc titulo eis irrogatæ, v. g. ne *Lamechum*, *Genes.* IV, v. 19 &c. nominem, *Abrahamus* Genes. XVI, §. 2 & 3; *Jacobus*, *Genes.* XXIX, §. 21 & seqq. & XXX, §. 1 &c. XXXV, §. 23 &c. *Caleb*, 1 *Chron.* 2. v. 48 & 49; *David*, 1 *Samuel.* XXV, §. 40 ad 43; & XXVII, §. 3; 2 *Sam.* *III*, §. 2 & seqq. & XII, §. 8 &c. *Salomon*, cui 700 Uxores, & 300 pellices erant; *I Reg. XI*, § 3 &c. (2) Deus Ipse *Ismaëli*, quem *Abraham* ex *Hagar* pellice suscepit, benedixerit, eo quod ejus seminis esset; *Genes.* XXI, §. 13, 18 &c. (3) *Rahel*, se à Deo exauditam, & filio donatam, testata sit, quod ancillam *Bilham*, *Jacobo* marito uxorem dederit, *Genes.* XXX, §. 6, ubi: *Da sprach Rahel: GOtt hat meine Sach gerichtet, und meine Stimme erhœret, und mir einen Sohn gegeben, darumb hieß sie Ihn Dan &c.* pariter ac *Lea*, ibid. §. 17 & 18. *GOtt erhöret Lea, und sie ward schwanger, und gebahr Jacob den fünfften Sohn, und sprach: GOtt hat mir gelohnet, daß ich meine Magd* (Silpa) *meinem Manne gegeben habe, und hieß ihn Isaschar &c.* (4) *Jacobus* ipse liberos suos omnes, *sibi à Deo datos*, agnoverit; *Genes.* XXXIII, §. 5 ad 7, ubi, de *Esavo*: *Und hub seine Augen auf, und sahe die Weiber* (Jacobi) *mit den Kindern, und sprach: wer sind diese bey dir? Er* (Jacobus) *antwortet: Es sind Kinder, die Gott deinem Knecht bescheret hat. Und die Mägde* (Bilha & Silpa) *traten herzu mit ihren Kindern, und neigeten sich für Ihm; Lea trat auch herzu mit ihren Kindern, und neigeten sich für Ihm. Darnach trat Joseph und Rahel herzu, und neigeten sich auch für Ihm &c.* (5) Lex manifeste disposuerit de bigamia; *Exod.* XXI, §. 9 & 10; (6) ut & circa hereditatem, inter liberos ex Bigamia genitos, dividundam, *Deut.* XXI, §. 15 &c. (7) Sine distinctione, Populo Israëlitico permissum fuerit, captas in bello mulieres in matrimonium ducere; ibid. §. 10 & seqq. consequenter etiam uxores jam habentibus; (8) Inter beneficia à Deo in *Davidem* collata, & hoc referatur, quod Uxores *Sauli* in finum acceperit; 2 *Samuel.* XII, 8: *Und habe dir deines Herrn Hauß gegeben, darzu seine Weiber in deinen Schoß &c.* (9) Deus vel propterea *Abiam* in Regno Hierosolymitano confirmaverit, quod Abavus ejus, *David*, præcepta divina nunquam fuerit transgressus, excepto casu cum *Uria*; 1 *Reg.* XV, §. 5: *darumb, daß David gethan hatte, daß dem Herrn wohlgefiel, und nicht gewichen war von allem, das Er Ihm gebot, sein Lebenlang, ohn in dem Handel mit Uria, dem Hethiter &c.* adeoque polygamia Deum non irritaverit; (10) *Jojada*, Summus Sacerdos, Regem *Joaschum*, durante tota vita ipsius, nihil mali perpetrantem, duabus cum Uxoribus copulaverit; 2 *Chron.* XXIV, §. 2 & 3: *Und Joas thät, was dem Herrn wohlgefiel, so lange der Priester Jojada lebte; und Jojada gab ihm zwey Weiber, und er zeugete Söhne und Tochter &c.* Quare & *Drusius*, in *Levit.* XVIII, §. 18, cit. Tom. I *Criticor. Sacror.* p. 826, Polygamiam Lege Mosaica prohibitam non fuisse, aperte docet; verb. *Concessa Lege polygamia, hoc est, non prohibita fuit &c.* æque ac *Fagius*, in eundem locum, ibid. pag. 822: *Etsi in Lege Mosis Polygamia concessa fuit, tamen non licuit duabus simul sororibus jungi &c.* & *Grotius*, in eundem locum, ibid. p. 828; Idem, Lib. 2 de J. B. & P. Cap. V. §. IX, p. m. 149 &c. & *de Republ. Hebræorum*, lib. 2, c. 3; *Bellarminus*, Tom. 3 *Controversiarum*, Lib. I, Cap. V, pag. 1298, lit. C: *In Testamento Veteri, permissione Dei, licita erant Polygamia & Repudium &c.* & Cap. XXVII, pag. 1405, lit. D. *Non erat adulterium, tempore Judæorum, consuetudo cum pluribus mulieribus, quia Polygamia erat licita, Viri cum pluribus uxoribus, non autem Uxoris, cum pluribus Viris &c.* *Hahnius* ad *Wesenbecium*, in Lib. 23 ff. Tit. 2 de *Ritu Nuptiarum*, §. 4, verb. πολυγαμίαν, pag. 203 & 204; *Mevius*, *Prodrom. Jurisprud. Gent. communis*, Inspect. I, §. 16, pag. 32; *Henniges* ad *Grotium*, pag. 465, 467, 469; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. XXIX, Lib. 23, Tit. 2, §. 52, p. m. 124 &c. Dn. *Thomasius*, l. c. §. 24; Dn. *Gribnerus* l. c. Tom. V, Sect. 4, Cap. 2, §. 53, pag. 107 & 108; Alii. Minori periculo de *Polygamia Virili* id interpretantes *Bellarminus* l. c. Cap. XVI, lit. A, pag. 1333, verb. *Potest Deus dispensare circa Polygamiam unius Viri, cum pluribus Uxoribus, non autem unius Uxoris cum multis Viris &c.* & cit. Cap. XXVII, pag. 1405, lit. D. *Hülsemannus*, in *Breviario Theologico*, C. 21, §. 8. de *Statu Conjug.* pag. 743; *Strauchius*, Differt. 2, ad *Jus Justin.* aphor. 4; ipse *Athanasius Vincentius*, (quo sub nomine præfatum latere Lyserum putant) in *Polygamia Triumphatrice*, Not. ad §. I, *Theophili Alethæi*, pag. 1, *Polygamiam muliebrem*, Deo, Naturæ, sanæ rationi, omnibus Gentibus, Legibusque divinis & humanis exosam esse atque damnatam, docens; *Struvius* l. c. *Hahnius* l. c. aliique plures, contra *muliebrem*, qua una conjux pluribus Viris communis redditur, afferunt, eam pugnare (1) cum procreatione sobolis, (2) cum mutuo adjutorio, (3) cum Imperio maritali, (4) solam illicitæ libidinis expletionem per eam intendi; (5) nunquam Deum eam permisisse, (6) Gentes quoque ab ea abhorrere; (7)

deco-

decoro & honesto eam contrariari, cum hac ratione tot liberi ignotos Genitores forent habituri, maximo ipsorum præjudicio, & Reipublicæ dedecori; ne dicam (8) de confusione quoad successionem in Feuda necessario inde oritura. Quibus tamen rationibus Ill. *Thomasius* nihilominus *Bigamiam* quoque *Muliebrem* Naturæ Juri neutiquam adversari contendat, ex cit. ejus dissertatione de *Crimine Bigamiæ*, §. 25 ad 36 petendum. Utramque contra Jure naturali prohibitam, tradunt: *Arnisaus*, de *Jure Connub.* C. 4, Sect. 2; *Gerhardus*, Tom. VII *Locor. Commun.* Loco de *Conjugio*, §. 215; *Besoldus*, lib. I *Polit.* Cap. 12; *Calovius*, contra *Socinianos*; *Boeclerus* & *Zieglerus* in *Grotium*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. V; *Felde* ibid. p. 170. Ego putaverim, quia Creator Cœli & Terræ, instituendo matrimonium, unum duntaxat marem, unamque fœminam, fecit, qui essent *una caro*, (*Genes.* I, §. 27 & 28) & Salvator, disputando contra Pharisæos: *Num divortia* (*Deuter.* XXIV, §. 1) *tempore Novi Fœderis adhuc permissa essent?* (Matth. XIX, §. 4) imo, *Pauli* ore, (1 Corinth. VII, §. 2,) propter vitandas scortationes, quemlibet virum jussit habere conjugem propriam, viceque versa, fœminam quamlibet proprium maritum; voluntatem divinam, ab initio statim, fuisse, ut tam Viri, quam Mulieres, polygamia abstinerent; quæ voluntas hominibus merito Legis instar esse debuisset, arg. I *Thessal.* IV, v. 3; attamen, cum Sanctissimo Numini nondum placuisset apertam desuper promulgare Legem, circa Patriarcharum nuptias cum pluribus uxoribus, aliquid indulsisse Deum, sive multiplicandæ prolis gratia; sive, ob semen benedictum, quod ex illa Gente nasci debebat; sive, ad significandam Judæorum Gentiumque in Ecclesia Christi futuram conjunctionem, sive alia de causa; quod postmodum, in Novo Fœdere abrogatum; Ecce, quid de hoc *Augustinus*, de *Doctrina Christiana*, Tom. 3 Operum, lib. 3, Cap. XII, p. m. 52: *Sufficiendæ prolis causa erat Uxorum plurium simul uni Viro habendarum inculpabilis consuetudo; & ideo unam fœminam maritos habere plurimos honestum non erat - - - - In hujuscemodi moribus, quicquid illorum temporum Sancti non libidinose faciebant, quamvis ea facerent, quæ hoc tempore, nisi per libidinem, fieri non possunt, non culpat Scriptura &c.* & Lib. XVI de *Civitate Dei*, Cap. XXXVIII, Tom. V Operum, p. m. 926: *Ad unam quippe accipiendam* (Uxorem, Jacobus in Mesopotamiam) *venerat, sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, qua nesciens usus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuisse: & ex eo tempore, quoniam multiplicandæ posteritatis causa, plures Uxores Lex nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui uni jam futuri conjugii fidem fecerat. Quæ cum esset sterilis, ancillam suam, de qua filios ipsa susciperet, marito dedit; quod etiam major soror ejus, quamvis peperisset, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit &c.* nec non, *Contra Faustum* Manichæum, lib. XXII, Cap. 47, Tom. VI Operum, p. m. 415: *Filio Ejus, Jacob, quod pro ingenti crimine, quatuor objiciuntur Uxores, generali prælocutione purgatur. Quando enim mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra Naturam; alia, contra Mores; alia, contra Præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis Uxoribus objicitur Sancto Viro Jacob? si Naturam consulas, non lasciviendi, sed gignendi causa, illis mulieribus utebatur; si morem, illo tempore, atque in illis terris, hoc factitabatur; Si præceptum, nulla Lege prohibebatur. Nunc vero, cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus, & Legibus, non licet? &c.* Jungamus *Theodoretum*, Cyriæ Episcopum, in *Genesin*, Quæst. 67, p. m. 52, (Edit. Paris. 1642, cura Jacobi Sirmondi) *Si attendamus Patriarcham* (Abrahamum) *concupiscentiæ inservientem, rem* (cum Agar) *reprehensione dignam vocabimus. Si vero Uxor, natura sua infirmitatem declarans, & à Creatore sterilem sibi factum esse uterum dicens, exponensque, quanto liberorum desiderio teneatur? rogavit, ea de causa, Abraham, ut cum Agar congrederetur, quo ipsa liberos inde susciperet: quid peccavit Abraham? maxime, cum neque Natura, neque Lex ulla tum scripta, plures ducere Uxores prohiberet: ipsa vero conjunx sterilis obsecraret Virum, ancillæ permisceri, non ut voluptati inserviret, sed ut ille quidem Natura, ipsa vero adoptione, vocarentur Genitores &c.* Et Quæst. 85, p. m. 62, mentione facta *Jacobi* polygamiæ: *Illud advertendum est, tunc temporis nondum fuisse ullam Legem, quæ multiplices nuptias prohiberet, & quod felicissimi tunc existimabantur, qui multorum liberorum Patres erant &c.* Conf. *Martinus Chemnitius*, in *Examine Concilii Tridentini*, Sess. VIII, sub Pio IV, An. 1563, de *Matrimonio*, Can. 2: *Si quis dixerit: Licere Christianis plures simul habere Uxores, & hoc nulla Lege divina esse prohibitum, anathema sit;* p. m. 429: *Quicquid sit, sive de dispensatione & permissione, sive de tolerantia Dei, in polygamia Veterum, hoc certum est, Conjugium, ex prima sui institutione, esse unius maris & unius fœminæ conjunctionem. Christus enim non novam aliquam Legem condit, sed causas matrimoniales, quæ à primæva norma apud Judæos discesserant, revocat ad primam Institutionem: Ab initio, inquit, creationis non fuit sic. Et, ex prima illa institutione, erudite ostendit, Conjugium esse duorum, unius scil. Maris, & unius*

Fœminæ, divinam conjunctionem. Deus enim in principio creavit non unum masculum, & plures fœminas, sed unum marem, & unam fœminam, & inter duos illos instituit conjugium. Nec dixit: Adhærebit Uxoribus suis, unica enim tunc tantum erat mulier: sed, τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, *illi scil. Uxori suæ, divinitus sibi adductæ & copulatæ. Et notabile est, cum Genes. 2 tantum scriptum sit: Et erunt in carne una, Christus addit explicationem: Et erunt duo in carnem unam, illam vero explicationem sumit ex ipsis circumstantiis textus, neque enim plures tunc erant quam duo, unus scil. mas, & una Fœmina &c.* &, paucis interjectis: *Quod vero de Patribus quibusdam V. T. leguntur Exempla polygamiæ, tribuatur sane illud vel dispensationi Dei, sicut Augustinus disputat de Bono conjugali,* (contra Jovinianum, Tom. VI Operum) *propter Semen benedictum, quod ex illa Gente nasci debebat: vel, propter significationem futuræ conjunctionis Judæorum & Gentium, in Ecclesia Christi, vel tribuatur tolerantiæ Dei, neque enim omnibus vitiis liberi fuerunt Patres: & multa in sanctis suis Deus tolerat &c.* Add. *Balthasar Mentzer*, Tom. IV *Disputat. Marpurg.* Disp. XV, §. 72; *Ægidius Hunnius*, in *Matthæum*, Cap. XIX; *Gerhardus*, *Loc. Theol.* Loc. de *Conjugio* §. 233; *Carpzovius*, *Jurisprud. Consistorial.* Lib. 2, Tit. I, Definit. 3, §. 7 & seqq. pag. 311 &c. Hoc posito, facile apparet, quid respondendum sit, ad Quæstionem: *Utrum Statibus Imperii, circa Polygamiam, dispensandi competat facultas?* Sane, si competat, non universaliter verum, eum, qui, (fornicationis casu excepto) repudiata Uxore, aliam ducit, adulterii reum esse; ast hoc verum, *Matth.* V, 32; XIX, 9; *Marc.* X, 11; *Luc.* XVI, 18; cum alia ratio dari nequeat, cur, divortio hujusmodi facto, aliam uxorem ducens adulter habeatur? quam quod bigamus evadat; Ergo Polygamia Jure divino N. T. licita non est, proinde nec Princeps circa eam dispensare potest, nisi quantum ad irrogandam pœnam, quæ omnino ex Ipsius pendet Clementia, utpote Jure divino Universali non expressa. Apprime hanc in rem Sereniss. Elector Saxoniæ, in Rescripto ad Academiam *Wittebergensem*, An. 1694, apud Dn. *Gribnerum* l. c. Tom. V Sect. 4, Cap. 2, §. 53, pag. 109: *Würdige &c. Es ist bekandt, was vor Schrifften, in welchen die Bigamie vor zulæßig, und in H. Schrifft vor nicht verbothen, gehalten werden wollen; so wohl vormahls, als auch biß anhero, zu nicht geringer Aergerniß, in offentlichen Druck gegeben worden. Wie wir nun deßwegen an unsere Bücher-Commissarien zu Leipzig, daß dergleichen ärgerliche und verdächtige Schrifften nicht eingeführet, auch, da solche in denen Buchladen sich finden möchten, selbige weggenommen und confiscirt werden sollen, gemessene Verordnung ergehen lassen: und aber damit, auf denen Universitäten, weder* privatim, *noch* publice, *in* Disputationibus, *oder andern offentlichen Schrifften, die Bigamie, als zulæßig, und in H. Schrifft vor nicht verbothen, statuirt und defendiret werde; als welches wir hiemit ernstlich verbothen haben wollen; fleissige Auffsicht zu haben: als befehlen wir hiemit gnädigst, Ihr wollet Euch also darnach achten, und dieser unser Verordnung gehorsambst nachleben &c.* Qui exemplo *Philippi* Magnanimi, Hassiæ Landgravii, An. 1540, 3 Mart. vivente & consentiente Conjuge, *Christina*, Saxonum Ducissa, secundas nuptias cum *Margaretha de Sala* celebrantis, contrarium tuentur, maxime, ex quo *Martinus Lutherus*, & *Philippus Melanchthon*, prævia tractatione cum *Martino Bucero*, Theol. Argentorat. sub dato *Melsingen, am Sonntag nach Catharinæ*, An. 1539, Landgravii intentionem detegente, eorumque sententiam expetente, sub dato *Wittenberg, Mittwoch nach S. Nicolai*, An. eod. in literis ad laudatum Principem, responderunt: *Wo aber Ew. Fürstl. Gn. endlich darauf beschliessen, noch ein Eheweib zu haben, so bedencken wir, daß solches heimlich zu halten sey, wie, von der Dispensation, droben gesagt, nemlich, daß Ew. Fürstl. Gn. und dieselbige Persohn, mit etlichen vertrauten Persohnen, so da wissen Ew. Fürstl. Gn. Gemüth, und Gewissen, Beichte, Weiß &c. darumb folget keine besondere Rede, oder Aergerniß: denn es ist nicht ungewöhnlich, daß Fürsten Concubinas halten; und obgleich nicht alles Volck wüßte, wie die Gelegenheit wäre, so werden doch vernünfftige Leuth sich selbsten wissen zu erinnern, und mehr Gefallens an einem solchen eingezogenen Wesen tragen, dann an Ehebruch, und anderm unzüchtigen Wesen. So ist auch nicht alle Rede zu achten, wann das Gewissen recht stehet: und dieses halten wir vor Recht. Denn was vom Ehestand zugelassen im Gesetz Mosis, ist nicht im Evangelio verbothen &c.* quod Responsum præfatus *Daphnæus Arcuarius*, in cit. *Betrachtung des H. Ehestandes*, p. 220 &c. integrum sistit; nondum satisfaciunt respondentibus: unius alteriusve Principis factum Divino Juri, ubi scil. contraria Dei voluntas manifesta, opponi non posse, licet Theologorum quorundam approbatione fulciantur; ne dicam, Landgravium serió affirmasse, posterius matrimonium se contraxisse, ob causas sonticas, quas Deum & Ecclesiam probaturos confideret. Ergò rationem desuper Deo reddendam in se suscepit. Conf. præced. §. 100, lit. d.

(110) 3. Testamenta, ita, ut Princeps ultimas voluntates validas pronunciare possit, ubi omissus est legitimus numerus testium; (*a*) Heredes enim in tali Testamento nullum Jus quæsitum habent, (*b*) nec à Jure Naturæ, nec Jure Gentium, nec Jure Civili. Jus enim Naturæ & Gentium de numero testium in Testamento nihil disponit; & Jus Civile, quod de eo disponit, observatum non est. Ergò Princeps hunc defectum Juris Civilis, sua authoritate, supplere potest; nec injuriam facit defuncto, quia Bona ejus non transfert in alium, quam in quem ille ea translata voluit. Putant alii, hoc ideo fieri non posse, quia Heres, jure Naturæ & Gentium, jus quæsitum habet. *Vid. Mylerus, P. 2, Cap. I.*

NOTÆ.

(a) TESTIUM &c. Alii eousque hoc impugnant, ut nec ipsius Principis Testamentum, consuetis solemnibus destitutum, pro valido agnosci posse, judicent, solo Imperatore excepto. Vid. *Joh. Sichardus*, in L. *Sancimus*, 34 C. de *donationibus*; *Rosenthal*, de *Feudis*, c. 12, Concluf. 10, §. 16, cujus verba *Limnæus*, lib. 4. *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 177, pag. 234, recitat; *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. I, Cap. VII, §. 9. v. 38, pag. 112, & in Indice, Tit. *Testamenta*, ibi: *In Testamentis Imperator vicem septem testium solus supplet &c.* paucisque interjectis: *Septem testium vicem in Testamentis Imperator solus supplet &c. Schraderus* contra, de *Feudis*, Part. X, Sect. I, §. 36, pag. 22, ait: *Sicut Testamentum conditum à Marchionibus, Ducibus, Comitibus, reliquisque regalem dignitatem obtinentibus, valet & tenet, si de voluntate Testatoris quocunque modo constet, licet in eo testamento neque septem testes, neque rogatio testium, neque ulla alia solemnitas testamentaria adhibita fuerit*; Lancellotus Galiaula, *Repetit.* (Jur. Civil.) *L. Centurio, 15, §. 61, ff. de Pupillari substitut. ita quoque & Testamentum, conditum à Baronibus, habentibus merum & mixtum Imperium, & omnimodam Jurisdictionem, nulla penitus adhibita solemnitate testamentaria, valet, si modo de voluntate Testatoris constet*; ad auctoritatem provocans *Baldi*, in cit. L. *sancimus* 34, in princ. §. 5 & 6, C. de *Donationib. Jasonis Mayni*, in L. *Omnium*, 19, §. 15, C. de *Testib. Petri Philippi Cornei*, Consil. 200, lib. I; *Rolandi à Valle*, Conf. 93, §. 42, lib. I; *Anthonii Capycii, Decis. Neapol.* 203, §. 13, aliorumque; ejusdem sententiæ sunt: *Menochius*, Consil. 423, §. 13, Vol. 4; *Hieronymus Treutlerus & Andreas Schöpfius*, Consil. 70, §. 29, pag. 294; *Harpprechtus*, ad §. 3. J. de *Testament.* n. 326; *Besoldus*, Consil. 150, & 272; *Limnæus* l. c. §. 178, pag. 235; *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. XXVI, §. 4 & 5, pag. 271; *Fürstenerius*, de *Suprematu*, Cap. 25; sexcenti alii. Ratio est, quia (1) Testamentum apud acta factum, de Jure communi, valet, etiamsi nulli testes interveniant; per L. *Omnium*, 19 C. de *Testament.* & L. *Sancimus*, 27, C. eod. verb. *vel inter Acta manifestaverit*; propter fidem scil. & auctoritatem publicam Principis, seu Magistratus, quæ omnem falsitatis suspicionem tollit; *Wesenbec.* Consil. 38, §. 37; *Mynsinger*, Responf. 79, §. 8; *Andr. Fachinæus*, Lib. VI *Controversiarum Jur.* Cap. 86; *Schurfius*, Cent. 2, Consil. 71, §. 1, *Treutlerus & Schöpfius* l. c. §. 28, pag. 294. Ergo multo magis libera erit Principi voluntas condendi Testamenti, solennitatibus Juris Civilis non observatis. Conf. seq. Tit. XX, §. 5 & seqq. (2) Testamentum, coram duobus testibus validis factum, non obstantibus Legibus Civilibus, generaliter hodie valere, tam in Foro Civili, quam Ecclesiastico, multi tradunt JCti, vid. *Treutlerus & Schöpfius* l. c. §. 61 & 62, pag. 295; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 32, Lib. 28, Tit. I, §. XV, pag. 215 &c. Quidni poterit facere Princeps Ipse? (3) Solennitates Testamentorum dependent à locorum Statutis; *Struvius* l. c. *Treutlerus & Schöpfius*, Consil. 115, §. 74 ad 76, p. 494; quidni Principi hac in parte, liceat, qui Statuta condere potest? (4) Facultas Juridica Tubingensis *Caroli* Austriaci, Burgoviæ Marchionis, testamenti tabulas, utut omnibus testibus destitutas, pro legitimis agnovit; vid. *Besoldus*, cit. *Consil.* 150. §. 24; *Mylerus* l. c. pag. 272. Tutius tamen agere Principem, solennitates consuetas observando, scribit *Besoldus*, Lib. I Dissertationum *Nomico-Polit.* de *Successione Regia*, Diss. 2, §. 9; conf. *Limnæus* l. c. §. 178, pag. 235; præsertim Ill. Baro de *Lyncker*, de *Libertate Statuum Imperii*, Sect. 3, Membr. 2, §. 4, arg. 8, pag. 72 & 73; cætera negativam propugnans.

(b) HABENT &c. Locus parallelus extat apud *Mylerum* l. c. Part. 2, Cap. 50, §. 10, p. 465.

(111) Item, quod Princeps alicui ex Subditis possit facultatem testandi concedere, qui alias testari non potest. Istis enim permittitur testari, quibus hoc Jure Civili (*a*) permissum est; *L. 3, ff. Qui testam. facere poss. J.* Quibus non est permissum facere Testam. tot.

tit.

tit. Si Princeps alicui conceſſit teſtandi facultatem, donare mortis cauſa (*b*) Eum poſſe putamus; qui enim conceſſit illud, quod magis eſt, etiam concedit illud, quod minus. Alii omnino diſſentiunt; (*c*) quoniam mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, in materia ſtricta, & odioſa; ſed perperam; primò enim falſum eſt, quod teſtamenti factio ſit aliquid odioſi; imò, libertati hominum nihil magis convenit, quam teſtari poſſe; & nihil magis favorabile eſt, quam teſtandi facultas, *L. 1. C. de SS. Eccleſ.* ſecundò, quia mortis cauſa donatio eſt ſpecies ultimæ voluntatis. Qui ergò Teſtamenti factionem concedit, ille concedit poteſtatem declarandi ultimam ſuam voluntatem, ſive poſtmodum hoc faciat legitimè & ſolenniter, per heredis inſtitutionem, ſive hoc faciat ſine heredis inſtitutione.

NOTÆ.

(*a*) JURE CIVILI &c. Proinde & Jure ſtatutario; ſive ex ſpeciali Principis conceſſione;

(*b*) MORTIS CAUSA &c. Quoniam poteſtas donandi mortis cauſa, nihil aliud involvit, quam licentiam declarandi ultimam voluntatem, arg. L. 4, ſeu fin. C. de *donationib. cauſa mortis &c.* Ideo regulariter teſtes quoque ad ejusmodi donationem requiruntur; ibid. & ad obitum usque mutari poteſt; arg. L. 30 ff. de *Mortis cauſa donationibus*; & L. 32 ff. eod. Conf. *Struvius, Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 40. lib. 39. Tit. VI, §. XXI & ſeqq. pag. 506 &c. *Brunneman*, in L. 2. C. lib. VIII. Tit. 57, de *donationibus mortis cauſa*, pag. 790. ubi ſimul; quomodo Legatis æquiparetur.

(*c*) DISSENTIUNT &c. v. g. *Joh. Deckerus*, contra quem *Mylerus* l. c. Part. 2, Cap. 50, §. 11, pag. 466, diſputat.

(112) Ad actus illicitos ſubditorum, pertinent Privilegia, quando, in pœnarum remiſſione diſpenſat (*a*) Princeps Imperii, dum reum, crimine obnoxium, ex ſingulari gratia, pœnæ eximit, vel eam in totum condonando, vel pœnam corporalem (*b*) in pecuniariam commutando, vel condemnando, (*c*) ac mox reum reſtituendo. *L. 9, §. 11, ff.* de Pœn. *L. fin. ff. de Conſtitut. Princip.* Hoc jus à doctoribus dicitur Jus aggratiandi: (*d*) *Vid. Claſen, de Jure aggratiandi; Struvius Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 49 §. 91.*

NOTÆ.

(*a*) DISPENSAT &c. Locus parallelus occurrit apud *Mylerum*, de *Principibus & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 13, pag. 467.

(*b*) CORPORALEM &c. Spinoſa quæſtio eſt: *Num Principi jus competat diſpenſandi, in cauſa Homicidii doloſi?* Faciunt huc Dn. *Philippus Ludovicus Hannekenius*, Tract. de *Jure Gratiæ Principis Chriſtiani, in reos noxæ capitalis.* M. *Erneſti Petri*, Rathenavienſis Scholæ vocati Rectoris, Diſſ. Theologica, *de Jure Principis Chriſtiani aggratiandi circa Homicidium negato*, Præſide Dn. *Adamo Rechenbergio*, 24 Oct. An. 1702, Lipſiæ habita; Dn. *Remberti Clüſener* Inauguralis Juridica: *De Jure aggratiandi Principis Evangelici, in Cauſis Homicidii*, Præſide Ill. Dn. *Thomaſio*, An. 1707, 21 Jun. Halæ ventilata; Pro *negativa* militat, (1) Lex divina univerſalis; *Non occides. Exod.* XX, 13; *Matth.* V, 21; XIX, 18; *Marc.* X, 19; *Luc.* XVIII, 20; *Rom.* XIII; 9; & *Jacob.* II &c. 11. (2) Pœna mortis, crimini huic, ante promulgatam Legem Moſaicam, à Deo, Legislatore ſummo, jam impoſita, arg. *Geneſ.* IX, §. 6: *Wer Menſchenblut vergeußt, des Blut ſoll auch durch Menſchen vergoſſen werden; denn Gott hat den Menſchen zu Seinem Bilde gemacht*; Interprete B. *Schmidio*: *Quisquis effuderit ſanguinem hominis, per hominem* (vindicem legitimum) *ſanguis ejus effundatur: quia* (Deus) *in imagine Dei fecit hominem &c.* (Conf. *Fagius*, in hunc locum, Tom. I *Criticorum ſacrorum*, pag. 156; *Vatablus*, ibid. pag. 158; *Caſtalio*, ibid. §. 5, pag. 159; *Clarius*, ibid. §. 5, p. 160; *Hugo Grotius*, ibid. §. 5 & 6, pag. 162 & 163; & de *Jure Belli & Pacis*, lib. I, Cap. 2, §. V, v. 2, 3 & ſeqq. pag. 19 & 20.) cujus æquitatis homines adeo convicti erant naturaliter, ut *Cainus*, occiſo fratre, ex conſcientiæ dictamine, ultro reum mortis ſe agnoverit, *Geneſ.* IV, 14: *Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me &c.* quibus verbis *Grotius* in hunc locum, cit. T. I *Criticor. ſacror.* pag. 129, addit: *Ex Naturæ dictato;* Conf. *Seldenus*, de J. N. & G. lib. 4. Cap. I; (3) Lex, ſtabilita Republica Judaica, toties repetita, *Exod.* XXI, 12: *Qui percuſſerit Virum, ut moriatur, moriendo morietur &c. Levit.* XXIV, 17: *Vir, cum percuſſerit ullam animam hominis, occidendo occidetur &c.* Conf. §. 21, *Numer.* XXXV, 16: *Si, per inſtru-*

strumentum ferri percusserit eum, ut moriatur, homicida erit: occidendo occidetur homicida; add. seqq. §. 17, 18, 19, 20, 21, 30 & 31; *Deuteron.* XIX, §. 10, 11, 12, 13; *Ezech.* XVIII, 10 & 13, & in Novo Fœdere, *Matth.* XXVI, 52; *Apocal.* XIII, §. 10. (4) Ratio Legis manifestata; scil. *Quia homo ad imaginem Dei factus*; Genes. IX, 6. (5) Limitatio addita, in gratiam homicidarum non dolosorum, utpote quibus constituta Asyla; *Numer.* XXXV, §. 6. 22 & seqq. *Deuteron.* IV, §. 41, 42; & XIX, 2 & seqq. *Josua* XX, 2 & seqq. ne scil. sanguinis effusi vindex in eos ex præscripto animadverteret; conf. præced. §. 80, lit. a. (6) Quod Homicidium sit scelus admodum atrox, crudele, inhumanum & clamans; (*eine Himmelschreyende Sünde*,) ab Ipso Deo vindictam exposcens, quoties ab hominibus impunitum, vel non satis punitum, relinquatur; *Genes.* IV, 10; XLII, 22; vid. *Dannhawer, Colleg. Decalog. Disputat.* Disp. XII, §. 18; (7) Deus crimini huic adeo infensus fuerit, ut & dolosum homicidam ab ipso altari ad supplicium rapi præceperit; *Exod.* XXI, 14; imo, ad aram cædi; Exemplum præbente *Joabo*, I *Reg.* II, §. 5, 28, ad 34. (8) Terra sanguine innoxio contaminata non nisi effundentis sanguine expiari queat; *Numer.* XXXV, 33. (9) Salus Reipublicæ id postulet; cum tanta sit hominum improbitas, ut, nisi atrociorum criminum audaciæ capitali supplicio obviam iretur, nemo tutus vivere posset; (10) Judici inferiori, sine speciali licentia, Leges Superioris mutare, non liceat; X. de *Majoritate & Obedientia*, lib. I *Decretal. Gregorii* IX, Tit. 38, Cap. XVI; *Cum Inferior*; *Knipschildt*, de *Juribus & Privilegiis Nobilium*, lib. 3, Cap. 4, §. 228, p. 157; sique id facit, delinquentis culpam luere teneatur, arg. I *Regg.* XX, 42. (11) Tristia Homicidæ fata innotescant; *Proverb.* VI, 17; *Galat.* V, 21; *Apocal.* XXI, §. 8; unde sceleris atrocitas æstimanda. (12) tot dicasteria, Universitates, Virique religiosissimi pariter & æquissimi, hactenus sententiam hanc defensarint; hinc, *Bodinus*, de *Republ.* Lib. I, Cap. X, §. 166, p. m. 260: *Ego nec Principibus ullis, nec mortalium cuiquam, veniam largiri licere statuo, si scelus divina Lege capitale fuerit. Ac si quidem Judex infamiam contrahit capitalem, qui privatos Legibus Civilibus, quæ paulo momento mutabiles sunt, solvit* (L. *Servos*, 8, C. *Ad Legem Juliam, de Vi publica*; L. 1, C. de *Privatis carceribus*; L. 2 C. de *Commerciis*; L. *Nulli*, 3, C. *Ne Sanctum baptisma iteretur*; L. *Si quis*, 1, C. de *Desertoribus*) *quis parricidam, ac incestibus omnibus delibutum hominem, Legibus divinis jure solvi posse, confidat? Quod si ne Principi quidem fas est, quod alterius vel minimum intersit, aut injuriam alteri illatam condonare: quonam modo contumeliam Deo illatam, aut parricidium consulto perpetratum, quod Lege divina capitale est, dissimulare poterit? &c.* Conf. *Gailius*, lib. 2, *Observat.* 110, §. I, pag. 503; *Norderman*, de *Jur. Princip.* Conclus. 47; *Ernestus Gothofredus*, de *Jure Consistoriorum*, Posit. 85; *Limnæus* lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. 8, §. 282, pag. 261 & 262; *Carpzovius*, *Prax. Criminal.* Part. 3, Quæst. 150, §. 31 & seqq. pag. 399, in eandem sententiam plures alios accersens; Idem, *Jurisprud. Forens. Romano-Saxonica*, Part. 4, Constit. IX, Definit. VII, p. 1324 & 1325; ut & de *Lege Regia German.* Cap. IX, Sect. XI, §. 22, pag. 233; *Petrus Heigius*, Part. 2, *Quæst. Jur. Civil. & Saxon.* Quæst. 24, §. 30 & seqq. *Struvius, Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 49, Lib. 48, Tit. VIII, §. 53, p. 967; *Brunnemannus* in Codicem, Lib. IX, Tit. XVI *ad L. Corneliam de Sicariis*, L. *Frater*, 1, pag. 817; *Besoldus*, lib. 2 *Polit.* c. 2, §. 3 & 4; *Knipschildius*, de *Juribus & Privileg. Civitatum Imper.* lib. 2, Cap. 27, §. 22 &c. p. 507; Idem, *de Juribus, & Privilegiis Nobilium*, lib. 2, Cap. 4, §. 28, pag. 57 &c. & lib. 3, Cap. 4, §. 229, pag. 157; *Andr. Schwartz*, Disp. Inaug. de *Jure aggratiandi*, Conclus. X, lit. c; *Myler*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 16, pag. 471; Dn. *Buddeus*, in *Selectis J. N. & G.* in *Specimine Jurisprud. Histor.* §. 63, p. 830 &c. Dn. *Ernestus Petri*, cit. Diss. tota; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 14, §. 6, p. 929; Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. VII, §. 8, pag. 402; permulti alii

Pro *affirmativa* facit, quod (1) Deus ipse primo Homicidæ, *Caino*, pœnam mortis remiserit; *Genes.* IV, 15; quod facere non potuisset, si præceptum: *de homicida ultimo supplicio plectendo*, pro naturali & indispensabili, habendum foret; cum Deus contra Jus naturale dispensare nequeat. (2) *Abrahamus* temere pro Sodomitis intercessisset, *Genes.* XVIII, §. 22 &c. nisi credidisset, Summum Legislatorem, in criminibus etiam capitalibus, Legis rigorem gratia temperare potuisse; unde subsumunt, potestatem hanc, Magistratibus, qui summam rerum moderantur, seu Majestatem quomodolibet exercent, ad piorum honestorumque Virorum intercessionem; non minus in Novo Fœdere, ac olim, competere; Ipsius Salvatoris exemplo, *Luc.* XXIII, 34, nec non S. *Stephani*, Act. VII, 60, & B. *Augustini*, qui, in literis ad *Marcellinum* Comitem, pro *Donatistis* intercessit, rogitans, ne atrocia crimina, interque ea, homicidia, in quæstione confessos, capitis supplicio puniret, aliis pœnis castigandos; vid. Tom. 2 Ejus operum, Epist. 158, p. m. 718 &c. *Pœna sane illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te, ut, præter supplicium mortis, sit, & propter conscientiam nostram, & propter Catholicam mansuetudinem commendandam; ipse enim fructus ad nos pervenit confessionis illorum, quia invenit Ecclesia Catholica ubi suam*

suam, erga atrocissimos inimicos, servet atque exhibeat lenitatem &c. Et Epist. 159, pag. 720: *Circumcelliones illos, & Clericos partis Donati, quos, de Hipponensi Ecclesia, ad Judicium, pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, à Tua Nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum, Catholicum Presbyterum, commiserunt, & de cæde Innocentii, alterius Catholici Presbyteri, atque de oculo ejus effosso, & de digito præciso, fuisse confessos. Unde mihi solicitudo maxima incussa est, ne forte Sublimitas Tua censeat eos tanta Legum severitate plectendos, ut, qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas &c.* pariter ac in Epist. 160, ad *Apringium* Comitem, in eadem causa, pag. 722: *Per misericordiam Christi obsecro - - - ne vel ipsi,* Circumcelliones, & Donatistæ Clerici) *vel illi, quorum homicidium patefactum est, per Tuæ potestatis sententiam, mulctentur, hoc timeo, hoc ne fiat, & Christianus Judicem rogo, & Christianum Episcopus moneo. De Vobis quidem dixisse Apostolum legimus, Rom. XIII: Quod non sine causa gladium geratis, & Ministri Dei sitis, vindices in eos, qui male agunt. Sed alia causa est Provinciæ, alia est Ecclesiæ; illius terribiliter gerenda est administratio, hujus clementer commendanda est mansuetudo &c.* Hinc *Clarius*, in Cap. VII *Actor.* §. 60, ad verba: *Ne statuas illis*; Tom. 4 *Criticor. Sacrorum*, pag. 2201: *In medio lapidantium furore, non est oblitus* (Stephanus) *pro hostibus precari, ut verus domini imitator, qui & Ipse, dum cruci affigeretur, dixit: Pater, ignosce illis &c.* & *Drusius*, in eundem locum, ibid. pag. 2208: *Institutum erat Veterum piorum - - - - ut dicerent: Remitte, & condona iis, qui vexant & affligunt nos &c.* (3) Præcipui Judæorum Doctores Legem: *De necando Homicida*, inter Reipublicæ suæ proprias referendam esse, doceant; adeoque Christianos amplius non obligantem. Vid. *Schickardus*, de *Jure Regio Hebræorum*, Theor. 14, §. 99, pag. 251. *Seldenus*, de J. N. & G. *secundum disciplinam Hebræorum*, lib. 4, c. I, pag. 481. *Hannekenius*, cit. Tract. Cap. ult. §. 5, v. 6; & quidem ita, ut (4) rigor ejus non nisi homicidia inter Judæos commissa respexerit, nec simul Gentium, seu proselytarum, cædes; cum notum sit *Exod.* XXI, §. 20, dominum, qui servum occidisset statim extinctum, noxam non mortis pœna luisse, sed, prout æquum Judicibus visum; interprete *Fagio*, verborum *Lutheri*; *der soll darumb gestrafft werden*; Tom. I *Criticor. sacror.* in *Exod.* XXI, §. 20, p. 586: ibi: *Judicando judicabitur, i. e. punietur, prout Judices dijudicaverunt*; ut & *Vatablo*, in eundem locum, ibid. pag. 587: *Judicando judicabitur, i. criminis reus punietur, prout judicaverint Judices &c.* Sequente paragrapho 21 continente, Dominum plane non fuisse punitum, servo postridie, aut luce tertia, demum mortuo; *Lutherus*: *bleibt er aber* (cæsus servus) *einen, oder zwen Tage, so soll er* (Dominus) *nicht darumb gestrafft werden; denn es ist sein Geld &c.* Conf. *Seldenus* l. c. *Hannekenius* l. c. Cap. 3, §. 3; Responsum Facultatis Juridicæ Hallensis, An. 1703, mens. Jul. apud Dn. *Clüsenerum*, in calce Dissertationis modo memoratæ, pag. 48. (5) *David*, Vir juxta cor domini, graviter in divinam Legem peccasset, posito: pœnam homicidarum capitalem universalis esse juris divini, omnes mortales constringentis, quod nec, ex præscripto domini, in filium *Absalonem* animadverterit, ubi fratrem, *Amnonem*, jugulasset, 2 *Sam.* XIII, 28 & 29; nec *Joabum*, *Abneri* occisorem, neci dederit, 2 *Sam.* III, §. 27 &c. vitaque insuper donaverit mulieris *Thekoitis* filium, fictum licet tantummodo, Germanum fratrem è medio tollentem; 2 *Sam.* XIV, §. 6 &c. (6) Lex, de *Necando homicida*, non magis ad Leges naturales, seu universales divinas, referri mereatur, quam illa, quæ *adulterum* ultimo supplicio subjicit; *Levit.* XX, 10, *Deuter.* XXII, 22; *Ezech.* XXIII, 45, 46 & 47; *Joh.* VIII, §. 3 ad 7; Qui enim dixit: *Non mœchaberis*; dixit etiam: *Non occides &c. Jacob.* 2, §. 11; *Matth.* V, §. 21 & 27. (7) Jus naturæ modum puniendi crimina plane ignoret, declarans saltem, malos esse puniendos; reliqua prudentiæ & judicio eorum, quibus potestas in facinorosos animadvertendi competit, relinquens. Vid. *Caspar Ziegler*, de *Jurib. Majestat.* Lib. I, Cap. V; §. 56; *Hannekenius*, l. c. Cap. ult. §. 5, v. 2, verb. *Inde perperam sentire &c.* & §. 6, verb. *Lege forensi Judæorum constitut.* (8) Si, crescentibus delictis, pœnas, in Lege Veteri, malefactis impositas, exasperare liceat, v. g. furti, quod non laqueo, ut hodie, sed restitutione duntaxat dupli, vel quadrupli aut quintupli, mulctabatur, arg. *Exod.* XXII, §. 1, 3, 4, 7 &c. pari ratione, causis suadentibus, mitiores quoque dictari poterunt. (9) Summos Principes non minus quandoque deceat, capitalia crimina patrantium misereri, (sive id fiat intuitu conditionis *Rei*, sive ætatis ejus, sive meritorum, Parentum, Liberorum, Fratrum, Sororum, Agnatorum, Cognatorum, Patronorum, aliorumve pro eo intercedentium &c.) ac Ipsimet, atrocium sæpe peccatorum participes, misericordiam Dei, cujus vices in Terris gerunt, implorant, seriamque pœnitentiam agendo indubitanter obtinent. (10) Status Novi Fœderis sit Status Gratiæ, nec amplius rigori Legum Fœderis antiqui obnoxius; imo Reipublicæ salus lenitatem quandoque postulet; dum *non minus Principi turpia sunt multa supplicia, quam Medico multa funera; & Remissius imperanti melius paretur*; *Senecæ* verba sunt, lib. I de

de *Clementia* Cap. 24. p. m. 205; præsertim ubi magna emendandi spes adest. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. XX, §. XIII, p. m. 332; (11) Sine contradictione, domini quondam, ad necem usque, servos impune castigare potuerint; (tot. Tit. C. de *Emendatione Servorum*; Lib. IX, Tit. XIV;) utut servi æque ad imaginem Dei creati essent, ac domini. (12) Juxta variarum Gentium Statuta & consuetudines, homicidia non gladio, sed multa pecuniaria, aliove modo, olim vindicata noscantur; Vide *Formulas Marculfi*, Lib. 2, Cap. 18, apud *Baluzium*, Tom. I *Capitular. Francor.* pag. 417; ut & *Sirmondi*, Cap. 39, ibid. p. 49: & *Bignonii*, Cap. 7 & 8, ibid. pag. 499, & 500; & *Lindenbrogii*, Cap. 124, ibid. p. 544; Conf. *Grotius* l. c. lib. I, Cap. 2, §. V, v. 3, p. m. 20 & lib. 2, Cap. XX, §. XII, v. 3, pag. 331; *Besoldus*, Thesaur. Pract. voc. *Toden Halß lösen*, p. m. 581; Dn. *Schilterus*, Exercit. 49 ad Pandectas, §. 114 &c. Dn. *Clüsener* l. c. Cap. III, §. 1, p. 21. (13) Asyla veterum luculenter testentur, homicidas, dolosos etiam, non semper ad ultimum supplicium fuisse raptos; Vid. præced. §. 77, lit. a, & §. 78, lit. a; Conf. *Caus.* XVII, Quæst. IV, Cap. VII, *Si quis &c.* Cap. XXIII, *de Presbyterorum &c.* Cap. XXIV. *Qui Presbyterum occiderit &c.* Cap. XXVI, *Omnes Presbyteri &c.* Cap. XXVII, *Qui Subdiaconum occiderit &c.* Cap. XXVIII, *Qui occiderit Monachum &c.* (14) *Taxa Romana*, Tit. de *Homicidio voluntario*, p. m. 44 &c. Edit. Londin. 1702, manifesta hujus rei documenta subministret; (15) Nulla subsit ratio, cur, ob homicidium, Clerici non æque ac Laici capitis pœnam luant; Lib. V *Decretal. Gregor.* Tit. XII, de *Homicidio voluntario & casuali*, Cap. VII, *Presbyterum*; & Cap. VIII, *Continebatur &c.* & Tit. XIV, de *Clericis pugnantibus in duello*, Cap. 3, *Henricus*, add. Lib. 2, eorundem decretalium, Tit. I, de *Judiciis*, Cap. 4, *At si Clerici*; Cap. 8, *Clerici &c.* (16) *Casimirus*, Poloniarum Rex, an. 1368, rigorem Legis, *de jugulando homicida*, solenniter abrogaverit, edicendo: *Quamvis occidens, secundum Dei Legum Sanctiones, esset capitali pœna plectendus, Nos tamen, rigorem illum temperantes, statuimus &c.* Vid. ex *Statutis Regni Poloniæ, in ordinem Alphabeti digestis*, voc. *Homicidium*, Dn. *Clüsener* l. c. Cap. III, §. 9, pag. 27. (17) *Margaretha* de *Brederode*, Imperialis liberi Secularis Collegii *Thorensis* domina, *Henrico Fyen* ex *Byersel*, qui *Lambertum*, filium *Johannis Ingenneuhys in Byersel*, occiderat, ad preces & intercessionem ipsiusmet *Johannis*, necati Patris, aliorumque ejus consanguineorum & amicorum, 1561, capitis pœnam remiserit; vid. Dn. *Lunigius*, Part. spec. *des Reichs Archivs*, Contin. 2, 3 *Fortsetzung*, V *Abtheilung*; *im Anhang vom Stifft Thoren*, §. 76, pag. 923. (18) Eandem sententiam defendant: *Johannes Henichius*, D. Theol. & Prof. *Rintelensis*, Ecclesiarumque Comitatus Schaumburgici Superintendens, in Consilio Homicidæ dato, apud Dn. *Clüsenerum*, in calce cit. Dissert. pag. 41 &c. Dn. *Philippus Ludovicus Hannekenius*, D. Theol. & Prof. Wittebergensis, cit. Tract. *de Jure Gratiæ Principis Christiani in reos noxæ capitalis &c.* Facultas Juridicia *Halensis*, in Responso, de An. 1703, mens. Jul. apud Dn. *Clüsenerum* l. c. pag. 46 &c. ipse Dn. *Clüsenerus*, in sæpe fata Dissert. *de Jure aggratiandi Principis Evangelici in causis homicidii.* Conf. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 26, §. 24, pag. 849.

Ad hæc cum regeri queat, & quidem ad (1) Non omnia, quæ Deus, ante conditam Legem, ex rationibus sibi notis, fecit, hominibus hodienum facere permitti. Tempore trucidati *Abelis*, nulla fuisse judicia. Deum morte adhuc graviori pœna *Cainum* castigasse, quem vagum, singulari plane vindictæ signo notatum, tremebundum, conscientiæ malæ stimulo sauciatum, nec nisi maledicta terra usurum, ad incutiendum eo majorem futuris homicidis terrorem, in exilii ærumnis oberrare potius voluerit, quam, talionis jure, statim occidi. Ne dicam, Cedrenum, multosque alios, existimare, nihilominus à *Lamecho* eum tandem è medio sublatum; vid. *Drusius*, in *Genes.* IV, §. 15, Tom. I. *Criticor. Sacror.* p. m. 126; *Fagius*, in eundem locum, ibid. pag. 100 & 112; *Clarius*, in eundem, l. c. pag. 121; quamvis posterius *Theodoretus*, Tom. I in *Genesin*, Quæst. 44: *Quosnam interfecit Lamech*, pag. m. 37, neget respondendo: *Non duos, ut quidam putaverunt; neque ipsum Cain, ut alii fabulati sunt; sed unum, & hunc juvenem; Virum enim inquit* (Genes. 4) *occidi in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum*; *h. e. virum agentem juvenilem ætatem. Pœnam tamen evasit, propter peccati confessionem: &, contra se ferens sententiam, evitavit sententiam divinam &c.* Qui de signo Caini, Quæst. 42, pag. 37, ubi quæritur: *Quod signum apposuit DEus Cain?* pergit: *Ipsa DEI sententia, quæ prohibebat illum occidi, signum erat: & ipsa membrorum concussio notum manifestumque eum reddebat &c.* Satis esse *Cainum*, ex sanæ rationis dictamine, æquitatem naturalem, indeque fluens talionis jus, cognovisse, de quo Summus Legislator omnino disponere tunc pro lubitu potuerit. Plura de hoc exemplo, apud *Münsterum*, in cit. *Genes.* IV, §. 7, Tom. I *Criticorum Sacrorum*, pag. 97, & §. 12 & 15. pag. 98; add. *Grotius* de J. B. & P. lib. I, Cap. 2, §. V, v. 3. pag. m. 19. Ad (2) *Abrahamum*, bona intentione, pro Sodomitis, intercessisse apud Deum, & meritò, cum officii piorum sit, quocunque modo recedentis à recta via proximi, causam, in foro divino, precibus ac suspiriis perorare; in primis, ubi de injuria, nobismet ipsis illata, agatur, testibus allegatis Salvatoris Nostri, *Luc.* XXIII, 34; Proto-Martyris *Stepha-*

 ni, Act.

ni, Act. VII, 60, & B. *Augustini*, loc. cit. aliorumque intercessionibus, eum in finem factis, ne ipsorum persecutores in obduratione permanerent, sed ad frugem bonam se reciperent, quod multos etiam fecisse, *Grotius*, in *Luc.* XXIII, v. 34, Tom. 4 *Criticor. Sacror.* pag. 1496, nec non in *Acta Apostol.* Cap. VII, §. 60, pag. 2218, observavit, salvâ cæterum Justitiâ, vel Sodomitarum exemplo, teste, quos, in nequitia obduratos, precibus *Abrahami* non obstantibus, ignis cœlitus emissus devoraverit, *Genes.* XIX, §. 24 & seqq. pariter ac Judæi, detestandum facinus, Salvatore cruci affixo, non deplorantes, gehennæ flammas certissime sint sensuri. Ad (3) Nihil obesse, quo minus id, quod natura docet, immutabile permaneat, licet positivis quoque legibus contineatur, v. g. decalogus, mentibus hominum naturaliter infitus, etiamsi, & quidem rigidis sub pœnis, positivæ Leges idem præcipiant. Ad (4) Remissionem, à Deo ipso, summo vitæ necisque arbitro, Dominis, servos ad mortem usque malè habentibus, ex specialissima gratia, indultam, non satis accuratè ad potestatem Principum nostrorum relaxandi delinquentibus pœnam, applicari; cum servi isti gentiles, tanquam manifesti rerum omnium Creatoris hostes, in oculis Ejus, parum vel nihil à brutis differrent, verbis: *denn es ist sein Geld*; interprete B. Schmidio *quia argentum ejus est*, haud obscurè id innuentibus; hocque intuitu, prærogativis indigni, quibus Populo suo Deus singulariter tunc prospexit, judicati fuerint; cujusmodi discrimen inter dominum & servum hodiè abrogatum; præter quod Nova Lex dolosis quibuslibet homicidis, supplicium minetur, *Matth.* XXVI, 52, *Apocal.* XIII, 10. Ad (5) Rationes exemplis non everti. Davidis facta non omnia probanda; ultionem tamen *Abneri* Eum commendasse filio *Salomoni*, qui etiam *Joabum* homicidam neci dederit; *1. Reg. II*, §. 5, 29 &c. *Absalonem*, non attenta Patris indulgentia, à Deo ipso fuisse punitum, utpote quem, crinibus arboris ramo innexum, tribus lanceis *Joab* transfixerit, ab Armigeris ejus mox penitus trucidatum; *2 Samuel.* XVIII, 14 & 15. Num rectè fecerit *David*, filium mulieris *Thekoitis*, qui fratrem occidisse inducitur, vitâ donando? quæri! spectare huc *Grotii* paraphrasin, in *2 Sam.* XVIII, §. 10, ad verba: *Et ultra non addet, ut tangat te*, Tom. I *Critic. Sacror.* pag. 2395, *Subitâ quadam misericordiâ motus hoc dixit David, non sumpto ad Legem recogitandam spatio. Nam etiamsi vindex cessasset, Senatus erat inquirere de homicidio, & pœnas exigere; &, si Senatus cessasset, Ejus qui gladium gerit, id est, Regis &c.* Emendatione quadam licet egeat, quod de Synedrio hic profertur, cum jus vitæ & necis æquè tunc ad Reges pertinuerit, ac hodie; Vid. *Seldenus* l. c. lib. 2, Cap. 14 pag. 922, 924. Ad (6) Rursus quæstionem esse: an jure capitis pœna adulteris remittatur? quicquid sit, homicidium gravius longe crimen adulterio; ibi, perire hominem, ad imaginem Dei creatum; non hic; ibi, cive privari Rempublicam, imo omnibus, qui ab interfecto descendere potuissent, non hic; ibi, usurpari gladium, in maximam illius, cui à Deo id demandatum, injuriam; non hic; ibi & animas perdi posse, si scil. jugulatus, è medio tollatur, tempore quo extra statum Gratiæ est, secus ac hic, pœnitentiæ portâ adulteris, peccatum sincere deplorantibus, semper apertâ; ibi, aliquid inhumani deprehendi, à quo ipsa natura abhorret, non hîc; ibi, naturali talionis jure, sanguinem malitiosè effundenti, sanguinis quoque pœnam irrogari, non hîc &c. proinde tutius adulteri pœnam mitigari posse, quam homicidæ. Ad (7) Quamvis Naturæ jus pœnarum gradus ignoret, sufficere de iis constare, ex æquitate naturali, ab ipso Naturæ domino, promulgatis postea Legibus scriptis, apertè declarata. Ad (8) rigorem Legum lenitate temperari vel adhuc posse, modo Justitiæ fiat satis, nec DEus offendatur; carere dubio. Ad (9) idem dicendum; Ad (10) Salvo axiomate hoc, Magistratum genere gladium, in vindictam facinorum, terroremque ea committentium, *Rom. XIII*, 3, 4. Quadrare huc verba *Vatabli*, in *Rom. VIII*, §. 4, Tom. 4. *Criticor. Sacror.* pag. 2773; *Quasi dicas. Ultor ad sumendum supplicium* (Magistratus esto) *de eo, qui, quod malum est, fecerit &c.* nec non *Clarii*, in eundem textum, §. 3, ibid. pag. 2774: *Non sunt impedimento Principes bonis, sed eis potius opitulantur, dum coërcent malos &c.* Improbitate enim non repressa, bonos tuto vivere non posse; consequenter ejusmodi Civitatem perperam de statu Gratiæ gloriari, annotasse *Grotium*, in eundem textum, §. 3, pag. 2779. Ad (11) multum licentiæ in servos olim sumtum dominis, charitati Christianæ perquam oppositum; deinde, ipsam Legem un. C. de *Emendatione Servorum*, immanitati dominorum obicem ponere, verb. *Nec verò* (Dominus) *immoderatè suo jure utatur, sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum* (servum) *ictu fustis, aut lapidis, ceciderit: vel certe telo usus letale vulnus inflixerit: aut suspendi laqueo præceperit: vel jussione tetra præcipitandum esse mandaverit: aut veneni virus infuderit: vel dilaniaverit pœnis publicis corpus, ferarum unguibus latera persecando, vel exurendo, oblatis ignibus, membra; aut tabescentes artus, atro sanguine, permixta sanie, defluentes, prope in ipsis adegerit cruciatibus, vitam relinquere sævitia immanium barbarorum &c.* Rectè, apud *Ciceronem*, Orat. XXXVIII, *pro Milone*, Cap. 17: *Interfit inter vitæ dignitatem Summorum atque infimorum, mors quidem illata per se-*

scelus iisdem pœnis teneatur & Legibus. Ad (12) Non spectandum, quid fiat, sed quid fieri debeat? *Millies perire, esse melius, quam in sua Civitate, sine armatorum præsidio, non posse vivere &c.* ex laudati *Ciceronis* Oratione 45, *Philippica secunda*, §. 112. constare. Ad (13) Contra Asylorum abusum, innumeras extare querelas; patrocinia publicorum criminum æqui justique patronis nunquam fuisse probata. Ad (14) Taxam Romanam notorie multa continere impia, quibus, moratiores inter Gentes, ne Christianos nominem, vix adhibenda fides. Ad (15) discrimen hoc merito inter Romanæ Curiæ arcana conservandæ in Republica Christiana discordiæ referendum, proinde ab iis rejici, qui Clericis nullatenus majori licentia in Civium sanguinem debacchari fas esse, quam Laicis, confidunt. Ad (16) *Stephanum Bathori* Poloniarum Regem, *Casimiri* Legem, tanquam divinæ contrariam, dudum jam abrogasse; factum insuper *Casimiri* & aliis displicuisse, testari *Arnisæum* de *Jurib. Majest.* lib. 2. c. 3. pag 204: *Hoc scil. erat Regis humani, accusare iniquitatis Leges divinas, easque idcirco abrogare, quasi ipse sapientior esset ipsa Sapientia, & quod Hæc justum esse jubet, ille nimii rigoris accusatum damnare deberet &c.*

Ad (17) & (18) Præjudicio huic longè plura in contrarium, ut & Auctoritates auctoritatibus opponi posse.

Tutius ego, & tranquilliori animo, summos Magistratus procedere arbitror, qui ejusmodi dolosos homicidas capitis supplicio vicissim subjiciunt; cum, ita se gerendo, nihil agant, quod divinæ voluntati, sacrarumque Legum Codici contrarium, aut tranquillitati publicæ noxiosum, aut charitati Christianæ adversum, aut Civilis prudentiæ regulis detrimentosum sit; versaque vice, indulgentior vita, &, cum ipsa, frequentiora pedetentim introducta crimina, facillimè Rempublicam turbare, tandemque penitus evertere queant.

(c) CONDEMNANDO &c. In materia dispensandi, ratio præcipuè habenda (1) *Personarum* (2) *Causæ*, (3) *Loci*, (4) *Temporis*, (5) *Quantitatis*, (6) *Qualitatis*, (7) *Eventus &c.*

Personarum, & quidem (1) respectu *ætatis*; num *Infans*, aut *impubes*, crimen committat, aut alius provectioris ætatis? *Infantes* enim, cum non intelligant quid agunt, arg L. 12 ff. *ad L. Corneliam de Sicariis*; Lib. 48, Tit. VIII; & *Impuberes* (modò non prope pubertatem sint) doli incapaces existimentur, arg. L. 3 ff. de *Injuriis*, lib. 47, Tit. X; L. 4, §. 26, ff. de *Doli mali exceptione*, Lib 44. Tit. 4; L. 111. ff. de R. J §. 18 Instit de *Obligationib. quæ ex delicto nascuntur &c.* imò *furiosis* æquiparentur, arg. L. 9, ff. de *Adquirenda vel omittenda hæreditate* Lib. 29, Tit. 2; ultrò constat, mitius cum iis procedendum, quam cum aliis, qui doli capaces sunt. Conf. L. 16, §. 3, in fin ff. de *Pœnis*, Lib. 48, Tit. XIX; L. 7. C. de *Pœnis*, Lib. IX, Tit. 47. *Carpzov. Pract. Criminal.* Part. 3, Quæst. 143, tot. pag. 353 &c. *Myler*, de *Principib. & Statibus Imperii*, P. 2, Cap. 50, §. 17, pag. 471 &c. (2) *Sexus*; quoniam mitior circa fœminas debet esse sententia, quam circa mares; arg. L. 5, §. 3, C. *Ad L. Juliam Majestatis*, Lib. IX. Tit. VIII, Conf. *Decius*, in L. 2. de R. J. §. 70. &c. ad 83. octodecim casus recensens, quibus fœminæ melioris conditionis sunt quam Viri. add. *Mylerus* l. c. (3) *Qualitatis*; utrum quis Nobilis, nec ne? meritis in Rempublicam coruscans; egregius artifex &c. an non? vid. L. 16. §. 3. ff. de *Pœnis*; & l. 31. eod. stupidus, an astutus? Ebrius, an non ebrius? priorem cum furioso comparari, L. un. C. *Si quis Imperatori maledixerit*, lib. IX, Tit. VII, constat. Conf. *Taboris Thesaur. Locor. commun.* Lib. V, Cap. I, *de Ebrietate* p. m. 398. *Carpzovius* l. c. Quæst. 146. p. 373. Sanæ mentis, an non? quoniam insania miseratione dignissima; cit. L. un. C. *Si quis Imperatori maledixerit &c.* & furiosum fati infelicitas excusat, cit. L. 12, ff. *Ad L. Corneliam de Sicariis &c.* quippe qui injuriam facere nequit, L. 3. ff. de *Injuriis*, & nihil agere dicitur; L. 1. §. 12. ff. de *Obligationib. & Actionib.*; Lib. 44. Tit. 7. nec voluntatem habet, L. 40, de R. J. & §. 8 Inst. de *Inutilib. Stipulat.* & mortuo æquiparatur; L. 4. *Locati*; Conf. *Tabor.* l. c. lib. VI, Cap. 29, de *Furore & Furioso*, p. m. 537; *Carpzovius* l. c. Quæst. 145, p. 367. &c. Mutus & Surdus, intellectu carens, an non? quorum ille iisdem furiosis & infantibus, privilegiis fruitur. L. 65, §. 3. ff. *Ad SCtum Trebellianum*, Lib. 36 Tit. 1. *Carpz.* l. c. Quæst. 147. p. 379. &c. Melancholia laborans, an non? Vid. *Carpzovius* l. c. Quæst. 145. §. 54. &c. p. 371 Noctambulo, an non? quorum priori, tanquam dormienti, judicii usus deest. &c.

Causæ: Num quis dolose & deliberato animo crimen commiserit? rursus, an ex calore iracundiæ, vel amore, metu, favore matrimonii &c. vid. *Carpzovius* l. c. Quæst. 147. § 41. p. 383.

Loci; Num delictum committatur in loco sacro, publico, præsente Principe &c. an non? vid. Lib. 16. §. 4. ff. de *Pœnis*; *Constit. Criminal. Caroli V.* art. 146.

Temporis; Num die noctuve quis peccaverit? num prima vice, an iterato: L. 16, §. 5. ff. de *Pœnis*.

Quantitatis; majus si quidem furtum minori severius punitur. L. 16, §. 7. ff. eod.

Qualitatis; crimen cum crudelitate conjunctum, majorem mereri poenam, quam crudelitate repres-

 sa, æqui-

sa, æquitatis regulæ suadent. L. 16, §. 61 ff. eod. Num pœna Jure divino dictata, an non? vid. seq. §. 114. Num crimen sit notorium, probatum & confessatum? an adhuc incertum, & nondum probatum?

Eventus; utrum delictum secutus sit prosper eventus? an non? numve crimen sit consummatum, an saltem attentatum? cit. L. 16, §. 8. ff. eod.

(*d*) JUS AGGRATIANDI &c. Præter Auctores, lit. b, nominatos, faciunt huc *Daniel Clasenius, de Jure aggratiandi*, Magdeburg. 1660. Dn. *Georg. Adam Struvius*, de eod. Jenæ, 1660; *Christianus Röhrensee*, Prof. Wittenberg. de eodem, 1673; *Andreas Schwarz.* diss. Inaugur. de eodem; *Gothofredus Nicol. Ittig*, diss. de *Veterum indulgentia Paschali cum moderno jure aggratiandi collata. Bidenbachius, Quæst. Nobil.* VII, vers. *Absforderung, oder Nachlassung der Straffen*; *Thomas Michael, de Jurisdictione*, Conclus. 76. lit. B. *Reinking. de Regimine Seculari & Ecclesi.* lib. I, Class. V. Cap. VI. §. 27. p. m. 602; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 4. Cap. VIII. §. 268. p. 259. *Schützius, Jur. Publ.* Vol. 1. Exercit. VI, §. XXI. lib. B. p. m. 404. &c. ibique *Scharschmidius*, in Notis, p. 408; *Carpz. de Lege Regia*, Cap. IX. Sect. XI, tot. p. 232. &c. *Mylerus, de Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 50, p. 461 &c. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. I. Cap. VII, §. XIV, v. 86. p. 117; & Part. 2, Cap. XXVI, Membr. VII, p. 847. &c. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. XX, §. XXIV. & seqq. p. m. 335. &c. ibique Commentatores. Dn. *Buddeus*, in *Selectis Juris Nat. & Gent.* Specim. Jurisprudentiæ Histor. §. LXI. & seqq. p. 829. &c. Dn. *Schweder, Introduct. Juris Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. XIV, §. 4. & seqq. p. m. 828 &c. Dn. *Rhetius, Inst. Jur. Publ.* Lib. 2. Tit. VII, §. 5 &c. p. 400. &c. Interpretes Juris Publici reliqui.

(113) Ne tamen nimia lenitas condonandi occasionem præbeat peccandi; lenitas enim non minus vitium est Reipublicæ perniciosum, quam crudelitas; exinde namque delinquentes, & turbatores quietis publicæ, invalescunt. Leonh. Lessius, de Justitia & Jure, *Lib. 4, Cap. 4.* Princeps in condonatione, aut mitigatione pœnarum, difficilis (*a*) sit ut aliorum exemplo reliqui deterreantur. *R. A. de An. 1567, §. Wiewohl wir &c. ubi: ein Vorgebildeten Spiegel haben.*

NOTA.

(*a*) DIFFICILIS &c. Regulariter pœnarum remissio Jure improbatur; arg. L. 6. C. de *Cohortalibus Principibus &c.* Lib. XII, Tit. 85, ibi: *Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus.* Ignoscendo siquidem malis, necessario perduntur boni; juxta *Salustium.* Et sicut Parentes immodico erga liberos affectu & indulgentia eos corrumpunt, (*Plinius*, lib. IX, cap. 54) ita Principes crimina non satis rigide puniendo, reddunt inde cives malos. Ob commodum sane alicujus privati, contra promulgatam Legem agere, Magistratum haud decet. Quid enim Lex, nisi servetur? *proprium munus est Magistratus, intelligere, segerere personam Civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere, servare Leges, Jura describere, & ea fidei sua commissa meminisse &c.* inquit *Cicero*, Lib. I, de *Officiis* §. 124. Frustra sane gladium non gerit; sed ut malos puniat, & bonos tueatur *Rom. XIII*, §. 4. Impunita enim maleficia esse non oportet; 51. ff. *Ad Legem Aquiliam*, Lib. IX, Tit. 2. Conf. *Carpzovius* de *Lege Regia*, Cap. IX, Sect. XI, tot. pag. 232 &c. idem docentes habentur ibidem, §. 18, pag. 233.

(114) In criminibus in Deum, ut sunt: blasphemia, magia, veneficium, pactum cum diabolo, Sacrilegium, dispensatio nullo modo (*a*) locum habet. *Dambouder, in Praxi criminali, c. 145. n. 6.* Ea enim Numinis Divini apud Principes debet esse veneratio, ut nihil quicquam de honore Ejus decedere patiantur. *Suarez, de Jure aggratiandi, Posit. X, lit. B.* Quod adeo verum est, ut talia delicta enormia, ne quidem in generali indulto comprehendantur. (*b*) *Mastrill. de Indulgent. General. C. 26. &c.*

NOTÆ.

(*a*) NULLO MODO &c. Idem tradunt *Clasen*, de *Jure aggratiandi*, Cap. XVI, Conclus. I. f. 169; *Limnæus, Jur. Publ.* lib. 4, Cap. 8, §. 280, p. 261; *Knipschildius*, de *Jurib. Civitatum Imperial.* lib. 2, Cap. 27, §. 24, pag. 507; & de *Jurib. Nobilit. Immediatæ*, lib. 3, Cap. 4. §. 230, pag. 157; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 15, pag. 470; ibique allegati alii. De *Blasphemiæ* pœna, le-

na, legas *Levit.* XXIV, §. 15 & 16. Argumentum à minori ad majus, suppeditant *Matth.* XV, 4. & *Marc.* VII, 10. Conf. *Proverb.* XX, 20.

(*b*) COMPREHENDANTUR &c. Conf. *Joh. Maria Vermigliolus*, in *Consiliis Criminalibus*, Consil. 389. §. 3. *Mylerus* l. c. pag. 471.

(115) In criminibus in Proximum, Jure Naturali & Divino prohibitis, ut adulterio & homicidio, (*a*) quia ab ipso Deo pœna est sancita, à Vicario Ejus ea remitti non potest; (*b*) *Mastrill. d. Tract. c. 30 & 31.* Nisi quod, ex justa causa, in muliere, pupillo & demente, (*c*) Princeps hisce delictis impositam pœnam temperare, ac ordinariam, in aliam corporis afflictivam, (*d*) vel pecuniariam, convertere possit, *L. 13. ff. de Pœnis*; *Clasen, dict. Tract. c. 13.* Sic videmus, si maritus adulteram recipiat, (*e*) datur venia, & mitius (*f*) punitur pœna extraordinaria. *Suarez, dict. Tract. Posit. X.*

NOTÆ.

(*a*) HOMICIDIO &c. Vid. præced. §. 112. lit. b.

(*b*) NON POTEST &c. vid. ibid.

(*c*) DEMENTE &c. Locum parallelum suppeditat *Myler, de Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 17. p. 471. Conf. præced. §. 112, lit. c.

(*d*) AFFLICTIVAM &c. Idem ait *Myler* l. c. Præjudicia suppeditat *Carpzovius Pract. Criminal.* Part 3. Quæst. 143, §. 88. & 89. p. 361.

(*e*) RECIPIAT &c. Jure Civili, potest maritus adulteram Uxorem intra biennium absque periculo recipere; arg. *Novell.* 134. Cap. X. §. *Adulteram vero mulierem*, &c. & Auth. *Sed hodie*, C. *Ad Legem Juliam de Adulteriis*, Lib. IX. Tit. IX. *Carpz. Pract. Crimin.* Part. 2, Quæst. 53. §. 24. Quod si nolit ei condonare, in Monasterium detrudenda est, ut ibi, ad vitæ dies, poenitentiam agat; *Novel.* cit. & *Auth.* cit. Hodie, si maritus conjugi adulteræ infidelitatem remittat, vel uxor marito, illam a fustigatione, huncque capitis pœna liberari, late docet *Carpzovius* l. c. §. 33. & seqq. p. 22. &c. & Quæst. 55, tot. pag. 39 &c. Nihilominus impuniti non maneant, sed omnino à Magistratu, cui id competit, criminis & scandali intuitu, corripiantur, prout æquum videbitur.

(*f*) MITIUS &c. In genere, adulteras mitius puniri solere adulteris maribus, fusius probat *Carpzovius*, l. c. Part. 2, Quæst. 53, §. 26 & seqq. pag. 21 &c. (contra *Joachimum à Beust*, in *Tract. Connub.* Part. 2, Cap. 18, vers. *Hodiè verò; Berlichium*, Part. 4, Conclus. 27, §. 20, pag. 175; *Hermannum Vultejum*, in §. *Item Lex Julia*, 4, Instit. de *Publicis Judiciis*, n. 7. verb. *Verum hæc pœna non usurpatur &c.* aliosque ibidem citatos, Fœminam, ob commissum adulterium, perinde ac marem, pœna gladii afficiendam esse, docentes;) partim auctoritate *Ord. Criminal. Caroli V*, art. 120, quæ ad Leges Justinianeas provocat; partim quod Jus Saxonicum, Juraque Statutaria alia, id velint; *Matth. Colero* teste, Part. I. Decis. 176. §. 11. *Jure autem Saxonico, wenn ein Weib mit einem andern Unzucht begehet, er sey ehelichen oder nicht, so wird sie zu Staupen geschlagen, und des Landes ewig verwiesen &c.* Varia his præjudicia annectit *Carpzovius* l. c. §. 33. &c. p. 22, unde constat, adulteros ordinarie capitis damnari; adulteras vero saltem, ut virgis cæsæ in exilium abigantur.

(116) Delictum in Principem commissum penitus consistit in Imperantis arbitrio, (*a*) an rigidè, vel ex gratia, pœnam exigere velit? laudandum certè & magni animi est, si Princeps propriam injuriam mera gratia (*b*) vindicet. *L. un. C.* Si quis Imperatori maledixerit.

NOTÆ.

(*a*) ARBITRIO &c. Locum parallelum offendis apud *Mylerum*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 18, p. 472. Conf. *Limn.* lib. 4 *Jur. Publ.* Cap. VIII, §. 284, p. 262.

(*b*) MERA GRATIA &c. Add. Rescriptum *Alexandri* Imp. ad *Felicem*, L. 2 C. de *Rebus creditis*, lib. 4, Tit. I, digna lectu *Seneca* verba, de *Constantia Sapientis*, Cap. XIX, p. m. 186: *Quo quisque honestior Genere, Fama, patrimonio, est, hoc se fortius gerat: memor, in prima acie altos ordines stare: contumelias & verba probrosa, & ignominias, & cetera dehonestamenta, velut clamorem hostium, ferat, & longinqua tela, & saxa, sine vulnere, circa galeas crepitantia. Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non dejectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Quaris, quis hic sit locus? Viri &c.* Idem, lib. I de *Clementia*, Cap. XX, p. m. 203: *duabus de causis punire Princeps solet, si aut se vindicat, aut*

aut alium ---- Illum hortamur, ut manifeste læsus, animum in potestate habeat: & pœnam, si tuto poterit, donet: sin minus, temperet: longeque sit in suis, quam in alienis, exorabilior injuriis. Nam, quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit: ita Clementem vocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit: qui intelligit, magni animi esse, injurias in summa potentia pati, nec quidquam esse gloriosius, Principe impune læso &c. Idem, de *Ira*, lib. 2, Cap. XXXII, p. m. 36: *Non, ut in beneficiis, honestum est, merita meritis repensare: ita injurias injuriis; illic, vinci turpe est: hic, vincere ---- Magni animi est, injurias despicere; ---- ille magnus & Nobilis est, qui, more magnæ feræ, latratus minutorum canum securus exaudit.* & Cap. XXXIII: *Potentiorum injuriæ hilari vultu, non patienter tantum, ferendæ sunt &c.* In *C. Cæsaris* laudibus ut præcipuum refert *Cicero*, Orat. *pro Q. Ligario*, XLI, §. 35, *quod oblivisci nihil soleret, nisi injurias.* Sic *Themistius*, in laudibus *Theodosii*, ad Senatum: *Bonum Regem oportet his, qui in se peccarunt, superiorem esse, non vicissim nocendo, sed bene faciendo &c. Theodosius Junior*, rogatus: *cur neminem eorum, à quibus lædebatur, supplicio capitis afficeret? respondit: Utinam mihi liceret, & mortuos ad vitam revocare.* Vid. *Panormitanus*, de *Rebus gestis Alphonsi*; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 50, §. 18, p. 473; *Langius*, in *Florilegio*, Tit. *Misericordia*, p. m. 402. De *Francisco*, Duce *Guisio*, commemorat auctor *du Recueil des Bons mots*, §. 61, pag. 64 & 65, quod, cum, durante bello cum Reformatis, quidam horum adduceretur, qui insidias ei struxisset, nec, in causam facinoris inquirentibus, aliud respondere potuisset, quam mero zelo erga Religionem, quam Dux destruere moliretur, se illud meditatum, solummodo regesserit: *Principia Religionis tuæ si te jubeant è medio me tollere: mea Religio dictitat, ut tibi condonem.* Conf. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. XXIV, §. 3, p. m. 408 &c.

(117) Delicta, contra Jus Civile, aut Statuta Reipublicæ, commissa, Princeps remittere potest pro lubitu; (*a*) vel in totum, vel pro parte; *L. 4. ff* de Pœnis. Clasen, *dict. Tract. Cap. 17.* Si pars læsa agat ad publicam vindictam, pro lubitu, in totum Gratiam facere potest; (*b*) Si pars læsa ad privatam vindictam agat, scil. quanti interest, ei nocitum non fuisse, Princeps indulgentiam ita concedere debet, ne læsus à Justitia, nec delinquens à misericordia, penitus excludatur (*c*) *Ærod. Rer. Judicatar. f. 566.*

NOTÆ.

(*a*) PRO LUBITU &c. Vid. *Farinacius*, in *Praxi Criminali*, Q. 6. *Suarez*, Diss. Inaug. de *Jure aggratiandi*, Posit. XII, lit. B. *Myler*, l. c. §. 19, p. 473; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. 14, §. 6, pag. 930. Exempla continet integer Tit. LI, de *Sententiam passis*, Lib. IX. C. ut & L. 2, C. de *Rebus Creditis*, lib. 4, Tit. I; Conf. L. un. C. *Si quis Imperatori maledixerit*, Lib. IX, Tit. VII.

(*b*) FACERE POTEST &c. Vigore potestatis supremæ; causæ moventes præcipuæ sunt: ut benignitatis & Clementiæ laudem consequatur; subditorum amorem sibi conciliet; populique invidiam, quæ nimia asperitate contrahitur, à se declinet. Vid. *Heigius*, Part. 2 Quæst. 22, §. 6. *Carpzovius*, *Pract Criminal*, Part. 3, Quæst. 150, §. 9, pag. 397 &c. Quadrat huc *Senecæ* locus, Lib. I de *Clementia*, Cap. XVIII, p. m. 201: *Quemadmodum Domini crudeles tota Civitate commonstrantur, invisique & detestabiles sunt: ita Regum & injuria latius patet, & infamia, atque odium, sæculis traditur. Quanto autem non nasci melius fuit, quam numerari inter publico malo natos.* Et Cap. XIX, pag. 202: *Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum Regenti sit, quam Clementia: quocunque modo is, & quocunque Jure præpositus ceteris erit.*

(*c*) EXCLUDATUR &c. Conf. *Julius Clarus*, Alexandrinus JCt. Lib. V *Receptarum sententiarum*, §. f. Q. 59, num. 3, *Garsias Mastrillus*, de *Indulto generali*, Cap. XXI, §. 7. 12 &c. & Cap. XXIV, §. 50 &c. *Mylerus* l. c. §. 20, p. 474 &c.

(118) Hæc ita procedunt in delictis dolosis, (*a*) notoriis, probatis, & confessatis; in delictis dubiis, incertis & non probatis, plenior & laxior (*b*) Principi est condonandi facultas, potissimum si aliæ causæ & circumstantiæ remissionem suadent. Quo refertur publica utilitas (*c*) & necessitas; ita Italiæ Principes, tempore Belli, è Republica bannitos, per generale indultum, ab exilio revocare (*d*) solent, quo in Præsidiis, ac triremibus, ad tempus, Reipublicæ inserviant. *Bejard. ad Clar. Lib. 5. Q. 59, n. 97.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) DOLOSIS &c. Locum parallelum reperis apud *Mylerum* l. c. §. 21, p. 475.

(*b*) LAXIOR &c. *Antonini Pii* memor *Julius Capitolinus*, in Ipsius vita, apud *Fridericum Sylburgium*, Tom. 2 *Histor. Roman.* p. m. 139, ait: *Scipionis sententiam frequentavit, qua ille dicebat: Malle se unum civem servare, quam mille hostes occidere &c.* *Ulpianus*, Lib. VII *de Officio Proconsulis*, L. 5, ff. de *Pœnis*, lib. 48, Tit. XIX: *Absentem in criminibus damnari non debere, D. Trajanus Julio Frontoni rescripsit. Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari, D. Trajanus Assiduo Severo rescripsit: Satius enim esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Sic *Arianus*, L. 47 ff. de *Obligationibus & Actionibus*, lib. 44, Tit. VII: *Multum interesse, quaeras: Utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur? Ubi de obligando quaeritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum, ubi de liberando, ex diverso, ut facilior sis ad liberationem &c.* In eandem rem faciunt: L. 38, ff. de *Re judicata*, Lib. 42, Tit. I. L. 99 ff. de *Verborum Obligationibus*, Lib. 45, Tit. I; L. 125, de R. J.

(*c*) UTILITAS &c. Vid. *Mylerus* l. c. §. 22, pag. 476 &c. adde: *Gaudia solennia*, quo referendæ gratiæ, quas Principes tempore Inaugurationum suarum, vel Nuptiarum, vel nati heredis, vel reportatæ insignis victoriæ &c. incarceratis largiri solent.

(*d*) REVOCARE &c. Rempublicam Venetam haud semel Bannitos, in Patriæ auxilium, contra Turcarum molimina, domum revocasse; idemque fecisse Papam, circumdata militari Turcarum corona *Cretæ* Inf. Metropoli Candia, observavit *Mylerus* l. c. §. 22, pag. 476. Sic *Victor Amadeus*, Allobrogum Dux, auxilio adversus Gallos vocasse legitur, An. 1690, *Waldenses*, toties ab eo proscriptos. Vid. Auctor *des heutigen Zustands von Savoyen*, p. 642. Imo Solenni declaratione, 1694, 23 Maji, Eosdem per omnia in integrum ab Eo fuisse restitutos, Acta docent publica. Junganttur his *Miqueleti*, Pyrenæorum montium juga colentes, qui, surgente Gallos inter Hispanosque bello, hinc inde, ex hostibus, amici fiunt.

(119) Ad aggratiationem pertinet decumatio, (*a*) Si nimirum plurimi simul deliquerunt, per decumationem, seu sortem, quidam pœnæ subjici, quidam vero illa eximi, rectè possunt; ubi enim plures deliquerunt, aggratiatio locum habere potest, & metus ad omnes, pœna ad paucos pervenire debet; secundum Senecam, *Lib. 2 de Ira, ubi dicit:* In singulos severitas Imperatoris distringitur; at necessaria venia est, ubi totus desævit Exercitus. Vid. *Tiraquellus de Pœn. temper. aut remitt. Cap. 47.*

Plura sunt jura, ex Imperio in personam competentia, e. g. Jus sequelæ; Jus dandi obsidem aliquem invitum. Jus mittendi aliquem Legatum invitum &c. sequitur, ut dicamus de secundo Jure Superioritatis Territorialis generali.

NOTA.

(*a*) DECUMATIO &c. Vel Decimatio, id est, electio decimi Viri, inter plures delinquentes, facta per sortem; de quo supplicii genere, vid. *Baronius*, in Not. ad 22 Septemb. Martyrol. Antiquissimum illud esse, discimus ex Epistola *Eucherii*, Lugdunensis Episcopi, ad *Sylvium* Episcopum, de *Mauricii*, & Sociorum, martyrio, apud *Surium*, de *Vitis Sanctorum*, 22 Sept. p. m. 221, ubi, Cap. 4: *Maximianus Cæsar, iracundiæ nimietate succensus, ad hanc vocem*, (qua Christiani milites idola colere renitebantur) *subito furore prosiliit, dicens: - - - - Sentiat contumax miles, Me non solum mihi, sed etiam diis meis, dare posse vindictam. Jam fidissimorum meorum turba festinet: decimum quemque morti funesta sors præbeat - - - Post hanc vocem, ad apparitores jussio infausta porrigitur; ad Legionem velociter properatur; crudelia præcepta referantur; traduntur neci, quos ordo reperit numerandi; læti percussoribus cervicem præbent &c.* Patrum temporibus, idem supplicium subiit *Georgii Madlonii*, Legati Cæsarei, An. 1642, è prælio ad *Lipsiam*, in Campo *Breitenfeld*, inter *Leopoldum Wilhelmum* Archiducem, Cæsarearum Copiarum Imperatorem, atque *Leonhardum Torstensohnium*, Suecorum belli Ducem, commisso, aufugiens Legio; jussu laudati Archiducis postea, *Rockezanæ* in Bohemia, decumationis more, capitis damnata. Vid. *Theatr. Europ.* Tom. V, ad h. a. pag. 912 &c. *Brachelius*, *Histor. sui temporis*, lib. 6, pag. 79 & 80; *Madlonio* ipso, an. 1643, 10 Aug. eandem pœnam luente. Vid. *Theatr. Europ.* h. a. pag. 95; *Brachelius* l. c. pag. 80.

TIT. XIIX.
DE
DOMINIO.

Dominium, (*a*) quod Princeps in res habet, quæ existunt in Ipsius territorio, est Dominium, seu jus Superioritatis Territorialis, quo de istis rebus pro lubitu potest disponere, (*b*) nisi quatenus, vel Lege, vel conventione, prohibetur. (*c*)

NOTÆ.

(*a*) DOMINIUM &c. Sermo hic, de Dominio Eminente. Faciunt hanc in rem *Jacobi Andreæ Crusii*, Tract. de *Præeminenti Dominio Principis & Reipublicæ in Subditos, eorum bona, ac jus quæsitum*; impress. Mindæ, 1668; Dissertationes: *Gothofredi Stösseri*, de *dominio eminente*, Argent. 1670; *Joachimi Nergeri*, de *Majestatis Dominio supereminenti in bona Civium*, Witteberg. 1672; *Hermanni Conringii*, de *Dominio eminente*, Helmstad. 1677. *Leiserus*, de *Eminente Dominio*, Witteberg. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 13, p. 467 &c.

(*b*) DISPONERE &c. *Res Subditorum sub eminenti dominio esse Civitatis, ita, ut Civitas, aut qui Civitatis vice fungitur, iis rebus uti, easque etiam perdere & alienare possit, non tantum ex summa necessitate, (quæ privatis quoque jus aliquod in aliena concedit) sed ob publicam utilitatem, cui privatas cedere illi ipsi voluisse censendi sunt, qui in civilem cœtum coierunt*; *Grotii* doctrina est; Lib. 3, de J. B. & P. Cap. XX, §. VII, v. 1, p. m. 585. Majus enim, habito respectu ad bonum commune, Regis dominium est in res singulorum, quam Dominorum singularium. Hinc quisque, ad usus publicos, Reipublicæ magis obligatur, quam creditori; Idem, l. c. lib. I, Cap. I, §. VI, p. m. 3. Æquitatis tamen est, damnum de publico sarciri his, qui, utitilitatis publicæ gratia, sua amittunt, ita tamen, ut is, qui damnum hoc titulo patitur, symbolam conferat; Vid. idem, l. c. lib. 3, Cap. XX, §. VII, v. 2, pag. 585. Facit huc *Instrum. Pacis Monasteriensis Hispano-Hollandicæ*, An. 1648, 30 Jan. Art. 42. *Si quæ &c. Rolandus à Valle*, Consil. I, §. 121; *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imp.* Part. 2, Cap. 77, §. 3, pag 688; *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imper.* lib 2, Cap. 22, §. 130 & 131 pag. 474 & 475, ibique citati. *Crusius* l. c. Cap. 4, §. 3 & seqq. pag. 25 &c. *Puffendorf*, de J. N. & G. Lib. VIII, Cap. V, §. 7. Dn. *Rechenberg*, Dissert. de *Concordia Imperii civilis & Christianismi*, §. 16, Part. I Dissertationum Ejus Historico-Politicarum, p. 444; & Dn. *Caspar de Lengerke*, Diss. *de Caussis ad Cameram Imperii non appellabilibus*, an. 1705, Præside Ill. *Stryckio*, Halæ defensa Cap. 3, §. 8, pag. 64 & 65. Idque obtinet, non solum in bonis Laicorum, sed & Ecclesiasticis, quippe quæ à promovenda salute publica non magis exemta sunt, quam priora. Dn. *Multzius* l. c. §. I, v. 8, p. 468. Exempla suppeditat Instrumentum *Pacis Westphalicæ*, An. 1648, cujus tabulæ, *Monasterii* confectæ, boni publici causa, Imperatoris & Imperii Jura in Episcopatus Metensem, Tullensem & Verodunensem, in Regem coronamque Galliæ transtulerunt; Similiter *Osnabrugenses*, quarum vigore, tot ArchiEpiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ &c. in Ducatus, vel Principatus seculares &c. mutati, alios dominos nacti noscuntur. Nec obstat Lex naturalis, alteri suum auferre vetans; cum superior lex alia quemlibet jubeat salutem publicam procurare; vid. *Ziegler* in *Grotium*, Lib. I, c. 1. §. 6, & Lib. 2. c. 14. §. 7. & Lib 3, c. 19, §. 7; & Dn. *Schilterus*, de *Condominio circa Sacra*, Cap. I, §. 4, pag. 4. Conf. *Conringius*, Diss. de *Contributionibus*, Resp. Dn. *Gotharto Marquart*, Lubecensi, An. 1675, Helmstadii, habita, §. 5, 6, 7, 11, 12 &c. Add. præced. Tit. 2, §. 8, lit. a, v. 101. & Tit. XVII, §. 73, lit. b. Salva cæterum Privatorum bona esse debere, sat innuit Ill. *Seckendorfius*, *im Teutschen Fürsten Staat*, Part. 3, Cap. I, §. 2, p. m. 332; unde sua Dn. *Brückner*, de *Domaniis Regni Germanici*, Cap. VI, §. 10, pag. m. 29.

(*c*) PROHIBETUR &c. Licet necessitas peccare non permittat, arg. L. *Palam*, 43, ff. de *Ritu nuptiarum*, Lib. 23, Tit. 2, §. 5; attamen id intelligendum haud est, de omnibus illicitis, sed saltem de iis, quæ nullo tempore excusari possunt, v. g. adulterio, perjurio, homicidio doloso, blasphemia, magia &c. Sunt enim quædam in se quidem mala, quæ, tempore summæ necessitatis desinunt esse talia, minimum excusari merentur; v. g. furtum; vid. Lib. V *Decretal. Gregorii*, Tit. XVIII, de *Furtis*, cap. 3, *Si quis &c.* Conf. *I Sam. XXI*, §. 6; *Matth.* XII, 3. 4. *Marc.*

Marc. 2, v. 26; *Luc. VI*, §. 3 & 4. Perperam indistinctè inculpabile habetur, quod necessitas infert, arg. Rescripti *Johannis VIII*, ad *Anselmum* Lemovicensem, Caus. XXX, Quæst. I, Cap. *Ad limina*, VII; nec, propter necessitatem aliquando concessa, in argumentum semper trahi queant; Cap. *In argumentum*, 78, de *Regulis Juris*, in VI. Juxta hæc, utut ea, quæ vel Legibus, vel pactis conventis, firmantur, sarta tecta regulariter manere debeant, tamen, si publicæ utilitatis necessitas aliud suadeat, & contra hæc procedere, nefas non est; cum *publicum bonum* privatorum, tam subditorum, quam extraneorum, utilitati semper anteponatur; vid. Ill. Dn. *Böhmer*, Introduct. in *Jus publicum universale*, Part. spec. lib. I, Cap. 4, §. XXV, XXVI & XXVII, pag. 256, 257 & 258; add. seqq. §. 1, lit. a, in fine.

(1) Dominium hoc, vel est in bona publica, vel Eminens in bona subditorum; (*a*) Dominium, quod habet in Bona publica, vel est, in bona domanialia, vel in bona propria, seu patrimonialia, vel in bona publica simpliciter ita dicta.

NOTA.

(*a*) SUBDITORUM &c. *Seneca*, lib. VII de *Beneficiis*, Cap. 4, p. m. 369, ait: *Jure Civili omnia Regis sunt: & tamen illa, quorum ad Regem pertinet universa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & unaquaque res habet possessorem suum. Itaque dare Regi & domum, & mancipium, & pecuniam, possumus: nec donare illi de suo dicimur. Ad Reges enim potestas omnium pertinet; ad singulos, proprietas.* Et Cap. V, pag. 370: *Sub optimo Rege, omnia Rex Imperio possidet, singuli dominio &c.* & Cap. VI, pag. 371: *Cæsar omnia habet; Fiscus Ejus privata tantum, & sua: & Universa in Imperio Ejus sunt; in Patrimonio, propria &c.* Ad hunc forte locum provocat Dn. *Ockel*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. 3, §. 2, pag. 120, inquiens: *Quinque species doctores faciunt earum rerum, quas Princeps Imperio, (uti loquitur Seneca, de Beneficiis) possidet: Patrimonium Principis, Fiscalia, Bona domanialia, Res publicas, ac Privatorum &c.* Conf. *Tholosanus*, de *Republica*, lib. 3, c. 2, §. 10; *Dn. Brückner* l. c. Cap. VIII, p. m. 50, §. 9; Quid litis de *Dominio Eminente*, (quod vocabulum forte *Hugo Grotius* primus usurpavit, quem *Jacobus Andreas Crusius*, peculiari Commentatione, de hoc argumento, & quidam, *Helenus Politanus*, in Diss. de *dominio eminenti in Imperio Romano*, aliique, secuti sunt) in Academia Wittebergensi, An. 1658, quo *Joh. Fridericus Hornius*, Diss. de *Dominio supereminenti*, ibi habuit, cui mox *Wilhelmus Lyserus*, Ejusdem Academiæ Juris Professor, theses quasdam opponebat; cui *Hornius* vicissim in Politica sua, quam *Architectonicam* vocat, respondit; *Lysero* tandem, *Hornio* jam extincto, Diss. *pro Imperio*, *contra dominium eminens*, An. 1673, sententiam suam ulterius propugnante, surrexerit; Eruditis notum est. Præcipua *Lyseri* argumenta sunt: Quod Principes omnia *Jure Imperii* agant; dominium Eminens contra causam Tyrannidi præbeat; bene vero Ill. Dn. *Böhmer* l. c. §. XXVII, lit. o, pag. 257 & 258: *Ita de termino lis est. Dominium eminens est ipsum jus summum Imperantis; sive hoc Dominium dixeris, sive alio termino utaris, perinde est, modo ipsum jus in salvo sit. Scilicet, omne Jus Subditorum Reipublicæ necessitatibus subordinatum est, prout necessitas & utilitas Reipublicæ, hoc exigit. Ergo, imminente hac necessitate, jus quoque Imperanti concessum disponendi de bonis Subditorum, eademque adhibendi ad usus publicos &c.* Conf. Dn. *Buddeus*, in *Selectis Juris Nat. & Gent.* §. 53, *Historiæ Juris Naturalis*, p. m. 79 & 80.

(2) Domanium, (*a*) seu Bona domanialia, sunt omnia ea, quæ competunt (*b*) Principi, ut Principi, ac, apud nos, *Cronen-Güther*, *Cammer-Güther*, (*c*) à Gallis, domaine, vocantur. Proprietas horum Bonorum pertinet ad Principem, Jure Feudali, (*d*) quatenus ab Imperatore de ea investitus est, vel, quatenus Bona Familiæ avita, & Gentilitia, possidet. Renatus Choppin, de domanio, *lib. 3*, *Cap. 18*.

NOTÆ.

(*a*) DOMANIUM &c. Faciunt huc: Scriptores omnes, quos Dn. *Christophorus Frise*, cui Potentissimus Borussorum Rex, *Fridericus*, curam defensionemque Jurium domanialium in Ducatu Magdeburgico commisit, justo Volumine, An. 1701, typis *Christiani Genschii*, Francofurti ad Mœnum, conjunctim edidit, quo titulo I veniunt, Parte I: *Renati Choppini*, in primario Galliarum Senatu Advocati, de *Domanio Franciæ*, Libri tres, An. 1572, 1588, & 1605, prius Parisiis excusi. Part. II: *Georgii Henrici Brückneri*, J. U. D. & P. P. *Synoptica*

Tractatio, de Domaniis Regni Germanici, in eoque contentarum Regionum, von Staats-Güthern des Teutschen Reichs; Erfurti, An. 1687; pag. 1 & seqq. *Bartholomæi de las Casas*, Episcopi Chiapensis, *Explicatio Quæstionis: Utrum Reges, vel Principes, Jure aliquo, vel Titulo, & salva conscientia, Cives ac Subditos à Regia Corona alienare, & alterius domini particularis ditioni subjicere possint?* cura *Wolfgangi Griesstetteri*, An. 1571, Spiræ primum vulgati; pag. 79 & seqq. Dn. *Christophori Julii Cellarii*, JCt. Liber *de Principum Domaniis*, An. 1686; pag. 105 &c. Dn. *Joh. Philippi Ringleri*, Advocati in Regimine Saxo-Vinariensi & Isenacensi Ordinarii, *de Domaniis Germaniæ*, Libri tres; An. 1698; Jenæ; pag. 153 &c. Part. III: *Martini Friderici Seidelii*, Elect. Brand. à Consiliis, Diss. Inaug. de *Sacro Domaniorum Jure*, Francof. ad Viadrum, An. 1648, 4 Id. Oct. Præside *Henningo Grossen;* pag. 1 &c. *Gualteri Grigge*, Wolgasto-Pomerani, Diss. Inaug. de *Domanio*, Præside *Joachimo Volschovio*, Gryphiswaldæ, 1654, 14 Cal. Augusti; pag. 26 &c. Dn. *Ludolphi ab Alvensleben*, Eq. Magdeburg. Diss. de *Jure alienandi illustri*, Præside Dn. *Georgio Adamo Struvio*, Jenæ, 1675, 29 Sept. pag. 36 &c. Dn. *Joh. Christophori von Kœrbitz*, Nob. Misn. Diss. de *Coronæ opibus*; Præside Dn. *Joh. Volk. Bechmanno*, Jenæ, 1683, mens. Majo; pag. 46 &c. Dn. *Andreæ Christophori Rœsener*, Calba-Saxonis, Diss. Inaug. de *Bonis domanialibus, von denen Taffel-Güthern*; Lips. 21 Oct. An. 1684, pag. 55 &c. Dn. *Friderici Wilhelmi von Wedel*, Eq. Pomer. Diss. de *Donatione Principis*; Præside Dn. *Petro Schultzen*, Francof. ad Viadrum, 15 April. An. 1685; p. 79 &c. Dn. *Ludolphi Georgii Hahn*, Hildesiensis, Diss. Inaug. de *Præscriptione Bonorum Principis;* Præside Dn. *Marco Rhodio*, Francof. ad Viadrum, An. 1686, mens. Junio, pag. 97 &c. Dn. *Christiani Friderici Bartholdi*, Berolin. Diss. Inaug. de *Necessitate edendi Titulum possessionis;* Præside Dn. *Samuele Stryckio;* Francof. ad Viadrum, mens. Mart. An. 1688; pag. 117 &c. Dn. *Gottliebii Sigismundi Baussii*, Magdeburg. Diss. Inaug. de *Potestate Imperatoris alienandi Bona Imperii*; Præside Dn. Ill. *Nicol. Christoph. Lynckero*, Jenæ, 1695, 13 Mart. pag. 163 &c. Dn. *Georgii Rudolphi Schlœsser*, Servestani, Diss. de *Præscriptione Regalium, ad Jura Subditorum non pertinente*; Præside Ill. Dn. *Christiano Thomasio*, Halæ, An. 1696, 4 Maji, pag. 177 &c. Dn. *Joh. Wolfgangi Textoris*, Disp. de *Bonis Coronæ*; pag. 193 &c. Part. IV: *Observationes & Resolutiones, ex variorum JCtorum Tractatibus, qui incidenter de Domaniis scripserunt;* Part. V, *Decisiones, Conclusiones, Quæstiones & Consilia, Illustrium JCtorum & Collegiorum.* Part. VI: *Summorum quorundam Principum Constitutiones particulares &c.* cui, Appendicis loco, accedit: *Gryphes, in integrum restitutus, ope Leonis, & fragmenta quædam, ex Puffendorffii & Kelchii Chronico Suevico & Livonico; Item Sereniss. & Potentiss. Electoris Brandenburgici Scripta, concernentia Comitatum Hohnstein &c.* Jungi possunt hisce Scriptoribus: *Franciscus Hottomannus*, in *Franco-Gallia*, Cap. VIII, IX &c. *Modestinus Pistorius*, Vol. I, Cons. XV; *Brunnemannus*, Cons. I; Dn. *Joh. Eberhardus Pregizer*, Diss. Inaug. *de Domanio Sacri Romano-Germanici Imperii*, Præside Ill. Dn. *Schwedero*, An. 1703, 12 Nov. Tubingæ; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. I, Cap. 33, pag. 313 &c. *Limnæus*, *Notit. Regni Franciæ*, lib. 2, Cap. 8, pag. 589 &c. Dn. *Ockel*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. 3, p. 118 &c.

(*b*) COMPETUNT &c. *Choppinus* l.c. Lib. I. Tit. 2, §. 1. cit. *Domanium Francicum dicitur, quod nominatim consecratum est, unitum, & incorporatum Regiæ Coronæ &c.* & §. 2. *In domanio censentur possessiones prædiaque Principalia, quæ sceptris ita hærent, ut cum sceptris nata, nec sine iis interitura videantur: talia etiam sunt portoria, & quæ in introitu vel exitu Urbium, aliorumve locorum, pensitantur: Isagogica, & Exagogica, Budæo sic dicta, lib. 3, de Asse &c. Bret, de la Souveraineté du Roy de France,* Lib. 3. c. 1. pag. 322, inquit: *Les Terres & Seigneuries des Roys de France, ont merité, sur tous les autres biens qu'ils possedent, d'estre nommées par excellence,* le domaine de la Couronne, & *Etienne Pasquier*, lib. 2. *des Recherches de la France*, Cap. 7. 58. *On appelloit anciennement le Domaine de la Couronne, Tresor, comme étant le vray tresor, sur lequel nos Roys devoient establir le fonds de leurs despences &c. Hugoni Grotio*, lib. 2, de J. B. & P. Cap. VI. §. XI, p. m. 174, vocatur domanium: *Patrimonium Populi, cujus fructus destinati sunt ad sustentanda Reipublicæ, aut Regiæ dignitatis, onera, Græcis* τὸ τέμενος, i. e. Portio agri publici, à cæteris resecti, Regibus tradita; à τέμνω, scindo, seco. Vid. idem in Notis l. c. *Hotomannus*, l. c. Cap. IX. p. 66, ita sentit: *Est Domanium Regium quasi dos Regni, sive quidam ususfructus certarum possessionum, Regi, ad tuendum dignitatis suæ splendorem, attributus &c.* Hinc sua *Lehmannus*, lib. 2. *Chron. Spirens.* Cap. 44. p. m. 187; *Fritschius*, *Manual. Jur. Publ.* voc. *Domanium*, pag. 61. Dn. *Ringler* l. c. lib. I, §. VII. alii. *Brunnemanno*, Consil. I, §. 64. *Domania*

mania sunt, quæ jure Imperii, Superiori concessa, & Regiæ dignitati consecrata & unita sunt &c. *Knichenius*, de *Saxonum non provocandi jure*, Verb. *Ducum Saxoniæ*, Cap. VII, §. 4. p. m. 315. scribit: *Ex descriptione liquescit, proprie Domanialia denominari, quæ, Jure Imperii, vel Coronæ, Superiori conceduntur, nominatimque & diserte consecrata sunt, & unita Regio diademati.* Juxta Dn. *Cellarium* l. c. 3, §. 1. sunt; *Bona, reditus, ac Jura Principatui incorporata, ac potestati Principis subjecta, eum in finem, ut mensæ ducalis instruatur, ac Regimen cum dignitate geratur &c.* Dn. *Brücknerus* l. c. Cap. I. §. 3, vocat illud: *Dominium, in rebus, ad Reipublicæ ac Imperantium utilitatem ac dignitatem, deputatis &c.* pergens §. 7: *Proprie accipitur Domanium, pro jure sive qualitate summis Imperantibus, in certis rebus, publico usui destinatis, competenti -- frequentius tamen accipitur pro re, cui modò expositum jus inhæret.* Alias definitiones subministrat Dn. *Grigge* l. c. §. 3. quibus addas descriptionem Dn. *Seidelii* l. c. Assert. 3. ubi: *describo Domania, quod sint res, quarum fructus, in Regni Regiæque mensæ expensas necessarias destinati, Principis Potestati subjecta, Imperio nominatim vel tacite incorporata, jure, vel privilegio dominico, utiliter munita.* Si *domanium* in *genere* consideretur, comprehendit omnia, quæ Imperantibus cōmpetunt, ut inde statum pariter publicum condignè administrent, & dignitati convenienter vivere queant; in specie vero, *est pars agri publici, concessa mensæ Regiæ, a Statibus & subditis Regni.* Vid. Dn. *Ockel* l. c. §. 5. p. 122, & §. pag. 123.

Etymon derivatur à voce *dominii*; *quod Bona domanialia, semper, per antiquos Reges, vel Principes, sub eorum dominio retenta fuerint, & nunquam aliis concedi consueverint;* Sunt verba *Springsfeldii*, de *Apanagiis*, Cap. VII, §. 28. &c. p. m. 143, (ex *Philippo Paschali*, de *Patria potestate*, P. I. Cap. I. §. 85. desumpta;) quibus immediate, §. 30, annectit. *Erant namque, ab initio, in qualibet fere Republica, publica Bona, usibus publicis destinata, eorumque proventibus contenti Principes vivebant, nec subsidiis subditos gravabant &c.* Quæ omnia totidem verbis comprobant: *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Cammer-Güther*, p. m. 139; & de *Ærario*, Cap. I. §. 5, v. 1. &c. & §. 7. v. ult. Idem, de *Regalibus*, Cap. IX, §. 1; *Arnisæus*, de *Majestat.* lib. 3, cap. 3, à princip. *Knichen* l. c. Cap. VII, §. 2. *Fritschius* l. c. Dn. *Brückner* l. c. cap. I. §. 4. Dn. *Grigge* l. c. §. 2. Nec abludere videtur ipse *Choppinus* l. c. lib. 1. Tit. 2. §. 1. *Domanii genus duplex significatur, prius, quod initio, rerum Dominus Princeps, retinuit penes se; aliis, prædiis, beneficii nomine, concessis.* *Idemque ex Feudistico Jure translatum*, ostendit *Isernias*, ad §. *Præterea Ducatus*; de *Probib. Feudi alienat.* *In Feudis, Dominicum nempe Feudistis est domini Patrimonium; unde Mansi indominicati: Villa Dominicata, & Vasallorum: Apud Aymoinum, Hist. lib. V, cap. 25. Nam in Caroli Calvi Historia Vasallorum Villæ differunt à Dominicatis, quæ in Principis dominio remanserant speciatim &c.* Sic & *du Fresne*, Gloss. voc. *Dominicum*, p. m. 156. *Dominicum, Proprietas, domanium, quod ad Dominum spectat, quo dominus, ad propriam alendam familiam, fruitur; Unde JCtis Anglis Dominicum definitur, quod quis habet ad mensam; sicut sunt prædia, quæ Bordlandes iidem vocant; ita Bract. lib. 4. Tract. 3, c. 9. §. 5, cui concinit Fleta, lib. V. c. 5, §. 18. &c. Est, inquit, Dominicum, proprie Terra, ad mensam assignata &c.* Alii *Domanium* dictum putant a Gallorum *Domaine*; vid. *Vossius*, de *Vitiis sermonis & glossematis Latino-barbaris*, lib. 3, Cap. VIII, memor simul, quod corrupti hujus vocabuli mentio jam occurrat in *Constitutionibus Siculis*, lib. 1, Tit. 58, l. 11; & Tit. 59. l. 1, & Tit. 76, l. 11, & Tit. 77. ut & in Privilegio *Friderici 2.* Imp. apud *Petrum de Vineis*, lib. VI. Epist. 25, Dn. *Brückner* l. c. Cap. I. §. 1; Dn. *Rösener* l. c. cap. VI. §. 6. & Dn *Seidel* l. c. Assert. 1; addens tamen *Mihi non absurde Domania à forma nomen accepisse videntur, quod dominorum i. e. Principum, Legibus muniebantur &c.* Aliique, quod domanium sit quasi *dos Regni*, vel *Principis*, à Populo constituta, ad onera Regni, vel Principatus sustinenda; vid. *Hotomannus* l. c. *Bruckner* l. c. §. 5. *Fritschius* l.c. Alii, à *Domo Principis*; Vid. *Cellarius* l. c. Cap. 3. §. 1. Alii, à voce *Domini*; ita *Choppinus* l. c. *ut Domanii Etymon à Domino, seu Patrono (ita descripto in Lib. 2. F. Tit. VIII, §. 3, & Tit. V.) Sic Francus Rex Κύριος, Dominus, vulgo nuncupatur, ab augustiore hoc rerum dominio &c.* Conf. *Seidel* l. c. (Nesciam licet, an Francorum Regum compellatio, SIRE, rectè a Græca voce, Κύριε, derivetur; quia, ratione hac, loco SIRE, KIRE, pronunciandum foret; utut *Ragueau*, *des droits Royaux*, p. 680; *Etienne Pasquier*, *des Recherches de la France*, Lib. 3, Cap. 5. p. 90; *Charles Loiseau, du droit des Offices, Seigneuries & Ordres*, cap. 11, §. 39. aliique plures, priori sententiæ inhæreant. Diversum placet *Andreæ Fauyn*, *au Theatre d'Honneur & de Chevallerie*, lib. 2, Cap. 12, p. 287, ubi: *Les Roys sont appellés SIRES, de l'ancien mot Gaulois, Σεὶρ Σείρος, qui signifie le Soleil; d'autant que nos Mon-*

 arques

arques sont vrayement le Soleil, non seulement de la France, mais de toute la Chretienté &c.) Verior mihi videtur derivatio, à *Dominio* sumta, quippe quæ naturam rei, de qua quæstio, genuine, præ reliquis, declarat; hinc Feudistis Domini Patrimonium *Dominicum* audit; de quo, post *Yserniam* l. c. plura *Knichen* l. c. Cap. VII; Dn. *Ockel* l. c. §. 6, pag. 123. Conf. seq. lit. c.

(*c*) CAMMER-GUTHER &c. Vid. R. J. *Trevir. & Colon.* de Anno 1512, §. *Nachdem Chur-Fürsten*, 26, verb. *Aus ihrem Cammer-Gut &c.* *Lehman Chron. Spir.* lib. 2. Cap. 44. p. 187. *Solche des Reichs Land-Städt und Güter hat man Loca Fiscalia genennt, oder Fiscalia Bona, Fiscalische Oerter und Güter, oder Kœnigl. Cammer-Güther, dieweil die König nicht allein zu Erhaltung Ihres Standes, sondern auch zu Schutz und Schirm des Reichs, alle Gefäll, Nutzbarkeit und Einkommen, daraus erhaben, und ihrer Schatz-Kammer, das ist, dem Fisco, zugezogen &c.* Conf. idem, Lib. 4, Cap. 19, p. 334. ad rhombum Ill. Dn. de *Seckendorff, im Teutschen Fürsten-Staat*, in Additionibus ad P. I. cap. 2, §. 3. v. 7, pag. 25: *Daß ein Regent, oder dessen Bediente, den Staat recht erkennen, und nicht eben dafür halten mögen, daß ein Fürst alles im Lande für eigen besitzen, und, etwa bey Heimfallen, oder anderer Gelegenheit, nur bloß auf Ergrösserung seines Cammer-Guts oder Dominii, gedencken müsse; &c.* Idem, cit. Tract. Part. 3, Cap. I, §. 1. 331. *Bey denen erblichen Königreichen, Fürstenthümen und Herrschafften, die schon in der Welt, vor langen Zeiten her, aufkommen, sind auch allenthalben, theils bey ihrem ersten Ursprung, theils durch nachmahlige Vermehrung, gewisser Güter, Einkünfften und Vorzüge, zu finden, deren sich die Landes-Herren, zu Ihrer Unterhaltung, und Verführung des Regiments, gebrauchen, welche insgemein Cammer- oder auch Tafel-Güter, und Herrschaffts-Einkünfften, genennet werden, darumb, daß solche in des Landes-Herrn eigenen Gewahrsam, und besonders darzu verordnete Oerter, die man Cammern nennet, oder zu Seiner Taffel und Unterhaltung, mehrentheils eingebracht werden &c.* Et Cap. 2, pag. 337: *Die Fürstliche Cammer- oder Eigene Güther, sind Erstlich: Fürstliche Schlösser, Ampt-Haüser, Vorwerck oder Meyereyen, Korn- und Kellerey, Jagt- Forst- Zeug- Zoll- Haüser, und andere Wohnungen, darinnen Sie zum theil Ihre Residentz und Einkehr nehmen, oder doch ihre Diener, an einem oder andern Ort setzen &c.* & pag. 340: *Zum Andern, hat auch die Fürstliche Herrschafft im Lande Ihre Cammer-Hœfe, Fuhrwercke, Meyereyen, Schäfereyen, Halb-Höfe, und dergleichen, darzu Ackerwerck, Wiesen, Weinberge, und Holtzung zu täglichem Gebrauch; Hopffenberge, Gärten, und Kleinot-Länder, zu allerhand Küchen-Speiß und Gesämig; auch Rind- und Schaff-Vieh-Trifften, Teiche und Fischwasser, gehören; jedoch alles, nach Unterscheid der Oerter, wie es von den Vorfahren, an die Herrschafft kommen, oder auch von andern darzu erkaufft und geschlagen worden &c.* Aliis nominibus vocantur Domania: *Cammer-Intraden, Amts-Intraden, Renten, Tisch- oder Tafel-Güther, Küchen-Güter &c.* vid. Dn. *Cellarius* l. c. Cap. 3, §. 2; Dn. *Ringler* l. c. lib. I, §. VI. Latine, *Bona Mensalia: Bona Sceptrorum: Coronæ opes: Bona Regii diadematis: Substantia publica, Sceptrorum jure quæsita: Principis Patrimonium publicum: Bona, Principalibus usibus deservientia: Patrimonium Regni: Dotalis Imperii fundus: Sacræ Imperii opes: Regalis ager: Diadematis Augusti canon; singulare Reipublicæ ærarium; Dominicum Vectigal: Publicum Regium dominium: Res Dominicæ: Bona Reipublicæ propria; Thesauri coronæ: Bona Fisci; Financiæ*, voce barbara: *Sacrum Domanium*; &c. Vid. *Choppinus* l. c. lib. I. Tit. I, §. 1. 2. 5, 19. &c. Dn. *Seidel* l. c. Assert. 1; Dn. *Ringler* l. c. lib. I, §. VI. Dn. *Grigge* l. c. §. 2. Dn. *Cellarius* l. c. cap. 3, §. 2. *Dominicum*, vid. *du Fresne*, Gloss. voc. hac, pag. 156; *Dominium Regium*, Vid. Lib. 4. *Capitular. Caroli Magni*, Cap. 24, apud *Baluzium*, T. 1. *Capitular. Franc.* p. 781; *Proprium Regis*, ibid. Cap. 34, p. 783 Gallicè: *Domaines publiques de la Couronne; Domaines du Royaume &c. Revenu annuel* vid. *Choppin* l. c. *Stephanus Pasquier*, Lib. 2. *des Recherches de la France*, Cap. XVI, p. 176. Accurate tamen loquendo, alia sunt *Bona Domanialia;* aliaque, *Bona Cameræ*, seu *Cameralia*. Illa, *Bona mensæ* vocantur, utpote annonæ, victui ac dignitati Principis, a Populo destinata, *Königliche, oder Fürstliche Taffel-Güter;* hæc verò ex Principis patrimonio descendunt, & non tam ad tuendum Regni seu Principatus, statum, quam ad Regis seu Principis, magnificentiam, & liberalitatem promovendam, conducunt; Germ. *Königliche, oder Fürstliche, Cammer-Güther, Cammer-Intraden &c.* Vid. Dn. *Ockel* l. c. §. 5. & 6, p. 122. & 123. Quamvis Dn. *Ringlerus*, de *Domanio Germaniæ* lib. 2, §. XII, &c. *Domania* in genere a *Bonis mensæ*, specialiter dictis etiam differre doceat; sed & *Fiscalia* à *Domanialibus* discrepare tanquam latius & angustius, ita, ut omnia bona domanialia sint quidem Fiscalia at non contra; annotavit Dn. *Brückner* l. c. Cap. 1. §. 32, p. m. 9.

(*d*) JURE FEUDALI &c. Ad differentiam *bonorum patrimonialium*, quæ v. g. Princeps titulo emptionis, cessionis, Legati, donationis, permutationis, aliove Legibus probato, possidet, nec ad bona Familiæ, seu Gentilitia, de quibus, tanquam Beneficiis,

neficiis, investitur, pertinent. Quo verba *Hottomanni*, in *Franco-Gallia*, Cap. 9. tendunt: *Patet magnam esse differentiam inter Patrimonium, & Domanium Regale. Nam Patrimonium ipsius Regis proprium est; Domanium vero Regni, atque, ut vulgus loquitur, ipsius Coronæ. Illud pleno jure Regis est, atque ideo plenam & summam ipsius, pro voluntate, alienandi potestatem habet. Hujus nuda proprietas est penes universitatem Populi, sive Rempublicam, usufructus autem penes Regem. Qua de causa nullam illius alienandi potestatem habet. Ac plane verissima est Doctorum de hac re sententia, par idemque esse jus Regis in suum Domanium, quod est Viri in Dotem suæ Uxoris.* Conf. *Lehman, Chron. Spirens.* lib. 2, Cap. 44, p. 187; asseritque *Mylerus*, in *Gamologia*, c. 12, §. 2: *daß es fast ohnmöglich, im Römischen Reich, daß Reichs Fürstenthümer, Graffschafften, oder Herrschafften, gantz und gar Lehen seyn, und nicht auch etliche gewisse eigene Dörffer und Güter untermischet haben, so durch Kauff, oder andere Weise erworben &c.* Sic & Dn. *Rhetius*, ad *Jus Feud.* Lib. 1, Tit. 3, p. 189: *Vix aliquod in Germania Territorium datur, cui non allodiales Terræ immixtæ &c.* Hinc sua Dn. *Ockel*, l. c. Cap. 3, §. 13. p. 130. Induunt autem hujusmodi Bona patrimonialia naturam Bonorum privatorum, secus ac Domanialia. Vid. *Myler*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. I, Cap. 33, §. 2, pag. 315. Conf. *Brückner* l. c. Cap. 1, §. 29 &c. Dn. *Grigge*, l. c. Cap. I, §. 17; Dn. *Ockel* l. c. Cap. 3. §. 2. p. 120. &c. & §. 6, pag. 123. &c. Posse tamen *Domania* ex *rebus* etiam *allodialibus* & *patrimonialibus*, constitui, certo certius est; sique, ex singulari erga Rempublicam affectu, res patrimoniales, vel allodiales, à Principe, *domanio feudali* uniantur, & ab Imperatore, beneficiali lege, recognoscantur, *oblatorum feudorum* censu haberi solent, de quibus liberior offerenti remanet disponendi facultas, ac de mere feudalibus. vid. Dn. *Brückner*, de *Domanio Regni Germanici*, Cap. VI, §. 34. & seqq. p. m. 42.

(3) Quidam existimant, hæc Bona à subditis Imperii, immemoriali tempore, præscribi (*a*) posse, per *R. J. de An. 1548*, §. *Wan auch ein Außgezogener &c.* Non autem à Peregrinis; (*b*) de qua Quæstione, vide, quæ supra (*c*) diximus, de Exemptionibus.

NOTÆ.

(*a*) PRÆSCRIBI &c. Domanium, tacito quodam Gentium consensu nunquam præscribi posse, asserunt *Cujacius*, in C. *Intellecto*, 33, X. de *Jurejurando*; *Choppinus*, de *Domanio Gallico*, lib. I, Tit. I, §. 2. & seqq. p. 117. &c. & reliqui, à *Mylero*, de *Principibus & Statibus Imperii*, P. 1, Cap. XXXIII, §. 1, p. 314, Dn. *Ringlero* de *Domaniis Germaniæ*, Lib. 1, §. 7; & lib. 2, §. 4; & §. 14; & lib. 3, §. 1; & §. 14 Dn. *Ockelio*, de *Præscript. immemoriali*, cit. Cap. 3, §. 24. p. 163, aliisque, hoc titulo producti. Eodem tendit recens Constitutio Sueciæ Regni, de Anno 1682, apud Dn. *Brucknerum*, in Additamento laudati Tractatus: (1) *Sollen keine Cron-Güter allodialiter, oder erb-eigenthümlich, können verschenckt werden; und dafern solches geschehe, soll der Königliche Successor Macht haben, sothane Alienation zu annulliren, damit ein jeder König in Schweden die freye Hand behalte, die treue Dienste seiner Leuthe mit beneficien zu belohnen.* (2) *So jemand ein Cron-Gut, daß ihm allodialiter geschenckt ist, verkaufft, so soll der Verkauffer von seinen eigenen Gütern die Cron bezahlen* &c. pariter ac *Gryphes, in integrum restitutus, ope Leonis*, i. e. *Actus Revocatorius der vormahls bey der Hochlöblichen Pommerischen Fürsten-Zeiten abalienirte Taffel-Güter, von dem Großmächtigsten Könige von Schweden, An. 1690. angestellet &c.* de Anno 1700, ubi, Caussidicus Regius, ad *der Königl. Pommerischen Land-Ständte, bey der Königl. Commission in Pommern eingegebenes Memorial*, sub producto, an. 1692, 2. Nov. ad momentum 3, §. *Wir haben uns auch &c.* p. m. 8. *den dispút, so, derselben* (*Tisch-und Cammer-*) *Güter Veränderung halber, zwischen Hertzog Philip, und Hertzog Barnimb, An. 1541, gewesen, und beziehet sich so wohl auf das Geboth, und Wiederruffung, fürnemlich solcher Güter Veränderung halber, so Kayser Carolus IV. an Hertzog Barnim ausgehen lassen; als auf die gemeinen beschriebenen Rechte, und die bewehrten Lehrer desselben, denen die Veräusserung solcher Güter entgegen, nicht weniger als denen Fürsten, und gemeiner Landschafft, höchst nachtheilig wäre &c.* paucis interjectis: *Daß mehr berührte Principia revocationis, ab ipsis Statibus Provincialibus, jederzeit erkant worden, wird um so viel weniger zu läugnen sein, als die Resolution der Herren Stände, so sie dem Hertzog Bogislao, als Vormund des Hertzogen Philippi Julii, aufm Landtage 1592, den 11. Nov. durch D. Marcum Luskowen vermelden lassen, sich darauf bezogen, in verbis: und dan haben, Gnädigster Fürst und Herr! die Landtständte, vermöge ihrer Eyd und Pflicht, damit sie ihrem gnädigen jungen Herrn, und dem lieben Vatterland, verwandt, quoad materialia Testamenti* (Ernesti Ludovici) *Ew. Fürstl. Gnaden dieß zu errinnern, mir auferleget und befohlen; erstl. quoniam omnia ad pupilli utilitatem sint resecanda, als machen sie sich keinen Zweiffel, es werde wissend seyn, wie etliche Persohnen vom Hochseligen unserm gnädigsten Fürsten und Herrn,*

Herrn, hochmilden Gedächtniß, etliche Tisch- und Closter-Güter an sich gebracht; weil aber solches, NB. den Erb-Verträgen zu wieder, auch der Regierung zum Nachtheil, und sonsten, Inhalts der Kayserlichen Rechten, nicht geschehen können, sondern der Herr Successor, Ihr. Gn. Fürst und Herr, solches nicht allein nicht zu halten, sondern zu revociren befugt, wie Socinus, Cons. IV, 3 Vol. Crotus, Consil. 147, §. 22, in 2 Vol. solches beweißlich ausführen. So stehen Sie zu Ew. Fürstl. Gn. der unterthänigen Zuversicht, Ew. Fürstl. Gn. als Tutor Testamentarius, werde diß gebührlich in Acht haben, und befördern, daß solche Güter der Jungen Herrschafft restituiret werden mögen, in erwegen, daß es der jungen Herrschafft, und gantzer Regierung, zu Ersprießlichkeit und Gedeyen, gereichen will &c. & mox; pag. 9. *Hierzu kommet die letzte schrifftliche Erklärung, auf gedachtem Landtage, so sie den 15. Nov. durch selbigen Luskowen, insinuiren lassen; verba hæc sunt: Und weil die alienation der Tisch-Güther, den gemeinen beschriebenen Rechten, den Fürstlichen Erb-Verträgen, ex diametro zu wiedern, auch zum Nachtheil der Fürstlichen Regierung gereichet, und derowegen der Successor, und die junge Herrschafft, in diesem, die disposition (intellige dispositionem Ernesti Ludovici Testamentariam) zu halten, nicht schuldig, wie dann auch dessen Exempla in diesem Löbl. Fürstenthum, damit es also hergebracht, fürhanden, sondern allermassen zu revociren, wie, ex Consilio Socini & Croti, hiebevor angedeutet; als bitten die gehorsamen Stände nochmahlen unterthänigst, höchstes Fleisses, Ew. Fürstl. Gn. wollen, als der Vormund, derselben gnädigen Zusag nach, darob und an seyn, daß solche alienirte Güter, der jungen Herrschafft zum besten, NB. alle restituiret werden mögen &c.* & pag. ead. *Man will nur, umb der Kürtze willen, im Vorbeygehen, berühren - - - haben Sie (*Status Provinciales Pomeraniæ*) nicht anno 1649, ohngefehr ein Vierthel Jahr nachdem Pommern unter die Cron Schweden, krafft des obgedachten (Westphälischen) Friedens, gekommen, durch eine Ihrem damahligen Deputirten mitgegebene Instruction, vom 27 Januar. angezogen, wie die geschehene Veräusserunge der Fürstlichen Patrimonial-Güther, den Uhralten Landes-Verfassungen, der Stände Libertät, Kayserlichen Lehen-Rechten, auch Reichs-Verordnungen und Constitutionen, zu wiedern?* & pag. 10. &c. *Nichtweniger merckenswürdig ist es, was die Herren Stände, in dero Erklärung, über die von den Königlichen Herren Commissariis, Ihnen übergebene Regierungs-Form zu Wolgast, den 28 Januar. 1651, ad Cap. XII, anführen, nemblich, daß die Patrimonial- oder Fürstliche Tisch-Güter, durch die Keyserliche Investitur, des Röm. Reichs Constitutionen und Gewohnheiten, denn auch absonderlich durch dieses Landes Grund-Gesetze, und alte Verfassung, den Fürstlichen Etat zu souteniren, deputirt und zugeeignet seyn, dahero sie, Lege Imperii Romano-Germanici communi, ut & specialibus Patriæ Constitutionibus, die unveränderliche Eigenschafft haben, daß sie, aus keinen andern Ursachen, als zu des Vatterlandes, und dessen Glieder, Rettung, und mercklichen Nutzen, oder, zu Abwendung grösserer Ungelegenheiten, mögen angewandt, verändert und veräussert werden &c,* In *Gallia* quoque Legem fundamentalem vigere, quod *Domanium*, seu *publicum patrimonium*, à Rege alienari nequeat, testantur: *Carolus Molinæus*, ad *Consuetud. Paris.* Tit. I, §. 2, gl. 4. num. 17; *Franciscus Hotomannus*, in *Franco-Gallia*, c. 8, 9, 25 &c. *Bodinus*, de *Republica*, lib. I, Cap. IX, & lib. VI, Cap. 2, §. 640, pag. 1000; *Choppinus* l. c. Lib. 2, Cap. I, §. 1 &c. *Guido Papa*, Decis. 239, §. 1; aliique, à Dn. *Christophoro Frise*, in *Corpore Juris Domanialis*, Part. 4, Observat. IX, §. 2, v. 11 & 13, pag. 52, & Dn. *Ringlero*, l. c. Lib. I, §. 7, & Lib. 2, §. 4, & 14, & Lib. 3, §. 1 & 14; citati. Similem Legem esse in *Hispania*, videre est in *Cod. Hispan.* Part. V, Constit. 9; Conf. *Joh. Villalobos*, de *Communib. Opinionibus de Jure*, lit. P. §. 291; *Bodinus* l. c. lib. VI Cap. 2, pag. 1000; nec non in *Anglia*, à tempore *Eduardi I*, 1298; vid. *Bodinus* l. c. Dn. *Frise* l. c. p. 53; pariter ac in Regno *Neapolitano*, teste *Matthia de Afflictis*, in *Constitut. Neapolit.* Quæst. 4; ut & in *Polonia*, quam *Ludovicus* Rex, An. 1375 renovavit; & *Hungaria*; vid. cit. Cap. *Intellecto*, 33, X. de *Jurejurando &c. Bodinus* l. c. De aliorum Principum particularibus Constitutionibus, huc pertinentibus, evolvas Dn. *Frisium* l. c. Part. VI. *Brabantiæ* Ducem, sine Ordinum Provincialium communi consensu, vendere aut obligare domanium, Lege prohiberi, auctoritate *Elberti Leonini*, Consil. 65, probat Dn. *Frise* l. c. Part. 4. Observat. IX, §. 2, v. 14, pag. 53; proinde, non nisi publicis Statuum Suffragiis, vendidisse *Philippum II.* Hispan. Regem, hoc titulo, Arausionensium Principi, circa An. 1563, Oppidum & territorium *Graviæ*, ex *Guicciardini Belgiographia*, Tit. de *Brabantia*, tradit *Choppinus* l. c. lib. 2, Cap. I, §. 17, in fine, p. m. 125. Marchiones *Brandenburgici* literis, ut vocant, Reversalibus, similiter tenentur, Se nihil unquam de domanio alienaturos; Vid. *Brunneman*, Consil. I. §. 107; Dn. *Seidel*, Diss. de *Sacro Dominiorum Jure*, Assert. X, §. 3, apud Dn. *Frise* l. c. Part. 3, pag. 21; ex *LandR. V.* de An. 1550, *Dienstag nach Petri Pauli, §. wollen und sollen*; nec non *LandR. V.* de An. 1549; It. Liter. Reverf. sub dato, *Cölln an der Sprew*, 1602, 11 Mart. Art. X, §. *Als wir &c.* Dn. *Ludolph. Georg. Hahn*, Diss. Inaug. de *Præscriptione Bono-*

Bonorum Principis, Cap. V, §. 4, apud eundem Dn. *Frise* l. c. Part. 3, pag. 113; qui, in genere, scribit: *Plerumque Reges & Principes, antequam ad Imperium admittantur, jurato Reipublicæ, ejusque Proceribus, promittunt, Reipublicæ Jura nunquam non illibata se servaturos &c.* quod & Dn. *Gualterus Grigge*, cit. Diss. Inaug. de *Domanio*, §. X, apud Dn. *Frise* l. c. p. 29 & 30; & Dn. *Rösener*, cit. Diss. Inaug. de *Bonis Domanialibus*, Cap. VI, §. 19, apud eundem l. c. p. 71 §. 22 &c. Dn. *Cellarius*, cit. Diss. de *Principum Domaniis*, Cap. XVIII, §. 7, apud eundem, l. c. Part. 2, pag. 141, aliique plures, asseverant; ex rationibus, quod,

(1) *Domanium*, respectu *Principis*, non aliter se habeat, ac *dos*, respectu *mariti*; proinde, ut hæc, durante matrimonio, à marito, obstante Lege Julia, pro lubitu, alienari nequeat, cum proprietas ejus ad Uxorem spectet, ita, nec Princeps *Domanium* alienare poterit, quia proprietas ejus Reipublicæ est, cujus individuam dotem constituit. Vid. *Bodinus* l. c. lib. VI Cap. 2, §. 641, pag. 1001; *Choppinus* l. c. lib. 2, Tit. I, §. 2, pag. 117. *Gothofredus*, in Not. ad L. 5, C. de *Paganis*, lib. I, Tit. XI, lit. e. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. 2, Cap. VIII, §. 89, pag. 147. Dn. *Ringler* de *Domaniis Germaniæ*, Lib. I, §. 7, apud Dn. *Frise*, l. c. Part. 2, pag. 160 & 161, & Lib. 2, §. 3, pag. 176; & lib. 3, §. XVII, pag. 225; *Cellarius* l. c. Cap. 18, §. 6; & Dn. *Frise* l. c. Part. 4, Observat. IX, §. 2, v. 15, pag. 53; Dn. *Rösener* l. c. §. 6; Dn. *Hahn* l. c. pag. 112, §. 3, & p. 113, §. 5.

(2) Principi in Domanium, majus jus non competat quam usufructuario, vel Administratori, cui vetitum, vel minimam etiam alienæ rei partem alienare. *Grotius*, Lib. 2, de J. B. & P. Cap. VI, §. XI, & Cap. XIV, §. 2, & §. XII, v. 6, ubi ejusmodi alienationem, tanquam de re aliena, pro actu ipso Jure Naturæ nullo reputat; Conf. Dn. *Bartholdi*, de *Necessitate edendi titulum possessionis*, Cap. 3, §. 115 &c. apud Dn. *Frise* l. c. Part. 3, pag. 146; Dn. *Seidel* l. c. §. 2.

(3) Princeps obstrictus sit, ad conservandam dignitatem suam, mediis à Populo ad id deputatis; quod fallat, diminuendo domanium; cum nervus sustinendæ Reipublicæ in domanio resideat; *Grotius* l. c. *Reinking* l. c. §. 88; Dn. *Seidel*, l. c. Dn. *Rösener* l. c. pag. 70, §. 3; Dn. *Hahn* l. c. pag. 113, §. 5; consequenter, alienatio domanii in grave dignitatis Principis vergat præjudicium, Dn. *Seidel* l. c. §. 4; Dn. *Grigge* l. c. pag. 29.

(4) Domania à Principe dispersa Rempublicam efficiant monstrosam; pariter ac perfecti corporis forma esse desinat, ex quo parte quadam, seu membro, truncetur. Vid. Dn. *Grigge* l. c. pag. 30; arg. 5. Dn. *Cellarius* l. c. Cap. XVIII, §. 5.

(5) Bona domanialia non minori jure sanguis Reipublicæ vocari mereantur, ac homo sine sanguine vivere cesset. Vid. Dn. *Grigge* l. c. pag. 29, arg. 3.

(6) Princeps domanium dilapidans in propriæ dignitatis destructionem, & Principatus viscera, ruere dicatur. Vid. *Pruckman*, in §. *Soluta potestas*, n. 2, Cap. 4, Eff. 6. n. 27; *Reusner*, Decad. 4, Decis. 4; Dn. *Seidel* l. c. Assert. X, pag. 22; Dn. *Rösener* l. c. pag. 71, §. 14; Hinc *Arumæus*, ad A. B. Disc. I. n. 3; Dn. *Seidel* l. c. pag. 21 in fine; Dn. *Rösener* l. c. pag. 70, §. 4, pluresque alii, nullam pestilentiorem Germaniæ pestem contigisse arbitrantur, quam *Caroli IV* ætate, Qui varia Bona domanialia dissipasse fertur. Vid. tamen Dn. *Coccejus*, *Jur. Publ. Prudent.* Cap. IX, §. 19, pag. 185; & præced. Lib. I, Tit. 2, §. 12, lit. h, pag. 231, & lib. 2, Tit. V, §. I, lit. a, v. 5, pag. 1020.

(7) Domania fideicommissorum, quæ integra Successoribus relinquenda sunt, naturam induant. Vid. Dn. *Grigge* l. c. præsertim ubi Jus Primogenituræ introductum. Dn. *Cellarius* l. c. Cap. XVIII, §. 10.

(8) In Regnis, ex Populi voluntate primitus delatis (postea licet hereditario Jure, mediante continua successione, ad heredes devolverentur, cum successio non plus Juris tribuat collatione prima) non præsumendum sit, eam fuisse Populi voluntatem, ut Rex de domanio ad placitum disponeret, Imperiive vel Regni alienatio Ipsi permitteretur. Vid. *Grotius* l. c. lib. I, Cap. 3, §. 13, p. m. 62, & lib. 2, Cap. VI, §. XI, pag. 174; *Heigius*, P. I *Quæstionum Juris*, Quæst. 19, n. 1 &c. *Conringius* ad *Lampadium*, Part. 3, Cap. 4, §. 8, pag. 155 & 156; & de *Ærario Boni Principis*, §. 85, aliique Dn. *Brücknero*, de *Domaniis Regni Germanici*, Cap. IX, §. 4, apud Dn. *Frise* l. c. Part. 2, pag. 53, laudati.

(9) Ejusmodi alienationes non valeant, etiamsi juramento solenni confirmatæ sint. Vid. Rescriptum *Honorii III*, ad Colocensem Archi-Episcopum Hungariæ, Cap. *Intellecto*, XXXIII, X. de *Jurejurando*, lib. 2, Tit. XXIV. Add. Generale Interdictum, quod nulli liceat rem immobilem Ecclesiæ suæ, seu agrum, aut rusticum mancipium &c. alienare. Cap. V, *Nulli liceat*, X. *de Rebus Ecclesiæ alienandis*, *vel non*, lib. 3, Tit. 13; juncta ratione, Principem, ad servandum Contractum, in Principatus detrimentum, nunquam teneri, utut jurata conventio accesserit; *Cellarius* l. c. Dn. *Ludolphus de Alvensleben*, cit. Diss. de *Jure alienandi illustri*, §. 14 & 15, apud Dn. *Frise* l. c. Part. 3, p. 41.

(10) Omnimoda libertas in æternum non præscribatur; *Achatius Enenckel*, lib. 2, de *Privileg.* Cap. 5, §. 68; *Sutholt*, Diss. de *Jurisdict.* 4. n. 410; *Bodinus*, lib. I de *Republ.* Cap. IX, n. 126, & Cap. X, §. 149, pluresque alii apud *Vietorem*, de *Exemptioni-*

bus Imperii, Cap. XII, pag. 59 & 60; Dn. *Bartholdi* l. c. Cap. VI, §. 94, p. 161.

(11) Regalia majora contra Principem, maxime à subditis, præscribi non possint, cum (1) omnis præscriptio & usucapio Lege Civili introducta sit; consequenter, vim obligandi Principes non habeat, sed subditos duntaxat liget. *Grotius* l. c. lib. 2, Cap. 4, §. 1, p. m. 139, ex *Vasquio*, lib. 2 *Controversf. Illustr.* Cap. 51, §. 28, p. m. 420; Conf. Ill. *Rhetius*, lib. 2 *Instit. Jur. Publ.* Tit. XXV, §. 5. p. 475; *Dn. Ringler* l. c. lib. 3, §. 14, pag. 219; *Dn. Bartholdi*, l. c. Cap. VI, §. 61, pag. 159, ubi ad multorum aliorum auctoritatem provocat; *Dn. Georg. Rudolph. Schlösser*, cit. Diss. de *Præscriptione Regalium ad Jura Subditorum non pertinente*, Cap. 3, §. 1, 2 & 3, apud *Dn. Frise* l. c. Part. 3, pag. 186 & 187; exhibens simul, in eandem rem Facultatis Juridicæ Hallensis sententiam, in causa Juris venandi Senatus H. An. 1693, mens. Mart. verb. *Daß Beklagte dasjenige, so ihnen zu erweisen auferleget, und sie sich angemasset, wie recht, nicht erwiesen, derowegen sie sich alles jagens, schiessens, und Weide-Werck treibens, in- und ausser denen zur Stadt gehörigen Höltzern, gäntzlich zu enthalten, schuldig*; juncta ratione decidendi, inter alia: *Und nach den Regulen gesunder Vernunfft, so wohl auch nach denen gemeinen Rechten, die Unterthanen, wieder ihre Hohe Landes Obrigkeit, sich mit keiner Præscription, am wenigsten aber, wenn es Regalien angehet, wohin das jus venandi auch gehöret, schützen können &c.* (2) Vanitatem saperet, si quis præscriptionem, pro privatorum utilitate unice excogitatam, in Imperantium præjudicium accommodare conaretur, maxime, ubi quæstio de *Domanio, Regalibus*, &c. Vid. *Dn. Ringler* l. c. (3) Ne quidem Jure Civili, ulla præscriptio à tributis &c. aliisve collationibus publicis, liberet; arg. L. 6. C. *de Præscriptione triginta vel quadraginta annorum &c.* Conf. *Gothofredus*, in L. 4, C. eod. lit. i. (4) Nulla præscriptio res publicas subditorum efficiat; arg. L. 2. C. *Ne rei dominicæ &c.* lib. VII, Tit. 38. (5) Nihil præscribatur, quod non possidetur, vel quasi; nulla vero possessio, vel quasi, judicetur, Regalium, bonorumque domanialium Principis, ipso ignorante; pro qua ignorantia semper ratio militet; cum non præsumatur Princeps, in Majestaticorum Jurium suorum jacturam unquam consensisse. *Dn. Bartholdi* l. c. Cap. VI, §. 16 &c pag. 157; (6) Jurisdictio contra Imperatorem præscriptiones nesciat; *Paurmeister*, de *Jurisdict.* lib. I, Cap. 23, §. 7, 8 &c. p. m. 250; (7) Ipsam præscriptionem immemorialem adversus Principem rejiciant: *Julius Caponus*, *Discept. Forens.* 47, n. 7, arg. L. 6, C. *de Præscriptione 30 vel 40 annorum. Joh. Jacob. Wissenbach*, Disp. ad ff. XX. *Raguellus*, in L. 27 C. de SS. *Eccles. Bodinus*, de *Republ.* Lib. VI, Cap. 2, p. m. 1000, allegans, hoc titulo, Constitutiones Regias Gallorum, Hispanorum, Anglorum, Polonorum, Hungarorum &c. *Sixtinus*, de *Regalib.* Lib. I, Cap. 5, §. 145, pag. 157; *Klockius*, Vol. I, Consil. 10, §. 632; *Menochius*, de *Remed. possessor.* Remed. 3, §. 155, pluresque alii, à *Dn. Bartholdi*, l. c. §. 55, pag. 159, hoc titulo citati; (8) Consuetudo immemorialis plus operari non possit expressa Principis voluntate, promulgata Lege publica; hæc autem Principem juribus suis privare dici nequeat, ergo nec major vis consuetudini immemoriali tribuenda; præter quod Principi potestas mutandi, planeque abrogandi Legem competat. Vid. *Dn. Schlösser*, cit. Diss. de *Præscriptione Regalium*, Cap. 3, §. XI, apud *Dn. Frise* l. c. Part. 3, pag. 190. (9) Etiamsi Princeps quandoque domanii partes, vel Regalia majora, Subditis possidenda tradat, id tamen non aliter intelligendum sit, quam de usufructu eorum, nunquam de pleno dominio. Illustr. *Rhetius* l. c. Hinc distinctio inter ipsum jus, & juris exercitium. Illud, hoc casu, semper Principis esse dicendum, hoc vero subditis quoque concedi posse. *Dn. Struvius*, *Syntagm. Jur. Feudal.* Cap. VI, §. XIII, v. 3, pag. 202; *Dn. Stryckius*, *Exam. Jur. Feudal.* Cap. IX, Quæst. 23 p. 143; *Dn. Bartholdi* l. c. Cap. VI, §. 64 & 65, p. 159.

Alii tamen contrarium tenent, casibus: Si vel publica salus Bonorum domanialium alienationem exigat; vel omnes, quorum interest, in eam consentiant; vel præscriptio, cujus initii memoria non extet, accedat, quo titulo *die alte durchgehende Gewohnheiten, und hergebrachte Gebräuche*, intelligantur. Argumenta eorum præcipua sunt, quod:

(1) Salus publica suprema lex sit, omni Juri derogans, omnesque Reipublicæ Leges restringens. Vid. Ill. *Stryckius*, Diss. de *Salute publica*, Cap. 2, §. 2; *Dn. Hahn*, cit. Inaug. *de Præscriptione Bonorum Principis*, Cap. V, §. 8, apud *Dn. Frise* l. c. Part. 3. p. 113; Oporteat licet necessitatem hujusmodi esse debere publicam, nec Principis privatam. *Dn. Hahn* l. c. *Dn. Ringler* l. c. lib. 2, §. 3 & 4, apud *Dn. Frise* l. c. Part. 2, pag. 176; & §. 9, ratione sexta: & §. 12, pag. 183.

(2) Ut dos, consentiente Uxore, à marito valide alienari queat, ita & Bona domanialia à Principe, modo Status Provinciæ consentiant. Vid. *Dn. Ringler* l. c. *Dn.* de *Körbitz* cit. Diss. de *Corona Opibus*, Cap. V, §. 4, apud *Dn. Frise* l. c. Part. 3, pag. 54. ad auctoritatem *Jacobi Menochii*, Consil. 426, num. 35, provocans; *Dn. Rösener* l. c. Cap. VI, §. 2, pag. 70. Conf. *Vasquius* de *Controversf. Illustr.* lib. I, Cap. 5, §. 5 &c. pag. 81. *Gailius*, de *Pace Publica*, lib. 2, Cap. XV, §. 13, pag. 150, ibique citati alii; *Stephani* de *Jurisdict.* Part. I, Cap. I, Membr. I, *Dn. Brückner* l. c. Cap. IX, §. 2, p. m. 52; *Dn. Ockel*, de *Præscription. imme*

immemoriali, Cap. 3, §. 25, pag. 164; alii, *Dn. Rösenero* l. c. commendati.

(3) Præscriptio immemorialis (1) nec domaniorum naturæ, nec Jure Naturali, nec divino positivo, nec Gentium, nec Civili, contrarietur. *Dn. Rösener* l. c. Cap. VII, §. 29, pag. 76. (2) Habeat vim tituli legitime constituti, ita, ut nulla tituli probatione egeat, proinde idem operetur, quod speciale Privilegium, ex certa Principis scientia promanans, sicque tali tempore probato, dominium possessæ rei eo ipso probatum censeatur, citra quod probationem in contrarium producere fas sit. Vid. Cap. XXVI, *Super quibusdam*, X, de *Verb. Signif.* Lib. V, Tit. 40; *Felinus*, in Cap. *Accedentes*, de *Præscriptione*, in VI, Col. 2; *Vivius*, de *Communib. Opinionibus*, Lib. I, Opin. 242; *Ludovicus Molina*, de *Primogen.* lib. 2, Cap. VI, §. 52, *Vasquius* l. c. Lib. 2, Cap. 81, §. 13, p. m. 634. *Reyger*, *Thesaur. Jur.* voc. *Præscriptio*, §. 310 & 311, pag. 1154 &c. *Ascanius Tamburinus*, de *Jure Abbat.* Disp. VII, Quæst. 5, n. 9 &c. Part. I; *Martinus Monterus à Cueva*, Decis. XXV, §. 43; *Bellonius*, Conf. 55. n. 5; *Soarezius*, de *Communibus Opinionibus* lit. P. §. 223; *Gozadinus*, Consil. 8, §. 37; *Chassaneus*, *Mascardus*, de *Probationibus* Vol. 3, Conclus. 1220, §. 6, 7 & 8, p. 576; *Mynsingerus*, Resp. 48, §. 7 &c. & Centur. I, *Observat.* XXX, pag. 21 & 22; Ill. *Dn. Fabricius*, in Not. ad *Mynsingeri Observationes* l. c. pag. 51 & 52; Ill. *Rhetius*, *Jur. Publ.* lib. 2, Tit. 25, §. 5, pag. 475; Ill. *Strykius*, *Exam. Jur. Feudal.* Cap. XV, Quæst. ult. *Dn. Carpzovius*, lib. I, Resp. 38, §. 9; Ill. *Dn. Lyncker*, Anal. ad *Jus Publicum*, Part. 2, Cap. 15, §. 3; *Dn. Bartholdi* l. c Cap. VI, §. 9, pag. 157, *Dn. Joh. Christoph. Herold*, *Observat. Forestal. Consultativo-decisiva* VI, ibique Responsum JCtor. Helmstadiensium, apud *Fritschium*, *in Corpore Juris venatorio-forestalis*, Part. 2, pag. 1155; *Dn. Bilderbeck*, *in der Gründlichen Deduction, gegen die Regalität der Jagten*; Cap. 3, Sect. 2, §. 2, pag. 178, aliique plures, quorum *Dn. Ringler* l. c. lib 3, §. XXI, pag. 232, meminit. (3) E medio quasi tollat omnem Juris resistentiam; imo, præstantior judicetur Privilegio. Vid. *Molina*, de *Majoratu*, Disp. 584, n. 3. *Bertrandus*, P. I, Vol. 2, Conf. 314. §. 5; *Sixtinus* l. c. §. 141, pag. 156. *Catheranus*, Conf. 34, §. 45; (4) Omnem suppleat defectum, illudque, quod nullum alias judicatur, irritumque & invalidum, firmet, corroboret, validumque reddat. *Balbus*, de *Præscript.* Part. I, Q. VI, §. 8. *Vasquius* l. c. lib. 2, Cap. 81, n. 16 & 17, pag. 636. Dn. *Fabricius* l. c. p. 52; Dn. *Bartholdi* l. c. §. 11, pag. 157. (5) Æquipolleat Contractui, seu Pacto; *Cravetta*, Consil. X, §. 11; *Noë Meurer*, *von Jagt-Forst- und Wasser-Recht*, Part. VII, apud *Fritschium*, Part. I, cit. *Corporis Juris Venatorio Forestalis*, pag. 501. Nunquam per Generale Statutum, quo *Præscriptiones* in genere abrogantur, abolita censeatur; adeoque Clausula: *Nulla obstante Præscriptione*, eam non feriat. Vid. *Alexander de Imola*, Consil. XVI, Vol. V, col. 7, v. *Nec ad nos &c.* *Roygerus* l. c. §. 311, pag. 1154; *Bechtoldus*, *Thesaur. Jurisprud.* lib. XIV *Axiomatum*, Cap. 64, de *Præscriptione*, Axiom. 20, p. m. 357; Ill. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. VI, §. 24; Ill. Dn. *Fabricius* l. c. Dn. *Bartholdi* l. c. §. 13, pag. 157; Dn. *Ringler* l. c. pag. 233; Dn. *Grigge* l. c. §. X, pag. 30. (7) Acquirat ea, quæ naturaliter acquisitioni non subjacent; *Brunneman*, Consil. 162, §. 412; (8) Minuat odia, dissidia, invidiam & injuriam, quæ circa domania oriri possunt. Dn. *Ringler* l. c. §. XVI, pag. 221. (9) Securum reddat possessorem, quem alioqui non nisi bona fides, justusque titulus, tuentur; *Ringler* l. c. (10) Gentium Jure voluntario, dominium rei continuo possessæ utique transferat; *Grotius* l. c. lib. 2. Cap. 4, §. 9, p. m. 142; etiamsi res ab initio fuerit vitiosa, modo tractu temporis alia Justitiæ causa, v. g. consensus, intercesserit. Idem l. c. & §. XI, p. 143. Ill. *Puffendorf* de J. N. & G. lib. 4. c. 12, §. 7 & 8. Apud Hungaros, Polonos, Siculosque, eam omnino valere, testes *Sandius* de *Prohibita alienatione*, Cap. VI, §. 28 & 29. *Dn. Frise*, Part. 4 *Corporis Juris domanialis*, Observat. IX, §. 29, pag. 54; *Dn. Rösener*, cit. Inaug. de *Bonis domanialibus*, Cap. VII, §. 31, p. 76 & 77. (11) Controversias de Regnis, Principatibus, eorumque finibus, terminet; *Grotius* l. c. §. 1 & 2, pag. 140, *Dn. Ringler* l. c. aliique præced. Lib. 2, Tit. 4, §. 1, lit. a, pag. 990, nominati; (12) Sufficiat, ad acquirenda Jura Majestatica, & Regalia majora; Superioritatem Territorialem; ipsum Territorium; aliaque Illustrium reservata, in præeminentiæ signum; arg. R. J. *August.* An. 1548, §. 56: *Wan auch ein Außgezogener &c.* & §. 64: *Wo aber innerhalb Menschen Gedencken &c.* Legi hic merentur verba *Dn. Hugonis* l. c. *Manifestum est, ipsa etiam Jura Summi Imperii, ab immemorialis temporis præscriptione exemta non esse. Quantumvis enim inter reliqua humana emineant: tempus tamen non minus hæc quoque mutat, quam cætera, mutatisque diuturnitate tanquam autoritatem Juris conciliat. Recte igitur statuunt Autores, quos supra allegavimus: Reservata Imperatoris immemoriali tempore præscribi posse. Quam multa enim olim Reservata Imperatoris, quæ hodie promiscua facta? Quemadmodum igitur consuetudo in universum mutat Reipublicæ statum; ita & singulis personis, vel certo Ordini, præscriptione immemoriali Jura Summi Imperii acquiruntur. Quapropter, quid de Superioritate Territoriali dicendum sit? non potest amplius esse obscurum. Quantumvis enim ordinariarum præscriptionum Legibus non subjecta sit: nihilominus tamen immemoriali tempore & acquiri, & amitti eam, necesse est.*

est. Atque ita sane communis habet opinio &c. Conf. *Sixtinus*, l. c. §. 136. & seqq. p. 154. &c. *Berlichius* Part. 2. *Conclusionum*, Conclus. VIII, §. 15. & 16, p. 51; *Klockius*, de *Contributionibus*, Cap. 3, §. 131. &c. p. 67, ubi farrago aliorum, idem dicentium; *Fridericus Pruckman*, Vol. 2, Conf. 22. §. 29, & de *Regalibus*, Cap. V. §. 110 & 111; *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Conclus. 17. & 18; *Reinking*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. 1, §. 22. & 23. p. m. 518. & 519, & Cap. 2, §. 6. p. 531; *Meichsner*, Tom. 2. *Relationum Actor.* lib. 2, Dec. 8, §. 25; *Grotius* l. c. lib. 2, Cap. 4, §. 14, p. m. 145; *Mynsinger*, Consil. 13, §. 21; *Wurmser*, *Jur. Publ* Exercit. 3, §. 14. p. 120 & 121; *Brunnemannus*, Consil. 129, §. 2, & Consil. 132, §. 11. & 13; Idem, ad *Wesenbecium*, ad Lib. 41, Tit. 3 ff. de *Usurpationibus & Usucapionibus*; *Speidelius*, voc. *Lands- und Fürstliche Obrigkeit*, p. m. 596; *Knipschild*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, §. 46. p. 277. Idem, de *Juribus & Privilegiis Immediatæ Nobilitatis Imperii*, lib. 3, Cap. I, § 48. p. 9. *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 2, Constit. 3, Defin. 24 & 25. p. 404. & 405; *Fritschius*, de *Jure Præsidii*, Cap. 4, §. I, p. m. 17; Ill. *Rhetius*, l. c. lib. 2, Tit. 30, §. 3, p. 488. & 489; Dn. *Conringius*, in *Censura Diplomatis Ludoviciani Lindaviensis*, Cap. XIX, §. 8, p. 351; Dn. *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 3, Cap. V, §. 13. p. m. 239; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. X, §. 9, pag. 877. &c. Dn. *Hornius*, *Prudentia Jur. Publ* Cap. 58, §. 5, p. 596; Dn. *Tentzel*, in *Vindiciis censuræ Conringianæ* modo dicti *Diplomatis Lindaviensis*, Cap. 4, §. 1. & 2, pag. 83. & 84; Dn. *Bruckner* l. c. toto Capite nono: & Cap. XI, §. 5. & 6. p. 70; Dn. *Kolbius*, *in Aquila certante*, Confutat. Signi 2 Solmensis, Art. VII, §. 1, p. 40; Dn. *Heroldus* l. c. in *Observatione Forestali Consultativo-Decisiva* 2, apud Dn. *Fritschium* l. c. pag. 1131. &c. ubi moratiorum Gentium consensum declarat; Dn. *Seidel*, cit. Diss. de *Sacro Domaniorum Jure*, Assert. XI, §. 6, apud Dn. *Frise* l. c. Part. 3. pag. 23; Dn. *Ringler* l. c. §. XX, apud Dn. *Frise* l. c. Part. 2, p. 229, & §. XXI, p. 232; Dn. *Dohaußen*, Diss. de *Jurisdictione Territoriali Statuum Imperii*, Præside Dn. *Simone*, Anno 1672, 13. Maji, Jenæ habita, Cap. V, §. 3. Dn. *David Wilhelmus Rau*, Diss. Inaug. de *Pari nexu Civitatum Imperialium cum S. R. Imperio*, Præside Dn. *Schwedero* Anno 1714, 5. Mart. Tubingæ defensa, Cap. 2, §. 18, pag. 69, cujus verba apponere lubet: *Si enim hæc* (Præscriptio immemorialis) *non esset, quo, quæso! Jure tuerentur Status Imperii pleraque sua Jura, non nisi longa & antiqua possessione, & exercitio, obtenta?* & paulo post: *Hic modus acquirendi Superioritatem Territorialem in Publicis Imperii Legibus approbatus*, *vid. Instrum. Pacis*, (Westphalicæ) *Art. VIII*, §. 4, *ibi: Jura longo usu, ante hos motus, obtenta &c. &, per Capitulationes Cæsareas, confirmatus fuit; vid. Noviss.* (Caroli VI.) *Art. I, ibi: Gerechtigkeiten, Gebrauch und gute Gewohnheiten, so Sie* (Status) *bißher gehabt, oder in Ubung gewesen &c.* Illustr. Auctor *Meditationum in Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicum*, Mantiss. I, ad *Specimen Quartum*, §. 20, p. 14; Dn. *Grigge* l. c. Dn. *Rosener* l. c. Cap. VII, §. 39, p. 77; *Dn. Hahn* cit. Inaug. de *Præscriptione Bonorum Principis*, Cap. V, §. 9, p. m. 113. (13.) Præscriptibilia efficiat, quæ regulariter præscribi nequeunt; *Panormitanus*, in C. *Super quibusdam* &c. §. *Præterea* de *Verbor. Signif.* Illustr. Dn. *Fabricius* l. c. (14) Non indigeat consensu, aut scientia ejus, contra quem præscribitur. Vid. *Pruckman*, de *Regalibus* l. c. §. 111. (15.) Idem operetur ac Investitura. Vid. *Jason* in Lib. 2, §. 192, C. de *Jure Emphyteutico*; *Pacianus*, I. Consil. 154. §. I. Dn. *Fabricius* l. c. (16.) Nullibi abolita reperiatur; *Brunneman*, ad L. 1. C. *Ne rei dominicæ &c.* (Lib. 7. T. 38) pag. 641 *Mascardus*, de *Probationibus*. Vol. 3, Conclus. 1219, §. 5, pag. 574; & Conclus. 1220, §. 6, 7. & 8, p. 576; Illustr. *Schütz*, vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 8. lit. d, pag. 359; Dn. *Brückner* l. c. Cap. XI. tot. Dn. *Rösener* l. c. Cap. VII, §. 28, pag. 76; ubi itidem farrago Auctorum, bona domanialia adhuc immemoriali tempore præscribi posse statuentium. Dn. de *Körbitz*, cit. diss. de *Coronæ opibus* &c. Cap. VI, §. 3, apud Dn. *Frise*, l. c. Part. 3, pag. 53. Momenta alia ut taceam.

(4) Jure Civili, præscriptio *quadraginta Annorum* sufficiat, contra omne Jus, tam privatum, quam publicum, in quacunque causa, & contra personas quaslibet; proinde & in Causis *Fiscalibus* atque *Patrimonialibus*, arg. Rescripti *Anastasii* Imperatoris, ad *Matronianum*, L. 4. C. *de Præscriptione 30. vel 40. annorum* (Lib. 7. Tit. 39.) Conf. L. 6, ibid. ut & L. fin. C. de *Fundis Patrimonialibus* (Lib. XI, Tit. 61.) *Nicol. Boërius*, *Decis. Senatus Burdigalens.* decis. 264, §. 25; & *Covarruvias*, ad Cap. *Possess.* P. 2. §. 2, n. 15. Dn. *Habnio* l. c. laudati. Palam minimum, usum longissimi temporis, cum scientia & patientia Superioris, vim privilegii & concessionis habere, teste *Mevio*, Part. VII, *Decis.* 158, §. 12, p. m. 1114; imo, cursu tanti temporis, ipsam *Domanii* naturam perire, vid. *Modestinus Pistorius*, Vol. I. Consil. XV, §. 16, verb. *Dieweil die von R. solche Güther nunmehro über 50 Jahr, innegehabt, so können sie keine Cammer-Güther mehr seyn.* Add. Dn. *Rösener* l. c. §. 38, pag. 77; *Quo facit, quod tradit Alexander, Vol. I, Cons. 79, quod etiam, quando Bona de mensa sunt alienata, post 40. annos, præsumatur omnis solennitas intervenisse, ut Bona illa non amplius pertineant ad mensam &c.* (Conf. Dn. *Dohausen* l. c. Dn.

Ringle

Ringler l. c. lib. 3, §. 22, pag. 234.) nec aliam, ad probandum *Merum & Mixtum Imperium;* requiri præscriptionem, sententia sit *Andreæ Fachinæi*, lib. VIII. *Controversiarum Juris*, Controvers. 23.

(5) Præscriptio 40. annorum contra ipsas etiam Ecclesias admittatur. Vid. cit. L. ult. C. de *Fundis Patrimonialibus*, verb. *vel Temporum &c.* Auth. *Quas Actiones*, C. de *SS. Ecclesiis*; *Alexander III*, in Rescripto ad Salernitanum Præsulem, Cap. *de Quarta*, 4, X. de *Præscriptionibus*. *Schneidewin*, Comment. Institut. de *Usucap.* n. 17; *Richter*, Part. I. *Decisionum*, Decis. XXI, §. 49, pag. 184. disputans contra *Berlichium*, Part. 2, *Conclus.* 4, n. 24, pag. 42, quod auctoritate *Hieronymi*, in Cap. 3. *Malachiæ*, verbis apud *Gratianum Caus.* XVI, Quæst. I, Cap. *Revertimini*, 65, occurrentibus, decimas nullo unquam tempore, ne quidem immemoriali, præscribi posse, arbitretur, juncta Scabinatus Jenensis sententia, ad requisitionem M. *Georgii Richters*, Pastoris *Friesensis*; mens. Jun. Anno 1636, ubi: *Ob nun wohl die decimæ aus dem göttlichen Recht ihren Ursprung haben, und dahero scheinet, als wenn solche nicht können, oder mögen, præscribirt werden; jedoch aber, weiln, weit über 40 Jahr, von den Possessoribus bemeldter Halben Huffen, oder übermaß, erwehnter decem nicht gefordert worden: Als konnen sich auch dahero Christoff Eisenbeisers Erben mit der vorgeschützten Præscription, oder Verjährung, wohl behelffen, und seyd ihr von demselben, aus angezogener Ursach, weder den versessenen, noch auch den zukünfftigen jährlichen Decem wegen inhabender Halber Hufen, oder Ubermaß, zu begehren, nicht befugt; V. R. W. &c.* *Mascardus*, de *Probationibus*, Vol. 3, Conclus. 1221, §. 19, pag. 589; *Carpzovius*, *Jurisprudent. Forens.* Part. 2, Constit. 3, Defin. 4. § 3, p. 397, ad Constitutionem Elect. Sax. V, pag. 2. provocans; & Constit. V, Definit. I, §. I. &c. pag. 414; *Colerus*, ad cit. Cap. *de Quarta*, §. 87, X. de *Præscriptionibus* Dn. *Ringler*, cit. Tract. de *Domaniis Germaniæ*, lib. 3, §. XVIII, apud Dn. *Friese* l. c. Part. 2, p. 226; & §. XIX p. 228. & §. XXI, p. 233. & §. XXII, p. 234. Hinc argumentum ad Bona domanialia, maxime si de præscriptione loquamur, cujus initii memoria non extet.

(6) Bona Domanialia vendi possint, minimum in Germania. De quo ita Illustr. *Seckendorffius im Teutschen Fürsten Staat*, Part. 3, Cap. 4, §. 18, Tit. *Von Berathschlagung der Mittel zu den Ausgaben*, p. 502: *Das dritte; die Verkauffung eines Cammer-oder dergleichen Herrschafftlichen Stück Gutes, welche zuweilen, und sonderlich, da solche Güter von Leben-Leuthen heimgefallen sind, mit mehrerm Nutz geschieht, als daß sich die Fürstliche Cammer mit mehrern Dienern und Aufsicht beladet: Zuweilen aber, wenn man alte nutzbahre Cammer-Güter loßschlagen will, schädlich und schimpflich, und dahero wohl zu bedencken, und zu überlegen ist, auch, wo müglich, im äussersten Fall, doch die Wiederlösung vorbehalten wird &c.* Conf. *Brunnemannus*, Consil. I, n. 55 & 90; Dn. *Ringler*, l. c. Lib. 2, §. IX, pag. 182. Multo magis,

(7) Tempore necessitatis, v. g. imponendo belli fine, in Reipublicæ salutem, alienari; documento sint tot Transactiones publicæ, Instrumenta Pacificationum, Pactaque conventa alia, inter summos Principes inita, quibus sæpisime de domaniis dispositum, præsertim, ubi quies publica salvari aliter non potuit; vel Reipublicæ Ordines consensere. Sufficiat hic allegasse Transactionem *Ferdinandi I*, Romanorum Regis, cum *Anthonio*, Duce Lotharingiæ, Anno 1542, 26 Aug. *Norimbergæ* confectam, annoque sequente, 28 Julii, Spiræ, ab Ipso Imperatore, *Carolo V*, confirmatam, qua, inter alia, cautum: *Ipsi*, (Duces) *cum Ducatu Lotharingiæ, ejusdemque subditis, ab omnibus processibus, mandatis & Judiciis S. R. Imperii, tam in prima, quam aliis instantiis, Liberi & exempti erunt &c.* & paucis interjectis: *Ducatusque Lotharingiæ, cum suis appertinentiis, Liber & non incorporabilis Ducatus erit, & manebit semper, &, à Cæsarea Majestate, Nobis, & Electoribus, Principibus atque Statibus Sacri Imperii, pro libero & non incorporabili Ducatu, Superioritate & Principatu, recognoscetur, nominabitur & habebitur &c.* Vid. *Conringius*, de *Finibus Imperii*, Lib. 2, Cap. XXVII, §. 22. p. m. 434 & 435 Add. Instrumentum Pacis Westphalicæ, de Anno 1648, ubi variæ Terrarum Imperii cessiones *Gallis*, *Suecisque*, factæ, pariter ac *Helvetiorum* Reipublicæ libertas asserta; nec non Pacificatio *Monasteriensis*, an. eod. qua *Hollandi* ab Hispanorum Jurisdictione liberi declarati: Vid. *Theatr. Europ.* Tom. VI. h. a. pag. 460 &c. *Theatr. Pacis*, Tom. I, pag. 1 &c. *Lundorpius*, *Contin. Act. Publ.* Tom. VI, lib. 3, Cap. 218. pag. 331 &c. *Gastelius*, *de Statu publico Europæ*, Cap. 26, pag. 806. Alia ut taceam, de quibus præced. lib. 2, Tit. 4, §. 3, Not. pag. 993. &c. & Tit. VI, § 7, lit. b. pag. 1051 &c. & lib. 3. Tit. VII, §. IX, lit. a. de Thesi Conf. *Vasquius*, l. c. Lib. I, Cap. 4, §. 5. & 6, p. m. 77; *Springsfeld*. de *Apanagio* Cap. VII, §. 27, p. m. 143; *Choppinus*, de *Domanio Franciæ*, lib. 2, Tit. 14, § 12. p. m. 212; *Jacobus Menochius*, Consil. 426, §. 26. & 35; *Brunnemannus*, Cons. I, §. 55 & 90; *Heigius* P. I, Quæst. 19, n. 1. ad 7; *Textor*, *Synops. Jur. Gentium*, Cap. XI, §. 13; *Bruckner* cit. Tract. de *Domaniis Regni Germanici*, Cap. IX, §. I &c. pag. 52 &c. Dn. *Ringler* l. c. lib. 2, §. 3, pag. 176, & lib. 3, §. XV, pag. 220, & §. XXI, p. 233; Illustr. *Stryckius*, de *Cautelis Contractuum*, Sect. I. Cap. 3, §. 13 & 14; Dn. *Ockel* l. c. Dn. de *Körbitz* l. c.

Cap. VI, §. 4, pag. 54, Dn. de *Alvensleben*, cit. Diss. de *Jure alienandi*, §. 18, apud Dn. *Frise*, l. c. Part. 3, pag. 43; Dn. *Seidel*, cit. diss. de *Sacro Domaniorum Jure*, Assert. XII, apud Dn. *Frise* l. c. pag. 23; Dn. *Grigge*, cit. diss. de *Domanio*, §. X, ibid. pag. 30, & 31; & Dn. *Frise* l. c. Part. 4, Observat. IX, §. 4. v. 22, p. 54.

(8) Propter egregiam Reipublicæ præstitam operam, bene meritis in remunerationem concedi valeant. Vid. *Choppinus* l. c. *Claudius Seissel*, de *Republica* Lib. I, pag. 27 & 279, verba referente *Bracknero* l. c. §. 10, pag. 54; *Bret*, de *la souveraineté du Roi de France*, lib. 3, §. I, p. 326, qui ipsimet fatentur, etiam Regem Galliæ, propter egregiam Coronæ præstitam operam, bene merito Domanii partem, renumerationis loco, concedere posse. Hinc sua. Dn. *Brückner* l. c. §. 2, pag. 52; & Dn de *Alvensleben* l. c. §. XVI, pag. 42; add. *Dn. Frise* l. c. Part. 4, Observat. IX, §. 4, v. 23, p. 54; nec minus,

(9) In appanagium converti; vid. *Choppinus* l. c. lib. 2, Tit. 3. & seqq. *Dn. Frise* l. c. v. 21, p. 53; Apanagia namque à Domanio delibari, testis *Hottomannus*, lib. 2, de *Jur. Reg. Gall.* Rubr. *Lex sexta*; idque adeo verum, ut nec frater Apanagium propriis ex bonis constituere teneatur, sed ex domanio; *Betsius*, de *Pactis Famil. Illustr.* Cap. IX, p. 603; *Arnisæus*, de *Republ.* lib. 2, c. 2, §. 27; *Menochius*, Consil. 704, n. 20 & 23; Conf. *Dn. Frise* l. c. Observat. XIII, §. I. & seqq. p. 60. similiter,

(10) Ad pias causas erogari; v. g. fundationes xenodochiorum, orphanotrophiorum &c. redemptionem Christianorum è captivitate Turcica &c. Vid. *Choppinus* l. c. Tit. XIV, §. 14 & seqq. pag. 213 &c. *Dn. Frise* l. c. observat. IX, §. 4, v. 24, p. 54, *Dn. Ringler* l. c. lib. 3, §. XV, p. 220; &

(11) Cum æquivalentibus bonis permutari; modo nihil periculi Reipublicæ inde immineat. Vid. seq. argum. 13.

(12) Ubi Reipublicæ Consuetudo alienationem permittat: de *Germania* res manifesta; Vid. *Dn. Seckendorffius* l. c. Olim Imperatores, etiam insciis Statibus, multa Imperii bona alienasse, tralatitium. Vid. *Dn. Strauchii* diss. de *Oppignorationibus Imperii*, §. 22. & 27; conf. *Textor* l. c. Cap. XX, §. 22. &c. *Bruckner* l. c. Cap. IX, §. 8, p. 53, & præced. Tit. VII, §. 9, lit a.

(13.) Aut Pacta Familiæ eam indulgeant. Vid. *Gryphes in integrum restitutus, ope Leonis in der Andern Schrifft*, §. 3, apud *Dn. Frise* l. c. in Appendice Partis VI, pag. 42. & 43, ubi, teste *des Landtags Abschied in Jasenitz*, de anno 1569, Pomeraniæ Duces *Johannes Fridericus*, *Bogislaus*, *Ernestus Ludovicus*, & *Barnimus* junior: *So wollen darnach wir, und unsere Erben, von Erben zu Erben, solche Cammer-Güther, die zu unserm Fürstlichen Tisch, und Erhaltung unserer Hoheit, Obrigkeit, und Fürstlichen Wesen, gelegen, einer, ohne des andern Vorwissen, Consens und Belieben nicht verändern, verkauffen, vergeben oder verpfänden; es wäre dann, daß, durch solche Veränderung, unser augenscheinlicher Nutz, Frommen und Bestes, befordert oder beschaffet würde; so soll einem jeden solches, mit vorgehendem zeitigen guten Rathe, frey stehen, und keiner dem andern, zu Verdrieß, oder sonsten, daran hindern, oder wehren &c.* Ast, quot exempla alia?

Mihi videtur (1) Domania, sine legitima & prægnante causa, à Principe alienari non posse; justos vero alienationis titulos esse; necessitatem publicam; finiendum bellum; pacta solenniter conventa; remunerationem debitam; consensum eorum quorum interest; præscriptionem immemorialem; introductam consuetudinem &c. perperam perinde quamlibet domanii alienationem ex regulis meræ gratiæ judicandam (2) domanium ab ipso alienante constitutum, facilius antiquo alienari posse; conf. *Brückner* cit. Cap. IX, §. 3, p. m. 52. (3) Nullam in Germania reperiri Legem fundamentalem, qua domanialia *inpræscriptibilia* declarentur. Vid. *Dn. Ockel*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. 3, §. 24. p. 162. (4) Peculiares unius alteriusque Status Imperii Constitutiones in contrarium, reliquis nullum gignere præjudicium, multoque minus Exterorum Leges & consuetudines, Germaniæ Legibus & consuetudinibus, hac in parte, obesse posse. Conf. *Dn. Ockel* l. c. *Dn. Ringler* l. c. lib. 3, §. 2, p. 202, & §. XXI, p. 231; (5) Principes pacta cum subditis, justis de causis, legitimoque modo, inita, non minus servare teneri, ac si cum extraneis contraherent; quoniam alias, ob vacillantem vel plane fallacem, Eorum fidem, tranquillitas Reipublicæ facile destrueretur; hinc (6) justa, citraque perjurium non infringenda, fieri posse Pacta, quibus Imperantes omnimodam libertatem subditis largiantur, ita, ut ex subditis Magistratus emergant, auctoritate pristino Domino vel pares, vel haud multum inferiores, vinculo subjectionis penitus soluto; Batavis, Helvetis, aliisque Rebuspublicis, Liberis, exempla præbentibus; quo & pertinent, quæ *Boeclerus* ad *Grotium*, de J. B. & P. lib. 2. Cap. 4. §. 4, ex *Isocrate* adducit, ubi *Lacedæmonii* sic ratiocinantur: *Tractavimus cum Persis, de conditionibus, Messanam nos juste tenere, neque Rex Persarum, neque Thebani, nobis unquam objecerunt, quodnam autem accuratius de Jure judicium invenerimus eo, quod & ipsi hostes agnoverunt, & quod in rebus nostris adversis editum est?* Conf. *Bartholdi*, cit. diss. de *Necessitate edendi titulum Possessionis*, Cap. VI, §. 95 &c. apud *Dn. Frise* l. c. Part. 3, pag. 161. *Dn. Schlosser*, cit Diss. de

de *Præscriptione Regalium*, Cap. 3, §. XV, ibid. pag. 191. (7) Principes nullatenus exemptos esse à præscriptione, qua Gentes inter se utuntur, ne dominia rerum semper incerta maneant, id quod Juri naturali contrarium vid. Dn. *Ringler*, l. c. lib. 3, §. XVII, pag. 224. & 225; (8) Principes, Regalia à subditis possessa, pro derelictis habere censendos esse, quoties vel mediante transactione, pro legitimis Dominis eos habeant; vel per tempus immemoriale, sua non vindicaverint, cum tamen potuissent. (9) Principem semper ex justa causa facere præsumi, quod facit motu proprio, & ex certa scientia, nec Jure divino universali, nec Gentium, nec pactis cum subditis, reclamantibus. Vid. *Bechtoldi Thesaurus Jurisprudentiæ*, lib. XIV. Axiomatum, Cap. 78, de *Principe*, Axiomat. V, p. m. 379; (10) domania majori privilegio gaudere non posse rebus Sacris, quæ alienari, consequenter & præscribi, queant. Quæcunque enim res de Jure *alienabilis*, eadem & *præscriptioni* obnoxia est. Vid. Dn. *Ringler* l. c. lib. 3, §. XVIII, p. 226. (11) si domanium simpliciter, & sua natura, alienari vetitum esset in Germania incassum latas fore tot Leges Imperii fundamentales omnino statuendum, v. g. R. J. *Augustan.* An. 1548, §. 56, & §. 64, *Instr. Pac. Westphal.* Art. VIII, §. 4, verb. *longo usu, ante hos motus, obtenta &c. Capitul*: *Caroli V*, Art. 4, verb. *Ihnen* (Statibus) *darzu Ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, Pfandschafften und Gerechtigkeiten, auch Gebrauch und Gute Gewohnheiten, so Sie bißhergehabt haben, oder in Ubung gewesen sind, zu Wasser und zu Land, in guter beständiger Form, ohn alle Weigerung, confirmiren und bestättigen*, Quæ repetita Capit. *Ferdinandi I*, Art. 3; *Maximiliani 2*, Art. 4; *Rudolphi 2*, Art. 3; *Matthiæ* Art. 3; *Ferdinandi 2*, Art. 3; *Ferdinandi III*, Art. 3; *Ferdinandi IV*, Art. 3; *Leopoldi*, Art. 3; *Josephi*, Art. 3, & *Caroli VI*, art. I Ne dicam de tot donationibus in Ecclesias olim collatis. (12) Præsumptionem esse pro Principe, ex certa scientia, & adhibito Ministrorum consilio, Domanii partem alienante, Eum condigne adhuc vivere posse: Vid. Dn. *Ringler* l. c. lib. 3, §. 23, pag. 236 &c. (13.) Ex Ordinationibus Provincialibus, quibus subditis sæpe quieta & immemorialis Regalium quorundam possessio v. g. Juris occupandi insulas; retinendi thesauri; venandi in Sylvis dominicis; exigendi vectigalis &c. confirmatur, concludendum, in favorem Principis, nullam hic inscitiæ, vel deficientis consensus, exceptionem opponi posse; quæ alias multum valet, in quæstione: Num Princeps rem suam, à subditis possessam, pro derelicta habeat, annon? Vid. *Magdeburg. Policey-Ordnung*, Cap. IX, Sect. XI, §. 11; Dn. *Schlösser*, l. c. Cap. 3, pag. 188 &c. (14) Præscriptionem immemorialem, adversus Principem, probatu quidem difficilem esse, cum subditi scientiam & patientiam ejus docere teneantur, ubi possessionem pro se allegare velint, id quod difficillimum, dum Princeps nunquam præsumitur in jacturam Jurium suorum Majestaticorum, Regalium, domanii &c. consentire; attamen probari posse; scil. per viros integræ fidei, bonæque famæ, qui de 40 annis testari possunt, & jurato affirmare, communem opinionem esse, quod de contrario usu memoria non extet, seque à majoribus suis nihil aliud audivisse, nec ipsosmet contrarium vidisse; Vid. *Mynsinger*, Centur. I, Observat. XXX, pag. 22, ibique allegati alii; *Gailius*, lib. 2, *Observat.* 66. §. 9, pag. 416; Ill. Dn. *Hugo*, de *Statu Regionum Germaniæ*, Cap. VI, §. 26; Ill. Dn. *Fabricius*, ad *Mynsingerum* l. c. pag. 52; Dn. *Ringler* l. c. lib. 3, §. XIX, p. m. 229. (15) Ubi domania Jure reluantur, debitum pretium refundendum. Vid. Dn. *Ringler* l. c. §. VII, pag. 210 &c. (16) Eos, qui arbitrantur alienationem rei domanialis modicæ, & exiguæ quantitatis, undeque alienanti vel nullum, vel exigui duntaxat momenti damnum, nasci possit, Principi permissam esse, parum, vel nihil, à vero aberrare. Vid. Dn. *Ockel*, l. c. p. 166.

(*b*) PEREGRINIS &c. Imo & ab his, per modo tradita.

(*c*) SUPRA &c. scil. Lib. 2, Tit. 4, §. 1. p. 989.

(4) Patrimonium Principis, seu Bona Principis patrimonialia, sunt omne illud, quod ad Principem pertinet, tanquam privatum Patrimonium, e. g. quod titulo emptionis, (*a*) vel Legati, à Principe acquisitum est. *Joh. Sande, Tr. de Probibit. rer. alien. Part. I, Cap. VI per totum.*

NOTA.

(*a*) EMPTIONIS &c. Vid. præced. §. 2, lit. d. Conf. Dn. *Ockel* l. c. Cap. 3, §. 16, pag. 145.

(5) Hæc Bona Patrimonialia Principis non minus (*a*) quam alicujus Privati patrimonium, communibus commerciorum Regulis subjiciuntur. *Ant. Faber. Lib. VII, Tit. XII, def. I.*

NOTA.

NOTA.

(a) NON MINUS &c. Ut enim bona, quæ extra Patrimonium hominum, v. g. sacræ, sanctæ & religiosæ, communibus commerciorum regulis non subjiciuntur, arg. §. 7, 8 & 9 Instit. de *Rer. Divis.* ita contrarium dicendum, de bonis, quæ in Patrimonio nostro existunt; Vid. tot. Tit. ff. de *Acquir. Rerum dominio*; modo Pacta domestica, aut fideicommissi nexus, non aliud præcipiant.

(6) Bona publica, sunt Bona, quæ privatis possessoribus non sunt tradita, (a) & nec principaliter ad domanium, nec Principis Patrimonium, pertinent.

NOTA.

(a) TRADITA &c. Vid. §. 2 & seqq. J. de *Rer. Divis. Springsfeld*, de *Apanagiis*, Cap. VII. §. 23 &c. p. m. 142.

(7) Quo referunt, (1) Agros, segeti aut gramini destinatos, ad usum Principis; item, hortos, & quemlibet locum, fructibus floribusque ferendis consitum, &, in genere, omne spatium, quod vel utilitati, vel honestæ voluptati Principis, inservit. Huc pertinent sylvæ, & omne sylvarum commodum, undecunque proveniens; cujus enim Territorium & solum est, ejus quoque omnia fiunt, quæ in solo nascuntur. (a) Inde est jus Foresti, & dispositio de lignis nascentibus in sylva.

NOTA.

(a) NASCUNTUR &c. Nisi usumfructum soli alii concesserit.

(8) Hac occasione, oritur Jus venationum, (a) quod illi tantum justè (b) tribuitur, cujus Territorium est, in quo nutriuntur, (c) & in quo capiuntur, feræ. *Frid. Horn, lib. 2. de Civit. c. 3.*

NOTÆ.

(a) JUS VENATIONUM &c. Facit huc Dn. *Ahasveri Fritschii, Corpus Juris Venatorio-Forestalis Romano-Germanici*, An. 1702. Lipsiæ editum, cum Præfatione Ill. *Samuelis Stryckii*, de *Germanorum circa Venationem libertate jam restricta*; quo continentur, Parte I: *Sebastianus Medices*, JCt. Florent. Tract. de *Venatione, Piscatione & Aucupio*; pag. 1; prodiit Colon. An. 1598; *Georgius Morus*; de *Jure venandi, aucupandi & piscandi &c.* p. 35 &c. *Fridericus Pruckmannus*, Tr. de *Venatione*; pag. 112 &c. *Franciscus Zoanettus*, Tr. de *Venatione Germanica*; p. 139 &c. Idem, *de duplici Venatione Germanica*, pag. 490 &c. *Sebastianus Khraisser*, de *Venatione & Aucupio*, edit. Neoburgi ad Istrum. An. 1651; pag. 153 &c. Idem, Tract. *ad Constitutionem Forestalem Electoralem Bavaricam*; pag. 186 &c. *Ahasverus Fritschius*, Tr. de *Convenatione, vulgo Koppel-Jagten*, pag. 213 &c. *Jacobus Wernerus Kyllinger*, Diss. *de Jure venandi*, Præside *Helfrico Ulrico Hunnio* JCt. Giessæ, 19 Julii, 1617, habita, pag. 223 &c. *Jacobus Otto* JCt. Ulmens. *Freyer Pürsch-Beschreibung*, Augspurg, 1680; pag. 251 &c. *Noe Meurer*; *Unterricht Chur- und Fürstlicher Lande, auch Graff- und Herrschafften, und anderen Obrigkeiten, Gebiet, von Verhauung und Wiederhauung der Wälde und Gehöltz, auch den Wildbahnen, Fischereyen &c.* 1618, pag. 290; *Ferdinandus Christophorus Harprecht*, JCt. Tubingens. Tr. de *Venationibus precariis, von Revers- oder Gnaden-Jagten &c.* pag. 531 &c. *Christophorus Feschius*, Diss. Inaug. *de Re venatoria, eique annexo Jure*, 13 April. 1638, Basileæ defensa, pag. 564 &c. *Ernestus Fridericus Schrœter*, Diss. de *Banno Ferino, ejusdemque Jure, von der Wildbahn*; pro Licentia disputante Dn. *Salomone Götsio*; Jenæ, 1670, pag. 644 &c. *Godofredus Berringer*, Diss. Inaug. de *Jure venandi*; Præside *Joh. Thoma Cludio*, An. 1641, Helmstadii, propugnata; pag. 661 &c. *Germanus Philoparchus* Tr. *vom klugen Beambten*, Tit. XXXV, *von der Forsteylichen Obrigkeit, Jagt und Forst-Rechts* 1701, pag. 687 &c. *Otto Menckenius*, Disp. de *Jure Majestatis circa Venationem*, an. 1674. Resp. *C. D. Rode*, Lipsiæ publico examini opposita; pag. 703 &c. Part. 2, Varia Consilia & Observationes Venatico-forestales; pag. 722 &c. *Joh. Christoph. Heroldt*, *Selectus Observationum forestalium*, *consultative-*

tativo-decisivarum, An. 1702, pag. 1107 &c. Part. 3: Variorum Principum ac Statuum Imperii ordinationes Forestales. Et in Appendice: *Cyriaci Spangenbergii*, Theologi, *beständiger und wohlgegründeter Bericht, wie fern das Jagen recht oder unrecht sey?* pag. 387 &c. *Ahasveri Fritschii* Tract. de *Peccatis Venatorum*, An. 1685, pag. 436 &c. *Allerhand etwas langsam eingeschickter Teutscher Fürstlichen Jagt-Ordnungen und Mandaten*, pag. 445 &c. Addantur his: *Remigius Feschius*, de *Jure venandi*, Basil. 1652; Ill. *Huldericus ab Eyben*, Diss. de *Jure venandi*, Resp. *Johanne Rosback*, An. 1663, mens. Mart. Giessæ habita, quæ, inter Opera Ejus Academica, Part. 3, p. 786 &c. reperitur; *P. B. Gloxin*, Inaug. *de Juribus venandi Principum Imperii*, Argentor. mens. Majo, 1666; *Melchior Ludovicus Westenholtz*, Diss. de *Jurisdictione Forestali*; *Antonius Seidenstikker*, Diss. *von Wild-Dieben*, Helmstad. 1675; *Paulus Georgius Ebring*, Inaugur. de *Venatione precaria, von Gnaden Jagten*; Præside Dn. *Petro Müllero*, Jenæ, 1686, 14 April. Dn. *Stephanus Christophorus Harpprecht*, *Sciagraphia Liberæ Venationis Germanicæ*, Tubingæ, 1702. *Gailius*, lib. 2, *Observationum*, Observat. 66 & 67, pag. 415 &c. *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Forst-Forstliche Obrigkeit*, pag. 260 &c. ibique *Dietherr*, in Addit. & voc. *Jagen, Jagrecht &c.* pag. 418, & *Dietherr*, in Addit. *Webner*, *Observat. Pract.* voc. *Forstrecht &c.* pag. 120 &c. *Rudingerus*, *Singular. Observat.* Centur. 2, Observat. 42, Tit. *vom Forst &c.* p. m. 613; *Speidelius*, *Notabil. Jurid.* voc. *Jagen &c.* pag. 522; *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 3, Constitut. XXXII, Definit. XVII, pag. 1233 &c. Consultiss. Dn. *Gribnerus*, *Opuscul. Juris Publici*, Tom. V, Sect. 3, pag. 42 &c. ex instituto tractans *de Eo, quod justum est, circa Feras, ex Custodia dilapsas*. Præsertim Consultiss. Dn. *Bilderbeck*, Potentiss. Magnæ Britanniæ Regi à Consiliis, & Illustriss. Ducatus Luneburgensis Ordinum Syndici, *Gründliche Deduction, gegen die vermeintliche Regalität derer Jagten &c.* An. 1723. Scriptores *Juris publici* omnes, nec non ii, qui de *Regalibus, Bonisve Domanialibus*, scripta ediderunt.

Unde *Venationi* nomen? non adeo liquidum. M. *Terentio Varroni* dicta videtur à *Vento*, eo quod venator feras ad ventum, & in vento, persequatur. *Jacobus Pontanus*, Vol. 3 *Progymnasmatum*, Part. 2, coll. 77, rectius etymon à *venis terræ* repetendum existimat, ita, ut *venari* idem sit ac, mediante canum sagacitate, terrarum venas rimari. Si prius verum, cur non dicitur *ventatio?* sin posterius, cur non magis *minerarum investigationem* venationis vocabulo compellamus? Si quis ad ipsa animalia, quæ in sylvis venatu capiuntur, *venaria* quondam nuncupata (Legibus *Canuti*, Cap. 108, & *Edwardi*, Cap. 35, Magnæ Britanniæ Regum, testibus, apud *du Fresne*, Gloss. voc. *Venaria*, pag. 1271, & *Spelmannum*, voc. ead. pag. 551, ubi: *Et omnis sit venatione sua dignus in nemore, in campo, in dominio suo, & abstineat ab omnibus Venariis Regis, ubicunque pacem eis habere voluerit, super plenam witam & forisfacturam &c.*) provocet, nil nisi ansam quærendi subministrat, unde vel ipsa *Venaria* nomen sint sortita? ego vocabulum ex originariis esse censeo, quorum denominationis ratio non semper reddi potest.

Pro *Synonymis* vulgo habentur: *Jus Foresti, Bannum Ferinum, das Forstrecht, Forst, Wildbahn*, seu *Wild-Bann, Forstliche Obrigkeit, Wildbret, Roth-und Schwartz Weidewerck, Hagen, Waldnutzung &c.* accurate vero his consideratis, multum discriminis inter vocabula hæc occurrere, tralatitium est. Quis enim unquam dixerit, officium *eines Forst-Meisters*, non diversum esse ab officio *des Jägermeisters*? aut, argumentum à *Wild-Bann*, tanquam parte, ad Jus Foresti, *Forst-Recht*, tanquam totum, recte duci consequentiam, cum idem sit, ac si quis diceret: Est paries, Ergo domus? Huic competit sylvæ fructus, *die Waldnutzung*; Ergo & jus venandi? ne dicam, ipsum venandi jus distinctionem admittere, quandoquidem ei, qui ejus particeps, non statim feras quaslibet venandi facultas adscribenda, non sequitur: Habet venationem; Ergo *das rothe und schwartze Wildbret*. Sed & *Hagen* & *Jagen*, non idem denotant; *Jagen* enim non infert *Hagen*; *dan solches mit Hetzen und Garn verrichtet werden kan*; vid. seq. §. 16, lit. a. Conf. de his differentiis *Webner* l. c. voc. *Forst-Recht &c.* pag. 121 &c. *Rudingerus* l. c. *Besoldus* l. c.

(*b*) JUSTE &c. Venationem Jure Naturali omnibus permissam esse, dudum agnovit *Cajus*, Lib. 2 *Aureorum*, inquiens: *Omnia animalia, quæ Terra, mari, cœlo, capiuntur, id est, Feræ bestiæ, & volucres, pisces, capientium fiunt. Quod enim nullius est, id, ratione naturali, occupanti conceditur. Nec interest, quoad feras bestias, & volucres, utrum in suo fundo quisque capiat, an in alieno?* quæ, totidem verbis, L. 1 & 3, ff. de *Adquirendo rerum dominio* (Lib. 41, Tit. I) repetuntur; nec aliter *Justinianus* Imp. §. 12 Inst. de *Rerum divis.* ubi: *Feræ bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cœlo & terra nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, Jure Gentium statim illius esse incipiunt. Quod enim ante nullius est, id naturali ratione, occupanti conceditur. Nec interest, feras bestias,*

ſtias, & volucres, utrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno? Veterumque Germanorum Leges, v. g. *Speculum Suevicum*, vulgo *Land und Lehen-Recht*, Lib. I Cap. 352, apud *Goldaſtum* Part. I *der Reichs-Satzungen*, p. m. 104: *Do Gott beſchuff den Menſchen, do gab Er ihm Gewalt über Fiſch, und über Vögel, und über alle wilde Thier. Davon habend die Künig geſetzt, daß Niemant ſeinen Lyb, noch niemans Geſinde, verwürcken mag mit dieſen Dingen &c.* & *Speculum Saxonicum*, Lib. 2, Art. 61 (Edit. Auguſt. An. 1516) p. m. 115: *Do Got den Menſchen geſcop, do gaff he eme Gewalt over Viſſche, unde Vogele, und over alle wilde Dyre; Darumme hebbe wy des Orkunde van Gode, dat Neman ſynen Lyff, noch ſyn Geſündt, an deſſen Dinghen Vorwercken ne mach &c.* Lat. *Quando Deus hominem formaverat, ei volatilium, piſcium, ac beſtiarum dedit poteſtatem; ex eo iſtis injuriam inferenti in vita aut in ſanitate non condemnetur &c.* Ex quo vero, diſtinctis rerum dominiis, Territoriorum Domini Leges ferre cœperunt: *Ne quis poſthac armata manu, ipſorum agros, ſine venia, ulterius ingrederetur*, libertati huic naturali quodammodo poſiti limites, adeo ut impune amplius in alieno fundo venari, aucuparive, non licuerit; quorſum trahendæ: cit. L. 3, §. I, ff. de A. R. D. *Qui in alienum fundum ingreditur, venandi aucupandive gratia, poteſt à Domino, ſi is providerit, Jure prohiberi, ne ingrederetur &c.* & L. 13, §. 6, ff. de *Injuriis*, ubi *Ulpianus*, Lib. 57, ad Edictum: *Eſt ſæpiſſime reſcriptum, non quem piſcari prohiberi, ſed nec aucupari; niſi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi poteſt ---- In lacu tamen, qui mei dominii eſt, utique piſcari aliquem prohibere poſſum &c.* & L. 16, ff. de *Servitutibus Prædior. Ruſtic.* ubi *Calliſtratus*, lib. 3 de *Cognitionibus*: *Divus Pius aucupibus ita reſcripſit: Non eſt conſentaneum, ut, per aliena prædia, invitis dominis, aucupium faciatis &c.* Eodem tendit *Speculum Saxonicum*, cit. Lib. 2, Art. 62, p. m. 116: *We wilde Dire hegen wil buten Ban-Vorſten, de ſchal ſe binnen ſynen bewrochten Geweren hebben &c.* Lat. *Qui beſtias, quarum eſt natura fera, tenere voluerit, eas inter ſua ſepta, aut munitas debet habere poſſeſſiones &c.* ibique Gloſſa: *Qui eas tunc ceperit, cum prohibitus fuerit, aucupandi gratia ne per agrum alienum tranſiret, non facit ipſas ſuas &c.* nec non *Weichbild*, Art. 122, p. m. 104, in Gloſſa: *Ihr ſolt auch hie wiſſen, wiewol daß wilde Thiere gemein ſeind, jedoch ſo mag man ſie eigen machen; davon ſo mag ein jeglich Mann mit ſeinen Umbſeſſen wilkören, daß Niemand auf des andern Gut jag; und ob man es gleich auch nicht wilkörte, doch ſo mag man einem wol weren mit Recht, daß er nicht in eines andern Mannes Eigenthumb gehe, und darinnen jage. Wann denn ein Jeglicher das Sein heget, ſo heget er auch das, das in dem Seinen iſt, es ſey wild, oder zam. Das Wild iſt Sein, dieweil es in ſeinem Gehege iſt; kompt es auß ſein Geheg, es iſt des, der das erwiſchet &c.* Hoc ex fundamento orta primum Foreſta dominica, vulgo *Ban-Vörſte*, de quibus cit. *Speculum Saxonicum*, Lib. 2, Art. 61: *Doch ſint dry Stede bynnen Saſſen, dar den wilden Dyren Vrede gewracht is, by Koninges Banne (ſünder Baren, unde Wulven, unde Voſſen) dit hetet Ban-Vorſten; dat eyne dat is dy Heyde thu Koyne; dat Andere, De Hart; dat drüdde, de Maget-Heide. We ſo hir binnen Wilt veyt, de ſchal wedden des Koninghes Ban; dat ſin ſeßtich Schillinge &c.* Lat. *Tribus attamen in Saxonia nemoribus, & in eis beſtiis exiſtentibus, (exceptis Urſis, Lupis & Vulpibus) pax, per Bannum Imperii, nunciatur. quæ ſunt: Nemus Koynis, & Hartus (Hartz) atque Maget-Heyde. Si in iſtis memoribus quis beſtiam ceperit, Bannum Regis, ſcil. ſexaginta ſolidos, mulctam dabit &c.* & *Speculum Suevicum*, cit. Cap. 352: *Noch habent die Herren Bann-Værſt. Wer Ihnen darinn icht thu, do habent Sie Büſſe über geſetzet. Sie haben auch über Viſche Ban-Geſetcze, und über Vögel. Allen Thieren iſt Fried und Bann geſetzet, ohn Wolffen und Beren, an den brichet Nieman keinen Fried. Wer in den Bannen, oder in Vörſten, Wilde wündet, oder jaget, oder tödtet, der ſol dem Herren, des es iſt, ſechzig Schilling der Land-Pfenning geben &c.* Adde *Legem Longobardicam*, Lib. I, Tit. XXIII, de *Venato*, L. 7, apud *Goldaſtum*, de *Conſuetudinibus Imperialib.* p. 31: *Ut nemo pedicas* (laqueos, quibus feræ pedibus illigantur) *in Foreſto dominico, nec in quolibet Regali loco, tendere præſumat; & ſi Ingenuus hoc perpetraverit, bannum dominicum ſolvat; & ſi ſervus eſt, dominus illius emendet, ſicut Lex eſt &c.* (In Codice *Legum Antiquarum Lindenbrogiano*, p. m. 558, reperitur hæc Lex Lib. I, *Legis Longobardorum*, Tit. XXII, vindicata Imperatori *Carolo*,) Conf. quæ *Seldenus*, de *Jure Naturæ & Gentium*, *ſecundum diſciplinam Hebræorum*, Lib. VI, Cap. 4, ex traditis *Maimonidis* & Veterum, ſuppeditat, unde ſua Dn. *Bilderbeck*, l. c. Cap. I, §. 3, pag. 5 &c. jung. *Sixtinus* de *Regalibus*, Lib. 2, Cap. 18, §. 23 &c. pag. 669; Rationes autem limitati ſic venandi Juris præcipuæ erant (1) L. un. C. *Ut armorum uſus, inſcio Principe, interdictus ſit*, Lib. XI, Tit. 46; ne ſcil. tam facile bella civilia, ſeu tumultus, oriri poſſent, (2) Rerum dominia non redderentur incerta; (3) *venationis titulo*, artifices notabili, Reipublicæ damno, ab officinis non abſtraherentur; (4) nec, ſub hac larva, latrones peregrinantibus, aliisque, inſidias ſtruendi, anſam arriperent &c. Vid. *Harprecht*, ad §. 12 Inſt. de R. D. *Pruckman*, de *Regalibus*, Tit. *Venatio*, Cap. 4, §. 15 & ſeqq. usque ad §. 60; *Puffendorf*, de J. N. & G. lib. 4. c. 6. §. 4 & 5; *Gœtſius* l. c. Cap. 3, §. 4. *Weſtenholtz* l. c. §. 26 & 27; Dn.

Bartholdi

Barthold, Inaug. de *Necessitate edendi titulum possessionis*, Cap. 3, §. 56, & seqq. Ex his porro fluit, eos consequenter, quibus armorum usus nunquam interdictus, quin potius injunctus fuit, veluti Vasallos Nobiles, Civitates, Castra &c. quos, quas & quæ nec feriunt, quæ de officinarum desertione, latrociniisque, dicta, venandi licentiam in agris suis liberam retinuisse; imo & in fundo tertii, modo, hoc casu, privilegio, vel præscriptione necessaria, aut contractu desuper inito, quis se tueri valeat; nisi enim hoc esset, venationem per totam Rempublicam privative ad Principem spectare, statuendum foret, quod omnino absurdum, cum venatio non minus inter agri fructus & commoda locum mereatur, ac frumenta, prata, pascua &c. quorum veteres chartæ nominetenus mentionem faciunt. Vid. Ill. *Stryck*, Præfat. ad *Fritschii Corpus Juris Venatorio-Forestalis*. Dn. *Gribner*, *Opusc. Jur. Publ.* Tom. V, Sect. 3, Cap. 3, pag. 65 &c. Dn. *Bilderbeck* l. c. Cap. I, §. VI, pag. 19 &c. & Cap. 2, Sect. 2, §. IX & X, pag. 42 &c. ibique allegati plures alii, uno ore fatentes, Venationem, de Jure communi, perperam inter Regalia referri; & Sect. 3 tot. p. 49 &c. qua solide probat, eam semper in Germania pro indubitato *Jure fundi* fuisse habitam; etiam in iis Agris, quibus Imperatores Regesque, & postea Principes alii, Cœnobia vel Vasallos, donarunt; Ecce, quid de his Veterum tabulæ! *Noverit omnium Fidelium nostrorum industria: quia Abbas de Monasterio Stabulo detulit Nobis praceptum* HILDERICI *Regis* (Francorum) *in quo continebatur, qualiter Sanctus Vir, Remaclus, detulisset ei praceptiones* SIGEBERTI *Regis, in quibus erat insertum, qualiter eandem Cellulam novo opere construxisset, &, de sua Foreste, duodecim leucas undique mensuratas, & qua infra erant, pro divino ei amore concessisset. Sed, pro firmitatis studio, petiit prædictus Abbas: Ut Nos denuo, per nostrum præceptum, prædictam Foresten, nostra auctoritate concederemus, atque confirmaremus Monasterio ---- Ergo jubemus: Ut nullus Fidelium nostrorum de prædicta Foreste, ullam inquietudinem, aut insectationem, aut contrarietatem, prædicto Monasterio, suisque Rectoribus, facere, ullo unquam tempore, præsumat; sed liceat monachis, ibidem Deo famulantibus, ad proprias supplendas necessitates, ipsam, cum omni integritate, perpetuis temporibus habere, absque alicujus infestatione &c.* Hæc *Ludovici Pii* charta, apud Dn. *Lunigium*, P. 3 *Spicileg. Eccles.* Cap. V, Tit. VIII, *Stablo*, §. 3, p. 181.

THEODOBERTI, *Bojorum* Ducis, Donationum Ecclesiæ *Saltzburgensi* factarum memor *Gewoldus*, Addit. ad T. I *Metropolis Hundii*, p. m. 29, ait: *Similiter ipse Dux tradidit in ipso Pago* (Saltzburgoe) *supra scripto, tributarios Romanos 116, inter vestitos & apsos, per diversa loca, & Venationem in Sylva, qua adjacet inter Alpes, à Gaizliberch, usque ad pontes, qua nunc vocantur Stega.*

TASSILONEM, itidem *Bojorum* Ducem, dono obtulisse *Venandi Jus*, *Attoni* Abbati, postea Episcopo *Frisingensi*, dictum præced. Tit. XV, §. 1, lit. b.

An. 804, CAROLUS M. in præcepto *de Scholis Gracis & Latinis, in Ecclesia Osnabrugensi instituendis*, sub dato *Aquisgrani*, 13 Kal. Januar. constituisse fertur: *Wiboni, Osnabrukgensi Episcopo, suaque Ecclesia, quam Nos primam omnium in Saxonia, in honore S. Petri, Principis Apostolorum, & SS. Martyrum, Crispini & Crispiniani, construximus quoddam nemus, vel forestum, infra hac loca situm: Farnevinckil, Rutanstein, Angeri, Osning, Sinedi, Bergashovid, Drevensmeri, Etanarfeld, Dumeri, collaudatione illius Regionis Potentum, cum omni integritate, in porcis videlicet Silvaticis, atque cervis, avibus & piscibus, omnique venatione, qua, sub Banno usuali, ad Forestum deputatur, ad similitudinem Foresti Nostri Aquisgranum pertinentis, in Silva Osningi, in perpetuum proprietatis usum donavimus, ea videlicet ratione, quod, si quisquam hoc idem nemus, nostro Banno munitum, sine prædicta Sedis Episcopi licentia, studio venandi, vel Silvam exstirpandi, vel aliquod hujusmodi negotium peragendi, umquam intrare præsumpserit, sciat, se tam divina, quam Regia, ultionis vindictam incursurum, nec non, pro delicto, sexaginta solidos nostri ponderis, quos Nobis, pro Banno violato, deberi statuimus, redditurum &c.* Vid. *Baluzius*, Tom. I *Capitularium*, p. m. 418 & 419. Eandem chartam sistunt, post *Erdwinum Erdmannum*, qui, in *Chronico Episcoporum Osnabrugensium*, apud *Meibomium* Tom. 2 *Scriptor. Rer. German.* pag. 197, primus forte eam produxit; *Albertus Crantzius*, lib. I *Metropolis*, Cap. 2, pag. 4. *Aubertus Miraus*, in *Codice Donationum piarum*, Cap. XII, nec non in *Not. Ecclesiar. Belgii*, Cap. 26; *Baronius*, Tom. IX *Annal.* ad An. 804, §. XI, pag. 557 &c. Reverendiss. Præsul. Paderbornensis, *Ferdinandus Fürstenbergius*, in *Monumentis Paderbornensibus*, p. 299; Dn. *Schatenus*, lib. X, *Histor. Westphal.* pag. 612; *Joh. Turckius*, in *Fastis Carolinis*, An. 802; Dn. *Lunigius*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. XIII, *Osnabrück*; Dipl. 2, p. 577; novissime Dn. *Joh. Georg. Eccardus*, Potentiss. Magnæ Britanniæ Regi tum à Consiliis, Historiisque scribendis, nec non Bibliothecæ præfectura, qui, sub literis A. J. id est, Authoris innominati, An. 1717, edidit *Diploma Caroli Magni Imp. de Scholis Osnabru-*

nabrugensis Ecclesiæ, Græcis & Latinis, critice expensum; Annoque 1719, sub tit. German. *Gründliche Untersuchung eines alten CarolinischenSchenck-Briefs, in welchem der Griechischen und Lateinischen Schule zu Osnabrück gedacht ist &c.* &, post eum, *Jodocus Hermannus Nunnigh*, Canonicus & Scholasticus Vredensis, in Tract. cui Tit. *Diplomatis Caroli Magni Imp. Gloriosiss. de Scholis Osnabrugensis Ecclesiæ, Græcis & Latinis, An. 804 concessi, ac nuper abs Anonymo critice expensi, Vindicata Veritas*; Monasterii Westphalor. 1720. Sub initium Tractatus sui Latini, notat Dn. *Eccardus*, præter citatos *Erdmannum, Crantzium, Baronium, Miræum, Fürstenbergium*, & *Schatenum*; Diploma hoc pro genuino agnoscere, *Henricum de Hervordia*, (à *Centuriatoribus Magdeburgicis*, Centur. VIII, Cap. 2, pag. 11 adductum;) *Wernerum Rolewinckium*, lib. 2 *Antiquit. Saxon.* Cap. 8; *Sebastianum Münsterum*, lib. 3 *Cosmographiæ*, pag. 749; *Chytræum* lib. 4 *Saxoniæ*, pag. 83; *Hermannum Stangefolium, Annal. Circuli Westphalici*, lib. 2, pag. 107; *Meibomium*, Avum, in Notis ad *Witekindum*, pag. 694; *Joh. Pappum, Epitom. Histor. Eccles.* pag. 68; *Winckelmannum, Notit. Westphal.* lib 3, Cap. 7, §. 14; *Schurtzfleischium*, Differt. de *Henrico Leone*, §. I, Dn. *Hermannum Adolphum Meinders, Saxon. Antiq.* Diss. 4, Cap. V, &c. Versa vice vero, pro supposititio idem haberi, à *Carolo Cointio, Annal. Eccles. Franc.* Tom. VI, pag. 825 &c. *Godofredo Henschenio* & *Daniele Papebrochio, in Propylæo Actorum Sanctorum Mensis Aprilis*, Tom. 2, §. 28; *Bartholomæo Germonio*, Discept. *de Antiq. Reg. Franc. Diplomat.* p. 262, & *Godefrido Hechtio, German. Sacra & Literar.* Part. 2 lib. I, Cap. 2. Forte referendus huc quoque *Baluzius*, in Notis ad Tomum 2 *Capitularium*, p. 1066, ajens: *Descripsimus* (dictum Præceptum) *ex secunda Editione Monumentorum Paderbornensium Celsissimi Principis, & Eruditissimi Præsulis, Ferdinandi Fürstenbergii, Episcopi Paderbornensis &c. ubi adnotatum est, illud editum esse ex ipso autographo, Karoli M. propria manu subscripto; attamen Daniel Papebrochius, in propylæo ad Tomum 2 Aprilis, §. 28, contendit, Præceptum illud esse falsum, & insignes nugas complecti; Carolus le Cointe, in Annalib. Ecclesiasticis Francorum, multa argumenta adfert, ut ostendat esse supposititium &c.* pariter ac *Mabillon*, de *Re Diplomatica*, lib. 2, Cap. 3, §. XI, p. 74, ubi: *Singulare est Præceptum, de Scholis Græcis & Latinis, instituendis in Ecclesia Osnabrugensi, datum Anno 804, Erudito Carolo Cointio, Tom. VI. Annal. p. 825, & seqq. non unam ob causam, suspectum, quod, in secunda Editione Monumentorum Paderbornensium, nuper ex ipso (ut putant,) autogrepho vulgatum est, sub hac insolita formula initiali: In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Karolus Imperator Augustus, Romanum gubernans Imperium, qui & Rex Francorum, & Langobordorum, nec non modo Dominator & Saxonum &c.* Ejusdem & ego memini præced. Lib. I. Tit. 4, §. 3, lit. b, pag. 298. Viginti quinque falsitatis characteres in eo observavit laudatus Dn. *Eccardus*, quorum præcipui, quod (1) *Carolus Magnus* Diplomata non inchoaverit: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis*; sed *In Nomine Patris; & Filii, & Spiritus Sancti*; (2) nomen suum scripserit per C, & non per K. (3) Titulum *Imperatoris Augusti*, simpliciter non adhibuerit; sed: *Carolus, Serenissimus Augustus, à Deo Coronatus, Magnus & Pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui &, per misericordiam Dei, Rex Francorum & Langobardorum &c.* (4) scriptio *Langabardorum*, pro *Langobardorum*, vitiosa; (5) non credibile sit, Eum se vocasse *Dominatorem Saxonum*, quos modo in fœdus perpetuum cooptaverat; (6) Phrasis: *Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ Fidelibus Nostrisque*, stylum Ejus non redoleat; (7) Vox *Osnabruck*, serius innotuerit; (8) Ecclesia *Osnabrugensis* non fuerit prima ab Eo fundatarum, sed *Ehresburgensis*, an. 772, adeoque quinque Ann. ante *Osnabrugensem*, condita; (9) Nemo scriptorum coævorum *Wibonis* Episcopalem dignitatem celebret; (10) Corpora Sanctorum *Crispini* & *Crispiniani*, quibus Ecclesia dicitur Sacrata, quæque, in alio diplomate, sub dato 803, apud Celsissimum *Fürstenbergium* l. c. pag. 297, *Osnabrugam*, à se translata testatur, adhuc sub *Leone IV*, & *Benedicto III*, proinde diu post *Caroli M.* obitum, apud *Suessionas* in Gallia fuerint; (11) *Carolus* ea loca donasse tradatur Osnabrugensi Ecclesiæ, quæ re vera *Otto I, ob frequens servitium venerabilis Episcopi Drogonis*, demum in eam contulisse legitur, sub dato *Quedlinburg*, Anno 965, apud *Erdmannum* l. c. pag. 203, in vita *Drogonis*, ubi: *Drogo --- Octavus Episcopus --- primum sub Ottone I, tunc Imperatore, Privilegia impetravit. Nam Imperator prædictus sic in Privilegio suæ Majestatis dicit: Quod, ob petitionem dulcissimæ Matris suæ, Mechtildis, quæ fuit filia extunc Illustris Comitis Theodorici de Oldenborg, --- atque per interventum Alheidis, amantissimæ suæ conjugis, & ob frequens* (servitium) *Venerabilis, ut asserit, Episcopi Diogenis*, (Drogonis) *quoddam nemus, vel Forestum, infra hæc loca positum: Farnewinckel, Rutenstein, Osninck, Sevede, Bargeschovet, Diamanamori, Eigesterfeld, Dummen, in perpetuum proprietatis usum, dedit atque donavit, et*

sci

scil. ratione, ut nullus contumaciæ deditus nemus prælibatum, Imperiali videlicet Banno munitum, sine prædicti Episcopi licentia, studio venandi, vel aliquid hujusmodi negotium peragendi, præsumat intrare &c. Conf. *Meibomius* l. c. Tom. I, p. 748. præter quod totus hic districtus in *sylva Osningi* non jaceat, ceu in priori diplomate dicitur. (12) Phrasis: *Collaudatione illius Regionis Potentum*, desumpta videatur, ex charta *Arnolphi* Imp. eidem Ecclesiæ concessa; vid. *Erdmannus* l. c. in vita *Eigilmari* Episcopi, pag. 202. *Imperator Arnulphus ad eundem Episcopatum, Comitatum cæteraque Beneficia jam dicti Allonis* (Comitis) *Collaudatione*, - - - *tradidit atque contulit*; (13) *Wiboni* perpetua libertas, & ab omni Regali servitio absolutio, concessæ dicantur, quas tamen *Otto I.* demum, anno 938, *Dodoni* (*Erdmanno* teste l. c.) largitus. (14) Imperator Constantinopolitanus perperam Rex Græcorum vocetur; (15) *Ercambaldus* non fuerit *Caroli Magni* Archi-Cancellarius, sed saltem Cancellarius &c. *Amalbertus* insuper demum sub *Carolo Crasso* Notarium egerit. addas (16) formularum Præcepti differentiam, hinc inde se prodentem. Vetustissima interim charta est, complectens ea, quæ, *Ottonis I*, tempore, Ecclesia *Osnabrugensis* certo possedit. Refellere quidem argumenta hæc conatus est Dn. *Nunninghus*, cit. *Vindicata veritate* dicti diplomatis, anno 1720, ast satis se defendit Dn. *Eccardus*, novo Tractatu, cui Tit: *Censura Diplomatis Carolini, de Scholis Osnabrugensis Ecclesiæ, Græcis & Latinis, ab Objectionibus Jodoci Hermanni Nunninghi, Canonici & Scholastici Vredensis, vindicata, à Joh. Georgio Eccardo*, Helmstadii 1721. Eodem facit: *Verthädigung der Wiederlegung des Carolinischen Schenck-Briefes, welcher dem Osnabrückischen Bischoff Wiboni im Jahr 804, 20. Dec. zu Aachen gegeben seyn soll, gegen den Hrn. abgesonderten Bibliothecarium zu Halle, 1721.* una cum: *Beantwortung der Einwürffe, welche der Herr abgesonderte Bibliothecarius gegen die Wiederlegung des strittigen Carolinischen Schenck-Briefes, vorgebracht.*

An. 816. Notum fieri cupio omnibus, tam præsentibus, quam futuris, quomodo Nos, Eric & Erminfried - - - *per hanc donationem donamus, ad reliquias S. Salvatoris*, seu *Hildegrim Episcopo*, (Halberstadensi) *duas partes de illa Foreste, quæ est super fluvio Arnapa, in Pago Nivenen, quicquid Pater Noster, Amalricus, nobis dimisit in hæreditatem &c.* Vid. Charta apud Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquit. Halberstad.* §. 2. diplomatum, p. 615; nec non alia, p. 616. *Notum fieri cupimus* - - - *quomodo Nos, Eric & Ermenfried, tradidimus Hildigrim, Episcopo, duas partes de illa Foreste, quæ est super fluvio Arnapa, in loco, qui vocatur: ad Crucem; quicquid ad illas duas partes adspicit, totum & ad integrum donamus, & tradidimus perpetualiter ad possidendum.* Conf. Dn. *Lunigius, Spicil. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Halberstadt*, §. 2 & 3, p. 16.

LUDOVICUS PIUS, sub dato pridie Idus Junii, Anno Imperii decimo, *Francovurti*, in charta *Monasterii Vallis S. Gregorii*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3, *Spicil. Eccles.* Cap. VI, Tit. VI, *Vom Münster in S. Gregorien Thal*, §. I, p. 364. & 365. *Gotafridus, Abba ex Monasterio S. Gregorii, quod alio nomine Confluens vocatur, postulavit nos, ut* - - - *partem quandam de Foreste nostra, contiguam ipso Monasterio, quæ ad Fiscum nostrum; nomine Columbarium, aspicere vel pertinere videtur, in nostra eleemosyna, eidem Monasterio concederemus; cujus precibus* - - *nobis adquiescere libuit, & de præfata Foreste nostra partem quandam* - - *concedere placuit, id est, per locum, ubi Bredembach rivolus in Fachinam confluit, sursum usque ad locum, ubi ipse rivolus surgere incipit; deinde, per semitam, quæ nominatur Isneida, usque ad montem, qui appellatur Schwartzimberg; deinde, per eundem medium montem, usque ad lapidem magnum, qui jacet ad radicem montis; & inde, usque ad Fachinam Quantumcunque vero de prænominata Foreste nostra, infra dinumerata & determinata loca, esse videtur, totum & ad integrum, eidem Monasterio, in nostra eleemosyna, concedimus* - - - *ita duntaxat, ut, cum aliquid de ipsa, vel in ipsa, ob utilitatem & profectum ipsius Monasterii, facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi &c.*

Idem, in diplomate, *Warino*, Abbati *Corbejensi*, dato 16. Cal. Julii, Anno Imperii XVIII, *Franconovort*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Cap. V, Tit. 2, *Corvey*, §. 4, pag. 61. *Concessimus piscationem quandam in fluvio Wisera, in Pago Wimodia nuncupato, cui confinis est Villa, Liusci vocata, in Comitatu Abbonis quæ* - - - *ab indigenis, Hocwar nuncupatur, quæ ad Jus nostrum pertinebat, quamque idem Abbo Comes in beneficio habebat; quoniam eadem piscatio absque familiis, quæ ad ejus provisionem deputatæ fuerunt, Fratribus prædicti Cœnobii non admodum utilis esse poterat, idcirco triginta duas Familias, & quidquid ad eam piscationem pertinens, sæpe dictus Abbo* (Comes) *in beneficio habuit, totum & ex integro, in proprietatem jam dicti Monasterii concedimus &c.*

Idem, in charta Cœnobio *Altahensi* data, 16 Cal. Julii, Anno Regni 31, Indict. X, in *Ostermutinga* Villa Regia, apud *Conringium*, in Censura *Diplomatis Ludoviciani Lindaviensis*, Cap. 4. §. X, pag. m. 50. *Petitioni ipsius* (Otgarii Abbatis) *libenti animo assensum præbuimus, & concessimus quasdam res proprietatis nostræ ad Monasterium Altaha, id est, Villam quæ vocatur* Nawawinida, *juxta rivulum Trebinam - - - - & ad Biugen mansos quinque, & quicquid ad prædictas Villas pertinet, hoc est, in mancipiis, ædificiis, terris, cultis & incultis, vineis, pratis, sylvis, venationibus, pascuis, aquis, aquarumve decursibus &c.*

An. 845. LOTHARIUS, Imp. Cœnobium *S. Stephani* Argentorati itidem donasse legitur *Piscationibus & Silvis.* Vid. præced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. a. pag. 1132.

An. 849, 14 Cal. Aug. ad *Maninseo*, *Luipramum, Saltzburgensem, & Erchanfredum, Ratisbonensem*, Præsules, ad testimonium cujusdam *Heripaldi*, tam circa *piscationem*, quam *venationem*, ad *Apiriniseo*, invicem transegisse, ex antiquo donationum libro, tradit *Gewoldus*, l. c. Tom. I, in Historia Episcoporum *Ratisbonensium*, p. m. 164 (vet. Edit. p. 246.)

An. 873, LUDOVICUS GERMANICUS, in confirmatione Privilegiorum Cœnobii *Lamspring*, sub dato *Aquisgrani*, Id. Junii, apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Gandersheim.* Cap. XXV, §. 10, lit. i, pag. 292. *sub nostra - - - nec non Regni nostri Principum, fideli defensione - - - Sancta Congregatio, cum omnibus suis possessionibus - - - - Sylvis, Venationibus - - - piscationibus - - - jucunda quiete jugiter inperturbata consistat &c.*

An. 903. LUDOVICUS IV, donat, 2 Id. Aug. Cœnobio *S. Emmerani* Ratisbonæ, *curtem quandam cum regimine, & ejusdem banno, - - - Sylva, omnique usu ejusdem sylvæ aquis, piscina &c.* vid. *Gretserus*, de *divis Bambergensibus*, Dipl. XIII, p. 525; *Gewoldus* l. c. pag. 167, §. 6, (in vet. Edit. p. 250.)

An. 908, Ejusdem munificentia, *jus venandi & piscandi* in Curte *Saltzburghove*, nactus est *Piligrinus*, ArchiEp. *Saltzburgensis*. Vid. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, Sec. IX, ad h. a.

An. 905, In Charta CAROLI SIMPLICIS, Regis Franciæ, sub dato 8 Kal. Sept. in Monasterio *Arnulphi*, Canonicis *S. Lamberti*, *Leodii*, scripta, habetur, apud Dn. *Lunigium*, *Spicil. Eccles.* Part. 2, Cap. 4, Tit. XI, *Lüttich*, §. 10. p. 485: *Interventu Stephani, Venerabilis Tungrorum Episcopi - - - partibus S. Dei Genetricis Mariæ, almique Martyris Lamberti, - - - forestam, quæ olim pertinuerat ad Tectis-Villam* (quam, *dato fisco, Zuendipol remiserat ad manum Regiam - - - atque istis finibus circumquaque conclusam; terminatur à Welfingi Pago, usque in fluvium Amblevam; inde, ad Monasterium Stabulaus, sicque vadit ad - - - & inde ad Salcejas, usque ad Nordrees fontem, & à Havernii, usque ad Vesere; & idem, ad rivum de Solmania, usque ad Salergeas & Hukelebac usque ad Veserem; & Geislampiam, usque ad Hospitale, & sic revertitur* ad *Wilfingi pagum - - -*) *delegavimus - - - jure perpetuo in proprio tenendam, & totam, undecunque ad integram, velut dudum semper in Regum manibus constiterat, firmavimus, omni tempore possidendam, in tantum, ut neque à quoquam Venatio ullatenus fiat per illam, nisi Prælati illius Ecclesiæ licentiam omnino habuerit indeptam. Si quis ita, temerario ausu, in ea venari præsumserit, sic Bannum Regium, inde componat, quomodo antea componebatur, dum Regum in manibus steterat &c.*

An. 940, OTTO MAGNUS, Rex Germaniæ, posteaque Imperator, in proprietatem dedit Monasterio *S. Emmerani Ratisbonæ*, locum *Helphindorf*, cum *Foresto*, & *Forestariis*, atque *Venatione*, nec non & *Regio Banno &c.* Vid. præced. Tit. 4, §. 9. lit. a, v. 4; idque confirmavit, an. 950, sub dato 17. Kal. Aug. *Beheim*, sub urbio *Naumburg*; Vid. *Hundius*, T. I. *Metropolis*, in Catalogo *Episcoporum Ratisbonensium*, §. 53, lit. G, pag. 151, Edit. nov. *Meibomius*, Tom. I *Rei German.* pag. 744: & Dn. *Lunigius Spicil. Eccles.* Part. III, Cap. VI, Tit. XIII, *S. Emmeran*, §. 19, pag. 649.

An. 950, Idem, 17. Kal. Aug. sub dato *Beheim*, suburbio *Naumburg*, eidem Ecclesiæ in proprium concessit, in Villa *Nuichinga*, in Pago *Hertinga*, in Comitatu *Eberhardi* Comitis, *Curtem Regalem, cum omnibus appendiciis & adjacentiis suis, juste legitimeque illuc pertinentibus - - - - Sylvis, aquis, piscationibus &c.* vid. *Hundius* l. c. *Meibomius* l. c. & Dn. *Lunigius* l. c.

An. 952. sub dato *Palithi*, 16 Kal. Maji, Idem in fundatione & donatione Monasterii *Poledani*, in Principatu *Grubenhagensi*, apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunsuicensibus* §. 3, Diplomatum, p. m. 108. *Tertiam partem Curiæ nostræ Palithi, cum omnibus ad hanc rite pertinentibus eidem Ecclesiæ in perpetuum perdurandum donamus, hoc est: Areis, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, agris, pratis, campis, pascuis,*

scuis, sylvis, piscationibus, venationibus, molendinis &c.

An. 956, 6 Kal Junii, sub dato *Walahusen*, donat Idem Ecclesiæ *Magdeburgensi, proprietatis suæ Villam Musische, in Pago Derlingen, & in Comitatu Dithmari Comitis sitam cum omnibus utilitatibus, ad eam rite adspicientibus, - - - - sylvis, Venationibus - - - - piscationibus &c.* vid. Dn. *Bilderbeck, gründliche Deduction, gegen die vermeintliche Regalität derer Jagten. §. 7. der Anlagen*, p. 17 &c.

An. 969. sub dato *Monticolo, super fluvium Arne, prope Civitatem Luccam, 3. Kal. Nov. dono dedit* Idem *Friderico*, Archi Episcopo *Saltzburgensi, unam Abbatiam, quæ Chymisse nuncupatur, cum omnibus suis pertinentiis & adjacentiis, in quibuscunque locis, vel Comitatibus, consistere vel jacere videantur - - - Terris, cultis & incultis, agris, campis, pratis, pascuis Sylvis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis molendinumque locis, Venationibus, viis & inviis &c.* Vid. *Gewoldus*, ad Tom. 2 *Hundii Metropolis*, Tit. *Chiemsee, Monasterium Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium*, p. 163, Edit. nov. & p. 236, Edit. Vet. & Dn. *Lunigius, Spicil. Eccles. in der Fortsetzung des Ersten Theils*, Cap. 2, *im Anhang zum Erb-Stifft Saltzburg §.* 83, p. 1064.

An. 970, *3 Non. Aug. in Apulia, ad Civitatem, quæ dicitur Bunii*, confirmat Idem donationem *Wichmanni* Comitis Abbatiæ *Eltenensi* factam, apud Dn. *Lunigium*, cit. *Spicileg.* Part. 3, Cap. VII, Tit. *Elten*, §. 2, p. 356, & Dn. *Dithmarum*, in *Codice diplomatico, Teschenmacheri Annalibus Cliviæ &c.* §. XXXIV, pag. 27 &c. verb. *Ipsam hæreditatem, quam Wichmannus Comes ipsis* (Sanctimonialibus dictæ Abbatiæ) *donavit, per paginam nostri præcepti concedimus, atque donamus, i. e. Curtim Helton, & Fornen, & Foristhausen, & Embrica, & Hamma, & Lyemersched, & Rynharem, & Redingen, & Bingarth, & Grese, & Hoffla, Thanne, Liendna, Ceyla, Tornas, Theule, Manacheli, & quæcunque his quatuor Comitatibus, scil. Hervesle, Famelgo, Morine, Midage, prædictus Comes Wichmannus habere videbatur, sive à nobis Illi datum fuisset, & omnia, quæ prædictis videntur pertinere Curtibus, cum Ecclesiis, ædificiis, mancipiis, terris, cultis & incultis, agris, campis, pascuis, pratis, Sylvis, aquis - - - piscationibus, venationibus &c.* notandum tamen, Bona hæc & Comitatus aliter nominari apud Dn. *Dithmarum*, scil. Curtes: *Heltren, Fernoe, Vorthuysen, Embrick, Hamma, Lyemersche, Rynharen, Ridichem, Ringart, Gresse, Hosla, Thumnæ, Liendi, Leyla, Torves, Thulii, Nest, Nachelt.* Et Comitatus: *Hernessa, Fomelga, Mermo Tverine, Midage.*

An. 973, 8. Kal. Aug. Aquisgrani, ratam habuit OTTO II Imp. Paternam donationem, ArchiEpiscopo *Coloniensi* factam, apud *Gelenium*, de *Magnitudine Coloniæ*, Lib. I, Syntagm. VII, p. 66. & 67, & Dn. *Lunigium* cit. *Spicileg. Eccles. in der Fortsetzung des Ersten Theils*, Cap. 2, Tit. *Cölln*, §. 4. pag. 323: *Gero, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Venerandus ArchiEpiscopus, nostram deprecatus est Serenitatem, ut quasdam res, à Ludvico, quondam Rege, S. Petro Coloniæ collatas, & à Patre nostro, divæ memoriæ Otthone, Imperatore Augusto, sibi, suisque Prædecessoribus; roboratas, secundum prioris Præcepti testimonium, nostræ quoque donationis munificentia corroboremus; cujus postulationi libentissimo animo annuentes, confirmamus, Præcepti nostri authoritate, Dn. S. Petro, ad Ecclesiam supra memoratam, omnes bestias, inter hæc loca, quæ subtus tenentur descripta, & Bannum, & potestatem Banni, quæ, super eas ad Regiam pertinuit potestatem, videlicet: de Wisheim via, quæ, prope Muluch - Willere, trans Ruram, ad Aquasgrani tendit, usque ad Haram flumen & deorsum, sicut defluit in flumen Wurm, & sicut Wurm decurrit, usque ad viam, quæ de Trajectis Coloniam ducit; inde ad Glessecke, propter eandem, viam, usque ad flumen Arnapham, & sic sursum, per cursum ejus, donec ad Wisheim iterum viam usque designatam perveniat: omnes, inquam, bestias in sylvis, & in piscationibus, id est, in Saleckenbruche,* & *Purgina - - - - - Cotenserast,* & *omnes bestias in eo, ad* (forte, *&*) *Bannum super eas*, de *Cotenforeste deorsum, per totam Filam inter Arnapham* & *Rhenum, usque ad hostia ubi confluunt, bestias scilicet, id est, cervos & cervas, & Bannum super eas, cum Populi contentu &c.*

An. eod. 5 Kal. Junii, *Alsteti*, Idem, in charta donationis Ecclesiæ *Frisingensis*, apud *Gewoldum*, Addit. Tom. I *Hundii Metropolis, Histor. Episcoporum Frisingensium*, p. m. 91, Edit. nov. & pag. 135, Edit. vet. ait: *Quicquid inter hos tres titulatos Comitatus* (Pruscha, Lurna, & Catubria) *proprietatis habuimus, præfatæ Ecclesiæ potestatique supposuimus, per nostræ traditionis scriptum, iterum renovavimus, sicut pridem, ab Antecessoribus nostris, Regibus, illud comperimus. Insuper etiam, sub Banno Imperiali nostro, jubemus, quidquid deinceps in his locis*

locis nascatur in Venationibus, sive piscationibus, ut nullus audeat se, absque licentia Episcopi, intromittere. Si quis hoc prævaricaverit, Regium Bannum Episcopo, seu Advocato illius, persolvat &c. Conf. Dn. *Lunigius* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Freysingen*, §. X, pag. 217.

An. 974, Contulit Idem magnum terræ tractum in Comitatu *Carniolæ*, dictæ Ecclesiæ *Frisingensi*, cum *Piscationibus & Venationibus*. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. eod. confert Abbatiæ *Quedlinburgensi*, Curtes & Prædia: *Bareboi, Zizowi, Niumburg, Deotfordi, Broculstedi, Smahen & Duderstedi*, cum *sylvis & piscationibus*. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a. ad An. 974.

An. 978, 14 Kal. April. sub dato *Trebuni*, donat *Gisalhario* Episcopo *quicquid proprietatis, in Jure suo, hactenus habuit in Villa Geissingen, in Comitatu Siberti Comitis sita, cum omnibus ejus utilitatibus ---- piscationibus --- sylvis, Venationibus ---- cunctisque aliis omnibus rebus, quæ ad hæc aliquo modo dici, vel nominari possunt &c.* Vid. Dn. *Bilderbeck* l. c. §. IX, p. 19.

An. 979, Idem, in charta donationis, Cœnobio *Gandersheim* factæ, apud *Bodonem*, in Syntagmate *de Constitutione Cœnobii Gandesiani*, Tom. 2 *Rerum Germanicarum Meibomii*, pag. 496; Dn. *Leuckfeldum*, Cap. XIV *Antiquitatum Gandesheimensium*, §. 7, lit. q, pag. 107, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. VII, Tit. *Gandersheim*, §. 14, p. 25: *Quendam Juris nostri locum, Patelechbe nominatum, in Pago Ambraga, in Comitatu Wychmanni, constitutum, cum cunctis cujuslibet utilitatis rebus, Abbatissæ Monasterii in Gandesheim, in perpetuam proprietatem donavimus, firmiterque legavimus, cum cæteris compluribus villulis, ad præfatum locum pertinentibus ---- terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus; molendinis, venationibus, exitibus & reditibus &c.* annexa facultate de iis disponendi pro lubitu.

An 983, Idem, in Privilegio *des Bann-Pennigs*, *Willegiso*, Præsuli *Moguntino*, 18 Cal. Julii, *Veronæ* concesso, largitur Ecclesiæ Moguntinæ, circa *Bingam, sylvas, venatum, omnemque sylvaticam utilitatem, una cum piscationibus &c.* Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 985, memor OTTONIS III Imp. inquit *Albertus Crantzius*, lib. 3 *Metropolis*, Cap. 36, p. m. 80: *Idem Imperator contulit eidem Episcopo* (Verdensi, Erponi) *& Successoribus, Venationem cervorum atque cervarum, sublimium ferarum: qui fuit ab olim servatus honor summis Principibus; extant desuper literæ datæ, anno 985; Pagum autem Venationis, Sturmium vocant &c.* Conf. *Chronicon Verdense*, idem docens, præced. Lib. I, Tit. XVI, in vita *Bernhardi*, Ducis Saxoniæ, pag. 114, ad hunc annum.

An. eod. Non Febr. sub dato *Mulinhusen*, concessit laudatus *Otto III*, *Quedlinburgensi* Ecclesiæ, *jus venandi & piscandi*, in curtibus *Walehusen, Berge & Walpechi*, nec non in Terra Slavia, *Siuseli*. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a. pariter ac in Curte *Triburis*; ibid.

An. 987, confirmando, sub dato *Altstedi*, 12 Kal. Junii, donationem Paternam, dictæ Ecclesiæ *Quedlinburgensi*, de Curte *Bareboi*, & Prædiis *Zizowi* atque *Niumburg*, factam, cujus præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad An. 974, memini, juribus ibi expressis addidit quoque *Venationes*. Vid. Dn. *Kettner*, *Antiquit. Quedlinburg.* §. XXII Diplomatum Seculi X, pag. 30, & Dn. *Lunigius*, Part. 3 *Spicileg. Eccles.* Cap. VII, Tit. *Quedlinburg*, §. XX, p. 188.

An. 988, Ratam habendo donationem *Reingardis & Wendilæ*, *Adaldago*, *Hamburgensium* Præsuli collatam, confirmat simul Ei *jus piscandi*, *venandi*, *& aucupii* exercendi, in Curtibus *Ripesholt & More*. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 989, Magnam *proprietatis suæ partem*, in Regione *Threme*, in *Carinthia*, *Abrahamo*, *Frisingensium* Episcopo, dono dat, *cum Foresto, Venationibus, Piscationibus & Banno Regio*, sub pœna solvendi Episcopo Banni, Fisco Regio hactenus debiti, si quis, absque Ejus licentia, cujuscunque generis feras, modo quolibet, per tractum istum fuerit insecutus Vid. ibid. ad h. a.

An. 990, transfert Idem in *Sophiam*, Abbatissam *Gandersheimensem*, 30 mansos Pagi *Lisgewe*, totidemque Pagi *Lothne*, cum *Sylvis, Venationibus & Piscationibus*; Vid. ibid. ad h. a.

An. 991, in charta *Mindensi*, sub dato *Brandenburg*, 5 Id. Sept. apud *Pistorium*, in *Chronico Mindensi*, pag. 736, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Minden*, §. 5, pag. 104, ait Idem: *Nos Fideli Nostro, Miloni, Venerabili Episcopo, & Ecclesiæ Mindensi, cui Ipse præsidet, ob devotum servitium, quod pio animo Nobis sæpius exhibuit, in proprium dedimus Forestos nostros, Huculinhago & Stioringewald nominatos, & insuper ob interventum, & comprobationem Fidelium nostrorum, Bernardi videlicet Ducis, & Fratris sui Luitgeri, atque Ailhardi Comitis, aliorumque*

Com-

Comprovincialium suorum, supradicto Episcopo, & ejus Ecclesiæ, dedimus Sylvam, Suntel vocatam, quantum ex Occidentali parte fluminis, quod Wesera nuncupatur, sui Episcopatus spatium comprehendit, ea videlicet ratione, ut nulla deinceps persona, magna vel parva, in prædictis Forestis, aut Sylva superius jam nominata, venari, seu capere præsumat, aliquam feram, vel bestiam, sine licentia & consensu ipsius jam dicti Milonis, Honorandi Præsulis, & ejus Successorum; sed prædicti Foresti, & supradicta Sylva, sub perpetuo Jure & vinculis Episcopi, & Ejus Successorum futurorum consistat &c.

An. 993, Idem, in Charta, sub dato *Trotunnamne*, 6 Kal. Febr. *Christiano*, Episcopo *Passaviensi* tradita, apud *Gewoldum*, Addit. ad Tom. I *Hundii Metropolis*, in Catalogo Episcoporum Pataviensium, p. m. 241, & Edit. Vet. pag. 362: *Omnes Curtes, Vicos & Villas, & alia præsidia - - - Abbatiæ, quæ dicitur Chrembsmynster, cum omnibus suis pertinentiis - - - Terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis & venationibus, aquis, aquarumque decursibus, Piscationibus, molendinis - - - cunctisque aliis appendiciis, quæ dici possunt - - - ad jam dictam S. Pataviensem Ecclesiam, sub sua, Provisorumque ejus potestate, perpetualiter habenda, corroboramus &c.* Conf. Dn. *Lunig* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Passau*, §. 17, p. 770.

An. eod. sub dato *Herehusin*, (in margine legitur: *Northusin*) 17 Kal. Julii, in Charta *Frisingensi*, apud *Gewoldum* l. c. in Catalogo Episcoporum *Frisingensium*, p. m. 93, & Edit. vet. pag. 138; Idem: *Saxoni cuidam, de Nostra proprietate, dedimus tres mansos Regales, in loco, ubi Gluzo Sclavus habitare, & diruere cœpit - - - - atque eos Regales mansos, cum omnibus utensiliis ad eos rite pertinentibus, in areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, Silvis, Venationibus, Zidilwaide, aquis, aquarumque decursibus, Piscationibus, molendinis, viis & inviis, & exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, cunctis & aliis appendiciis, quæ adhuc dici possunt, ad integrum sibi in proprium tradimus; ea videlicet ratione, ut idem jam dictus Saxo liberam dehinc, de præfata proprietate, sibi à Nobis tradita, faciendi, quod velit, potestatem habeat, sive eam tradere, vel commutare, aut vendere, seu magis sibi retinere, voluerit &c.*

An. eod. In proprium concessit Ecclesiæ *Quedlinburgicæ*, duo loca: *Potzdupimi & Helm* dicta, in Provincia *Havelen*, cum *Sylvis, Venationibus & Piscationibus*; vid. præced. Tit. XV, §. I, lit. a, ad h. a.

An. eod. sub dato *Birgila*, 4 Non. Junii, in Charta *Petershusana*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, Tit. *Petershausen*, §. 2, pag. 400, ait Idem: *Ad Ecclesiam S. Gregorii, in loco Petrishusa vocato, honorabiliter constructam, cui modo Bericherus, Reverendus & primus Abbas, præsidet, de Nostra proprietate dedimus, quicquid habuimus in Villis, Worndorff & Crumatæ dictis, in Pago Goldineshundere vocato, ac Comitatu ipsius jam dicti Marquardi Comitis, sitis, atque eandem proprietatem, cum omnibus utensilibus ad eam rite pertinentibus, in areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, Sylvis, Venationibus, aquis, aquarumve decursibus, Piscationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici possunt, ad præfatam Ecclesiam tradimus; ea videlicet ratione, ut eadem proprietas dehinc sub ipsius Ecclesiæ Jure, absque omnium hominum contradictione, perpetualiter consistat &c.*

An. 994, Confirmavit Idem Ecclesiæ *Halberstadensi*, Bona ad Cœnobium *Hadmerslebea* spectantia, cum *Silvis, Venationibus & Piscationibus*. Vid. præced. Tit. XV, §. I, lit. a, ad h. a.

An. 995, commutando quædam Bona cum Ecclesia *Frisingensi*, reddidit *Godeschalco* Episcopo, proprietatis suæ sex Regales Hubas, in loco *Zudamaresvelt* dicto, circa *Cremsmünster*, in Superiori Austria, *cum silvis, venationibus, piscationibus &c.* Vid. præced. Tit. XV, §. I, lit. a, ad h. a.

An. eod. donavit Abbatiam *Quedlinburgensem* variis Beneficiis in *Godenhusen, Sifrithusen &c.* cum *Sylvis, Venationibus, Piscationibus &c.* Vid. ibid.

An. eod. obtinuit ab Eo *Imma*, Sanctimonialis *Herfordensis*, Prædium *Hedum*, cum *Sylvis, Venationibus, Piscationibus &c.* ibid.

An. 996, Concessit *Willegiso*, Præsuli *Moguntino*, *Forenstein*, cum *Banno*, ita, ut, sine ArchiEpiscopi licentia, nemo *ibi venari, vel feras inquietare audeat &c.* ibid. ad h. a.

An. eod. Tradidit *Godeschalco*, Episcopo *Frisingensi*, Curtem *Nuivanhovam*, cum 30 Regalibus Hobis, eoque spectantibus *Sylvis, Venationibus, Piscationibus &c.* Ibid. h. a. Ut &,

An. eod. Cœnobio *Gandersheimensi* Prædium *Eskiniwiage* (Eschwegen) cum *Sylvis, Sylvatica utilitate, Venatu, Piscationibus &c.* Ibid.

An. 997, confirmavit Cœnobio *Eltenensi*, *jus venandi*

nandi cervum vel cervam, in Foreſtis Steenwalt, Offet, Wichmœt, & Subort, cum facultate eos perſequendi, in alias Sylvas ſi effugiant. Vid. ibid. ad h. a.

An. 999, largitus eſt Cœnobio *Quedlinburg* Provinciam *Gera, cum Sylvis, Venationibus &c.* Vid. ibid. h. a.

An. 1000, Idem, in Charta, *Heinrico*, Epiſcopo *Würtzburgenſi*, ſub dato *Aquisgrani*, Cal. Maji, tradita, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. XXI, *Würtzburg*, §. V, pag. 934; ait: *Conceſſimus* (dictæ Eccleſiæ) *potentiam, ut omnis ſylva, quæ ad Caſtellum Bernheim, ſeu ad Villam Luttershauſen dictam, pertinere videtur, ſicut Noſtri Juris publicum Foreſtum, tuta ac defenſa, munita ac in perpetuum foreſtata, habeatur, quatenus nullius hominis magna ſive parva perſona, in eodem Foreſto venationem aliquam exercere, cervum, cervam, aprum, ſive apram, urſum, ſive capreolum, capere præſumat; ſi quis igitur hoc facere, quod abſit, ullatenus auſus erit, ita Noſtrum Imperialem Bannum componet SS. Wirtzburgenſi Eccleſiæ memoratæ, uti in noſtris publicis foreſtis aliquam foreſtatam caperet feram; atque idem Foreſtum, in omnibus Sylvis, ſive campis, quæ ad deſcriptum Caſtellum, Villamque, pertinent, in Pagis, Muleagii & Rangavii dictis, ſitum, ſit conſtitutum &c.*

An. 1001, Idem, Regia largitione in proprium tradidit Bernwardo Hildesheimenſi Caſtellum *Dalehem*, cum *Silvis, Venationibus* & *Piſcationibus*. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

HENRICUS SANCTUS, in Diplomate Confirmationis Privilegiorum Eccleſiæ *Oſnabrugenſis*, ſub dato *Merſeburc*, An. 1002, 5 Cal. Aug. apud *Fürſtenbergium, Monument. Paderborn.* p. 214; Dn. *Schatenum*, lib. 4 *Annal. Paderborn.* h. a. p. 364 &c. & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccleſ.* Cap. 4, Tit. *Oſnabrück*, §. 5, pag. 578: *Inſuper etiam ad ejusdem Eccleſiæ quoddam nemus, vel foreſtum, intra hæc loca ſitum: Farwinckel, Brutauſſen, Angarn, Oſning, Seneto, Bergeshovet, Drenameri, & Weſfeld, Dumeri, cum omni integritate, in porcis videlicet ſilvaticis, atque cervis, omnique venatione, quæ, ſub banno, uſuali more, ad Foreſtum deputatur, in perpetuum proprietatis uſum donavimus, ea videlicet ratione, ut nullus contumaciæ deditus nemus prælibatum, noſtro ſcil. banno munitum, ſine prædictæ Sedis Epiſcopi, aut Paſtoris, licentia, ſtudio venandi, vel aliquod hujusmodi negotium peragendi, ſicut noſtri Patres & Anteceſſores ſuis Prædeceſſoribus ſanxerant, præſumant intrare &c.*

An. 1005, ſub dato *Werdæ*, Non. Novemb. Idem, in Charta *Godehardi, Altahenſis* Abbatis, apud *Gretſerum*, de *divis Bambergenſibus*, §. 3, Diplomatum *Henrici S.* pag. 67 & 68, & *Gewoldum*, T. 2, *Metropolis Hundii*, Tit. *Abbates Altha Inferioris*, §. XX, p. m. 15 (Vet. Edit. 22) reſtituit huic Cœnobio Villam *Flinſpach*, in Pago *Schweinichgovin*, in Comitatu *Tiemonis* Comitis, *cum ſylvis, venationibus & piſcationibus.*

An. 1007, Idem, in charta *Bambergenſi*, ſub dato *Franckenfurt*, Cal. Nov. apud Ill. Dn. de *Ludewig*, in *Hiſtoria Bambergenſi*, pag. 1112, §. 1; & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Bamberg*, §. 2, pag. 9: *Nos noſtri quandam Juris Abbatiam, Kitzingun dictam, in Pago Gotzfeld ſitam, ---- cum Sylvis, Venationibus, ſeu omnibus, quæ quolibet modo dici vel ſcribi poſſunt, utilitatibus ---- prout firmius poſſumus, donamus atque proprietamus ---- præcipientes, ut in domino dilectus ſæpedictæ ſedis* (Bambergenſis) *Eberhardus Epiſcopus liberam dehinc habeat poteſtatem eandem Abbatiam, cum omnibus ejus appendiciis, tenendi, poſſidendi, ſeu, quicquid ſibi libeat, modis omnibus, inde faciendi &c.*

Idem, in alia Charta, ſub eodem dato, eidem Præſuli conceſſa, apud *Fabrum* Tom. XXXI *der Staats-Cantzley*, Cap. 3, §. 1, lit. A, p. 133: *Nos noſtræ quendam proprietatis locum, Furthi dictum, in Pago Nordgowe, & in Comitatu Berengeri Comitis ſitum, ad ſtipendium Canonicorum in eodem ſupradicta Epiſcopali Sede Cœnobitæ* (Cœnobitarum) *Deo ſervientium, una cum omnibus ejus pertinentiis, ſive adhærentiis, videlicet vicis, villis, Eccleſiis, ſervis, & ancillis, areis, terris, cultis & incultis, viis, inviis, exitibus & reditibus, quæſitis, vel inquirendis, ſylvis, foreſtibus, ſaginis, venationibus, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus & immobilibus, ac cæteris omnibus, quæ rite ſcribi & appellari poſſunt, quoquolibet modo utilitatibus hac noſtræ auctoritatis præceptali pagina, prout firmius poſſumus, donamus, atque proprietamus &c.* annexa eadem facultate libera inde faciendi, quicquid velint.

Idem, in alia *Bambergenſi* charta, quam pro ipſa fundatione venditant, *Gretſerus* l. c. *in Vita Henrici S.* Cap. XV, pag. 20, & Dn. *Lunigius*, l. c. §. 1, pag. 8, & quidem hic ſub an. 1007: *Contulimus præterea ad prædictam Sedem Epiſcopatus prædia, Eccleſias, Vicos, Villas, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſive adhærentiis, videlicet utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis ---- ſilvis, ſagenis*

vena

venationibus, pratis, pascuis, campis, forestis, forestariis, - - - & cæteris omnibus, quæ rite scribi & appellari possunt, quolibet modo, utilitatibus, præsenti nostræ authoritatis Edicto statuentes, ut - - - Episcopus Eberhardus, suique Successores, liberam dehinc habeant potestatem eadem præscripta bona, cum omnibus appendiciis suis, tenendi, possidendi, seu in quoslibet usus Episcopatus convertendi &c. Minimum *Johannis* XIX, P. R. Bulla confirmationis, mense Junio, Indict. V, proinde an. 1007, edita, fundationis hujus mentionem facit, apud *Gretserum* l. c. Cap. XI, pag. 15 & 16, & *Surium*, d. 14 *Julii*, p. m. 192, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 3, pag. 9 & 10, ibi: *Sive sint in Civitate ipsa Babenberc, sive in Castellis, & Villis, servis & ancillis, tributariis, decimis, forestis, sylvis, piscationibus, venationibus - - - & quicquid modo illuc pertinet, vel in futurum acquiri possit, per nostræ authoritatis privilegium corroboratum, in secura quiete permaneat &c.*

An. 1008, in charta, sub dato *Herbipoli*, 7 Maji, transfert in Ecclesiam *Herbipolensem*, *Grabfeldiæ* partem cum *Venationibus &c.* Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. eod. sub dato *Ogelosheim*, 3 Non. Sept. cessit Abbatiæ *Gandersheimensi*, pro aliis bonis, *Budveldo*, cum *Foresto & Venatione.* Ibid.

An. eod. sub dato *Coloniæ*, Kal. Julii, inquit Idem, in donationis charta *Leodiensis* Ecclesiæ, apud Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Lüttich*, §. XIX, p. 491: *Quandam Juris Regni nostri forestim, intra istos fines adjacentem, hisque terminis præcinctam: Ex uno latere, fluvioli, Polera & Edera; ex alio, Summa fluviolus: Ex tertio, Strata Imperialis, quæ à Summa tendit, usque ad Villam, quæ nominatur Pons Imperii; ex quarto, Mosa; &, inter ortum Poleræ & Summæ, Sylva, quæ dicitur Heya, cum Banno nostro, cæterisque ejus pertinentiis, seu, cum omnibus, quæ quolibet modo dici, vel scribi, possunt, utilitatibus, secundum collaudationem Comprovincialium, inibi prædia habentium, S. Leodiensis Ecclesiæ Episcopo, ejusque Rectori, Baldrico videlicet Antistiti, per hanc nostram præceptalem paginam, concedimus, atque largimur, & de nostro Jure, ac dominio, in ejus Jus & dominium, prout juste & legaliter possumus, omnino transfundimus, ea scil. ratione, ut prædictus Baldricus Episcopus, suique Successores, de jam nominata Foresti, ejusque pertinentiis, liberam dehinc habeant potestatem tenendi, fruendi, vel quicquid eis libuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota &c.*

An. eod. in alia charta, sub dato: *pridie Idus Septembris; actum Treviris*, eidem concessa, ait Idem, apud Dn. *Lunigium* l. c. §. XX, pag. 492: *Bannum nostrum Bestiarum Baldrico, S. Leodiensis Ecclesiæ Præsuli, nec non Baldrico Comiti, super eorum proprias sylvas, quæ sunt inter illa duo flumina, quæ ambo Nithe vocantur; & tertium, quod Thila nominatur, sita, & quæ pertinent, ad illas villas: Heisle & Heislen, ac Badfrido, nec non Maclines, nominatas, quod tamen totum Waverwald appellatur, in Comitatu vero Gotizonis Comitis, qui Antwerf dicitur, situm, per hanc nostram præceptalem paginam, concedimus, atque largimur, &, de nostro Jure, in eorum Jus ac dominium, transfundimus, ea videlicet ratione, ut præscripti Baldrici de prænominato Banno, ejusque utilitate, dehinc liberam habeant, quicquid sibi placuerit, potestatem faciendi, omnium hominum contradictione remota.*

An. 1009, tradidit Idem, Ecclesiæ *Gandersheimensi*, Curtem *Daleheim*, cum *Sylvis, Venationibus* & *Piscationibus.* Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1010, donavit Idem Cœnobium *Monasterii Superioris Ratisbonæ*, Curte *Salach*, cum *Sylvis, Venationibus, Piscationibus &c.* ibid.

An. 1011, sub dato *Regenspurg*, 7 Cal. Julii, in charta, *Godehardo*, Abbati *Altahensi* concessa, apud *Gewoldum*, ad T. 2, *Hundii Metropolis*, Tit. *Altha Inferior*, §. XXIII, pag. 16, (Edit. Veter. pag. 24) ait Idem: *Eidem Ecclesiæ* (Altahensi) - - - *in Marcha & Comitatu Heinrici Marchionis, decem Regales mansos, inter hos terminos sitos - - - per hanc nostri præcepti paginam, concedimus, atque largimur, cum omnibus appenditiis, ad eosdem pertinentibus, areis, - - - piscationibus, venationibus, sylvis extirpatis, vel adhuc extirpandis, seu, cum omnibus, quæ dici aut nominari possunt, utensilibus, &, de nostro Jure ac dominio, in ejus Jus ac dominium, omnino transfundimus &c.* annexa libera facultate inde faciendi, quicquid Abbati placuerit.

An. 1012, sub dato *Bavenberg*, 4 Id. Maji, Idem, in donatione *Laurishamensi*, apud *Freherum*, Part. I *Originum Palatinarum*, p. m. 186, & Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. XXVI, p. 21: *Bobbo, S. Laureshamensis Cœnobii Venerabilis Abbas, Nostræ Celsitudinis adiit culmen, sibi suaque Ecclesiæ, in honore SS. Martyrum consecrata Naboris & Nazarii, exoram*

rans Foreſtem, bannumque ſilvarum, concedi. Cui pium prabentes aſſenſum, Foreſtum cum banno conceſſimus, ab Aquilone in Cunthichun tendentem, & inde ſurſum in longitudine, in Orientalem ſcil. plagam, per medium ſaltum, Nobbenhuſon dictum, & inde ſe habentem ad rivum, qui dicitur Branbach, usque ad arborem, Lachbuocha. dictam; inde vero in Meridionalem plagam, ad Lutram; atque inde deorſum, usque in fluvium Neckar dictum; inde autem usque ad Villam Niwenheim; hinc vero deorſum, ad Villam Bikinbach dictam; iſtinc autem, ad aliam Villam, Richinbach vocatam; & ſic quidem per deorſum, usque ad locum Cunthichun primitus dictum, eo rationis tenore, ut ipſe prædictus Abbas, ſibique ſuccedentes, in perpetuum habeant atque poſſideant, nullusque in ea, ſine Ipſius licentia, venandi, aut capiendi aliquid, poteſtatem habeat &c. Et mox: *Si quis vero ſcire deſiderat, quorſum tendat Foreſtis bannus in ſilva Ottenewalt, Laurishamenſi Eccleſiæ, Regia auctoritate, conceſſus; ſubdeterminata loca Vallium, montium, ſaltuum, rivulorum, fluminum, arborum, diligenter conſideret. Tenet namque Bannum in loco, qui dicitur Getwinc; inde, ad montem Malſcum; inde extenditur ad Velisberg; deinde, ad Betenkiricha; poſtea ad Luddera; deinde, ad Wintercaſto; dehinc, in Lutenhaha; inde in Eberbach; poſt, in Gaſpenza; inde in Abbatisbach; deinde, ultra Cuningesbach; poſt, in Birkunhart; tunc in Kincicha; deinde, ultra fluvium Mininingaba: poſt, in Videlabach; deinde, in Branbach; tunc, in Aranbach; inde in Wallendenbrunno; deinde ad magnam quercum; deinde, per deſcenſum Bremaba, per Wlonobach aſcenſum, & per deſtructam Wlonoburg; inde in fluvium Enteraha; tunc, per ejus deſcenſum, in flumen Nekar; inde, per deſcenſum Nekar, usque Nuinheim; inde, in plateam montium; &, per hanc, usque ad ſupradictum locum Getwinc. Quisquis igitur in his locis, vel infra hos terminos, quippiam venationis, ſeu piſcationis, absque licentia Laurishamenſis Abbatis, exercere præſumſerit, ſciat, ſe ipſi Abbati compoſiturum Imperialem bannum.* Conf. *Chronicon Laurishamenſe Freheri* in vita *Bobbonis*, XIX Abbatis, pag. 72.

An. 1013, Idem, hæreditaria quædam Bona *Meinwerci*, Epiſcopi *Paderbornenſis*, ſibi dono oblata, viciſſim contulit in Eccleſiam *Paderbornenſem*, cum *ſilvis, Piſcationibus* & *venationibus*. Vid. præced. Tit. XV, §. I, lit. a, ad h. a.

An. 1016, Idem, alia ejusdem Epiſcopi hæreditariorum Bonorum, ſibi oblata, eidem conceſſit Eccleſiæ, cum *ſilvis, Venationibus* & *Piſcationibus*. Vid. ibid. h. a.

An. eod. Idem largitus eſt ſæpefatæ Eccleſiæ Curtem *Berneshuſen*, cum *ſilvis, venationibus* & *Piſcationibus &c.* ibid.

An. 1018, Idem in charta *Paderbronnenſi*, ſub dato *Mulinhuſon*, 18 Kal. Januar. apud Dn. *Schatenum*, lib. V *Annal. Paderbornenſ.* ad h. a. pag. 430, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicileg. Eccleſ.* Cap. 4. Tit. *Paderborn.* §. XXIII, pag. 709, ait. *Quandam noſtræ proprietatis Foreſtim, in Comitatu ejusdem Dutichonis ſitam, (quæ terminum, juxta fluviolum, Fulda nominatum, ſumens prope Reginbershuſon, & Utenhuſon, atque Biberbach, & Ratbrehteshuſon, in quoddam flumen; Wiſera, vocatum, usque protenditur; inde ſurſum directa, quandam Villam, nomine Gimundin, attingit; abinde circulum proſecuta rurſus, in Fuldam, & ſic ſurſum, usque jam prædictam Villam, ſcil. Reginbereshuſon, pergiratur,) S. Paderbrunnenſi Eccleſiæ --- Cum omni utilitate, quæ ab eo provenire ullatenus poſſit, firmiter & perpetuo habendam tradimus, atque concedimus &c.*

An. 1019, Idem in charta *Paderbornenſi*, ſub dato *Babenberc*, 9 Kal. Maji, apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 435; & Dn. *Lunigium* l. c. §. XXVI, p. 711. *Ad Paderburnenſem Eccleſiam --- quandam noſtri Juris cortem, Hammonſtedi dictam, in Pago Rittega, & in Comitatu Utonis Comitis, ſitam, una cum omnibus ejus pertinentiis, ſive adhærentiis, in quocunque Pago, vel Comitatu, ſita ſint, videlicet: cum vicis, villis, Eccleſiis, ſervis & ancillis, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, viis, inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ſilvis, foreſtibus, Venationibus, aquis, Piſcationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus & immobilibus, ac cæteris omnibus, quæ ritè ſcribi, vel quolibet modo dici poſſunt, utilitatibus, hac noſtræ auctoritatis Imperialis pagina, donamus &c.* junctâ facultate libera inde faciendi, quicquid libuerit.

An. eod. ſub dato *Merſeburg*, 7 Id. April. Idem in Charta *Altahenſi*, apud *Gewoldum*, T. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, Tit. *Altha Inferior*, § XXIV, p. m. 17, (Edit. Vet. pag. 25) *Eidem Eccleſiæ* (Altahenſi) *- - - in Marcha & Comitatu Adalberti Marchionis, decem Regales manſos, inter hos terminos*

ſitos

ſitos: ab Occidentali videlicet plaga, ſuper Villam quæ Abſtorf nuncupatur, de medio Danubii alveo, usque in rivulum, qui vocatur Smidaha, latitudine ad Orientalem plagam, Longitudine vero contra Wagreine vergente, in locis probabilibus uſuique ſemper aptis; inſuper etiam parvulam Inſulam in Danubio, contra eandem Villam jacentem, per hanc noſtri præcepti paginam, concedimus atque largimur, cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis & compaſcuis, viis & inviis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, Piſcationibus, Venationibus, Sylvis extirpatis, vel adhuc extirpandis, ſeu cum omnibus, quæ dici vel nominari poſſunt, utenſilibus, &c, de noſtro Imperiali Jure, in ejus Jus, ac dominium, omnino transfundimus &c. annexa eadem libera poteſtate de iis pro lubitu diſponendi.

An. 1020, ſub dato *Coloniæ*, 12 Cal. Mart. apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 438. & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Paderborn*, §. XXVII, pag. 711, ait Idem, in charta *Meinwerci*, *Paderbornenſis* Epiſcopi: *Quandam noſtri Juris Curtem, Triburi nominatam, in Pago Saxonico Weſfala ſitam, in Comitatu Herimanni Comitis, cum omnibus appenditiis, ſervis & ancillis, liberis quoque, cum tali ſervitio & cenſu, qualem nobis ſolvebant & agebant, molendinis, Piſcationibus, Venationibus, ſilvis, paſcuis, pratis, & omnibus utenſilibus ad eundem, locum pertinentibus, ad Abbatiam in Patherbrunnon, à prædicto Epiſcopo Meginwarco inchoatam & ſtabilitam - - - donavimus &c.* juncta facultate libera de ea faciendi, quicquid libuerit.

An. eod. ſub dato *Confunga*, XI Kal. Junii, Idem, in alia donatione *Paderbornenſi*, apud Dn. *Schatenum*, l. c. pag. 439. & Dn. *Lunigium* l. c. §. XXVIII, pag. 712? *Quandam noſtræ proprietatis Foreſtim, in Comitatu ejusdem Dutichonis, ſitam, quæ initium ſumit de Rothalmingahuſom rectoque tramite protenditur in Wiſaram, fl. ſicque aſcenſum ducit in fluvium, qui vocatur Fulda; inde vero continuatim ſervat aſcenſus tenorem, juxta eundem fluvium Fuldæ, uſque in rivum, qui dicitur Crummelbichi, nec non ad oppidum, quod Holthuſun, vocatur, viam tendit, ſimul graditur inter Othilanham, & Reinhereshuſen, atque ad Rothiereshuſen; mox pergit Kikilahuſen, atque ad Biverbike, ſicque protenditur in viam, quæ tendit ad Vulfredeskurcken; itemque, in alteram viam quæ extenditur ad Gunnesburin, & ad viam Monneshuſen, ſicque girando circuit quandam viam, quæ pervenit usque ad prædictum Oppidum Rothalmingahuſen, S. Paderbrunnenſi Eccleſiæ - - - - cum omni utilitate, quæ ab eadem ullatenus provenire poſſit, firmiter & perpetuo habendam, tradimus atque concedimus, ac de noſtro Jure & Dominio, in ejusdem S. Paderbrunnenſis Eccleſiæ Jus & dominium transfundimus, & delegamus &c.*

An. 1021, ſub dato *Moringen*, 18. Kal. Dec. Idem, in donatione, *Engelberto Friſingenſi* facta, apud *Gewoldum* T. I *Hundii Metropolis*, Catal. *Epiſcoporum Friſingenſ.* pag. 97. (Edit. Vet. 144) & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Freyſingen*, §. XX, p. 223 &c. *Dedimus quandam partem cujusdam Inſulæ Sabſonagove dictæ, ad monaſterium S. Stephani - - - - ab eodem Præſule conſtructum - - - in Provincia ſcil. Orientali, juxta Danubium, & in Marchia Adalberti Comitis, his terminis incluſam, à loco enim Suntmesbrucka viſum, per ripam Danubii, usque in locum Orta, dictum; & inde usque in ſylvam, quam Hart vulgariter nuncupant, & à ſupra dicta ponte per directum, usque in eandem ſilvam Hart, ipſam videlicet Inſulam Sabſonagove - - - - cum - - - - piſcationibus, - - - Venationibus, - - - lignorum inciſionibus &c.*

An. eod. ſub dato *Coloniæ*, 5 Non. Julii, Id. in donatione *S. Emmerani*, apud *Gewoldum*, T. 2 Addit. *Hundii Metropolis*, Tit. S. *Haimerani*, p. 260, & Dn. *Lunigium*, Part. 3. *Spicilegii Eccleſ.* Cap. V. Tit. *S. Emmeran*, §. XXIV, pag. 651: *Quandam noſtri Juris Curtem, Ruitte dictam, in Pago Chimengowe, in comitatu Babonis, Comitis, ſitam, quam quidam Nobilis Homo, Warmundus Comes, eidem Cœnobio antea contulit, cum omnibus appendiciis, Villis ſcil. areis, agris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, vado, molendinis, Piſcationibus, exitibus, & reditibus, viis & inviis, quæſitis & ininquirendis, Silvis & Venationibus, Famulis etiam utriusque ſexus, cæterisque, quæ quolibet modo dici, aut ſcribi poſſunt, utilitatibus, ad eandem Curtem Jure & regaliter* (forte legaliter) *pertinentibus, per hanc Imperialem Paginam, in perpetuum largimur - - ea videlicet ratione, ut - - - Richolfus, ejusdem loci Abbas, ſuique ſucceſſores, liberam exinde habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit, faciendi &c.*

An. 1023, ſub dato *Paderbrunnon*, 19 Kal. Febr. Idem, in donatione *Paderbornenſi*, apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 451. & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4. Tit. *Paderborn*, §. XXXI, p. 712. *Eidem Pader-*

Paderbornensi Ecclesiæ - - - quoddam prædium nostrum, Steini dictum, situm in Pago Westphalon, in Comitatu vero Bernhardi Comitis, cum omnibus ejusdem Prædii pertinentiis, Terris videlicet, cultis & incultis - - - - Silvis, Venationibus - - - - Piscationibus, - - - - cæterisque omnibus, quæ, quomodocunque dici, sive scribi, aut nominari possunt, utilitatibus, ad ipsum prædium pertinentibus, per hanc nostram Imperialem paginam, concedimus atque largimur & de nostro Jure ac Dominio, in ejus Jus ac Dominium, omnino transfundimus &c. juncta facultata libera inde faciendi, quicquid Præsul voluerit.

An. eod. sub eodem dato, eademque formula, transtulit in eandem Ecclesiam Prædium suum *Hohunseli*, in dictis Pago & Comitatu situm. Vid. Dn. *Schaten* l. c. pag. 452; Dn. *Lunig.* l. c. §. XXXII, pag. 713.

An. eod. 4. Non: sept. *Berinatæ.* apud *Meischnerum*, T. 4, *Decis.* VII, fol. 76, & Decis. XIV, pag. 349 & 350 (quamvis mutato nonnihil stylo) & Dn. *Ockelium*, de *Præscriptione immemoriali*, Cap. 2, §. 62. p. 116 & 117; in donatione *Herbipolensi*, scribit Idem: *S. Wurceburgensi Ecclesiæ, pro fideli servitute nostri Fidelis, Megenhardi, ejusdem scil. sedis Venerandi Pastoris, Bannum nostrum super feras, videlicet Cervos & Cervas, sues atque capreolas, in Comitatu Diethmari Comitis, in Pago Fodenfeld dicto, sicque in Comitatu Adoberti Comitis; inde, in Comitatu Albini Comitis; perque Comitatum Gumberti Comitis, usque ad primitus titulatum Dietmari Comitis Comitatum nominatum, incipientes de Yschinebach, juxta aquam Moyen, per viam, quæ ducit ad Harintesich; inde, recta via, ad Ampfferbach, usque; inde, ad Urbem Eber-Achaw; inde, Wachen-Rode, supra pontem, in eadem Villa; sicque per viam, quæ ducit ad E. Inde ad Rotemannum, ubi se Comitatus R. atque Y dividunt; inde, usque in eum locum, ubi Eba fluvius influit in Gisga, alias in Discau; inde, de Eba rursum, usque in illum rivulum, qui Dezelechim defluit in Eba; & eundem rivulum sursum, usque Graß-Sultzim; inde, per rectam viam, usque parvam Dornheim; deinde, usque Wingersheim; Inde usque Ypihoffen; inde, ad Orientalem Langkheim; deinde, per publicam plateam, super Villam Dullenstatt, usque in Schwartzacha; inde sursum eundem fluvium, usque Stadela; inde, recta via per obliquum unius collis, usque Lylisfeld; inde ad Brunnenstatt; inde super Herlindeheim per medietatem Woßgebildes, usque in publicam plateam, quæ ducit ad Horinhusundt; inde ad Marckeburg; inde, usque ad medium Moyen; & sic rursum Moyn, usque ad eum locum, de quo primum incepimus Yschinebach; consentientibus, ac collaudantibus, Everhardo Episcopo* (Bambergensi) *cum suis Militibus; Richardo, Abbate Fuldensi, cum suis Militibus; ipso etiam Episcopo Würtzburg, Megenhardo, cum suis; Ottone Comite, cum suis; Gebhardo, Comite, ejusque Fratribus, cum suis; cæterisque insuper ejusdem Regionis Cum-Provincialibus, Majoribus & Junioribus, ex nostra Imperiali traditione, donamus, proprietamus, & de nostro Jure in legitimum Forestum indissolubiliter stabilimus eidem Ecclesiæ, ejusdem Professoribus &c.* Terminis hisce *Steigerwaldam* includi, monet Dn. *Ockel* l. c. post *Meichsnerum* l. c. Decis. XIV, pag. 349. Meminit etiam diplomatis Dn. *Heiderus*, in Apologia *der Reichs-Vogtheyen*, Cap. V, pag. 225. ut & Dn. *Bilderbeck* l. c. Cap. 2, Sect. 3, §. 8, p. 68.

An. 1024, sub dato *Babenberg*, Non. Febr. Idem, in charta *Elwangensi*, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. 5, Tit. *Elwangen*, §. VIII, pag. 120: *Nos, per intercessionem dilecti Nostri, Eberhardi, Babembergensis Sedis primi Episcopi, & Beringarii, Elwacensis Cœnobii Abbatis, communique consultu Fidelium Nostrorum Ernost, videlicet, Alemanniæ ducis, & reliquorum Principum circumhabitantium, quandam silvam, Virgunda dictam, ad Elwacense Cœnobium pertinentem, per nostram Imperialem potentiam, legati Banno, Forestum fecimus, cum omnibus terminis ejusdem silvæ, qui infra sunt scripti, cujus pars Francorum Legibus subjacet, in Pagis Muletgouwe & Cochengouwe, in Comitatibus Henrici Comitis, & alterius Henrici Comitis, de Hutlinga, ad Marabbach; de Marabbach, ad Jagas; de Jagas, ad Sechtam; de Sechtam, ad Rota, usque ad fontem ipsius; de fonte ipsius, supra montem, ad Brambach; de Brambach, ad Stedilinum; de Stedilinum, ad Hirtzbach; de Hirtzbach, ad Rota; de Rota, ad Aptsbach; de Aptsbach, ad Mazunbach; de Mazunbach, ad Ruotberis-Brucke, versus Occidentem, usque ad Gerbrechtshoven; de Gerbrechtshoven, ad Stimpfach; deorsum, ad Jagas; de Jagas, sursum usque in Sultzbach; de Sultzbach sursum usque ad Hegningberg; de Hegningberg, ad Gouchesbusen;*

sen; *de Gouchesbusen, ad Hochtenus minus*; *de Hochtenus minori, ad Eschelbach*; *deorsum, in Bilerna*; *de Bilerna, sursum Nunprechtsbach*; *de Nunprechtsbach, sursum in Sultzbach parvum*; *de Sultzbach parvo, deorsum usq; in Cochina*; *Cochina de sursum usque in Hultinga. Super quæ omnia, Nostro Imperiali Banno, præcipimusque: Ut, in eadem Foresti, à Nobis constituta, nulli venari, aut piscari, aut quidlibet exercere liceat, nisi ejusdem Ecclesiæ permittente Pastore. Sic hæc silva, cum omnibus prædictis finibus, præfatæ Ecclesiæ, Nostro Banno, in legale Foreste à modo firmata, cum omnibus, quæ, in Foresti, aut scribi, aut nominari, possunt, utilitatibus &c.*

CONRADO SALICO iidem jus acceptum ferunt: ab

An. 1027, *Megenhardus*, Episcopus *Herbipolensis*, teste charta, sub dato 12 Cal. Aug. apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4. Tit. *Würtzburg*, §. XVI, pag. 940, ubi: *Sylvam quandam, juxta Monasterium Murrhardum, cujus Abbas Adolphus, in partibus Murrergojæ, & Kochengojæ, Comitum Heinrici & Rugeri, sitam, quæ extenditur, ad ortum rivi Wislauffæ, usque ad Saffenbergum, & ita, per duos rivos, Heroldsbachum & Weissachum, ad Aichelsbergum; & inde ad fluvium Muram; ab hoc, sursum, per Lauteram, usque Simmersbachum; hinc sursum, donec Lautera in Muram fluit &c. &c. consentientibus Comitibus locorum Henrico, Rugero, altero Heinrico, Fratre ejus, Poppone, Gunthero, Sigilboldo, Sifrido, Hatzone, omnibusque, qui ante hac in prædicta sylva venari consueverunt, tradidimus Megenhardo, Episcopo Würtzburgensi, Successoribusque ejus omnibus, ex hoc tempore, in perpetuum, nomine Forestarii vel Sylvatici Juris, firmiter hoc roborantes, sub comminatione nostræ animadversionis, ita, ut nemini fas sit ullam feram, sine permissu ante dicti Episcopi & Abbatis, & eorum, quibus potestatem dederint, persequi & capere &c.*

An. eod. Meinwercus, Paderbornensis Episcopus, respectu Curtis *Ervitensis*, teste charta, sub dato *Romæ*, 7 Id. April. apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 471; & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Paderborn*, §. 34, pag. 714, ubi: *Paderbrunnensi Ecclesiæ - - - quandam Curtem, nomine Ervitte, ad nostrum Imperiale Jus pertinentem, in Pago Engere, in Comitatu autem Marcwardi, sitam, perpetualiter habendam tradidimus, cum mancipiis utriusque sexus - - - cæteris quoque universis appendiciis scil. areis, ædificiis - - - silvis, Venationibus - - - piscationibus - - - - & cum omni utilitate, quæ inde poterit provenire &c.*

An. 1028, *Udalricus*, *Episcopus Tridentinus*, teste charta, sub dato *Monte Ritinæ*, in loco, qui dicitur *Fontana freda*, Kal. Junii, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Trident*, §. 2, pag. 914: *Ecclesiæ Tridenti - - - Comitatum Bauzanum, cum suis pertinentiis, & illis utilitatibus omnibus, quibus eum duces, Marchiones, seu Comites, antea, beneficii nomine, habebant, qui incipit in Bauzana, & terminatur, ex una parte, in Frana fl. & ex alia parte, in Bria, fl. ex tertia quoque parte, in Garganzano fl. - - - in integrum damus, concedimus, cum Foreste jacente in Monte Ritena, ea videlicet ratione, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vice-Comes, Gastaldio, vel aliqua nostri Regni magna parvaque persona, supra nominatum Episcopum, vel suos successores, in præfatis rebus, inquietare, molestare, seu etiam intromittere audeat, sine supra dicti Domini Episcopi, seu suorum successorum gratis concessa licentia &c.*

An. 1029, *Engelbertus*, *Frisingensis* Episcopus, teste charta, sub dato *Frisingæ*, 5 Id. Mart. cujus præced. Tit. 2, §. 38, lit. c. facta mentio, ad Annum 996, ibi: *cum Sylvis, materie ac lignorum incisionibus, Forestis, mercatis, Venacionibus &c.*

An. eod. Sigebertus, *Mindensis* Episcopus, in Pago *Entergowi*, teste charta, sub dato *Ratispone* 3 Cal. April. apud *Pistorium*, in *Chronico Mindensi*, p. m. 736; Dn. *Schilterum*, Exercit. 45, ad ff. §. 6; & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclef.* Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Minden*, §. 8, pag. 106, ubi *Fideli nostro, Sigiberto, Mindensi Episcopo, & Ecclesiæ, cui ipse, Deo dante, præsidet - - - quandam Silvam, sitam singulariter in proprietate prædiorum ejusdem Mindensis Ecclesiæ, & in Pago Entergowi, in Comitatu vero Bernardi ducis, cum consensu & collaudatione præfati ducis Bernardi, & sui fratris, Dietmari, cæterorumque civium, in eadem sylva, usque modo, communionem venandi habentium, in sylvis, campis & paludibus, inter flumina Offenbeke & Alerbeke, usque in medium flumen Wermonen, & inde, usque ad Nothsulere Cam-*

Campen, ac Curtem pertinens Sulegon, nominatam, forestrari concessimus, & banni nostri districtu circumvallavimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulterius, in eodem Foresto, absque prælibati Episcopi, suorumque successorum, licentia, potestatem habeat venandi, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ merito sub Jure banni continentur. Si quis autem hujus nostri Imperialis præcepti temerarius violator extiterit, sciat, se Episcopo, & suo Advocato, Banni nostri summam compositurum &c. Ejusdem diplomatis meminit *Heiderus*, *von den Reichs Vogtheyen*, Cap. V. Apologiæ, pag. 228; nec non Dn. *Ockel.* de *Palatio Regio*, §. 67, pag. 61 & 62. ut & Dn. *Bilderbeck* l. c. Cap. 2, Sect. 3, §. 8, p. 67.

An. eod. Cœnobium *Rinichnach*, postea *Altaichensi* incorporatum, teste charta, sub dato *Augustæ*, Kal. Januar. apud *Gewoldum*, Tom. 2. Addit. *Hundii Metropolis*, p. m. 26 (Edit. Veter. pag. 39) ibi: *Ad Ecclesiam, sitam in heremo, qui vocatur Nortwald, à Gunthério Monacho, inibi primitus heremiticam vitam ducente, constructam, - - - quicquid habuimus, à loco, ubi aqua Leipsfluisa, cadit super viam, quam præscriptus Guntherius Monachus noviter præparavit, & sic deorsum per Leipsfluisa, usque in aquam Rinichnach; & sic per Rinichnach, sicut terminatum est, usque in Vollenbach; & ita, per decursum Vollenbach, usque in Mettma; & per descensum ejusdem aquæ, usque ad locum, ubi Forhenbach, influit eandem Mettmam; & de Forhenbach, ut subterminatum est, usque in Sala; & sic deorsum per Salam, usque in flumen Regin; &, per descensum Regin fluminis, usque in illam Petrach, quæ duarum Petraha media interfluit &c. &c. cum omnibus utensilibus, cum areis, ædificiis, agris, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, campis, Silvis, Venationibus - - - Piscationibus - - - quæsitis & inquirendis, seu cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, per hoc nostrum præceptum, in proprium donavimus, atque confirmavimus; ea videlicet ratione, ut nemo ulterius, absque ejusdem Ecclesiæ Provisoris, suorumque successorum, licentia, potestatem habeat novalia faciendi, piscandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, aut quamlibet potestatem, infra præscriptum terminum exercendi &c.*

An. eod. Abbatia *Bortscheidensis*, seu *Porcetana*, teste charta, sub dato *Franchenefurt*, 6 Non. Junii, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. VII, Tit. *Bortscheid*, §. 4, pag. 302: *Talia prædia, qualia Benelinus habuit, & Nos Imperiali Jure hæreditavit, sita in locis Cornizich, Will & Altenhoff, in Pago Julichoi, in Comitatibus Gerhardi, & Gisilberti, cum omnibus ad eadem pertinentibus, cum Ecclesiis, decimationibus - - - Sylvis, Venationibus - - - piscationibus - - - seu cum omni utilitate, quæ vel scribi, aut nominari potest, ad monasterium Porcet dictum - - - in proprium tradidimus, & de nostro Jure ac potestate, in jus atque potestatem prædicti Monasterii - - - omnino transfundimus, eo tenore, ut Benedictus, Abbas ejusdem Monasterii, suique Successores, de eisdem prædiis liberam deinceps potestatem habeant tenendi, tradendi, vendendi, commutandi, vel, quicquid sibi placuerit, faciendi &c.*

An. 1030, *Meinwercus*, *Paderbornensis* Episcopus, in Prædio *Patberch*, teste charta, sub dato *Mersburg*, Cal. Jun. apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 477, & Dn. *Lunigium* l. c. Cap. 4, Tit. *Paderborn.* §. XXXV. pag. 715: *Quoddam Bernhardi Comitis prædium, Patberch dictum, cum mansis decem circa eundem montem adjacentibus, in Pago Nichterga, & in Comitatu Haboldi Comitis, situm, quod ideo hæreditario Jure in nostram potestatem successit, quia idem ipse Bernhardus Comes spurius erat, quod vulgo Wanburtich dicunt, ad Paderbrun præscripti Episcopi Monasterium - - - - tradidimus, cum mancipiis utriusque sexus - - - - silvis, venationibus, - - - piscationibus - - - - ea videlicet ratione, ut in præscripti Monasterii potestate perpetualiter existat &c.*

An. 1031, Idem, donatione teste, sub dato 13 Cal. Febr. *Alstete*, apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 478, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 36, pag. 715, ubi: *Ecclesiæ* (Paderbornensi) *- - - - illa prædia, quæ habuerunt Bernhart, & soror ejus, Hazecha, in locis Alflaan & Etlinum sita, in Pago Paderga, in Comitatu Amulungi, cum aliis omnibus illuc pertinentibus, & cum omni utilitate, quæ vel scribi, aut nominari, ullo modo valet, cum mancipiis utriusque sexus - - - - silvis, venationibus - - - - piscationibus - - - - perpetualiter habenda donavimus; ea ratione, ut præfatus Episcopus*, (Meinwercus) *suique Successores, de eisdem prædiis, Nobis Imperiali Jure hæreditatis, liberam dehinc habeant potestatem, quicquid sibi placuerit, faciendi &c.*

An. eod. Idem, quoad Prædia *Bennanhusen*, *Valabroch*, & *Dadanbroch*, in Pagis *Wetiga* & *Tilithi*, in Comitatu *Widukindi* Comitis, sita, teste charta, sub da-

dato *Goslare*, 11 Kal. Mart. apud Dn. *Schaten* l. c. p. 479, & Dn. *Lunig* l. c. §. 37, pag. 716, ubi iterum Cæsar: *Prædium Bennanhusen, Valabroch, Dadanbroch, situm in Pagis Wetiga & Tilithi, in Comitatu Widukindi, cum omnibus ad ipsum prædium jure ac legaliter pertinentibus, cum - - - silvis, venationibus - - - piscationibus - - - seu cum omni utilitate, quæ vel scribi, aut nominari, ullo modo potest, in proprietatem donavimus, &, de nostro Jure ac dominio, in ejusdem Jus ac dominium, omnino transfundimus; ea videlicet ratione, ut prænominatus Episcopus* (Meinwercus) *ejusque successores, de eodem prædio liberam posthac potestatem habeant tenendi, commutandi, vel quicquid sibi utilitatis Ecclesiæ placuerit, faciendi &c.*

An. eod. Idem, quoad prædia: *Heinhusen, Winiden, Windelmuderod, Aldendorp, Rudbertessen, Sunderessen, Nisa,* & *Hameressen*, sita in Pago *Auga*, in Comitatu *Cunradi*, teste donationis charta, sub eod. dato *Goslare*, XI Kal. Mart. eademque sub formula; apud Dn. *Schatenum* l. c. pag. 480, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 38, p. 716.

An. eod. Idem, quoad prædium *Sannanabiki*, per Villas *Hornan, Frodinitorp, Vinesbiki, Raffen, Knechtahusen, Buckinhusen, Bennanhusen, Scum, Berchem, Homan* & *Holthusen*, in Pago *Wetiga*, & quidem in Comitatu *Widukini*, situm, teste charta ejusdem formulæ, sub dato *Immeteshusen* 3 Non. Aug. apud Dn. *Schatenum* l. c. & Dn. *Lunig* l. c. §. 39, p. 716.

An. 1032, Idem, quoad Curtem *Gardenebiki*, in Pago *Laëni*, in Comitatu *Hermanni* Comitis, sitam, cum omni integritate, vel quicquid Imperator laudatus in Villis *Huvinadel, Molduggavel* & *Ludolveshusen* habuit; teste charta, ejusdem formulæ, sub dato *Hiltiwardeshusen*, 15 Cal. Febr. apud Dn. *Schaten* l. c. ad h. a. pag. 488; & Dn. *Lunigium* l. c. §. 40, pag. 717.

An. 1033, Idem, quoad prædium *Marsvelde*, in Pago *Rietega*, in Comitatu *Udonis* Comitis, situm, *cum omni Lege, ad idem prædium jure pertinente - - - silvis, venationibus - - - piscationibus &c.* teste charta, sub dato *Noviomago*, 3 Id. Maji, apud Dn. *Schatenum* l. c. ad h. a. pag. 490, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 41, pag. 718.

An. eod. Engelbertus, Episcopus *Frisingensis*, quoad Curtem *Alarum*, in Comitatu & Marchia *Adalberti* Marchionis sitam, *cum omnibus ad eam de Jure ac legaliter pertinentibus - - - - silvis, venationibus - - - - piscationibus*, teste charta, sub dato *Immileb*, 14 Kal. Aug. apud *Gewoldum*, T. I Addit. *Hundii Metropolis*, Catalog. *Episcopor. Frisingens.* p. m. 98, (Edit. vet. pag. 144) & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Freysingen*, §. XXV, pag. 226, ubi sequentia insuper notari merentur: *Eandemque Curtem de nostro Jure, aut dominio, ea ratione in jus atque dominium prefate Frisingensis Ecclesie, omnino transfundimus, & in proprietatem perpetuam donavimus, ut idem Venerabilis Antistes - - - - liberam posthac habeat licentiam & potestatem tenendi, possidendi, commutandi, vel quicquid inde sibi, salvo Jure Ecclesie, placuerit inde faciendi &c.* Confirmatio *Henrici III*, sub dato *Augustæ*, An. 1040, 15 Kal. Sept. extat apud *Gewoldum* l. c. p. 100, (Edit. vet. p. 148) & Dn. *Lunigium*, Contin. I, *Spicilegii Eccles.* 4 *Absatz*, Tit. *Freisingen*, §. 2, pag. 518;

An. eod. Sigebertus, Episcopus *Mindensis*, teste charta, sub dato *Mersiburg*, 6 Id. Julii, in *Chronico Mindensi* apud *Pistorium*, pag. 735; nec non apud Dn. *Lunigium* l. c. *im Anhang*, Tit. *Minden*, §. XI, p. 108, ubi: *Sigebertus, Mindensis Ecclesiæ Episcopus, nostram adiit Celsitudinem, hoc supplicans, quatenus nos quoddam Forestium, sui scil. Juris, per Imperiale nostri præceptum, forestari faceremus; hoc ipsum Forestium incipit ubi Linderinus flumen Wesera influit, & sursum, contra ejusdem rivi decursum, usque ad Villam Liusa dictam, ad illum locum, ubi Luzilursone rivus influit rivum Lume; & sursum, contra illius rivi decursum, usque ad Villam Halle dictam, ad illum locum ubi publica strata iter super ipsum præbet rivum, & in ipsa publica strada, usque ad locum Puregriffe dictum, ubi terminus est Barrochiarum Mindensis Ecclesiæ, & Hildeneshemensis; & inde, per directum, usque ad Wabeche fluvium, qui prædicta discernit Episcopia - - - - proinde Imperiali præcipimus auctoritate: Ut nullus, in eodem Foresto, Venationis exercitium, præter prædictæ Ecclesiæ Episcopi consensum, agere præsumat &c.*

An. 1036, *Adelheidis*, Abbatissa *Quedlinburgensis*, quoad prædium quoddam in Nord-Thuringia, teste charta, sub dato *Tullide*, 8 Kal. Nov. apud Dn. *Kettnerum*, *Antiquitat. Quedlinburg.* inter Diplomata Seculi XI, §. 2, pag. 162, ubi: *Quoddam nostri Juris prædium, in loco Winediscunsalebiti dicto, in Pago Nortduringun, & in Comitatu Quitelineburg - - - cum omnibus utensilibus, ad idem prædium jure pertinentibus, in proprium tradidimus, cum - - - - silvis, venationibus - - - piscationibus - - - - nec non cum omni utilitate, quæ scribi potest, aut nominari, penitus præfatæ Ecclesiæ in jus ac potestatem delegavimus, eo tenore, ut ejusdem Ecclesiæ Monasterii Abbatissa, Sanctimonialesque - - - - liberam deinceps inde habeant potestatem tenendi, tradendi, vendendi, commutandi, vel, quicquid sibi placuerit, faciendi &c.*

An. 1038, *Engelbertus*, Episcopus *Frisingensis*, quoad bona, quæ charta continentur, sub dato *Ratispone*, Id. Maji, hunc in finem confecta, apud *Gewoldum* l. c. pag. 98 (Edit. vet. pag. 145) & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, Cap. 4, Tit. *Freysingen*, §. 26, p. 226: *Eidem Præsuli, suæque Ecclesiæ Frisingensi, largiti sumus, in Orientis parte, fluvium Uunla vocatum, in Comitatu Marchionis Adalberti, omni Lege, hobas regales 2, quæ antea ad Murim, sui Juris curtem, ibi juxta jacentem, ex rebus Regni, pro beneficio concesse sunt; insuper hobam Regalem prope fluvium eundem ---- jacentem, quem habuit in beneficium predictus Marchio Adalbertus, & etiam in meo* (medio) *utrorumque partium, jugera 30, supradicte curte contigua, quæ Arbo de Ensinburc in beneficium habuit, cum omnibus ejus appendiciis ---- silvis, venationibus --- piscationibus, seu cum omnibus utilitatibus, quæ sic dici, aut scribi, possunt; easque, per hanc nostram Imperialem paginam, de nostro Jure & dominio, in ejus jus & dominium, transfundimus, & in proprium tradimus &c.* annexa libera facultate desuper disponendi pro lubitu.

Hamburgensem Archi-Episcopum ab Eodem obtinuisse forestum in *Ertnebroch*, docet charta *Friderici I*, sub dato in *Verda S. Swiberti*, 10 Kal. Maji, An. 1158, apud *Lindenbrogium*, §. 54 *Privilegiorum Hamburgensium* pag. 162, & Dn. *Lunigium*, *in der Fortsetzung des Ersten Theils Spicilegii Ecclesiastici, im Anhang zu den Ertzstifftern*, Tit. *Bremen*, §. 67, pag. 102: *Quatinus Forestum in Ertnebroch, atque in ceteris circumjacentibus Sylvis, quod divæ memoriæ avus Ejus* (Henrici IV) *Chunradus, Romanorum Imperator, Augustus, prædictæ Hammaburgensi Ecclesiæ, perpetuo proprietatis jure possidendum, contulerat, id ipsum amplificando confirmaret &c.*

HENRICI III gratia, idem jus sortiti sunt:

An. 1041, *Nikerus*, Episcopus *Frisingensis*, quoad Curtem *Ostermundingen* teste charta, sub dato *Wormaciæ*, 2 Id. Maji, apud *Gewoldum*, l. c. pag. 101 (Edit vet. pag. 149) & Dn. *Lunigium* l. c. §. 28, pag 227, ibi: *Quandam nostræ potestatis curtem, Ostermundingen nominatam, in Pago Salzburgowe, & in Comitatu Aribonis, Palatini Comitis, sitam, Frisingensi Ecclesiæ ---- cum omnibus suis pertinentiis, hoc est ---- Silvis, Venationibus ---- Piscationibus ---- cum omni utilitate, quæ ullo modo inde potest provenire, in proprium dedimus, atque tradidimus; ea videlicet ratione, ut præscriptus Nikerus Episcopus, suique Successores, de prætitulata curte liberam dehinc potestatem habeant scilicet tenendi, commutandi, pignorandi, vel quicquid sibimet ---- placuerit, inde faciendi &c.*

An. eod. 8 Kal. Maji, sub dato *Salingenstat*, quidam *Moni*, prædium, quod *Chizo* habuit, in loco *Wirintagaroth*, in Pago *Sweba*, in Comitatu *Hesicgonis* Comitis, situm, *cum omnibus ad idem pertinentibus ---- Campis, Sylvis, Venationibus -- -- Piscationibus &c.* Vid. Dn. *Bilderbeck, in der gründlichen Deduction gegen die vermeintliche Regalität derer Jagten &c.* §. 10 *der Anlagen*, p. 20.

An. 1042, 4 Kal. Sept. sub dato *Radasponæ*, *Adalgerus*, Capellanus, *Mansum* in loco *Walmichi*, in Pago *Einrichi*, & in Comitatu *Bertholdi* Comitis situm, *cum omnibus suis pertinentiis ---- Campis, Sylvis, Venationibus ---- Piscationibus --- & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde pervenire potest &c.* Vid. Dn. *Bilderbeck*, loc. cit. §. 8 *der Anlagen*, p. 18.

An. 1043, Abbatissa *Gandersheimensis* in bonis ad Castrum *Bruggiheim* spectantibus. Vid. Charta præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a. verb. *cum Sylvis, Forestibus, omnique sylvatica utilitate &c.*

An. 1045, *Reginoldus* quidam in bonis circa *Risenperch*, & inter flumina *Lithaha* & *Fischaha*; teste charta, sub dato *Persinich*, 2 Non. Junii, apud *Gewoldum*, T. I *Hundii Metropolis*, Catalog. *Episcopor. Pataviensium*, lit. m m, pag. 242 &c. (Edit. vet. 365) *Nos Fideli nostro, Reginoldo, ob ipsius Nobis gratum & fidele servitium, dimidietatem Risinperg, & insuper tamen inter flumina Lithaha & Fischaba, donec decem Regales mansos habeat, de nostro Jure & dominio, in ejus dominium, Regali nostra munificentia, transfundimus, & ibi sibi mensurare præcepimus, cum omnibus suis appendiciis, hoc est, areis, ædificiis, terris, campis --- Piscationibus, Sylvis, Venationibus --- cum omni utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire, sitis in Comitatu Sigifridi Marchionis, ea videlicet ratione, ut prædictus Reginoldus, de præfato prædio liberam dehinc potestatem habeat obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel, quicquid sibi placuerit, inde faciendi &c.*

An. eod. Ratmundus, Abbas *Altahensis*, in Bavaria, teste Charta, sub dato *Bersnich*, 3 Non. Junii, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, Tit. *Altha Inferior*, §. 25 Diplomatum, pag. 17 (Edit. veter. pag. 25) *Decem mansos Regales circa flumen, Zajaha dictum, ab eo quidem loco, ubi, juxta nostræ donationis & præceptionis mensuram, prædium Sigefridi Marchionis,*

certis

certis limitibus terminatur, præceptali nostra auctoritate in proprium tradidimus, sitas in pago & in Comitatu Sigefridi Marchionis, cum omnibus suis appendiciis, hoc est, areis, ædificiis, ---- piscationibus, sylvis, venationibus --- cum omni utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire &c. addita facultate libera inde faciendi, quicquid utile sibi visum fuerit.

An. 1046, *Ellanhardus*, Episcopus *Frisingensis*, in variis Villis, teste charta apud Dn. *Lunigium*, Contin. I *Spicilegii Eccles.* 4 *Absatz*, Tit. *Freisingen*, §. 3, pag. 518, cujus præced. Tit. 2, §. 38, lit. c. ad h. a. memini; ibi: *silvis, venationibus, forestis, forestariis &c.*

Huc pertinet confirmatio donationis *Egberti* Marchionis, An. eod. Ecclesiæ *Gernrodensi* factæ; præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1047, *Rotho*, Episcopus *Paderbornensis*, in prædio *Everschutte*, teste charta, sub dato *Sosaet*, 4 Non. Sept. apud Dn. *Schatenum*, *Annal. Paderbornens.* lib. VI, ad h. a. pag. 530, & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Paderborn*, §. 45, pag. 720, ubi: *Ad Ecclesiam S. Dei Genitricis Mariæ semperque Virginis, & S. Kiliani Martyris, Sanctique Liborii Confessoris, & S. Brigidæ Virginis, in eleemosyna Fratrum, inibi Deo, sub canonica regula, servientium, tale prædium, quale Nos habuimus in Everschutte dicto, situm in Pago Hessi, in Comitatu Bennonis Comitis, cum omnibus ad idem pertinentibus, scil. areis, mancipiis utriusque sexus ---- campis, silvis, venationibus ---- piscationibus --- seu cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, per hoc nostrum Imperiale præceptum, in proprium concessimus, atque condonavimus, & illud perpetualiter existendum tradidimus; eo quoque tenore, ut nullus Rex, Dux, Comes, vel ulla alia, magna parvaque persona, id ipsum inde alienare, aut auferre præsumat &c.*

An. 1048, *Poppo*, Episcopus *Brixiensis*, quoad Forestum in Pago *Bustrissa*, teste charta, sub dato *Ulmo*, 8 Kal. Febr. apud *Gewoldum*, Tom. I Addit. *Hundii Metropolis*, in Catalogo *Episcoporum Brixinensium*, lit. x, pag. 317 & 318 (Edit. vet. pag. 72) & Dn. *Lunigium*, l. c. Tit. *Brixen*, §. 6, pag. 148: *Forestum, in Pago Bustrissa, in Comitatu Sigefridi Comitis situm, infra terminos, quos in præsenti nominamus; de Flumine, quod dicitur Pudia, usque ad flumen, quod dicitur Arina; & exinde ---- quæ dicitur Wizzental, usque ad flumen, quod Pirra vocatur. His omnibus, quos in præsenti conscribimus, laudantibus, atque voluntarie consentientibus, cum Banni nostri auctoritate distrinximus, atque firmavimus, ut nullus, præter voluntatem præfati Episcopi, in eo præsumat Cervos, aut apros, capreolos, canibus venari, arcu sagittaque figere, plagis, laqueis, pedicis, seu quolibet venatoriæ artis ingenio capere, vel decipere. Qui autem hoc Forestum fieri laudaverunt, hi sunt: Wecil, Adelram, Baba, Hezeman, Willehalm, Hildebolt, Sigebart, Bercdolt, Alberich, Gerolt, Odalrich, Berehart, Oldo, Hartwic, Rotheri, Ebbo, Billunch, Willehalm, Erkenger, Adelhart, Egizo, Deidera, Ebbo, Hartwig, Luidolt, Rodeni, Benzelin, Amacho, Ebbo &c.*

An. 1049, Id. Mart. Ecclesia *Goslariensis* SS. *Simonis & Judæ*, quoad Villam *Ibersleb*, (hod. Harsleben) in Pago *Suava*, in Comitatu *Utonis* Com. teste charta apud Dn. *Leuckfeldum*, *Antiquit. Walckenred.* Cap. XIII, §. 5, pag. 202, verb. *Cum omnibus suis pertinentiis ---- sylvis, venationibus --- Piscationibus --- quæsitis & inquirendis, & cum omni Jure & utilitate, quæ ullo modo inde poterit pervenire &c.* (provenire)

An. 1049, *Engelbertus*, Episcopus *Passaviensis*, inter flumina *Sabinichi* & *Darbinichi*, teste charta, sub dato *Geminide*, 16 Kal. Julii, apud *Gewoldum*, T. I *Hundii Metropolis*, in Catalogo *Episcoporum Pataviensium*, lit. n n, §. 1, pag. 243, (Edit. vet. pag. 365) & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Passau*, §. 20, p. 771: *Ex nostra Imperiali auctoritate, prænominato Episcopo tradidimus, atque concessimus, jus & potestatem legitimi Banni, super Venatione & Foresto, in prædicto S. Stephani prothomartyris, ejusdem Episcopi Patroni, videlicet in Comitatu Adalberti Marchionis, & intra geminas fluminum Sabinichi & Darbinichi ripas sito, ea videlicet conditione, ut nemo, absque licentia & voluntate præfati Episcopi, successorumque suorum, infra prædictos Foresti terminos, banni conclusione vetitos, præsumat venari, aut aliquod genus ferarum, quod, in Forestarum jure, banni interdicitur lege, qualibet venatoria industria capere, vel decipere &c.*

An. 1051, *Hermannus*, *Coloniensis* ArchiEpiscopus, ejusque sorores: *Richeza*, Poloniæ Regina; & *Theophania*, *Asnydensis* Monasterii Abbatissa, *Ehrenfridi* C. P. R. & *Mathildis* liberi, Parentum suorum donationem, Cœnobio *Bruwillerano* factam, improbantes, bonaque ista, veluti hæreditaria, scil. *Lövenick*, *Vremyrsdorff*, *Künichsdorff*, *Danswilre*, *Glo-*

Glesene, Kirdorff, Sindere, Manstede, Rhindorff & *Slenderhagen*, in Placito *Goslariensi*, Principum Judicio obtinentes, eandem hæreditatem, dicto Monasterio, propria auctoritate obtulerunt, *cum omnibus appenditiis suis, h. e. utriusque* (Sexus) *mancipiis, locis, ædificiis, terris, cultis & incultis, viis & inviis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, reditibus, quæsitis & inquirendis, cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit &c.* Vid. Diploma Cæsareum, sub dato *Comphyngen*, 10 Kal. Aug. apud Dn. *Tolnerum, Cod. Diplom. Palat.* §. 30, p. 27.

An. 1052, *Engelbertus, Passaviensis* Episcopus, per Abbatias *Chresmünster* & *Matiseo &c.* teste charta, sub dato *Barowe*, XIII Kal. Aug. apud *Gewoldum* l. c. §. 2, pag. 243, & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Passau*, §. 21, pag. 772: *Abbatias Chremisa Münstre, Matiseo, cum prædio, nomine Hunisperch; Capellam Ottingam, & Curtim Ruute, & Villam Ausenhusen, quemadmodum eandem Adalbertus, ejusdem S. Pataviensis Ecclesiæ Episcopus, pro Anesiburch, S. Laureacensis Ecclesiæ prædio, ubi quondam Episcopatus fore sedem novimus, ab Heinrico, Duce Bavariorum, juste & legaliter in concambium accepit atque possedit; & in Osterrichi, in loco, qui dicitur Kirchpach, Territorium quoddam, quæ ad radices Comageni montis sita est, & in eodem monte mansos centum faciendos, & plus, cum omnibus ad eam pertinentibus, mancipiis utriusque sexus ---- sylvis, venationibus --- piscationibus --- cunctisque aliis appendiciis, quæ dici possunt, donativo hoc novo, præfatæ Ecclesiæ ---- æternaliter possidenda, Imperiali nostra autoritate, donamus, corroboramus, atque confirmamus &c.* Confirmationem *Henrici IV*, sub dato *Ratisbonæ*, 8 Kal. Nov. 1063, sistit *Gewoldus* l. c. pag. 244 (Edit. vet. pag. 367) §. 3, & Dn. *Lunigius* l. c. §. 22, p. 772.

Huc spectat charta *Goslariensis*, An. eod. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a ad h. a.

An. 1053, in charta, *Azelino, Hildesheimensi* Episcopo, tradita, ait Cæsar noster, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. *Hildesheim*, §. 4, pag. 257: *Ad altare S. Mariæ, perpetuæ Virginis, in Hildeshemen situm, totum illud prædium, quicquid, in Comitatu Christophori Comitis habuit, judicio Scabinorum, nostræ potestati addictum, in Villis Germadissum, Iisede, Dungelbeck, in pago Ostvala situm, cum omnibus suis pertinentiis, h. e. areis, ædificiis, mancipiis utriusque sexus ---- campis, sylvis, venationibus ---- piscationibus ---- & cum omni jure & utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire, in proprium condonavimus &c.*

An. 1055. in alia charta, sub dato *Berchtdenstat*, 5 Id. Junii, *Widrico* Abbati *Bortscheidensi*, concessa, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3. Cap. VII, Tit. *Bortscheid*, §. VI, pag. 303, inquit Idem: *Tale prædium, quale Nos habuimus in Villa Apinis, in Comitatu Friderici Ducis, in Pago Maselant situm, S. Ecclesiæ, quæ constructa, est in Villa Porcetensis Abbatiæ --- cum omnibus suis pertinentiis, h. e. mancipiis utriusque sexus, areis, ædificiis ---- decimationibus, silvis, Venationibus ---- piscationibus --- ac cum omni utilitate, quæ inde ullo modo provenire potest, in proprium donavimus & tradidimus, ea scil. ratione, ut Venerabilis Abbas, Widricus, qui modo eidem Abbatiæ præest, cæteri suique successores, de eodem prædio, liberam dehinc potestatem habeant tenendi, dandi, commutandi, precariandi, vel, quicquid illis placuerit, in usum Ecclesiæ, inde faciendi &c.*

HENRICUS IV, idem Jus concessit:

An. 1057, *Ellenhardo, Frisingensi* Episcopo, & quidem in confirmationem juris pristini, de quo præced. Tit. 2, §. 38, lit. c, ad An. 996.

An. 1058, *Annoni*, ArchiEpiscopo *Coloniensi*, pro Monasterio *Mindensi*, teste charta, sub dato *Mindæ*, 5 Mart. in *Chronico Mindensi*, apud *Pistorium*, pag. 746: *Quoddam prædium, quod dicitur Losa, situm in Pago Losa, in Comitatu Bernardi, quicquid in supradicto loco, Regio Jure contrahente, habuimus, cum utriusque sexus mancipiis, cum ædificiis, cum terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, aquis ---- & cum omnibus ad idem prædium pertinentibus, ad Monasterium Mindensium, in honore S. Petri & S. Gorgonii constructum -- tradidimus &c.*

An. 1059, *Immado, Paderbornensi* Episcopo, in Sylva *Reinerswald*, teste charta, sub dato *Trajectum*, 7 Id. April. apud Dn. *Schatenum*, lib. VI. *Annal. Paderborn.* h. a. pag. 553, & Dn. *Lunigium*, cit. Part. 2. *Spicilegii Eccles.* Cap. 4. Tit. *Paderborn.* §. 46, p. 721: *Antecessor noster, & amabilis Pater, dignissimæ memoriæ, Heinricus III. Rex, & secundus Imperator Augustus, prædium quoddam dedit in concambium S. Paderbrunnensis Ecclesiæ Venerabili Episcopo, Rudolfo, pro uno Foresto, Reginhereshuson dicto, eidem Ecclesiæ pertinenti, & hoc concambium quamdiu uterque vixit, tamdiu ratum permansit: sed, post Patris nostri lamentandum obitum, Nos ---- præfatæ Ecclesiæ ---- hoc ipsum prædium, scil. curtim unam dominicalem, Puningun dictam, cum tribus minoribus,*

bus, *Sumersedi*, *Bottesdorff*, *Calinbichi*, *quæ vulgo dicuntur Vorawerch*, *cum viginti, septem mansis, ad easdem curtes pertinentes* (pertinentibus) *in pagis Westfalum*, *& Treine*, *situm*, *& in Comitatibus Bernhardi Ducis, & Rotgeri*, *atque Bernhardi Comitum*, *cum omnibus suis appendiciis, h. e. utriusque sexus mancipiis - - - - silvis, venationibus - - - - piscationibus - - - - & cum omni Jure & utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire, in proprium dedimus atque tradidimus, ea scil. ratione, ut jam dictus Immadus, Paterbrunnensis Sedis Venerabilis Antistes, suique Successores, de prænominato prædio liberam deinceps potestatem habeant tenendi, commutandi, præcariandi, vel quicquid sibimet, tantum in usum Ecclesiæ, placuerit, inde faciendi.*

Anno 1062, *Adalberto*, *Hamburgensi* ArchiEpiscopo, per Comitatum *Bernhardi*; Vid. præced. Tit. 2, §. 38, lit. C, ad h. a. ubi charta; indeque notanda verba: *Forestum etiam, cum nostro Banno Regali, per omnem Comitatum, hiis tantum Venationibus exceptis, quas Nos, aut Prædecessores Nostri, Romanorum scilicet Imperatores, vel Francorum Reges, Ecclesiis, vel Principibus, per Regii auctoritatem præcepti, largiendo contulimus &c.*

An. eod. Heziloni, *Hildesheimensi* Episcopo, in Foresto mox describendo, teste charta, sub dato *Coslariæ*, 7 Id. Mart. apud Dn. *Schatenum*, lib. VI *Annal. Paderborn*: ad h. a. pag. 555, & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 2, Cap. 4, in Appendice, Tit *Hildesheim*, §. I, pag. 1098, ubi: *Consensu & favore Egilberti*, *Mindensis Episcopi*, & *dilectæ Sorororis nostræ*, *Adalheidæ*, *Gandersheimensis Abbatissæ*, *nec non & Immitoris*, *Padelbrunnensis Episcopi*, *& Sarachonis*, *Corbejensis Abbatis*, *consentiente & confavente Ottone*, *Bavariorum duce*, *cæterisque omnibus*, *quorum prædia & possessiones sitæ erant intra eos terminos, quos scribi jubemus*, *quoddam Forestum*, & *bannum*, *eidem Ecclesiæ Hildeneshemensi*, *& prædicto Episcopo*, *suisque Successoribus*, *in reliquum habendum*, *& perpetualiter possidendum concessimus*, *& nostra Regali potestate condonavimus*, *inter istos terminos situm; à ponte fluvii Loine*, *qui porrigitur per medium amnem*, *ad Villam Laide*, *per viam rectam*, *quæ tendit Choppenbruckke*; *de Choppenbruckke*, *via recta*, *usque Batsingehusen*; *de Batsingehusen*, *via recta*, *usque Ascheresbusen*; *de Ascheresbusen*, *via recta ad Goltbecchi*; *de Goltbecchi, via recta ad Pretensteina*; *de Pretensteina, via recta ad Makkenhusen*; *de Makkenhusen*, *via recta*, *ad Luithartessen*; *de Luithartesbusen*, *via recta*, *ad Winethusen*; *de Wienethusen*, *via recta*, *pontem Grene*; *rursum de ponte illo*, *& medio alveo*, *eundem fluvium Loinam*, *deorsum usque ad pontem Laide*; *jubentes igitur statuimus, & statuentes jubemus, ut, infra præscriptos terminos*, *nulla nostri Regni major minorve persona, venandi jus & potestatem sibi vendicare*; *absque consensu & licentia prædicti Episcopi*, *& successorum ejus*, *sive eorumque provisores* provisorum qui) *ejusdem foresti, ab eis constituti fuerint*, *præsumat*; *quod si aliquis hujus præcepti Nostri temerarius transgressor extiterit*, *velut Regalis contemptor decreti*, *justi sententiæ judicii subjacebit, & debita, pro corrupto Banno*, *pecunia*, *scilicet sexaginta solidos, de singulis feris, persolvat &c.*

An. 1063, *Egilberto*, *Mindensi* Episcopo, in Curte *Lasbuggeri*, teste charta, in Chronico *Mindensi* apud *Pistorium*, pag. 742, & Dn. *Lunigium*, l. c. in Appendice, Tit. *Minden*, §. XVI, pag. 111: *Eidem Ecclesiæ curtem vestram* (nostram) *quæ vocatur Lasbuggeri*, *in Pago Huggeri dicto*, *in Comitatu Ottonis Ducis - - - cum omnibus suis appendiciis, i. e. utriusque sexus mancipiis - - - - piscationibus, silvis, venationibus - - - - cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit*, *in proprium tradidimus &c.*

An. 1064, *Adalberto*, *Hamburgensi* Archi-Episcopo, in *Winethe*, teste charta, sub dato *Triburiæ*, 16 Kal. Februar. apud *Lindenbrogium*, §. 28. *Privilegiorum Hamburgensium*, pag. 142 & 143, & Dn. *Lunigium, in der Fortsetzung des Ersten Theils* Spicilegii Ecclesiastici; *im Anhang zu denen Ertz-Stifftern*, Tit. *Bremen*, §. 38, pag. 86 & 87: *Quendam servientem Nostrum*, *Nannonem nuncupatum*, *una cum filio suo*, *Hildiberno vocato*, *atque filia sua*, *Lucia*, *nec non prædiis*, *quæcunque habere visus est in loco Winethe dicto*, *in Pago Lacne*, *in Comitatu Heinrici Comitis*, *ac universis bonis suis*, *eisdem scil. prædiis pertinentibus*, *i. e. utriusque sexus mancipiis - - - campis*, *sylvis*, *Venationibus - - - piscationibus - - - & cum omni utilitate*, *quæ ullo modo inde provenire potest*, *ad S. Hammaburgensem Ecclesiam - - - dedimus atque tradidimus &c.* annexa libera facultate de iis disponendi, ac de cæteris Ecclesiæ suæ proprietatibus.

An. eod. sub dato *Hallæ*, 6. Non. Octob. *Sigifrido Moguntino* in prædio *Orbaba*, apud Dn.

Lunigium, in der Fortsetzung des Ersten Theils Spicilegii Ecclesiastici, Cap. 2. Tit. *Maintz*, §. 12, pag. 23: *Prædium quoddam - - - ad Ecclesiam in Maguntia Stephani & Martini, donavi. Situm est autem in Pago quodam, Wettereiba nuncupato, in Comitatu Bertholdi Comitis, & locus ipse Orbaha vocatur, quem, cum Castro, & cæteris appenditiis, scil. Terris, cultis & incultis, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, Venationibus, Piscationibus, Salinarum fontibus - - - quæsitis & inquirendis, & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, ad Ecclesiam supradictorum Sanctorum Dei, tradidi & confirmavi &c.*

An. 1065, Ellanhardo, Episcopo *Frisingensi*, in Abbatia *Buribim*, teste Charta, sub dato *Frisingæ*, 15 Kal. Sept. apud *Gewoldum*, Tom I Addit. *Metropolis Hundii*, inter diplomata Episcoporum *Frisingensium*, pag. 103, (Edit. Vet. pag. 152.) & Dn. *Lunigium*, Part. 2. *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, Tit. *Freysingen*, §. 32, pag. 230: *Ad Ecclesiam Frisingensem - - - Abbaciam Buibim* (*Burin*) *dictam, in Pago Sundergove, in Comitatu Sigmari Comitis, sitam, cum omnibus appendiciis, h. e. Villis, Vineis - - - utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, forestis, forestariis, Venationibus - - - omnique jure & utilitate, quod nos, vi hujus, in proprium dedimus, atque tradimus, ea videlicet ratione, ut prædictus Ellenhardus Frising: Episcopus, suique successores, liberam inde potestatem habeant tenendi, construendi* (constituendi) *quidquid ad communem utriusque Ecclesiæ utilitatem voluerint, faciendi &c.*

An. eod. Adalberto, Præsuli *Hammaburgensi*, in Abbatia *Laurishamensi*, teste charta, sub dato *Osckerslevo*, 8 Id. Sept. apud *Maderum*, in Appendice ad *Adamum Bremensem*, §. XV, p. 112. (rectius 212) *Lindenbrogium, de scriptoribus Septentrionalibus, in Auctario diplomatum veterum*, §. 77, pag. 179, & Dn. *Lunigium, in der Fortsetzung des Ersten Theils* Spicilegii Ecclesiastici, *im Anhang zu denen Erb-Stifftern*, Tit. *Bremen*, §. 39, pag. 87. *Ad Archi Episcopalem Ecclesiam scilicet Hammaburch - - - - Abbatiam, Lorissa dictam, in Pago Lobetengowe, in Comitatu Popponis Comitis, sitam, cum omnibus appendiciis, h. e. utriusque sexus mancipiis, præposituris, Ecclesiis, decimis, Villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, forestis, venationibus - - - piscationibus -- -- -- omnique utilitate, quæ vel scribi, vel dici, vel ullo modo inde potest adquiri, in proprium dedimus, atque tradidimus, nec non omni Jure ac libertate, qua Nos eam habuimus, sibi habendam concessimus, perpetualiter tenendam confirmavimus; ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem sedis ArchiEpiscopus, suique Successores, eandem, quam de cæteris Ecclesiæ suæ bonis legaliter adquisitis, liberam & de hac Abbatia potestatem habeant tenendi, constituendi, vel quicquid ad communem utriusque Ecclesiæ utilitatem voluerint, faciendi &c.*

An. eod. Eidem, in Abbatia *Corbejensi*, teste charta, sub dato *Goslariæ*, 14 Kal. Nov. apud *Maderum* l. c. §. XVI, pag. 114 (214) *Lindenbrogium* l. c. §. 78, pag. 179, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 40, pag. 88: *Ad ArchiEpiscopalem Ecclesiam, scil. Hammaburch - - - - Abbatiam, Chorbeja dictam, in Pago Angera, in Ducatu Ottonis Ducis, sitam, omnibus appendiciis, h. e. utriusque sexus mancipiis, Præposituris, Ecclesiis, Decimis, Villis, Vineis - - - - silvis, forestis, venationibus - - - - piscationibus - - - - omnique utilitate, quæ vel scribi, vel dici, vel ullo modo inde potest acquiri, in proprium dedimus, atque tradidimus: nec non omni Jure ac libertate qua nos eam habuimus, sibi habendam concessimus, perpetualiter tenendam confirmavimus &c.* annexa facultate libera inde faciendi, quicquid utile sibi visum fuerit.

An. eod. Eidem, in Villa *Sinzich*, teste charta, sub eodem dato, apud *Maderum* l. c. §. XVII. p. 116. (216) *Lindenbrogium*, l. c. §. 79, pag. 180, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 41, pag. 88: verbis præced. Tit. 2, §. 37, lit. c. pag. 176, ad h. a. occurrentibus; ubi, inter alia: *cum silvis, venationibus, piscationibus &c.*

An. eod. Eidem, in Curte *Tuschburch*, teste charta, sub dato *Goslariæ*, 17 Kal. Nov. apud *Maderum* l. c. §. XVIII, pag. 118 (218) *Lindenbrogium* l. c. §. 80, pag. 180, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 42, pag. 89: *Ad Archi Episcopalem Ecclesiam, scilicet Hammaburch - - - Curtem nostram Tusburch dictam, in Pago Ruriggouve, in Comitatu Herimanni, Comitis Palatini, sitam, cum omnibus appendiciis, h. e. Utriusque sexus mancipiis, areis - -- - - silvis, forestis, forestariis, Venationibus - - - piscationibus &c. - -- - in proprium dedimus, atque tradidimus. Addimus insuper, cum Banno nostro, prædictæ Ecclesiæ Forestum unum, in triangulo triumfluminum, scil. Rein, Tussale & Ruræ positum, ita quoque determinatum, per Ruram se sursum extendens, usque ad pontem Wirdinensem, & exinde, per stratam Coloniensem, usque ad Rivum Tussale, &, per descensum ejusdem rivi, ad Renum; & per alveum Reni, usque quo Rura influit*

fluit Renum; ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem Sedis Archi Episcopus, suique successores, eandem, quam de ceteris Ecclesiæ suæ bonis, legaliter acquisitis, liberam & de his potestatem habeant tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid in Ecclesiæ suæ utilitatem voluerint, faciendi &c. mentio hujus chartæ jam supra facta, Tit. 4, §. 4, lit. c. ad h. a.

Alia adhuc Foresta Eidem Præsuli, ab Imperatore nostro fuisse concessa, docet confirmationis charta *Friderici I,* Imp. sub dato: *In Verda S. Swiberti,* An. 1158, 10 Kal. Maji, apud *Lindenbrogium* l. c. §. 54, pag. 162 & 163, & Dn. *Lunigium* l. c. §. 67. pag. 102: *Venerabilis Adalbertus, S. Hammaburgensis Ecclesiæ ArchiEpiscopus, Serenitatem Clementiæ Henrici IV Regis adiit, supplicando, quatenus Forestum in Ertnebroch, atque in cæteris circumjacentibus Sylvis, quod divæ mem. Avus ejus, Chunradus, Romanorum Imperator Augustus, prædicta S. Hammaburgensi Ecclesiæ, perpetuo proprietatis Jure possidendum, contulerat, id ipsum amplificando confirmaret. Qui precibus ejus inclinatus, prædicto Foresto adjunxit, quidquid inter Warmenow, Wiseram, Aldenam, & Huntam fluvios, venationis, fieri potest, & præfatæ Ecclesiæ, sub Regiæ tuitionis banno, in proprium condonans, tradidit atque confirmavit - - - Addidit etiam eidem Ecclesiæ, suæ proprietatis Forestum in Pago Ameri situm, in Comitatu Udonis, perpetuo possessionis jure retinendum.*

An. 1067, Altmanno, Passaviensi Episcopo, in Villa *Tyensfurt,* teste charta, sub dato *Ratispona,* 2 Non Mart. apud *Gewoldum* l. c. in Historia Præsulum *Pataviensium,* lit. o o, pag. 245 (Edit. Vet. 368) & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesf.* Cap. 4, Tit. *Passau,* §. 23, pag. 772: *Pataviensi Ecclesiæ - - - - Villam quandam, Tyensfurt dictam, & transitum ipsius fluminis, quod dicitur Maracha, & infra hæc loca, Paumgartn, Stupherich, Modzulla, quod est prædium Arnesti Marchionis, quinquaginta Regales mansos, in Pago Austriæ, in Marchia Arnesti Marchionis sitas, cum omnibus appendiciis suis, h. e. utriusque sexus mancipiis, vineis, agris, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, forestis, forestariis, areis, ædificiis, Ecclesiis, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, mercatis, teloniis, monetis, quæsitis & inquirendis, omnique utilitate, in proprium dedimus, confirmavimus, jure perpetuo obtinendum concessimus, ea ratione, ut nullus Successorum meorum, Imperator sive Rex, Dux, Marchio, Comes, aut alia major, aut minor, persona Judicialis, præfatæ Ecclesiæ bona prænominata aufferre, aut alienare, præsumat, & ullo modo inquietare; sed prænominatus Altmannus Episcopus, ejusdemque Successores, liberam inde habeant potestatem tenendi, precariandi, commutandi, vel quidquid, ad utilitatem ejusdem Ecclesiæ, voluerint, faciendi &c.*

An. 1069, Ellanhardo, Frisingensi, in Villis *Cubida, Counca, Ozpe, Bazari, Trusculo, Steina,* &c. teste charta, sub dato *Ratispona,* apud *Gewoldum* l. c. in Historia *Episcoporum Frisingensium,* pag. 103 (Edit. Vet. pag. 152) & Dn. *Lunigium* Contin. I *Spicilegii Ecclesf. 4 Absatz,* Tit. *Freysingen,* §. 3, pag. 518, quamvis sub anno 1046: *Frisingensi Ecclesiæ - - - - Villas Cubida, Counca, Ozpe, Bazari, Trusculo, Steina, S. Peiren pago, cum omnibus appendiciis suis, h. e. utriusque sexus mancipiis, vineis, pratis, agris, campis, pascuis, silvis, venationibus, forestis, forestariis, Ecclesiis, areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, viis & inviis, mercatis, theoloniis, monetis, quæsitis & inquirendis, omnique utilitate, in proprium dedimus, confirmavimus, perpetuo Jure obtinendum concessimus, ea videlicet ratione, ut nullus successorum nostrum* &c. reliqua, ut in immediate antecedenti, se habent.

An. 1073, Abbatiæ *Rotensi,* in variis Villis, teste charta, sub dato *Ratispona,* Non. Sept. confirmata à *Friderico II, apud Piscariam,* an. 1226, mens. Martio, apud *Gewoldum*, Tom. 3 *Metropolis Hundii* Tit. *Rot,* pag. 186 (Edit. Vet. pag. 271) ubi, enumeratis locis à *Conone* Palatino, ejusque nuru, altari SS. *Marini & Aniani*, Ecclesiæ *Rotensis,* in Comitatu *Arnolfi* Comitis, ad fluvium *Oenum,* dono oblatis: *Hæc omnia, cum omni Jure, tradidit, cum areis & ædificiis, agris, campis, pratis, - - - silvis, venationibus - - - & quæ habentur, vel haberi possunt, in legitima possessione*

An. 1074, Ellanhardo, Frisingensi Episcopo, in centum mansis, mox nominandis in locis sitis, teste charta, sub dato *Ratispone,* 11 Cal. Decemb. apud *Gewoldum* l. c. Tom. I, *Histor. Episcopor. Frising.* pag. 103 (Edit. Vet. pag. 152) & Dn. *Lunigium,* Part. 2 *Spicilegii Ecclesf.* Cap. 4, Tit. *Freysingen.* §. 33, pag. 230: *Ex prædio, quod Salomon, Rex Ungarorum, nostræ potestati subjugavit, S. Dei Genitrici, Virgini Mariæ, in Ecclesia Frisingensi, ubi cor-*

corpus S. Corbiniani, requiescit - - - centum mansos, his locis sitos, ad Scheiriches Burgge, Chuniuglsprunnen, Newndorf, Hasilowe, sicque de Linthaba, & Werthowe, cum omnibus appendiciis, h. e. utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, - - - piscationibus - - - exceptis Venationibus ex Wiltwanno (Wildbahn) in Lathaberge, aliis autem omnibus utilitatibus in proprium tradendo firmavimus &c.

Hoc ipso anno, in fundationis diplomate Abbatiæ *Saalfeldensis*, inquit *Anno 2. Coloniensis* Archi-Episcopus, apud Dn. *Lunigium* l. c. Part. 3, Cap. VI, *im Anhang zu den Abten*, Tit. *Saalfeld*, §. I, p. 840: *Bona autem quæ contulimus Monasterio, sunt hæc: Villa ipsius loci, cum mercatu, & nemore adjacente, quod inter Schwartza, & Remschitze, & Germarisdorff & Kediten situm est, &, in superiori Sylva, quicquid est citra amnem, qui dicitur Wirbach - - - concessimus quoque, ut in Bonis Monasterii secundum consuetudinem Provinciæ illius neque canes pascantur, neque stipendia Venatoribus dentur. Dedimus ei novalia, quæ ipsi in nemore nostro novavimus, Clinowa, & aliud Clinowa, Schataba, totumque reliquum nemus, cum omni utilitate - - in majori quoque Sylva, quæ dicitur Forstwalt, quo usque nostra potestas protendit, scil. Lossin, usque ad amnem, qui dicitur Hasela, dedimus ei potestatem venandi, novalia faciendi, & qualibet utilitate in ea fruendi &c.*

An. 1083, Liemaro, Hamburgensi, Archi- Episcopo, in Abbatia *Eltena*, teste charta Cæsarea sub dato *Romæ*, 10 Kal. Julii, apud *Lindenbrogium* l. c. §. 30 *diplomatum Hamburgensium*, pag. 144, & Dn. *Lunigium, in der Fortsetzung des ersten Theils* Spicilegii Ecclesiastici, *im Anhang zu den Ertz-Stifftern*, Tit. *Bremen*, §. 45, pag. 91: *Abbatiam Altene, in honore S. Viti martyris constructam, juxta Rhenum fl. in Pago Hamaland, Gerardi Comitatu, sitam, S. Hammaburgensi Ecclesiæ - - - perpetuo Jure possidendam tradidimus - - - dedimus autem eo more, quo Reges & Imperatores solent, cum omnibus appendiciis, Ministerialibus, mancipiis utriusque sexus, nundinis, theloneis, monetis, mercatis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, viis & inviis, exitibus & reditibus, Venationibus, aquis, aquarum decursibus, molis, molendinis piscationibus, quæsitis & inquirendis, Ecclesiis, Capellis, decimis, & cum omni Jure, quod ad hæc tempora habuit, & utilitate, quæ in futurum inde juste provenire poterit &c.*

An. 1085, Eidem, in Abbatia *Fredena*, teste charta sub dato *Wormatiæ*, 5 Kal. Januar. verbis præced. Tit. 2, §. 38, lit. c. ad h. a. occurrentibus.

An. eod. sub dato, *Augustæ* 5 Kal. Mart. in charta Fundationis Cœnobii *Haibacensis*, inquit *Nortpertus Curiensis* Præsul, apud *Hundium*, T. 2. *Metropolis* Tit. *Haibach*, pag. 268, (Edit. Vet. pag. 385) *Petri Adalberonem, Libertum & Ingenuum hominem, ut solenni traditione traderet, super Altare S. Mariæ, in Augusta Civitate, proprium meum Monasterium Hegibach, in meo proprio & hereditario agro situm, in Bojarico ducatu, in Pago Husin, in Comitatu Sigemari, Comitis - - - - libera manu tradidit idem prædictus Adalbero, super Altare S. Mariæ, cum omnibus utensilibus, ad id jure pertinentibus, in mancipiis, utriusque sexus, Ecclesiis, decimis, - - - Sylvis, Venationibus - - - - Piscationibus &c.*

An. 1091, Altwino, Brixinensi Episcopo, idem jus concessum in Comitatu *Pustrissæ* Imperiali charta teste, sub dato *Veronæ*, 4 Non. Septemb. apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Brixen*, §. I, pag. 1089: *Quendam Comitatum, situm in Valle Pustrissa, & duos mansos servorum in eodem Comitatu positorum, & in loco Rischone, S. Cassiano & Ingenuino, Patronis, S. Brixinensis Ecclesiæ, in proprium tradidimus, cum omnibus appenditiis, h. e. mancipiis utriusque sexus - - - piscationibus, Silvis, Venationibus - - - seu cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit &c.* annexa facultate libera inde faciendi, quicquid sibi placuerit.

An. 1126 Jure Foresti donasse *Beringarium*, Comitem de *Sultzbach*, Præposituram *Berchtolsgadensem*, innuit confirmationis charta *Friderici*, I. Imp. sub dato *Wirzburg*, An. 1156, Idib. Januar. apud *Gewoldum* Tom. II *Metropolis Hundii*, Tit. *Berchtesgaden*, §. XXXI, p. m. 121 & 122, & Dn. *Lunigium*, Part. 3, *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. V, Tit. eod. §. V, pag. 7; *Specialiter autem (confirmamus* Henrico, Præposito Berchtesgadensi) *& nominatim Forestum, quod circa Villam* (Berchtesgaden) *undique tenditur, cum Venationibus, piscationibus, pascuis & omni Jure Foresti, quod Comes Engelbertus, suique Parentes, longis retro temporibus, per terminos subtus annotatos, possederunt; post eos etiam Comes Beringarius de Sulzbach, qui scilicet idem Forestum præfatæ Ecclesiæ, plus quam tringinta annis ante Nos, tradiderat; ipsum, inquam, Forestum, cum omni Jure*

fi-

suo, jam dicto Cœnobio, Imperiali auctoritate donantes, confirmamus &c. Confirmatio ulterior *Philippi* Imperatoris, sub dato *apud Herbipolim* An. 1204, 6. Id. Mart. extat apud *Gewoldum* l. c. pag. 122 &c. & apud Dn. *Lunigium* l. c. §. IX, pag. 11; pariter ac *Friderici II*, sub dato *Ratispona*, An. 1212, 15 Cal. Mart. apud *Gewoldum* l. c. pag. 124, & Dn. *Lunigium* l. c. §. XVIII, p. 16 &c.

LOTHARIO Imp. debet Cœnobium *Walckenredense* chartam, sub dato *Mülehusen*, An. 1132. apud *Eckstormium*, in Chronico *Walckenredensi*, p. m. 39; Dn. *Leuckfeldum*, in *Antiquitatibus Walckenredensibus*, Cap. XVIII, §. 3, lit. a, pag. 355, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. VI, Tit. *Walckenried*, §. 1, pag. 842, ubi: *Notum esse volumus - - - quod Adelheida, sancta conversationis mulier, Deum hæredem sibi faciens, locum quendam, Walkenrit nominatum, qui sui Juris erat - - - divino cultui mancipavit - - - instituens ibi Regulam S. Benedicti. Nos itaque - - ejus laudabilem affectum commendantes & confirmantes, non solum confirmamus, verum etiam - - eandem donationem contigua quadam adjicientes, & Jus nostrum, quod Wildban dicitur, eidem loco permittentes, Regia nostra potestate amplificavimus & auximus, & per fidelem nostrum, Christianum, & per Ministeriales Regni Nostri certo termino prædictum locum designavimus - - - sed hæc veraciter & benigne, cum consilio totius Thuringiæ & Saxoniæ Principum, fecimus - - - - sunt autem hi termini, qui eundem locum, ex omni parte, distinguunt: Immerode, Sassenburgk, Moseberg, Eichenberg, Rathersrode. Si quis autem, quod absit, donum, sive hanc traditionem, refringere præsumpserit, Regia potestate coactus auri purissimi centum libras componat, dimidium Cameræ nostræ, & dimidium ipsi Ecclesiæ &c.*

CONRADUS III, in Diplomate, sub dato *Coloniæ*, 4 Id. April. Anno 1138, Ecclesiæ *Aquisgranensi* indulto, apud *Miræum*, lib. I. *Donationum Belgicarum*, Cap. 59, & Dn. *Tolnerum*, *Codic. Diplom. Palat.* §. 45, pag. 41, ait: *Prædium illud, quod est in Harve, quod Avus noster, Henricus III Romanorum Imp. - - - - - S. Dei Genitricis Mariæ Ecclesiæ Aquisgrani, sub privilegio donaverat, deinde filius Ejus, Henricus IV Imp. sua authoritate & privilegio firmaverat, eidem Ecclesiæ - - - - Regia authoritate nostra, juxta tenorem suorum Privilegiorum, roboramus, cum omnibus appenditiis, h. e. Mancipiis, areis, ædificiis - - - - Sylvis, Venationibus - - - - Piscationibus - -- -- & cum omni utilitate, quæ inde quolibet modo provenire poterit &c.*

Idem, sub dato *Aquisgrani*, An. 1146, 3 Kal. Januar, donavit Ecclesiam *Cameracensem* magno Foresto. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

In Diplomate FRIDERICI Barbarossæ Imp. *Henrico Leoni*, *Bojorum Saxonumque* Duci, sub dato *Goslariæ*, Kal. Januar. An. 1157, concesso, apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunsuicensib.* pag. 117 &c. habetur: *Nepos noster, Henricus, Dux Bavariæ & Saxoniæ - - - - obtulit nobis Privilegium Prædecessoris & Progenitoris nostri, div. mem. Conradi Imp. in quo continebatur, quod Comes quidam olim, Uto nomine, prædium Uxoris suæ, Beatricis, Hiordinge nominatum, situm in Pago Hrittega, & item aliud prædium suum, Holtzhusen nominatum, situm in Pago Hessiga, in Comitatu quondam Wernerii Comitis, cum omnibus pertinentiis suis, præfato Imperatori Conrado in proprium donaverit; & qualiter Imperator é contra - - - duo ejusdem Comitis Utonis beneficia, Comitatum suum videlicet, & Forestum in montanis, quæ dicuntur Hartz, sibi, suæque Uxori, Beatrici, eorumque post se utriusque sexus hæredibus, in beneficium perpetualiter tradiderit, & stabiliverit; eo videlicet tenore, ut, quicunque suorum utriusque sexus heredum, prædium illorum, in loco, qui Einbike vocatur, obtineret, is quoque prædicta duo beneficia, Forestum videlicet, & Comitatum prædicti Comitis Utonis, in Lisga, tam à sua, quam omnium successorum suorum, Regum & Imperatorum, donatione, sine omni contradictione, jure beneficiali, possidere deberet. - - - - Nos - - - sæpe dicto nepoti nostro, Henrico Duci, hæredi videlicet Comitis Utonis, Comitatum suum, & Forestum in montanis Hartz, lege in perpetuum valitura, in beneficium concessimus - - - ut tam ipse, quam omnes utriusque sexus sui heredes, eadem sæpe dicta beneficia, Comitatum, videlicet, & Forestum in montanis Hartz, perenni immutabilitate, teneant & possideant &c.*

De Charta HENRICI VI, An. 1193, *Ebersperg*ensi Cœnobio data, Vid. præced. Tit. 4, §. 7, lit. a, ad h. a.

Ab OTTONE IV nactus est *Widekinus*, *Corbejensis* Abbas, jus venandi in Sylva *Solingen*, teste charta, sub dato *Aquisgrani*, An. 1198, IX August. apud Dn. *Schatenum*, lib. IX *Annal. Paderbornens.* ad h. a. pag. 921 & 922 & Dn. *Lunigium*, P. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. V, Tit. *Corvey*, §. 61, pag. 101, ibi: *Fide-*

Fideli nostro, Widekino, Corbejensi Abbati, & Ecclesiæ sibi commissæ, feodum Foresti, quod Soligo dicitur, in præsentia Principum Imperii, recognovimus & tradidimus, eo tenore, ut in eo usum venandi habeat, & jus, quod vulgariter Wiltban appellatur, sine qualibet contradictione, exerceat.

PHILIPPUS Imp. confirmando Privilegia *Carolina Ludoviciana*, & *Ottoniana*, *Salisburgensi* ArchiEpiscopo indulta; sub dato *Maguncia*, An. 1199, 3 Kal. Octob. apud *Gewoldum*, T. I. *Metropolis Hundii*, in Catalogo *ArchiEpiscoporum Salisburg.* p. 51. (Edit. Vet. pag. 77.) & Tom. 2, in Historia Cœnobii *Berchtolsgadensis*, pag. 123. (Edit. Vet. p. 179.) & Dn. *Lunigium*, Continuat. Partis I. *Spicilegii Eccles.* Cap. 2. Tit. *Saltzburg*, §. 26, pag. 964 &c. ait: *Donationes eidem Ecclesiæ factas, & quoslibet contractus, quibus aliquid possidere cœpit, legitime, per Nostræ auctoritatis clementiam, renovamus, & confirmamus ---- primitus Castellum S. Erndrudis, cum omnibus eidem Castello juste & legaliter attinentibus, cum Curtibus, Venationibus, piscationibus, i. e. ab Ecclesia S. Martini, quæ respicit contra monticulum, qui vulgo Nochstain nuncupatur, sursum ex utraque parte fluminis Luaris, usque in rivulum Quartinesbach; insuper etiam de rivulo, venatione, piscatione, ex utraque parte prævocati fluminis, ad S. Maximilianum, usque dum Tunta, ex Aquilonari parte, perfluit in prædictum Flumen, atque rivulus Gastuna, ex Australi parte; item Forestum, à termino, qui in Pisoncia incipit, h. e. de rivulo Erilipach, usque ad montem Wassenburg, prope Iscalam, in illo loco, ubi terminus Foresti Rapotonis, quondam Comitis, ab isto se disjungit; & in Aquilonari parte, de rivo Tinnilmbach, usque in Summitatem montis, Cirnencus nominati, & jam dicto monte Wassenburch, usque ad præfatum monticulum Nochstain, illa montana omnia, quæ in potestate Antecessorum nostrorum fuerunt --- Præterea Arnesdorff ---- & ipsam silvam, cum omnibus ad eam pertinentibus ---- Præterea Rapam Sabariam Civitatem, & Ecclesiam, cum decima, & teloneis, vineis, agris, pratis, pascuis, Forestis, montibus, cunctis ad eandem Civitatem legaliter pertinentibus. --- Locum, quem vocant Quinque Ecclesias, cum Theloneis, Forestis, & cum proprietate omni, quæ ab Antecessoribus nostris ibidem ante beneficiata erant. Ad Ruginesfeld, quicquid ibi Regalibus pertinuit ----Forestum Susel, cum Banno, sicut in potestate Antecessorum nostrorum hæc fuerunt. Venationem quoque in Suezzental, quam populus cum Sacramentis in potestatem Antecessorum firmavit, ad venandos apros illic, & Ursos, per tres hebdomadas ante æquinoctium autumnale, & postea, usque ad Festum S. Martini &c.*

Idem, An. 1207, 4 Non. Novemb. in charta, *Manegoldo*, *Pataviensis* Ecclesiæ Episcopo, data, apud *Gewoldum*, T. I *Hundii Metropolis*, in Catalogo *Episcoporum Pataviensium*, lit. tt, pag. 252, (Edit. vet. pag. 379) & Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, §. 31, pag. 779, inquit: *Constitutis in præsentia nostra dilecto Fideli nostro, Manegoldo, Pataviensi Episcopo, & Ottone, Duce Meraniæ, ipse Dux, pro feudo Comitis F. de Bilestain, Ecclesiæ Pataviensi tunc vacante, & pro quadam summa pecuniæ, videlicet mille octingentis marcis, Castrum Windeberde, cum ministerialibus omnibus, sive inbeneficiatis, imo omnibus hominibus, quocunque Jure ipsi Castro pertinentibus, cum omnibus quoque possessionibus, terris videlicet, cultis & incultis, pascuis, pratis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, & demum cum universis pertinentiis suis, Ecclesiæ Pataviensis, per manus nostras, in perpetuam proprietatem contradidit &c.*

HENRICUS, Romanorum Rex donasse legitur, An. 1223, 6 Id. Jan. Civitatem Imperialem *Wimpinam*, *Foresto apud Wollenberg*; Vid. præced. Tit. V, §. 3, lit. a, ad h. a.

Idem decidendo litem inter *Henricum*, Episcopum *Basileensem*, & *Hermannum*, Marchionem *Badensem*, circa *Argentifodinas* & *Sylvarum custodias*, per *Brisgoviam*, *Francofurti*, an. 1234, 15 Kal. Mart. Mart. adscripsisse noscitur dicto Episcopo *den Wildbann* per Brisgoviam; Vid. præced. Tit. VI, §. 3, lit. a. ad An. 1234.

Locum hic meretur CONRADI, *Massoviæ* Ducis, donatio, An. 1230, Ordini Teutonico facta, præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, An. 1230.

WILHELMUS Hollandus, sub dato *Trajecti*, An. 1252, Cal. Junii, donavit, inter alia, *Thomam*, *Sabaudiæ* Comitem, *Silvis*, *Venationibus* & *Piscationibus*. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

RICHARDUS Anglus, sub dato *Berkamesces*, An. 1263, 17 Oct. similiter vindicavit *Petro*, *Sabaudiæ* Comiti, vacue facta *Kiburgensium* Comitis, *Hermanni*, Bona, cum *Sylvis*, *Venationibus*, & *piscationibus*. Vid. ibid. ad h. a.

LUDOVICI Bavari gratia, obtinuit *Castruccius* de *Altelminellis*, sub dato *Romæ*, An. 1328, 15 Febr.

Febr. Ducatum *Lucanum*, cum *silvis*, *nemoribus*, *piscationibus* & *venationibus &c.* ibid. ad h. a.

Idem, in charta *Rinichnacensis* Cœnobii, sub dato *Puechhausen*. An. 1342. *Mitwochen vor S. Margarethen-Tag*, apud *Gewoldum*, T. 2. *Metropolis Hundii*, Tit. *Rinichnach*, pag. 28 & 29. (Edit. Vet. pag. 43.) ait: *Do hetten wir Im* (Hartwigo de Degenberg, fundatori Cœnobii *Unser Frawen Aw bey der Flädnitz*) --- *zugegeben und gerigert*, (*geeignet*) *des wilden Waldes umb Unser Frawen Awe*, *drey Meil*, *nach der Leng*, *von der Rœrnach*, *untz gen Peebrach*; *und zwo Meil*, *von der Flædnitz*, *nach der Brait ein gen Beheim*, *mit allen ern Rechten und Nutzen*, *und mit aller der Frucht*, *die davor mit allen Sachen mecht erzeigt und vollbracht werden* --- *mit Waydt*, *Wassern*, *Bächen*, *Vischwaiden*, *Hœltzern*, *mit allem Gejaide &c.*

CAROLUS IV, in privilegio *Norimbergensium*, sub dato Nürnberg, An. 1350. *an S. Georgen Tag*, ap. Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, 2 *Theil*, 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, §. XII, p. 93, ait: *Wollen* ---- *daß die Wald*, *und der Forst*, *die bederseit des Wassers der Pegnitz gelegen seind*, *bey Nürnberg*, *es sey an Wasser*, *Waide*, *Holtz*, *Fürreiten*, *Nutzung*, *und mit aller Zugehörung*, *bey der Statt zu Nürnberg*, *ewiglich und ungehindert bleiben sollen*, *mit allen Rechten*, *Freyheiten*, *guten Gewohnheiten*, *als Sie von Alter*, *von Römischen Kaysern und Königen*, *unsern Vorfaren seel. und auch von Uns*, *herbracht*, *und kommen sind &c.*

Eundem investivisse *Wenceslaum*, fratrem suum, sub dato *in Urbe Metensi*, an. 1354, 3 Id. Mart. de Ducatu *Lucemburgico*, *cum Bannis*, *sive inhibitionibus Venationum*, *quæ vulgo Wildpene nominant*, *&* *pœnis inde sequentibus*, docet charta ejus præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

Idem, in Diplomate, sub dato *Pragæ*, An. 1366, 13 Kal. Maji, *Lamperto*, *Spirensi* Episcopo, concesso, apud Auctorem *Catalogi Privilegiorum Statuum Imperii de Non appellando*, in appendice, pag. 64, ait: *Omnia Jura*, *Castra*, *Oppida*, *conductus*, *telonia*, *Villas*, *Sylvas*, *&* *bona supra scripta*, *ac etiam alia bona ejusdem Spirensis Ecclesiæ*, *cum villis*, *hominibus*, *dominiis*, *bonis*, *curiis*, *agris*, *cultis & incultis*; *vineis*, *prædiis*, *rusticanis & urbanis*; *Judiciis*, *altis & bassis*; *Jurisdictionibus*, *Bannis*, *teloniis*, *conductibus*, *Forestariis*, *Inhibitionibus Ferinarum*, *reditibus*, *censibus*, *utilitatibus*, *pœnis*, *sylvis*, *rubetis*, *venationibus*, *aucupationibus*, *pratis*, *pascuis*, *aquis*, *molendinis*, *aquarumve decursibus*, *piscinis*, *piscaturis*, *montibus*, *vallibus &c.* *approbamus*, *ratificamus*, *innovamus*, *de novo concedimus & confirmamus gratiose &c.* Conf. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

Ex ejusdem conventione cum Episcopo *Herbipolensi*, Comitibus *Würtenbergico & Hohenloico*, eorumque confœderatis, nec non Civitatibus quibusdam Imperialibus Suevicis, de An. 1376, nactam fuisse Civitatem *Wilam die Freye Pürsch*; docet *Ferdinandus I*, in confirmatione hujus privilegii, sub dato *Augspurg*, An. 1559, 12 Junii, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4. *im Andern Theil*, 48 *Absatz*, Tit. *Weyl*, §. 22, pag. 602, ibi: *Thun kundt allermänniglich*, *daß Unser und des Reichs Lieb Getrew*, *Bürgermeister und Rath der Stadt Weyl*, *haben underthäniglich fürbracht*, *wiewohl in weyland unsers Vorfahren am Reich*, *Kaysers Karls des IV*, *löbl. Gedächtnüß*, *Vertrag*, *den Sein Lieb*, *als man von der Geburth Christi gezehlt hat dreyzehen Hundert und Sechs und Siebenzig*, *zwischen einem Bischoff zu Würtzburg*, *Graffen zu Würtenberg und Hohenlohe*, *undt ihren Verwandten*, *auch etlichen Unsern und des H. Reichs Stetten in Schwaben*, *und Ihren Mitverwandten*, *darunder die Statt Weyl auch gewesen*, *gemacht und aufgericht*, *ein Artickhel der Freyen Pirsch halben* (*mit dem gemeine Stadt*, *von weyl. Römischen Kaysern und Konigen begabt*,) *eingeleibt und gestelt sey*, *und daß auch bißher Ihre Vordern*, *Bürgerschafft*, *und Sie dieselben Freyen Pirsch also ingehabt*, *und sich deß gebraucht haben*; *so müssen sie doch Fürsorg tragen*, *daß Ihnen*, *über solches alles*, *in künfftig Zeit*, *etwas darin Eintrag*, *Eingriff oder Irrung begeben möchte*; *und uns darauff demietiglich angeruffen &c.* & postea: *Mainen*, *setzen und wollen*, *daß nun hinführo derselb Artickhel*, *mit allem seinen Inhalt und Außweisungen*, *kräfftig und mächtig seyn*, *und gemelte Bürgermeister*, *Rath und Gemeine Statt Weyl*, *und Ihre Nachkommen*, *dabey bleiben*, *und sich der Freyen Pirsch gebrauchen und geniesen sollen und mögen*, *von allermänniglich unverhindert &c.* Confirmatio *Maximiliani II*, sub dato *Augspurg*, An. 1566, 17 April, extat ibidem, §. 24, pag. 604; ut & *Rudolphi II*, sub dato *Augspurg*, 1582, 8 Aug. ibid. §. 26, pag. 606; & *Matthiæ*, sub dato *Regenspurg*, 1613, 14 Oct. l. c. §. 28, pag 608; & *Ferdinandi III*, sub dato *Wien*, 1651, 30 Junii l. c. §. 30, pag. 611.

An. 1396, *an S. Oswalts-Tag*, in fundatione Cœnobii *S. Oswaldi*, apud *Gewoldum*, Tom. 3 *Metropolis Hundii*, Tit. *S. Oswaldi*, p. m. 39 & 40 (Edit. vet. p. 58) inquit *Johannes*, Landgravius de *Leichtenperg* & Comes de *Hals*: *So haben wir Ihnen*, *und dem obgenanten Unserm Closter zu S. Oswalt*, *von Unserm*, *und unserer Graveschafft zu Hals*, *freyen*

aigen Güettern, gegeben und geaigent; geben, aignen und vermachen Ihn, mit dem gegenwürdigen Unserm Brief, die hernach geschrieben Güetter, aus Unserm Nutz und Gewehr, in die ihren Nutz und Gewahr, ewigclichen zu haben, und zu nutzen; zum ersten, die Khürchen und Pfarr, zu Unser lieben Frauen, Maria, Gottes Mutter, in der Gravenau, die Unser rechts Erb ist ---- unser Dorff und Guet zu Reichenperg ---- unser Dorff zu Hœchenprun --- zu Haslach, zehen Lehen ---- zu Schœnnanger, zwölff Leben ---- zu Grienpach, sechs Lehen ---- das Guette zu Subeneln, gar hinder hin in den Waldt, biß an die Och ---- mit allen ihren Ehren, Rechten, Gerichten, Herrlichkeiten, Nutzen, Gülten, Zinsen, Zehenden, Steuren, GerichtsHändl, Fischwaiden, Wiltpænnen, Forst-Rechten, Gewohnheiten &c.

An. 1418, Illustriss. Comites *Hoenloicos* Banno ferino fuisse gavisos, ex Confirmatione ipsorum Privilegiorum SIGISMUNDI Imp. discimus. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad hunc annum, ubi exempla plura de Ann. 1420, 1425, 1474, 1495 & seqq. Cernimus hinc:

(1) *Jus Foresti*, *Forestûs*, seu *Forestæ*, à *Jure venandi* esse diversum, proinde, nec *sylvas* & *foresta* pro synonymis habenda. Vid. præcedentes chartæ: *Herbipolensis*, An. 1000; *Bambergensis*, An. 1007; *Laurishamensis*, An. 1012; *Paderbornensis* An. 1019; *Elwangensis*, An. 1024; *Frisingensis*, An. 1029, 1046, 1065 & 1069; *Mindensis*, An. 1029, *Hamburgensis*, An. 1065; *Passaviensis*, An. 1067. *Lucelburgensis*, An. 1354 &c.

(2) Proceres Imperii, jam à Reipublicæ incunabulis, tam *Juris foresti*, quam *venandi*, fuisse participes, diversis licet titulis, veluti *proprietatis, donationis, contractus &c.* diversisque modis; salvo ubique Foresto dominico; quo trahenda ex *Capitularib. Francorum* Lib. 4, Cap. 42, apud *Baluzium*, T. 1 *Capitularium*, pag. 785, Tit. de *Forestibus noviter institutis*, verba: *Quicunque illas habet, dimittat, nisi forte indicio veraci ostendere possit, quod, per jussionem, sive per permissionem, domni Karoli, Genitoris nostri, eas instituisset, præter illas, quæ ad nostrum opus pertinent, unde Nos decernere volumus, quicquid Nobis placuerit &c.* & Cap. 65, *de Forestibus dominicis*, pag. 788: *de Forestibus nostris, ut, ubicunque fuerint, diligentissime inquirant, quomodo salvæ sint & defensæ, & ut Comitibus denuncient; ne ullam forestam noviter instituant, &, ubi noviter institutas sine nostra jussione invenerint, dimittere præcipiant &c.* Conf. *Leg. Longobard.* Lib. I. Tit. 23, Cap. VII, apud *Goldastum*, de *Consuetudin. Imperialib.* pag. 31; & Lib. 3, Tit. 35, apud *Lindenbrog.* in *Codice Legum Antiquar.* p. 689.

(3) Ante constituta *Foresta*, cuilibet licuisse libere venari; secus, *Forestis* semel constitutis. Vid. præced. chartæ: *Leodiensis*, An. 915; *Frisingenses*, An. 973 & 989; *Mindenses*, An. 991, 1029 & 1033; *Herbipolenses*, An. 1000 & 1027, *Osnabrugensis*, 1002; *Laurisham.* 1012; *Elwangensis*, 1024; *Rinichnacensis*, An. 1029; *Brixiensis*, An. 1048; *Passaviensis*, An. 1049; *Hildesheimensis*, An. 1062; *Lucelburgensis*; An. 1354; *Spirensis*, An. 1366; Conf. Diploma erecti Ducatus Holsatiæ, An. 1474, præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a. Hinc *jus Foresti*, vel *Foresta*, vel *Forestandi*, nihil aliud denotasse, quam jus excludendi alios à Venatione, post Dn. *Schilterum*, Exercit. 45, ad ff. §. 6, notavit Ill. *Stryckius*, in Præfatione *ad Corpus Venatorio-Forestale Fritschii*, §. 34, & 36; Conf. Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 67, pag. 62.

(4) Ad constituenda *Foresta*, opus fuisse consensu eorum, quorum intererat, ea constitui, vel non constitui, cum nemini invito, citra culpam, jus suum auferri queat. Hucque facere prædictas chartas: *Coloniensem*, An. 973; *Mindensem*, An. 991; *Leodiensem*, An. 1008; *Herbipolenses*, An. 1023 & 1027; *Elwangensem*, An. 1024; *Mindensem* 1029; *Brixiensem*, An. 1048; & *Hildesheimensem*, An. 1062.

(5) Ex vetustissimis tabulis, *ferarum majorum* mentionem facientibus, præter *Aquisgranensem* chartam de An. 804, de qua dictum; esse *Coloniensem*, cit. de An. 973, verb. *Cervos & Cervas*; *Verdensem*, An. 985; *Eltenensem*, An. 997; ubi eædem feræ; *Herbipolensem*, An. 1000, verb. *Cervum, Cervam, aprum sive apram, Ursum, sive Capreolum &c. Osnabrugensem*, An. 1002; ibi: *In porcis videlicet Silvaticis, atque Cervis, omnique venatione, quæ sub Banno, usuali more, ad Forestum deputatur &c. Herbipolensem*, An. 1023, verb. *Cervos & Cervas, Sues atque Capreolas &c. Saltzburgensem*, An. 1199, ubi: *Ad venandos apros illic, & Ursos &c.*

(6) Sub generali titulo *appendiciarum*, non minus olim comprehensum fuisse *venandi Jus*, ac *jus tenendi pascua, prata, areas, ædificia &c.* quorum in memoratis chartis plerisque mentio; indeque concludendum illud non nisi *improprie* Regalibus annumerari posse.

(7) Episcopis, & inferiori Clero, licet *hoc jus* olim penitus prohibitum fuerit, testibus *Matisconensis II* Concilii, de An. 588, Canone XIII, Tom. 2 Conciliorum *Petri Crabbe*, pag. 91: *Volumus igitur, quod Episcopalis domus, (quæ ad hoc, Deo favente, instituta est, ut, sine personarum acceptione, omnes in hospitalitate recipiat,) canes non habeat ---- ubi igitur Dei est assiduitas cantilena, monstrum est & dedecoris*

decoris nota, canes ibi vel accipitres habitare &c. C. 1. *Concilii Aurelianensis*, (vid. lib. V Decretalium Gregorii IX, Tit. XXIV, de *Clerico Venatore*, Cap. I) *Episcopum, Presbyterum aut Diaconum, canes, aut accipitres, aut hujusmodi, ad venandum, habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione: si Presbyter, duobus; si Diaconus, ab omni officio suspendatur &c.* & Cap. 2 ibid. *Omnibus Servis Dei Venationes, & Sylvaticas vagationes cum canibus, & accipitres, aut falcones habere, interdicimus &c.* & Synodo *Augustana*, sub *Gregorio III* P. R. à *Bonifacio* Moguntino (An. 740, juxta *Baronium*, Tom. IX *Annal.* ad h. a. pag. m. 142, §. 2) habita, de cujus decretis evolvendæ ipsius *Bonifacii* literæ ad *Guthbertum*, *Dorovernensis* Ecclesiæ Præsulem Anglum, apud *Baronium* l. c. §. V, pag. 142, & *Centuriatores Magdeburgicos*, Centur. VIII, Cap. IX, p. m. 547, ubi: *Venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones habeant*, (Clerici) *prohibuimus &c.* nec non alia Synodo, imperante *Carolomanno*, an. 742, in Germania, & quidem, juxta *Lehmanni Chronicon Spirense* lib. 2, Cap. 41, p. m. 168, *Moguntiæ*, celebrata, de qua ipsius *Carolomanni* Rescriptum extat, apud *Othlonum*, in Vita *S. Bonifacii*, Cap. 34, apud *Surium*, die 5 Junii, p. m. 66; *Baronium* l. c. ad An. 742, §. 12, p. m. 166; *Goldastum* Tom. 3 *Constit. Imper.* p. 117, & Tom. 2 *Conciliorum Petri Crabbe*, f. 111, ubi rursus: *Nec non & illas venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus, omnibus servis Dei interdiximus; similiter, ut accipitres & falcones non habeant &c.* ne dicam, de *Ambrosio*, Homil. 33, de *Quadragesima*, cujus verba *Gratianus*, Distinct. 86, Cap. 12, *Quid prodest*, recitat; *Augustino*, in Psalm. 102, vers. *Faciens misericordias*, ibid. Cap. VIII, *Qui venatoribus*, & Cap. IX, *Qui venatoribus*; & in Psalm. 147, ibid. Cap. X, *Vident homines &c.* *Hieronymo*, in Psalm. 90, vers. *Sperabo in domino*; ibid. Cap. XI, *Esau venator &c.* *Nicolao*, P. R. in Rescripto ad *Albinum* ArchiEpiscopum, unde sua *Gratianus*, Distinct. XXXIV, Cap. I, *Quorundam &c.* *Petro Damiani*, in apologia sua, apud *Baronium* l. c. Tom. XI, ad An 1061, §. 39, p. m. 289; nec, quod *Bonifacii* laudati Antecessor, *Wiliebus*, (al. *Gervilio*,) *venationum* intuitu, à *Gregorio* P. R. depositus fuerit, *Trithemio* teste, in vita *S. Maximi*, *XIX* Episcopi Moguntini, Cap. V, apud *Surium* d. 18 Novemb. p. m. 402, verb. *Wiliebus Laicus, ignarus divinarum scripturarum, propter venationes, & homicidium, sententia Gregorii Papæ secundi, fuit depositus &c.* nec, quod eandem thesin, *Covarruvias*, in Cap. *Peccatum*, Part. 2, §. 8, n. 3, p. m. 489; *Noë Meurer, im Unterricht, von Verhauung und Wiederbauung der Wälde und Gehöltze, auch den Wildbanen, Fischereyen &c.* Part. 2, Tit. *welchen Personen und Stand für dem andern, das Weidwerck zu treiben, zugelassen?* & Part. VII, Tit. *Venatio Servis Dei interdicta &c.* apud *Fritschium*, in cit. *Corpore Venatorio Forestali*, resp. pag. 319, & 404 &c. Dn. *Kolbius*, in *Aquila certante*, in *Confutatione Signi 2 Solmensis*, Art. VIII, §. 4, pag. 43 &c. sexcentique alii, confirment;) Ecclesiis tamen, à multis retro seculis, illud jam competiisse, & ab earum ministris, ad hoc constitutis, licite adhuc exerceri. Ipsismet Clericis venationem quietam, quæ, absque magno strepitu & clamore, qualis minorum ferarum, cum retibus, paucisque canibus, nec frequenter, fiat, nec à divinis avocet officiis, permissam esse, *Canonistarum* auctoritate probat *Kolbius* l. c. alias cautelas addente Dn. *Gloxin*, Diss. Inaugurali, de *Juribus venandi Principum Imperii*, Argentorati, An. 1666 ventilata, Membr. 2, §. XI; ubi requiritur, ut Clerici proprias habeant sylvas; nec venatio exerceatur diebus festis; nec tempore imprægnationis partusve ferarum; necessitatisve causa instituatur, ad excitandum v. g. calorem naturalem, seu appetitum; aut utilitatis publicæ gratia, ad extirpandas feras nocivas, veluti lupos, vulpes &c. junge, nec Reipublicæ damnosa sit, de quo casu *Chassanaus*, in *Consuetudinib. Burgundicis*, Rubr. XIII, c. 7, n. 3, p. 1482, in Additione, loquitur: *Jacob Rebuf*, inquiens: *in L. un. C. de Venatione Ferarum, dicit, quod, in Forestis inclusis, licitum est prohibere, in aliis non; vel etiam, ut dicit, prohiberi potest talis Venatio, quæ esset damnosa Reipublicæ, puta, si esset talis, quæ esset excessiva; puta, si genus aliquorum animalium, vel volucrum, devastaretur, ut dicit in venatione perdicum, quæ fit ad tonam, vel ad aliud instrumentum, quod dicitur Sauna &c.* Quamvis ejusmodi extirpatio non facile timenda.

(c) NUTRIUNTUR &c. Ad similitudinem *Aquarum*, quæ regulariter ad eum pertinent, per cujus Territorium labuntur. Vid. *Klockius*, T. 1. Consil. 33, §. 5 & 7, & T. 3, Consil. 149, §. 256, ibique allegati alii; Conf. Dn. *Kolbius* l. c. Art. VIII, §. 2, n. 2, p. 42.

(9) De hac Forestali Jurisdictione (*a*) Principibus Imperii competente, hodie, in Imperio Romano Germanico, eo minus dubitatur, cum Duces, ac cæteri Status Imperii, ab Imperatore *mit dem Wildbahn* investiantur, (*b*) prout, ex variis Investiturarum formu-

 lis,

lis, patet: nisi forte, consuetudine immemoriali (*c*) alicubi receptum sit, ut sylvæ sint publicæ, seu communes, ac in eis venatio libera existat; *Wo freye Bürsch üblig ist.* Quod consideratum fuit, in causa *Schwæbisch-Gemünd*, contra *Rechberg*. *Rulandus, 4. de Commiss. lib. 2. c. 8, n. 21*; *Besoldus, Thesaur. Pract.* verb. *Freye Bürsch.*

NOTÆ.

(*a*) FORESTALI JURISDICTIONE &c. De *Jurisdictione Forestali, von Förstlicher Ober- und Herrlichkeit, oder Hoher Wild-Fuhr Gerechtigkeit, eique annexo Jure venandi*, dissertationem edidit *Melchior Ludovicus Westenholtz*, Helmstadii, An. 1674, Respondente Dn. *Joh. Ottone von der Marwitz*, Eq. March. Non confundenda est hæc Jurisdictio cum *Jure Foresti*, seu *Foresta*, de quo seq. §. 11; nec non *Jure venandi*; utpote utrumque includens, de quo ita *Rudingerus*, in *Observationib. Singularibus*, Centur. 2, *Observat.* 42, p. m. 613: *Hæc duo, Forst-Recht & Wildbann, conjunctim, non vero separatim, posita, Jurisdictionem Forestalem constituunt &c.* Conf. *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 2, Part. I, C. 7. m. I, §. 432; *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Forst*, p. m. 260; *Dietherr*, in Addit. ad *Besoldum*. voc. ead. pag. 262, & voc. *Wildbahn*, pag. m. 1006; *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Forst-Recht*, p. m. 120 &c. Dn. *Gloxin*, cit. Inaug. *de Juribus venandi Principum Imperii*, Membr. 2, §. 10, qui, *Jurisdictionis* hujus memor: *Cujus duæ partes sunt: Jus foresti, & jus venandi, quæ, si conjungantur, demum conficiunt die Færstliche Obrigkeit &c.* In nativo sensu, *Jus foresti* involvere, plenum jus excludendi alios ab usu sylvæ, seu venandi facultate, præced. §. 8. lit. b, porismate 3, probavi; adeoque, qui eo gaudet, regulariter simul gaudere debet, juribus *venandi, lignandi, pascendi, saginandi porcos*, similibusque aliis; *Jus venandi* contra, nuda potestate investigandi, prosequendi, capiendique feras, absolvitur. Utut autem *Jus foresti*, tanquam magis plenum, *jus venandi*, tanquam minus plenum, regulariter secum trahat, sæpissime tamen diversis personis hæc duo Jura conferri, tralatitium est; recte hinc *Germanus Philoparchus*, Tract. *vom klugen Beambten*, an. 1701 edit. Tit. XXXIV, §. 1; *Ob nun schon die Jurisdictio Forestalis (welche einige auch nur das Jus forestale, oder Foresti, nennen) regulariter, so wohl das Forst Recht, als das Weidwerck, in sich begreiffen solte, so geschicht es doch, daß, gar offt, beedes, an einem Ort, zweyerley Persohnen zukommet, und daß Einer die Forstereyen; der Ander das Jagd-Recht, exerciret &c.* idem docentibus Actis *Schwäbisch-Gemünd, contra Rechberg*, apud *Rulandum*, Part. 4, de *Commissar.* lib. 2, Cap. 8, §. 43; *Besoldo* l. c. voc. *Forst*, ibique *Dietherr*, in Addit. *Rudingero* l. c. *Wehnero* l. c. *Knipschildio*, de *Privilegiis Nobil.* lib. 3, Cap. V, §. 220 & seqq. pag. 203 &c. *Christoph. Feschio*, Diss. de *Re Venatoria*, Part. I, §. 12, lit. e, & Part. 2, §. 2, lit. c; *Mylero*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 73, §. 5, pag. 651; *Westenholtz* l. c. §. 36; Ill. *Coccejo, Prudent. Juris Publ.* Cap. 23, §. 50, pag. 378 & 379. Quam plenum vero *Jus foresti* alicui competat, nondum propterea sequitur, eidem statim & *Jurisdictionem forestalem* vindicandam, quippe quæ, nisi expressis verbis simul concedatur, *Superioritati Territoriali* connexa manet; Vid. Ill. Dn. *Stryckius*, cit. Præfat. *ad Corpus Juris Venatorio-Forestalis Fritschii*, §. 39. Versa vice, palam est, sub concessione *Jurisdictionis universalis, der Hohen- und Nieder-Gerichten, und aller Obrigkeit, Jurisdictionem Forestalem* haud comprehendi; expeditum cum sit, *Jurisdictionem* hanc, à *Territoriali*, separari posse. Vid *Noë Meurer, vom Forst- und Wasser-Recht*, Part. 2, Tit. *Ob der Hohen Oberkeit die Forstliche anhang?* apud *Fritschium* l. c. pag. 321 &c. *Wehner* l. c. pag. 122, §. *Hinc sæpissime &c. Ludwel, Synops. Feudal.* §. 13; *Joh. Christoph. Donaverus*, Diss. de *Jurisdictione communi*, An. 1698 *Altorfii* habita, Cap. 3, §. 5 & 6, p. 29.

(*b*) INVESTIANTUR &c. Testibus innumeris feudalium literarum formulis; Vid. (post *Knichen*, de *Saxonum privilegio & Jure non provocandi*, Verb. *Ducum Saxoniæ*, Cap. 4, §. 61. p. 216 &c. *Wehnerum, Observat. Pract.* voc. *Forst-Recht*, p. 120. *Besoldum*, Consil. 212, §. 24; *Klockium*, Consil. 29, §. 247; *Christophorum Feschium* l. c. Part. 2, §. 1, lit. E, & §. 4, lit. B. aliosque;) *Mylerus* l. c. §. 2, p. 649, addens: *Qui modus, per Regiam Investituram, conferendi Jura forestalia, cum Banno ferino, etiam in Anglia, Scotia & Hibernia, ab antiquo observatus fuit, teste Thoma Cragio, de Feudis Scoticis, lib. 2, Dieges 8, fol. m. 192; Jacobus Waræus, in Antiquit. Hibern. c. 27, ubi veteres investituræ Hibernicæ formulas egregias refert &c.*

(*c*) IMMEMORIALI &c. In multis Germaniæ locis Venationem liberam reperiri, notorium est. *Besoldus Thesaur. Pract.* voc. *Freye Bürsch*, p. m. 267, ait: *Freye Bürsch, est locus, ubi omnibus libera venandi potestas concessa est, qualis est locus ex una parte Oppidi Tubingensis.* Ubi autem ejusmodi libera venandi potestas viget, ibi venatio prohiberi nequit: cum Principi, sine justa causa, subditis jura quæsita eri-

eripere non liceat. Vid. *Speckhan* in *Quæstionibus*, Centur. I, Quæst. 97; *Besoldus*, de *Majestate*, Sect. 3, Cap. 7, §. 9, fol. 178; *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Concluf. 24, n. I, & in notis, lit. a; *Knipschildt*, de *Juribus Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. VII, §. 20, pag. 313; & de *Privilegiis Nobilitatis Immediatæ*, lib. 3, Cap. V, §. 38, p. 180; *Dietherr*, in Addit. ad cit. loc. *Besoldi*, voc. *Freye Bürsch*, p. 267; provocans ad *Zeilleri* Centuriam 4 Epistolarum, Q. 51, pag. 271; *Mylerus* l. c. §. 3, pag. 650, ex Tract. *Jacobi von der Graef*, de *Regalibus*, Cap. 41, §. 3, notans, Ducatus Brabantiæ Status Provinciales, quotiescunque novum Dominum sortiuntur, speciali capitulatione, non solum pro Equestri Ordine, sed & pro quibuslibet Brabantiæ Incolis, liberam venationem stipulari solere. Dn. *Gribner*, *Opusc. Juris Publici*, Tom. I, Sect. 4, §. 2. pag. 141 &c. ubi ResponsumAcademiæ Wittebergensis JCtorum, dicentium: *Da aber die Jagt-Gerechtigkeit, und andere dergleichen Jura, so auch von Privatis exercirt werden können, allerdings per Præscriptionem Immemorialem, als welche dißfalls vim tacitæ concessionis hat, auch von denen Unterthanen wieder Ihren Landes-Herren, acquirt werden mögen; Ziegler, de Jur. Majest. l. 2. C. VI.* §. 4, *Lyncker, Decis.* 382; *Mencken, Jur. Contr. Decad.* 4. §. 9. *&c. So ist &c.*

(10) Forestalis Jurisdictio est potestas, quam Princeps Imperii, in Sylvis ac Nemoribus, eorumque ratione, (*a*) possidet & exercet. Forestalis Jurisdictio, ut totum considerata, consistit (1) in Banno ferino, *Wildbann*, (*b*) quod jus venandi dicimus; (2) Jure Foresti, *Forst-Recht*, (*c*) quæ non sunt unum idemque, sed inter se differunt, (*d*) & separantur, ac separata faciunt munia, & distinctos actus; alia enim committuntur *einem Forst-Meister*, (*e*) qui Sylvis præficitur, ne, per excisionem arborum, ea devastentur; alia, *einem Jægermeister*, (*f*) qui venatoriis negotiis præest. Nec juri Foresti semper adhæret (*g*) jus venandi; nec juri venandi semper adhæret jus Foresti, ut conclusum est in causa *Schwæbischen Gemünd*, contra *Rechberg*; *Ruland*, *dict. Tract. Part.* 4, *Lib.* 2, *Cap.* 8, § 54.

NOTÆ.

(*a*) EORUMQUE RATIONE &c. Locum parallelum sistit *Mylerus* l. c. §. 4, pag. 650 & 651; laudatus Auctor Tract. *Vom klugen Beambten* l. c. ait: *Die Forsteyliche Obrigkeit, ist ein neues inventum in Teutschland, davon die Leges Romanæ nichts wissen, und wird unter die Jura Territorialia, ex usu Germaniæ, gezählet, und begreiffet in sich, (1) die Fœrstliche Hoheit, oder Macht-Forst-Ordnungen und Jagd-Gesetze, heraus zu geben; (2) Das Jagd-Recht selbst, mit excludirung anderer, der Wildbann genannt &c. und (3) das Forst-Haag-und Wald-Gericht, oder, die Macht über Forst-Sachen, und dergleichen Delicta, welche beym Jagen, oder im Mißbrauch des Waldes, denen Jagd-und Forst-Ordnungen zuwieder, vorgehen, zu cognosciren und zu strafen: Dann, ausser denen Forst- und Jagds-Handeln, erstrecket sich die Forsteiliche Obrigkeit, an und vor sich, nicht, und kan der Dominus forestæ, über einen im Wald begangenen Todtschlag, nicht cognosciren, oder die Verbrechere der Forst-und Wald-Ordnung criminaliter abstrafen &c.* Idem docet Illustr. *Stryck*, in *usu moderno Pandectarum* Lib. 2. Tit. I. de *Jurisdictione*, §. XVI, p. m. 188. Rationem addit *Besoldus* l. c. voc. *Forst*, pag. 261; *quod de Jure Forestæ ad merum Imperium, cum separata & diversa sint, male inferatur. Conf. Gylmanni Symphor.* T. 2, Part. 3, Tit. X, Voto 2, §. 29 & 30, p. m. 236; *Heideri Apologia der Reichs-Vogtheyen*, Cap. V. pag. 231; *Rudinger, Singular. Observat.* Centur. 2, Observat. 42, Tit. *vom Forst*, p. m. 614.

(*b*) *WILDBANN*; Occurrit jam hæc vox (præced. §. 8. lit. b,) in Chartis *Frisingensi*, An. 1074; *Walckenredensi*, An. 1132; *Corbejensi*, An. 1198, & *Francofurtensi*, An. 1234. Denotat modo locum tam circumseptum, quo Feræ includuntur, *einen Thier-Garten*; quam non circumseptum quo Feræ libere congregari, vivere, ire & redire solent, venandi facultate Principi reservata; vulgo *Wildbahn*, quasi dicas *Viam tutam ferarum*; modo ipsum venandi Jus, quatenus illud non solum in sylvis, *im Wald, Forst, Büschen &c.* sed & extra Sylvas, in agris, campis, & pratis, *auf freyem Feld*, exercetur. Hinc minus accurate *Bannum Sylvestre* vocatur, pro *Banno ferino*, eo quod priori ratione nomen à *Sylva* duceret, proinde perperam de venandi potestate in agris, campis & pratis intelligi posset; Vid. *Gœtsius*, Diss. de *Banno ferino*, Cap. I, §. 3, apud *Fritschium*, Part. I. *Corp. Jur. Venatorio-Forestalis*, pag. 645; *Knipschild*, de *Privilegiis Nobilit. Immed.* Lib. 3, Cap. V, §. 223, pag. 203; *Wehnerus*, *Observ. Pract.* voc.

voc. *Forst-Recht*, p. m. 120, observans insuper, vocabulum *Wildbann* ut plurimum specialiter *auf Hagen, Jagen, Hetzen, groß und klein Wildprett zu treiben*, referri; quandoque vero à Principibus latius quam sit, extendi ad omnia fere Jura quæ competere possint, ita ut *Gebot, Verbott*, h. e. Jurisdictionem, pignorationes, aucupationes, venationes, jus glandis legendæ, pecoris pascendi, aquæ ducendæ, appositiones custodum, pœnas, mulctas, omniaque alia Jura, quæ excogitari queant, sub se comprehendat. Conf. *Besoldus* l. c.

(c) FORSTRECHT &c. de quo præced. §. 9, lit. a.

(d) DIFFERUNT &c. Tanquam magis & minus plenum, per tradita ibidem.

(e) FORSTMEISTER &c. *Noë Meurer*, cit. Tract. *Vom Forst- und Wasser-Recht*. Part. I, Tit. *Eines Forstmeisters Befehl und Bestallung*, apud *Fritschium*, in *Corpore Juris Venatorio-Forestalis* Part. I. pag. 293, inquit: *Unsere Forstmeister die sollen fürnemlich auffsehen haben, wo unsere Gerechtigkeit aller unserer Wälde, Wildstreits, Jägereyen, und Fischereyen, aus- und angehen; deßgleichen, auf unsere reitende, gehende Förster und Jäger; Hasen-Füchs-Otter- und Biber-Fänger, neben unserm Jæger-Meister, Auffsehens haben, damit sie unsere Wälde, Wildbanen und Fischereyen, recht bereiten; Niemands, dann dem es gebühret, Holtz zu geben, oder hauen lassen; auch niemands zu jagen, oder zu fischen vergönnen; auf die Wælde täglich reiten; so Brenn-Holtz vorhanden, dasselbige anzeigen; Ob dem Bau-Holtz, daß dasselbig nicht verwüst, halten, und sonderlich darob seyn, daß mit dem Viehe in die Häge nicht getrieben &c.* Conf. *Fürstl. Braunschweig. Lüneb. Jagt und Forst-Ordnung*, Cap. IX, *von der Forst-Bedienten Amt und Verrichtung*; apud *Fritschium* l. c. Part. 3, §. X, p. 121; ut & *des Hertzogthums Würtenberg erneuerte Forst-Ordnung* de An. 1614, Part. I, Tit. *Eyd der Wald-Vögte und Forstmeister &c.* ibid. §. XIII, pag. 138, nec non *der Graffschafft Hohenloe erneuerte und verbesserte Wildbahn-Forst- und Holtz-Ordnung*, de An. 1579, Tit. 39, *Von der Form der Eyde der Forstmeister, und Forst-Knecht*; ibid. pag. 261 & 262.

(f) JÆGERMEISTER &c. De hujus munere, ait *Noë Meurer*, sub Rubrica *Einer gemeinen Bestallung und Befehls eines Jægermeisters* l. c. *Unser Jægermeister, soll in allen Æmptern, auf Unser Closter, Unser Unterthanen und Gemeinden eigene Wäld, Wildban, Jägereyen, Bäch, Fischereyen, ein Auffsehens haben; für sich selber, niemands kein Holtz geben, es werde ihm denn befohlen, so Brennholtz erwachsen, und hauig, dasselb, durch die Forst-Meister, oder andere, nachdem es herkommen, zu rechter Zeit, zu Nutz hauen und verkauffen lassen; ob dem Bau-Holtz, damit dasselbig nicht verwüste, halten, darneben verschaffen, das Viehe nicht in die Häu treiben; auch darzu sehen und trachten, damit, durch Forst-Meister, und Forst-Knecht, auf den Grentzen, und benachbarten Auf- und Angängen, in Wälden, Forsten, Wildbanen, Jägereyen, Bächen, Fischentzen, Ebnen, Berg und Thalen, Unsere Gerechtigkeit, gebührliches Fleisses, und stracks, gegen männiglich, gehandhabt werde; auch die Jagten, so streitig zu machen unterstehen wollen werden, bey Zeiten bejagen; und, ob nicht Wildtpredt vorhanden, dannoch, zu handhaben Unser Gerechtigkeit, ein Streich dardurch thun. Er soll auch auf die Aue, Wehr, Vögel und Salmengründ, Eißbrüch, neue an- und aufwerffende Sände im Rhein, fleissig Achtung haben &c.* Conf. Ejusdem *Anhang, von der Jägerkunst*, Cap. 3. ibid. pag. 509; *Christophorus Feschius*, cit. Diss. de *Re Venatoria*, §. 8, lit. b. apud *Fritschium* l. c. pag. 581 & 582. Plenius adhuc Officium hoc delineat Illustr. Dn. *Seckendorffius im Teutschen Fürsten-Staat*, Part. 3, Cap. 3. Regal. 5, §. 8, Tit. *Vom Amt eines Jägermeisters*, p. m. 412. & seqq.

(g) ADHÆRET &c. *Id, juxta* Bidembachium, in *Nobilib. Quæst. XV*, §. 2, *eleganter explicuit Meichsnerus, Tom. 2, Lib. 2, decis. 2, in Causa Stotzingen, contra Truchsessen*, §. 36, *ubi ait, ita argumentari licere: Est Jus Foresta, ergo est etiam Wildbann; sicut dicimus; est Domus, ergo & paries; nam sicut Domus, tanquam totum, comprehendit tectum, parietem, & fundamentum, ita Jus Forestæ, ut totum, complectitur Wildbann, & alia, ut partes. E contra, dicere non possumus: Est Wildbann, Ergo etiam Jus Forestæ; velita: Adest prohibitio, ne excidantur arbores, Ergo est Jus Forestæ; potest enim proprietatis Dominus, cui nullum jus Forestæ competit, Jure suo prohibere, ne arbores excidantur.* Sunt verba *Rudingeri*, Centur. 2 *Singularium Observationum*, Observat. 42, *vom Forst*, p. m. 613. Conf. præced. §. 9, lit. a.

(II) Juris Foresti (a) proprium est (b) Saltuarios constituere; *Forst-Meister und Forst-Knechte zu bestellen*; prohibere, ne arbores excidantur; lignandi & pascendi usum concedere; transgressorum delicta forestalia punire; pignora capere; Statuta Sylvestria

con

condere; *Wild- und Forst-Ordnungen zu machen; das Aeckerich*, seu jus glandis legendæ, *Eichel und wild Obs zu lesen; Spitzige Zæune abzuschaffen.* Prohibitio, ne Sylvis noviter cæsis damnum inferatur, vel pecus ad certum tempus immittatur; *die junge Haue, biß auf das vierte und fünffte Laub, zu verbieten.* Vid. de his omnibus, *Knipschildt, de Civitatibus Imperii, lib. 2, c. 7, n. 44, seqq.*

NOTÆ.

(*a*) JURIS FORESTI &c. Qui de Jure hoc legi merentur, nominat *Reinkingius*, de *Regimine Seculari & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. 4, §. 238, p. m. 583; conf. præced. §. 9, lit. a.

De Etymologia, inquit *Liber Fiscalis* Angliæ, quem *Nigrum* vocant, (cujus Auctor *Gervasius Tilberiensis*, Sec. XIII clarus, fuisse fertur, teste *du Fresne*, Glossar. voc. *Foresta*, pag. 482) Cap. de *Danegeldo*, apud *Spelmannum*, Gloss. voc. *Foresta*, p. m. 239: *Foresta Regis est tuta ferarum mansio, non quarumlibet, sed silvestrium - - - dicitur, E, mutata in O, quasi Feresta, hoc est, Ferarum statio &c.* ita & *Occamus*, Cap. *Quid Regis Foresta?* apud *du Fresne* l. c. *Foresta est tuta ferarum mansio, non quarumlibet, sed silvestrium; non quibuslibet in locis, sed certis & idoneis; unde Foresta, E mutata in O, quasi Feresta, hoc est, Ferarum statio.* Hinc *Knipschildt.* de *Privilegiis Nobilitatis Immediatæ*, lib. 3, Cap. 5, §. 211, p. 202: *Forestum, sive Forst vulgo à Fera dicitur;* quam derivationem forte ex *Noe Meurer, Forst- und Wasser-Recht*, Part. 2, Tit. *Woher Forstliche Obrigkeit und Herrlichkeit den Nahmen Forst?* apud *Fritschium*, l. c. Part. I, pag. 302, hausit, ubi: *Woher der Nahmen Forst komme? ist glaublich, daß er mehr ein Lateinisch, dan Teutsch Wort: dan Fera, heißt, in Lateinischer Sprach, ein jedes wildes Thier. Daher dann, wie im Teutschen, von dem Wörtlein Wildpret: Wilderer, Wildban; also auch mag der Nahmen Forst - - - von dem Wort Fera, kommen &c.* Aliter Dn. *Struvius*, in *Syntagmate Juris Feudalis*, Cap. VI, §. 28, pag. 218, (ex *Loccenii Explicatione peregrinarum vocum*,) *descendit Forestum forte à Foro, vel Furu, abiete, ut Lingua Gothica dicitur, & Est, ramis; ut sit sylva ex abiete.* Alii ad situm confugiunt, quod *Forestum* sit *foris*, seu extra Civitatem; sic *Spelmannus* l. c. pag. 238: *dicta* (Foresta) *ab adverbio Foris & Foras, quasi pars Forastica, seu exterior, hoc est, foris culta & habitata. Sic Gallis for & rest; Italis, fore & resta; illud notent, quod foris restat &c.* Add. *Du Fresne* l. c. pag. 483. *Alii, quod foris, stent* (feræ) *Forestas dictas putant &c.* Quid si dixerim esse vocabulum originarium, æque ac *Cervus, Aper, Sylva* &c. Germanicum vero *Forst*, esse contractionem vocis *Foresti*, vel *Foresta*, tam Gallis, quam *Anglis*, Populisque Borealibus usitatæ, firmiter teneo.

(*b*) PROPRIUM EST &c. Ad jus hoc referri solent:

(1) *Jus condendi & promulgandi Statuta & Mandata Forestalia; Holtz- Wald- Forst- Jagt- und Wasser-Ordnungen zu machen, und selbige zu publiciren;* de quibus evolvas *Fritschii* cit. *Corpus Venatorio-Forestale*, Part. 3, tot.

(2) *Jus puniendi eos, qui ejusmodi Statuta & Mandata transgrediuntur; Die Verbrecher und Ubertretter der Holtz- Wald- Forst- Jagt- und Wasser-Ordnungen, zu bestraffen.* Vid. seq. §. 19.

(3) *Saltuariorum constitutio & destitutio; Die Forst- Jagd- Wald- Holtz- und Teich- oder Wasser-Bediente, zu bestellen, und wieder abzuschaffen.* De quibus citatæ Constitutiones, v. g.

Electoralis *Bavarica Jagd- und Forst- Ordnung* Cap. XI, apud *Fritschium* l. c. p. 75, §. *Es sollen auch* ubi: *Jæger-Meister & Forst- Knecht*; & l. c. §. *Wenn aber Jæger, Falckner, Uberreiter, & Færster*, & paulo post: *Oberster Falckenmeister.*

An. 1531, sub dato *Onolzbach am Freytage nach S. Petri und Pauli, Georgii*, March. *Brandenburg. Wald-Ordnung, im Fürstenthumb unterhalb Gebürges; §. Und einen;* ibid. pag. 338: *Forstmeister, Forst- und Land-Knechte.*

An. 1572, *Augusti* El. *Saxon. Jagd-Mandat; §. Ferner*, ibid. pag. 13. *Jæger- und Forstmeister; Jæger- und Forst-Knechte.*

An. 1579. 22, April. Comitum *Hoënloicorum Wildbahn- Forst- und Holtz-Ordnung;* proœm. ibid. pag. 218: *Forst- und Jægermeister; Forst- und Jæger-Knechte;* & pag. 219, §. *Hierauf, iidem*, cum *Feld-Schützen;* conf. ibid. Tit. XVII, pag. 235.

An. 1588, sub dato *Stuttgarten*, 1 Aug *Ludovici*, Ducis *Würtembergici, Ordnung wieder die Wildprat-Schützen;* Art. I, ibid. p. 173: *Wald-Leute, Forst-Diener und Forst-Leute.*

An. 1590, sub dato *Gandersheim*, 20. Oct. *Henrici Julii*, Duc. *Brunsuic.* & *Luneb.* Postulati Episcopi *Halberstadensis, Forst- und Holtz-Ordnung* §. 19, ibid.

ibid. pag. 127: *Ober - Færster, Gegen - Færster, und Færster*; & §. 22. ibid. *Jæger - Meister, und Ober - Jæger.*

An. 1603. Christiani II, Elect. *Saxon. Landes-Ordnung*, ibid. pag. 8; *Jæger, Heyde-Reuter, Færster, und Zeug-Knechte.*

Georgii Friderici, March. *Brandenburg. Onoldini*, qui eodem anno obiit, *Wald - Ordnung, auf dem Gebürge*, §. 2, ibid. pag. 347: *Ober- und Unter-Forst-Meister, und Forst-Knechte*, & §. 82, pag. 373: *Ober-Forst- und Wild-Meister*; *Hæg-Bereiter.*

An. 1614, sub dato *Stuttgarten*, 1 Junii, *Johannis Friderici*, Ducis *Würtenbergici*, *Erneuerte Forst-Ordnung*, Procem. §. *dem zu begegnen*, ibid. pag. 137: *Wald-Vægte, Forst-Meister und Knechte*; & Part. 1, pag. 139: *Wald- und Forst-Knechte*, & Part. 3, Tit. *Von den Frücht-Hütern*; §. *zu dem*, ib. p. 162, *Feld-Schützen.*

An. 1615, sub dato *Dresden*, 1 Januar. *Hennebergische Wald- Holtz und Forst-Ordnung*, §. *So sollen* ib. pag. 55: *Jæger - Meister, Forst-Meister, Wild-Meister und Færster* & §. *Ingleichen* l. c. *Fisch-Meister, Land-Fischer, Fischer &c.*

An. 1620, sub dato *Neidenburg, in Preussen*, 9 Dec. *Georgii Wilhelmi*, Elect. *Brandenburg*: *Holtz- und Forst-Ordnung in der Marck*, Tit. *von Gräntzen und Wild - Fuhren*, §. *Anfänglichen*, ibid. pag. 496: *Ober- und Hof-Jæger-Meister*; *Ober- und Holtz-Færster*; *Holtz-Schreiber*; *Heide-Reuter*; *Hege-Meister*; *Læuffer*; & §. *So sollen*, pag. 497: *Hasen-Heger*; & Tit. 30, §. *So soll auch*, ibid. pag. 511: *Busch-Laüffer und Holtz-Vægte.*

An. 1624, sub dato *Cassel*, 1 Januar. *Mauritii*, Landgravii *Hassiæ*, *Jagt- und Forst-Ordnung*, §. *dieweiln auch*, ibid. pag. 182: *Jagt-Zeug-Meister*; & §. *wan uns auch*, ibid. *Falconirer, Wind - Hetzer, Færster, Jæger und Hasen-Heger.*

An. 1626, sub dato *Dresden*, 10 Mart. *Johannis Georgii I*, Elect. Saxon. *Jagt - Mandat*; ibid. pag. 3: *Jæger-Meister, Ober- und Forst-Meister, Jæger- und Fuß-Knechte.*

An. eod. Ejusdem *Mandat*, *wegen des Vogelfangs*, sub dato *Dresden*, 24 Febr. ibid. pag. 7: *Jæger-Meier*; *Land-Fisch-Meister*; *Reutende-Fuß- und Teuch-Knechte &c.*

An. 1636, sub dato *Eisenach*, 3 Julii, *Joh. Casimiri*, Ducis *Saxo-Coburgici*, *Jagd-Mandat*, §. *Befehlen hierauf*, ibid. pag. 481: *Forst-Meister*; *Ober- und Hof-Jæger*; *Færster*; *Einspenniger, Hege-Bereiter und Laüffer.*

An. 1638, sub dato *Gerau*, 7 Maji, *Reußische-Plauische verneuerte Wald-Ordnung*, Tit. I. §. *Deßgleichen*, ibid. pag. 262: *Forst-Meister*; *Forst-Schreiber und Forst-Knechte.*

An. 1644, sub dato *Gotha*, 4 Dec. *Ernesti* Ducis *Saxo-Cothani*, *Forst- und Jagd-Ordnung*; Tit. *von Jagten*, §. I, ibid. pag. 35: *Forst-Meister*; *Ober-Knechte*; *Færster*; *Jæger-Meister*; *Jæger*; *Wind-Hetzer, und Hegebereiter.*

An. 1645, sub dato *Eisenach*, 10 Oct. Ducis *Saxo-Isenacensis*, *Forst-Jagt- und Weidewercks - Ordnung*, Tit. *von Grentzen*, §. 4. ibid. pag. 274: *Jæger- und Ober-Forst-Meister*; *Ober- und Unter Knechte.*

An. eod. sub dato *Wolffenbüttel*, 14 Aug. Ducis *Brnusuic. & Luneb.* Edictum, *das Jagen und Kuren betreffend*; §. *Wir haben auch &c.* ibid. pag. 136: *Wild - Meister*; *Jæger*; *Færster*; *Schützen, und Hege-Reiter.*

An. 1646; sub dato *Weymar*, 9 Junii, laudati Ducis *Wilhelmi Isenacensis*; *Jagd- und Forst-Ordnung*: Tit. *von Jagten*, §. I, ibid. pag. 20: *Jæger- und Ober-Forst-Meister*; *Forst - Schreiber*; *Ober-Knecht*; *Færster und Wind-Hetzer*; & §. 6. ibid. *Unter-Knechte*; Conf. ibid. Tit. *Wald-Gerichte*, §. 9, pag. 30.

An. 1653, sub dato *Coburg*, 26 Sept. *Friderici Wilhelmi*, Ducis *Saxo-Coburgici*, *Wald-Forst-Jagd- und Weidwercks-Ordnung*, Tit. *von Jagten*, §. I, ibid. pag. 447: *Forst-Meister*; *Forst-Knechte*; *Winde-Hetzer*; *Jæger*; *und Hege-Bereuther*; & §. 7. p. 448: *Fluhr-Knechte.* (*Fluhr*, denotare Jurisdictionis terminum, notat *Knipschildt*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, §. 21, p. 274.)

An. 1670, sub dato *Dresden*, 25 Julii, *Joh. Georgii II*, Elect. *Saxoniæ*, *Jagd-Mandat*; §. *Als ist hiemit*, ibid. pag. 11: *Land-Jæger-Ober-Forst- nnd Wild-Meister*; & §. *So ergehet*, pag. 12: *Ober- und Unter-Færster*; *Reitende- und andere Knechte.*

An. 1673, 3 Febr. *Gräfl. Schwartzburgische - Sondershausische revidirte Jagt-Ordnung*, §. 9, ibid. p. 197; *Forst-Meister*; *Jæger*; *Wild-Schützen*; *und Forst-Knechte*; & §. 19, pag. 198: *Færster- und Hege-Læuffer.*

An. 1674, sub dato *Jena*, 1 Junii, *Bernhardi*, Ducis *Saxo - Jenensis*, *Forst - Jagt - und Weidewercks-Ordnung*, Tit. *von Gräntzen*, §. 4. ibid. pag. 322: *Jæger-*

Jæger- und Forst-Meister; *Ober Færster und Unter-Knechte*; & Tit. *von Jagten*, §. I, ibid. p. 323: *Forst-Schreiber und Færster*; & §. 10, pag. 324: *Ober- und Unter-Knechte*.

An. 1678, 8 Junii, Ducis *Johannis Friderici* Brunsf. & Luneb. *Forst-Ordnung*, Hanoveræ promulgata, Tit. I, *Ober-Forst- und Jæger-Meister, Ober-Færster, Forst-Schreiber, Reitend- und gehende Færster, Holtz-Knechte &c.*

An. 1681, *Friderici Wilhelmi*, Elect. *Brandenb. erneuerte Hinter-Pommerische Jagt- und Holtz-Ordnung*; Tit. I, apud *Fritschium* l. c. pag. 513: *Ober-Færster und Wald-Knecht*; Tit. 2, ibid. *Ober-Jæger-Meister und Holtz-Schreiber*, & Tit. 23. p. 521: *Hoff-Jæger*.

An. eod. sub dato *Neuhauß*, 12-22 Febr. *Julii Francisci*, Ducis *Saxo-Lauenburgici*, *Jagd-Edict*, ibid. p. 385: *Wild-Schützen*; *Holtz-Færster*, *und Holtz-Vægte*.

An. 1682, sub dato *Cassel*, 1 Dec. *Caroli*, Landgravii *Hassiæ*, *Forst- und Holtz-Ordnung*, §. *Und darmit*, ibid. pag. 290: *Ober- und Forst-Meister*; *Ober-Færster und Færster*, & §. *Nachdem*, pag. 299: *Unter-Færster*.

An. 1686, sub dato *Dreßden*, 24 Mart. *Johannis Georgii III*, Elect. *Saxon. Renovirtes Jagt-Mandat*, ibid. pag. 481: *Ober-Hof-Land-Jæger- Ober-Forst- und Wild-Meister*;

An. 1687, sub dato *Potsdamm*, 5 Mart. *Friderici Wilhelmi*, Elect. *Brandenb. Holtz- und Jagt-Ordnung des Hertzogthumbs Magdeburg*, Sect. I, §. 1, ibid. pag. 302: *Ober- und Hof-Jægermeister*; *Ober-Færster und Forst-Schreiber &c.* & Sect. 2, §. 13. p. 304: *Heide-Reuter und Forst-Knechte*.

An. 1692, sub dato *Dresden*, 24 Maji, *Johannis Georgii IV*, Elect. *Saxoniæ*, *Renovirtes Jagt-Mandat*; Iidem, quorum ad An. 1686, modo memini; vid. l. c. p. 483.

An. 1697, sub dato *Cracau*, $\frac{18}{8}$ Septemb. *Friderici Augusti*, Regis *Poloniæ*, & Electoris *Saxoniæ*, *Renovirtes Jagd-Mandat*; Iidem, vid. l. c. p. 485.

An. 1698, sub dato *Dreßden*, 10 Nov. laudati Regis & Electoris *Resolutiones*, *wegen Abstellung derer, in Forst- und Holtz-Sachen, eingerissenen Mißbräuche*, §. 16, ibid. pag. 490: *Ober Forst-Meister*; *Ober- und Unter-Færster*; *Reitende- und Fuß-Knechte*.

An. 1700, sub dato *Dreßden*, 8 Mart. Ejusdem Regis & Electoris, *Wiederholung voriger Jagt-Mandaten*, pag. 494: *Ober-Hoff-Jæger-Meister*; *Hoff- und Land Jægermeistere*; *Ober-Forst-Pirsch- und Wild-Meistere*; *Ober- und Unter-Færster*; *Heege Reuter*; *Schützen*; *Fußknechte*; *Wildner*; *und übrige Jagt- und Forst-Bediente*.

An. eod. sub dato *Franckenhausen*, 31 Aug. *Alberti Anthonii*, Comitis *Schwartzburgici*, *Holtz- und Forst-Ordnung*, §. 44. ibid. pag. 384: *Ober und Unter-Forst-Bediente*; *Forst- und Holtz-Knechte*.

Alibi constituuntur etiam, *Fluhr-Schützen*; *Wacht-Knechte*; *Hünerfænger*; *Fasahn-Meister*; *Hof-Fischer &c. &c.*

(4) *Pro Saltuariis construere ædificia*, *Forst- und Holtz-Knechte- wie auch Schützen- und Wildzeug-Häuser aufzurichten, und aufzubauen.*

(5) *Exercitium Venationis*, *tam Superioris quam Inferioris*, *inhibere*, *die Ubung des grossen und kleinen Waidwercks*, vel in totum, vel certis temporibus saltem, *zu verbieten*. Huc faciunt publicæ Constitutiones & Mandata, veluti:

An. 1572, *Fürstliche Anhaltische Landes-Ordnung* Tit. 26, *von Wildbahn und Jagten*, §. *Wir setzen, ordnen &c.* apud *Fritschium*, cit. *Corpore Juris Venatorio-Forestalis*, Part. 3, pag. 188: *Wir setzen, ordnen und wollen auch, daß Unsere Unterthanen, denen Jagten zustehen, und die haben, mit Jagen, Beissen, Schiessen oder Weidewerck treiben, allewege auf Bartholomæi erst anfahen, und auf Fastnachten hernach aufhæren, auch den armen Leuten, in nasser Zeit, ihre Saam-Felder verschonen sollen.*

An. 1581, sub dato *Wien*, ult. Junii, *Rudolphi II* Imp. *Ordnung, wie es mit dem Reiß-Gejægt im Ertz-Hertzogthum Oesterreich ob der Ennß, gehalten werden soll?* §. *zum dritten*, ibid. pag. 69: *Nachdem bißhero: das Reiß-Gejægt zu ungewöhnlicher Zeit fürgenommen worden, so wollen wir es demnach hinfüro also gehalten haben, daß sich keiner der Füchs vor Michaëlis, auf die Säß und Hägen zu jagen, unterstehen solle &c.* Quid, sub voce *Reißgejægt* hic intelligatur, vid. infra.

An. 1593, sub dato *Coburg*, 8 Junii, *Joh. Casimiri*, Ducis *Saxo-Coburgici*, *Mandat*, *wieder die Wildpræt Diebe*, §. *Als ordnen*, ibid. pag. 474: *Ordnen und wollen wir, daß ---- in unsern Wildbahnen, Wäldern, Gehöltzen, Gehegen, Feldern, Wassern, Teichen und Weinbergen, niemand einige Wilde-Hüner- Enden- Gänsse, Trappen, Aurhanen,*

8 O 2 Reyer,

Reyer, Kranich, Hasen, und dergleichen, weder schiessen noch fahen sollen, bey Straff zwantzig Gülden.

An. 1597, 6 Maji, Confirmirte Kayserliche Landes-Ordnung des Marggrafthumbs Ober-Laußnitz, §. Es sollen auch, ibid. pag. 15: Es sollen auch die Herrschafften sonsten, von Faßnacht, biß auf Bartholomæi, mit Hetzen, Jagen und allerhand Weydewerck ---- still halten, und sonderlich des Getreydigs, und armer Leute Schaden, verschonen &c.

An. ---- cit. Georgii Friderici, Marchionis Brandenburgico-Onoldini, (qui obiit An. 1603,) Wald-Ordnung auf dem Gebürge, §. 84. ibid. pag. 373: Das Feder-Wildprät, als Auer-Hanen, und Auer-Hennen, Hasel- und Feld-Hüner, Reiger, und dergleichen Wildvögel, sollen Unsere Forst-Meister Uns, zu Unserer Hoffhaltung, fleissig hägen, und nicht gestatten, die mit Schnee-Garnen, und sonst, zu fangen; die Eyer aufzuheben, und die zu verderben; die Genüst zu zerstören; oder, die auf den Wassern und Feldern, zu schiessen und zu erösen &c.

An. 1603, Chur-Sachsische Lands-Ordnung, Tit. von Jagen, §. Hierüber; ibid. pag. 9: Hierüber soll auch niemands keine Wilde-Hüner-Enten-Gænse, Trappen, Auer-Hanen, Reyger, Kraniche, und Hasen, in unsern Wälden, Gehöltz, Feldern, Wassern, Teichen, Weinbergen, oder sonsten, schiessen oder fahen, bey pœn 20 Gülden &c.

An. 1613, sub dato Dresden, 9 Junii, Johannis Georgii I, Elect. Saxoniæ, Jagt-Mandat, ibid. p. 2 & 3: Begehren ---- ernstlich, daß alle und Jede, Unsere und Sr. Ld. (Augusti, ipsius Germani fratris) Unterthanen, sie seyn vom Adel, oder sonsten, sich hinführo, mit Ubung des Weydewercks, und Jagens, obangedeuteter Landes-Ordnung ---- gemäß bezeugen ---- und sonderlich auch, in erwehnter verbothener Zeit, als zwischen Faßnacht, und Bartholomæi --- sich des Jagens, Hetzens, Hüner-fangens, und andern Weydewercks, gäntzlichen enthalten sollen ---- Hierneben wollen wir auch alle und Jede, wes Standes dieselben seyn mögen, ernstlichen ermahnet, und Ihnen geboten haben, daß sie sich unserer Wildbahne gäntzlichen enthalten, und weder vor sich, noch durch andere, des Wildpret-schiessens befleissigen sollen &c.

An. 1614, cit. Würtenbergische erneuerte Forst-Ordnung, Part. 3, Tit. vom Feder-Wildprät, ibid. pag. 160: das Feder-Wildprät, als: Auer-Hanen, Auer-Hennen, Hasel- und Feld-Hüner, aut Antvœgel und Reiger, und dergleichen Wildvögel, sollen Unsere Forstmeister Uns, zu Unserer Hofhaltung, fleissig hegen, und nicht gestatten, die mit Schnee-Garnen, und sonst, zu fangen; die Eyer aufzuheben, und die zu verderben; die Genüst zu zerstohren, oder die, auf Wassern und Feldern, zu schiessen und zu erösen; und, sonderlich um Unser ordentliche Hof-Haltung, als Stuttgard, Thübingen, Löwenberg, Nürtingen, Aurach, Böblingen, und Weiblingen, jeder Statt in einer Meilweges, weder Unsern Unterthanen, noch andern, zu fahen, oder zu schiessen, nicht gestatten &c.

An. 1615, cit. Hennebergische Wald-Holtz- und Forst-Ordnung, §. Sie sollen auch nicht, ibid. pag. 55: Sie (Saltuarii) sollen auch nicht verstatten, daß, wieder Weidewercks Gebrauch, zu unrechter Zeit, gejagt, und damit Unsern Unterthanen, mit Ubung des kleinen Weidwercks, als Hetzen und Jagen, weil die Früchte noch im Felde stehen, kein Schade geschehe. So sollen auch Unsere Jägermeister ---- fleissige Achtung geben, daß, von Petri Cathedra an, biß auf Bartholomæi, in welcher Zeit die Hasen am meisten setzen, das Hetzen, Reiten, und Hasen-Jagen, item, das Hüner-fangen, eingestellet bleiben &c.

An. 1626, sub dato Dreßden, 14 Febr. Joh. Georgii I, Elect. Saxoniæ, Mandat, wegen des Vogelfangens &c. §. Und begehren &c. ibid. pag. 7: Begehren darauf, ernstlich befehlende, daß alle und jede Unsere Schutz-Verwandten, Stiffte und Unterthanen, sie seynd vom Adel, oder sonst, sich hinfüro des Weidwercks mit der Eulen, Kloben, Leimstangen, oder andern Vogelfang, und Verderbung der Eyer, durch welche Wege es geschehen möge, auch sonst alles Fahens, Schiessens, und Nieder-Weidwercks-treibens, in der verbotenen Zeit, als, von Faßnacht an, biß auf Bartholomæi, gäntzlichen enthalten; mit der Eulen, Leimstangen, und Kloben aber, nicht eher als Johannis Baptistæ, zu gehen, anfangen &c.

An. eod. am Tage S. Michaëlis, Grafl. Schwartzburg-Rudelstattisches Jagt-Mandat, §. Erstlich, ibid. pag. 193: wollen wir, daß sich ein jeder, unangesehen, ob er sonst Weidewerck zu treiben befugt, in Unsern Herrschafften und Gebieten, allewege, von dem Sontage Esto mihi an, biß auf den Tag Bartholomæi, alles Weidewercks, Jagens, Hetzens, Beitzens, Laufens, Pirschens, und wie es sonst Nahmen haben mag, gäntzlich enthalte. & §. Gleicher gestalt l. c. befehlen wir, daß sich ein jeder, so, in Unsern Herrschafften ---- Weidewerck zu treiben berechtiget, desselben, zu erlaubten Zeiten, als, von Bar-

Bartholomæi, biß auf Esto Mihi, also und dermaßen gebrauche, damit unsern Unterthanen, noch Jemands, an den aussenstehenden Feld- und Garten-Früchten, kein Schade zugefüget werde &c.

Fürstliche Bayerische Jagt- und Forst-Ordnung, Cap. 3, ibid. pag. 72: *So ordnen Wir, daß der Hirsch, vom 1 Julii, biß den 8 September; das Wild, von S. Michaëlis, biß auf Weynachten; das Schwartze-Wildprat aber, von Galli, bis auf Weynachten, zu fahen ---- vergünt &c.* & Cap. XI, pag. 75: *dagegen soll, in sonderm Ernst, allen Bürgern, die nicht aus den Stätten, von den alten Geschlechten seyn ---- samt allen gemeinen Volck ---- und andern, die des Weydwercks nicht befugt, als: Gerichts-Schreibern, Pfarrern, und andern Priestern, die Hasen, Füchs und Dachs, auch EntVægel, Ringel-Tauben, und dergleichen, zu schiessen, oder sonsten, in was Wege das geschehen möchte, auch Feder-Wildprat, mit den Netzen, Garn, Schilten, auch auf alle andere Weiss, zu fahen, in Unsern Landen, gäntzlichen und gar verbothen seyn, und bleiben*, & Cap. XIII, pag. 76. *deßgleichen soll auch Niemand, Edel oder Unedel, die Hasen in grossen und tieffen Schnee fahen &c.* & Cap. XXII, pag. 79. *Soll niemanden mit der Leimstangen, Reißbäumen, Kloben, auf die Vogel-Trenck mit dem Schlagbogen, zeitlicher, dann vom 1 Juli an, auszugehen, und solches Vogelwerck, ausgenommen Krammets-Vögel, und Beheimel, länger als S. Martini, zu treiben, gestattet werden.*

(*b*) IN ALTAM &c. Quo tempore venatio in *Altam* & *bassam* dividi cœperit? adeo liquidum non est. Multi opinantur divisionem hanc antiquissimis temporibus jam fuisse cognitam, eo quod (1) in vetustissimis chartis, præced. §. 8 allegatis, veluti: prætensa *Aquisgranensi*, An. 804; *Coloniensi*, An. 973; *Eltenensi*, An. 997; *Herbipolensi* An. 1000; *Osnabrugensi*, An. 1002; *Herbipolensi* An. 1023; *Elwangensi*, An. 1024; *Brixinensi*, An. 1048; *Passaviensi*, An. 1049; *Saltzburgensi*, An. 1199, aliisque, frequens mentio fiat *Cervorum cervarumque*, *aprorum* & *suum*, *ursorum*, *capreolorum* &c. (2) Apud *Crantzium*, lib. 3 *Metropol.* Cap. 36, p. m. 80, dicatur, quod *Otto III* Imp. An. 985, in Pago *Sturmi*, jus venandi *cervos* & *cervas*, *sublimes feras*, Verdensi Episcopo, *Erponi*, concesserit, hicque honor ab olim Summis Principibus fuerit servatus; Vid. præced. §. 8, ad h. a. (3) *Freherus*, Part. 2 *Originum Palatinarum*, Cap. 8, p. m. 27 & 28, notabiliter scribat: *Tam Illustrem locum* (Tolbiacum) *Palatinos etiam nostros Præfectos agnovisse, mihi gaudeo quod repererim; nam ultra quatuor secula est, quod acceptam, sine dubio à Francis Regibus, Ipsi Prætorio Præfecti istam potestatem & dignitatem Comitibus tunc temporis Juliacensibus in Feudum concesserunt, & Marchionibus ac tandem Ducibus creatis, in hunc diem, continuarunt, Advocatiam inquam Tulpechensem, cum Ecclesia ibidem S. Mariæ; sed & Supremo Judicio, Pallentia dicto, intus & extra Zulpeche, cum omnibus pertinentiis, in quibus XXIII Curtes, ad Schinelberg & Kempenses attinentes, & Banno Forestis, inter Mosam & Rhenum, Alto & Basso, supra & infra Terram &c.* Responderi autem ad *primum* potest, (1) non esse quæstionem, num Imperatores Principi cuidam, sive Clerico, sive Laico, Cœnobio, aliive privato, non valuerint jus venandi *cervos* & *cervas*, aliasque sublimiores feras, hodie ad venationem altam spectantes, in *forestis dominicis, in Ihren Bann-Forsten*, de quibus chartæ istæ loquuntur, largiri? cum integrum eis fuerit, omnem venationem ibi prohibere, eandemve, sive totam, sive ex parte, alicui concedere; sed, num Seculo X, proximeque sequentibus, venatio in genere ita divisa innotuerit, ut Principes soli, seu privative, feras sublimiores venandi jure, etiam in Vasallorum aliorumque privatorum fundis propriis, sint gavisi? id quod nondum satis demonstratum. (2) In citatis chartis *Herbipolensi*, An. 1023, & *Brixinensi*, An. 1048, *Capreolos* nominari, qui notorie venationi inferiori ut plurimum vindicantur. Vid. seq. v. 4. (3) Si per recensionem *cervorum, cervarum, aprorum, suum &c.* Sola *venatio superior* fuerit indigitata, incassum adhibuisse *Ottonem II* Imp. in cit. charta *Coloniensi* An. 973, verba: *Omnes bestias in sylvis & in piscationibus &c.* pariter ac *Henricum* Sanctum, in cit. charta *Elwangensi*, An. 1024: *Cum omnibus, quæ in Foresti aut scribi, aut nominari possunt, utilitatibus &c.* & *Conradum*, *Massoviæ* Ducem, in donatione districtus *Culmensis*, Ordini Teutonico An. 1230 facta: *Omnes Venationes quarumcunque ferarum, piscationes quoque piscium omnis generis &c.* (4) Frustra in rationem inquiri, cur Imperatoribus dictas feras nominetenus exprimere placuerit. Ad *secundum*: (1) *Cranzium* non producere chartam ipsam, ut inde appareat, quid Cæsar *Erponi* proprie dederit; (2) additamentum: *Qui fuit ab olim servatus honor Summis Principibus*; innuere saltem, quid ipsi de Jure venandi visum fuerit; proinde nihil præjudicii gignere; (3) palam esse, fidem *Crantzii* in rebus medii ævi admodum cautionibus esse obnoxiam. Vid. Dn. *Bilderbeck* cit. *Gründliche Deduction, gegen die vermeintliche Regalität der Jagten*, Cap. VI, §. XI, pag. 294 &c. Ad *Tertium*; (1) Nec *Freherum* integram proferre chartam, unde cognoscamus, num genuina sit? (2) minimum variam ejus lectionem dubium parere, quid de ea censendum? quandoquidem *Sagittarius*, de *Regno Thuringiæ*, Lib. 2, Cap. 13, §. 4, pag. 295 & 296, eundem locum exhibens, vocabula: *Et Kempenses attinentes*, omittit, æque ac Dn. *Tolnerus*, *Histor. Palat.* Cap. 2, p. m. 26, qui posterior insuper legit: *XXIII Curtes ad Schivelberg, & Banno foresti &c.* Dn. *Ockelio*, de *Palatio Regio*, §. 62, pag. 55, ubi idem locus producitur, vocem *Schinelberg*, plane in *Schimmelberg* mutante. (3) Nihil obstare, quo minus chartam de Jure venandi tam in *montibus*, quam in *vallis* & *planicie*, intelligendam esse statuamus, præsertim, ubi (4) veteres divisionem *Banni forestalis* in *altum* & *bassum*, respectu ferarum, penitus ignorarunt: (5) integræ etiam Academiæ, veluti: *Giessensis*, in Responso, de Anno 1718, 13 Mart. & *Norica*,

in Responso de An. 1718, 7 Aug. approbantes ex merito laudati Dn. *Bilderbeckii* nominatum modo eruditum scriptum, in appendice, *§. 1 & 2 der Anlagen*, pag. 3 & seqq. eandem interpretationem approbent. Hinc vice versa, *Petrus Heigius*, JCt. Saxonicus, Part. I, *Quæst. Jur. Civil. & Saxon.* Quæst. XV, §. 62, confidenter asserit, præfatam distinctionem *Venationis Superioris & Inferioris*, à sylvanis modo & Satyris sui seculi, (decessit autem An. 1599) fuisse introductam, & ad decisionem controversiarum, circa jus venandi inter Principem & Subditos, seu Vasallos, ortarum, accommodatam, cujus verba Dn. *Bilderbeck* l. c. Cap. VI, §. 10, pag. 292 integra sistit. Id omnino negari nequit, nullas hactenus publicas apparuisse tabulas ante Seculum XVI, sæpefatam distinctionem complectentes. In iis, quas vel ego inspexi, sequentes formulæ habentur:

Hohe und Niedere Jagten; vid.

An. 1581, Julii, Ducis *Brunsuic. & Luneb. Jagt- und Fisch-Edict*, sub dato *Heinrich-Stadt*, 30 Julii, apud *Fritschium* l. c. Part. 3, p. 132, verb. *Keiner Hohen-oder Niedern-Jagt, Stellens, Hetzens, Lauschens, oder Kürens, noch auch einiges Weydewercks &c.*

An. 1620, Chur-Brandenburgische Forst-Verordnung in der Marck, sub dato *Neidenburg in Preussen*, 9 Dec. Tit. I, *von Gräntzen und Wildfuhren*; *§. Es soll auch &c.* apud *Fritschium* l. c. pag. 497, ibi: *Mit den Hohen- und Nieder-Jagten zuständig.*

An. 1626, Chur-Sächsisches Jagt-Mandat, sub dato *Dresden*, 10 Mart. *§. Wie wir dan &c.* apud eundem, l. c. pag. 3, verb. *Unsere Lehen-Leute, so ihre eigene Niedere und Hohe-Jagten, und Weydewerck haben &c.* Quæ etiam in alio Mandato, sub dato *Dresden*, 8 April. 1629, ibid. p. 5, occurrunt.

An. 1638, Reussisch-Plauische verneuerte Wald-Ordnung, sub dato *Gera*, 7 Maji, Art. I, *§. Befehlen darauf &c.* ibid. pag. 262: *Sonderlich aber die Gehege, Wildbahnen, Hohe- und Nieder-Jagten, Weidewerck &c.*

An. 1642, Sachsen-Gothisches Jagt- und Weydwercks Mandat, sub dato *Gotha*, 4 Maji, *§. weiln auch &c.* ibid. pag. 50: *Wenn Sie der Hohen-Jagt berechtiget &c.*

An. 1646, Wilhelmi, Ducis *Saxo-Vinariensis, Jagt- und Weydewercks-Mandat*, sub dato *Weymar*, 9 Junii, in præfatione, ibid. pag. 32: *Wessen sich des Weydewercks wegen, bey Hohen- und Niedern-Jagten, ein jeder ihrer Unterthanen verhalten und bezeigen sollen &c.*

An. 1670, Chur-Sächsisches Jagt-Mandat, sub dato *Dreßden*, 25 Julii, *§. Befehlen demnach*, ibid. pag. 12: *Unsere Lehn-Leute, so ihre eigene Hohe- und Niedrige Jagten, und Weydewerck, haben &c.*

Hohes- und Niederes-Weydewerck; vid.

An. 1642, cit. *Gothaisches Jagt- und Weidewercks-Mandat*, l. c. *Andere Gehöltzen, darauf wir des Hohen Weydewercks befugt &c.*

An. 1644, Sachsen-Gothaische Forst- und Jagt-Ordnung, sub dato *Gotha*, 4 Dec. Præfat. ibid. p. 33: *das Hohe- und Niedere Weydewerck also getrieben &c.* & Tit. 2, *von Jagten*, *§. 8*, p. 35: *Welcher des Nieder-Weidewercks nicht befugt &c.*

An. 1645, modo dicti *Wilhelmi*, Ducis *Vinariensis, Jagt- und Weidewercks-Mandat*, sub dato *Eisenach*, 10 Oct. *§. Erstlichen*, ibid. pag. 287: *das Nieder Weidewerck zu treiben &c.*

An. 1646, laudati Ducis, *Forst- und Wald-Jagd- und Weydewercks-Ordnung*, sub dato Weymar, 9 Junii. in præfatione, ibid. pag. 18: *Ingleichen auch das Hohe- und Niedere Weidewerck also getrieben &c.* Conf. Ejusdem cit. *Jagt und Weyde, Weydewercks-Mandat* de An. 1646, *§. Erstlichen*, ibid. pag. 32: *das Nieder-Weidewerck zu treiben &c.*

An. 1653, Friderici Wilhelmi, Ducis *Saxo-Coburgici, Jagt- und Forst-Ordnung*, sub dato *Coburg*, 26 Sept. Tit. IX *von Trifften*, *§. 7*, *demnach auch*, ibid. pag. 463: *So auf dem Ihren des Hohen Weidewercks befugt &c.*

Hoch- und Nieder Wildpræt; vid.

An. 1645, Augusti, Ducis *Bruns. & Luneb. Edictum wieder die Wild-Diebe*, sub dato *Wolffenbüttel*, 14 Aug. *§. Nachdem wir*, ibid. p. 135: *das Hoch- und Nieder Wildpræt, verbothener Weise, ohne Unterscheid, wegpirschen &c.*

Groß- und Klein-Wild; vid.

An. 1681, Julii Francisci, Ducis *Lauenburgici, Jagt-Edict*, sub dato *Neuhauß* 12-22 Febr. ibid. p. 386: *So wohl des grosen als kleinen Wilds, gantz und gar müssig geben.*

Hohe- auch Fuchs- und Hasen-Jagt &c. vid.

An. 1603, Chur-Sächsische Landes-Ordnung, Tit. *daß keiner auf des andern Grund und Boden jagen soll*; *§. doch wollen wir*, ibid. pag. 10: *Eine sonderliche Vergleichung, der Hohen- auch Fuchs- und Hasen-Jagt, und Hünerfahens halber, machen lassen &c.*

Hohe-Wildfuhr; vid.

An. 1572, Constitutio Electoralis Saxonica, von der Straff der Wild-präts Beschädiger, *§. I*, ibid. pag. 13: *Wildprät, Hirsch, Wilde-Schwein, Rehe, oder was in Hoher Wildfuhr gerechnet &c.*

Hohe-Wild-Jagt; vid.

An. 1645, Wilhelmi, Ducis *Saxo-Vinariensis, Jagt-*

Jagt- und Forst-Ordnung, sub dato *Eisenach*, 10 Oct. *Ander Haupt-Punct; von Jagten*, §. 2, ibid. p. 274: *Alle die, so der Hohen-Wild-Jagt berechtiget und befugt &c.*

An. 1646, Ejusdem *Jagt- und Forst-Ordnung*, sub dato *Weymar*, 9 Junii, Tit. 2, *von Jagten*, §. 2, ibid. pag. 20, ubi eadem verba habentur.

An. eod. Ejusdem *Jagt- und Weidewercks-Mandat*, sub eodem dato; §. *Erstlichen*, ibid. pag. 32: *diejenigen, so der Hohen Wild-Jagt befugt &c.*

An. 1674. Bernhardi, Ducis *Saxo-Jenensis*, *Forst- und Jagt-Ordnung*, sub dato *Jena*, 1 Junii, Tit. 2, *von Jagten*, §. 2, ibid. pag. 323: *Alle die, so der Hohen Wild-Jagt berechtiget &c.*

Hohe Wild-bahn; vid.

An. 1642, *Ernesti*, Ducis *Saxo-Gothani*, cit. *Jagt- und Weydwercks Mandat*; sub dato *Gotha*, 4 Maii §. *Und begehren*, ibid. pag. 49: *diejenige aber, so der Hohen Wildbahn befugt &c.*

An. 1644, Ejusdem *Forst- und Jagt-Ordnung*, sub dato *Gotha*, 4 Dec. Tit. 2, *von Jagten*, §. 2, ibid. pag. 35: *Alle die, so der Hohen-Wildbahn berechtiget &c.*

An. 1653, *Friderici Wilhelmi*, Ducis *Saxo-Coburgici*, cit. *Jagt- und Forst-Ordnung*, sub dato *Coburg*, 26 Sept. Tit. 2, *von Jagten*, §. 2, ibid. p. 448: *Alle diejenigen, so der Hohen Wildbahn berechtiget und befugt &c.* & §. 9: *wo auch Hirsch*, ibid. p. 449: *welche aber Unserer Hohen Wildbahn unterworffen &c.*

An. 1673, *Gräfl. Schwartzburg-Sondershäusische Jagt- und Forst-Ordnung*, sub dato 3 Febr. §. XI, ibid. pag. 197: *Nachdem Uns auch, an Unserer Hohen Wildbahn &c.*

Hohes Wildprat, vid.

An. 1636, *Joh. Casimiri*, Ducis *Saxo-Coburgici*, *Mandat wegen Jagens*, sub dato *Eisenach*, 3 Julii, §. *wiewohln*, ibid. pag. 480: *Ausgenommen das Hohe Wildpret, so fern daß jemand zu jagen befugt &c.*

An. 1659, *Fürstl. Magdeburgische Landes-Ordnung, von Wildbahn &c.* sub dato *Hall*, 9 Febr. §. *wir wollen ferner*, ibid. pag. 63: *daß sich ein jeder das Hohe- oder Rothe-Wildpret zu fangen &c.*

Rothe-Wildprat; vid.

An. 1642, cit. *Sachsen-Gothaisches Jagt- und Weydwercks Mandat*, §. *Und begehren*, ibid. pag. 49: *So viel das Rothe Wildprat betrifft &c.*

An. 1659, modò cit. *Magdeburgische Lands-Ordnung*, l. c. *das Hoh- oder Rothe-Wildprat &c.*

Hohes-Rothes-Wildprat &c vid.

An. 1687, *Chur-Brandenb. Magdeburgische Holtz- und Jagt-Ordnung*. Addit. ad Cap. XI, §. *Nachdem*, ibid. p. 319: *So viel das Hohe Rothe Wildprat anlanget &c.*

Roth- und Schwartz-Wildprat, vid.

Fürstl. Bayerische Jagt- und Forst-Ordnung, Cap. 2, §. *was aber*, ibid. pag. 72: *was aber durch die Prälaten, vom Adel, und Landsassen, unterm Fuchs-Jagen, vom Roth- und Schwartzen-Wildprat (darunter aber die Reher nicht sollen verstanden seyn) so wohl in Netzen ungefehrlich gefangen &c.*

An. 1624, *Mauritii*, Landgravii *Hasso-Cassellani*, *Jagt- und Forst-Ordnung*, sub dato *Cassel*, 1 Januar. §. *Vors Ander*, ibid. pag. 181: *Mit ihren Hunden einigen Schaden, an Roth- und Schwartzen Wildprat, &c. zufügen würde &c.*

An. 1630, *Chur-Sächsisches Jagt-Mandat*, de 12 Dec. ibid. p. 6: *An unterschiedlichen Orten, Roth- und Schwartz Wildprat, so geschossen gewesen, todt gefunden worden &c.*

An. 1659, cit. *Magdeburgische Landes-Ordnung, von Wildbahn &c.* §. *dieweil auch*, ibid. pag. 63: *würde aber jemand hierüber, in Fürstlichen Wildbahnen, und Gehegen, einen oder mehr Hirsche, oder ander Roth- oder Schwartz-Wildpret, schiessen &c.*

Roth- und Schwartz Wild; vid.

An. 1581, *Rudolphi II*, Imp. *Ordnung, wie es hinfüro mit dem Reiß-Gejagt, im Ertz-Herzogthum Oesterreich ob der Ennß, gehalten werden soll &c.* sub dato Wien, ult. Junii. §. *zum zehenden*, ibid. p. 69: *damit das Roth- und Schwartz Wild &c.*

Hohes-Feder-Wildprat &c. vid.

An. 1644, cit. *Sachsen-Gothaische Jagt- und Forst-Ordnung*, Tit. 2, *von Jagten*, § 9: *Es sollen &c.* ibid. pag. 35: *weil hierdurch das Hohe-Feder-Wildprat hinweg gefangen &c.*

Reiß-Gejægt, und klein Weidewerck &c. vid.

An. 1581, *Rudolphi II*, cit. *Ordnung wegen des Reißgejägts im Ertz-Hertzogthumb Oesterreich ob der Ennß*, §. *zum Andern*, ibid. pag. 69: *das Reiß-Gejægt zu gebrauchen &c.* & mox. *den solle das Reiß-Gejægt &c.* & §. *zum Dritten* l. c. *das Reiß-Gejægt zu ungewöhnlicher Zeit &c.* & §. *zum Vierdten*, ibid. *weil auch zu wissen von nöthen, was in das Reiß-Gejægt gehörig, und zu verstehen sey? so ist denen, die Wildbahn haben, hiemit anders und mehrers nicht bevor gestelt, als Hirschen, Wild, Baren und Schwein; das ander alles, wie das Nahmen*

men hat, solle, ohne Mittel, ins Reiß-Gejægt gezogen werden.

Cit. *Fürstl. Bayerische Jagt- und Forst-Ordnung*, Cap. 9, *von den Reiß-Gejægtern, und kleinen Weidewerck*, ibid. pag. 74, ibi; *was Unserer lieben und getreuen Landschafft, der Reiß-Gejægter, und kleinen Weidwercks halben, zugelassen sey &c.*

v. (3) Nonnullis in locis dividitur Venatio in *Altam*, *Mediam* & *Bassam*, *in Hohe- Mittel- und Nieder-Jagt*; Documento est *Joh. Georgii II*, Elect. *Saxoniæ*, *Jagt-Mandat*, sub dato *Dresden*, 1670, 25 Julii, apud *Fritschium* l. c. pag. 11: *Denen von Unsern Christseeligen Herrn Vorfahren --- die Mittel-Jagten, auf wiederrufen, gnädigst eingeräumet.* Nec non *Chur-Brandenburg-Magdeburgische Holtz- und Jagt-Ordnung*, sub dato *Potsdam*, 1787, 5 Mart. Sect. 2, *von Beobachtung der Geholtze*: §. I *Es sollen auch*, ibid. pag. 303: *Auf alle diejenige Gehöltze des Herzogthums Magdeburg, und der Grafschafft Mansfeld Magdeburgischer Hoheit, worinnen Uns die Hohe- Mittel- und Nieder-Jagt, oder Mastungen, zuständig seyn &c.* Hinc est, quod alicubi inter feras *Venationis mediæ* referantur, quæ alibi *ad majorem* spectare creduntur; sic, in sæpe fata *Constitutione Bavarica forestali*, distinctio fit inter *Roth- und Schwartz-Wildprat*, & *Rehen*, verbis, sub tit. *Roth- und Schwartz-Wildprät*, modò allegatis; pari modo, in cit. Ducis Saxo-Gothani *Jagt- und Weidewercks-Mandat*, de An. 1642, separantur Capreoli, *vom Rothen Wildprät*; verbis præced. §. 11, lit. b, v. 5, ad h. a. occurrentibus; similiter, in *Constitutione Provinciali Magdeburgica*, de An. 1659, §. *wir wollen ferner*, rursus discrimen occurrit inter *Hoch- oder Roth-Wildprat*, & inter *Schweine*; vid. ibid. ad An. 1659; pariter ac *in der Magdeburgischen Holtz- und Jagt-Ordnung*, de An. 1687, Sect. XI, *von Jagt-Sachen*, §. 9, inter *Hohem Wildprat*, atque *Sauen* & *Rehen*; vid. ibid. ad An. 1687; sine dubio, sortita inde originem inter *Hoch-Roth*, & inter *Nieder-Roth-Wildprat*, quo Capreolos referunt; æque ac inter *Hoch-Schwartz*, seu Ursos, & *Nieder-Schwartz-Wildprat*, seu sues; de qua *Wehnerus*, *Observat. Pract.* voc. *Forst-Recht*, §. *Generali enim*, pag. 127; *Meichsnerus*, Tom. I *Decis.* Lib. 2, *Decis. I*, fol. 15, ad Art. 3; & *Decis.* 42, vers. *Quoad septimum*, p. 714; *Knipschildius*, de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. VII, §. 28, pag. 313; *Christoph. Fejchius*, de *Re Venatoria*, Part. I, §. 12, lit. e, apud *Fritschium* l. c. Part. I, p. 597, aliique, consulendi. Minimum ipse Elector *Saxoniæ*, *Joh. Georgius III*, b. m. *in dem Renovirten Jagd-Mandat*, de An. 1686, sub dato *Dreßden*, 24 Mart. distinctionem hanc approbasse videtur, apud *Fritschium* l. c. Part. 3, p. 481, verbis: *Daß, dann und wann, einig mit Kugeln und Schrot erschossenes Roth-Reh- und Schwartz-Wildprat gefunden &c.* quem stylum etiam, in Electoris *Joh. Georgii IV*, *renovirten Jagt-Mandat*, de An. 1692, 24 Maii, *Dresden* ibid. pag. 483; ut & in Potentissimi *Augusti* Regis, *renovirten Mandat*, de dato *Cracau* 8-18 Sept. 1697, ibid. pag. 485, ubi semper *das Rothe Wildprät, von denen Rehen*, secernitur.

Quænam igitur species ad singulas Venationes pertineant? ex Ordinationibus desuper promulgatis judicandum est. Facit huc *Chur-Sächsische Landes-Ordnung*, de An. 1531, fol. 27 & 28; præsertim *die Verzeichnüß, was von Wildprät zur Hohen-Mittel- und Nieder-Jagt, gehörig*, signata *Dresdæ*, An. 1662, 5 Sept. apud *Fritschium* l. c. pag. 532, §. XXIX, ubi:

Hohe-Jagt: Bäre, Hirsche, Wild, Wild-Kälber, Wölffe, Adler, Auer-Häne, Auer-Hüner, Birck-Hüner, Hasel-Hüner, Schneppen, Trappen, Kraniche, Schwäne, Reiger, Vocken, Wilde-Gänse, und der grobe Vogel-Fang, Ziemer, Drusseln, und dergleichen.

Mittel-Jagt: Schweine, Kauler, Bachen, Frischlinge, Rehe, Rehe-Kälber, Entvögel, und Enten.

Nieder-Jagt: Haasen, Füchse, Tachse, Bieber, Fisch-Otter, Marter, Elthiere, Wilde-Katzen, sampt dem kleinen Vogel-Rephüner- und Wachtel-Fang. Immediatè annectitur: *Seine Churfürstl. Durchl. zu Sachsen Unser gnädigster Herr, hat, aus unterthänigstem Ansuchen des Besitzers des Guts N. N. N. Gegenwärtiges Verzeichnüs, also, wie obstehet, unter dero Jagt-Secret, auszuhändigen bewilliget; signatum Dreßden, am 5 Sept. An. 1662.*

v. (4) Ubi *Venatio media* non datur, vindicantur *Venationi majori* (quæ & *Haupt-Wildbahn, Haupt-Wildfuhr, Hohe-Wildfuhr, Groß-Weidwerck &c.* audit;) *alles Hoch- Roth und Schwartz Wildprät*, veluti: *Bären, Säwe, Hirsch, Wild, Rehe &c.* vid. *Collegium Juridicum Argentoratense*, ad Lib. 41 ff. Tit. I, *de acquirendo rerum dominio*, §. 15, §. 3; *Biccius*, in *Aureis*, Sect. 3, §. 14, p. 185; *Wehnerus* l. c. *Struvius*, *Jurisprud. Romano-Germanicæ Forens.* lib. 2, Tit. I, §. 23, p. m. 63, in primis Ill. Dn. *Seckendorffius*, *im Fürsten-Staat*, Part. 3, Cap. 3, *Fünfftes Regal, vom Wild-bann &c.* Quæst. 2: *worinn die Jägerey bestehe?* p. 403 &c. ubi: *Hohes-Wildprat, als: Hirsche, Wilde-Schweine, Bären, Rehe, Trappen, Auer-Hanen, Hasel-Hüner, Berg-Hüner, Schwanen; oder aber Niedriges, als Haasen, Dachsen, Wilde-Katzen, Feld-Hüner, Schneppen, Endten, und dergleichen Wasser-Vögel, Wilde-Tauben, Krammets-Vogel, Lerchen, und dergleichen.* Addit tamen: *wiewohl auch, an manchen Orten &c. die*

Rehe,

Rehe, auch wohl die Wilden-Schwein, zu der Andern, oder Nieder-Gattung, gerechnet werden. Quamvis nec semper sub *venatione superiore, die Bähren-Jagt* intelligatur, *Wehnero* teste l.c. pag. 127, §. *Tantum enim.*

v. (5) Separatum Venationis genus est, cujus Dn. *Seckendorffius* l.c. pag. 404 meminit: *Für eine dritte Art, mag man die Raub-Thiere, als: Wœlffe, Füchse, Luchsen, Fisch-Ottern, Martern; und, unter Vögeln: die Adler, Habichte, allerley Geyer und Reiger, rechnen, welche zwar ordentlich auch, von denen, welche die Jagt haben, sonst aber, und im Nothfall, zu Beschützung seiner, und des seinigen, von männiglich angegriffen und verfolgt werden dürffen, sonderlich, wo dieselbe in grosser Menge, und für Menschen und Vieh, auch wieder ander Wildprät, schädlich sich erweisen; welchen falls diejenige, so dergleichen eines erlegen, von der Obrigkeit noch darzu belohnet werden. Es sind zwar die Bæren auch räuberischer Art, aber, weil sie etwas seltzam in Teutschland seyn, pflegen die Landes-Herren, oder die der Hohen-Jagt befugt sind, solche selbst fangen zu lassen &c.* Pertinent huc Constitutiones, præced. §. 11, lit. b, v. 10, 11 & 12, adductæ.

v. (6) Quoniam igitur, stylo nostri temporis, *Venatio major* multum à *Minori* differt, palam est, *Venandi Jure* simpliciter concesso, non statim id de *Venatione majori* accipiendum esse, quandoquidem (1) *Generalis* concessio non sufficit, ubi *specialis* requiritur. Vid. *Knichen* l. c. Part. 2, Cap. 2, §. 42 &c. pag. 46; *Heigius* l. c. §. 59 & 60, *Harpprecht*, ad *Institut.* Lib. 2, Tit. I, L. 12, *Feræ*, §. 247. (2) Nil novi est, quod Domini concedentes claris verbis doceant, qualem Venationem concesserint, arg. citatorum præced. §. 8 Diplomatum, *Coloniensis*, An. 973; *Verdensis* An. 985; *Herbipolensis*; An. 1000; *Osnaburgensis*, An. 1002; *Herbipolensis* An. 1023; *Elwangensis*, An. 1024; *Brixinensis*, An. 1048; *Passaviensis* An. 1049; *Walckenredensis*, An. 1132; *Saltzburgensis* An. 1199; *Conradi*, *Massoviæ* Ducis, An. 1230 &c. Adhuc hodie Illustrissimos Barones de *Riedesel in Iselbach* singulariter *venatione aprina, (mit der Wilden-Schweins-Jagt,)* investiri, observarunt *Knichen* l. c. Part. 2, Cap. 2, §. 47, pag. 46; *Wehner* l. c. voc. *Forstrecht*, pag. 117; *Dietherr*, ad *Besoldum*, voc. *Jagen*, p. 420. (3) Venatio superior sæpe nominatim excipitur: *doch behalten wir uns bevor die Hohe-Jagt, Schwartz- und Roth-Wildpræt &c.* Vid. *Knichen* l. c. §. 35, pag. 45; *Besoldus* l. c. pag. 418; *Wehner* l. c. (4) Ne quidem à *Venatione majori*, ad *minorem*, argumentari licet; cum in Germania, multis in locis, usu compertum sit, pluribus jus venandi in eadem sylva competere, ita tamen, ut is qui *superiorem* exercere potest, ab *inferiori* arceatur, & vice versa; vid. *Besoldus* l. c. pag. 420; *Wehner* l. c. §. *Notandum etiam*, & §. *Item, Vogel fangen*, pag. 128; *Sebastianus Khraisser*, de *Venatione & Aucupio*, Cap. X, apud *Fritschium*, cit. *Corpore Juris Venatorio-Forestalis*, Part. I, pag. 161 & 162; *Sixtinus* de *Regalibus*, Lib. 2, Cap. 18. §. 56, p. 678; *Gailius*, de *Pignorationibus*, Observat. XXV, §. 7, pag. 217; *Fridericus Pruckman* de *Regalibus*, Tit. *Venatio*, Cap. 4, §. 67; Auctor Tract. *vom klugen Beambten*, Tit. 34, §. 12, v. *was aber*, apud *Fritschium* l. c. pag. 699, ibi: *Dahero kan derjenige, der Niedere Jagt-Gerechtigkeit hat, die Repp- und Feld-Hüner, und alles Feder-Wildpræt, Feder-Thier, und alles Gevœgel, klein und groß, fangen, baitzen, mit dem Habicht und Sperber, oder Feder-Spiel treiben; welches aber doch nicht überall der Niedern Jagt anhängig ist; noch jederzeit (ob es schon insgemein angehet,) sich argumentiren läßt: Er hat den Wildbann, Ergo hat er auch das Vogel-Waidwerck, und kan Vogel-Herd aufrichten; massen, an etlichen Orten, dieses zum kleinen Waidwerck gehœrig ist &c.* (5) Castro, in genere, cum *Jurisdictione*, (*mit denen Gerichten*,) in Feudum dato, sola *Jurisdictio Inferior*, in dubio concessa creditur; vid. præced. Tit. XVII, §. 44, lit. a. (6) Sententiam hanc magni nominis JCti propugnant, v. g. *Schrader*, de *Feudis*, P. 3, Cap. 4, § 47, pag. 56; *Knichen*, de *Sublimi & Regio Jure Territorii* Cap. I, §. 272; pag. 26; *Wehner* l. c. *Biccius* l. c. *Collegium Juridicum Argentorat.* l. c. *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 3, Constit. 32, Definit. 17, §. 14, p. 1234; *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 372, p. m. 607; *Rhetius*, *Instit. Juris Publ.* lib. 2, Tit. XVIII, §. 7, pag. 439, *Finckelthausius*, peculiari Consilio, apud *Fritschium* l. c. Part. 2, Consil. XVII, pag. 866 &c. §. 11 & seqq. Dn. *Bartholdi*, Diss. Inaug. *de Necessitate edendi Titulum possessionis*, Cap. 3, §. 85, apud Dn. *Frise*, Part. 3 *Corporis Juris domanialis*, p. 145; Dn. *Ockel*, de *Palatio Regio*, §. 61, pag. 52. Considerandam hic insuper esse Feudi qualitatem: Utrum *gratiosum* sit, an *oblatum*, an alio modo acquisitum? Item, num dominus concedens, (præsupposito eum habuisse potestatem venandi feras majores) *omne Jus suum* in alium transtulerit, an non? cum diversi casus diversas responsiones involvant, pro certo habeo. Vid. cit. Consilium Dn. *Stryckii*, in causa Per-Illustris Dn. de B. *contra das Hochfürstl. Forst-Ampt zu Dannenberg*, de An. 1698, apud *Fritschium* l. c. Consil. 37, §. 12 & seqq. pag. 900 &c. His omnibus autem non obstantibus, æquior sententia eorum

eorum esse videtur, qui vocabulum *Venationis*, in diplomatibus, introductione verborum *Venationis altæ & bassæ*, quibus hodie utimur, antiquioribus, simpliciter positum, de *omni venatione* interpretantur, nec de *inferiori* duntaxat, eo quod (1) generaliter & indefinitè concepta verba generaliter, & sine distinctione, accipienda sint; (2) quod in genere dicitur, ad omnes species extendatur; per ea quæ *Sixtinus* l. c. §. 48, pag. 676, habet, (3) æquitati adversetur, de rebus medii ævi judicare velle juxta distinctiones diu post inventas. Vid. Dn. *Bilderbeck*, cit. *Gründliche Deduction gegen die vermeintliche Regalitat derer Jagten*, Cap. VI, §. 4 & seqq. pag. 282 &c. (4) multi reperiantur Vasalli, in quorum literis feudalibus vocabulum *Venationis* plane non occurrit, qui tamen nihilominus quiete jus venandi exercent, investiti *mit allen Nutzungen in Wäldern, Höltzen und Wassern Ihrer Güther &c.* Vid. Dn. *Bilderbeck* l. c. Cap. VII tot. p. 304 &c.

(c) BASSAM &c. Alias: *Klein- und Nieder-Wildprät; Minder-Waidwerck; Klein-Waidwerck; Reiß-Gejagt; Hasen-reiten, Fuchsen und Lausen*, scil. *Haasen, Füchse, Eichhörner, Repp- und Feld-Hüner, &c.* Vid. *Wehner, Observat. Pract.* voc. *Forst-Recht*, pag. 127; mox pergens: *In Franconia, Nobiles intelligere volunt, unter dem kleinen Wildbahn, sey: Hetzen, Hüner-Hasen-Rehe-Enten-Krammets-vögel- und alle andere Vögel zu fangen, auf Herden, in Garnen, und Schiessen ihres Gefallens. Und da ihnen auch Hirsch-Kalb, oder Freischling, in Rehe-oder Hasen-Garn einfallen würde, soll das Ihr, und nicht des Hohen-Wildbahns-Herrn, seyn.* Unde sua Dn. *Dietherr*, ad *Besoldum*, cit. voc. *Jagen*, pag. 421. Refertur huc etiam *die Reiger-Beiß mit dem Habicht, Blaufuß und Sperber*; vid. Dn. *Gœtsius* l. c. Cap. 2, §. 16, pag. 650; de Jure *Eine Vogel-Heerde zu bevogeln*, vid. *Wehner*, voc. *Vogel-Waide*, p. m. 483; Conf. seq. §. 15, lit. c.

(15) Venatio bassa, qua permittitur captura ferarum minorum, (*a*) quibusdam in locis, non inconcinnè, vocatur: *Das Stiebende- und fliegende Wildprat zu jagen, und fahen. Feschius, dict. Tract. Part. 2, θ. 2, lit. c.* Quod jus sese quoque extendit ad Aucupium, (*b*) *Beitzen*, Structionem areæ, *Vogel-Weyd, und Vogel-Herdt* (*c*) *zu schlagen &c.*

NOTÆ.

(*a*) MINORUM &c. Vid. præced. §. 14, lit. a & b.

(*b*) AUCUPIUM &c. Communiter tria Venationum genera constitui, *Venationem* scil. *proprie sic dictam*, *Aucupium* & *Piscationem*, vulgare est. Vid. *Petrus Gregorius*, Tholosanus, *Syntagm. Jur.* lib. 39, Cap. 10, §. 1; *Wesenbecius*, in *Paratitlis*, ad Lib. 41, ff. Tit. I, de *Acquirendo rerum dominio*, §. 7; *Knipschildt*, de *Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. 7, §. 21, pag. 313. *De Venatione, Piscatione & Aucupio*, extat integer Tractatus *Sebastiani Medices*, JCti Florentini, apud *Fritschium*, Part. I *Corporis Juris Venatorio-Forestalis*, pag. 1 & seqq. *Georgius Morus* JCt. edidit Tract. *de Jure venandi, aucupandi & piscandi*, apud eundem, pag. 35 &c. ubi, Part. I, Cap. I, §. 11 & seqq. pag. 36 & 37: *Licita Venatio tres habet species, scil. Ferinam, Aucupium & Piscariam. Nam Feræ in tria genera distingui solent, sicuti tribus Elementis sustinentur, videlicet in Feras, quæ Terra: in Volucres, quæ in aëre; in Pisces, qui in Mari, libere vagantur*; §. *Feræ, Institut. de Rer. divis. & l. 3. ff. de Acquir. Rer. Domin.* & §. 13, de venandi modis: *Venatio ferina fit multis modis, utpote: retibus, pedicis, laqueis, præcipitiis, foveis, arcubusis, bombardis, jaculis, cuspide, indagine, pennarum odore, carnibus, accipitribus. Aucupium vero fit: retibus, laqueis, pedicis, præcipitiis, arcu, visco, hamo, ac etiam accipitribus; Piscatura, seu Piscatio, fit retibus, sagenis, gargustiis, hamis, jaculis &c.* Huc insuper facit *Sebastiani Khraisseri* Tract. de *Venatione & Aucupio*, ibid. pag. 153 &c. qui, Cap. IX, pag. 161, recte monet, per *Aucupium*, ubi sermo de *Banno ferino Inferiori, vom kleinen Waidwerck, oder, von der Niedern Jagt*, est, non intelligi *Universale Aucupium*, sed saltem *Volucrum*, quas huc absque dubio pertinere, præced. §. 14, lit. a & b, monitum; nobiliores enim aves plerumque *Superiori Banno ferino* comprehendi, dictum ibidem. Inspicienda igitur omnino hic Locorum statuta, & consuetudines; Conf. seq. lit. c.

(*c*) VOGELHERDT &c. Exceptis avibus quibusdam nobilioribus, de quibus præced. lit. (a) v. 3 & 4, dictum aliquid referri, *das Vogel-Waidwerck*, ad *Bannum ferinum inferius*, ostendunt vulgatæ hanc in rem Principum Constitutiones; ejusque particeps, potest quoque struere & præparare aream, teste *Wilhelmi*, Ducis *Saxo-Vinariensis, Forst-Jagt- und Weydewercks-Ordnung*, sub dato *Weymar*, 9 Junii, 1646, Tit. 2, *von Jagten*, §. 8, *die Vogel-Heerde*, apud *Fritschium* l. c. Part. 3, pag. 20, ubi: *Es soll auch keinem Unterthanen, welcher des Nieder-Weydewercks nicht befugt, gestattet*

tet werden Vogel-Heerden und Gestelle, auf seinen Gütern, andern zu vermieten &c. Conf. præced. §. 11, lit. (b) v. 7, ubi Constitutiones aliæ. Hinc *Wehnerus, Observat. Pract.* voce *Vogelwaide*, pag. 483: *Jus venandi & aucupium habens, potest, in captura avium, struere & præparare aream, ein Vogel-Herdt machen; estque species des kleinen- oder niedern-Wildbahns, oder Weidwercks, unter das Feder-Wildpret gehörig &c.* De spatio areæ, pergens: *Es hält aber ein Vogel-Heerd nicht allein, de consuetudine, den außgesteckten Platz, sondern die gantze Conferentz (Circumferentz) und Bezirck, so weit man einen Vogel singen höret, in sich, begreifft und beschleußt denselben also, daß in solchem Bezirck keiner einen andern Heerd machen darf &c.* his annectit: *Dahero einem jeden Herrn bevorstehet, den Heerd eines Jahrs, mitten im Bezirck des andern, im Ort hinauß, wie er vermeinet am Strich am besten zu seyn, zu machen, und anzurichten, und dannoch bleibt und ists der vorige Heerd, und nicht ein ander, oder neuer &c.* Conf. *Meichsner, Decis. Camer.* I. Tom. I, Part. 2, fol. 8, & Tom 4, *Decis.* 7, §. 28, pag. 136, & §. 34, pag. 138; *Gylmannus*, Tom. I *Symphoremat.* Part. 2, Tit. 8, voto 3, n. 27 & 28, pag. 136 &c. *Kyllinger*, de *Venatione*, Concluf XIX, lit. b; *Knipschildt*, de *Privilegiis Nobilitatis Immediatæ*, lib. 3, Cap. 5, §. 207 & seqq. pag. 201 & 202; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 73, §. 10, p. 655; Auctor *des klugen Beampten*, Tit. 34, §. 12, apud *Fritschium* l. c. Part. I, pag. 699, cujus verba præced. §. 14, lit. a, v. 6, retuli. In Jure aucupandi aves minores, pristinæ libertatis exercendi pro lubitu aucupii, reliquiæ supersunt, (de qua libertate, §. 12 Instit. de *Rerum divisione*; L. 5, §. 2, ff. de *Acquirendo rerum dominio*: & L. 3, §. 15, ff. *de Adquirenda vel amittenda possessione*, testantur,) cum omnibus permissum sit, nisi ubi *majorum avium* censu veniunt, quæ alibi *minoribus* accensentur, e. g. *Krammets-Vögel, Halb-Vögel, Ambseln, Trosteln, Zemmer, Wachteln &c.* quo casu, ad aucupii possessionem recurrent. Illustrant hæc, quæ *Wehnerus* l. c. tradit: *Distingui alias solet Vogel-Waidwerck, in grose und kleine Vægel. Unter den großen Vægeln, und grosem Vogel-Weidwerck, comprehenduntur: die Krammetsvögel, Halb-Vögel, Amsel, Trostel, Zemmer, Wachtel &c. Unter dem kleinen Vogel-Weidwerck: Lerchen, Fincken, Zeißling &c. Gyland. Decis. 49, §. 9, lib. I; atque ita distinctum, in causa Nürnberg, à Noricis. Quod tamen non semper certum est; aliquando siquidem & inter Klein-Vogel-Werck referuntur: Krammets-Vögel, Halb-Vögel, Amsel, Trostel &c.* Add. *Myngius*, de *Superioritate Territoriali*, Conclus. 78, in fine. *Knipschildt* l. c. §. 205 & 206, pag. 201; *Struvius Syntagm. Jur. Civil.* Lib. 41, Tit. I, §. 12, pag. 536. De distinctione inter *Hohem Feder-Wildprät*, & *klein Vogel-Weidewerck*, legantur Constitutiones præc. §. 11, lit. b, v. 5, adductæ; unde cognoscendum, quænam aves, hinc inde, *venationi majori*, quænam *minori*, annumerentur? junge, quæ præced. §. 14, lit. a, v. 2 & seqq. allata sunt.

(16) Qui Jus habet venandi in sylva, habet etiam Jus eam, succisis lignis, cingendi; *und wer das Jagen hat, hat auch das Hagen*, (*a*) modo domino prædii, vel sylvæ, (*b*) nullum præjudicium exinde inferatur. Concesso enim fine, & media, ad finem necessaria, concessa esse videntur. *Gail. 2, Observat. 68.*

NOTÆ.

(*a*) HAGEN &c. Num axioma hoc universaliter verum sit? non conveniunt doctores. *Gailius*, lib. 2 *Observationum*, Observat. LXVIII, §. 7, pag. 420, necessariam esse consequentiam opinatur, quod sylva venatoria, succisis lignis, in ferarum capturam, ab eo cingi possit, qui jure venandi gaudet; quam sententiam & *Zasius*, *Consil.* VI, §. I, Vol. 2, incip. *Illustris*, propugnat. Enimvero, cum (1) servitutes stricti sint Juris, ultra casum, de quo quæstio, nullatenus extendendæ, per L. XI, §. 6, *Si quis iter*, ff. de *Exceptione rei judicatæ*; L. XIII, §. 1 ff. de *Servitutibus Prædior. Rusticor.* & L. XI, ff. *Quemadmodum Servitutes amittantur*; (2) in materia venationis, pro communi doctorum habeatur regula: *Tantum censeri præscriptum, quantum possessum*; testibus *Gylmanno, Symphorem. Supplicationum Cameral.* Tom. 2, Part. I, Voto I. in causa Civitatis M. contra K. §. 35, pag. 33 & 34; & *Meichsnero*, Tom. 3, *Decis.* 33, §. 24, pag. 1045; (3) Jus venandi, & jus cingendi sylvam, duo diversa sint Jura, à se invicem non dependentia, quandoquidem alterum sine altero bene exerceri queat; unde *Noë Meurer*, Tract. *vom Forst-Jagt- und Wasser-Recht*, Part, 2, Tit. *Ob der zu Jagen, auch zu Hagen habe?* apud *Fritschium, Corp. Juris Venatorio-Forestalis*, Part. I, pag. 315: *wiewohl ich dieses Gebrauchs nicht gar in Abrede seyn kan, daß der, so zu Jagen, gemeiniglich auch, (es sey im Forst, oder freyem Bürsch,) auch zu Hagen; noch dannoch halte ich de Jure dafür, daß es nicht allewegen ein gewiß schließlich folgend Argument:*

ment: *Ich habe zu Jagen; Ergo, Ich habe auch zu Hagen. Dann, meines Erachtens, - - - - das Jagen auch, ohne das schædliche Hagen - - - mit den Garnen, wohl geschehen kan. Ob dann wohl gelegener, es auch weniger Garn und Leut erheischet, lange Heger mit vielen Thüren zu machen, so wird doch, der bessern Gelegenheit halber, nicht allwegen folgen: Daß der Eigenthumbs-Herr, mit Nachtheil und Schaden, durch Machung der Heger, seine eigene VVäld, verwüst und verhauen zu werden, sehen muß, arg. L. Refectionis, ff. Communia Prædiorum L. Servitut. §. Si domo, ff. de Servitut. Urbanor. Prædior. L. 3, ff. de Servitut. Rusticor. Prædior. L. Veteres, ff de Itin. actuque privato. Und so viel mehr ist dafür zu halten, daß nicht allwegen, da man zu Jagen, auch zu Hagen; wan der, so jaget, das Hagen nicht hergebracht &c.* Add. Dn. *Stryckii* Responsum, in causa, *des Hrn. Geheimen Raths von B. contra das Hochfürstl. Forst-Ampt zu Dannenberg;* in Puncto *der Ober-Jagten*, §. 51 & seq. apud *Fritschium* l. c. Part. 2, pag 904; præsertim Dn. *Joh. Christoph. Heroldus*, in *Observationibus Forestalibus*, Observat. VIII, §. 15 & seqq. apud eundem, l. c. pag. 1168. (4) Nemo servitutem recte constitutam propria auctoritate deteriorem facere valeat; teste vel ipso *Gailio*, l. c. Observat. LXVII, *§*. 6, pag. 417, & §. 9 & 10, pag. 418; quod fieret, si venandi jus habenti statim quoque sylvam circumcingere liceret; cum, hac ratione, tertius, cui in eadem forte sylva lignandi, pascendi &c. concessa potestas, jure suo commode amplius uti non posset. Vid. *Petrus Friderus*, Mindanus, de *Mandatis*, lib. 2, Cap. 41, §. 1, pag. 230; (5) Jus cingendæ sylvæ ad eum solum spectare credatur, qui antiquitus illud obtinuerit; vid. *Noe Meurer* l. c. *Bidenbachius*, *Quæst. Nobil.* XVII; *Cothmannus*, 3, *Resp.* 49, n. 120; *Thilemannus*, *Observat. Cameral.* Dec. 3, Syntagm. I, Vol. 2, in fin. pag. 129, Dn. *Eberhardus Fabricius*, ad *Gailium*, lib. 2, *Observat.* 68, Sect. I, aliique; omnino distinguendum ego arbitrarer: Utrum *das Hagen*, tertii cujusdam quæsitum jus offendat, an non? proinde, casu priori, thesin negandam, posteriori vero affirmandam. Conf. *Rudinger*, Centur. V *Observationum singularium*, Observat. LXIII, §. 5, *Qui vero habet jus venandi*, p. m. 725. *Friderus* l. c. Dn. *Heroldus* l. c.

(*b*) SYLVÆ &c. Imo cuilibet servitutem legitimam, usum aut usumfructum, v. g. jus pascendi, lignandi &c. in ejusmodi sylva, habenti. Vid. *Petrus Friderus* l. c.

(17) Ut Dominus Territorii commode venari possit, subditi obligantur, propter Imperium, quod habet in ipsorum personas, ad operas venatorias præstandas, (*a*) *zu den Forst-Beschwerden, als: Hundziehen*, (*b*) *Fürstehen, Garn und Seiler zu führen, Wild-Zæune und Wild-Hæge zu machen.*

NOTÆ.

(*a*) PRÆSTANDAS &c. Exceptis iis, qui ab ejusmodi onere immunes sunt; vid. præced. *§*. 11, lit. b, v. 11 & 43.

(*b*) HUND ZIEHEN &c. Vid. præced. §. 11, lit. b, v. 43.

(18) Princeps tamen, hæc servitia exigens, benignam moderationem (*a*) adhibere debet, ne subditi ad onera venatoria cogantur, tempore, quo agrorum sationibus, vel messe, vel vindemia, occupati sunt, *zu Ernd-Herbst- und Sæe-Zeiten, oder, da sonst nœthige und hoch obliegende Geschæffte einfielen. Spangenberg von Rechtmæssigen Tagen, Cap. V, part. I,* in primis ne diebus festis (*b*) hæc onera exigantur, & sic dies domini profanetur; *L. 2, C. de Feriis.*

NOTÆ.

(*a*) MODERATIONEM &c. Legi hic meretur *Chur-Sächsische Lands-Ordnung, die Jagt-Fuhren und Jagt-Dienste betreffend*, de Anno 1603, verbis præced. §. 11, lit. b, v. 43, occurrentibus.

(*b*) DIEBUS FESTIS &c. Laudata *Chur-Sächsische Lands-Ordnung*, de An. 1603, apud *Fritschium* l. c. Part. 3, pag. 8, ait: *So sollen auch in den Feyertagen die Jagten nicht angestellet werden &c.* Conf. *Sebastianus Medices*, Tract. de *Venatione, Piscatione & Aucupio*, Quæst. XI, Part. I, §. 4, apud *Fritschium* l. c. Part. I, pag. 15; *Georgius Morus*, *de Jure venandi*, Part. I, Cap. 2, §. 53, apud eundem l. c. pag. 40, & Part 2, Cap X §. 1 & seqq. pag. 102, & §. 14, pag. 103; *Fridericus Pruckman*, de *Venatione*, Cap V, §. I. ibid. pag. 132. Limitationem tamen admittit *Spangenbergius*, Tract. *wie fern das Jagen recht, oder unrecht sey?* Tit. *Jagen soll ohne Versæumung des Gottesdiensts, und des Regiments, geschehen &c.* apud eundem, Part. 3, pag. 395: *Und ist gar unrecht, auf die Sontage, oder sonst, da man von Gottes*

Gottes VVort handelt, die Jagten anstellen und üben; es wäre dan Sache, daß man, aus dringender Noth, etwan einem schädlichen Thier folgen müßte; da es keinen längern Aufzug nicht leiden wolte, ohne armer Leute grosen Schaden und Verderb; da wäre solches nothwendiges Jagen, und fällen solcher schädlichen Bestien, auch auf einen Feyer-Tag, wohl entschuldiget &c. Extra hunc, aliosque necessitatis summæ casus, vetita omnino diebus dominicis, aut festis, venatio. Conf. ipse Dn. *Fritschius*, Tract. de *Peccatis Venatorum*, Conclus. 2, ibidem, pag. 438.

(19) De Pœna (*a*) eorum, qui, contra Principis mandatum, venantur, & aliis Quæstionibus (*b*) huc pertinentibus, partim in Jure privato, partim in Jure Feudali, agitur.

NOTÆ.

(*a*) POENA &c. Transgressoribus venatoriarum Legum rite promulgatarum juste pœnas irrogari, extra dubium est; num vero, ob occisam feram, homo, ad imaginem Dei creatus, & pretiosissimo Salvatoris sanguine redemtus, ultimo queat affici supplicio? in utramque partem disputatur. *Negantes* producunt: (1) quod Deus, Legislator summus & æquissimus, nullam plane in Venatores ferarum statuerit pœnam, imo, ejusmodi venationem omnibus indulserit; (2) nulla reperiatur proportio, inter vitam hominis, rebus omnibus pretiosiorem, & vitam bestiæ; (3) *Speculum Saxonicum*, lib. 2, Art. LXI, fol. m. 115, expressis verbis dicat: *Quando Deus hominem formaverat, ei volatilium, piscium ac bestiarum, dedit potestatem, ex eo, istis injuriam inferenti*, (inferens) *in vita, aut in sanitate, non condemnetur*; German. *Do Got den Menschen gescop, do gaff he eme Gewalt over alle wilde Dyre, darumme hebbe wy des orkunde van Gode, dat Neman synen Lyff, noch syn Gesundt, an dessen Dinghen, vorwerken ne mach &c.* (4) JCti, ne dicam Theologi, magni nominis, sententiæ huic inhæreant, v. g. *Alphonsus à Castro*, lib. I, de *Potestate Legis pœnalis*, c. 6, Tyrannos appellans, qui morte mulctari jubent interfectorem cervi, pluris sic bestiam homine æstimantes. *Bachovius*, ad *Treutlerum*, Vol. 2, Disp. 20, θ. 3, lit. A; verb. *Wan eine Obrigkeit, bey Straffe des Lebens, und dem Strang, das Wild-schiessen verbothen hätte, so haben wir doch ein groß Bedencken, solchem ernstlichen Mandat zu folgen, sondern seyn bey der willkührlichen Straff geblieben &c.* *Wittebergenses* JCti, in *Decisionibus* suis, Part. 4, *Rubr.* 8. de *Pœnis*; *Gailius*, Lib. 2, *Observat.* LXVIII, *§.* 10 &c. pag. 420; ad auctoritatem *Dominici à Soto*, de *Justitia & Jure*, lib. 4, Quæst. 6, art. 4, provocans; *Everhardus Speckhan*, in Consilio peculiari, ad Quæstionem: *Quomodo puniendi sint, qui in Principum sylvis & forestis, contra Mandatum, sive Edictum, venati fuerint? Quæst. Jur.* Cent. I, Quæst. 98, & apud *Fritschium*, Part. 2 *Corporis Juris Venatorio-Forestalis*, pag. 884, Consil. XXV; *Wesembecius*, in *Paratitlis* ff. de *Acquir. Rer. domin.* §. 7; *Fridericus Pruckman*, de *Regalibus*, §. *Venatio*, Cap. 4, *§.* 62, ad 65; *Arnisæus*, de *Jurib. Majest. minor.* lib. 3 Cap. 4, §. 3; f. 522; *Georgius Morus*, Tract. de *Jure venandi*, Part. I, Cap. 4, *§.* 4 & seqq. apud *Fritschium* l. c. Part. I, pag. 53; *Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. I, *§.* 72; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Wilderer*, pag. 1006; ipse *Fritschius*, de *Peccatis Venatorum*, Conclus. XVI, l. c. Part. 3, pag. 443; aliique, *Carpzovio*, Part. 2 *Prax. Criminal.* Quæst. 84, §. 36, pag. 286, hoc titulo commendati.

Affirmantium fundamenta sunt, quod (1) crescentibus delictis, hominumque malitia, legitime constituti Magistratus, tanquam Vicarii Dei in terris, etiam ultimo supplicio in peccata animadvertere queant, quæ, ante Legem Civilem, vel plane peccata non erant, vel tamen mulcta duntaxat, aliave mitiori pœna, coërcebantur; furto teste. Conf. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. 2, §. V, pag. 116 & 117. (2) Proportio non sit quærenda inter vitam hominis, & bestiam, quippe quæ nulla est; sed inter transgressionem Legis, summique Principis contemptum, & pœnam mortis; quæ supremo & æquissimo Legislatori, Deo, nunquam adversa fuit, quin potius ab Eo præcepta, *Deut.* XVII, v. 12: *Qui fecerit ex petulantia, ut non audiat Sacerdotem, stantem ad ministrandum ibi Jehovæ, Deo tuo, aut Judicem, morietur vir iste: ut removeas malum ex Israële.* Interprete *B. Schmidio*. (3) Ejusmodi inobedientia *idololatriæ* & *sortilegii* criminibus, quæ omnino gravissima sunt, nec nisi mortis pœna puniuntur, æquiparetur, arg. I Samuel. XV, v. 23: *Ungehorsam ist eine Zauberey-Sünde; und wiederstreben, ist Abgötterey und Götzen-Dienst.* (4) Furtum non minus in bestiis committi possit, ac in rebus aliis; notissimi autem juris, furibus, armata præsertim manu, in alterius ædes irrumpentibus, resque valorem quinque solidorum excedentes auferentibus, capite luendum; vid. *Caroli V Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung* de An. 1532, Art. 159, 160 & 162; & *Constit. Elector. Saxon.* Part. 4, Constit. 32: *Wann einer über fünff der besten Ungarischen Gülden werth, stielt, derselbe wird, da es gleich sein erster Diebstahl ist, nach Ordnung der Recht, und gehaltenen Gebrauch, mit dem Strang gestrafft,*

Qui Documenta pro lubitu efficta amant, proferunt hic chartam, qua CAROLUS MAGNUS, An. 746, Comitibus *Gleichensibus*, aurum argentumque fodiendi jus, tribuisse fertur; eam verò integræ fidei non esse, præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a. demonstrari.

An. 833, 6 Id Junii, in Diplomate LUDOVICI *Pii* Imp. *Warino*, *Corbejensi* Abbati &c. concesso, apud Dn. *Schatenum*, lib. 2 *Annal. Paderbornens.* ad h. a. pag. 92, & Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Ecclesiastici*, Cap. V, Tit. *Corbey*, §. 6, p. 62, legitur: *Warinus, quem in eodem Monasterio Abbatem præfecimus, suggerendo petiit Celsitudini Nostræ, ut, in memorato Ducatu Saxoniæ, locum provideremus, ubi Sal fieri, ad cibos Monachorum, in eodem Monasterio per tempora degentium, saliendos, atque condiendos, potuisset; quod &, per hoc nostræ auctoritatis præceptum, in Ducatu Budinisvelt, quantumcunque Juris Nostri, in illo Sale, quod est super fluvium Wisera, erat in Pago Logi; per quod statuentes decernimus, ut, sub Jure istius Monasterii, quantumcunque in eodem sale habere visi sumus, perpetuò consistat, sicut diximus, ad necessitates Servorum Dei, in memorato Monasterio degentium, fulciendas &c.* Conf. Antiqui *Corbejæ Saxonicæ Annales*, apud Dn. de *Leibnitz*, Tom. 2 *Scriptorum Brunsuic.* p. 296, ad An. 833, verbis præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a. pag. 168 & 169, jam expressis.

An. 845, sub dato *Rosbach*, 9 Cal. Jan. dono dat LUDOVICUS GERMANICUS eidem Abbati, mansum Dominicatum in Villa *Guottinga*, cum aliis XX Mansis, & *Salinariis &c.* Vid. præc. Tit. XV, §. 1, lit. a, sub Ludovico Germanico. Sub Eodem Rege florens *Otfridus*, Weissenburgensis Monachus, interpres Evangelii rhytmicus, in proœmio operis, Francorum laudes, dotesque Regionis, celebrans, ait:

Zi Nuzze grebit man ouh thar
Er inti Kuphar.
Joh, bi thia Meina,
Isine Steina.
Ouh thara Zua Fuagi,
Silabar ginuagi.
Joh lesent thar in Lante
Gold in iro Sante.

Visus hic locus *Frehero*, P. 2, *Originum Palatin.* Cap. XVII, p. 80.

An. 898, ARNOLPHUS Imp. sub dato Id. Dec. largitus est *Waldoni*, *Frisingensium* Episcopo, licentiam *vehendi salis*, sine muta. Vid. præc. Tit. 4, §. 7, lit. a, ad h. a. pag. 510.

An. 908, sub dato *Waipillinga*, 16 Cal. Januar. nactus est *Pilgrimus*, *Salisburgensis* Præsul, à LUDOVICO IV Rege, integram Curtem *Saltzburghou, cum omnibus censibus, in Halla, & extra Hallam; in Salina, & extra Salinam &c.* Vid. Præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, ad h. a. pag. 487.

An. 936, Confitetur *Folckmarus*, *Corbejensis* Abbas, quod Comes *Segefredus* hereditatem suam monasterio suo tradiderit, *cum metallis.* Vid. præc. Tit. XV, §. 1, lit. b, v. 9.

An. 956, Donasse OTTONEM Magnum, Cœnobium *S. Michaëlis*, quod *Luneburgi* est, *telonee, quod ex salinis ibidem hauserat*, præced. Lib. I, Tit. XI, §. 4, lit. 9, pag. 981, probavi; conf. ad seq. Annum 1225.

Ejusdem liberalitati acceptas tulisse *Madeburgenses* ArchiEpiscopos *Salinas Hallenses*, annotavit *Besoldus*, Thesaur. Pract. Voc. *Saltzpfann*, pag. 859; conf. *Petrus Heigius*, Part. I *Quæstionum Juris*, Quæst. 14, §. 27 & seqq. *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 2, Constit. 53, Defin. 2, §. 4, pag. 876; & de *Regalibus*, Cap. 3, *Regal.* XXIII, aphor. 4, v. 126.

Wolfherrus, in Vita *S. Godehardi*, *Hildenshemensis* Episcopi, (circa An. 1038 defuncti,) Cap. 4, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I, pag. 492, inquit.

Erat

Erat etiam, in Orientali parte Civitatis nostræ, palus horrifica, & circum manentibus omnino plurali formidine invisa, eoque ibi, ut opinabantur, tam meridiano, quam & nocturno tempore, illusiones quasdam horribiles, vel audirent, vel viderent, quæ à Fonte Salsuginis, quæ ibidem in medio bulliebat, Sulza dicitur &c.

An. 1029, sub dato *Frisingen*, 5 Id. Mart. roboravit Imperator, CONRADUS *Salicus, quicquid ad Ecclesiam Frisingensem hactenus pertinebat, cum Salinis & Sartaginibus, ac locis sartiginum.* Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad Annum 996, p. 172; ubi simul monitum, chartam hanc An. 1039 & 1057, ad preces *Nikeri* & *Ellenhardi*, Præsulum hujus Ecclesiæ, fuisse innovatam.

An. 1064, sub dato *Goslariæ*, Non. Decemb. concessit HENRICUS IV Imp. *Friderico* Com. Pal. Saxon. *in loco hæreditatis suæ, Sultza dicto, in Pago Thuringiæ, cocturam salis*; tertiam tamen salis partem Monasterio S. Petri, ibidem exstructo, inde vindicans. Vid. præced. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a. pag. 176.

An. eod. dono dedit idem Cæsar *Sigfrido Moguntino*, Prædium suum *Orbaba*, in Pago *Wettereiba*, cum *Salinarum fontibus*. Vid. præc. §. 8, lit. b, ad h. a.

An. 1074, ait ANNO 2, *Coloniensis* Archi-Episcopus, in fundatione & dotatione Abbatiæ *Saalfeld*, apud Dn. *Lunigium*, Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. V, *im Anhang*, Tit. *Saalfeld*, §. 1, pag. 840: *dedimus ei potestatem venandi, novalia faciendi & qualibet utilitate in ea* (majori sylva, Forstwaldt dicta,) *fruendi; in Salinis Franckenhusen, quatuor Sartagines; in tota Regione Salfeldensium, pro justa decimatione, quia non potuit exigi, de singulis mansis, duo modii persolvendi sunt &c.*

ANSHELMUS, *Laurishamensis* Ecclesiæ Abbas, in donatione pensionum, Ecclesiæ suæ facta, circa An. 1094, apud *Freherum* l. c. Part. I, Tit. *de Monte Abrinsberg*, p. m. 179, inquit. *De Wezenloch, in Festo S. Remigii, persolvantur duo talenta, & dimidium, de curtibus; in Festo autem S. Martini, & in Pascha, de Hubaris, tria talenta persolvenda sunt. De monte autem ubi Argentum foditur, una marca, &, de mercato, viginti marca &c.* Conf. idem, Part. 2, Cap. XVII, p. 81.

An. 1122, Indict. XV, 4 Kal. April. obtinuit Monasterium *Montis S. Michaëlis Sibergense*, Ord. S. Benedicti, Coloniensis Diœceseos, ab HENRICO V Imp. Jus *metallifodinæ*, teste *Schiltero*, Tom. I *Instit. Jur. Publ.* Lib. 2, Tit. I, §. IX, pag. 269, ubi: *Ut si quid metalli, vel pecuniæ, in ullo possessionum ipsorum fundo, sive loco, tellus quærentibus exposuerit, ex his, quæ avaro sinu multa nobis abscondit, Juris ipsorum sit; nec molestus quisquam sit illis, pro Jure Regio, quia, quod ad Nos attinet, donamus tanquam carnale, ut bona ipsorum spiritualia mereamur metere &c.* Quod *Rupertus* Palat. Imp. an. 1401, Idib. Januar. ratum habuit.

An. 1150, sub dato *Wizzeburg*, Indict. XIII, permisit CONRADUS III Imp. *Wiboldo, Corbejensium* Abbati, liberas argenti metallorumque aliorum venas in monte *Eresburg*; mediante charta apud Dn. *Schatenum* lib. VIII *Annal. Paderborn.* ad h. a. pag. 786, & Dn. *Lunigium*, cit. Part. 3 *Spicilegii Eccles.* Cap. V, Tit. *Corbey*, §. 52, pag. 94: *Conradus, D. G. Romanorum Rex Secundus, Wiboldo, Corbejensi Abbati, suisque Successoribus regulariter ordinatis, in perpetuum, Venas metalli, videlicet, Auri, Argenti, Cupri, Plumbi & Stanni, & omnem pecuniam, sive rudem, sive formatam quæ intra montem Eresberg, qui Corbejensi Ecclesiæ jure proprietario pertinere noscitur, latet, tibi, &, per te, Corbejensi Ecclesiæ, concedimus, damus, & præsenti scripto confirmamus, ut liceat Tibi, & successoribus tuis, absque ullius personæ contradictione, in eodem monte, fodere omne Metallum; quod inventum fuerit, eruere & conflare, tuisque & Fratrum tuorum usibus licenter aptare; ut tanto melius possit Corbejensis Ecclesia tam divinis, quam Regni rebus, subservire &c.*

An. 1152, *Henricus Leo* Dux *Saxon.* & *Bavariæ*, obturari fecit *Fontes Salis Thodeslo*, eo quod *Sulcia sua Luneburgensis* inde fuerit devorata. Vid. præc. Tit. 2, §. 37, lit. c, ad h. a. p. 177, verba *Helmoldi*, lib. I *Chron. Slavor.* Cap. 76, p. 171.

An. 1156, FRIDERICUS *Barbarossa* Imp. confirmando Privilegia & possessiones *Berchtolsgadensis* Præposituræ, sub dato *Wirzburg*, Idib. Januar. apud *Gewoldum*, Addit. Tom. 2 *Hundii Metropolis*, Tit. *Berchtesgaden*, §. XXXI, pag. 177 (Edit. nov. p. 121) & Dn. *Lunigium* l. c. Tit. eodem, §. V, p. 7, hæc suppeditat: *Ipsum Forestum* (quod circa Villam Berchtesgaden undique tenditur) *cum omni Jure suo, jam dicto Cœnobio, Imperiali auctoritate, donantes confirmamus, hoc, pietatis studio, addentes, ut, si qui ejusdem loci Fratres, in Salis, vel cujuslibet Metalli, subterraneis venis, inter terminos ipsius Foresti, vel in quolibet Ecclesiæ suæ fundo, invenire aut elaborare potuerit, firma cis, eorumque Successoribus, & illibata omni tem-*

tempore permaneant &c. De Confirmatione ulteriori *Philippi* Imp. de An. 1204, vid. præced. §. 8, lit. b, ad An. 1126; & mox, ad An. 1204.

An. 1557. *Fridericus I Roman. Imp. Monasterium* (Walckenredense) *in Imperii protectionem suscepit; dedit ipsi quartam partem Rammelbergi Goslariensis, cum libera potestate permutandi res & bona sua, cum S. R. Imperii subditis. Acta hæc sunt Goslariæ in Palatio Cæsario &c.* Ita *Eckstormius*, in *Chronico Walckenredensi*, p. m. 50.

An. 1159, in Diplomate *Astensibus* Civibus, apud *Marengam*, dato, nominetenus inter *Regalia* refert Idem Cæsar, *Argentarias*; pariter ac 2. F. 56, vid. præced. Tit. 2, procem. lit. a, p. 2; quam vocem de *metallifodinis* in genere interpretantur, *Sixtinus* de *Regalibus*, lib. 2, Cap. 16, §. 3 & 4, p. 630; *Arnisæus* de *Jur. Majest.* lib. 3, c. 5, §. 4; *Peregrinus* de *Jure Fisci*, lib. 4, c. 2, n. 13; *Rumelinus* in A. B. Part. 3, Diss. 3, §. 27, ibique *Mylerus* in Addit. pag. 783 & 784 &c. *Carpzovius*, *Jurispr. Forensis*, Part. 2, Constit. 53, Definit. I, §. 3 & 4, pag. 875, ibique allegati; alii contra eam de domo saltem accipiunt, in qua, publica auctoritate, *argentaria* exercetur, vulgò *die Banck*, cujusmodi: *Amstelodami*, *Hamburgi*, *Norimbergæ* &c. vid. *Limnæus* in A. B. Cap. IX, §. 1, Observat. 22, p. 422 & 423; quare nec multum hic morabor.

An. 1189, sub dato *Haltesbach*, X Kal. Mart. *Jure metallifodianum* prospexit laudatus Cæsar, *Conrado*, Episcopo *Tridentino*; chartam exhibente Dn. *Lunigio* l. c. Part. 2, Tit. *Trident*, §. V, pag. 915 & 916, ubi, inter alia: *Universis itaque Christi & Imperii fidelibus, præsentibus & futuris, notum fieri volumus, quod, perseverante Actione Nostra de Argentifodinis, apud Episcopatum Tridenti, quas Juri nostro, tam ibi, quam in aliis Imperii Nostri finibus, repertas, antiqui Juris & consvetudinis celebratas* (celebritas) *adjudicavit, Dei intuitu, & respectu, honestati* (honesti) *nostri Conradi, Episcopi Tridentini, ad preces, & laudabilem ejus devotionem, Argentifodinas in Ducatu Tridentino Episcopatuve, quæ nunc sunt, vel quæ imposterum argenti, cupri, ferrive, omnisque metalli, ibidem reperirentur, præterquam Mallodis Comitum de Tyrolis, & Epiannæ, quæ specialiter excipienda, Ecclesiæ Tridentinæ, Imperiali largitate tradimus, ac, præsentis nostri privilegii tenore, præsenti Episcopo, & suis Successoribus, perpetuò confirmamus. Statuimus igitur, & Imperiali Sanctione decernimus, ut prædicta Ecclesia hac donatione quiete perfruatur, & nullam prorsus inde sustineat vexationem; nulla omnino persona, humilis vel alta, secularis vel Ecclesiastica, in ea vim vel injuriam, ei, ausu temerario, inferre præsumat &c.* Confirmationem *Wenceslai*, de An. 1389, cernis apud eundem, l. c. §. 7, pag. 917.

An. eod. sub dato *Nonnensteine*, 12 Cal. April. sequens Edictum emisit HENRICUS VI. Romanorum Rex, postea Imperator, *Metallifodinam Mindensis* Episcopatus respiciens, apud *Pistorium*, in *Chronico Mindensi*, pag. 746; *Goldastum*, Tom. 3 *Constitutionum Imperial.* pag. 362; *Einsiedel.* de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. XII, §. 327, pag. 565 &c. Dn. *Schatenum* l. c. lib. IX, ad h. a. pag. 887, & Dn. *Lunigium* l. c. Part. 2, *im Anhang*, Tit. *Minden*, §. 19, pag. 112.

Henricus D. G. *Romanorum Rex, & Semper Augustus; Fidelibus suis, Episcopis: Mindensi, Padeburnensi, Osnaburgensi; Comitibus quoque & Nobilibus, & universis Hominibus, in eisdem Episcopatibus constitutis, gratiam suam & omne bonum. Cum omnis Argentifodina ad Jura pertineat Imperii, & inter Regalia Nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad Nostram totaliter spectet distributionem; unde in ea nulli hominum quicquam Juris recognoscimus, nisi hoc à nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur Vobis, & singulis, sub obtentu Gratiæ Nostræ præcipientes, ut nullus Vestrûm se de prædicta Argentifodina intromittat, nec aliquid Juris, sine Nostra licentia, sibi in ea usurpet. Quod si quis, temerario ausu, fortè attemptaverit, indignationem Nostram se noverit incursurum. Puntium autem laborem fidelem, Nuntium nostrum, ad partes illas transmisimus, ut de eadem Argentifodina ordinet & disponat, prout Nobis videtur expedire. Mandamus itaque delectioni Vestræ, attente rogantes, ut ei Consilio & auxilio fideliter assistatis, grates affectuosas à Serenitate Nostra recepturi. Datum apud Nonnensteine, XII Cal. Aprilis.*

Idem, sub eodem dato, transscripsit in *Dethmarum* Episcopum, & Ecclesiam *Mindensem*, duas tertias præfatæ *Argentifodinæ*, reliquam sibi reservans; Vid. cit. *Chronicon Mindense*, apud *Pistorium*, pag. 743; *Goldastum* l. c. pag. 363; *Einsiedel* l. c. pag. 567; & Dn. *Lunigium* l. c. §. 20; inde huc faciunt: *Cum igitur Argentifodina, quæ est in Episcopatu Mindensi constituta, ad Jura pertineat Imperii, & inter Regalia Nostra sit computata; notum fieri volumus universis Imperii Fidelibus, præsen-*

præsentibus & futuris, qui (quod) *Nos Fideli Nostro Episcopo Mindensi, & Ecclesiæ suæ, nec non & omnibus Successoribus suis, in perpetuum, concessimus, & Regali auctoritate confirmamus, duas partes ejusdem Argentifodinæ, cum omni fructu, & Jure, exinde rationabiliter proveniente; tertiam vero partem totius Argentifodinæ, & totius fructus, sive Juris exinde provenientis, sive ex divina, quæ in aliis locis recipi solet, sive ex Jurisdictione, vel judicio, vel alio quocunque modo proveniat, Nobis totaliter & integre salvam esse volumus & quietam conservari &c. - - - - auctoritate Regia firmiter præcipientes: Ut nullus ArchiEpiscopus, Episcopus, nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Nobilis, nulla denique persona, humilis vel alta, secularis vel Ecclesiastica, hujus nostræ concessionis & confirmationis paginam audeat violare. Si quis autem hoc, temerario ausu, attentaverit, in ultionem temeritatis suæ, centum libras auri puri componat, medietatem Cameræ Nostræ, reliquam verò prædicto Episcopo, & Ecclesiæ &c.*

An. 1193, (non 1073, quippe qui nec Anno Imperii HENRICI VI *tertio*, nec Regni Ejus *vigesimo tertio*, quo diploma datum, congruit; ne de testibus Subscriptis loquar, tunc nondum natis) Idem *Henricus*, Imperator, sub dato *Wirzburg*, 15 Kal. Junii, in confirmationis charta Privilegiorum Cœnobii *Eberfperg*, apud *Gewoldum* Tom. 2 *Hundii Metropolis*, Tit. *Eberfperg*, p. m. 191 (Edit. Veter. p. 276) cujus præced. Tit. 4, §. 7, lit. a, ad h. a. jam memini, ait: *Nos igitur, intuitu divinæ Gratiæ, prædictorum Antecessorum Nostrorum vestigia sequentes, cuncta quæ illi statuerunt, & Nos, eadem Imperiali auctoritate, approbamus; Ecclesias quoque & Basilicas in dotibus suis erectas, cum fundis & prædiis, ad eas pertinentibus, & plebe, dicto Monasterio confirmamus; etiam quæcunque generantur, in humo, vel, quæ latent sub terra, sive sint venæ Salis, vel Ferri, Argenti vel Auri, vel cujuslibet Metalli &c.*

An. 1204, sub dato: *Apud Herbipolim*, 6 Id. Martii, in diplomate confirmationis Privilegiorum Cœnobii *Berchtolsgadensis*, quorum, ad An. 1156, modo facta mentio, à PHILIPPO Imp. edito, apud *Gewoldum* l. c. Tom. 2, Tit. *Berchtesgaden*, p. 179 (Edit. Nov. p. 122) & Dn. *Lunigium*, l. c. Part. 3, Cap. V, Tit. eod. §. IX, p. 11, legimus: *Specialiter autem & nominatim confirmamus eisdem Fratribus Forestum, quod circa Cellam undique tenditur, & ea, quæ intra terminos ipsius Foresti, quæ erant Imperii, in Venationibus, piscationibus, pascuis, cultis & incultis,* (Terris) *& quæ in Salis, vel in cujuslibet metallis venis subterraneis, inveniri aut elaborari potuerit. Salinam quoque in loco, qui dicitur Goldenlache; & Salinam, quæ est inter Joval, & locum, qui dicitur Rive; & omnia, quæ habet intra terminos Foresti, designatos Privilegio, à divo Patre nostro collato, cum omni Jure ejusdem Foresti, quod Comes Engelbertus, suique præsentes,* (Parentes) *longis retro temporibus, per terminos subtus notatos, possederant &c.*

An. 1205, WILHELMUS, Dux *Brunsuic.* & *Luneburgicus*, in charta MS. *Nos, & omnes, qui proprietatem in Sulta* (Luneburgensi) *habere dignoscuntur, gratiam Summi Judicii* (Judicis) *Nobis comparare volentes, ad Supplementum Prebende Dominarum in Lune - - - concessimus in perpetuum, ut, singulis Fluminibus jam dictarum dominarum, quadraginta Urne de communi Sulta adderentur. Statuimus quoque ut Prepositus earundem dominarum potestatem habeat committendi eadem bona, sine omni convencione, quæ in vulgus Vorehmre dicitur, interposita, homini, quem sibi & Ecclesie cognoverit utiliorem &c.*

An. 1216, FRIDERICUS II Imp. in Diplomate, 5 Id. Maji, Herbipoli *Alberto Magdeburgensium* Præsuli, dato, apud Dn. *Tolnerum*, *Cod. Diplom. Palat.* §. 78, pag. 67, ait: *Adhac eidem Ecclesiæ, nostra liberalitate donamus, ut si alicubi in bonis ejus, in quavis specie, contigerit reperiri metallum, in usus ipsius Ecclesiæ perpetuo deputetur, adjicientes, ut qualibet Jura, quæ sæpe dicta Ecclesiæ, à Nostris Antecessoribus, fuerint concessa, liberæ semper ipsi maneant & quieta &c.* Nec non,

An. 1218, sub dato, apud *Nürenberc*, 4 Kal. Januar. in Privilegio *Berchtoldi*, *Brixinensis* Episcopi, apud *Gewoldum*, Tom. I Additionum ad *Hundii Metropolim*, in Catal. Episcoporum Brixinensium, p. m. 320; & Dn. *Lunigium*, Part. 2 cit. *Spicilegii*, Tit. *Brixen*, §. IX, pag. 149: *Volentes ipsius* (Berchtoldi) *servitiis respondere pro meritis, de innata Nobis liberalitatis gratia, sibi, suisque Successoribus in Ecclesia Brixinensi, concedimus & donamus in perpetuum, omnes Argentifodinas, omnesque venas metallorum & Salis, quæ in suo sunt Episcopatu, & de cætero possunt reperiri, cum omnibus Justitiis & pertinentiis suis, possidendas & tenendas &c.* Conf. ipse *Hundius* l. c. in vita *Berchtoldi* Episcopi, pag. 300: *Hic impetravit à Friderico II Imp. Privilegium & concessionem Argentifodinarum omnium venarum metallicarum, & Salis, quæ in suo sunt Episcopatu, & de cætero reperiri poterunt,*

runt, cum omnibus justitiis & pertinentiis suis &c. ut &,

An. 1219, sub dato *Norimberg*, 6 Kal. Dec. in Diplomate super metallifodinas, *Indict. VIII, Anno Regni in Germania VII, & in Sicilia XXII, Ludovico*, C. P. R. Ducique Bavariæ concesso, apud *Freherum*, Part. 2, *Originum Palat.* Cap. XVII, pag. 82; *Goldastum*, Tom. I *Constit. Imper.* pag. 298, (male tamen ponentem Annum MCCXCIX) Dn. *Tolnerum*, cit. *Cod. Diplom. Palat.* §. 79, pag. 67 & 68; & Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 2, 4 *Abtheilung, Erster Absatz*, §. 82, pag. 128, (quamvis ad Annum 1229, non congruentem supradictis Indictioni & Annis Ejus Regiminis) *Nos, attendentes sinceram fidem & devotionem, nec non & obsequia que dilectus Consanguineus noster, Ludovicus Dux Bavarie, Pal. Com. Reni, Majestati nostre frequenter exhibuit, & in antea poterit exhibere, ex vera scientia, & de mera liberalitate nostra, donavimus sibi, & heredibus suis, & in rectum Feudum concessimus, omne genus metalli, tam in auro & argento, quam in aliis, quod in terris patrimonii & Feudi sui, fuerit repertum, cum omni Jure & utilitate exinde proveniente, & quam nos & Imperium percipere deberemus &c.* indicta violatoribus hujus privilegii centum marcarum auri puri mulcta.

An. 1225, mens. Aug. OTTO, Dux *Brunsuic. & Luneburg.* in charta, cujus præced. Lib. I, Tit. XVI, *Catal. Ducum Saxoniæ*, in vita *Ottonis Pueri*, v. 1, pag. 187, memini, hæc habet: *Omnibus, tam presentibus quam futuris, cupimus esse notum, quod Theloneum in Salina, per manum Gloriosi domini, Ottonis II, b. m. Romanorum Regis, & semper Augusti, Ecclesie S. Michahelis in Luneborg, pro anima sua, datum, & suo privilegio confirmatum, aliquando expositum, &, pro debitis, fuerat obligatum; dilectus autem noster, Dominus Johannes, Venerabilis Abbas, & Conventus ejusdem loci, argento, non sine gravi dampno & difficultate, contracto, illud redemerunt, pro nonaginta & quinque marcis argenti ---- Et ne contradictio, sive calumpnia, predicte Ecclesie valeret inposterum obviare, id factum privilegio nostro duximus roborandum &c.*

An. 1226, mens. Decemb. confirmavit idem Dux liberalitatem *Jordani, Bardevicensis* Canonici, Ecclesiæ huic factam, apud *Schlöpken*, in *Chron. Pardewicensi*, Part. 2, Cap. I, §. 13, pag. 227: *Universis, tam futuris, quam presentibus, cupimus esse notum, quod Jordanus, Bardevicensis Canonicus ---- accedente nostro sincero consensu, Bona, scil. sartaginem unam, que Gunkpanne dicitur, in Domo Volquardinge* (in Salina Luneburgensi) *sitam, integraliter; & tres plaustratas & dimidiam, in Sartagine, que vocatur Wechpanne, in Domo Henringe posita, Conventui Ecclesie in Bardevic dedit, & in proprium assignavit, pro suorum remedio peccatorum. Sane talis donatio ut firma semper & stabilis perseveret ---- sigillum nostrum huic scripto jussimus adhiberi &c.* Conf. supra l. c.

An. 1228, Idem, in Diplomate, sub dato: *Apud Luneborg, primo Mens. Novemb. qui erat infra annum illum, in quo à Captivitate nostra fuimus, disponente Domino, liberati*, (adeoque An. 1228, juxta præced. Lib. I, Tit. XVI, §. 10, lit. o, v. 6, pag. 71, & ibid. Catalog. Ducum Venedicor. v. 28, ad an. 1227, pag. 506) *Notum facimus, presentibus ac posteris universis, quod Nos omnibus eis, qui bona habent & possident in Salina,* (Luneburgensi) *illa uti concessimus libertate, ut, de anno in annum, Magistrum Putei sibi statuant, communiter eligant, qui, ad hoc officium, usui ipsorum maxime expediens & utilis videatur; consensus autem noster, sive consilium, ad hujusmodi electionem, nullatenus requiretur. Statuimus quoque, ipsos gaudere semper & perfrui tali Jure, ut, in Festo Purificationis S. Marie, unoquoque anno, Puteum salinarem, ad dequoquendum salem, incipiant preparare, & ille sit ultimus eis ad hec terminus deputatus, nisi, necessitate temporis, sive anni, pro communi bono, voluntate omnium prorogetur; neque nostrum ad id consilium requiretur; predictum vero terminum eisdem antitipare, & prevenire licebit, sine nostro consensu, juxta quod ipsorum interest & placuerit voluntati &c.* Conf. supra l. c. pag. 188.

An. 1229, *Id singulare est, quod anno 1229, à Friderico II Privilegium acceperit,* (Ludovicus C. P. R. & Dux Bojoariæ) *auri fossilis & fluvialis, in Tractibus Rhenanis; certissimo indicio, jus metallorum & fluviorum, tum adhuc inter Regalia Cæsaris fuisse, per universum Imperium &c.* Hæc Dn. *Giovanni*, in *Germania Principe*, Lib. V, Cap. I, §. 14, p. m. 16. Nescio autem, an hoc aliud fuerit Diploma, quam, de quo ad annum 1219, dixi.

An. 1232, sub dato, *apud Portum Naonis, Mens. Majo*, inquit idem Cæsar, in Diplomate *Henrico, Misnensi* Episcopo, tradito, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Eccles.* Cap. 4, *im Anhang*, Tit. *Meissen*, §. V, pag. 98: (ubi simul confirmatio *Caroli IV*, sub dato *Molberg*, An. 1372, 2 Id. Decemb.) *Attendentes grata & accepta servitia Venerabilis Henrici, Misnensis Episcopi, dilecti Principis nostri, que Nobis & Imperio dudum fideliter ipse exhibuit, & que in antea*

antea melius poterit exhibere, de speciali gratia nostra, concedimus & donamus ei, & Ecclesiæ suæ, quicquid in auro, vel argento, sive cujuslibet metalli genere, in Fundo proprietatis Ecclesiæ suæ, ab hac die in antea, de novo contigerit reperiri, sive sint aurifodinæ, sive argentifodinæ, seu metalli cujuslibet speciei; aquarum etiam decursus, in quibus aurum repertum fuerit, eodem Jure, & eadem speciali gratia, suis proventibus indulgemus - - - - adjicientes, de Majestate nostra Cæsarea, quod si, fortuna sibi, Ecclesiæ, & Successoribus suis arridente, montana auri & argenti, vel cujuslibet alterius metalli, contigerit suscitari, monetam auri, vel argenti, ipse, suique successores, cudi facere valeant & fabricari &c.

An. eod. Ejusdem munificentiæ acceptam ferunt Domini *Rutheni* de *Plawen*, *facultatem & potestatem quærendi & fodiendi aurum & argentum, aliaque omnia metalla*, in Terris suis. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1234, sub dato *Francofurti*, 15 Cal. Mart. Judiciali sententia, confirmavit *Argentifodinas, custodiasque sylvarum*, per Brisgoviam, quibus Ecclesia & Episcopus *Basiliensis* gaudent. Vid. præced. Tit. VI, §. 3, lit. a, ad h. a. p. 581.

An. 1235, sub dato *Maguntiæ*, mens. Aug. in Erectione *Ducatus Brunsuic. & Luneburg.* contulit laudatus Imperator, feudali lege, *Ottoni* Duci, *Decimas Goslariæ Imperio pertinentes*; Vid. *Meibom.* T. 3 *Rer. German.* pag. 207.

An. 1252, sub dato *Trajecti*, Cal. Junii, investivit WILHELMUS Imperator *Thomam*, *Sabaudiæ* Comitem, de Terris suis, & *Regalibus omnibus*; proinde & Jure Metallifodinarum; vid. præc. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1269, sub dato *in Berghe, proxima die post Festum B. Matthiæ Apostoli*, in Instrumento Venditionis *veteris Salinæ Luneburgensis*, ex mandato JOHANNIS Ducis *Brunſ. & Luneb.* confecto, & in Archivo inclyti Senatus Luneburgensis asservato, habetur: *Ad universorum, tam futurorum, quam præsentium, noticiam volumus pervenire, Concives nostros Luneborgenses, Communitatemque Clericorum, nec non Laycorum, in Veteri Salina, apud B. Lambertum, bona possidentium, domum in qua funduntur sartagines, quæ Bora, vulgari nomine, nuncupatur, cum area & domo, atque ædificiis, quæ juxta Boram prenominatam ædificata noscuntur, pertinentque ad ipsam, cum suis redditibus, & omnibus attinentiis, à nobis, cum omni Jure, Nos, & heredes nostros, sive successores, contingente, (ita videlicet, quod nihil Juris, potestatis, sive violentiæ, in ea ulterius obtinebimus; nec aliquis, ex parte nostra, violentiam facere presumet,) emptionis titulo comparasse, ut de Veteris Salinæ sartaginibus fundendis, sive restaurandis, liberam habeant facultatem &c.*

An. 1292, Minera Auri apud Heidelberg invenitur. Hæc *Annales Dominicanor. Colmariensium*, P. I, ad h. a. apud *Urstisium* T. 2 *Script. Rer. German.* p. 27; Conf. *Freherus* l. c. p. 81.

An. 1297, Advocatus Alsatiæ, Comes Phirretarum, Civitatibus imperii mandavit, quatenus ad ipsum, prope Brisacum, pervenirent, Imperii pauperes vindicare, & res Comitis Friburgensis pro viribus devastare; qui, circa Festum Martini, plures Villas fortes, quas Exercitus nullus unquam invaserat, & Fodinas argenti destruxerunt, & cultores eorum coëgerunt. Iidem Annales, P. 2, ad h. a. p. 56.

An. 1328, in literis feudalibus, quibus LUDOVICUS Bavarus Imp. sub dato Romæ, 15 Febr. *Castruccium de Altelminellis*, Ducem *Lucanum* constituit, inter alia dicitur, quod & *Salinis* frui debeat. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. eod. sub dato *Romæ*, 18 Febr. Idem Imperator *concedit Friderico Burggravio* (Norimbergensi) *Secretario suo, & hæredibus legitimis descendentibus, in Feudum, omnes mineras auri, argenti, cupri, & ferri, nec non cujuslibet alterius materiei & generis metalli, quod in Terris ejus ubicunque, aurifodinis, argentifodinis, vel modis aliis subterraneis, aquaticis, petrosis, vel cavernosis locis, quacunque arte, studio vel labore, contigerit reperiri: ita, ut omnem mineram hujusmodi, libere & solute, absque omni præstatione, sibi vel successoribus suis,* (Imperatoribus) *seu quibuslibet Officiariis, aut Advocatis, facienda, Feudi titulo, possideant.* Hæc *Limnæus*, ad A. B. Cap. IX, §. 1, Observat. XXIV, pag. 424, addens: *Idem, iisdem verbis, confirmavit Carolus IV Imp. Anno Domini 1355, Romæ*; an 1362? vid. mox ad h. a.

An. 1356, per *Auream Bullam* CAROLI IV, Cap. IX, obtinuerunt omnes Electores Regale *metallifodinarum, cujuscunque generis metalli, & Salis.* Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a. Conf. *Carpzovius* de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. 23, Aphorism. 3, pag. 123; *Limnæus*, ad A. B. Cap. IX, §. I, Observat. 24, pag. 424; *Sixtinus*, de *Regalibus*, Cap. XIX, §. 14; *Textor, Jur. Publ.* Tit. X, §. 101, pag. 304; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 69, §. 1, pag. 615; Ill. *Joh. Jacobus* L. B. de *Wallpott in Bornheim*, Diss. de *Electorum Juri-*

8 X 2 *bus*

bus prærogativis, (cujus præced. Tit. VIII, Procem. lit. a, memini,) p. 15 & 16; Alii:

An. 1357, Idem Cæsar, in Diplomate, quo, sub dato *Mastricht, des nechsten Sunabends nach Unser Frauen Tage zu Lichtmeeß, Johanni* Comiti *Salmensi* varia Privilegia vindicavit, apud Dn. *Lunigium*. Part. 2 *Spicilegii secularis,* in Supplementis *des Fürst-und Gräflichen Hauses der Wild- und Rheingrafen,* §. VIII, pag. 1922, inquit: *Auch wollen wir günnen und erlauben, denselben Johansen, Seinen Erben und Nachkommen, daß Sie, in derselben Ihrer Graffschafft von Salmen, und uff iren, und ihrer Leuthe Güther, wo Sie ein Saltzwasser finden mœgen, oder werden, in künfftigen Zeiten, einen Saltzbrunnen, und ein Saltz-Werck ufrichten und machen sollen, und mœgen, und das bauen und arbeiten ewiglichen, in allen den Rechten, Freyheithen, Gnaden, Gewohnheithen, alß ander Saltzwerck haben, und der gebrauchen, und auch die nutzen, und der geniessen, mit allen Gefællen, so sie allerbest mœgen und sollen; und mögen auch die versetzen, verkauffen, wegschencken, und damit thun und lassen, wie In das allerbest gevellet. Es sollen auch die obgenannte, Johanns, Grafe von Salmen, Seine Erben und Nachkummen, Grafen zu Salmen, alle die obgenannte Zöllen, Müntzen und Saltzwerck, von Uns, und den obgenannten unsern Nachkommen, Römischen Keysern und Königen, und dem H. Rieche, zu rechten Lehen haben, halten und erkennen &c.*

An. 1362, sub dato *Nurmberg,* Indict. XV, 16 Cal. April. in Diplomate, quo *Fridericum*, Burggravium *Norimbergensem*, in Principum classem evexit, Juribusque & privilegiis aliorum Principum decoravit & auxit, ait *Idem*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs, 4 Abtheilung, 3 Absatz,* Supplement. §. VIII, pag. 300: *Considerantes etiam, & in nostræ mentis acie sollicite revolventes, grata, fidelia & dudum continuata servitia, quæ Nobis, & sacro Imperio, præfati Burggravii Nurmbergenses, Progenitores & Prædecessores eorum, hactenus fecisse noscuntur, & facere debebunt & poterunt præstantius in futurum, Ipsis, hæredibus & successoribus eorum, in perpetuum, de speciali gratia, ac de certa nostra scientia, concessimus, contulimus, concedimus & conferimus, in verum ac perpetuum Feudum, omnes auri, argenti, cupri, ferri, plumbi, stanni, ac omnium minerarum montana, & fodinas, quæ, in ipsorum Terris & dominiis, inventæ sunt hactenus, seu repertæ fuerint in futurum, conditione tali, quo ipsi omnes fructus eosdem,* (eorundem) *in utilitatem & commodum suum proprium convertere & applicare possint ac debeant, juxta sua beneplacitum voluntatis; quodque Ipsi, Hæredes & successores eorum, in perpetuum, eadem montana, mineras, & omnia ab eis dependentia, sicut ad nostram Majestatem & sacrum Imperium pertinuisse noscuntur, cum omnibus Juribus & utilitatibus, in verum & perpetuum Feudum, omni tempore habere & possidere debeant, impedimento quolibet procul moto &c.* Extant eædem tabulæ apud Dn. *Wagenseilium*, in Commentatione de *Civitate Norimbergensi,* lib. 2, Cap. I, pag. 300, ast. sub Anno 1363.

An. 1365, sub dato *Nüremberg, an dem nechsten Montage nach dem H. Ostertage,* Idem, in literis feudalibus *Helffensteiniis* Comitibus scriptis, Tom. I *Documentorum Würtembergicorum*, Tit. *Königsbrunn,* §. V, pag. 649: *Haben darumb, mit wolbedachtem Mute, mit rechter Wizze, und von Vollkommenheit Keiserlicher Mechte, dem egenanten Ulrich, Grafen zue Helfenstain, und seinen Erben, Manns-Geschlechte, zue rechten Man-Lehen, alles Ißenwerck in der Herrschafft, und Wiltpant desselben von Helffenstain, wo das gelegen sei, mit Mühlen, Hemmern, an der Grentze, an dem Kochen, oder anderswo, wo sie die dürffen zue machen, zur Notburfft des egenanten Ißenwercks &c.* Quamvis Bona ad Cœnobium *Kœnigsbrunn,* in diœcesi Augustana, pertinentia, speciali Diplomate, sub dato *Sneryme, 1366, am nehesten Suntage nach des H. Uffartage,* ibid. pag. 651, inde exemerit; verb. *darumb gebieten wir ernstlich, bey Unsern- und des Reichs Hulden, dem vorgenanten Ulriche, Graven zu Helffenstain, und allen seinen Erben, unnd Nachkhommen, Graven zue Helffenstain, daß sie uff dem egenanten Ezammanberge, unnd uff allen andern Gütern, die des obgenanten Closters eigen seint, und da derselbe von Helffenstein nicht Herrschafft, noch Wiltpant hat, kein Ißen-Ertz graben, noch suchen, noch Ißenwerg machen sullen, in dheiner Wis &c.*

An. 1423, sub dato *Ofen, an* S. Francisci *Tag*; idem Regale nactus est *Emico*, Comes *Leiningensis*, à SIGISMUNDO Imp. apud Dn. *Lunigium,* Part. I *Spicilegii Secularis,* XVIII *Absatz,* Tit. *Leiningen-Dachsburg,* §. XXV, pag. 392, ubi: *Haben darumb, durch gemeines Nutz willen derselben Landt, mit wolbedachtem Muthe, gutem Rhate, undt rechter Wißen, denenselben Emichen, unndt seinen Erben, gegünnet unndt erlaubet, günnen undt erlauben In, Crafft dieses Brieffs, unndt Römischer Küniglicher Macht, daß Sie, in Irer Graffschafft, unndt uff den Iren, es sey Lehen, oder Eigen, Bergwerck suchen*

ſuchen, unndt daſelbs Goldt, Silber, Kupffer, Cinn, Bley, unndt allerley ander Ertz, arbeiten, erheben unndt bawen ſollen unndt mœgen, von Uns, Unſern Nachkommen, Römiſchen Kayſern unndt Künigen, und ſüſt allermenniglich, ungehindert; mit ſolchen Freyheiten, unndt Rechten, die andere BergeWercks in dem H. Riche haben, unndt der genieſſen, von Recht, oder Gewohnheit; doch das den Leuthen, der das Feldt, Boden, oder Ackher weren, Ihre Erbe daran abgelegt werden. Die egenendt Graff Emich, unndt ſein Erben, ſollen auch ſolch Bergwerckh, von Uns, unndt Unſern Nachkommen an dem Riche, zu Leben haben, unndt ſie von dem Riche empfahen, wen Sy ander Ihre Lehen empfahen, unnt als offt das Noth ſein würdet &c. Pariter ac,

An. 1433, ſub dato *Rome, an S. Lorentzen Tag*, Senatus Populusque *Eslingenſis*, apud Dn. *Lunigium*, Part. ſpec. *des Reichs Archivs*, Contin. 4, Part. I, *XIII Abſatz*, Tit. *Eßlingen*, §. XXI, pag. 506; inde huc faciunt: *Wir Sigmund von GOttes Gnaden, Römiſcher Keyſer - - - bekennen - - daß - - - Burgermeiſter, Rath und Stat zu Eßlingen Ihre Erbare Botſchafft zu Uns geſand huben, und fürbringen laſſen, wie Sie einen Berg an derſelben Statt zu Eßlingen liegend haben, der da heiſſet die Pliensbald, und Ir aigen ſey, und heten Mute den zu bawen, und Ertz darinn zu ſuchen; und haben Uns demüthiglich gebeten, In des, von Kayſerlicher Macht, zu günnen; des haben wir angeſehen Ire redliche Bete, und - - - mit wolbedachtem Mut, gutem Rath Unſer Getreuen, und rechter Wiſſen, gnediglich zugelaſſen, und In gegunnet, erlaubt, und dieſe beſunder Gnad getan, daß Sie ſolch Bergwerckh an dem egenanten Berge arbeiten, und darinne allerley Ertz, es ſey Gold, Silber, Kupffer, Stabel, Eyſin, Zin, Bley, oder was Ertz das ſüſt ſey, ſuchen, graben, ußziehen und würckhen mügen, als In dann das gefellig iſt &c.* Quod Diploma theſin illuſtrat *Joh. Brüningi*, de *Variis Univerſitatum ſpeciebus*, Concluſ. 26; *Joh. Adami Dappii*, Diff. de *Civitatibus Germaniæ*, Part. I, Cap. VII, §. 11; *Knipſchildii*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. XVI, §. 55, pag. 397, *Limnæi*, ad A. B. Cap. IX, §. 1, *Obſervat*. 24, p. 425, aliorumque, qui Civitatibus Imperialibus metallifodinarum Regale omnino competere defendunt.

An. 1475, ſub dato *Franckfurt, am Dienſtag vor S. Simon und Jude*, FRIDERICUS III Imp. confirmando Jura & Privilegia *Chriſtophori & Alberti*, Marchionum *Badenſium*, inter alia etiam meminit *der Bergwercke*; vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1483, ſub dato *Wien*, 3 Mart. in Confirmatione & Extenſione Privilegii *Sigismundi*, Imp. Civitati *Francofurtenſi* An. 1437, *Sambſtag vor S. Marien Magdalenen, Egra*, conceſſi, (formulam exhibente Dn. *Lunigio*, Part. ſpec. *des Reichs Archivs*, Contin. 4; *im Erſten Theil, 14 Abſatz*, Tit. *Franckfurt*, §. 115, pag. 622,) *über die warmen Waſſer Quell, und Saltz-Süde zu Soden*, apud *Limnæum*, lib. VII, *Jur. Publ.* Cap. XVI, Tit. *Franckfurt*, §. 21, pag. 226 &c. & Dn. *Lunigium* l. c. §. 133, pag. 639, ait Idem: *Und haben - - - Ihnen, von ſonderen Unſern Kayſerlichen Gnaden, gegönt, erlaubt, und von newen verliehen und gegeben, alſo, daß ſie in dem gemelden Dorff Soden, und den obbeſtimpten und den andern Quellen und Adern, zu denſelben Dorff Soden gehörende, warm und kalt, auch geſaltzen und ungeſaltzen Waſſer ſuchen, das, nach ihren Nohtturfften, Willen und Gefallen, ſieden, bawen, daſelbſt Saltz-Pfannen, eine oder mehr, haben, auffrichten und halten, und alle und jegliche Gnad, Freyheit, Privilegia, Recht und Gewohnheit, haben, ſich der frewen, gebrauchen und genieſſen, ſollen und mœgen, als an andern Saltz-Sieden, und Enden des H. Reichs, Recht, Herkommen und Gewonheit iſt &c.*

An. eod. ſub dato *Gretz*, 26 Junii, in *Expectantia* in ducatus *Juliaci & Montium*, *Alberto*, *Saxonum* Duci, *zur Ergetzligkeit der getreuen, angenehmen und nützlichen Dienſte, ſo er* (Cæſari) *in vergangenen Kriegen, wieder Hertzog Carln von Burgundt, und den König in Hungarn, unverdroßlich gethan hat &c.* oblata, nominatim etiam recenſet *die Berghwercke*; vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 1488, auf Donnerſtag Johannis ad Portam Latinam, hat Cæſar noſter *die Grafen und Herrn zu Mannsfeldt, und Ihre Erben, mit der Lehenſchafft der Bergwerck in Ihren Herrſchafften, die Sie von Ihm und dem H. Reich zu Lehen gehabt und getragen, an die Fürſten zu Sachſen gewieſen, in der geſtalt, daß Sie ſolcher Bergwerck, in aller maſſen, wie Sie die vom H. Reich zu Lehen getragen, nun hinführo von Ihnen empfangen, und dieſelben Fürſten von Sachſen ſchuldig ſeyn ſollen, Sie, bey allen Ihren Gnaden, Freyheiten, Gebräuchen, Herkommen, Gewohnheiten, Rechten und Gerechtigkeiten, wie Sie die vom Kayſer und dem H. Reich gehabt, und herbracht, bleiben zu laſſen &c.* Vid. Privilegium

Maximiliani I Imp. sub dato *Augspurg*, 1 Nov. 1518, Comitibus Mansfeldiis concessum, apud Dn. *Cortrejum*, Tom. 4 *Corporis Juris Publici*, inter *Privilegia Statuum Imperii*, §. 40, p. 245 & 246.

An. eod. sub dato, *in Civitate Coloniensi*, 24 Oct. in Privilegiorum Abbatiæ *Porcetanæ* (Bortscheid) confirmatione, inquit, Idem apud Dn. *Lunigium*, Part. III *Spicilegii Eccles.* Cap. VII, Tit. *Bortscheid*, §. XX, p. 316: *Eidem Monasterio Abbatissæ & Conventui, præsentibus & in posterum, donamus, & favorabili consensu concedimus ac permittimus, quod in ipsorum Monasterii Territorio, districtu, fundis & Terris, inquiri, fodi & laborare mineras, sive fodinas, Stanni, plumbi, ferri, calmei, & alia cujuscunque generis & æris metalla sive frugisfacere, possint, & valeant, & debeant &c.*

An. 1495, In Diplomate Erectionis ducatus *Würtembergensis*, sub dato *Worms*, 21 Julii, etiam specialiter mentionem facit MAXIMILIANUS Imp. *der Saltz-Flüsse, Ertz- und Bergwercke.* vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. eod. In Diplomate, sub dato *Wormbs*, 29 Aug. *Philippo* Comiti *Waldeccensi*, scripto, apud Dn. *Lunigium*, Part. 2 *Spicilegii Secularis* 58 *Absatz*, Tit. *Waldeck*, §. 24, pag. 1429, ait Idem: *Thun kund allermenniglichen, daß Uns der Edle --- Philipps, Graff zu Waldeck, demüthiglich hat angeruffen und gebetten, daß wir Ihme alle und jegliche Bergwerck, und Saltz-Brunnen, so in der berührten Grafffschafft Waldeck jetzo gefunden, und auffgericht seyn, oder hinführo gefunden und auffgericht würden, zu Uns, und des H. Reichs-Leben zu machen, und, als Ræmischer Kænig, zu Leben verleiben genædiglich geruheten; deß haben wir angesehen --- und darumb, mit wohlbedachtem Muth, und gutem Rath, den genanten Grafen Philipsen, und seinen Erben, alle und jegliche Bergwercke, und Saltz-Brunnen, die in der obberührten Grafffschafft jetzo gefunden, und auffgericht seyn, oder hinfürder gefunden und auffgerichtet würden, zu Unser und des Reichs Lehen gemacht, und Ihm die also zu Leben genediglich verleyhen; leihen die Ihme auch --- also, daß der genante Graff Philips, und Seine Erben, solche Bergwerck und Saltzbrunnen, so offt das zu Fall kombt, von Uns, oder Unsern Nachkommen am Reich, zu Leben erkennen und empfangen, und denen gewöhnliche Gelübt nnd Eydt thun &c.*

An. 1518, sub dato *Augspurg*, 1 Nov. in Diplomate *Günthero*, *Ernesto*, *Gebhardo* & Fratribus, Comitibus *Mansfeldiis*, Scripto, apud Dn. *Cortrejum* l. c. pag. 247. Idem: *daß hinführo, zu ewiger Zeit, keiner, in was Würden, Stands oder Wesens, der sey, kein Bergwerck oder Metall, wie das Nahmen haben möcht, so in der gemelten Grafen von Mansfeld Ihren Bergwercken, und derselben Gräntzen und Gezircken, liegen, damit Sie von Uns, und dem H. Reich, oder andern Fürsten, darauf dieselbigen gewiesen, belehnet, --- noch auch in eigenen Gründen, Boden und Eigen, heben, besitzen noch besuchen soll oder mag, dan allein die obgemelten Graffen zu Mansfeld, und Ihre Erben, oder die, den solches von gedachten Graffen geliehen und vergünt &c.*

An. 1650, in Diplomate FERDINANDI III, sub dato *Wien*, 16 Nov. *Christiano*, Comiti *Ranzovio*, tradito, apud Dn. *Lunigium*, Part. I cit. *Spicilegii Secularis*, 37 *Absatz*, Tit. *Ransac*, §. 2, pag. 850. occurrunt inter alia: *Weiter thun und geben wir Ihm, Christian, Grafen zu Ranzen --- von Römischer Kayserl. Macht, diese Kayserliche Gnade und Freyheit, daß, wann sich, über kurtz oder lang, zutrüge, daß in angeregten ihren itzigen und künfftigen Obrigkeiten, Grafschafften, Herrschafften und Gebieten, einige Bergwercke sich erzeigen, oder eræffnen würden, sie tragen Gold, Silber, Kupffer, Bley, Saltz, oder andere Ertz oder Metall, sie dieselben Bergwercke, und Ertz, mit denen Metallen, aller und jeglichen, zu jederzeit, selbst, oder mit samt andern, Gewercken, Bauen, auch derohalben gewöhnliche und billige Ordnungen, und Statuten auffrichten, machen und halten mögen, wie Bergwercks-Recht und Gewohnheit ist &c.*

An. 1675, sub dato *Wien*, 15 Oct. utitur LEOPOLDUS, in Diplomate *Leopoldi Wilhelmi*, Com. de *Kænigseck*, apud eundem l. c. XVI *Absatz*, Tit. *Königseck*, §. 4, p. 371, eadem formula, adhibitis totidem verbis, de aliis ne dicam.

Patet hinc, quo usque Cæsares *metallifodinarum* jus, quo & *Salinæ* referuntur, Regalibus suis vindicatum iverint, imò, adhuc hodiè, occasione data, specialem in Diplomatibus mentionem ejus fieri &c. utut inter Regalia & Superioritatis Territorialis fructus, regulariter computetur.

(*b*) FODINÆ &c. Inter Scriptores, huc pertinentes, referendi: *Georgius Agricola*, qui, *Bodino*, Judice in *Methodo*, Disciplinam metallicam ita tractavit, ut *Aristoteles* & *Plinius* in eo genere nihil intellexisse videantur; conscripsit autem *memorabile opus de Re Metallica*, cujus versionem germanicam *Philippo Bechio*, Professori Basiliensi, debemus; M. *Johannes Deucerus*, in *Corpore Juris metalli-*

metallicorum, quod An. 1563, sub dato *Schlackenwald*, 31 Aug. *Christiano & Joachimo Ernesto*, Marchionibus Brandenburgicis, inscripsit, denuò in *Corpore Juris Rerum metallicarum*, An. 1698, Francofurti ad mœnum, edito, excusum. *Christophorus Entzelius*, Tract. *von metallischen Dingen*; qui in eodem Corpore Juris metallici Francofurtano, ab initio statim, reperitur; una cum *Abrahami à Schœnberg*, *Ausführlicher Berg-Information*; varíisque Principum ordinationibus metallicis; seu *Berg-Ordnung*. *Joh. Guidius*, Tract. de *Mineralibus*, Francof. 1627; *Georgius Engelhard à Lœhn-Eyß*, *im Bericht von Bergwercken*; *Lazari Erker*, *Aula Subterranea*; *Thomæ Schreibers*, *Historischer Bericht von Ankunfft der Hartz-Bergwercke*; *Johannis Eisenharti*, *Liber singularis*, *de Regali metallifodinarum jure*; *Siegfridi Happelii*, Diss. Inaug. de *Fodinis*, *ac earum Jure*; *Marburgi* habita, 1658; *Sebastiani Kirchmayeri*, Exercit. de *Indiciis*, *in inquisitione venarum metallicarum observandis*, ventilata *Witteberga* 1666; *Gotofredi Strausii*, Diss. de *Jure Principis circa Fodinas metallicas*; ibid. An. 1668; *Henrici Linckenii*, Diss. de *Metallis*, *eorumque Fodinis*; Jenæ, 1617; *Henrici Meibomii*, Diss. Historica, de *Metallifodinarum Hartzicarum prima origine & processu*; Helmstad. 1680; *Christophori Ernesti Bauermeisteri* Diss. Inaug. de *Jure Principis subterraneo*, Præside Ill. *Stryckio*, *Francofurt*. 1685; *Christophori Kableyß* Diss. Inaug. de *Defraudationibus metallicorum circa rem metallicam*, Præside Dn. *Hebero*, *Witteberg*. 1691; *Gotthardi Biedermanni* Diss. de *Jure Metallorum*, *von Bergwercks Recht*, Præside Dn. *Titio*, Lipsiæ, 1695, 17 Januar. *Johannis Wolfgangi Hœfflich*, Diss. de *Juribus minerarum*; Præside Ill. Dn. de *Lyncker*, Jenæ, 1695, 10 April. Dn. *Georgii Henningi Behrens*, *Hercinia Curiosa*; *Nordhausen*, 1712; Auctor *der Ausführlichen Beschreibung des Fichtel-Berges*, *in Norgau liegend*, Lipf. 1716. Quid sub voce *metallorum* communiter intelligatur? docet *Olaus Wormius*, in *Museo*, lib. I, Sect. 3, Cap. 1, verb. *Propriè vero* (Metallum) *est genus quoddam fossilium*, *quod aurum*, *argentum*, *& catera ejus generis complectitur &c.* Clarius Dn. de *Seckendorf*, Part. 3 *des Fürsten-Staats*, Cap. 3, §. 1, p. m. 359: *Bergwercke nennet man solche Oerter*, *alwo allerhand Metallen*, *Ertz*, *Mineralien*, *auch köstliche Steine*, *gefunden*, *ausgegraben*, *auch zubereitet werden*, *als da ist*: *Gold*; *Silber*; *Kupffer*; *Zien*; *Bley*; *Eisen*; *Queckfilber*; *Allaun*; *Vitriol*; *Schwefel*; *Kobold*, *daraus blaue Farb gemacht wird*; *Menning und Cinober*, *zu rother und gelber Farbe*; *Spieß-glaß*; *Berg-Saltz*; *Jaspis*, *und andere köstliche Marmel und Steine &c.* Adde *Cadmiam fossilem*, vulgò *Galmey*, ex qua, & ære, *Orichalcum* (*Messing*) fit; *calcem*; *Carbones fossiles*, (*Steinkohlen*) *Sal gemma*; (*Stein Saltz*) *Wismuthum*; (*Wismat*) *Sal Ammoniacum*, *Sal Alcali*; *Zwitter*, *Glantz*; *Auripigmentum* (*gelb Ratzen-Pulver*) vid. *Dietherr ad Besoldum*, voc. *Bergwerck*, p. 30, Dn. *Eisenhart* l. c. p. 4. Dn. *Biederman* l. c. §. 3. De Tempore, quo primum *metallifodina* in Germania fuerint repertæ? certi quid asserere vix licet. *Tacitus*, Cap. 4 de *Germanor. moribus*, §. 4, ait: *Argentum & aurum propitii*, *an irati dii*, *negaverint?* (Germanis) *dubito*; *nec tamen affirmaverim*, *nullam Germania venam argentum aurumve gignere*, *quis enim scrutatus est?* Ecce, quid ipse lib. XI *Annalium*, Cap. XX, §. 3, *Curtii Rufi* memor. *Qui*, *in Agro mattiaco*, *recluserat specus quærendis venis argenti*; *unde tenuis fructus*, *nec in longum fuit &c.* Caput Cattorum vocatum olim *mattium*, proinde *Hassia* hic sermonem esse, fuse docet *Cellarius* lib. 2, *Geograph. Antiq.* Cap. V, p. m. 301. Auctor, Tr. de *Fundatione quarundam Ecclesiarum*, *à temporibus Karoli Magni*, *ad Ottonem Magnum*, apud *Maderum*, in *Antiquitatibus Brunsuic.* p. m. 163, & Ill. Dn. de *Leibnitz* T. I *Scriptor. Brunsuic.* p. 261, post Annum 930, provocat ad *Henricum Aucupem*, ajens: *Idem Rex Henricus* (Auceps) *Castrum Misnæ ædificavit*, *& Goslar*: *& Mineralia in monte invenit*, *qui dicitur de Ramesberch &c.* Annum planè definit *Chronicon Goslariense*, An. 1106 definens, apud Dn. *Leibnitzium* l. c. Tom. 2, pag. 535, verb. *Anno Gratiæ nongentesimo vigesimo primo*, *Henricus*, *hujus nominis primus*, (*filius Ottonis*, *Ducis Saxoniæ*,) *qui vocabatur Auceps*, *adeptus est Romanorum Imperium*, *& regnavit an. XVIII. In anno verò Regni sui quinto decimo*, *mons Ramersberch inventus est*, *& postea*, *per Ipsum*, *Civitas Goslariensis est constructa &c.* Juxta quam sententiam, contigisset hoc, An. 936; (Errorem minimum scriptoris hic subesse puto, qui, loco DCCCCXIX, quo *Henricus* nostra sceptra gerere cœpit, posuit an DCCCCXXI; hac enim ratione, imperasset *Henricus*, usque in annum 939, quod aperte falsum, cum, juxta probata præced. Lib. I, Tit. V, in Ejus vita, p. 491, An. 936, vitæ finem habuerit; proinde, præsupposito, quæ hic dicuntur, vera esse, referenda forent inventionis *Ramelbergensium*

sium minerarum initia, ad an. 933 vel 934.) similia profert Auctor *Chronici Brevis Principum Romanorum, qui Goslariæ, aut in vicinia egerunt;* ad tempora usque *Adolphi Nassovii* deducti, apud Dn. *Leibnitium* l. c. Tom. 3, pag. 426; *Na Goddes Bord DCCCCXXI* (leg. DCCCCXIX,) *Hinrick de Erste an deme Namen de dar is gewesen ein Sone Otten, eines Hertoghen van Sassen, unde is genomet Auceps, efte Vogeler, de 75 van Augusto, hefft entfangen dat Romesche Ricke, unde hefft regeret XVIII Jar; in dem XVI Jare synes Rikes, wart gefunden de Rammesberch; de Jeger, de dar vant dussen Berch, was geheten Ramme; sus wart na öne geheten de Berch, alse Ramesberch. Dusses Jegers Fruwe het Gosa, dar is nu dat Water na genannt &c.* Eodem inclinat Poëta *Tidericus Embeccensis*, cujus *Engelhusius* in Chronico meminit, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 2, p. 1073 &c. canens:

Sylva scrutator, cervorum concomitator,
Ramme fuit dictus, ramorum pertulit ictus;
Est mox tantillo Rammesberg dictus ab illo.
Uxor hujus Goza: nunc est, ex hac, aqua Goza.

Quamvis Dn. *Heineccius*, lib. I *Antiquitatum Goslariensium*, p. m. 8, probe notet, versus hos in Poëtæ hujus *Saxonia*, à Dn. *Meibomio* edita, non reperiri. Ipse *Engelhusius* l. c. inventorem dictarum metallifodinarum vocat *Gundelkarl*, cui Rex *Henricus*, in compensationem fidelium servitiorum, quæ, in ejus tugurio, prope *Goslariam*, fessus venatu, toties expertus, præfatum montem concesserit, ab eo postea, aliisque accersitis è *Franconia* conterraneis suis, coli cœptum; quam tamen fabulam, post *Meibomium*, cit. Diss. de *Metallifodinarum Hartzicarum prima origine*, §. 17, 19 & 24; *Sagittarium*, in *Goslaria* sua, Cap. I & 15; & Dn. *Paullini*, in *Chronico Cœnobii Virginum Ottbergensis*, §. 48, pag. 217 *Syntagmatis Rer. German.* laudatus Dn. *Heineccius* l. c. meritò ridet; utpote antiquioribus incognitam. Alii celebrant hoc titulo, *Ottonem Magnum* Imperatorem; ita, memor Ejus, *Ditmarus* Merseburgicus, lib. 2 *Chronicorum*, p. 18, Edit. *Reineccii*, & apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. I, p. 333: *Temporibus suis, aureum illuxit seculum; apud nos inventa primum vena argenti &c.* & *Otto Frisingensis*, lib. VI *Chronicorum*, Cap. XXIV, circa finem, apud *Urstisium*, pag. 131: *Hic est Otto, qui ---- Imperium Romanorum, virtute sua, ad Francos Orientales reduxit, primusque venas argenti & æris, juxta Civitatem Goslariam, in Saxonia, invenit &c.* nec aliter *Sigebertus Gemblacensis*, ad An. 968, apud *Pistorium*, p. 585: *Otto Imperator, in Terra Saxonica, venas auri & argenti, primus industria sua aperuit &c.* Jung. *Gotfridus Viterbiensis*, Part. XVII *Chronicorum*, in Vita *Ottonis Magni*, p. m. 478: *Ipse primus in Goslaria Saxonica Argentifodinas invenit &c.* & *Botho*, in *Chronico Picturato Brunsuicensi*, ad An. 928, Tit. *Gosseler*, apud Dn. de *Leibnitz* l. c. Tom. 3, pag. 306. *Alsus is dusse Keyser Hinrick, de Erste Fundator der Stadt Gosseler; unde Syn Sone, Otte de Grote, de na öme Keyser wart, de vant de Ertze in dem Rammes-Barghe, vormiddelst eynen Jeger, de het Ramme, dar Krech de Barch den Namen aff, unde het nach de Rammes-Barch. Unde de Jegers Wiff de het Gosa, dar dat Water na geheten wart, unde ock de Stadt &c.* &, ex Recentioribus, *Deucerus* l. c. in Præfatione, Tit. *von denen vornehmsten Bergwercken, derer in der Historie gedacht wird &c.* voc. *Goslar*; verb. *Bey Kayser Ottonis des Ersten Zeiten, ist die alte löbliche Berg-Stadt Goslar aufkommen, sonderlich am Ramelsberg, da erstlich ein Pferd, Rammel genandt, mit seinen Füßen, einen reichen Silber-Gang entblœßet hat &c.* *Reusnerus*, de *Urbibus Imperialibus*, Part. I, Cap. XIV; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 3, Cap. XX, §. 3, pag. 725; Dn. *Henricus de Bunau*, Diss. *de Jure circa rem monetariam in Germania*, An. 1716, 24 Jul. *Lipsiæ* defensa, §. 48, pag. 72; Dn. *Behrens*, cit. Tr. de *Hercinia curiosa*, Cap. VI, §. 2, pag. 145. Quid ipsi Principes nostri de his censeant, innuit nummus aureus Sereniss. Ducis *Antonii Ulrici*, an. 1712, cusus, apud Pl. Rever. Dn. *Rehtmeierum*, Part. 3 *Chron. Brunsuic. & Luneburg.* Cap. 77, Tab. XXX, p. 1562, antica Principis imaginem referens, cum epigraphe: ANTONIVS VLRIC. D. G. DUX. BR. ET. LUN. & postica, fodinam cum fossoribus & instrumentis necessariis, addita inscriptione: NEC TERRÆ SIDERA DESUNT; inferius legitur:

TESTE HOC NUMO NATO EX ☉
QVI IN MONTE RAMMENSI
POST ♄. ♀. ☾. TEMPORE OTTONIS M.
PER RAMMI VENATORIS EQVVM,
JAM DETECTVS
DEMUM EXORTVS EST
M IↃCC XII.

(Signum *Solis*, Aurum: *Saturni*, Plumbum: *Veneris*, Cuprum: & *Lunæ*, Argentum, innuere, artis metallicæ periti norunt.)

Quicquid hujus rei sit, certo minimum constat, ultimo *Henrici Aucupis* anno, *Goslarienses* venas jam fuisse cognitas, id enim è *Folckmari*, Corbejensium Abba-

Abbatis, fundatione *Grœningensis* Ecclesiæ, de An. 936, verbis præced. Tit. XV, §. 1, lit. b, v. 9 occurrentibus, liquet. Insignia sub *Ottone Magno* accessisse incrementa, nemo ibit inficias.

De *Fribergensium Metallifodinarum* origine, vide etiam *Thomæ Wintzeri* Dresdensis carmen, de infelici pugna, inter *Mauritium*, Electorem Saxoniæ, & *Albertum*, Marchionem Brandenburgicum, de An. 1553, apud *Schardium*, Tom. 2 *Scriptorum Rer. German.* p. 566.

Memorabile est, quod, ex *Albino*, Part. 3 *Chronici Metallici*, & *Kirchnero*, de *Republica*, Disp. XV, §. I, lit. C, de *Schnebergensi fodina*, *Limnæus*, lib. 3 *Jur. Publ.* Cap. 2, §. 11, pag. 12, tradit: *Daß das Schnebergische Bergwerck, von An. 1471, biß 1501, der Grund-Herrschafft, zu ihrem Bergwerck, an Gebührnüssen, drey Hundert vier und zwantzig tausend, neun Hundert, Sieben und dreyßig, und einen halben Centner Silber, getragen; Nach diesem, hat es, innerhalb Neun und Siebenzig Jahren, dem Chur- und Fürstlichen Hauß Sachsen, zum Zehenden, und Schlag-Schatz, geben, Ein und viertzig Tausend, ein Hundert und achzehen, Tonnen Gold, und also, ein Jahr in das ander gerechnet, jedes Jahr, biß in die 520½ Thonnen Goldes, den Inwerckern aber, diese neun und siebenzig Jahr über, eins dem andern, zu Hülffe, fast Hundert und Sechs und funffzig, und eine halbe, Thonne Goldes, hat es jährliche Außbeute geben &c.* Conf. *Joh. Georgius Krullius*, Tract. de *Regali Monetarum Jure*, in Dedicatione: *Aufn Schneeberg, hat Außbeute geben, von Anno 1471, biß 1550, ist neun und Siebenzig Jahr, Thaler 16447360544, das ist: Sechzehen tausend-tausendmahl tausend, vier-Hundert, Sieben und viertzig tausend-mahl tausend, drey-Hundert Sechzig tausend, Fünff Hundert, vier und vierzig; machen 164473 Tonnen Golds, und 60544 Thaler, oder, 10279125 Centner beschickt Silber; kommet, ein Jahr ins ander gerechnet, bey 2082 Tonnen Golds; accurate gerechnet, komt auf ein Jahr* $208194437\frac{21}{79}$ *Reichsthaler, 2081 Tonnen Goldes, und noch darüber 94437 Reichsthaler.* Add. ex *Philippo Melanchthone*, *Dresserus* l. c. pag. 546, cujus verba *Limnæus*, l. c. Tom. I Addit. ad Lib. 3. c. 2, §. 11, pag. 294, recitat. *Besoldus, Thesaur. Pract.* voc. *Bergwerck*, pag. 91 & 92; *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XVII, §. 4, pag. 435. Reliquas Germaniæ metalli-fodinas recenset *Deucerus* l. c. Tit. *von den vornehmsten Bergwercken, derer in den Historien gedacht wird.*

(29) In Imperio Romano-Germanico, Imperator Carolus IV, solis Electoribus (*a*) hoc Jus, per Privilegium, concesserat; sed hodiè ad omnes Status, vi Superioritatis Territorialis, transiit, (*b*) *R. A. de An. 1551*, §. *Weiter, so sagen &c.* Principi hoc jus competit non tantum sub viis & locis publicis, sed in privatis quoque, (*c*) non, propter amplissimas impensas, & ingentes sumptus, quibus privati non sufficiunt, ut quidam existimant: sed, quia privatorum dominium ultra solam superficiem agri, aut prædii, & quantum fundamentis fortè jaciendis sufficit, se non extendit ad loca subterranea; (*d*) sed hoc Princeps sibi reservasse videtur, qui habet dominium in omni ista Terra, quæ ex ipsius permissione, ab aliis, in suo Territorio, occupata non est. *Frider. Hornius, dict. Lib. 2, Cap. 3. §. 1.*

NOTÆ.

(*a*) SOLIS ELECTORIBUS &c. Vid. præced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad Annum 1356. Ante hoc tempus vero jam alios Imperii Status hujus juris fuisse participes, præced. §. 28, lit. a, exemplis probavi.

(*b*) TRANSIIT &c. Faciunt huc *Rec. Imp. Norimbergensis*, An. 1524, §. 25, *Dergleichen hat &c.* *Ratisbonensis*, An. 1541, §. 63, *Dieweil wir &c.* *Norimbergensis*, An. 1543, §. 38, *Dieweil auch &c.* *Augustanus*, An. 1551, §. 36, *Nemblich als sich &c.* & §. 48, *Weiter so setzen &c.* (quem locum, sine dubio, Dn. Auctor indigitat, quia in toto Recessu non datur paragraphus, cui initium: *Weiter so sagen &c.*) *Ratisbonensis*, An. 1594, §. 103, *Wir ordnen, wollen &c.* Conf. Literæ feudales, quarum præced. §. 28, lit. a, facta mentio; *Limnæus* ad A. B. Cap. IX, §. I, Observat. 24, pag. 424; Ill. Dn. de *Seckendorf*, *Teutscher Fürsten-Staat*, Part. 3, Cap. 3. *Erstes Regal*, §. 2 & 3, pag. 360 &c. Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. VI, §. 16, pag. 196, & lib. 2, Tit. XVII, §. 2, pag. 434; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. General. Discurs. 3, §. 3, pag. 50 &c.

(*c*) IN PRIVATIS QUOQUE &c. Quod præced. §. 28, lit. a, de *Salinis*, dictum, idem de Metalli-fodinis in genere, quoad proprietatem, asserere licet. Ut enim *illæ*, ita & *hæ*, ab initio, à privatis

vatis quoque, tanquam fundorum fructus, possideri poterant, arg. L. 13, §. 1, ff. *Communia prædiorum tam Urbanorum, quam Rusticorum* (Lib. VIII, Tit. 4) L. 7, §. 13 & 14, ff. *Soluto matrimonio* (Lib. 24, Tit. 3) L. 3, §. 6, junctis duabus præcedentibus 4 & 5, ff. *de Rebus eorum, qui sub Tutela, vel Cura, sunt*, (Lib. 27, Tit. IX) L. 9, §. 2 & 3, nec non, L. 13, §. 5, ff. de *Usufructu*, (Lib. VII, Tit. I,) quo & verba *Suetonii*, in *Tiberio*, Cap. 49, apud *Sylburgium*, Tom. 2 *Historiæ Augustæ*, pag. 52: *Plurimis etiam Civitatibus, & Privatis, veteres immunitates, & jus metallorum, ac vectigalium, ademta &c.* respiciunt; proinde ad Regalia, secus ac hodie, non pertinebant; postea licet privatorum libertas in tantum restringeretur, ut, sine Cæsarum concessione, *mineras fodere* eis amplius non licuerit; pro qua impetranda, certus canon inde solvendus erat, de quo L. 17 ff. de *Verb. Signif.* ut & L. 2 & 3, C. de *Metallariis*, Lib. XI, Tit. VI; juncta L. *Nullam*, Cod. Theodos. de *Metall. & Metallar.* testantur; Conf. *Limnæus*, ad A. B. Cap. IX, §. 1, Observat. I, §. 3, pag. 406; & Ill. Dn. de *Seckendorff, Teutsch. Fürsten Staat*, Part. 3, Cap. 3, Reg. I, §. 2, pag. 359 & 360: *Mit denen vorgenanten Metallen, Mineren und Steinen, aber hat es diese Bewandniß, daß, ob zwar der natürlichen Billigkeit auch gemäß scheinet, daß einem jeden, in seinem Eigenthum, solche für sich zu suchen und zu gebrauchen, frey stünde, so ist es doch, von alten Zeiten, also Herkommen, daß in diesem Stück, die Hohen Obrigkeiten aller bekandten Reiche, und insonderheit auch die Römischen Kayser, einen sonderbahren hohen und Regalischen Vorzug gehabt, welcher hauptsächlich darinnen bestanden, daß, von allen, und sonderlich den hohen und besten Metallen, und Mineren, welche auf eines jeden Reichs Unterthanen Grund und Boden gefunden worden, der zehende Theil dem Kayser hat gereichet werden müssen &c.* Hinc est, quod *Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 166 &c. *Sixtinus*, de *Regalibus*, Part. 2, Cap. XVI, §. 45, p. m. 339; *Schützius*, Tom. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. XIX, lit. h, pag. m. 395; *Rumelinus*, ad A. B. Part. I, Dissert. VIII, §. 10, pag. 233 & 234, & Part. 3, Diss. 3, §. 27, p. 783, ibique *Mylerus*, in Notis; *Dietherr*, ad *Besoldum*, Thes. Pract. voc. *Bergwerck*, p. m. 91; *Dietericus*, in A. B. Cap. IX, verb. *Talia possideri*, p. 60; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. XVI, §. 56, pag. 397, aliique, à *Vultejo*, de *Feudis*, Lib. I, Cap. V, Regal. XVI, p. m. 74; *Limnæo* l. c. pag. 407; *Carpzovio*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. 23, Aphoris. 2, pag. 121 & 122; *Einsiedelio*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. XIII, §. 330 & 332, pag. 570 &c. qui & ipsemet subscribit; Dn. *Joh. Wolfgango Höfflich*, in Diss. de *Juribus Minerarum*, (cujus præced. §. 28, lit. b, memini) §. XI, p. 14, aliique, hoc titulo, in scenam producti, existiment, *Metallifodinas*, inter *Regalia*, nec hodienum, mereri locum, nisi quæstio sit de iis, quæ in Fundo publico, seu Principis, aut Fisci, reperiuntur, aut de *Canone*, de iis Principi solvendo, quæ in Fundis privatorum existunt; cui Sententiæ vetus quoque *Ludovici*, *Hungariæ* Regis, Decretum, de An. 1351, Cap. XIII, suffragari videtur, verb. *Si possessiones ipsas minerosas Regia Majestas, pro Concambio, habere nolit, ex tunc Jus Regale, seu Urburas, Juri Regio pertinentes, recipere suo nomine faciat &c.* pariter ac vetus Fragmentum de *Urburis*, apud *Joh. de Thwroczz*, in *Chronico Hungarico*, in Vita *Sigismundi* Regis, Cap. XV: *Reges Hungariæ, ab Eorum montanistis receperunt Urburas, h. e. de singulis mineris Auri, Argenti & Cupri, habuerunt decimam partem &c.* (unde sua *Du Fresne*, Glossar. voc. *Urbura*, p. 1370) & Constitutio *Matthiæ* Regis, de An. 1486, verbis præced. §. 28, lit. occurrentibus; nec non *Du Bret*, *de la Souveraineté du Roy de France*, apud *Limnæum* l. c. Observat. XI, §. 3, pag. 415, qui simul ejus verba Latine reddit: *Il se void, dans les Ordonnances de Charles IX, de l'année 1563, & de 1567, que, de Mines d'Or, d'Argent, & Cuivre, de Fer, d'Acier, de Plomb, de Vif-argent, de Vitriol, d'Alun, de Couperose, de Salpetre, & de Sel nitre, on doit payer au Roy la dixieme; mais, par une declaration posterieure, que l'on fit à St. Germain, en Novembre 1583, ce Droit fut restreint sur l'Or, & sur l'Argent &c.*

Alii *solas Auri Argentique Fodinas, Regalibus* annumerant, reliquas iis vindicantes, in quorum Fundis habentur; Vid. *Wesenbecius* de *Feudis*, Cap. XII, §. 5; & *Consil.* 45, §. 24, & *Consil.* 60, §. 3; *Textor*, Diss. de *Jurisdict. Territor.* §. 147; *Heigius*, Lib. I *Quæst. Jur.* Quæst. 13, §. 43; in rationem adducens, quod, cum ex *auro* & *argento* cudatur *moneta*, hocque jus Principis ossibus cohæreat, nec mirandum sit, *materiam monetæ* Principi simul adscribi; quod argumentum tamen Dn. *Höfflich*, l. c. §. X, pag. 13, merito ridet, eo quod (1) nulla ratione nitatur, (2) vel ipsius Juris Civilis Legibus contrarietur, puta cit. L. 13, §. 5, ff. de *Usufructu*, & L. 7, §. 14, ff. *Soluto matrimonio*, quibus cautum, Privatos quoque *auri argentique mineras* possidere posse; (3) Aurea Bulla *Caroli IV*, Cap. IX, expressis verbis, Electoribus *metallifodinarum jus cujuscunque generis*, tanquam Regale, tribuerit; (4) non ex omni auro & argento nummi fiant; (5) Moneta etiam quandoque ex *cupro*, vel alio metallo, cudatur &c.

Alii arbitrantur plane: *omne id, quod sub meo fundo est, in imis Terræ cavernis, ad ultimum usque centrum, meum esse.* Vid. *Ziegler*, de *Jur. Majest.* lib. 2, Cap. XIX, §. *In fin.* Ast, quomodo poterunt hi liberare Principes ab iniquitate, quam hac ratione

ne committerent, auferendo privatis dominium, quod communi Gentium Jure ad eos spectet. Dicis (1) in Regimine publico, urgente necessitate, Principi potestatem esse, id quoque quod Juris Gentium est, limitandi, restringendi, vel circumscribendi, aut plane prohibendi, ita, ut ad Jus illud amplius pertinere non videatur; (2) Ad publica sustinenda onera, maximis opus esse impensis, sicque Reipublicæ interesse, ut aurum & argentum, probe excoctum, in officinas monetarias deferatur; (3) Eruenda metalla magnis indigere sumptibus, quibus, ut plurimum, privati non sufficiant; (4) Metallifodinas condigne coli non posse, absque magno hominum numero, quibus in officio continendis, auctoritate & potentia, privatorum longe majori, opus; (5) parum damni persentiscere subditos, ob fallacem & incertam proventuum metallicorum spem; (6) Occupatione rerum communium Principem privatos, justa de causa, interdicere omnino posse. (7) Stabiliri hoc assertum dispositione Juris Saxonici, ubi Lib. I *LandRecht*, Art. 35 fol. 51, antiquissimæ Editionis Lipsiensis, An. 1488: *Sulver mot Nimant breken up enes anderen Mannes Gude, ane des Wyllen des di Stede is; Gifft he over Orlof, de Voghedie is syne dar over &c.* Lat. ibid. *Argentum, in mineris Terræ absconditum, nemini licet excidere, sine proprietarii ipsius voluntate; si vero voluntas ejus advenerit, in operum loco advocatiam obtinebit &c.* Respondent autem ad hæc alii, (1) Verum esse, quod Imperantibus, exigente salute publica, limitare, circumscribere, aut penitus tollere liceat, quæ Subditis ex Jure Gentium competunt, ast male applicari axioma ad casum, quo, citra necessitudinem, invitis sua auferantur; (2) ab erogandis in Rempublicam magnis sumptibus, ad ablationem juste acquisiti Privatorum Dominii, deferendasque eorum facultates in monetarias Officinas, admodum claudicare argumentum, præsertim, ubi notorie ex omni auro & argento moneta non cudatur. Ad (3) Ita nec Principes ad possessionem Minerarum admittendos fore, cum Ipsimet, intuitu insignium sumptuum, de quibus hic sermo, sæpius subditos in communionem dominii metallorum assumere soleant. (4) Ut subditi operarios suos, in ipsos graviter peccantes, coram legitimo Magistratu, in aliis rebus, accusare valeant, ac, ut ex merito puniantur, petere; nihil obstare, quo minus, eadem via, eorum conductitii in mineralibus, quoties contra id quod æquum & justum, peccarent, in ordinem quirent redigi. Ad (5) Perperam iterum concludi, à modica spe lucri, ad totalem privationem, seu ablationem; Ad (6) Rationem hanc hic plane non quadrare, cum præsupponantur subditi juste, & legitimo modo, metallifodinas occupasse. Vid. Dn. *Biederman*, in Diss. de *Jure Metallorum*, cujus præced. §. 28, lit. b, facta mentio, §. XII & XVI. Ad (7) utut doctorum quidam, (vid. *Colerus*, Decis. 98, n. 1, 2; *Zobelius*, de *Different. Jur. Civil. & Saxon.* Part. 2, Different. 42, &c.) doceant, differentiam, in puncto metallifodinarum, inter hæc duo Jura, in eo consistere, quod *Jure Civili*, in fundo alieno, etiam invito domino, metalla quærere permissum sit; sed non æque *Jure Saxonico*, ubi consensus domini fundi requiratur; nihilominus Textum allegatum, pro adstructa hypothesi, parum vel nihil facere, cum manifestum sit, compilatorem loqui de tali fundo, cujus dominus juris metalla fodiendi particeps, seu de eo investitus noscatur; ob verba immediate præcedentia: *Alle Schat, under der Erden begraven, deper wen eyne Pluch gat, der horet tho der Konniglike Gewald*; Lat. ibid. *Omnis thesaurus subterraneus, profundior aratri meatu jacens, ad Imperii pertinet Majestatem &c.* Quæ ipsemet Elector, apud *Carpzovium*, *Jurisprud. Forens.* Part. 2, Constit. 53, pag. 875, non de *thesauris absconditis*, sed de *Metallifodinis* in genere, interpretetur, scribens: *Bevor, weil der Text in den Worten: von allen Schætzen, so unter der Erden &c. nicht von Thesauris absconditis, sondern von dem Bergwerck und Ertz, zu verstehen &c.* ut adeo non de cujuslibet privati consensu accipi queant; sique etiam hoc esset, tamen consensum ejusmodi nihil aliud importaturum, quam *causam, sine qua non*; impetrata enim, à Domino Territoriali, facultate fodiendi, æquum esse, ut & ejus consensus expetatur, ad quem dominium superficiei, sub qua metalla latent, pertineat &c. Vid. *Ziegler* l. c. §. 16; *Biederman* l. c. §. XIV.

Recte, meo judicio, sentiunt, qui, in Germania minimum, omne Jus metallifodinarum, ubicunque locorum reperiuntur, etiam quoad proprietatem, dominis Territorialibus, (eo, vel ex speciali privilegio, vel immemoriali præscriptione, aliove titulo valido, gaudentibus,) adstruunt, ita ut jam portionem *Regalium*, de quibus Imperii Status investiuntur, efficiat, non minus ac jam olim, per A. B. Cap. IX, Electoribus concessum fuit. Nec opus est, ut rimemur, quid de hac re Potentes Extranei statuant? Jure publico nostro ab eorum plane diverso; sufficiat, Constitutiones, lit. b, memoratas, & Imperii Observantiam, (de qua præc. §. 28, lit. a) documenta subministrari, id velle, & probare. Quicquid olim invaluit, jam correctum. Quoties ne, & in aliis materiis, à Jure Civili receditur? Faciunt huc peculiares Statuum Ordinationes, v. g. *Ferdinandi I*, Roman. Regis, *Nieder-Oesterreichische Berg-Ordnung*, sub dato *Wien*, 1553, 1 Maji, Art. I, cit. *Corp. Juris Metallici Francofurtensis*, pag. 167: *Nachdem Uns, als regierenden Herrn vnd Landes-*

Fürsten alle Bergwerck und Fünde, wo die allenthalben, in Unsern Fürstenthumben, Landen, Herrschafften, Gerichten, Gebieten, Thälern und Gebürgen, jezo im Wesen seyn, oder künfftiglich gefunden, aufgeschlagen und gebauet werden, sampt allen andern und jeden Hoheiten, Obrigkeiten, Wasserflüssen ---- ohn alles Mittel, als unser Cammer-Gut, zustehen, quo & *Transactionem Bohemicam*, de An. 1574, cujus cit. præced. §. 28, lit. a, memini, nec non cit. *Constitutionem Saxonicam*, & cit. *LandRecht*, referas; add. *Constitutio Johannis Georgii*, Electoris *Brandenburgici*, de An. 1583, apud *Scheplitz*, Part. 4 *Constitutionum Marchiæ*, Tit. V, §. 12, pag. 423: *dem Churfürsten, als Lands-Herrn, stehe, von Recht und Obrigkeit wegen, ohne Mittel zu, in allen Seinen Landen, sovvohl auf denen Herrschafften, Lehen, und andern Gütern, als in Seinen selbst eigenthumlichen Gütern und Aemptern, das Salpeter-Graben, und vorsieden, als ein Regal, gleich allerhand Metallischen Bergvvercken &c.* Unde sua *Limnæus*, ad A. B. Cap. IX, §. 1. *Observat. XI*, pag. 416. Nec aliud ex aliorum dominorum Ordinationibus metallicis eruendum. Hinc notoriam esse Germaniæ consuetudinem, asserit *Knichen*, de *Saxonum non provocandi Jure*, verb. *Ducum Saxoniæ*, Cap. V, §. 109, pag. 251, nemini fas esse metalla fodere, ne quidem in proprio fundo, sine concessione Territorialis domini; de qua consuetudine plura *Struvius*, *Syntagm. Juris Feudalis*, Cap. VI, Aphor. 26, §. 3, p. 215 & 216; *Heigius*, cit. Part. I, Quæst. 13, §. 29, & 36, (quamvis, §. 43, id ad solas auri argentique fodinas restringat) *Benedictus Reinhardus*, de *Differentiis Juris Saxonici & Civilis*, Part. VI, differ. 8; *Carpzovius* l. c. Part. 2, *Constit. 53*, Definit. I, §. 9 & seqq. p. 876; & de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. XXIII, Aphor. 3, pag. 123 &c. & Aphor. 4, pag. 125 &c. *Jacobus Schultzius*, ad *Colerum*, Part. I, *Decis.* 98, §. 17; *Besoldus* voc. *Bergwerck*, p. m. 91. Dn. de *Seckendorf*, *Teutscher Fürsten Staat*, Part. 3, Cap. 3, 1 Regale, §. 2 & 3, pag. 360 &c. Ill. *Stryckius*, Diss. de *Dominio subterraneo Princip.* Cap. 2, §. 15; Dn. *Schwederus*, *Introd.* J. P. Part. spec. Sect. 2, Cap XV, §. 12, pag. 955 & 956; Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. VI, §. 16, pag. 196; & lib. 2, Tit. XVII, §. 2, pag. 434; Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 23, §. 46, pag. 376, & §. 48, pag. 377; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. Gener. Discurs. 3, §. 3, p. 50 &c. Dn. *Höfflich* l. c. §. XII, pag. 16; & §. XXV, pag. 28 &c. Idque adeo verum, ut, licet quis, à Domino Feudi, seu Territoriali, de omnibus Feudi utilitatibus, aut cum Mero mixtoque Imperio, investiatur, tamen ad *Metallifodinas* id extendi nequeat, eo quod nemo his frui possit, nisi qui specialiter de iis investitus. *Wo einer Bergwerck haben will, so muß er von der Kayserlichen Majestät, oder von denjenigen, so es die Kayserl. Majest. zu Lehen hat geliehen, belehnet seyn, wie es die beschriebene, und auch zum theil die offentliche gemeine Gewohnheit, und Gebrauch über Menschen Gedencken eingeführet, bewähren, und sonderlich in Teutscher Nation also üblichen gehalten wird, daß niemand Metall, oder Bergwerck, auch in seinen eigenthümlichen Güthern, Gründen und Aeckern, ohne vorhergehende Lehn, suchen noch graben mag*; *ut videre licet in der Chur- und Fürsten zu Sachsen, Manßfeldischen, Hohensteinischen, Stollbergischen, Goßlarischen, und andern Bergwercken &c.* Hæc *Carpzovius* de *Regalibus* l. c. Aphor. 3, pag. 124, ad *Reinhardum* l. c. provocans, cui jungi merentur Ejusd. *Jurisprud. Forens.* l. c. Defin. I, §. 9, 10, 12, 13, pag. 876; *Sixtinus* de *Regalibus*, cit. Part. 2, Cap. XVI, §. 82, pag. 353; *Struvius* l. c. Aphor. XXVI, §. 6, p. 217; *Mylerus* ad *Rumelinum*, Part. I, Diss. VIII, §. 10, p. 235; *Matth. Colerus*, Part. I, Decis. 98, §. 3, ibique *Jacobus Schultz* in Addit. §. 16 & 17. Ut enim quis *jure Metallifodinarum* gaudeat, aut speciale Privilegium, seu Investituram, aut immemorialis temporis possessionem, desiderari, doctrina quoque est *Mynsingeri*, *Respons.* 34, §. 9, *Wesenbecii*, & allegatorum, *Consil.* 60, §. 6; *Buxtorffii* in A. B. Conclus. 89; *Sixtini* l. c. §. 81; add. *Abraham Urbanus*, Diss. Inaug. *de S. R. I. Electoribus*, Argentorati habita, An. 1674, Cap. 3, §. 2, p. 15.

Singulare est, quod Dn. *Carpzovius*, de *Regalibus*, cit. Cap. 3, Regali XXIII, Aphor. 4, pag. 126, commemorat, inquiens: *In Territoriis Electorum & Ducum Saxoniæ, supra dicta consuetudo Germaniæ aliqualiter limitata reperitur; si quis enim ab Iis de Feudo aliquo, cum Mero mixtoque Imperio, investitus sit, inque eo Fodinæ metallicæ reperiantur, atque ex ipso metallo æs, stannum, aut plumbum, vincat aurum, argentumve, quod æri, stanno, plumbove admixtum est, cedit lucrum totale Vasallo, retinet enim non tantum ipsos proventus, sed etiam decimas, cæteraque quæ alioquin, etiam Jure communi, debebantur Principi: quod si vero aurum argentumve, seu copia, seu valore, superet commemorata viliora metalla, omnis utilitas Principibus cedit.* Idem tradunt: *Heigius* l. c. Part. I, Quæst. 13, §. 36; *Jacobus Schultesius* l. c. §. 19; *Reinhardus* l. c. Part. 6, Different. 8; *Mauritius*, *Posit. Jur. Feud.* D. VI, a. 6, *Höfflich* l. c. §. X, pag. 13 & 14; Alii; probe vero notanda simul, quæ laudatus Dn. *Carpzovius*, in *Jurisprud. Forensi*, cit. Part. 2, Constit. 53, Definit. 2, §. 8 & seqq. pag. 876, ejusdem consuetudinis Saxonicæ memor, differit: *Sed probari non potest hæc consuetudo, nec facile admittenda, contra Ordinationem A. B. Dict. Tit. von Gold-Silber- und andern Ertz-Bergwercken &c. Quare nec Domini* (Scabini Lipsienses) *in pronunciando, eam hactenus secuti fuere.*

fuere. At certior est consuetudo harum Provinciarum, qua Ferrifodinas Nobiles, aliique Privati, in fundis suis, absque decimarum, vel alterius Canonis onere, & sine expressa harum investitione, excolere possunt; de qua testatur Andreas Rauchbar, atque, juxta eam, in Consilio Aulico pronunciatum refert, Dict. Part. I (Quæstionum Juris) *Quæst. XXII* §. 9. Pro certo insuper habent Saxones, vilioris adhuc metalli fodinas v. g. *Aluminis, Nitri, Sulphuris, Calcis, Carbonum fossilium* (*Stein-Kohlen*) *Luti*, seu Terræ, ex qua lateres compinguntur (*Ziegel-Erde*) pariter ec *Lapidicinas*, similiter non semper Domini Territorialis esse, sed, ex introducta consuetudine, sæpius ad Vasallos, Feuda cum omnibus utilitatibus tenentes aliosve Privatos, in quorum fundis vel existunt, vel qui, servitutis titulo, in alieno fundo, iis gaudent, pertinere; sicque responsum à laudatis Scabinis, An. 1579, in Causa *Nicolai de Sonnenstett auf Krebsdorff*, apud *Carpzovium* l. c. definit. 3, §. 8, p. 877: *Hat ein Fürst einem von Adel ein Ritter-Gut, zusammt allen Zugehörigen und Pertinentien, in Lehen gegeben &c. und es ist, auf dem Grund und Boden desselben, ein Stein- oder Kalck-Bruch, verhanden, so gebüret solcher Kalck-und Stein-Bruch dem Lehen-Mann und Besitzern allein, und es hat der Lehen-Herr nicht Fug, Ihn darinnen mit Recht zu turbiren, und zu verhindern, oder desselben, als eines Regal-Stücks, sich zu unterfangen, und zu gebrauchen. V. R. W.* Conf. alii ibid. allegati, ut & *Struvius* l. c. §. 7, pag. 217; *Höfflich* l. c. §. XV, p. 18. Quoniam verò alibi *omnia metalla* Regalibus annumerantur, ita ut nec *Nitrum*, nec *Alumen*, nec *Carbones fossiles &c.* exceptionem faciant, testibus cit. præced. §. 28, lit. a, *Ferdinandi I Nieder-Oesterreichische Berg-Ordnung*, de An. 1553. Art. VII; & cit. modò Constitutione *Brandenburgica*, de An. 1583, nec non *Besoldo*, Thes. Pract. voc. *Salpeter*, p. m. 919; *Höfflich* l. c. præsertim §. XXVII & XXVIII, pag. 31 &c. aliisque pluribus, inspicienda hic omninò veniunt Locorum Statuta & Consuetudines.

Vigore hujus Regalis, potest Territorialis Dominus fodinas aperire, vel aliis id permittere, ubique locorum. Facit huc. *Ferdinandi I*, Romanorum Regis, *Bergwercks Ordnung des Bergwercks S. Joachims-Thal*, sub dato *Prag*, 1 Januar. 1548, Part. 2, Art. 1, *von Schürffen*, in cit. *Corpore Juris Metalli Francofurtensi*, pag. 39: *Einem jeglichen Bergman soll hiemit nachgelassen und vergünstiget seyn, auf diesen und andern Unsern zuständigen Gründen, auf alle Metall, Nachgängen, Klüfften und Schichten, ohne der Grund Herren und Besitzer der Güter Einhalt, zu schürffen, und welcher also einen neuen Gang entblösen und ausrichten wird, der soll der Erste Finder seyn, auch des Ersten Finders Recht, nemblich eine Fund-Grube haben; die massen aber sollen dem Ersten Muth-Herren verliehen werden &c.* Quo minus verò fundi Dominus, hac ratione, lædatur, annexum in additionibus ad hunc locum, p. 85: *Einem jeglichen Grund-Herrn, des der Acker, oder das Feld ist, darauf man einen Gang entblösset, gebühren, nach altem Berg-Recht, vier Kuckes, die soll er, wan der Neu-Fänger Kübel und Seil einwirfft, zu verlegen schuldig seyn &c.* Prior passus, reperitur quoque, totidemque verbis, in *Wolffgangi*, Ducis *Brunsuic.* & *Luneburg. Berg-Ordnung zum Zellerfeld, Burg-Stædte, Claussthal, Andresberge, Todtenberge, Thambach, & Knieberge*, de dato *Hertzberg*, 18 Sept. An. 1593, Part. 2, Art. I, *vom Schürffen*, ibid. pag. 211; pariter ac posterior, in *Volckmari Wolffii*, Comitis *Hohnsteinensis*, *Berg-Ordnung*, de dato *Lobra*, 10 Mart. 1576, Art. 154, ibid. pag. 280. Non minus huc pertinent allegatæ modò laudati *Ferdinandi I Berg-Ordnung der Nieder-Oesterreichischen Landen*, de An. 1553, l. c. Constitutio *Electoralis Saxonica*, apud *Carpzovium*, Part. 2 *Jurisprud. Forens.* Constit. 53; nec non Constitutio Electoris *Brandenburgici*, de An. 1583, apud *Scheplicium*, l. c. Hinc *Biederman* l. c. §. 30: *In locis metallicis, cuivis datur potestas, metallorum investigandorum gratia, terram fodiendi; es hat jederman ein freyes Schurffen; & nulla hic est distinctio locorum, propria sint, an aliena? aut cujus demum conditionis? nihil enim excipitur, quam Besamte Aecker, Tisch- Bett- und Feuer-Statt, ceu docet Dn. à Schœnberg, Dict. Tr.* (*Ausführliche Berg-Information*) *pag. 132; & late Spanius, Berg-Urthel, Tit. I, cujus hæc verba hic quoque legi merentur: Schurffen, suchen, und einschlagen, nach Ertzgängen, Klüfften und Geschicken, ist einem jeden vergönnet und frey, wie in allen Berg-Ordnungen, Bergfreyheiten und Bergwercks Reformationen, zu finden, daran kein Grund, oder Besitzer der Güter, hindern kan, sie seynd gleich geistliche Kirchen-Güther, Frey-Stätte, oder Schloß-Güter, Hoff, Aecker, Wiesen, Aue, Vieh-Hut, Garten und dergleichen, wie es heissen mag, da sich Bergwerck erweiset &c.* Proinde fundi Dominus Territorii Domino hoc casu se opponere nequit; cum privata utilitas publicæ cedat; exceptio tamen, si Dominus fundi ipsemet fodere velit, suadente sic æquitate, eum præ extraneo admittendum, aut si quis immunitate gaudeat, ne fodina in fundo suo aperiatur, cujusmodi privilegio Comites, Barones & Nobiles Marchicos in ædibus suis frui, ex citata Constitutione Brandenburgica de An. 1583. apud

apud *Scheplitium* l. c. liquet. Conf. Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XVII, §. 5, pag. 435 & 436. Dn. *Höfflich* l. c. §. XXXV, XXXVI & XXXVII, pag. 39 &c. Quæ in contrarium afferri solent, subministrat *Rumelinus* l. c. Part. I, Diff. 8, §. XI, pag. 237.

(*d*) SUBTERRANEA &c. Quo respiciunt allegata præced. lit. c, *Speculi Saxonici*, lib. 1, Art. 35, verba: *Alle Schat under der Erden begraven, deper wen eyne Bluch gat, der horet tho der Konniglike Gewald*; in recentiori Editione, de An. 1569, clarius legitur: *Alle Schätze unter der Erden begraben, tieffer dann ein Pflug gehet, gehören zu der Königlichen Gewalt &c.* quæ Ipsemet Elector Saxo, ceu ibidem dictum, de *Metallifodinis* in genere interpretatur, nec de *thesauris absconditis*.

(30) Si tamen Metallifodinæ in privatorum prædiis reperiantur, in Jure privato nostro, dicuntur esse in fructu, (*a*) *L. 7, §. 14 ff.* Soluto Matrimonio dicuntur pars fundi, *L. 9, dict. Tit. juncta L. 9, §.* Sed si, *de Usufructu.* Verum, omne hoc pendet ab arbitrio Principis, an nimirum privatis relinquere, an verò sibi retinere velit? & hinc, ubi privatis relictum est, vi Eminentis dominii (de quo mox dicturi sumus) ab istiusmodi metallis exigit canonem (*b*) metallicum. Buxtorff, ad *A. B. Conclus. 89*; interdum partem decimam, interdum octavam, quandoque aliam portionem, secundum cujusque loci consvetudinem; *vid. Myler*, in Apanalogia. *C. 31, §. 7 & 8*; ubi Princeps Sibi reservavit, etiam hortum, seu fundum, alterius, (*c*) ingredi potest, ad eruendum metallum, & venas metalli scrutandas. Metalla tamen effodientes, à fundamentis aliarum ædium abstineant. (*d*) Hoc extendunt quidam ad istos, quibus jus metalla effodiendi à Principe est concessum. Vid. hæc disputata in Apanalogia, *c. 31, §. 4*; Bocerus, de Regalibus, *C. 3. §. 167*; Is, qui prior Argentariam instruxit, *der zu erst eine Stüff eræffnet*, (*e*) *und in dieselbe eingeschlagen*, prohibere (*f*) potest vicinum, volentem, per foramen, noviter factum in suo prædio, ad illam pervenire; (*g*) Rumelinus, in *Addit. A. B. differt. VIII, Conclus. XV.*

NOTÆ.

(*a*) IN FRUCTU &c. Vid. præced. §. 29, lit. c. *Num Usufructuarius metallifodinis uti queat?* quæstio est. Distinguit Dn. *Struvius*, in *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. XII, lib. VII, Tit. 1, Aphor. XV, pag. 446: Utrum usufructuarius, propriis sumptibus & impensis, fodinas aperuerit, an non? *priori casu*, omne emolumentum inde proveniens ei vindicans, arg. L. 7, §. 13 ff. *Soluto Matrimonio*, & ibi allegatorum; *posteriori* verò id non valere arbitratur, nisi cum minerale, quod foditur, renascatur; eo quod usufructus non, nisi salva rei substantia, percipi queat, ad auctoritatem *Johannis de Castillo*, Tract. de *Usufructu*, Cap. 37, §. 18 provocans; addendo tamen, casu, quo minerale quod foditur, aut lapis, non renascuntur, usufructuario competere usumfructum pecuniæ ex proventibus metallicis perceptæ; ita enim substantiam proventuum metallicorum manere salvam; conf. *Berlichius*, Part 3 *Conclusionum*, Conclus. XXXV, §. 21, 22, 23, pag. 271; *Johannes à Sande*, lib. V *Decisionum Frisicarum*, Tit. 3, de *Usufructu*, Definit. 2, pag. 374; Dn. *Eisenhart*, cit. Tr. de *Regali Metallifodinarum Jure*, Cap. 4, §. 13, pag. 109, & §. 16, pag. 115; præsertim Dn. *Biedermann*, cit. Diff. *de Jure Metallorum*, §. XXXIV.

(*b*) CANONEM &c. Ill. Dn. de *Seckendorff*, Part. 3 *des Teutschen Fürsten-Staats*, Cap. 3, *Erstes Regale*, §. 3, pag. 362, ait: *Es bestehet aber der Nutz, der von dem Regal des Bergwercks herkommt, in dem Zehenden, oder andern hergebrachten Antheil, (wie dan die Eisen-Berg-Wercke, theils keinen Zehenden, sondern einen andern hergebrachten Zinß, geben) von jedem Bergwerck im Lande. Sonst aber, da der Landes-Herr selbst mit anbauen läßt, oder in Gewerckschafft mit andern eintritt, gebühret Ihm auch, neben dem Zehenden, das Einkommen dessen, was solche Privat-Berg-Theile, oder Kuckus, wie mans nennet, austragen; und ist so fern die Einkunfft kein Regal, sondern unter die gemeine Art der Gefälle und Gewerbe zu rechnen. Ferner entspringt auch aus dem Berg-Regal, der Vorkauff an denen Metallen, welche die privat Gewercke gewinnen, sonderlich an Silber, damit dasselbe desto eher im Lande, und zum Behuf der Müntze, gebraucht werden könne &c.* Residet solvendi canonis metallici æquitas in commodo providæ administrationis Reipublicæ, consequenter etiam ferendis onerum partibus. Vid. Dn. *Eisenhart* l. c. Cap. 2, §. 45, pag. 53; hinc simul ratio, cur de vilioribus metallis exiguus duntaxat

taxat canon, vel plane nullus, solvatur. Sumptus enim, ad effodienda ejusmodi metalla requisiti, cum propemodum emolumenta jam exhauriant, nec canon, aut vilis saltem, exigi poterit, ne omne solatium laborantibus adimatur. Vid. Dn. *Eisenhart* l. c. §. 46, p. 54, Conf. Dn. *Höfflich* l. c. §. 46, p. 49.

(c) ALTERIUS &c. Vid. præced. §. 29, lit. c, in fine.

(d) ABSTINEANT &c. Ne scil. aliarum ædium fundamenta labefactentur, arg. L. 6, C. de *Metallariis & Metallis* (lib. XI, Tit. VI) earumve ruina inde promoveatur, quam publicus Urbis aspectus necessario comitaretur; quod L. 2, C. *de Ædificiis privatis* (Lib. 8, Tit. 10) prohibitum; conf. *Sixtinus* de *Regalibus*, cit. Part. 2, Cap. XVI, §. 48, pag. 541; *Matth. de Afflictis, Decis. Neapolit* Decis. 321, §. 6; *Brunnemannus*, ad cit. L. 6 C de *Metallariis*, pag. 923; Dn. *Höfflich* l. c. §. 37, pag. 41. Admodum autem vereor ut sola hodie ratio hæc valeat.

(e) EROEFFNET &c. Communiter dividuntur Metallifodinæ, in

(1) *Dimensas & nondum Dimensas*, *vermessene und unvermessene Gruben*; Dn. *Eisenhart* l. c. Cap. 1, §. 3, pag. 8.

(2) *Primarias*, *& Secundarias*; *Fund-Gruben, und Gruben, oder Zechen*; ibid. §. 4.

(3) *Cultas & desertas*; *Bauhafftige Zechen, und Eingestellte, oder Unverlegte, aut Auflässige Gruben.* ibid. §. 5, p. 9.

(4) *Steriles* (*Zubuß-Zechen*) *Suas* (*sich freybauende-Zechen*) *& fœcundas*, (*Höffliche, und in der Ausbeut stehende Zechen*) ibid. §. 6.

(5) *Surgentes & Cadentes*; *Steigende und Fallende Zechen*; ibid. §. 7, p. 11.

(6) *Simplices & Compositas*; *Einfache und zusammen geschlagene Zechen*; ibid. § 8.

(7) *Majorales & Minorales*; Majoral, *und* Minoral; ibid. §. 9.

(8) *Dominicas & Sociales*; *Herren-Zechen, und Gewerck-Zechen*; ibid. §. 10, p. 12.

(9) *Frey Bergwerck, & Bergwerck die Statt-Recht haben*; ibid. §. 11, p. 13.

Singulæ fodinæ dividi sæpe solent in 128 partes, quæ *Kuckſen* audiunt. Eadem habet Dn. *Biederman*, cit. Diss. de *Jure Metallorum*, §. XXVII.

De *Officialibus* notari merentur verba *Augusti*, Saxonum Electoris, *in der Berg-wercks-Ordnung*, sub dato *Anneburck*, 4 Nov. An. 1573, Art. 3, in citato *Corpore Juris Metallici*, p. 133: *Haben wir auf Unsern Bergwercken, in Unsern Landen, zween verständige Berg-Ræthe, die alle halb Jahr, neben den andern nachbemelten Amptleuten, die Bergwerck besuchen sollen; deßgleichen einem Hauptman, Ober-Bergmeister, und Bergwercks-Verwalter, an Unser Statt, dazu ein jeder Unser Berg-Statt, nach derselben Gelegenheit, und Grösse des Bergwercks, einen Berg-Meister, und eine ziemliche Anzahl Geschworne Berg-verständige Männer, Zehendner, Außtheiler, Gegenschreiber, Bergschreiber, Hütten-Verwalter, Hütten-Reuter, Receß- und Hütten-Schreiber, Probierer, Silberbrenner, und Marck-Scheider, gesetzt und verordnet - - Und sollen dieselbigen Unser Hauptmann, Ober-Bergmeister, und Bergwercks-Verwalter, ohne Unser Verlaub, aus Unsern ihnen befohlenen Aemptern, und die andern Amptleute, ohne jeztgedachtes Hauptmanns, Ober-Bergmeisters, und Bergwercks-Verwalters, Zulassung, auch alle Schicht-Meister und Steiger, ohne Vorwissen des Berg-Meisters, nicht von Bergwercken reysen, noch sich verwenden &c.* Art. XX, p. 138, mentio etiam fit *der Schmeltzer, Abtreiber & Kræntzler*; Art. 69, pag. 150: *der Arbeiter und Hauer &c.* Art. 74, pag. 151, *der Krentzler und Kuckus-Partierer &c.* In *Ferdinandi I*, cit. *S. Joachims-Thaler Bergwercks-Ordnung*, de An. 1548, in Præfatione, p. 30 ibidem, occurrunt: *Ein Hauptman, ein Ampts-Verwalter, ein Berg-Meister, 10 geschworne Berg-Verständige, ein Zehendner, ein zugeordneter Gegenschreiber im Zehenden; ein Außtheiler; ein oder zween Hütten-Reuter; ein Gegenschreiber; ein Berg-Schreiber; ein Silberbrenner; ein oder zwee Probierer; zween Marscheider.* In Ejusdem cit. *Nieder-Oesterreichischen Bergwercks-Ordnung*, sub dato *Wien*, 1553, Art. 1 & 3, ibidem, pag. 167, offendis, *einen Obersten Berg-Meister, einen Berg-Richter, Geschworne, Fronen, Schiner, und Berg-Richter-Gegenschreiber*; Art. 4, pag. 168: *Ertzknappen und Arbeiter.* In cit. *Volckmari Wolffii*, Comitis *Hohnsteinii, Berg-Ordnung*, sub dato *Lobra*, 1576, conspiciuntur, Art. 3, ibid. pag. 239: *Hauptman, Bergmeister, Geschworne, Zehendner, Gegenschreiber, Bergschreiber, Hüttenschreiber, Probierer, Silberbrenner, Marscheider*; Art. 49, pag. 254: *Hauer*; Art. 50, ibid. *Schichtmeister & Steiger*; Art. 99, pag. 267, *Hütten-Herrn*; Art. 100, ibid. *Hütten-Reuter*; Art. 103, pag. 270, *Schmeltzer*; Art. 104, pag. 271, *Abtreiber*; Art. 105, ibid. *Wæscher*; Art. 113, pag. 272: *Hütten-Diener, als:*

als: Hüttenschreiber, Meister, Schmeltzer, Fürlauffer, Gestübmacher, Wachter. Art. 147, p. 278: *Krentzler und Kuckes-Partierer &c.* Conf. cit. *Wolfgangi*, Ducis *Brunſ.* & *Luneb. Zellerfeldische Berg-Ordnung*, de An. 1593, *Hertzbergæ* edita, Part. I ab initio, pag. 202, ibid. ubi: *Ein Hauptman; Ein Bergmeister; Vier Geschworne Berg-verständige Männer; ein Zehendner, und dessen zugeordneter Schreiber; Ein Gegenschreiber; ein Bergschreiber; ein Hütten-Reuter; Ein Silberbrenner; ein Probierer; ein Margscheider; ein Hüttenschreiber; ein Schicht-Meister und Steiger &c.* Part. 2, Art. 102, p. 233: *Kucks-Krantzler;* Part. 3, Art. 1, pag. ead. *Hütten-Herren;* Art. 3, pag. 234: *Hütten-Meister, Schmeltzer und Arbeiter;* Art. 4, ibid. *Abtreiber;* Art. 6, p. 235: *Berg-Factor und Einfahrer.* In *Johannis Georgii I*, Electoris *Saxoniæ*, *Bergwercks-Ordnung zum Eybenstock*, sub dato *Dreßden*, 24 Aug. 1615, nominantur, *Berg-Meister;* Art. 2, ibid. pag. 159; *Geschvvorner;* Art. 8, p. 160: *Gegenschreiber;* Art. 12, p. 161: *Berg-Schreiber;* Art. 13, ibid. *Seiffner & Mühlarbeiter;* Art. 14, pag. 162: *Schicht-Meister, Steiger, Mühl-Meister und Schmeltzer;* Art. 15, ibid. *Ober-Mühl-Meister*, Art. 16, ibid. Nituntur hisce, quæ Dn. à *Löhn-Eyß*, cit. Tract. *von Bergwercken*, P. I. C. I. &, ex eo, Dn. *Biederman*, l. c. §. XXV, annotarunt.

(*f*) PROHIBERE &c. Ita *Hartmannus, Hartmanni ab Eppingen*, lib. 2, *observationum Practicarum*, Tit. XXIV, Observat. I, §. 6; & *Henningus Gœden*, Consil. 3, §. 20; arg. L. 7, ff. de *diversis temporalibus Præscriptionibus* (lib. 44, Tit. 3) Add. *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Conclus. 90, §. 7; *Sixtinus*, de *Regalibus* l. c. §. 52, pag. 342 & 343, ibique allegati; *Rumelinus* ad A. B. Part. I, Dissert. VIII, §. XV, pag. 243 &c. Contrarius vero *Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 174, pag. 369, arg. L. 13, §. *Si constat*, ff. *Commun. Prædior.* L. 8, C. de *Servitut. & Aqua;* L. 11 ff. de R. J. & L. ult. §. penult. ff. *Quod vi aut clam &c.* Alia quæstio est: *Num is, qui in loco, ubi jure quærendi fodiendique metalla fruitur, venam metallicam reperit, sub fundo vicino extensam, eam prosequi valeat, invito istius fundi domino?* quam affirmandam tradit *Rumelinus* l. c. pag. 243, modo vicinus in suo fundo, nec arare, nec serere, nec fructus colligere, impediatur, per L. 3 & 6, C. de *Metallariis.*

(*f*) PERVENIRE &c. Q. *Ad quem Thesauri inventi pertineant? Thesauri* nomine, intelligitur pecunia, ab ignotis hominibus, ultra hominum memoriam, recondita. *Carpzov.* P. 2, Constit. 53, Def. 7. §. 3, p. 878. *Paulus* JCt. lib. 31 ad Edictum, in L. 31, §. 1, ff. de *Acquirendo Rer. Dominio*, eum ita definit: *Thesaurus, est vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat &c.* Quæ *Sixtinus*, de *Regalib.* lib. 2, Cap. XXI, §. 3 &c. pag. 439, fusius interpretatur. Jure Civili, circa thesauros, quid obtineat, summatim exponit Dn. *Eckunbertus*, *Camerarius de Wormatia*, *L. B. à Dalberg*, in *Quæstionibus aliquot selectioribus, ex Jure Feudali depromptis*, Dissertationis loco, Præside Dn. *Gerhardo von Stökken*, 24 Maji, 1671, Argentorati, publico examini oppositis, Quæst. VI, §. 40 & 41, pag. 23, scilicet, quod (1) artibus Magicis inventus, pariter ac studio, vel data opera, Fisco cedat, arg. L. un. C. de *Thesauris* (Lib. X, T. XV.) & 2 F. 56, in Fine. Conf. *Vultejus* de *Feudis*, lib. I, Cap. V. §. 20, p. 75; *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. 5, Conclus. 92; *Sixtinus* l. c. §. 33, pag. 445. *Struvius, Jur. Feud.* Cap. VI, §. 27, pag. 218. (2) Si, forte fortuna, in loco nullius, inveniatur, totus Inventori, per §. 39, J. de R. D. pariter ac (3) in loco proprio, sive data opera, sive fortuito, repertus, arg. eod. §. 39 Inst. de R. D. & L. un. C. de *Thesaur.* ubi *Dei beneficium* audit, & L. 63, §. 1 ff. de A. R. D. *Donum Fortunæ.* Conf. *Sixtinus* l. c. §. 20, pag. 443. (4) Si in loco publico, vel Fiscali, nulla opera adhibita, quoad dimidiam partem Inventori, & quoad reliquam, Fisco, per cit. §. 39 Inst. de R. D. L. 3, §. 10, ff. de *Jure Fisci* (Lib. 49, T. 14) & Dict. 2. F. 56, in fin. Conf. *Sixtinus* l. c. §. 39, 40 & 41, pag. 448 &c. *Mylerus*, ad *Rumelinum*, in A. B. Part. 3, Diss. 3, §. 27, p. 784. (5) Si in loco privato, data opera; Domino loci; Conf. *Sixtinus* l. c. §. 28, pag. 444. (6) Si vero casu, in loco privato, reperiatur, dimidia pars inventori, reliqua Fundi domino vindicetur; per cit. L. un. C. de *Thesauris*, §. *Quod si forte*, & L. 7, §. 12, ff. *Soluto matrimonio.* Conf. *Sixtinus*, l. c. §. 22, pag. 443; & §. 26. pag. 444; In *Feudo* repertus, juxta *Coll. Jur. Argentor.* ad Tit. ff. de A. R. D. §. 49, aliosque multos, pertinet ad Vasallum, eo quod is Feudi dominus sit, 2. F. 8, §. *Rei autem*; & ad eum omne spectet Feudi incrementum, I F. 4, §. 5. *Si quis de manso &c.* quidni & thesaurus? tanquam *donum Fortunæ*, & *Dei beneficium*, per tradita; juxta *Berlichium* autem, Part. 2, *Conclus.* 2, §. 60, pag. 28, *Schneidewinum*, ad §. 39 Inst. de R. D. *Joh. Harprechtum*, ad eundem §. 39, v. 17 &c. Dimidia pars inde adjudicanda domino Feudi, & reliqua Vasallo; arg. L. 63, §. penult. in fin. ubi demum thesauri pars ad fructuarium pertinet, si servus, in quo usumfructum habebat, eundem in ipsius fructuarii agro invenerit. Conf. *Daniel Otto*, Cap. XI *Jur. Publ.* p. m. 440. *Jure Saxonico*, adhuc hodie, thesaurum, in proprio fundo inventum, totum Inventori cedere

dere, late probat *Carpzovius*, cit. Part. 2, *Constitut.* 53, *Defin.* 4, pag. 877; ubi *Scabini Lipsienses*, in Causa *Melchior Reibolds Eheweibs zum Hayn*, Mens. Febr. 1629: *Habt ihr, in euerm Keller, als ihr in demselben etwas unter der Erden verscharren und verwahren wollen, einen Schatz, als Hundert und zwantzig alte Reichsthaler, in einem Topffe gefunden und angetroffen; ob nun wohl in dergleichen Fall, auch auf Sächsischen Boden, ein Schatz, wan er in einem Hause, von dem Eigenthums-Herrn gefunden wird, ihm alleinig gehörig &c.* Similiter, si in fundo alieno, nulla opera adhibita, sed fortuito, reperiatur, quoad dimidiam partem, Inventori, reliqua fundi domino adscribenda, ibid. *Definit.* V, p. 877, ubi rursus Scabini, in eadem causa: *Dieweil aber dennoch nur allein die Fruchtniessung vorgedachtes Hauses Euch, auf euer Leben, verschrieben, das Eigenthumb aber desselben euch nicht zuständig ist, in welchen Fall dan der Schatz, so ohngefehr, von einem andern, gefunden wird, halb dem Eigenthums-Herrn, die andere Helffte aber allein demjenigen, so ihn gefunden, gebühret &c.* Add. ibid. *Definit. VI*, pag. 878; nec non *Definit. VII*, §. 6, pag. 878, ubi simul, Eum, qui thesaurum, in fundo alieno repertum, occultat, eo fine, ut totum lucretur, nec partem dimidiam fundi domino restituere teneatur, arbitraria pœna coërcendum esse, docet; Conf. ejusdem *Practica Criminalis*, Part. 2, Quæst. 86, §. 22 & 23, pag. 308; ut & *Menochius*, de *Præsumtionib.* Lib. I, *Præsumpt.* 30, §. 7. Alii contra indistinctè Juribus Majestaticis vindicant *adespota*, id est, hero carentia, quo & *thesauros* referunt. Vid. Ill. *Coccejus, Prudent. Jur. Publ.* Cap. 23, §. 49, pag. 378. Vivendum hic Patriæ Legibus; quibus non extantibus, standum Juri communi; *Adespota* regulariter occupantis sunt, seu invenientis, si solam eorum naturam sequamur; ast hæc non obstat, quo minus Legibus moribusve aliud constitui possit. Vid. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2. Cap. VIII, §. 6 & 7, p. m. 200. Quid in *Gallia, Anglia, Polonia &c.* obtineat, docet *Choppinus* de *Domanio Gallico*, lib. 2, Tit. V, §. 9 & seqq. p. m. 144 &c.

(31) Tandem Superiori in Civitate subjacet Aqua, cujuscunque generis sit, in Fluviis, aut stagnis, intra Territorium.

(32) Aquæ præcipua utilitas posita est in piscatione (*a*) & navigatione. Nascuntur pisces in flumine; ergò ejus etiam erunt, cujus est flumen: ita, ut vel sibi soli Jus piscandi retinere, vel aliis etiam illud concedere possit, ut in venatione bestiarum.

NOTA.

(*a*) PISCATIONE &c. Quæ venationis species, variis quondam Imperii Proceribus per Privilegium concessa, hodie communiter Superioritati Territoriali vindicatur. Vid. præced. §. 8, lit. b. & §. 11, lit. b, v. 44, nec non §. 15, lit. b.

(33) Hinc etiam est, quod promiscua piscatio in Rheno, & aliis fluminibus, non omnibus (*a*) sit permissa, sed istis tantum, qui hoc à Principibus obtinuerunt, per quorum Territoria fluvii interlabuntur. Alii hujus Juris eam reddunt rationem, quia subditi & propriis bonis subvenire coguntur Principi, ad sustinendam suam Majestatem; ergò multo magis ea bona sibi soli addicere potest Princeps, quæ in nullius sunt dominio. *Hugo Grotius*, (*b*) *de J. B. & P. lib. 2. cap. 8, §. 5.*

NOTÆ.

(*a*) NON OMNIBUS &c. Huc pertinent Principum Constitutiones, quarum præced. §. 11, lit. b, v. 44, memini.

(*b*) GROTIUS &c. scribens: *Germaniæ Populi, cum Principibus ac Regibus bona quædam essent assignanda, unde dignitatem suam sustinerent, sapienter existimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ, sine damno cujusquam, tribui possint, cujusmodi sunt res omnes quæ in dominium nullius pervenerunt &c.* Quæ præced. §. 8, lit. b, de *Venatione* in genere dicta, ad *piscationem* quoque applicari possunt.

(34) Propter dominium, quod Princeps in flumen habet, etiam ea potest sibi attribuere, quæ in flumine reperiuntur, e. g. Aurum (*a*) lapillos pretiosos; (*b*) *vid. Heberlin. de Libertat. nat. restrict. posit. 15. apud Fritschium.*

NOTÆ.

(*a*) AURUM &c. Puta *arenam*, particulas auri argentique secum vehentem, *Gold-Sand*; qualis in *Rheno*, *Odera*, *Sala*, &, nonnullis in locis *Danubio*, reperitur. Vid. *Turnheuser* Tract. quem *Pison* vocat, pag. 19. De Bonitate ejus in Rheno, inquit *Dietherr*, in Addit. ad *Besoldum*, Thesaur. Pract. voc. *Gülden*, p. m. 341: *von den Rheinischen Gold-Gülden schreibt Zeiler, in Itinerario Germaniæ, pag. 207; item, Centur. 4 Epistolar. pag. 154, 418: daß zu denselben Gold und Silber genommen werde, und die am ersten von den 4 Churfürsten am Rhein geschlagen worden, daher sie auch den Nahmen, nicht, daß sie aus dem Gold, so aus dem Rhein gesuchet, und dem Ungarischen an Güte nicht weicht, allein wæren gemacht worden: sondern, weil man sie am ersten alda gemacht, wie sie dan auch anfangs, als das Gold daselbsten eher als anderswo erfunden worden, besser als hernach gewest seyn &c.* Loca præcipua, ubi Rhenus ejusmodi arenam suppeditat, ex *Freheri Originibus Palatinis*, præced. Tit. XII, §. XXXI, lit. d, v. 15, indicavi.

(*b*) PRETIOSOS &c. Adde & Margaritas, seu uniones, cujusmodi *Alstera* in Vogtlandia, *Lua & Seva*, in Ducatu Luneburgico, quandoque etiam *Allera & Ilmenavia* ibidem, gignunt. Auctor *der Beschreibung des Fichtelbergs*, Part. I, pag. 45, ait: *So hat man auch sonsten glaubwürdige Nachricht, daß die Saale ihren Gold-Schlich, biß in Thüringen, mit sich führe, so zu Rudolphs-Statt öffters sollen zu finden seyn; da sonsten der Rothe Mayn, Perlen, die Eger aber Diamanten, jezuweilen, unter ihren Sand, mit ans Ufer legen solle &c.*

(35) Potest prohibere, ne in flumine publico, absque suo consensu, molendinum (*a*) terrestre, vel fluviatile, (*eine Schiff-Mühle*) (*b*) ædificetur.

NOTÆ.

(*a*) MOLENDINUM &c. Molendinorum ædificandorum materiam tractarunt *Johannes Heringius*, cujus Tr. de *Molendinis*, *eorumque Jure*, an. 1625 *Francofurti*, in 4to. & postea, An. 1663, *Lugduni*, prodiit; *Petrus Müller*, de *Molendinis*, præsertim *bannariis*; Jenæ, 1678, & 1695; *Jacobus Born*, Diss. de *Molendinis*, Lips. 1689; Dn. *Stryck*, de *Jure prohibendi extructionem molendini*, Halæ, 1700; Auctor Fasciculi 2. *von Mühlen und deren Gerechtigkeit*, apud *Fabrum*, Tom. 3 *Staats-Cantzley*, Cap. VII, pag. 650 &c. *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Mühlen*, pag. 366; *Rudinger*, *Observat. Singular.* Centur. 3, Observat. 68, p. m. 661 &c. *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Mühlen*, p. 649; ibique *Dietherr*, in *Additionibus*, pag. 650. Ad *Superioritatem Territorialem* referri hodie molendina in fluminibus publicis, navigabilibus præsertim, eo quod in flumine publico non liceat ædificare, sine licentia ejus, cui Regalia eo loci competunt, arg. L. 50 ff. de *Acquir. Rer. Dominio* (Lib. 41, Tit. I) & L. 1, §. 12 ff. de *Fluminibus*, (Lib. 43, Tit. XII) dudum probarunt Eruditi; vid. *Hering* l. c. Quæst. 9, *Rosenthal* de *Feudis*, Cap. 5. Conclus. 28, § 5, 6 & 7, ubi & hanc ejus rationem esse indicat, quod flumina publica ipsa sint Regalia, arg. 2 F. 56, *Quæ sint Regalia?* *Besoldus* l. c. Auctor *Notationum* T. I *Documentorum Würtenbergicorum*, Tit. *Königsbrunn*, §. 3, pag. 646; *Knipschild*, de *Jurib. & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, §. 196, pag. 293; & Lib. V, Cap. XXVI, §. 35, pag. 1150 &c. Idem, de *Juribus & Privilegiis Nobilitatis Immediatæ*, lib. 3, Cap. 2, §. 216, pag. 45; & Cap. 4. §. 258 & 259, pag. 159 & 160; *Petrus Friderus*, de *Mandatis*, lib. 2, Cap. 38, §. 14, p. m. 219; Idem, de *Interdictis*, Tit. VI, §. 66; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Feudal.* Cap. VI. Aphor. VII, §. 12 & 13, pag. 189; Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. XXIII §. 41, pag. 375; *Mylerus*, de *Princip. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. LXVI, §. 7. p. 597, non magis, absque licentia domini fluvii, in flumine publico, quam in aliena terra, ædificare fas esse, docens, arg. L. *Quemadmodum*, 29, ff. *Ad Legem Aquiliam* (Lib. IX, Tit. 2) Ill. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. IX, §. 92, pag. 418. Utut dissentiant *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2, Cap. 3, §. 65 &c. p. m. 51 &c. & *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, p. m. 416, arbitrantes, etiam sine licentia Principis, vel ejus cui Regalia competunt, molendina exstrui posse, modo usus fluminis non deterior reddatur, nec tertius præjudicium inde sentiat, arg. L. I. ab initio, & §. 12, ff. de *Fluminibus*; & tot. Tit. XIII Lib. 43, ff. *Ne quid in flumine publico*; quodque fluminis publici usus omnibus communis sit, arg. §. 2. Inst. de *Rerum dominio*; Minimum olim jus concedendi privilegium molendina exstruendi, relatum fuisse inter speciales Imperatorum prærogativas, documento sunt diplomata hunc in finem edita, v. g.

An. 1348, quo, sub dato *Ulme*, *an Unser Frauen Abend der Lichtmeß*, CAROLUS IV Civitati *Biberacensi* facultatem hanc largitus, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. IV, Part.

Part. I, 4 *Absatz*, Tit. *Biberach*, §. 8, pag. 184 : *Und geben wür Ihn , von Unseren Königlichen Gnaden, ein Müll-Statt, daß sie die bawen und auffrichten, vvo Sye wollen, und wo es In allerbequemblich ist, bey Biberach &c.* addita tamen restrictione: *daß sye andern Mühlin, den Leuthen ze Schaden, ir Wasser nicht nemme, noch beschwölle &c.*

An. 1361, sub dato *Prage*, 3 Kal. Aug. Idem, confirmando privilegium *Alberti* Imp. An. 1303, 3 Kal. Maji, Cœnobio *Königsbrunn* concessum, cit. Tom. I *Documentor. Würtenberg.* pag. 644 & 645, ait: *Nos ---- privilegia & literas ---- Abbati & Conventui prefati Monasterii de Fonte Regis, de Cesaree Celsitudinis innata Clementia, ratificamus, approbamus, ac, de Imperialis potestatis plenitudine, & de certa scientia, tenore presentium, confirmamus ---- &, quod in rivulis, & aquarum decursibus, ad eos spectantibus, Molendina, prout eis utile, & expedire videbitur, valeant collocare &c.*

An. 1378, sub dato *Prage*, *am Aller Heiligen Tage*, simile privilegium ab Eodem obtinuit Civitas *Dünckelspühla*, apud Dn. *Lunigium* l. c. XII *Absatz*, Tit. *Dünckelsbühl*, §. 16, pag. 463, verb. *Daß wir tzu Nutze, Gut und Besserunge der Stad zu Dinckelspuhel, den Burgermeyster, Rate und Bürgern gemeynlichen doselbest ---- erlauben, mit Crafft ditz Brieffs, daß sie ezvvu zwo Mülstete rücken, bavven und setzen mügen, als sie das, nach irer Stat nütze, allerbeste düncken wirdet, vvo si vvollen; doch allwege allen andern Lewten unschädlichen.*

Idem, sub eodem dato, in Privilegio Civitatis *Giengæ*, apud Dn. *Lunigium* l. c. XIX *Absatz*, Tit. *Giengen*, §. 3, pag. 831 : *Daß wir ---- den Burgermeister, Rate und Bürgern gemeinlich derselben Statt zue Giengen erlaubet, gegünnt, und dise besundere Gnade gethan haben --- daß sie die zvvo yrre Statt Mülen fürbas an ein ander Stat, oben oder nedynwendig, uff dem Wasser, vorrückhen, leggen und bauen mügen, wie sie wollen; und auch, daß sie, uff dem Iren, zwu andere nevve Mülen bauen mügen, derselben Unser Statt zu Frommen und Nutze, doch unschedlichen andern Leuthen, on alles Geverde &c.*

An. 1397, sub dato *Nürnberg*, *Freytags vor S. Galli Tag*, à WENCESLAO Imp. simile Privilegium nacti sunt *Leutkirchenses*, apud Dn. *Lunigium* l. c. in Addendis, voc. *Leutkirch*, §. 4, pag. 1492, ubi: *Auch so thun wür Ihnen diese besondere Gnade, daß sie an den Bach, der bey Ihnen durch die Statt gehet, Mühlen setzen und bauen sollen und mægen, zu ihrer Nothdurfft, inwendig und außwendig der Statt, als Ihnen das fügen wirdt; auch so sollen und mögen sie die Mühle, die jezund an demselben Bach ligt, oberhalb des Weyhers, die man nennt die Mooß-Mühle, die denselben Weyher irrt, fürbaß mehr oberhalb oder unterhalb des Weyhers, setzen &c.* ut &,

An. eod. Civitas *Suinfurtensis*, vid. seq. §. 38, lit. a.

An. 1398, sub dato *Franckenfurt*, *an den obersten Tag der Weyhenachten*, apud Dn. *Lunigium* l. c. *im Fünfften Absatz*, Tit. *Bopfingen*, §. 2, pag. 210, in Privilegio *Bopfingensibus* tradito, ait Idem: *Auch haben wir den vorgenannten von Bopfingen, von sondern Gnaden, erlaubet, daß sie ein Mühlen an die Wasser, genannt die Eger, und die Sechten, die neben ihr Statt hingaht, wohl bauen und machen mægen, wen sie wollen, oder, wo ihn die denn allerfüeglichst ist, ohne allermänniglichs Irrung; doch andern Mühlinen, unterhalb und oberhalb gelegen, an ihren Wasserflüssen unschädlich &c.*

An. 1456, sub dato *Neustatt*, *am Freytag vor S. Jacobs Tage*, dedit FRIDERICUS III Imp. *Friderico*, Electori *Brandenburgico*, ejusque fratribus, *Johanni*, *Alberto* & *Friderico*, libertatem, *daß Sie in allen Ihren Landen, zu Ihrer und der Land Nothdurfft, auf Ihren Wassern, wo, wie und vvann Sie wollen Mühlen aufrichten, bauen, und derer, nach Ihrem Gefallen, gebrauchen und geniessen sollen und mægen, von allermänniglich ungehindert &c.* Vid. *Limnæus* Tom. I Addit. ad Lib. V *Jur. Publ.* Cap. VII. §. 136, p. 844. Conf. Ill. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. I, Tit. XIII. §. 4. pag. 235; Dn. *Crüger*, de *Novemviratu*, Part. Gener. Discurs. 3, §. 5. pag. 56. nec non præced. Tit. XII. §. 45. lit. c, ad h. a.

Videmus hinc, quanti fuerit æstimatum hoc jus, adhuc Seculo XV? quod tam potens Imperii Princeps, qualis Elector Brandenburgicus tunc innotuit, speciali privilegio facultatem exstruendi molendina, in propriis quoque terris suis, ab Imperatore sibi concedi curaverit. Nec mirum propterea, in antiquioribus chartis, semper expressam *molendinorum* mentionem, cætera inter Regalia, fieri, testibus Erectione Ducatus *Lucani*, An. 1328; pariter ac *Lucemburgensis*, de An. 1354; nec non Diplomate *Caroli IV*, an. 1366, *Lamberto*, Spirensium Præsuli dato, aliisque pluribus, præced. Tit. XV. §. 1, lit. a, ad hos annos, indicatis. Ad Regalia in præsentiarum hoc Jus pertinere, palam est. Quid de privatis fluminibus obtineat, exponit *Sixtinus* l. c. §. 45 & seqq. pag. 47 &c. ubi: *De privatis fluminibus & aquis, certum est, libere, & sine ulla authoritate Principis, molendinum in illis ædificari posse,* cum

cum ea nihil ab aliis locis privatis differant, L. 1, §. 1, & §. Item, si amnis, ff. de Fluminib. & quilibet suarum rerum sit moderator & arbiter; L. In re mandata, C. Mandati; & in suo liceat, etiam in præjudicium alterius, ædificare, L. Fluminum, §. fin. & L. Proculus, ff. de damno infecto &c. Atque hinc, etiamsi duo habeant flumen privatum, uterque habet liberam facultatem extruendi molendinum, licet unius molendinum alteri noceat; & sic, in superiori parte fluminis privati, recte ædificatur molendinum, invito eo, qui in inferiori parte ejusdem fluminis, molendinum habet, modo principaliter id faciat, ut sibi prosit, non ut alteri noceat, cui si principaliter vellet obesse, is, qui prævenit ædificando, poterit obstare, quo minus extruatur molendinum in superiore parte fluminis; per ea, quæ ulterius ibi proponit. Estque tanta facultas & licentia molendinum in suo ædificandi, ut, ne quidem, si alius, per immemoriale tempus, solus molendinum habuit, hoc ei obstaculo sit, quo minus molendinum in suo erigere possit. Vid. *Schneidewinus*, in §. *Summa autem divisio*, 1. Instit. de *Interdictis*, v. 61; Idem, de *Feudis*, Part. 2, §. 47; *Sixtinus* l. c. §. 55, pag. 49, ibique allegati; cit. Auctor *von Mühlen und deren Gerechtigkeit*, §. I, apud *Fabrum* l. c. p. 651 &c.

(*b*) SCHIFFMüHLE &c. Molendina sunt varii generis; quæ in Terra, vel ripis, ædificata sunt, sicque solo inhærent, & pars fundi esse censentur, rebus immobilibus annumerantur; vid. *Knipschild* de *Fideicommiss.* c. 5, §. 42; *Dietherr*, ad *Besoldum*, Thes. Pract. voc. *Mühlen*, pag. 650; *Rudinger*, *Singular. Observat.* Centur. 3, Observat. 68, p. m. 662 & 663; aliud obtinet in *Schiffmühlen, Hand-Mühlen, & Roß-Mühlen*; vid. *Knipschild* l. c. §. 43, ad 45; *Andr. Schefferus*, Part. 3 *Quæstionum Juris practicabilium*, Quæst. 39, §. 8; *Ludwel*, ad Instit. p. 81, lit. C. *Dietherr* l. c. *Windmühlen*, seu pnevmatica, aut vento agitata, iterum inter res immobiles referuntur; *Knipschild* l. c. §. 44. De his fusius *Klockius*, de *Ærario* lib. 2, Cap. 8, §. 33 &c. *Von Wasser- und Windmühlen*, ibid. §. 3; *Von Schiff-Mühlen*, §. 4; *Von Wasser-Mühlen*, §. 5; *Von Saag-Mühlen*, §. 12; *Von Oehl-Mühlen*, §. 14; *Von Pulver-Mühlen*, §. 15; *Von Papier-Mühlen*, §. 16; *Von Walck-Mühlen*, §. 17; *Von Bor-Mühlen, Ertz-Mühlen, Stampff-Mühlen, oder Bochwerck, Kupffer-Mühlen, Eisen-Hammer, Messing-Hammer, Drat-Mühlen, Saltz-Stein, Weid-Mühlen, Grütz-Hirsch-Senff-Mühlen, Lohe-Kalck-Mühlen, Kohl-Mühl, Galmey-Gold-Mühl, Pfeffer-Mühl*, §. 18; *Von Polier- und Schleiff-Mühlen*, §. 19 &c. *Von Bann- und Zwang-Mühlen*, Vid. præced. Tit. 4, §. 9, lit. a, v. 4.

(36) Alveum in flumine publico derelictum sibi attribuere potest. *Die Anwachs-Gerechtigkeit, oder Anwurff*, (*a*)

NOTA.

(*a*) ANWURFF &c. Pertinet hoc ad Accessionem naturalem; quæ dupliciter contingit, quando scil. ex animalibus nostris fœtus nobis provenit; vel, quando, ex intrinseco quodam incremento, nobis aliquid accrescit; idque rursus tripliciter fit, ubi (1) per *alluvionem*, agro nostro ita paulatim aliquid accedit, ut cognosci nequeat, quantum quovis temporis momento adjectum sit, vel adjiciatur; arg. L. *Adeo quidem*, 7, §. 1, ff. de *Adquir. Rer. dominio*; Conf. Gloss. ad Lib. 2. *Speculi Saxonici*, Art. XXIX §. *Wenn eines andern &c.* *Joh. Oetinger*, de *Jure & Controv. Limitum*, lib. 2. c. 2, §. 16; *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2. c. 8. §. 12; (2) Si in flumine nostro nascatur Insula; *Grotius*, Introd. lib. 2. Cap. IX. (3) cum flumen alveum derelinquat; *Joh. à Sande*, Lib. V *Decisionum Frisicar.* Tit. 2, Defin. 1 & 2, p. m. 371 &c. Quæ materia in Jure Civili tractari solet.

(37) Portus (*a*) quoque, quo merces importantur & exportantur, ad Eum pertinet. *Heberlin, de Libertat. nat. restrict. posit. 13.*

NOTA.

(*a*) PORTUS &c. De *Jure Portuum*, extat disputatio *Friderici Shetii*, Francof. 1671. Portus, tam artificiales, quam naturales, non solum quoad vectigal ibi solvendum, sed & quoad Jurisdictionem & Imperium, Regalibus accenseri, ex 2 F. 56, liquet. Conf. *Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 128 &c. *Einsiedel* de *Regalib.* Cap. 3, Regal. 2, §. 54, pag. 373 &c. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2, Cap. 4; p. m. 65 &c. *Rosenthal* de *Feudis*, Cap. 5, Conclus. 31; *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 3. Regal. XXII. pag. 119, & XXXIV, p. 172; *Besoldus*, de *Regalibus*, Cap. 8, §. 1, p. m. 1131; *Arumæus*, de *Majestate*, lib. 3, Cap. V, §. 3; *Rumelinus* in A. B. Part 3, Diss. 3, §. XXV, p. 781, ibique *Mylerus* in *Addit.* pag. 782; *Camman*, de *Regalib.* Disput. VII, θ. 46; *Arnisæus*, de *Jur. Majest.* lib. 2, Cap. V, §. 3; *Vultejus*, de *Feudis* lib. I, Cap. V, §. 4, pag. 72. *Borcholt*, ad cit. Cap. un. 2. F. 56, *Quæ sunt Regalia*, §. 41; Alii. Intelligitur autem

tem hic vocabulo hoc: *Locus conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur*; ita *Ulpianus* lib. 68, ad Edictum, L. 59. ff. de V. S. Conf. *Einsiedel* l. c. *Vultejus* l. c. *Sixtinus* l. c. reliqui. Utque tutam stationem naves ibi habere queant, Principis est, ejusmodi quoque locum munire, contra impetum maris pariter, ac contra incursionem piratarum, aliorumve hostium; hinc simul exigendi vectigalis ratio. Vid. L. 3, C. de *Vectigal. & Commerc.* L. 17 & l. 203, ff. de V. S. *Mylerus* l. c. *Sixtinus* l. c. §. 10 & 11, pag. 66 &c. *Einsiedel* l. c. §. 58, p. 374 &c.

(38) Ripatica, (*a*) jusque ripas aggeribus muniendi, &, à præternavigantibus, Vectigalia (*b*) exigendi. De Insula, in Flumine nata, in Camera Imperiali fuit disputatum: An ad Dominum Territorialem, an vero ad eos, qui prope ripam prædia possiderent, pertinere deberet? & à Cameralibus pro Domino (*c*) pronunciatum est. *Gylman, t. Symphorem. 2, Vol. 2.* Noë Meurer, *vom Wasser-Recht, P. 2, n. 8.* de Insulis in Rheno (*d*) & Rhodano (*e*) natis, *vid. Klockius, de Ærario, lib. 2, C. 63,* §. *13 & 14*; *Struvius, Exercit. 41, §. 30.*

NOTÆ.

(*a*) RIPATICA &c. *Peregrinus*, de *Jure Fisci*, Lib. I, Cap. I, §. 24, accipit vocabulum hoc, pro omni Jure publico, quod Principi in ripis publicorum fluminum, tam respectu Vectigalium, quam aggerum, competit, ita, ut simul jus appellendi, seu morandi ad ripam, *Anfuhrts-Recht*; jus, de ripa ad ripam transfretandi, *Fährgeld*; jus fabricandi pontes, indeque exigendi vectigalis &c. hoc titulo intelligantur. Sicque pertinent *Ripatica* ad Regalia, arg. 2, F. 56. Vid. præc. Tit. 2, Procem. lit. a. Conf. *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Conclus. 32; *Sixtinus* l. c. lib. 2, Cap. V, §. 9, pag. 71 & 72; *Vultejus* l. c. Lib. I. Cap. V, §. 5, pag. 72; *Rumelinus* l. c. §. 26, pag. 782, ibique *Mylerus*, in Addit. pag. 783; *Daniel Otto, Jur. Publ.* Cap. XI, p. m. 420; *Camman* l. c. Disp. XI, §. 4 &c. *Carpzovius* l. c. Regal. 34, p. m. 172; *Bocerus* l. c. Cap. 3, §. 136; *Einsiedel* l. c. §. 59 & 60, pag. 375 &c. *Besoldus* l. c. §. 2, pag. 1131. Naturali sanè æquitati consentaneum est, Ei, cui sustinenda, in muniendis reficiendisque ripis & pontibus, onera incumbunt, in compensationem, vicissim & commoda inde sentire, arg. L. 10, ff. de R. J. & L. 3. *Quum autem*, Instit. de *Emptione & Venditione &c. Daniel Otto* l. c.

Ludovicus Bavarus Imp. sub dato *Augsburg, am Montag nach Unser Frawen-Tag ze Lichtmißen*, An. 1340, in Diplomate, *Wimpinensibus* concesso, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im Andern Theil, 52 Absatz*, §. 5, p. 645, ait: *Wir Ludwig --- verjehen --- daß wir den weysen Leuten, dem Bürgermeister, dem Rath, und den Bürgern gemeinlichen, zu Wimpffen --- durch besonder Gnad und Gunst, erlaubt, und vollen Gewalt, geben haben, daß Sie ein Brügken über die Jags, bey Nimpffen, swo sie wollent, slahen sullen und mügen &c.*

In Diplomate *Wenceslai* Imp. sub dato *Betteler, an dem nehesten Dunrestage nach der H. Dreyvaltigkeit Tage*, An. 1393, *Argentoratensibus* scripto, apud Dn. *Lunigium* l. c. 58 *Absatz*, §. 37, p. 748, legitur: *Bekennen --- das wir, von der Nuwen Brucken wegen, die Unser und des Reichs lieben Getruwen, der Bürgermeister, Rate und Bürger der Stat zu Straßburg, über den Ryne zu Straßburg geslagen, und gemacht haben, eigentlichen underwiset sint, daz dieselbe Brücke dem Riche und dem Lande nütz ist, wann groß und viel Wandels doselbs über den Rin ist --- so haben wir --- von Küniglicher Mechte, den vorgeschriebenen Bürgern zu Straßburg, und ihren Nachkommen, diese besundere Gnade, und volle Gewalt gegeben --- daz sie, und Ire Nachkommen, dieselbe Brücke, mit allen Rechten und Nutzen, als sie die gehabt habent, und yetzund haben, ymme haben, bessern und behüten sollent, und, obe es Not beschiht von Wassern, die zu rücken, und uff ein ander Stat zu slahen, glicher wise, als die yetzund ist, one aller menglichs Hindernisse und Widerrede; doch soll Uns, und den Unsern, dieselbe Brücke offen sin, wenne und wie ofte wir der bedürffen, wider allermenglichen, Niemand des ußgenommen, ußgenommen alleine die Stat zu Straßburg &c.*

Idem, in Diplomate *Suinfurtensis* Civitatis, sub dato *Prag*, 1397, *an S. Johannis Tage des Tauffers*, apud Dn. *Lunigium* l. c. 43 *Absatz*, §. 12, pag. 401: *Erlauben und günnen Ihnen, in Crafft dieses Brieffes, aus Röm. Königl. Mächte, daß Sie in Unsere und des Reichs Strome uff dem Mayn, bey Ihn, an der Statt, und auch uff dem Lande, Brücken, Stege, Mühle, Wæhre, oder sonst andere Gebaude, woran sie wären, zu der Statt Nothdurfft, bauen sollen und mügen &c.*

Idem, in Privilegio Civitatum *Hailbronnæ* & *Wimpinæ*, sub dato *Franckenfort*, An. 1398. *an S. Agnezen Tag*, apud Dn. *Lunigium, im Ersten Theil*, 21 *Absatz*, *§*.19, pag. 890: *Ouch so mügen die egenanten Stette, in den Neckar, Brücken und Nahen machen und bauen, so In das, und den egenanten Unsern und des Reichs Steten, allernützizlich ist, und bequemlich ist, sein, duncken wirdet.*

Sigismundus Imp. in Confirmatione Privilegii *Francofurtensis* Civitatis, sub dato, *Donnerstag nach Cantate, im Heer vor dem Schloß Taubenburg*, An. 1428. apud eundem, l. c. 14 *Absatz*, *§*. 108, p. 615: *Wan wir vernommen haben - - - daß die Burgermeister, Rath und Bürgere der Statt zu Franckfurt - - - der Brücken und Stege zu Nide, Redelnheim, Eschersheim, Bonemesse, Harheim, und zu Vilwel, über das Wasser, genannt die Nide, von Alter her, von des Richs wegen, zu thun gehabt haben, die thun, bawen und bessern, und auch zu Zeitten, um Friedts und Schirmung vvillen, thun abevverffen, die zu machen und zu entmachen, nachdem als sie dann je zu Zeitten beduchte - - auch von solcher Brücken und Stege, bestalt und uffgehoben haben, solch Weggelt, und anders, als davon gefiele - - - So haben wir - - - den ehegenanndten von Franckfurt solche Ihre Rechte und Herkommen der vorgenandten Brücken und Stege confirmiret und bestettiget &c.*

Maximilianus I, in Privilegio Civitatis *Kauffburanæ*, sub dato *Füessen*, 10 April. an. 1494, apud eundem, l. c. 25 *Absatz*, *§*. 19, pag. 1263: *daß dieselben, von Kauffbeuren, auff dem genandten Wasser, die Wertach, und andern Wassern und Graben daselbst umb, Brückhen, Weeg und Steeg, so viel sie der je zu Zeiten nothdürfftig zu seyn beduncklıt, ein Meil Weegs, umb die genanndte Statt Kauffbeuren, aufrichten, machen und der gebrauchen, und, zu Behaltung derselben, ain zimblich Weeg-gelt erfordern und einnehmen, und alle die, so sich des zu geben sperren oder widern würden, darumben nöten und pfenden, und solch Gelt, allein zu Behaltung der gemelten Brüggen, Weeg und Steeg, gebrauchen sollen und mægen, von allermänniglich unverhindert. Doch Uns und dem Reiche, an Unsern, und sonst männiglich an seinen, Gründen, Zollen, Rechten und Gerechtigkeiten, unvergreiffentlich und unschädlich &c.*

(*b*) VECTIGALIA &c. Jus exigendi Vectigalis privative olim competiisse Imperatoribus in Imperio, dictum præced. Tit. 4, *§* 6, lit. a, p. 485. Hodiè verò regulariter Superioritati Territoriali annexum illud esse, monitum ibidem.

(*c*) PRO DOMINO &c. Jure civili, *Insula in flumine nata, (quod frequenter accidit,) si quidem mediam partem Fluminis tenet: Communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis, prope ripam prædia possident: pro modo scil. latitudinis cujusque fundi, quæ prope ripam sit. Quod si alteri parti proximior sit: eorum est tantum, qui, ab ea parte, prope ripam prædia possident. Quod si aliqua parte divisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam Insulæ redegerit: ejusdem permanet is ager, cujus & fuerat &c.* Hæc ipse *Justinianus* Imp. *§*. 22 Instit. de *Rer. Divis.* Quæ tamen propriè *Caji* JCti verba sunt, lib. 2, *Rer. Cottidianarum, sive Aureorum*, teste L. 7, *§*. 3 *Insula*, ff. de *Adquir. Rer. Dominio.* Conf. l. 1, *§*. 6, ff. de *Fluminibus* (Lib. 43, Tit. XII.) Adhuc hodiè, plerisque in Imperii locis, idem observari, tradit *Oettinger* de *Jur. & Controv. Limit.* Lib. 3, Cap. 3, §. 14. exemplis thesin illustrans l. c. §. 7, ut & lib. 1, Cap. 12, §. 48; add. *Heigius, Quæstionum Jur.* Part. 2, Quæst. 40, *§*. 59 &c. *Andr. Scheffer*, Part. 2. *Quæstionum Juris*, Quæst. 17; *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2. Cap. IX. *§*. 1, p. m. 201. Alicubi verò ejusmodi insulas privatis non acquiri, sed Territoriali Domino vindicari, pluribus tradunt, *Gryphiander*, de *Insulis*, c. 11, 12, 13; & *Buchnerus*, de *Jur. Aquat.* §. 114. Dn. *Struvio, Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 41, §. 30. pag. 553. laudati, simul commemoranti, obtinere hoc, quoad Insulas in *Rheno* natas, docente *Noe Meurer* Tr. *vom Wasser-Recht*, P. 1, fol. 7, *§*. 9, & P. 5, f. 102; nec non in Electoratu Saxonico, teste *Carpzovio, Jurisprud. Forens.* Part. 3. Constit. 31, definit. 13, p. 1223, & 1224, ubi §. 10, *Scabinorum Lipsiensium* sententia, ad requisitionem Præfecti *Torgensis*, mens. Januar. 1603: *So bleiben nicht allein die Werder, so das Ampt, über Rechts-verwehrte Zeit, im Gebrauch und Besitz gehabt, sondern auch die andere, so, zu Folge hæchstgedachten Churfürstl. Augusti Befehls (den Seine Churfl. Gn. der Werder halber, so künfftig sich anlegen vverden, aus Churfürstl. Macht, und Hobeit, vvohl thun kænnen) nachmals eingezogen vvorden, weil sonderlich die Nutzung derselbigen, zu Erhaltung der Ufer-Gebäude, und alsο gemeines Nutzens halber, angewendet wird, mehr bemeldten eurem befohlenem Ammte billich, V. R. W.* Peculiari Constitutione, ab Imp. *Adolpho* Nassovio, ad petitionem *Rainaldi*, *Geldriæ* Comitis, An. 1293 Norimbergæ promulgata, & à *Frehero* edita, Insulas Territoriorum Dominis addici, notavit ipse *Oettinger* l. c. Lib. 3, Cap. 3, *§* 12, quamvis universaliter eam in usu non esse, simul addat. De Insulis *Hollandiæ*, idem asserit *Grotius* l. c. *§*. 2 & 3, p. 201.

201, vel propterea, quod, cujus Juris ſit flumen, ejusdem quoque debeat eſſe Inſula in flumine nata. Hinc ipſimet Romani Juris Conſulti Inſulam, in flumine natantem, puta quæ virgultis ſuſtentata, eſſe publicam, ſtatuunt. Vid. L. *Si Epiſtolam*, 65, §. 1, & ult. ff. de *Acquir. Rer. Domin.* Idque communiter in ipſa *Camera* approbari, diſcimus ex *Gylmanno*, Tom. I *Symphorem. Supplicationum Cameralium*, lib. 2, Tit. VIII, Vot. VI, in Cauſa N. appellantis, contra N. *von* N. appellatum, *De Inſula in Flumine nata, ac de Alluvione &c.* Voto 2, §. 21 & 22, pag. 146, ibi: *Quamvis, de Jure communi, Inſula in Flumine nata, Jure Gentium, quoad proprietatem, pertineat ad Dominos vicinorum prædiorum - - - tamen, cum hodiè, Jure Feudorum, adminiſtratio & Dominium maris, publicorumque fluminum, inter Regalia uſurpetur, ideoque omnis utilitas, & quaſtus ex fluminibus proveniens, Principis ſit, aut eorum, qui à Principe, vel per conſuetudinem, id tenent.* C. I, *Quæ ſint Regalia, & ibi Feudiſtæ - - - Conſentaneum enim & Inſulam in flumine natam, non ſolum quoad Jurisdictionem, verum etiam proprietatem, pertinere ad Dominum fluminis &c.*

(*d*) IN RHENO. Vid. præced. Tit. XII, §. XXXI, lit. d. v. 3.

(*e*) RHODANO. Omnes Inſulas in *Rhodano* exiſtentes, in totum Regibus Galliæ adjudicari, poſt *Nicolaum Boërium*, Montepoſſulanum JCtum, Conſil. 14, §. 16, annotavit Dn. *Carpzovius* l. c. Part. 3, Conſtit. XXXI, Defin. XIII, §. 4, p. 1224.

(39) Huc nullo modo referenda ſunt bona naufragorum; *(a)* immanitas enim eſt, & plus quam barbara conſuetudo, *(b)* eum, qui nec læſit, nec lædere voluit, facultatibus ſpoliare, quibus tempeſtatis rabies pepercit, easque quaſi reſtituit. Iniquiſſimum Jus eſt, quod afflictum exuit fortunis, ſalvum & divitem dimittit integrum. Si in Portum deſcendiſſet navis, Jus nullum erat in peregrina bona, tunc, cum miſer naufragium fecit, deprædandus eſt, ne qua calamitas ſola ſit. Humanæ ſocietatis intereſt, juvare miſeros; afflicto vero addere afflictionem, paulo ſupra beluarum feritatem eminens crudelitas eſt. *Frid. Horn. de Civitat. lib. 2, c. 3, §. ultimo, in fine.*

NOTÆ.

(*a*) NAUFRAGORUM &c. Vulgò, vocatur *Strand-Recht; Grund-Ruhr-Recht;* It. *Grund-Ruhr Recht; Fahr-Recht*, (unde forſitan Gallorum corruptum vocabulum *Varech*, apud *Guidon*, de *Finances*, fol. 75) vigore cujus, Territorialis Dominus naufragorum bona littori ſuo appulſa ſibi vindicat. Legendi hic *Beſoldus Theſ. Pract.* voc. *Grund-Ruhr-Recht &c.* p. m. 337, ibique *Dietherr*, in *Additionibus*; *Wehner. Obſervat. Pract.* voc. ead. p. 916, ut & voc. *Gewohnheit* pag. 173. *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. VII, §. 1, p. m. 117, ibique in Notis, p. 191; nec non in *Introduct.* in *Jus Belgicum*, L. 3, T. 2. *Schottelius*, de *Singularibus & antiquis in Germania Juribus & Obſervatis*, Cap. XX, *vom Strand-Recht*, p. m. 388 &c. Dn. *Joh. Wernerus Gericken*, in *Schottelio Illuſtrato*, Cap. XX, *vom Strand-Recht*, p. 90 &c. Dn. *Jacobus Andreas Cruſius*, in Comment. ad *Famoſam Legem* Ἀξίωσις, *ff. de Lege Rhodia de Jactu*, inter Ejus Opuſcula varia Politico-Juridico-Hiſtorica, An. 1668 Mindæ excuſa, p. m. 126 &c. Dn. *Eberhardus Fabricius*, in *Gailio enucleato* p. 9. Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. XX, Lib. XIV, Tit. 2, §. XX, pag. 728 &c. & Exercit. XLI, Lib. 41, Tit. I, § 60, pag. 575 & 576. *Chriſt. Philip. Richter*, Diſſ. de *Avaria*, An. 1669 Jenæ habita; *Gothof. Nicol. Schleenſtein*, Diſſ. de *Compendio Naufragiorum*, Wittenb. 1677; *Joh. Balthaſ. Melchior*, Diſſ. de *Naufragiis, Naufragorumque juribus*, Gieſſ. 1701. Interpretes Juris Civilis omnes, ad Lib. XIV Tit. 2 ff. de *Lege Rhodia de Jactu*. *Huberus*, de *Jure Civitatis*, L. I, Sect. 3. c. 7, §. 51 &c. Ill. *Stryckius*, de *Uſu moderno Pandectarum*, Lib. XIV, T. 2, §. 11, & Lib. 41, Tit. 1, §. 23; Dn. *Jäger*, ad *Grotium*, de J. B. & P. lib. 2, c. 7, Obſ. 1. Dn. *Joh. Paul. Krebs*, in *ſpecimine Jurisprudentiæ*, lib. 1, Tit. 2, §. 3. Dn. *Hertius*, Diſſ. de *Superioritate Territoriali*, § 56, in notis, pag. 314; Dn. *Petrus Herſſius*, Diſſ. Inaug. de *Jure conſuetudinis & obſervantiæ*, Præſide Illuſtri *Thomaſio*, an. 1699 Halæ habita. §. 113; Dn. *Sigismundus Jacobus Holtzſchuherus* de *Neuenbürg*, Diſſ. de *Statuum Imperii poteſtate Legislatoria*, *contra Jus commune*, eodem Præſide, An. 1703, 14 April. Halæ, publico examini oppoſita, §. 41, p. m. 25 & 26. Dn. *Ebeling*, in *Jurisprud. Decalogi*, ad Septimum Præceptum, Quæſt. 2, p. 472.

(*b*) BARBARA CONSUETUDO &c. *Bodino*, de *Republ.* lib. 1, Cap. ult. §. 170, p. m. 267, itidem audit *barbarum* quid *Antiquis inuſitatum*; &, §. 171, *Crudelitas.* *Schottelio* l. c. §. 4, pag. 390, *das grauſame Strand-Recht.* Ipſi *Carolo V* Imp. *in der Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung*, de An. 1532, Art. CCXXI, (Edit. Mogunt. An. 1692) p. 330: *Ein Miß-*

Mißbrauch, und böse unvernünfftige Gewohnheit &c. Ait quidem *Wehnerus* l. c. voc. *Grundruhr-Recht*, p. 196: *In locis maritimis plerumque res naufragorum, littori appulsa, cedunt Dominis Territorii illius, quod mare alluit; vulgo Grund-Ruhr;* ad auctoritatem *Speckhanii*, 3 Quæst. 45, & *Gryphiandri* de *Insulis*, c. 71, §. 101, provocans. Nec desunt rationes defendendi hujus Juris, eo quod (1) Flumina publica notoriè Regalibus accenseantur; (2) Territoriales Domini sibi vindicent, quicquid in littoribus fit, hocque titulo, tam in Civilibus, quam Criminalibus, Jurisdictionem ibi exerceant, littora muniant, reficiantque, contra impetum hostilem defendant, naves suspectas remorentur &c. margaritas, lapides pretiosos, Agathes præsertim, nec non succinum flavum & album (*weisen und gelben Agtstein, oder Birnstein &c.*) legant &c. Vid. Dn. *Schultz*, Diss. de *Jurisdict. littorali*, c. 4. (3) Mare, vel per centum milliaria, ejus esse credatur Imperii, cujus Territorium alluit. Vid. *Albericus Gentilis*, lib. I, cap. 8; *Petrus Gregorius Tholosanus*, lib. I, *Syntagm. Juris*, Cap. 3, §. 5. (4) Domini littorum, à peregrinis, titulo justissimo vectigal exigere possint; proinde nihil æquius, quam si, vectigalis loco, merces, à mari in littora projectæ, retineantur. Vid. Dn. *Holtzschuherus* l. c. (5) Res projectæ statim occupantis fiant, tanquam pro derelictis habitæ, arg. L. 1 & 2 ff. *Pro derelicto* (lib. 41, Tit. 7,) & §. 46 & 47, *Instit.* de *Rer. Divis.* Dn. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 41, lib. 41, Tit. 1, §. 59 & 60, pag. 575 &c. licetque mercium ejectio, naufragii tempore, derelictionem pro fine non habeat, attamen regulariter absque recuperandi spe contingat; præsumendum enim, res illas facile perituras, maxime ubi merces in alto, nec in littore, projiciuntur. Vid. *Ulpianus*, lib. 41 ad *Sabinum*, docente L. 43, §. 11, ff. de *Furtis* (Lib. 47, Tit. 2;) Dn. *Holtzschuher* l. c. (6) Consuetudinis hujus eadem fere ratio, quæ alluvionis; hæc autem inter modos acquirendi Juris Gentium referatur. §. 20 *Instit.* de *Rer. Divis.* Dn. *Holtzschuher*, l. c. (7) Olim non solum ejectæ merces, sed & ipsimet homines, qui salvabantur, servi Ejus evaserint, ad cujus littus appellebantur, teste Disputatione Bremensis ArchiEpiscopi, contra *Fridericum*, *Stadensium* Comitem, quem vel propterea servili ventre natum fuisse voluit, quod ipsius avia, & mater, gravi utero cum esset, naufragium fecissent; qua de re *Albertus Stadensis*, ad An. 1112, p. m. 153: *Hujus namque Friderici avia, & mater, de Anglia navigantes, in Comitatu Stadensi naufragium passa sunt, & secundum prisci Juris rigorem, tam homines, quam res, Regia ditioni sunt mancipati &c.* Conf. *Crusius* l. c. Cap. VI, §. 2, p. m. 145; *Schottelius* l. c. §. 4, pag. 390; *Klockius*, de *Ærario*, lib. 2, cap. 114; Dn. *Hertius*, Diss. de *Superioritate Territoriali*, §. 56, in Notis, pag. 314; Dn. *Gericken*, in *Schottelio illustrato & continuato*, Cap. XX, §. 4, pag. 92 & 93. (8) In *Sicilia*, *Anglia*, *Italiaque* littoribus, naufragiorum compendia Regalibus annumerentur; docentibus *Johanne de Platea*, & *Luca* de *Penna*, in L. 1, C. de *Naufragiis* (Lib. XI, Tit. 5,) *Matthæo* de *Afflictis*, lib. 1 *Constitutionum Neapolit.* Constit. 59; *Tholosano* l. c. lib. 3, P. 1, Cap. 14, §. 8; & *Choppino*, de *Domanio Franciæ*, lib. 1, Tit. XV, §. 10, p. m. 113, qui simul addit, idem Juris, quod *Bris* (*prise*) vocatum, mediante Andegavensi fœdere &c. An. 1231, à Rege Galliæ, *Brittonum* Duci reservatum quondam fuisse; de *Gallia* in genere, scribit *Bodinus*, lib. 1 de *Republ.* Cap. ult. §. 171, p. m. 267 & 268: *Cum Legatus Cæsaris* (Caroli V, An. 1556) *coram Henricho II, Francorum Rege, questus esset, duas naves ad litus ejectas, & ab Jordane Ursino captas esse, easque restitui postularet; Annas Mommorantius, Magister Equitum, respondit: ea, quæ ad litus fuissent ejecta, Gentium omnium Jure, ad Principes, qui litoribus imperarent, pervenire &c.* immediate annectens: *Ita Jus invaluit, ut ne Andreas quidem Doria questus sit de Navibus in litus Celticum ejectis, & à Præfecto Classis Galliæ direptis &c.* Conf. *Crusius* l. c. Cap. VI, p. m. 144 &c. (9) Eadem consuetudo adhuc valeat tam in Mari Baltico, quam Cimbrico; imò (10) Publicæ in Templis, multis in locis, preces ad Deum dirigantur, *daß Er den Strand segnen wolle*: non quidem ea intentione, (ceu mihi persuasum,) ut naufragia fiant, sed ut merces projectæ litori istius loci ubi preces funduntur, potius quam alibi appellantur; Vid. Dn. *Kreß* l. c. Dn. *Holtzschuher* l. c. propterea etiam (11) Judex, in ejusmodi locis, ubi Jus hoc viget, secundum consuetudinem hanc judicare teneatur. Vid. Dn. *Herff* l. c. (12) Nonnullæ Civitates immunitatem ab hoc onere, ex privilegio habeant; teste *Brunsvico*, cui *Woldemarus*, Danorum Sclavorum Rex, An. 1228, Id. Sept. hanc gratiam largitus legitur, apud Dn. *Rehtmeierum*, in *Chronico Brunsv. & Luneburg.* Part. 3, Cap. 26, p. 468, ubi: *Si eosdem* (Brunsuicenses) *forte, sinistro casu contingente, naufragium pati contigerit, volumus & mandamus, ut, quæcunque salvare possint de naufragio, libere possideant, nec ullus Officialium Nostrorum, sive quicunque alius, ipsis, aut bonis ipsorum, aliquam injuriam irrogare præsumat &c.*

His autem non obstantibus, manet perversa consuetudo, toties proscripta & abrogata, & Christianis plane indecens; nam (1) *Qui, levandæ navis gratia, res aliquas projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant; ità Julianus*, lib. 2 *Digestorum*, ex *Minicio*, docente L. 8, ff. de *Lege*

Rhodia de Jactu (Lib. XIV, Tit. 2) nec aliter *Paulus*, lib. 34 *ad Edictum*, L. 2, §. 8, ff. eod. verb. *Res* (laborante nave) *jacta Domini manet, nec fit apprehendentis: quia pro derelicto non habetur &c.* nec *Cajus*, lib. 2, *Rerum cottidianarum*, seu *Aureorum*, L. 9, ff. de *Acquir. Rer. Dominio*, §. 8, verb. *Alia causa est earum rerum, quæ, in tempestate maris, levandæ navis causa, ejiciuntur; hæ enim Dominorum permanent; quia non eo animo ejiciuntur, quod quis eas habere non vult, sed quod magis, cum ipsa nave, periculum maris effugiat &c.* junct. §. 48, Instit. de *Rerum Dominio*. (2) Nulla causa præcedente probabili, dominium alicui suum auferre, mera injuria est; *Grotius*, de J. B. & P. lib. 2, Cap. VII, §. 1, p. m. 177. (3) Referente *Callistrato*, lib. 2 *Quæstionum*, *Hadrianus* Cæsar propterea de iis, qui ex naufragiis aliquid deripuerint, tanquam de latronibus, gravem sententiam dici voluit, arg. L. 7 ff. de *Incendio*, *Ruina*, *Naufragio*, (Lib. 47, Tit. IX) Conf. *Diocletianus & Maxim.* Impp. in Rescripto ad *Dionysiodorum*, L. 18, C. de *Furtis* (Lib. 6, Tit. 2) *Cajus*, cit. Lege 9, §. 8, de A. R. D. & §. 48, Instit. de R. D. *Ulpianus*, cit. L. 43, §. 11, ff. de *Furtis*. Qui, unanimi ore, furtum committere dicunt, qui, lucrandi animo, de hujusmodi rebus projectis aliquid abstulerit. (4) Gentiles alii ab hoc facinore abhorruere; teste *Dione Prusaensi*, Orat. VII, apud *Grotium* l. c. *Absit, ô Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio;* Quid ni *Constantinus* Imperator, cit. L. I. C. de *Naufragiis*: *Si quando naufragio navis expulsa fuerit ad litus, vel, si quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat; Fiscus meus sese non interponat. Quod enim Jus habet Fiscus in aliena calamitate, ut de re, tam luctuosa, compendium sectetur &c.* (5) Crudelitatis genus est, ultra naufragium velle desævire. Facit huc *Theodorici* Regis Rescriptum ad *Senarium*, Comitem privatarum, apud *Cassiodorum*, lib. IV *Variarum*, Epist. 7, p. m. 129: & *Goldastum*, Tom. 3 *Constit. Imper.* §. 79, pag. 53: *Propositum nostræ Pietatis est, injuste periclitantium sublevare fortunas; quia, quod aliena vi constat impositum, trahere non possumus ad delictum; iniquum est enim, ut hominis vitio deputetur, quod ejus voluntate non regitur ---- Crudelitatis enim genus est, ultra naufragium velle desævire: & illos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur immania pericula cessisse &c.* (6) *Lateranensis* Concilii Patres, sub *Alexandro III* celebrati, Can. 24, teste C. 3, X. de *Raptoribus*, ejusmodi nefandos homines rigidissimis etiam censuris Ecclesiasticis plane subjecerunt statuentes: *Illi qui Christianos, naufragium patientes, (quibus, secundum regulam fidei, auxilio esse tenentur) damnata cupiditate, spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint subjacere &c.*

(7) *Fridericus II* Imp. in Constitutione *de Statutis & consuetudinibus, contra libertatem Ecclesiæ, editis*, §. *Navigia*, 9, lib. V, *Feudor.* Tit. XVII, præfatam consuetudinem penitus abrogavit, ajens: *Navigia, quocunque locorum pervenerint, si quo casu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram pervenerint, tam navigia ipsa, quam navigantium bona, illis integra reserventur ad quos spectabant, antequam navigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus consuetudine, quæ huic adversatur Sanctioni: nisi talia sint navigia, quæ piraticam exerceant pravitatem, aut sint nobis, vel Christiano nomini, inimica. Transgressores vero hujus nostræ Constitutionis, bonorum suorum publicatione multentur; &, si res exegerit, eorum audacia, juxta mandatum nostrum, modis aliis compescatur &c.* Desumpta hinc Authentica *Navigia*, L. 18, (C. de *Furtis* (Lib. VI, Tit. 2,) conf. *Gailius*, lib. I Observat. XVIII, §. 1 & seqq. pag. 35 &c. (8) De *Ludovico V* Bavaro Imp. idem tradit *Wigulejus Hundius*, P. 2, *des Bayerischen Stamm-Buchs*, fol. 402, verba ejus recensente *Schottelio* l. c. §. 9 pag. 394 & 395; ibi: *welche Grund-Ruhr Kayser Ludwig, An. 1316, der Zeit noch König, abgeschaffet &c.* cui ipsum *Carolum V* jungas, qui, *in der Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung*, de An. 1532, Art. 221 (Edit. Mogunt. An. 1692) Tit. *von Mißbräuchen, und bösen unvernünfftigen Gewohnheiten*, ait: *Deßgleichen, an vielen Enden, der Mißbrauch, so ein Schiffman, mit seinem Schiff, verfähret, schiffbrüchig würde, daß er alßdan der Oberkeit dessen Orts, mit Schiff, Leib und Gütern, verfallen seyn soll --- die, und dergleichen Gewohnheit, wollen wir, daß ein jede Oberkeit abschaffen, und daran seyn soll, damit sie hinfürter nicht geübt, gebraucht oder gehalten werden &c.* Conf. *Crusius* l. c. Cap. VI, §. 14, pag. 149. (9) Idem Jus, à multis Territoriorum dominis, per Germaniam abrogatum, v. g. in *Saxonia*, teste *Sachsen-Spiegel*, lib. 2, Art. XXIX, ibique Glossa; In *Pomerania*, à *Barnimo* Duce, An. 1274, nec non à *Bogislao & Magno*, Ducibus. Vid. Dn. *Martinus Rango* in Not. ad *Origines Pomeranicas*, pag. 331; In Ducatu *Megapolitano*, à *Burwino & Henrico* Principibus, An. 1224 & 1327, teste sequenti diplomate:

Nos Hinricus, D. G. Megapolensis, Stargardie & Rostochii Dominus, recognoscimus, tenore presentium, lucide protestantes, Nos diligenter vidisse & audivisse, sub Anno Domini 1327, secunda feria post Dominicam Invocavit, has infra scriptas, non cancellatas, non rasas, nec in aliqua sui parte vitiatas (literas) *in hec verba:*

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis, Divine Inspi-

Inspirationis votum differre non debet effectus, ne anima pereunte proposito inde premium subtrahatur, inde est, quod Ego, Burevinus, divino munimine Dominus Megapolensis, tam futuris, quam presentibus, notum esse desidero, quod ego quasdam abominabiles, atque detestabiles, à Predecessoribus meis, à Paganismo detentas consuetudines, ex consensu Filiorum meorum, Hinrici videlicet & Nicolai, in melius mutare decrevi; consueverant enim in naufragium perpessos inhumaniter desevire; quicquid eis divina Gratia, post sevientis ictum Fortune, conservaverat, diripere; igitur, ne tam abominabilis consuetudo in Posteros nostros, quasi hereditario Jure, radicem infigat, ipsam radicitus decrevimus exstirpare, statuentes: Ut, si quis naufragium, apud littora nostra, perpessos molestaverit, in rebus aut personis, tanquam violator pacis, atque Justitie contemtor, reus judicio deputetur. Ne igitur hujus privilegii paginam Posteritatis successio, que prona ad malum reperitur, valeat immutare, ipsam sigilli nostri impressione communimus, atque stabiliter roboramus. Actum in Bukow, An. Dominice Incarnationis M CC XXIV, Non. Augusti.

Cum igitur nostra intersit, hujusmodi pravas & abominabiles consuetudines penitus abolere, & radicitus exstirpare, hujusmodi dive Pietatis donum, à nostris Progenitoribus privilegiatum, & literis ipsorum confirmatum, ratificamus, & presentibus confirmamus, ipsum, per Nos, & nostros successores, volentes stabiliri, & inviolabiliter observari; omnibus nostris districtibus inhibentes, ne, per aliquos, jam supra scriptum Pietatis donum, per Nos & successores nostros confirmatum, & sigillo nostro, presentibus appenso, stabilitum, infringatur. Igitur, ne futurorum successio hanc libertatem infringat, & immutet, presentem literam, sigilli nostri appensione, duximus roborandam, in testimonium omnium premissorum, perpetuo servandorum. Actum & datum Grevesmohlen, An. M. CCC. XXVII, Feria secunda post Dominicam, qua cantatur, Invocavit. Testes hujus sunt: Wipertus Lüzow, Hinricus de Barnekow, Martinus de Huda, Godefridus de Bulow, Milites nostri fideles & alii quam plures fide digni.

In Ducatu *Slesvicensi*, à *Johanne Adolpho* Duce, qui mercatoribus quibusdam Anglicanis, prope *Sildiam*, in Tundrensi Præfectura, naufragium passis, ad eorum preces, pro exiguo recognitionis dono, universa bona, ad litus adpulsa, restitui curavit. Vid. *Hermannus Latherus*, de *Censu*, lib. 2, Cap. XI, §. 40, &, ex eo, *Schottelius* l. c. §. 11, pag. 396.

In Ducatu *Bremensi*, à Potentissimo Magnæ Britanniæ Rege, cujus Rescriptum, ad Sanctioris Consilii Hanoverani Ministros, sub dato *Londen*, 17-28 Febr. 1716., inter alia, hæc complectitur: *Auch Räthe, und Liebe Getreue, ist Uns vorgetragen, was Ihr, wegen eines, bey dem Lande Wursten, gestrandeten Hamburger Schiffes, und deß, über dessen geborgene Ladung, zu exercirenden Strand-Rechts, unterm 30 Januar. berichtet, und angefraget. Weil wir nun nicht gemeinet seyn, solches odiöse Strand-Recht, für Uns, weder in dem jetzigen, noch denen künfftig sich etwa weiter zutragenden Casibus, exerciren zu lassen; so werdet Ihr solches nach Stade, zu dortiger Verhaltung, kundt machen. Daß aber Unsern Bremischen Unterthanen, welche sich bemühet haben oberwehnte Schiffs-Ladung, zu bergen, ein mäßiger Berge-Lohn, für dasjenige, was salviret worden, gegeben werde, das ist nicht allein an sich billig, sondern auch für die See-Fahrende selbst dazu nützlich, daß die am Strand wohnende Unterthanen dadurch aufgemuntert werden, bey dergleichen Unglücks-Fällen, zu Salvirung der Ladungen, sich desto hurtiger und muthiger zu erweisen &c.* Cumque non ubique obedientia Interdicto præstaretur, novum evolavit Mandatum, 1 Maji, 1724, rigidiores pœnas reluctantibus posthac infligens, sequenti tenore:

Wir, GEORG, von GOttes Gnaden, Kœnig von Groß-Britannien, Franckreich und Irrland, Beschützer des Glaubens, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, des Heil. Ræmischen Reichs Ertz-Schatzmeister und Chur-Fürst,

Fugen hiemit zu wissen: Demnach Wir mit ungnädigsten Misfallen vernehmen müssen, daß, ohngeachtet von Unserer Brem- und Verdischen Regierung in denen meisten Marsch-Districten Unsers Hertzogthums Bremen, auf Unsern gnädigsten Befehl ernstliche Verordnungen ergangen, daß das an ein und andern auswärtigen Ort annoch obtinirende Barbarische Strand-Recht gäntzlich aufgehoben und abgeschaffet, mithin alle Vergewaltig- und Beraubungen derer gestrandet- oder sonst verunglückten Schiffe verboten seyn sollen, denenselben dennoch die schuldige Folge nicht geleistet, sondern im Gegentheil, wann ein dergleichen unglücklicher Casus *sich ergiebet, die antreibende reedlose Schiffe nicht allein von denen Altenaern, Blanckenesern, Helgeländern und andern, sondern auch so gar von Unsern eigenen Unterthanen in gedachten Marsch-Landen Unsers Hertzogthums Bremen angefallen, die etwa darauf noch befindende Menschen und Schiffs-Volck mit Gewalt davongetrieben, das Schiff in Stücken gehauen, die Wahren und Güter heraus genommen und Preißgemachet werden; Wir aber diesem unchristlichen, und anbey zu höchster* Gravation *und* Ruin *des* Commercii *gereichenden Unwe-*

Unwesen länger nachzusehen, oder es zu dulden, in keine Wege gemeinet seynd:

Als verordnen, wollen und befehlen Wir hiedurch ernstlichst, daß alle und jede Unsere Unterthanen von Adel- und Hausmanns-Stand derer Marsch-Districte, an Unsern Flüssen, als der Elbe, Weser und dem Watt Landes Wursten belegen, zwar gehalten seyn sollen, dergleichen verunglückt- und gestrandeten Schiffen, es seye, daß das Unglück innerhalb Unserer Jurisdiction geschehe, oder auch eine dergleichen Wracke mit darinn befindlichen Gut und Wahren durch Wasser und Wind dahin getrieben werde, auff geschehendes Ansuchen, oder zu gebendes Signal, von dem annoch darauf befindlichen Schiffs-Volck, erheischender Nothdurfft und äusserster Möglichkeit nach, alle Hülffe und Rettung zu leisten, und ihnen beyzuspringen.

Verbieten aber im Gegentheil bey Leib- und Lebens-Straffe allen und jeden Unsern Marsch-Unterthanen, von was Stand und Condition dieselbe seyn mögen, ohne expresse Permission des Schiffs-Capitaine, Steuermannes, oder andern auf dem verunglückten Schiffe annoch übrigen Schiffs-Volckes, unter was Prætext solches auch geschehen möchte, demselben an Bord zu fahren oder zu kommen, noch weniger von Tau- und Tackel-Werck, Segeln, Anckern, oder allen andern, wie es Nahmen haben mag, etwas loß zu machen, und am allerwenigsten das geringste von dem darinn befindlichem Gut zu sich und mit vom Schiff weg zu nehmen, und solches alles zwar, wann selbiges auch auff dem Grund sitzen, oder löchericht geworden, oder auch voll Wassers seyn solte; es wäre dann, daß oberwehnter massen, die auff dem Schiff noch vorhandene Leute solches ausdrücklich verlangten, oder um Hülffe ansuchten.

(47) Subditos (*a*) hoc Jure obligari, alio discedentes, caret dubio: an autem ad Forenses etiam pertineat? videbatur negandum esse; quia Leges subditos tantum ligant. Verum, rectè hoc affirmatur, sive sint forenses, qui, durante suo incolatu (*b*) bona apud nos

nos acquisiverunt, sive forenses, qui saltem bona in Territorio existentia, alibi transferre volunt. Forenses enim, respectu bonorum in Territorio sitorum, etiam Statutis obligantur, (c) & prævenit Statutum jus forensium circa bona ibi acquirenda.

NOTÆ.

(a) SUBDITOS &c. Et quidem tam Nobiles, quam Plebejos, Clericos & Laicos, nisi exceptio doceatur. Vid. *Knipschild*, de *Jurib. Civitat. Imper.* lib. 2, Cap. 20, §. 34. pag. 451, & de *Juribus Nobil.* lib. 3, c. 2, §. 137, pag. 34, ibique citati. Conf. seq. §. 53.

(b) INCOLATU &c. Faciunt huc Privilegia, quorum præced. §. 43. lit. a. facta mentio.

(c) OBLIGANTUR &c. Num & *Cives clientelares* (*Schirms-Verwandte*) hoc jure teneantur? disputari video. *Gailius* Lib. 2, *Observat.* 35, §. 9, pag. 347. pluresque alii, id affirmant, eo quod (1) Clientes ejusmodi non minus, quam subditi reliqui, à dominis protecti, Juriumque ac privilegiorum loci participes fuerint; (2) Incola appellatione subditorum veniat; (3) Legibus & consuetudinibus loci, ubi incola est, subjiciatur; proinde æquum sit, illos abeundo, & tutelam deserendo, pro remuneratione, aliquid Protectoribus relinquere teneri, ne conditio eorum melior civium statu reddatur. Vid. *Gailius* l. c. §. 1. & seqq. pag. 346 & 347; *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. X, §. 192 & seqq. ad 206, pag. 467 & 468; *Mevius*, Part. 2, *Decis.* 160, pag. 192. Negantes dicunt (1) Protectoribus in genere nullam Jurisdictionem in Clientum personas, nec in eorum bona, competere; juxta dicterium: *Schutz und Schirm giebt keine Obrigkeit*; Vid. *Magerus* l. c. §. 179, pag. 465, ibique citati; & §. 189, pag. 466; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Schirms-Verwandten*, pag. m. 432; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Schirmbrieff*, pag. m. 870; ibique *Dietherr*, in Additionib. pag. 871; proinde (2) nec Clientibus collectas indici posse; *Mager*, l. c. §. 181, pag. 465; *Sixtinus*, de *Regalib.* lib. 2, Cap. 14, §. 103 &c. pag. 285; partim, quod collectæ non nisi ab habentibus Jurisdictionem imponantur; *Mager*, l. c. §. 183 & seqq. pag. 466; *Sixtinus* l. c. §. 105, pag. 285; partim quod incivile sit, Protectori vindicare jus secreta Domus Clientis pervestigandi, quod fieret, si collectæ ei imponerentur, cum hæ, pro modo facultatum, exigi soleant. *Mager* l. c. §. 181, pag. 465. (3) Clientes instar Forensium esse, qui regulariter ab onere collectarum præstandarum immunes; vid. *Sixtinus* l. c. §. 105, pag. 285; *Meichsner*, T. I, lib. I, *Decis.* VI, §. 7 & 28; *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Conclus. VIII, lit. b; *Magerus* l. c. §. 190, pag. 466. (4) Clientes privatos, *die Schirm- und Schutz-Verwandte*, Magistratui, sub cujus protectione degunt, quotannis certum solvere teneri tributum, vulgo *Schutz-Geld*, *Verspruch-Geld*, *Beysitz-Geld*, vid. *Myler*, de *Principibus & Statibus Imperii* Part. 2, Cap. 63, §. 10, pag. 579; sicque iniquum fore, si, finita tutela, eis insuper decima, aliave bonorum pars, detraheretur. (5) Hacque de causa, ne quidem Judæos juri detractus obnoxios esse, nisi respectu bonorum immobilium, quæ in loco, quem deserere volunt, possident, eaque vendunt, & pretia exportare meditantur; *Mager* l. c. §. 208 & 209, pag 468. (6) Nec obstare, quod pari cum Civibus protectione & tutela gaudeant; quandoquidem, ob id, protectoribus annuum pendunt honorarium; *Mager* l. c. §. 210, pag. 468; nec (7) quod incolæ subditorum appellatione comprehendantur, eorumdemque cum iis privilegiorum ac jurium fiant participes; cum id *de incolis proprie talibus*, hoc est, iis, qui aliunde venientes, in Civitate quadam Domicilium figunt, ibique vel gratis, vel pro annua pensione, suscipiuntur, cætera Civium prærogativas sibi non comparant, affirmari nequeat; sed de *improprie talibus* saltem, qui alibi oriundi, alienæ Civitatis Cives efficiuntur, sicque quoad onera & commoda, à Cive originario nihil differunt. Vid. *Magerus* l. c. §. 211 ad 218, pag. 468. & 469, docens, *Gailium* l. c. de *incolis improprie talibus* intelligendum esse; quæ sententia quoque æquitati magis consentanea est ac contradicentium, modo Statuta loci aliud non imperent. Conf. *Dietherr*, ad *Besoldum*, voc. *Nachsteur*, pag. 679.

(48) Quodsi autem tale Statutum ante non extiterit, an, in præjudicium Forensium, condi possit? Potest, si Forensibus nec dum bona quædam, cumque iis ita Jus liberè alienandi jam quæsitum sit. Non potest, bonis jam simpliciter illis, qui municipes aut subjecti non sunt, quæsitis; cum nec iis collecta propriè indici queat. *Kayserliche* Constitution *zu Speyer, de An.* 1529, *in pr.*

(49) Quamvis autem hoc Jus apud aliquam Civitatem non sit in usu, quin tamen, per Statutum, sive tacitè, de novo introduci (a) possit, nulli dubitamus; quia, quamdiu

jus meum, per contrarium actum præscriptum, vel alias, mihi ablatum non est, Jure meo pro lubitu uti possum; & cum talis Civitas non minus habeat Superioritatem Territorialem, quam aliæ, ubi hoc jus viget, etiam habebit hoc nostrum jus detractus. *Vid. Brandes. de Jure detractus, apud Fritschium. θ. 19.*

NOTA.

(a) INTRODUCI &c. Integrum sane est Civitatibus Imperii jus condendi Statuta, publicæ saluti conformia, pro lubitu; non minus ac aliis Imperii Statibus; nisi vel Legibus, vel Pactis, prohibeantur.

(50) Licet consultius sit, ut ab illis Forensibus, qui fortè ad nos commigrarunt, ex tali loco, ubi jus detractus non obtinet, *(a)* & apud nos talia bona acquirunt, quæ huic oneri sunt subjecta, nihil exigamus, *(b)* & mitius cum ipsis agamus; alias enim altera Respublica, casu existente, jure talionis *(c)* adversus nos uti poterit, ad exemplum Edicti: *(d)* Quod quisque juris in alium statuit, ut ipse eodem Jure utatur. *Struv. Diss. de Vindicta privata, θ. 75.*

NOTÆ.

(a) NON OBTINET &c. v. g. In *Bavaria*; Vid. *Dietherr*, ad *Besoldum*, voc. *Abschoß*, §. *Abzug*, pag. 8; In *Electoratu Saxonico*; Vid. *Beyer*, *Specim. Juris German.* lib. I, Cap. 20, §. 24; *Ducatu Würtenbergico*, quoad Cives; vigore *Transactionis Tubingensis*, de An. 1514, vid. *Besoldus*, voc. *Abschoß*, §. *In Würtembergico*, pag. 8, ibique *Dietherr*, in Addit. *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Nobilit.* lib. 3, Cap. 2, §. 127, pag. 33, & de *Juribus & Privil. Civitatum*, lib. 2, Cap. 20, §. 14 & 15, p. 448, & §. 22, pag. 449; *Mylerus*, de *Principibus & Statib. Imperii*, P. 2, Cap. 63, §. 8, pag. 578. Sic & *Spiræ*, *Wormatiæ*, *Kitzingæ*, *Rostochii*, *Tubingæ &c.* Vid. *Wehner*, *Obs. Pract.* voc. *Nachsteuer*, pag. 373, §. *Sunt etiam &c.* *Gylman*, *Symphorem.* Tom. 3, voc. *Frey- und Reichs-Stätt*, pag. 143; *Dietherr* ad *Besoldum* l. c. & voc. *Nachsteuer*, pag. 678; *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Nobil.* l. c. & *de Jurib. & Privileg. Civitatum*, l. c. *Mylerus* l. c. §. 9, pag. 578. Quod tamen de *Civibus Würtenbergicis* dictum, ad peregrinos extendendum haud est. Vid. *Besoldus* l. c.

(b) NIHIL EXIGAMUS &c. *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Nachsteuer*, pag. m. 373, ait: *Die von einer Herrschafft, unter eine Obrigkeit ziehen, dessen Obrigkeit kein Nachstewr nimbt von ihren abziehenden Unterthanen, so sich unter des ersten Herrschafft begeben, entrichten auch kein Abzug-Gelt.*

(c) JURE TALIONIS &c. *An liceat, jure retorsionis, petere die Nachsteuer?* haud semel in litem tractum. Vid. de hac quæstione: *Berlichius*, Part. 3, *Conclus.* 51, pag. 346 &c. *Christoph Schwanman*, Compend. *de Jure emigrationis & detractionis*, Cap. VII, §. 1. 2. 3; *Jacobus Thomingius*, *Decis.* XXVI, §. 37; *Pistorius*, Vol. 2, *Cons.* 11, §. 66; *Struvius*, de *Vindicta Privata*, Cap. XI, Aphorism. 22 & seqq. p. 161 ad 186; *Cothmannus*, *Consil.* 45, p. 98; *Carpzovius Jurisprud. Forens.* Part. 3, *Constit.* XXXVIII, *Definit.* I, & seqq. p. 1266; *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imper.* lib. 2, Cap. XX, §. 16 & 17, p. 448 &c. ab iisque citati alii.

Affirmantes provocant:

(1) Ad Codicem Sacrum Novi Fœderis, *Matth.* VII. v. 12. *Alles, das ihr wollet, daß euch die Leute thun sollen, das thut ihr Ihnen &c.* & *Luc.* VI, §. 31: *Wie ihr wolt, daß euch die Leute thun sollen, also thut ihnen gleich auch Ihr &c.* junct. *Tob.* IV. §. 16: *Was du wilt, daß man dir thue, daß thue einem andern auch &c.*

(2) Ad æquitatem naturalem, juxta quam, quilibet idem jus in se statui patiatur, quod in alios statuit; docente *Ulpiano*, lib. 3. *ad Edictum*, teste L. 1, ff. *Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem Jure utatur*, (Lib. 2, Tit. 2.) Conf. L. 44, ad fin. ff. de *Pactis* (Lib. 2, Tit. XIV.) L. 59, ff. *de Administratione & periculo Tutorum*, (Lib. 26, Tit. VII) L. 15, ff. *Si Servitus vindicetur*, (Lib. VIII, Tit. V.) L. 38, ff. de *Condictione indebiti*, (Lib. XII, Tit. VI,) L. 17. ff. de *Evictionibus*, (Lib. XXI, Tit. 2.) L. 41, ff. de R. J. *Non debet Actori licere, quod reo non permittitur &c.*

(3) Ad Jus Canonicum; & quidem ad Cap. 2, *Justum*, Distinct. IX; ubi verba *Augustini*, ex *Isidoro*, lib. 3. *Sententiarum*, *de Summo bono*, Cap. 53; nec non ad Cap. VI, X. de *Constitutionibus*, §. *Cum igitur &c.* pariter ac Cap. XXII, *Pro illorum*, X. de *Prabendis.*

(4) Ad rationes Politicas, quæ vetant, Civitatem, cum alterius Civitatis detrimento, locupletari; arg. L. 14, ff. de *Condictione Indebiti*; & L. 206, ff. de

de R. J. præter quod decori regulis contrarietur, si Cives tui alicubi incivilius habeantur, quam vice versa.

(5) Ad Jus Gentium; quo, non solum quoad successiones & hæreditates, sed & in Contractibus, id observatur; hinc Sereniss. Elector Saxoniæ, apud *Carpzovium* l. c. Part. 3, Constit. 38, pag. 1264: *Obwohl das Jus retortionis, vel talionis, simpliciter & absolute, nicht statt haben kan, so ist doch dasselbe nicht allein gut, sondern auch billich, wan es, zu Besserung des Gemeinen Nutzes, dahin gerichtet wird, daß, in Bürgerlichen Sachen und Handlungen, rechte proportion gehalten werde. Und ist demnach nicht unbillich, daß man wieder die Oerter, von dannen man die Erbschafft, Gerade, Heer-Gewette, und dergleichen, gar nicht, oder allein eines theils, folgen läßt, solches jus retortionis, oder talionis, hinwieder auch gebrauche, und der Ende solche Stücke, mehr und weiter, dann sie gegeben, nicht folgen lasse &c. de Anglia, affert Exemplum Jacobus Schult, in suis Quæstionibus Practicis, Quæst. VI, incip. Advenis in Anglia, n. 1. & seqq. per tot. Part. I, quod, cum Advenis in Anglia non debeatur successio in hæreditate collateralium, etiam Fratres, & Sorores, & alii Collaterales, suo fratri, sorori, vel collaterali, in his Terris* (Saxonicis) *decedenti, succedere non possint.* Sunt verba *Berlichii* l. c. §. 6, pag. 347, immediate, §. 7, annectentis: *Idem de Boëmia testatur Jacobus Thominga, Decis. 26, incip. In hoc quæstione, n. 6, vers. Utpote ex Boëmia, & seq. quod, cum ex Boëmia non soleant nostris deferri hereditates, retorsionis jure, neque nostrorum hereditates illis deferantur &c.* Conf. *Struvius* l. c. Aphor. 22, pag. 163. Idque obtinet, non tantum quando sic denegata hereditas, Legatum, gerada, res expeditoriæ &c. defuncti heredibus accrescunt, sed & quando Fiscus succedit. Vid. *Struvius* l. c. Aphor. 22, 23, 24 &c. pag. 161 &c. *Berlichius* l. c. §. 13 & seqq. pag. 348 &c. præsertim, §. 32 &c. pag. 351; *Carpzovius*, l. c. Defin. 2, 3, 4, 5, 6, & 7, pag. 1266 &c. Sic, in *Gallia*, *Albinagii Jus* (le Droit d'Aubaine) vigore cujus, peregrinorum illic decedentium bona Fisco Regio cedunt; eum producit effectum, ut nec Galli in illis Provinciis, quarum cives apud ipsos excluduntur à successione, ad hæreditates admittantur, sed istæ vicissim, jure retorsionis, Fisco, obveniant; Vid. seq. Tit. XX, §. 29; (*Italis* fere omnibus, & *Siculis*, imo *Asiaticis*, *Africæque* Populis, idem commune esse, *Bodinus* Auctor est, lib. I. de *Republica*, Cap. VI, §. 62, p. m. 97.) Quantum ad *Contractus*; non minus manifestum, si Statuto, vel consuetudine, alicubi receptum, v. g. *Norimbergæ*, *Augustæ*, *Spiræ &c.* ut nemo sua bona vendere, & in aliam Civitatem transferre valeat, non detracta inde prius portione consueta; idem jus in *Saxonia*, quoad bona, in ejusmodi Civitatem invehenda, observari. Vid. *Thoming.* dict. *Decis.* 26, §. 42, sub fin. vers. *Tertium argumentum &c. Berlichius* l. c. §. 8, & 9, pag. 347; similiter in *Feudis* ubi in *Thuringia* simultanee investiti, secundum gradus prærogativam, succedunt, ita ut proximior remotiori præferatur; idem Juris fieri si Nobilis Thuringus in Misniæ Feudo simultaneam Investituram nactus, quippe qui, cum aliis Nobilibus Misnicis, defunctum gradu proximiori attingentibus, non succedit, sed proximior ei præfertur. Vid. *Berlichius* l. c. §. 2, p. 348. de casibus aliis pluribus ne dicam.

(6) Ad auctoritatem Doctorum modo laudatorum: *Berlichii* l. c. tot. Conclus. 51; *Carpzovii* l. c. tot. *Constit.* 38; *Struvii* l. c. Aphor. 22, ad finem usque Cap. XI, p. 161 ad 186. *Thomingii* l. c. *Cothmanni* l. c. eorumque sequacium.

Negantes dicunt, sententiæ huic contrariari:

(1) R. J. *August.* An. 1555, §. 24, *Wo aber Unsere &c.* verb. *Denen soll solcher Ab- und Zu-Zug, auch Verkauffung ihrer Haab und Güter, gegen ziemlichen billigen Abtrag der Leib-Eigenschafft und Nachsteuer, wie es eines jeden Orts, von Alters her, üblig hergebracht und gehalten worden ist, unverhindert männiglichs, zugelassen und bewilliget ---seyn.* nec non R. J. *Ratisbon.* An. 1594, §. 82. *Und so viel &c.* Verb. *Auch gewæhnlicher hergebrachter Nachsteuer, Abzug &c.* utpote In quibus ea saltem tributa, eorumque nomine imposita arresta, approbentur, quæ ab antiquo recepta & observata, alto silentio de novis, in odium tertii, demum introducendis.

(2) Juris naturæ regulas: *neminem esse lædendum, & unicuique suum tribuendum;* §. 3, Inst. de *Justit. & Jure.*

(3) L. 74. ff. de *Reg. Juris: Non debet alteri, per alterum, iniqua conditio inferri.* Quid enim ad Cives, quod Magistratus tributum hoc à demigrantibus exigat, vel interveniente privilegio, aut consuetudine contraria, non exigat? cum palam sit, plura alia jura singularia in hoc vel illo loco servari, & secundum ea judicari, quæ alibi recepta haud sunt.

(4) Quietem publicam; quandoquidem, concesso retorsionis Jure, omnia pene Jura, Privilegia, Tributa & possessiones alterius, facili negotio interverti possent; imo & quælibet præscriptiones. Quid enim juvaret privilegium, aut præscriptio, hoc vel illud vectigal à peregrinis exigendi; si alteri, nec privilegium, nec præscriptionem, hoc titulo producere valenti, mero retorsionis jure, idem facere liceret?

(5) Ob-

(5) Observantiam Ducatus Würtenbergici, ubi emigratio libera, (*ein freyer Zug*) in adjacentibus licet Imperii Civitatibus, vel apud alios Dominos, jus detractus vigeat. Vid. *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imperialium*, cit. lib. 2, Cap. XX, §. 16 & 17, p. 448 & 449; *Besoldus*, *Thes. Pract.* voc. *Abschoß*, *§. Verum*, pag. 8; *Dietherr*, Addit. ad *Besoldum*, voc. *Nachsteuer*; *§. Ad jus Detractionis*, pag. 679.

Cum pro generali fere regula habeatur, eos *Juri Detractus* subjici posse, quibus *collecta* imponi queat; Vid. *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Nachsteuer*, p. 373; *Besoldus*, voc. *Abschoß*, p. 8; *Speidel*, *Notabil.* voc. *Nachsteuer*, pag. 676; adeo, ut, qui immunis à collectis, nec regulariter *decimationem* præstare teneatur; vid. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. 17, §. 4, v. 251, pag. 552; nihil iniqui committere videtur Magistratus, qui hoc jure utitur, adversus eos, qui eodem adversus ipsum utuntur; *retorsionis* quidem remedium privatis interdictum est; ast non æque Principibus, qua talibus, aliisve Magistratibus, potestate condendi Leges, Statutaque, gaudentibus, modo quies publica nihil inde detrimenti sentiat, nec Imperii Leges fundamentales evertantur; quod de *retorsionis jure*, de quo hic sermo, affirmari, nequit. Qui vero jure suo utitur, alterum lædere, eive iniquam conditionem inferre accusari non potest, arg. L. 55, *nullus videtur &c.* L. 151, *Nemo damnum*, & l. 155, *Factum*, §. 1, *Non videtur*, ff. de *Reg. Jur.* Præjudiciis præjudicia, & auctoritates auctoritatibus, opponi posse, ex præcedentibus liquet. Quod de vectigalium exactione illatum, huc non quadrat, quippe quæ non ex arbitrio cujuslibet pendet. Attamen simul verum puto, jus detractus in eos exerceri nefas esse, qui titulo oneroso, vel remuneratorio, aut legitimi pacti lege, immunitatem sunt consecuti. Vid. præced. Tit. 3, §. 6, lit. b, pag. 380, & Tit. 17, §. 66 & seqq.

(d) EDICTI &c. Vid. L. 1, ff. *Quod quisque Juris*. Lib. 2, Tit. 2.

(51) An, qui ex Civitate, aut loco aliquo, ubi Jus detractionis obtinet, in alium, ejusdem tamen Provinciæ, locum, commigrat, detractionem hanc patiatur? quæritur; nos putamus, illud admodum odiosum (*a*) esse, & rigorosum. Hinc Constitutio Electoralis Palatina, (*b*) *Tit. VII*, ei, qui, ex quacunque Electoratus Civitate & loco in alium quemvis ejusdem Electoratus, migrat, nullam imperat detractionem; & justè; bona enim in Territorio manent, & sic dominium Superiori non tollitur.

NOTÆ.

(*a*) ODIOSUM &c. *Wehner*, Observat. Pract. voc. *Nachsteuer*, pag. 373, ait: *De consuetudine fere & hæc observantur: die von einem Ort, in ein anders, so beydes unter einer Herrschafft gelegen, ziehen, geben keinen Abzug. Idque in Electoratu Palatinatus, & Marchionatu, Brandenburgico, observatur. Chur-Pfältzische Ordnung, Tit. VII, §. 1.* Ratio æquitatis est, quoniam tali casu nec Imperium Principis, seu alterius Magistratus, nec reditus Camerales, quorum indemnitatis gratia jus detractus introductum videtur, læduntur. Ubique tamen id non observari, notat *Dietherr*, in Addit. ad *Besoldi thesaurum*, voc. *Abschoß*, pag. 8, ubi: *So eine Tochter von Altdorff nach Nürnberg heurathet, nehmen die Altdorffer fünff von Hundert Gülden, Nachsteuer; wie an des W. K. andern Weib zu sehen &c.* Conf. *Wehner* l. c. verb. *Sed non ubique procedit.* Inspicienda igitur probe locorum statuta. Si detractio Ipsi Principi competat, iniquum profecto, cum emigrantibus de uno loco, in alium, eidem Principi, eademque Lege, qua prior, subjectum, aliquid auferatur. Quod si vero jus detractus ad Magistratus municipales spectet, cessante iniquitatis ratione, à migrantibus decimam, aliamve portionem, valide exigi posse, Jura volunt, etiamsi ambo Magistratus sub eodem Principe degant; quamvis hoc quoque casu Princeps, qua Dominus Territorialis, novas Leges ferre queat.

(*b*) PALATINA &c. Add. & *Brunsuicensis & Luneburgensis*, an. 1708, hoc tenore vulgata:

Von GOttes Gnaden, Wir Georg Ludewig, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, des H. R. Reichs Churfürst &c.

FUgen hiemit zu wissen, demnach zwischen Unsern Fürstenthümern Calenberg, Grubenhagen, und andern dazu gehörigen Graff- und Herrschafften, eins, und dem Fürstenthumb Zell, sampt denen, bey voriger Fürstl. Zellischen Regierung, dazu gehörig gewesenen Graff- und Herrschafften, andern Theils, wie auch in denen darin belegenen Land- und Großen Städten, das so genandte Abzugs-Recht bißher im Gange gewesen, und, zu grosser Beschwerde allerseitiger Eingesessenen, gegen einander, mit eben dem rigore, *als gegen Frembde, gebraucht worden, solcher gestalt, daß, wann die Unterthanen obbemelter Unserer Lande, mit ihren Gütern, aus einem ins andere, oder*

oder auch so gar Bürger aus denen Städten sich nur ausser denenselben aufs platte Land, oder an einen andern Ort im Lande, begeben, die Abziehende den dritten, vierten, oder zehenden Pfennig, Abschoß lassen müssen; wir aber solches an sich odiose Werck, absonderlich unter Unterthanen, so unter einer Regierung stehen, für gar was hartes und unbilliges erkennen, und also nunmehro, nachdem, durch Gottes gnädige Schickung, obermeldte Fürstenthümer, unter Unserer Regierung, mit einander combiniret, nicht länger zu dulten, sondern, aus Landes-Vätterlicher Vorsorge, durchgehends, in und zwischen allen Uns angehörigen Landen, gäntzlich aufzuheben gemeinet sind, also und dergestalt, daß, wann (1) Jemand, vom Höchsten, biß zum Niedrigsten, aus einem Fürstenthume, ins andere, oder, (2) aus einer Statt, an einen andern Ort, in Unsern Landen, es sey, wo es wolle, seine Wohnung verrücken, oder seine Haab und Güter, Erbschafften, Vermachtnissen, Kauff- und Heyraths-Guth, oder andere Mobilien und Effecten, transferiren wird, derselbe desfals mit aller Nachsteur gäntzlich verschonet, und deßhalber an keinem Orthe, noch besonders in unsern Land-Städten, unter wasserley praetext es wolle, (gestalt wir dann, krafft Lands-Fürstlicher Macht und Gewalt, alle und jede darob haltende Privilegia, Concessiones *und Gewohnheiten, hiemit gäntzlich cassiren, und aboliren,) aufgehalten werden soll; es wäre dann, daß (3) die Abziehende Unsere Churfürstliche Lande gar quittiren, oder daraus Güter, in ein frembdes Land, alwo man von Unsern Unterthanen Abschoß nimbt, geben würden, da dann Uns, Unsern Adelichen Gerichten; und denen Städten, welche das Abzugs-Recht erweißlich hergebracht, unbenommen seyn soll,* ex Jure retorsionis, *gleichfals so viel Nachsteur, als, in dem frembden Lande, von denen Unsern genommen wird, zurück zu behalten; welchen falls jedennoch, (4) Unsere Bediente, wie sie in Unsers Weyl. Herrn Vettern, Hertzog Friederich Ulrichs, Hochseel. Andenckens,* Constitutione, *vom dritten Pfennig,* de An. 1623, *specificiret, und deren Erben,* in Linea Recta, *oder, welchen (5) Wir sonsten, aus sonderbahrer Gnade, den Abschoß erlassen werden, sampt deren Gütern, vom Abzuge, nach wie vor, befreyet bleiben; Als befehlen wir Unsern Ober-Haupt-Leuten, Drosten, Beambten, Gerichts-Innhabern, Schultheissen, Bürgermeistern und Raths-Männern in denen Städten, und insgemein allen Unsern Angehörigen und Unterthanen, sambt und sonders, daß sie obigem allen also unterthänigst- und schuldigster massen, nachleben, so lieb ihnen ist Unsere schwäre Ungnade, und sonsten zu gewärtigende Straffe zu vermeiden. Uhrkundlich Unsers Churfürstlichen Hand-Zeichens, und vorgedruckten Geheimbten Cantzley-Secrets. Geben, in Unserer Churfürstl.* Residence, *Hannover, den* 18 Maji, 1708;

(L.S) *Georg Ludewig, Churfürst.*

J. Hattorf.

(52) Obtinet regulariter in iis, qui voluntarie (*a*) migrant, adeo, ut, etiamsi quis, propter religionem, sponte (*b*) migret, hoc solvere debeat. *R. A. zu Regenspurg, de A. 1555. §. Wo aber unsere.* Ubi autem quis coacte migrat, nisi se ipsum in migrandi necessitatem praecipitaverit, culpa sua, (*c*) non tenebitur, & sic Magistratus, qui subditum propter religionem migrare jubet, nihil ipsi detrahet. (*d*) *Gylman. tom. 2. Symph. 1. tit. 3. vol. 1.* Quod enim Principi dominium in bonis subditi subtrahatur, hoc fit ejus culpa, & sic, si exinde sentit damni aliquid, hoc sentire non videtur, imprimis cum, *ut infra videbimus*, legibus Imperii, subditis statuum, qui diversam religionem habent, à religione Domini sui, quiete manere & habitare in talis Principis territorio possint: alii contrarium defendunt; *vid. Molin. in Consuetud. Paris. §. 2. n. 14.*

NOTÆ.

(*a*) VOLUNTARIE &c. *Cum hac migrationis gabella non in casu necessariae, sed voluntariae duntaxat atque arbitrariae emigrationis, pendenda sit.* Ita *Rumelinus*, in A. B. Part. 2, Differt. V, §. VI, pag. 580, ad auctoritatem provocans *Petri Leopoldi*, ad *Constitut. Pacific. Relig.* §. 2, apud *Arumaeum, Discurs. Acad.* 24. Conf. *Köppen*, Quaest XI *Decisionum*, §. 15, p. m. 30 & 31, ibique allegati.

(*b*) SPONTE &c. Idem docent: *Justus Springer*, Tr. de *Pace Relig.* c. VII, pag. 71; *Scheplitz*, Part. 3, *Consuetud. March.* Tit. VIII, § 13; *Cothman*, *Consult. Academ.* Consil. XIX, n. 4; *Berlichius*, Part. 3, *Conclus.* 52, §. 16, pag. 354; *Klockius*, de *Jur. Vectigal.* Concl. 63, lit. d. *Knipschildt*, de *Jurib. & Privilegiis Nobilium*, Lib. 3, Cap. 2, §. 142, pag. 35; & de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. XX, §. 39, pag. 451. Ratio est, quia propter Religionem sponte emigranti liberum est, aut retentis bonis, aut alienatis, discedere, retentaque per ministros administrare, & quoties lubet, ad res inspiciendas, vel persequen-

sequendas lites, aut debita exigenda, libere & sine literis commeatus, adire. Vid. *Instr. Pac.* Art. V, §. 36, *Quod si vero subditus &c.*

(*c*) CULPA SUA &c. v. g. delicto; delinquentes enim *causæ moralis* loco habentur, sine qua emigrare non fuissent coacti; aut, si debitor obæratus, ex sententia Judicis, bona sua vendere, & emigrare, tenetur; quoniam & hoc casu, alienandi necessitas, discedendique, ex spontaneo debitoris facto proficiscitur. Vid. *Berlichius* l. c. §. 17 & 18, pag. 354; *Köppen* l. c. §. 16, pag. 31; *Knipschild*, de *Jurib. & Privilegiis Nobil.* l. c. §. 143, pag. 35; & de *Jurib. & Privileg. Civitatum* l. c. §. 39, pag. 451; *Mylerus* de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 63, §. 6, p. 577; *Rumelinus* l. c. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XVII, § 247, pag. 552. Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. XV, §. 5, p. 946.

(*d*) DETRAHET &c. Justitiæ licet & æquitatis regulæ exigere videantur, nihil detrahendum, de bonis ejus, quem Territorialis dominus, mero Religionis Zelo, emigrare compellit; cum *detractionis jus* ad instar laudemii se habere dicatur; quod is, qui vi, vel necessitate, vendere cogitur, id, ob quod laudemium pendendum, solvere non tenetur, juxta *Köppen* l. c. Quæst. V, §. 2, pag. 17, & Quæst. XI, §. 15, pag. 31; *Gylmannum*, Tom. I *Symphorem.* Part. I, Tit. 3, Voto I, §. 4, pag. 207, verb. *Cum etiam eo casu, quo subditi inviti coguntur emigrare, nulla Nachsteuer debeatur &c.* *Berlichium* l. c. §. 13 & 14, pag. 353 & 354; *Rudingerum*, *Singular. Observat.* Centur. 3, *Observat.* 80, p. m. 667; notantem, ita factum legi *in causa Hailbrunn, contra Schwäbischen Gemünd, G. Schencken Abzug betreffend*; (apud *Laurentium Reichweinium* in *Formulari Supplicationum*, fol. 202, §. 3.) *Rumelinum* l. c. *Noldenium*, de *Statu Nobilium*, Cap. XVII, §. 103, p. m. 395; *Mylerum*, de *Principib. & Statib. Imperii*, l. c. §. 7, pag. 577; *Multzium* l. c. §. 248 & 249, pag. 552, aliosque, *Mylero* ad *Rumelinum* in A. B. cit. Part. 2, Differt. 5, §. VI, pag. 580, & *Knipschildio*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum* l. c. §. 38, p. 451, nec non, de *Juribus & Privileg. Nobilium* l. c. §. 141, pag. 34, allegatos; nihilominus, quoad praxin, id non observari, & coacte emigrantes, non minus ac sponte mutantes solum, Juri detractus subjici, uno ore fatentur: *Molinæus*, in *Consuetud. Parif.* §. 2, n. 14; *Besoldus* l. c. voc. *Abschoß*, §. *Quod autem*, pag. 7; *Scheplitz*, ad *Consuetud. March. Brandenb.* Part. 3, Tit. 8, §. 13, n. 5 &c. *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum* l. c. §. 39, pag. 451; & de *Jurib. & Privileg. Nobil.* l. c. *Dietherr* ad *Besoldum* l. c. pag. 8, §. *De Jure emigrationis &c.* aliique plures; quamvis sententia hæc non tam *Rec. Imp. August.* de An. 1555, §. 24, *Wo aber Unsere &c.* utpote quo nihil, *de emigratione coacta*, occurrit, nitatur, quam cit. Art. V *Instr. Pacis*, §. 36, *Quod si vero subditus*; ubi notanda verba: *aut à Territorii Domino jussus fuerit*; (*emigrare*) de quibus vid. *Obrechtus* ad *Instr. Pac.* hoc loc. p. m. 158. Hæc autem tum demum licere putaverim, cum emigrans facultates suas exportet, bonaque immobilia vendat, & pecuniam secum auferat; quod ipsi integrum est; arg. cit. hujus §. 36; unde simul constat, ad emigrationem subditos cogi posse. Vid. *Wehner* cit. voce *Nachsteuer*, §. *An autem*, pag. 372; Sic decisum commemorans in causa *Porgens*, contra Episcopum Leodiensem, Mandato sine clausula decreto, concessisque supplicanti sex mensibus, 6 April. 1570; Conf. *Gylmannus* l. c. Tom. 3, Tit. *Mandata de Migrando*, pag. 210, (hunc *Porgens* vocando *Petrum Bergents*,) *Rutgerus Rulandus*, de *Commiss.* Part. 3, lib. 3, c. 4, §. 11, fol. 47; *Buckisch*, ad *Instrum. Pac.* cit. Art. V, §. 36, *Observat.* 99, p. 244.

(53) Immunes (*a*) à tali onere sunt, qui (1) per consuetudinem (*b*) inde sunt excepti; hujus enim juris fundamentum est consuetudo cujusvis loci, *R. I. 1555.* §. *Wo aber.* 24. *ibi: gegen ziemlichen billichen Abtrag der Nachsteur, wie es eines jeden Orts von Alters her üblich hergebracht und gehalten worden ist, R. I. anno 1594* §. *Und so viel.* 81. *ibi: auch gewöhnlicher hergebrachter Nachsteur.* (2) ab hoc onere immunes sunt, qui, numero liberorum, ab aliis oneribus patrimonialibus se excusant. *l. 24. C. de Decur.* (3) Judicii Aulici & Cameræ Imperialis Assessores, etiam in loco originis, & omnes Principum Statuumve Consiliarii, qui è municipio *suo emigrant.* *Vid. Coll. Jur. Arg. tit. de public. thes. ult.* (4) Nobiles, Doctores, (*c*) & qui Civitatibus à Consiliis sunt, Pastores item & Ministri Ecclesiarum, (*d*) Professores (*e*) item (*f*) & Studiosi (*g*) Advocati; Medici & Secretarii, aliique à Principe vel Civitate vocati. Reip. enim inserviendi causa magis alicubi habitare præsumuntur, quam domicilii contrahendi. *Vid. Brandes. d. Diss thes. 29. ubi hæc latius deducit & limitat.* (5) Omnes, qui per speciale, vel Principis vel Civitatis alicujus, privilegium, (*h*) ab hoc onere exempti sunt. *l. 11. de vacat. mun. Henr. Klock. de jur. vectigal. th. 36.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) IMMUNES &c. De immunitate hac gaudentibus, vid. *Speidelius, Notabil.* voc. *Abzug*, p. 8; *Webner, Observat. Pract.* voc. *Abschoß*, p. m. 4; *Besoldus*, Vol. 4 *Consil.* 172, & *Thesaur. Pract.* voc. *Abschoß*, p. 8, ibique *Dietherr* in Addit. *Scheplitz* l. c. Part. 3, Constit. 28, *§.* 7; *Berlichius*, cit. Part. 3, Conclus. 52, §. 23 & seqq. pag. 354. *Crusius*, cit. Tract. de *Jure Detractionis & Emigrationis*, Cap. VII, & seqq. pag. 229 &c. *Knipschild*, de *Jurib. & Privilegiis Nobil.* lib. 3, Cap. 2, *§.* 127, p. 33, *§.* 139 ad 150, p. 34 & 35; Idem, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. 20, *§.* 14 & 15, pag. 448, §. 40 ad 47, pag. 451 & 452. *Rumelinus* in A. B. cit. Part. 2, Dissert. V, §. 7. pag. 581, ibique *Mylerus* in *Addit.* p. 582. Idem *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 63, §. 8 & 9, pag. 578, & § 13. p. 580. *Joachimus* à *Pritwitz*, Diss. de *Jure emigrandi*, Cap. 4. *Dietericus Thesing*, Diss. Inaug. de *Jure Detractionis*, §. 39 & 53. Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XVII, §. 4, v. 250 & seqq. p. 552. Dn. *Schweder, Introd. Jur. Publ.* l. c. Cap. XV, *§.* 5, p. 946 & 947.

(*b*) PER CONSUETUDINEM &c. Add. & Conventionem. Pertinet huc R. J. *Augustan.* 1530, *§.* 60, *Und nachdem wir &c.* Ut & *Vertrag zwischen Chur-Maintz, (Wolfgang) und des H. R. Reichs-Stadt Franckfurt am Mayn, den Abzug und zehenden Pfennig betreffend, de An. 1590, Donnerstag den eylfften Januarii*, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. I, *dritte Fortsetzung*, I *Absatz*, *§.* XIV, p. 33, ibi: *Daß wir uns demnach, unser beyderseits Unterthanen und Bürgern zu guten, dazu nachbarlich vereinbaret und verglichen haben, nemblich, wenn künfftiglich, über kurtz oder lang, einer Unser, des Ertzbischoffen, Unterthanen, oder Bürger, aus Unserm Ertz-Stifft, oder Herrschafft Königstein, sich in des H. Reichs-Statt Franckfurt, oder dero angehörige Flecken und Gebieth auf dem Land; und hergegen unsere, des Raths zu Franckfurt, Bürgere und Unterthanen, sich in unsern, des Ertz-Bischoffen zu Maintz, Ertz-Stifft, und Herrschafft Königstein, (auf zuvor erlangte jedes Orts Herrschafft Bewilligung, so viel den Einzug betreffent) heußlich niederschlagen und setzen, oder aber auch einer unser, des Ertz-Bischoffen, Unterthan oder Bürger, unter uns, dem Rath zu Franckfurt, und in unserm Gebieth; oder hergegen Unsere und des Raths Bürger und Unterthanen, in unser, Ertz-Bischoffen Wolffgangen, Ertz-Stifft, und Herrschafft Königstein, jetzt was ererben würden, daß solchen aus- und abziehenden Bürgern und Unterthanen, ihre Güter und Nahrung, auch die angefallene Erbschafften, ohne Beschlahung, oder Abnehmung der Nachsteuer, oder zehenden Pfennings, frey gefolget werden, und also nun fürbaß, in obgesetzten beyden Fällen (doch in allweg die Leibeygenschafft außbehalten, welche seine sondere Maaß hat, und in dieser Vergleichung nicht mit eingezogen oder begriffen ist,) durchaus ein nachbarliche Gleichheit seyn, und gehalten werden soll &c.* *In der Fürstl. Magdeburgischen Policey-Ordnung*, Cap XXIX, *vom Abzug*, p. m. 111 & 112, habetur: *Zum dritten, da jemand unter einer frembden Herrschafft wohnhafft, in unsern Ertzstifft etwas ererben, und dasselbe in ein ander Fürstenthumb und Gebiete wenden wolte, soll derselbe den zehenden Pfennig auch davon zu geben verpflichtet sein; jedoch, da in berührten beyden Fällen, wir uns mit etzlichen unsern benachbarten, in andere Wege verglichen hetten, oder, die frembde Herrschafft von den Unserigen, in den Erbfällen, oder von denen, die unter uns ziehen, gar keinen, oder weniger Abzug nehmen liesse, die sollen diesen, oder ja höhern Abzug, dann des Orts bräuchlichen, oder auch, wie wir uns mit derselben Herrschafft verglichen, zu erlegen, von uns, unsern Aemptern, oder anderer Obrigkeit, nicht gehalten werden &c.* Simile Pactum versari inter Ducem *Würtenbergicum*, & Civitates *Wimpffen, Landaw & Nördlingen*, docet *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. 20, *§.* 22, pag. 449; *So hat der Marggraf zu Onoltzbach, und der Rath zu Nürnberg, sich verglichen, daß, was zu Fürth, oder umb Cadoltzburg, gelegen, die Nachsteuer nach Nürnberg; was aber um Roht, oder Schwabach, die Nachsteur dem Marggrafen, verabfolgt werde. Also hat Johann Conrad, Bischoff zu Eystätt, und der Rath zu Nürnberg, wegen der Unterthanen auf dem Land, sich verglichen, so nicht zu verschlossenen Stätten oder Marckt-Flecken, gesessen, daß sie der Nachsteuer sollen befreyet seyn; den 12 Dec. 1602.* Hæc *Dietherr*, in Addit. ad *Besoldum*, voc. *Abschoß*, p. 8, §. *Abzug &c.* In Ducatu *Würtembergico*, vigore *Transactionis*, An. 1514, *Tubingæ*, cum Duce *Ulrico*, initæ, annoque 1551 à Duce *Christophoro*, confirmatæ, Cives ab onere detractionis, itidem liberi sunt; *der Tubingische Vertrag giebt einem jeden Würtembergischen Bürger einen freyen Zug &c.* ita *Mylerus*, de *Principib. & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 63, p. 578, §. 8 & 9, ubi tamen cautelæ, modo emigrans (1) cuncta debita ante discessum exsolvat, (2) ne intra annum, contra Patriam quidquam moveat, vel agat; (3) ut lites intra annum judicialiter exagitet, earumque determinatione acquiescat. *Fürstl. Würtenbergische Landts-Ordnung*, Tit. *vom Bürger-Recht*, §. *So einer &c.* Conf. *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Abschoß*, p. 4. *Speidel* l. c. *Dietherr* l. c. *§.* *In Ducatu*; *Knipschild* l. c. *§.* 15, p. 448. Add. *Multzius* l. c.

§. 250, 253, & 254. p. 552. Quid Potentissimus Magnæ Britanniæ Rex, qua Elector Brunsuicensis & Luneburgensis, hoc titulo, constituere ratum duxerit, sequentia docent:

Demnach Unsers Allergnädigsten Königs und Herrn Majestät, im Jahre 1714. Sich, gegen die mehreste Stände im Reiche, zur reciproquen gäntzlichen Aufhebung des so genanten Abzug-Rechts, erboten; und dann verschiedene dererselben sich darauf, theils in totum, *theils auf erträgliche Maße, erkläret haben, wie hierbey gefügte Nachricht* specifice *zeiget; als wird hiemit, Namens und an Statt vor Höchst-gedachter Königlicher Maj. und Chur-Fürstl. Durchl. allen dero Land-Drosten, Beamten, Gerichts-Innhabern, und Magistraten, in denen Stätten, hiesiger Chur-Fürstl. Braunschweig-Läneb. Lande, anbefohlen, sich darnach zu richten, und auf die Maße, in welcher die specificirte Stände Sich erkläret haben, deroselben Unterthanen den Abschoß, in begebenden Fällen, entweder zu erlassen, oder abzufordern.* Signatum, *Hannover, den* 5 August. 1721.

Königlich-Groß-Britannische, zur Chur-Fürstl. Braunschweig-Lüneburg. Regierung verordnete Geheime Räthe.

Andreas Gottlieb, Freyherr von Bernstorff.

Pro Memoria.

Wegen des so genanten Abzug-Rechts, haben, auf Unsers Allergnädigsten Königs und Herrn, Maj. und Churfürstl. Durchl. Veranlassung, und Erbiethen, zu dessen gäntzlicher Aufhebung, sich nach-specificirte Status Imperii, auf folgende Maße, erkläret.

(I)

In totum

Seine Königl. Majestät in Preussen, respectu *dero*

(1) *Chur-Marcken Brandenburg,*
(2) *Hertzogthums Magdeburg,*
(3 & 4) *Furstenthümmer Halberstadt und Minden,*
(5) *Inclusive der Graffschafft Ravensberg.*
(6) *Braunschweig-Wolffenbüttel.*
(7) *Stifft Osnabrug.*
(8) - - *Münster.*
(9) - - *Quedlinburg, samt der Stadt, und allen Ihnen angehörigen Orten.*
(10) *Graffschafft Stollberg.*
(11) *Stadt Hildesheim.*
(12) - - *Bockenem.* } *Die übrige Stiffts Landsassen und Unterthanen aber außgenommen.*
(13) - - *Nordhausen.*
(14) - - *Müllhausen.*
(15) - - *Duderstadt.*

(II)

Auf den zwantzigsten Pfennig.

(1) *Sachsen-Gotha.*
(2) - - *Weimar.*
(3) - - *Eisenach.*
(4) *Mecklenburg.*
(5) *Strelitz.*
(6) *Hessen-Homburg.*
(7) *Schwartzburg-Rudelstadt.*
(8) - - - *Sondershausen.*
(9) - - - *Arnstadt.*

(III)

Auf den zehenden Pfennig.

(1) *Stifft Paderborn.*
(2) *Hessen-Cassel.*
(3) - - *Darmstadt.*
(4) *Waldeck.*
(5) *Graffschafft Oldenburg.*
(6) *Stadt Lübeck.*
(7) - - *Goßlar.*

Die hieran fehlende übrige Stände haben Ihre Erklärung noch nicht von sich gegeben. Inzwischen wird allhier, per retorsionem, *von deren Unterthanen so viel genommen, als sie von denen hiesigen nehmen; von was Orten aber man des eigentlichen* Quanti *nicht gesichert ist, wird der dritte Pfennig so lange gefordert, biß sie sich gleichfals zu einem gewissen, oder erträglichern* Quanto, *erkläret haben, wornach man sich allhier richtet, und deren Unterthanen, gleich ob-specificirten, nach Maße des declarirten* Quanti, *den Abschoß frey läßt. Hannover, den 5 Aug. 1721.*

Auß Kœnigl. und Churfürstl. Geheimen Cantzley hieselbst.

Unde simul patet, quid, occasione saluberrimæ remonstrationis, & gloriosissimæ simul declarationis supradicti Domini mei Clementissimi, tot inter Status Imperii, circa Juris hujus exercitium, statuere placuerit. De bonis in *Angliam* hinc transportandis, pari modo nihil detrahi, ostendit Illustrissimi Regiminis Hanoverani Resolutio *an Bürgermeister und Rath zu Zell*, sub dato *Hannover* 28 Dec. 1716, in puncto supplicationis *Christophori Ferdinandi Löhr*, Civis Londinensis, verb. *die Copeyliche Anlage vermeldet in mehrerm, was Christoph Ferdinand Löhr, wegen des Ihm abgeforderten Abschosses, allhier vorgestellet, nachgesuchet und gebeten hat. Nun ist ein principium: daß man keinen Abzug von denenjenigen Leuthen fordere, welche an solche Oerter das Ihrige transportiren, woselbst man reciproquement von denen in hiesige Lande zubringenden Güthern nicht nimmt; und weil, laut beygebrachten Original-Attestat, bescheiniget worden, daß in Engelland einem jeden*

jeden frey stehet, das Seinige, ohne Abzug, in andere Provincien zu transportiren; So sehen wir nicht, wie dem Supplicanten solches in Zelle abgefordert werden könne. Ihr habet also an denselben desfals weiter keine pretension zu machen, sondern Ihm dasseinige frey verabfolgen zu lassen &c. Subscripsit *Bernstorff*. Regia Confirmatio, sub dato Hamptoncourt, 6 Sept. 1717, sic sonat:

UNs ist vorgetragen, was Ihr, wegen der dem Kauffmann Lör zu Londen, von seinem Vatter zu Zell angefallenen Erbschafft unterm 3 Sept. anni currentis, berichtet. Wir approbiren nun, daß ihm solche Erbschafft, ohne Abschoß, abgefolget worden. Wir halten auch billig, daß solches ferner also gehalten werde, wan Leuthe aus Unsern Königreichen, wo man von keinem Abschoß weiß, Erbschafften aus Unsern Teutschen Landen zu holen haben &c.

Georg Rex.

Constitutio, seu *Churfürstl. Georg Ludwigs, und Hertzog Anthon Ulrichs, zu Braunschw. Lüneb. Durchl. Durchl. Erneurung des Recesses, de An. 1652, wegen Abschaffung des Abzugs-Rechts, von, aus einen Lande, ins andere, ziehenden Unterthanen Güthern, de dato Hanover, den 27 Martii 1710,* reperitur in *Continuatione des, An. 1716, im Druck heraus gekommenen, zu der Chur-Braunschw. Lüneb. Cantzley- und Policey-Ordnung gehörigen Supplementi,* de An. 1719, §. 48, pag. 217 &c.

(c) DOCTORES &c. Vid. *Berlichius* l. c. §. 31, p. 355; *Knipschild* l. c. §. 43, p. 452. *Rumelinus* l. c. Part. 2, Diss. V, §. 7, p. 581. *Crusius* l. c. Cap. X, §. 3, pag. 252.

(d) MINISTRI ECCLESIARUM &c. Vid. *Besoldus* Vol. 4, *Consil.* 172; *Rumelinus* l. c. §. 7, p. 581; *Wehner* l. c. voc. *Abschoß*, p. 4; *Berlichius* l. c. §. 30 & 31; *Scheplitz* l. c. *Knipschild* l. c. §. 40 & 41, p. 451; & *de Juribus & Privilegiis Nobilium*, cit. Lib. 3, Cap. 2, §. 144, p. 35; Dn. *Schweder* l. c.

(e) PROFESSORES &c. Vid. *Wehner* l. c. *Besoldus, Thesaur.* voc. *Abschoß*, p. 7, §. *An etiam &c. Berlichius* l. c. §. 31, p. 355; *Knipschild*, de *Nobil.* l. c. §. 146, p. 35; & de *Civitatib.* l. c. §. 42, p. 451; *Cothman, Respons. Academ.* XIX, §. 4 &c. *Rumelinus* l. c. pag. 581, ibique *Mylerus* in Addit. p. 582; Dn. *Schweder* l. c. *Crusius* l. c. Cap. X, §. 1, pag. 251.

(f) ITEM &c. Add. Doctorum, Pastorum, aliorumque Ecclesiarum Ministrorum, nec non & Professorum, Viduæ, & liberi; ob rationes, quas *Rumelinus* l. c. affert; Conf. *Mylerus* ibid. in *Addit.* lit. c, p. 582; *Berlichius* l. c. §. 34 & 35, p. 356; *Knipschild*, de *Nobilit.* l. c. §. 148, p. 35; & de *Civitat.* l. c. §. 45, p. 452. *Crusius* l. c. §. 8, p. 253.

(g) STUDIOSI &c. Vid. *Knipschild*, de *Civitat.* §. 44, p. 452; & de *Nobil.* §. 146, p. 35; *Cothman* l. c. *Arumæus*, ad A. B. Cap. XVI, §. 14, p. 269. *Rumelinus* l. c. ibique *Mylerus* l. c. lit. a, p. 582; Dn. *Schweder* l. c.

(h) PRIVILEGIUM &c. v. g. Cives *Würtenbergici, Spirenses, Wormatienses, Kitzingenses &c.* Vid. *Myler*, de *Principib. & Statib. Imperii*, cit. Part. 2, Cap. 63, §. 9, p. 578. Conf. præced. §. 50, lit. a.

(54) Privilegium concessum circa pretium statutarium, etiam ad augmentum (a) ejus extenditur; si scil. augmentum illud non ex aliqua causa separata procedat, & simpliciter saltem auctum sit. *Vid. Vietor de Exempt. Conclus. 18.*

NOTA.

(a) AUGMENTUM &c. Utut regulariter accessorium & principale ad paria judicentur, arg. l. 2. C. de *Bon. vacant. Knichen*, de *Vestiturarum Pactionibus*, Part. 2, Cap. 3, §. 92, p. m. 65; *Vietor.* de *Exemptionibus*, Conclus. XVIII, §. 1, p. m. 91, ibique allegati; attamen videndum simul, num principale & accessorium ejusdem quoque sint naturæ? casu quo; pro certo habetur, quæ sic connexa sunt ut separari nequeant, eâdem quoque gaudere fortunâ, per L. 13, §. 2, ff. de *Statu liberis* (lib. 40, Tit. VII) si vero diversæ sint naturæ, probatione unius, alterum non infertur. Vid. *Mascardus*, de *Probationibus*, Vol. I, Conclus. XIV, §. 19, p. m. 96; *Petrus Friderus*, de *Processibus*, lib. 3, Cap. XXI, §. VII, v. 15, p. m. 234 & 235; *Gailius*, de *Pace Publica*, lib. 1, Cap. V, §. 26, p. m. 26; *Vietor* l. c. §. 10, p. 95; *Joh. Sebastianus Gambsius*, Lib. 1 *Thesauri locorum communium*, Cap. VIII, de *Accessorio & principali*, Axiom. 4, §. *Limita primò*, p. m. 23.

(55) Tale privilegium etiam Successor salvum atque integrum conservabit, sive jure hereditario, sive jure electionis, succedat, (a) nisi alia justa illud revocandi causa subsit. *vid. Tabor. in tr. de oblig. Success. in offic.* Detractio ordinarie ex Statuto fit, de omnibus rebus, tam mobilibus quam immobilibus, (b) ex quibus fructus & quæstus aliquis percipi potest. *Casp. Klock. de Contrib. th. 19.* hinc etiam admittitur *in mercibus mercatorum, arg. l. 7. C. de Excus. mun.* de omnibus juribus & actionibus, (c) *l. 49. de V. S.* de bonis emphyteuticis (d) & feudalibus

dalibus, *Gail. 1. O. 117. num. 2. & seqq.* *An etiam de hereditate paterna, liberi alibi degentes hanc portionem statutariam solvere debeant?* Alii hanc quæstionem affirmant; (*e*) quia hoc in casu etiam dominium Superiori aufertur, & sic merito, in recognitionem ejus pars aliqua solvi debet. Alii negant, (*f*) quia, cum liberi personam Patris repræsentent, & non tam hereditatem, quam liberam bonorum administrationem, sicque quodammodo suum accipere, videantur. *l. 11. ff. de lib. & posth. hered. inst.* Statutum, de hereditate loquens, non intelligi debet de his bonis. *David Mev. ad Jus Lübec. P. 2. tit. 2. art. 4.* Nos priori (*g*) opinioni accedimus. Si autem in territorio permaneant, & ibi subsistant, tum posteriorem approbamus, tum enim præter rationem à dissentientibus allatam, & hæc potissimum militat, quod is, qui Superioritatem territorialem habet, eam sic conservet. Sin autem habitent alibi, tunc portionem solvant, si non tanquam de rebus hereditariis, saltem quia extra territorium transportantur; quia & hoc in casu non minus ipse defunctus, hanc portionem solvisset. *vid. Myler. de Stat. Imp. P. 2. c. 63.*

NOTÆ.

(*a*) SUCCEDAT &c. Vid. præced. Tit. XVII, §. 72, lit. b.

(*b*) IMMOBILIBUS &c. Jus detractus respicere bona omnia, tam mobilia, quam immobilia; modò posteriora quoque sita sint in territorio, quod emigrans deserit, aut ubi defunctus Domicilium habuit; (præsupposito, jus detractionis ibidem esse in usu;) communis Doctorum sententia est; Vid. *Berlichius*, Part. 3, *Conclus.* 52, §. 38, p. 356, & §. 64 & 65, p. 358; *Mevius*, ad *Jus Lubicense*, Part. 2, Tit. 2, Art. 4, §. 16, p. 368; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privilegiis Nobilium*, lib. 3, Cap. 2, §. 151 ad 154, p. 35 & 36; & *de Juribus atque Privilegiis Civitatum*, lib. 2, Cap. 20, §. 48 & 49, p. 452; *Gylman*, Tom. 3 *Symphorem.* Tit. *Frey- und Reichs-Stätt*, §. *Quantum ad hanc*, p. m. 143, *Schwanmann*, de *Jure emigrationis*, Cap. 3, §. 24, p. 29. *Crusius*, cit. Tract. de *Jure detractionis*, Cap. XII, p. m. 267 &c. de *Immobilibus* enim, extra Territorium, quod emigrans deserit, aut ubi defunctus Domicilium habuit, sitis, nihil detrahitur; quia omnia immobilia, & qui eorum loco habentur, regulariter secundum consuetudinem loci, in quo existunt, atque, ex ea ratione, ejusdem Jurisdictionis esse æstimantur, juxta probata, apud *Berlichium* l. c. §. 66, pag. 358; secus tamen fit, ubi emigrans, aut defunctus, ratione hujusmodi bonorum, collectam solverit, quo casu, etiam *die Nachsteuer* exigi posse, tradunt. *Mevius* l. c. §. 17, p. 368; *Klockius*, de *Vectigalib.* Conclus. 63, lit. c; *Besoldus Thesaur. Pract.* voc. *Abschoß*, p. 8, §. *Alias.* Quoad *mobilia contrà* nihil interest, utrum extra Jurisdictionem Domini, sub quo defunctus, vel emigrans, vixit, existant, an non? quia semper personam ejus respiciunt, hæreditatique affixa esse censentur, in tantum, ut, si defunctus alibi Domicilium habuerit, alibique bona ejus mobilia reperiantur, detractio non ad Magistratum loci, ubi mobilia inveniuntur, sed ad Magistratum loci, ubi defunctus vixit, spectet; adeò, ut, si in loco Domicilii jus detractionis non sit in usu, benè verò in loco, ubi bona mobilia jacent, nullus Detractioni locus relinquatur. Vid. *Berlichius* l. c. §. 67, 68 & 69, pag. 358; *Gailius*, lib. 2, *Observat.* 124, §. 16 & 17, p. 546; *Mevius*, ad *Jus Lubec.* l. c.

Cal. April. Civitas *Weissenburgensis* in Nortgovia, à *Ludovico* Bavaro Imp. teste diplomate, apud Dn. *Lunigium* l. c. 49 *Absatz*, Tit. *Weissenburg am Nordgau*, §. 3, p. 614: *Fidelitati vestræ illam gratiam decrevimus faciendam, & facimus per præsentes, quod universi & singuli possidentes, per se, vel alios, in præsentiarum prædia, rustica vel urbana, seu quocunque titulo conquisierint eadem in futurum, in districtu seu Territorio vestro & Oppidi Wissenburgensis, Sturis, & aliis servitiis quibuscunque, Vos & ipsum Oppidum contingentibus, subjaceant, & modo simili vobiscum contribuant & respondeant de eisdem; nullam tamen his, quibus exemptiones & indulta de non solvendis Sturis & præstandis servitiis hujusmodi, per litteras vestras concessistis, per hanc Gratiam nostram, præjudicium volumus generari &c.*

An. 1404, sub dato *Heidelberg*, 16 Junii, Civitas *Wimpina*, à *Ruperto* Imp. teste formula apud Dn. *Lunigium* l. c. 52 *Absatz*, Tit. *Wimpfen*, §. 14, pag. 648: *Auch haben wir den obgenannten Bürgermeister, Rath und Bürgern gemeinlichen, Unser und des H. Reichs Stadt Wimpffen, von sonderlichen Unsern Gnaden, gegünnet und erlaubet ---- das sie, in der Stadt zu Wimpffen, ein Ungelt off sich selber uffsetzen, offheben, und innemmen mœgent, zu eyme gemeinen Nutz derselben Unser und des H. Richs-Stadt Wimpfen, doch ußgenommen, daß sie Pfaffen, und Edelleute, daselbs zu Wimpffen damidde nit beschweren, noch solch Ungelt von In, und iren Gütern, nemen sollent &c.*

An. 1464, sub dato *Neustadt*, *am Montag vor S. Johannis Tag zu Sonwenden*, Civitas *Norimbergensis*, à *Friderico III* Imp. apud *Schilterum*, de *Scriptoribus Rer. German.* inter Diplomata & Documenta historiam hujus Imperatoris illustrantia, p. m. 274, & Dn. *Lunigium* l. c. 35 *Absatz*, Tit. *Nürnberg*, §. 46, pag. 125; inde huc faciunt: *daß die vorgemelten Bürgermeister und Rath der Stadt Nürnberg, und Ihre Nachkommen, alle und jegliche arme Leut, und Hintersassen, in gemein oder insonderheit, so hinter der Stadt Nürnberg, und allen den Ihren, niemand außgenommen, jetzund oder künfftiglich, je zu Zeiten, sitzen, und Ihnen und Ihren zuständen, oder zustehen würden, Steuer auffsetzen, und die steuren sollen und mögen, und die von ihnen einbringen und einnehmen, wie und mancherley weiß das dann, je zu Zeiten, von den vermelten Bürgermeister und Rath zu Nürnberg, und Ihren Nachkommen, angesehen und fürgenommen würdet &c.* Confirmatio *Caroli V.* sub dato *Worms*, 22 Maji, An. 1545, habetur ibidem, §. 79, pag. 165. Conf. Dn. *Wagenseil*, de *Civitate Norimbergensi*, Cap. XXVII. p. 260. *Schilter* l. c. p. 298.

An. 1475, sub dato: *Im Kayserlichen Heer bey Neuß, am Mittwochen nach S. Bonifacii Tag*, Civitas *Hervordensis*, ab eodem Imperatore, apud Dn. *Lunigium* l. c. *in der Fortsetzung des Andern Theils*, IX *Abtheilung*, 7 *Absatz*, Tit. *Hervord*, §. 2, pag. 534: *Daß nun hinführo, zu ewigen Zeiten, alle und jegliche geistliche Personen, von den Häusern, Gärten, Aeckern, Wiesen und andern weltlichen liegenden Gütern, die sie von weltlichen Persohnen, in Erbschafft, Kauff, Ubergab, oder anderer Weise, bißher an sich bracht hetten, oder hernachmahls an sich bringen würden, und in der Statt Hervord Burg-Bann, Feldmarck, oder Gebiet, gelegen waren, den genanten Bürgermeister, Schöpffen und Rath der Stadt Hervord, und ihren Nachkommen, Steuer, Schoß, Wacht, und andere Anschlæge, Beschwerungen, inmassen die Bürger und weltliche Personen pflegen zu geben, auf ihr, oder ihrer Diener, erfordern, reichen und geben sollen --- Hetten auch weltliche Personen weltliche liegende Güter, in der von Hervord Feldmarck und Gebiete, davon sollen Sie auch Schoß, Bede und Steuer, geben, in massen andere Einwohner bey Ihnen &c.* Conf. *Knipschildius*, de *Juribus & Privileg. Civitatum*, lib. 3, Cap. 24, § 24, p. 744.

An. 1482, sub dato *Wien*, 8 Aug. Civitas *Uberlingensis*, ab Eodem Imperatore. apud Dn. *Lunigium* l. c. *im Andern Theil*, 45 *Absatz*, Tit. *Uberlingen*, §. 5, pag. 544: *daß Sie zu Steur der obbestimbten zweyer Reisen, undt nun hiefüran zu ewigen Zeithen, wann, und alß offt sie von uns, oder unsern Nachkhommen ahm Reich, Römischen Kaysern, oder Königen, umb Hülff und Beystand, in Reise, oder ander Weege mehr, erfordert, oder sonst zu denn gemelten Gepawen, oder andern desselben Statt Uberlingen ahnliegenden Nothdürfften, und Beschwehrungen, dürfftig werden, auf alle und jegliche Persohnen, die Ihren, und der Ihren Gerichten, Zwingen, Pennen, und Gebiethen, so sie jetzo haben, oder künfftiglich, in Kauff, Tausch, Satz, oder ander Weise, zu ihren und der obgemelten Statt Handen bringen, underworffen, zugehörig, oder sonst zu versprechen steen, wo die gesetzt sein, zimlich anlegen, und Aufflege thun und machen; solches von dennselben erfordern, einnehmen und auffheben; und die, so sich darwieder setzen, widern, oder darinn ungehorsamb erzeigen würden, bey billichen und zimblichen Pœnen, Straffen und Bußen, deß wür Ihne hiemit Unser Macht und Gewalt geben, darzue zwingen und halten, und zur Gehorsamb bringen mögen &c.*

An. 1560, sub dato *Wien*, 25 April. Civitas *Reutlingensis*, à *Ferdinando I.* Imp. apud Dn. *Lunigium* l. c. 40 *Absatz*, Tit. *Reutlingen*, §. 15, pag. 323: *daß gemelte Bürgermeister und Rath zue Reuttlingen, und ihre Nachkommen, der siben obberürten Dörffer und Wey-*

Weyler, gleichwie Ihre Bürgerschafft, jährlich mit Steuer belegen, berührte Bauerschafft auch solche Steuer zu raichen und zu laisten schuldig und verpflicht seyn sollen &c.

De lite circa hoc jus, inter *Fridbergam* & Judæos, vid. *Staats-Spiegel*, Tom. 3, p. 537 &c. 592, 596 ad 636.

(*c*) IN SUPERIORITATE TERRITORIALI &c. Vid. seq. §. 66.

(63) Collecta hæc, vel est ordinaria, & singulis annis recurrit. *l. un. C. de vacat. mun.* vel extraordinaria, quæ imponitur oriente causa extraordinaria: quarum prima, sive urgentior, est causa belli. (*a*) *Chopp. de trib. th. 69. ap. Fritsch.* Utraque regulariter fit per jugationem, & indicitur, ac præstatur, pro viribus patrimonii, & proinde collecta realis dicitur. *l. fin. C. de Cens.*

NOTA.

(*a*) CAUSA BELLI &c. Durante bello An. 1714, Badæ, in Ergovia, terminato, in Gallia & Anglia, impositis extraordinariis collectis, imponenda fere nomina defuerunt; præter enim duplicatam capitationem, quam Galliarum Rex suis imperaverat, tributum de tota re vestiaria, esculentis, haurienda aqua ex puteis, numero equorum, curruum, infinitisque rebus aliis, exigi jussit. In Anglia, idem factum de fenestris, mortuis terræ mandandis, nuptias celebrantibus, natis &c. exemplis paribus destitutis.

(64) His collectis etiam subjiciuntur forenses, (*a*) Ecclesiæ & Clerici, in alieno territorio bona possidentes; hoc enim casu, magis prædia, quàm Ecclesia, vel forensis, collectantur. *l. 4. §. 2. ff. de Cens. l. 6. §. fin. l. 18. §. 25. ff. de mun. Klock. de contribut cap. 13.* vel est personalis, ac indicitur per capitationem, qua singula territorii capita viritim onerantur, *de qua vide supra.* Observatur hæc, præcipue in Italia, quandoque in Austria; (*b*) Usitatissima est *in Imperio Turcico,* ubi Christiani, pro singulis capitibus, drachmam auri, id est aureum Hungaricum, exsolvunt. *Gail. de Arrest. cap. 9. num. 19.* Vel est mixta & personis imponitur, propter res, tum respectu patrimonii, tum respectu personæ industriæ; *da man auch einem auf seine Hantbierung und Handwerck schlægt. Klock. de contrib. cap. 12. num. 18.*

NOTÆ.

(*a*) FORENSES &c. Forenses, Ecclesiæ, Clerici &c. ratione bonorum, collectari possunt, (1) si extet talis consuetudo, (2) si privilegio id concessum, (3) si præscriptione acquisitum, (4) Si Statutum res ipsas afficiat; (5) si publica necessitas id postulet, (6) si bona in libro censuali descripta reperiantur. Vid. *Gailius*, lib. 2, *Observ.* 52, §. 24. pag. 388. *Richter*, Part. 2, *Decis.* 70, §. 40 & seqq. pag. 13; *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. V, Cap. 4, §. 177 ad 189, p. m. 576 & 577. Conf. *Mevius*, P. 2, *Decis.* 372, p. 291. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* P. 2, Cap. 17, §. 53 & 54, p. 534.

(*b*) AUSTRIA &c. Similiter in Marchia Brandenburgica.

(65) Ad causas (*a*) imponendi collectas, non immerito refertur casus præstandorum alimentorum, si ærarium absque culpa Domini territorii, ita sit exhaustum, ut ea subministrare non possit. *Maul. de homag. t. 7.*

NOTA.

(*a*) AD CAUSAS &c. Pertinet huc locus *Seckendorfii*, præced. §. 62, lit. a, ex ejus *Fürsten Staat*, Part. 3, VIII. Regal, §. 2, pag. 449, allatus.

(66) Regulariter collectæ subditis imponuntur ita, ut inde præsumptio sit pro Superioritate teritoriali. (*a*) *Reinking. 1. Cl. 5. c. 4. n. 169.* An cives propter bona, extra territorium collectantis sita, collectas exsolvere teneantur? quærunt: *Negativa verior est*; (*b*) agri enim tributum in eo territorio levari dicitur, ubi possidetur. *l. un. C. de mulier. in quo loc. 11. 62. l. 4. §. 2 de cens. Boc. de Collect. cap. 9. n. 7.* Civitates tamen Imperii hoc non observant, cum quilibet civis, statis temporibus, omnia sua bona, sive intra sive extra territorium sita juratò in æstimum referre teneatur. *Knipschild. de Civit. Imp. lib. 2. c. 17 num. 54.*

NOTÆ.

(*a*) PRO SUPERIORITATE TERRITORIALI &c. Collectas & contributiones *regulariter* Superioris & Sublimioris dominii atque Eminentiæ symbola esse, late docent: *Vultejus*, *Consil. Marpurg.* Vol. 3, Consil. 35. §. 39; *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2, Cap. 14, §. 21, p. m. 570. *Knipschildius*, de *Jurib. & Privilegiis Nobilium*, lib. I, Cap. XI, §. 56, pag. 204; & lib. 3, Cap. 2, §. 115 & 116, p. 31 &c. nec non, de *Juribus & Privileg. Civitatum*, lib. 2 Cap. XVII, §. 10, p. 415. Hinc Juri Territoriali adhærere censetur earum exactio; Vid. *Meichsnerns*, T. I, Lib. I, *Decis.* 48, n. 10, fol. 856; & Tom. 2, lib. I, *Decis.* VI, §. 24, f. 617; & Tom. 3, *Decis.* I, n. 13 &c. *Rulandus*, de *Commissar.* Part. 4, lib. 2. c. 6. §. 1 &c. *Magerus*, de *Advocatia armata*, Cap. X, §. 183 &c. pag. 465 & 466; *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 2, Part. I, c. 7, §. 453 &c. *Knichen*, de *Sublimi & Regio Territorii Jure*, Cap. 3, §. 325. p. m. 91; *Knipschild*, de *Nobil.* l. c. lib. 3. c. 2, §. 115 p. 31, & de *Civitat.* l. c. §. 9 & 10, p. 415. Dn. de *Lyncker*, Diss. de *Catastris*, Cap. I, §. VI. Quare &, in recognitionem universalis dominii, & subjectionis signum, à subditis exiguntur, *Gailius*, lib. I, *Observat.* 21, §. 9, p. 41; *Reinking.* de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. 5, Cap. 4, §. 169. p. 574; *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 62, §. 11, p. 567; & præstantur; *Knichen* l. c. *Gailius* l. c. *Mager* l. c. §. 184. & 187, pag. 465 & 466, *Knipschild*, de *Civitatib.* l. c. §. 10, pag. 415, & de *Nobilib.* l. c. Lib I. Cap. XI, §. 56, pag. 204, & lib. 3, Cap. 2, §. 116 & 117, p 31; nec *regulariter* imponuntur, nisi ab eo, cui Jurisdictio & Superioritatis Jura competunt: *Magerus* l. c. §. 186, p. 466; *Knichen* l. c. §. 346, p. 94; *Mevius*, Part. VII, *Decis.* 143, §. 14, p. 1104; *Knipschild*, de *Nobilib.* cit. Lib. I, Cap. XI, §. 56, p. 204 & lib. 3, Cap. 2, §. 118, pag. 31; Dn. *Uffenbach*, in *Deductione Solmensi, contra Monasterium Arnsburg*, in causa *Exemptionis* &c. pag. 151; Dn. *Kolbius*, Abbas *Arnsburgicus*, in *Aquila Certante*, Confutat. Signi Solmensis XXXI, Art. I. pag. 151 & 152, quamvis axioma hoc ad solas ordinarias collectas restringat. Sic & collectarum præstationem probans fundatam Superioritatis intentionem habere dicitur: *Hieronym. Schurff*, Vol. I, Cons. 59; *Reinking*, l. c. Et Collectarum solutio non minus inter subjectionis tesseras refertur; ac jus eas imponendi, superioritatem & dominium arguit; Vid. *Mascardus* de *Probationibus*, Vol. 2, *Conclus.* 948, §. I &c. p. m. 753 & 754, *Magerus* l. c §. 187, ibique allegati; *Knipschild*, de *Civitatib* cit. Lib. 2, Cap. XVII, §. 11 & 12, p. 415; & de *Nobilib.* cit. lib. 3, Cap. 2, §. 117, p. 31. Pari ratione onerum collectarumque fundamentum in Superioritate & Jurisdictione quæritur; *Magerus* l. c. §. 180; *Knipschild*, de *Nobilib.* l. c. §. 116, p. 31, ibique citati; & de *Civitatib.* l. c. §. 10, p. 415. Quare & Collectatio actus Jurisdictionalis audit; *Reinking* l. c. ibique allegati. Quæ his opponi queant, extra regulam sunt, & proinde probanda.

(*b*) VERIOR EST &c. Minimum æquior; ne alicui, ob eandem rem, duplex onus ferendum imponatur; quod iniquum, juxta tradita à *Mevio*, Part. 2 *Decis.* 72, §. 8, p. 155 & 156, & *Decis.* 372, §. 17, p. 292; & alias facile contingere posset; inspicienda vero hic locorum Statuta, Pacta, Conventiones, Privilegia, consuetudo.

(67) Qui collectas imponit, etiam immunitatem à collectis præstat: & hæc immunitas, concessa regulariter personalis est, & ad casum insolitum necessitatis, & temporis belli, extendi non debet. *l. 10. C. de SS. Eccl. Klock. de contrib. cap. 19. num. 519.* Nisi (1.) in genere de omni casu necessitatis cogitatum fuerit, tempore concessionis. (2.) Nisi quis titulo oneroso, puta pretio, vel propter servitia, immunitatem hanc acquisiverit, vel alias illa, ex contractu, proveniat; contractus enim necessitatem præstationis habent, etiam in summi Principis persona. (*a*) *cap. 1. X de probat. Tabor, de metat. P. 3. Sect. c. 1. num 14.* (3.) nisi privilegium immunitatis in Corpore Juris clausum sit, exempli gratia, propter numerum liberorum. Immunis tamen à collectis *ne quidem ipse* Dominus territorii est, si prædia allodialia, huic oneri subjecta, à privatis compareт; bona enim suam retinent qualitatem, (*b*) quam emptor bonorum rusticorum variare non potest. *l. 2. C. de Privileg. Domus Augustæ.*

NOTÆ.

(*a*) PERSONA &c. Vid. præced. Tit. XVII, §. 66, lit. c, §. 69, lit c, & §. 72, lit. c & d.

(*b*) QUALITATEM &c. Nisi, ubi contrarium usu venit, v. g. in Ducatu Barrensi Lotharingiæ, ubi fundi & terræ fortunam possessorum sequuntur, ita, ut feudum nobile, censuale fiat, quoties possessor ejus homo censualis est; viceque versa, ager contributionibus obnoxius, liber evadat, quamdiu ab Homine libero possidetur. Alias, & regulariter quidem, res transit cum onere; nec habetur ratio possessoris, sed respicitur unice ad rei naturam. Vid. *Reinking*, de *Regimine Secul. & Eccles.* lib. I, Class. V. Cap. 4,

Cap. 4, §. 185 ad 189, pag. 577; in Dicasterio *Giessensi* haud semel pro rusticis, bona Nobilia libera comparantibus, in causa immunitatis ab oneribus mere realibus, bonis istis annexæ, pronunciatum fuisse, docens.

(68) Si tamen Princeps hoc velit, & tali prædio immunitatem concedat, hoc cæteros Cives onerare non debet. (a) Privilegium enim uni concessum, non debet redundare in alterius præjudicium. Vid. late *Klockius, de Contribut. Cap. XVI,* §. 33. *Walther de Metatis, c. 8. Q. 28.*

NOTA.

(a) NON DEBET &c. Quælibet enim privilegia, *salvo jure tertii,* data intelliguntur; vid. præced. Tit. XVII, §. 68, lit. a. Nec ultra modum possessionum suarum, quis prægravari potest collectis; *Klockius* de *Collectis,* Cap. XVII, §. 5; *Mevius,* Part. 3, *Decis.* 216, §. 4 & seq. p. 391; Dn. *Multzius, Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XVII, §. 1, v. 99 & seqq. pag. 538.

(69) Huc referuntur onera Accisiæ, (a) vulgo, *Accis und Ungeld,* (b) quæ, vi Eminentis Dominii, (c) imponuntur, vino, cerevisiæ, carnibus, & omnibus istis, qui tabernas publicas instituunt, *das Ungeld, Zapffen-Geld, Tavernen-Geld, einzuziehen, zu erhœhen, etwas auf das Fleisch zu schlagen, Accis auflegen,* quæ omnia, sub vocabulo Gabellarum, contineri solent.

NOTÆ.

(a) ACCISIÆ &c. An. 1691, prodiit Servestæ, Tract. sub Tit. *Entdeckte Gold-Grube in der Accise, das ist: Kurtzer, jedoch gründlicher Bericht von der Accise, daß dieselbe nicht allein die allerreichste, sondern auch politeste, billichste, und nützlichste, ja eine gantz nöthige Collecte sey &c.* Dn. Autor se vocat *Christianum Teutophilum.* Totum fundamentum ejus nititur sumptibus, ad necessariam Provinciæ tutelam requisitis; conclusio est: Quia omnes subditi & incolæ alicujus Provinciæ tutela illa gaudent; ergo & ab omnibus sumptus ejusmodi, pro rata, exigi possunt. Hinc, pag. 14 &c. porismata quædam præmittit, veluti:

(1) *Die Accise muß alle Einwohner eines Landes, so nur das Leben haben, betreffen, damit hierdurch denen wenig begüterten, so sonst mit der Contribution allein belegt sind, die Last erleichtert, und also die Reichen nicht studio arm gemacht werden*

(2) *Die Accise muß von keiner Sache erhoben werden, davon der Besitzer seiner Nahrung, Nutzen und Profit suchet, damit die Leute zu handeln und wandeln, und hierdurch, was vor sich zu bringen, nicht abgeschreckt werden; sondern, von lauter Dingen, da der Besitzer ohne dem Geld zu verthun Lust hat, damit er von der Verschwendung abgehalten werde.*

(3) *Die Accise muß nicht auf solche Dinge gelegt werden, so in demselbigen Land ohne dem theuer, und nicht zu entbehren sind; dahingegen kan sie,* pro ratione status, *auf solche Dinge gelegt werden, so sonst gantz verächtlich, wohlfeil, bloß zu dem Ende, damit dieselben zu einem rechten und Mittel-Preiß, durch die Accise, gebracht werden, v. g. wan das Mehr gar zu schand-wohlfeil; Item, wan das Holtz gar zu wohlfeil, in einem Lande wäre.*

(4) *Die Accise muß bey den Einwohnern eine durchgehende Sparsamkeit und Fleiß, als das rechte* Fundament *zum Reichthum, und Aufnehmen der Commercien, verursachen; weilen die Sparsamen sich,* ipso facto, *davon größten theils müssen befreyen können, und die Verthulichen sich selbst würcklich dadurch bestraffen.*

(5) *Die Accise muß grosse Summen Geldes aufbringen, und doch die Unterthanen nicht enerviren; indem sie das* Contingent, *bey lauter Pfenning und Groschen, zusammen trägt.*

(6) *Die Accise muß, ohne alle* Execution *und Zwang, von den Einwohnern, gantz freywillig, der Obrigkeit bezahlt werden.* Quibus præmissis, annectit, pag. 15, hanc definitionem: *die Accise ist eine solche Collecte, da alle Einwohner eines Landes, so nur das Leben haben, nicht von ihrem Gewinn und Erwerb, sondern von ihrer* Consumption, *das ist, solchen Mobilien, welche sie, zu ihres Lebens und Leibes Nahrung und Nothdurfft, auch anderer Bequemlichkeit, würcklich verbrauchen, meistentheils bey deren Einkauff, den vierten, fünfften, oder sechsten Pfenning, des Kauff-Pretii, der Obrigkeit, ohnwissend, und also gantz freywillig, und ohn alle* Execution, *abstatten, dadurch, ohne Ruin und Enervirung der Unterthanen, eine grose Summa Gelds einzeln zusammen gebracht, die Leute zu einer durchgehenden Sparsamkeit und Fleiß getrieben, und hierdurch die Commercien befordert werden &c.*

Verum licet sit, Territorialis Jurisdictionis vigore,

gore, competere Statibus Imperii, Immediatæque Nobilitati, ad sustinendos eo facilius sumptus publicos & onera, in communem tutelam eroganda, jus imponendi & exigendi, de esculentis pariter ac potulentis, reque vestiaria, certam gabellam, (quæ alibi: à *dando*, *Datia*, seu *Dacia*, vocatur, vid. *Petrus Friderus*, Mindanus, de *Mandatis*, lib. 2, Cap. 42, §. 3, v. 15, pag. 237; *Mylerus*, de *Principibus & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 65, §. 1, pag. 590; *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum Imper.* lib. 2. Cap. XIX, §. 2, p. 436; & de *Juribus & Privileg. Nobil.* lib. 3, Cap. VI, §. 56, p. 15; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Ungeld*, p. 480, §. *In gabellis &c.* & §. *Gabella*, & §. *Datio Vini &c.* Alibi, ab *imponendo*, *Impost*, sive *Auflage*; Vid. *Gothofred. Engelbard*, de *Vectigal.* Concl. 3, lit. a. *Knipschild*, de *Civitat.* l. c. §. 3. p. 436. & de *Nobil.* l. c. Modo, à *licentia*, *Licent*; vid. *Knipschild*, de *Civitatib.* l. c. & de *Nobil.* l. c. Modo, *Accesia*, vid. *Knipschild* ll. cc. *Dietherr* ad *Besoldum*, *Thesaur. Pract.* voc. *Umgeld*, pag. 966; Modo *Gabella*, in specie sic dicta, à voce *Gabe*; vid. *Joh. Bertachinus*, Tr. de *Gabellis*, in *Prælud.* §. 3; *Petrus Friderus*, l. c. *Knipschildius* ll. cc. Modo, *Accisia*, *Assisia*, *Assassisia*, *Zissa*, Gall. *Assise*; sive ab *abscindendo*, juxta *Besoldum* l. c. voc. *Umgeld*, p. 966, ubi: *Dicitur Accis, weil es von dem erkaufften Gut geschnitten wird &c.* Conf. *Klockius*, de *Contribut.* Cap. I, §. 310, p. 29; sive ab *accidendo*, seu imminuendo; sicut *res accisæ*, id est, imminutæ, apud *Livium* XXI, c. 25; vid. *Myler* l. c. §. 2; sive ab *assidendo*, quod exactores hujusmodi gabellæ plerumque, in locis ubi exigitur, assideant, seu considеant. Vid. *Petrus Friderus* l. c. §. 15 & 16, pag. 237; *Knipschild* ll. cc. Modo *Umgeld*, *Ungeld*, It. *Umbgeld*, sive, *weil es umbgelegt wird*; vid. *Klockius* l. c. *Knipschild*, de *Civitat.* l. c. §. 4, pag. 436, & de *Jurib. Nobil.* l. c. §. 57, pag. 15; sive, quasi *Omen-Geld*; *weil es gemeiniglich auf einen Ohmen, oder Aymer, Weins, oder Faß Bier, gelegt wird*; vid. *Wehner* l. c. pag. 479; *Knipschild*, de *Civitatib.* l. c. sive, *vom Umbgehen in die Schencken*; ita *Wehnerus* l. c. pag 480, §. *Solet etiam*, vocis *Umbgelt* memor: *Videtur hoc posterius derivari von dem Besuch der Wirtshäuser, oder, vom Umbgehen in die Schenck-Stette, nach der Wein-Klocken, als des Abends, zu gewisser Stund, die Glocken geleut, und welcher Bürger, über solche Zeit, im Wirtshauß bey dem Trunck betretten, deßwegen umb etlich Gelt gestrafft wird &c.* sive, quod gabella hæc sæpius *sine pecunia* solvatur, quasi *ohn Geld*; pariter ac hominem ferum, *einen Unmenschen* appellamus; modo, specialius: *Tabernen-Geld*; *Zapffen-Geld*; *Bier-Steuer*; *Fleisch-Geld*; *Frucht-Geld*; *Mahl-Geld &c.* Vid. *Wehner* l. c. voc. *Schatzung*, pag. 427, §. *Nam & Steuer &c.* & voc. *Ungelt*, pag. 480, §. *Alias*, & §. *Gabellæ &c.* *Mylerus* l. c. Conf. *Consil. Argentor.* Vol. I, Consil. 2, §. 1 &c.) qua (1) gulosi ab intemperantia & otiosi à segnitie abstrahuntur. (2) Opifices sedulam excolendæ arti operam navare tenentur, nisi aliis postponi ament; *dan, indem einer was gewinnen will, muß er, nach* proportion, *Leute haben, die ihm zu seinem* Propos *dienlich; diese nun, ohne seinen* Ruin *zu unterhalten, muß er sich, nach Möglichkeit, befleißigen, gute Arbeit zu machen, umb viele Kunten zu bekommen, und folglich, durch die Menge seines Verlags, seinen* Profit *zu erwerben*; (3) Fastus temperatur, ob tributum pannis pretiosis tacite impositum, (4) Bona immobilia pinguiora redduntur &c. attamen caute tamen procedendum, ne, æquitatis titulo, summa iniquitas introducatur. Olim minimum vetabant Jura gabellam iis rebus irrogari, quibus nemo carere poterat, veluti: esculentis, potulentis, aliisque consumptibilibus, ad quotidianum vitæ usum summopere necessariis, adeo, ut nec Statutum, nec consuetudo, in contrarium, valerent, arg. L. 5 C. de *Vectigalib.* (Lib. 4, Tit. 61) *Consil. Argentorat.* Vol. I, Consil. 2, §. 52; *Sixtinus* de *Regalib.* lib. 2, Cap. VI, §. 128 & 129, pag. 343 & 344; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, cit. Lib. 2, Cap. XIX, §. 12, p. 437; *Mylerus* l. c. §. 6, pag. 593 &c. magna profecto circumspectione opus est, ubi æquale onus Civibus & peregrinis, divitibus & pauperibus, doctis, Exemptisque, & operariis, Clericis & Laicis, ægrotis & integra valetudine gaudentibus, imponitur, quo minus æquitati & Justitiæ fiat injuria; justi & æqui regulis suadentibus, diviti, v. g. pro tutela tot bonorum, quibus in Civitate abundat, plus oneris indicendum, quam egestate pressis, nullas possessiones habentibus, qui plerumque amplam adhuc familiam sustinent, & vix, opera manuum, quotidianum panem lucrari queant; ne dicam, pauperes, exacta de cibo & potu gabella, deterioris plane conditionis fieri opulentis, eo quod hujusmodi res consumptibiles emere cogantur, quæ ditioribus ex propriis bonis affluunt. Ast nefas, quemquam ultra modum possessionum suarum conveniri, arg. L. 2 & 3, C. de *Annonis & Tributis* (Lib. X, Tit. XVI) conf. *Knipschild* l. c. §. 13 & seqq. pag. 437. *Mylerus* l. c. add. seq. §. 70, lit. e.

(*b*) UNGELD &c. Quæ Gabella propriè cauponaria dicitur, quippe quæ regulariter non nisi de vino & Cerevisia pendi solet, & quidem sine ære; nam, ut *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Ungeld*, p. m. 966, ait: *Est vectigal, sive Accisia vini, welches, in etlichen Orten, wie zu Augspurg, Ulm &c. auf allen Wein*

Wein geschlagen wird, den man austrinckt. In etlichen Orten, geben nur die Wirth, und welche Wein außschencken, ein Umgeld: und ist die Schenck-Maß desto kleiner, also, daß solche Beschwerden nicht den Wirth, oder den Schencken, sondern den Gast, oder deme so Wein vom Zapffen kaufft, treffen thut. In etlichen Orten ist das Umgeld die zehend, in etlichen die dreyzehend Maß. Nec aliter *Wehner* l. c. voc. *Ungelt*, pag. 480 §. *Est gabella &c. Knipschild* de *Jurib. & Privileg. Nobil.* lib. 3, Cap. VI, §. 58, pag. 16. Hinc fortè repetenda *nominis* (quod in Privilegio *Adolphi*, Holsatiæ Comitis, an. 1190 Civitati *Hamburgensi* dato, præced. Tit. XV §. 1, lit. a, ad h. a. prima vice; deinde, an. 1301, in Diplomate *Spirensi*, præc. Tit. 4, §. 6, lit. a, ad h. t. pag. 494, offendi,) ratio, quasi Gabella hæc *sine pecunia* solvatur. Vid. præced. lit. a.

(*c*) EMINENTIS DOMINII &c. Vulgaris regula est: *Wem die Land- und Reichs-Steuren, sampt andern Regalien, zugehören, derselbe zeucht auch billich die Ungelt, oder Tapfernengelt, ein, und hat die Macht, Tafernen abzuschaffen, und zu enturlauben.* Ita *Wehner* l. c. §. *Alias.* Conf. *Besoldus* l. c. pag. 966, §. *Qui jus collectandi &c. Mylerus* l. c. §. *Vi Territorialis &c.* p. 590 & 591; *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. XIX, §. 21, pag. 439. Non semper tamen annumerandum hoc jus Regalibus, exinde patet, quod & multi Nobiles in pagis suis, & Municipia, gabellæ hujus exigendæ, sive jam ex privilegio, sive ex conventione, immemoriali præscriptione, seu consuetudine, aliove titulo valido, jure fruantur. Vid. *Rulandus*, *Decis. Controv. Jur.* Quæst. XII; *Klockius*, de *Contribut.* Cap. 1, §. 309, p. 29, & Cap. 3, §. 123, p. 67; *Wehner* l. c. pag. 480, §. *Datio Vini &c. Besoldus* l. c. §. *Datia Vini &c. Mylerus* l. c. §. 7, pag. 593; *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitat.* l. c. §. 26, 27 & 28, p. 439, & de *Jurib. Nobil.* l. c. §. 58, pag. 16. Sæpius tamen privativè competit Dominis Territorialibus. Vid. *Wehner* l. c. pag. 479, §. *vocatur etiam &c.* hocque respectu, refertur inter Regalia, & Jurisdictionis fructus. Vid. *Knipschild*, de *Jurib. Civitat.* l. c. §. 23, 24 & 25, p. 439, ibique citati.

(70) Hæc onera, quoniam subditos principaliter concernunt, & ad forenses, (*a*) tantum per consequentiam, pertinent, ideoque, absque Imperatoris consensu, exigi, imponi, vel augeri, ad similitudinem collectarum (*b*) possunt, (*c*) secus quam vectigalia, (*d*) de quibus supra dictum est; quia hæc onera divites & pauperes æqualiter gravant, ideo non facile (*e*) introducenda sunt, & in bene constitutis Rebuspublicis semper odiosa (*f*) habita fuerunt. *Job. Gutierez, de Gabell. Quæst. 3.*

NOTÆ.

(*a*) AD FORENSES &c. Quod Gabellæ etiam Forensibus imponantur, argumentum est, eas & inter Regalia referri posse. Vid. ex *Bertachino*, de *Gabellis*, P. 7, §. 5 &c. *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. XIX, §. 23, p. 439. Conf. *Klockius*, de *Contribut.* Cap. V, §. 167, p. 142.

(*b*) COLLECTARUM &c. A Collectis, ad Gabellas, viceque versâ, validè argumentum duci, probant *Bertachinus* l. c. Part. IX, n. 10 & 11, *Besoldus Consil.* 234, n. 2. *Knipschild* l. c. §. 20, pag. 438; utut alias Gabellæ in multis à Collectis differant, cum *hæ* principaliter personis, *illæ* verò rebus: *hæ* extraordinariè, *illæ* ordinariè: *hæ* Civibus & subditis, *illæ* etiam forensibus, imponantur. *Klockius* l. c. Cap. V, §. 155 &c. p. 141 &c. & §. 170 & 171, p. 143; *Knipschild* l. c. pag. 439, §. 21.

(*c*) POSSUNT &c. Gaudent sanè Status Imperii jure condendi Statuta. Vid. *Knipschild* de *Civitat.* l. c. §. 25, pag. 439; ad præced. Tit. XVII, §. 3 & seqq. de hoc tamen aliquid dispositum in Comitiis Ratisbonensibus, An. 1576; vid. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, p. 486.

(*d*) VECTIGALIA &c. de horum institutione, vid. cit. præced. Tit. 4, §. 6, lit. a, pag. 486 &c.

(*e*) NON FACILE &c. Eo quod (1) nullam pauperum rationem habeant, sed eos pari passu cum divitibus ambulare faciant, licet illi Principis tutelâ saltem respectu vitæ, hi verò tam quoad vitam, quam bona & thesauros, fruantur, (2) pauperes viduæ, prægravi liberorum sarcina satis jam onustæ, pro sustinenda vita, plus hac ratione ad publicos sumptus conferre cogantur, quam divites, quæ sæpius unicâ ancillâ, & forsan Corporis bonorumque Curatore, contentæ, omne tempus recondendis usuris impendunt; (3) annonæ caritas, tacitè hoc modo introducatur (4) Commercia non parum impediantur; nam si incolæ peregrinis aliquid vendant, propter hoc ipsum onus, majus pretium exigunt, quam alibi, ubi ejusmodi gabella non penditur; ex quo evenit, ut peregrini loca quoque frequentare ament, tali oneri non subjecta, insigni commerciorum detrimento; (5) Immunitate regulariter gaudentes personæ, v. g. divini verbi Interpretes, Principum Ministri, Academiarum Scholarumque Doctores, Professores & Præceptores &c. pari censu cum tributariis

tariis habeantur; (6) Peregrinantibus itinera difficiliora reddantur; (7) Præsidiariis, aut transeunti militi, omne solatium ferè recreandi animi adimatur, quippe qui, rebus etiam abundantibus, ægrè vitam sustentare valent &c. vid. *Knipschild* de *Civitatib.* l.c. §. 13 & seqq. pag. 437 & 438; præsertim *Fritschius*, de *Regali Viarum publicarum Jure*, Cap. IX, §.21, Part. I. *Variorum Tractatuum Juris Publici*, pag. 532, ubi: *Non minus odiosa ac perniciosa sunt Accisiarum onera; denn, durch Accisen, werden die Handlungen gleich als aus dem Lande gejagt; alle Nahrung, so aus derselben, als einer reichen Brunnquehl, über alle Innwohner fleußt, abgeschnitten; die Stätte verwüstet; den Obrigkeiten ihre Intraden geschmählert; die Handwercker ins Armut gesetzt, und zugleich der Landmann, welcher, nicht weniger denn Jene, von den durchgehenden Kauff- und Fuhr-Leuten seinen Nutzen hat, in Nachtheil und Abnehmen gestürtzt &c. uti pluribus, in Conventu Dresdensi, An. 1657, Serenissimo Electori Ordines Provinciales demonstrarunt.* Conf. præced. §. 69. lit. a. Contrarium nihilominus defendit laudatus Dn. Auctore *der Entdeckten Goldgrube in der Accise*, §. 24. pag. 50, ex ratione, *weil (1) die Reichen mehr consumirten, als die Armen;* consequenter *auch mehr Accise geben müßten; (2) die Accise die Armen, nicht qua tales, sondern als Menschen, die den Schutz geniessen, betreffe, und es folglich (3) unbillig fallen würde, wenn die Reichen, vor ihren Schutz, mehr als die Armen, geben solten &c.* Quid autem juvant argumenta, ubi, more Seculi, pro ratione Potentum stat voluntas, nec fundamentales Leges, Transactiones, Pacta conventa &c. amplius valere dicuntur, quam Rationi Status id conducat: ô Felicem Populum, cui Deus Rectorem Pium, Æquum & Justum dedit!

(*f*) ODIOSA &c. Vid. *Knipschild*, de *Jurib. Civitatum*, l. c. §. 14, pag. 437. *Myler*, de *Principibus & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 5, §. 6, pag. 593; *Fritschius* l. c. Conf. præced. §. 69. lit. a.

(71) Ultimo loco huc referimus *Jus fisci (a)* vi cujus Princeps, (*b*) ex bonis privatorum, commodum capit & sibi vindicare potest (1.) bona vacantia (*c*) & caduca, (*d*) *erblose Güter*, quæ bona tandem, h. e. nullis omnino heredibus ab intestato existentibus, ad fiscum redeunt cum suo onere, (*e*) ita ut fiscus debitoribus, ob defuncti æs alienum satisfacere debeat, *l. 11. ff. de jur. fisc. l. 7. C. de distr. pign. l. 6. §. si fisco f. ad SCtum Trebell.* (2.) bona ereptitia, quæ indignis auferuntur, *(f)* v. g. si quis aliquem testari prohibuerit, aut coëgerit. *Klock. de ærar. l. 2. c. 38.* Si maritus tamen uxorem occiderit, partem hereditatis, marito forte testamento uxoris datam, retinebunt (*g*) heredes uxoris, ab intestato venientes; in dubio enim contra fiscum pronunciandum. *l. 10. ff. de jur. fisci.* (3) Fisco cedunt bona, *propter majora* delicta, proscriptorum & damnatorum (*h*) e. g. propter crimen læsæ Majestatis, tam divinæ quàm humanæ. *Constit. Crim. Caroli V. art. 134.*

NOTÆ.

(*a*) JUS FISCI &c. De hoc Jure, integer Titulus reperitur, in Corpore Juris, scil. Tit. XIV, Lib. 49 ff. de *Jure Fisci*. Huc insuper faciunt: Tit. I, Lib. X, C. de *Jure Fisci*, & Tit. VIII, de *Fiscalibus Usuris*; *Matthæus de Afflictis*, in *Enumeratione Privilegiorum Fisci*, Basil. 1550; *Marcus Antonius Peregrinus*, de *Juribus & Privilegiis Fisci*, Colon. 1588, 8vo & 1663, 4to & 1695, 4to. *Antonius Oliva*, de *Jure Fisci*, Barcinonæ, 1600, 4to. *Stephanus Guazzinus*, de *Confiscatione bonorum*, *Privilegiis & Præscriptionibus Fisci*, Francof. 1614, 4to. *Alexander Turaminus* de *Jure Fisci* Venet. 1623, *Franciscus Curtius*, Francof. 1610; *Franciscus Lucanus & Martinus Garatus*, qui Tomo XII *Tractatus Tractatuum*, extant, aliique, Dn. *Struvio*, in *Selecta Juris Bibliotheca*, §. 52, p. 180, laudati. De *Actibus Fiscalibus*, vid. Disp. *Georgii Reich. Hammeri*, Altorf. 1674; nec non *Zachariæ Dœring*, Disp. Inaug. de *Jure & Privilegiis Fisci*, Jenæ, 1678; *De concursu dotis & Fisci*, Disp. Dn. *Friderici Jacobi Bartholdi*, Francof. 1686. Dn. *Berger*, Tr. de *Jure Fisci*, *in Dubiis quæstionibus*. Add. *Joh. Otto Tabor*, *Thesaur. Locorum Communium*, Lib. VI *Axiomatum*, Cap. XVIII, de *Fisco*, p. m. 520, *Joh. Calvinus*, in *Lexico Juridico*, voc. *Fiscus*, p. m. 377 & 378. *Arnoldus* de *Reyger*, *Thesaur. Juris*, voc. *Fiscus*, p. m. 665 &c. *Du Fresne* Glossar. voc. *Fiscus*, p. m. 453 &c. *Spelman*, Glossar. voc. eadem, p. m. 232 &c. *Hofmannus*, in Lexico, voc. ead. p. m. 734; *Gailius*, lib. 1, *Observat.* XX p. 38 & 39; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Confiscation*, p. m. 161 & seqq. Idem, de *Regalibus*, Cap. IX; *Knipschildius*, de *Jurib. & Privileg. Nobilium*, lib. 3, Cap. 4, §. 268 & seqq.

seqq. p. 161 &c. & de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. XV, pag. 385 & seqq. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2, Cap. VIII, IX, X, XI & XII; pag. 412 ad 530; *Einsiedel*, de *Regalibus* Cap. 3, pag. 348, ad 486; *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. XXVI ad XXXI, pag. 131 ad 159; *Henricus Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 8 & seqq. *Rumelinus in Auream Bullam*, Part. 3, Dissert. 3, §. 28 & seqq. ad 32, pag. 784 &c. ibique *Mylerus in Additionibus*: Idem *Mylerus* de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 68, p. 603 & seqq. *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, *Conclus.* 52 &c. *Borcholt* de *Feudis*, ad 2. F. 56, *Quæ sunt Regalia?* *Vultejus* de *Feudis*, Lib. I, Cap. V, §. 8. & seqq. p. 73 &c. *Wilhelmus Becker*, Synops. *Juris Imperii Romano-Germanici*, Cap. 4, pag. m. 164 & 165; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. XV, §. 11, pag. m. 952 &c. Illustr. *Schützius*, Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. XIX, pag. 388 &c. Illust. *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XXI, pag. 447 &c. Interpretes Juris Publici reliqui; Commentatores itidem in Tit. XIV, lib. 49 ff. ut & in Tit. 1, Lib. X Codicis; nec non in 2 F. 56. Dn. *Christianus Fridericus Bartholdi*, Diss. Inaug. de *Necessitate edendi Titulum possessionis*, Præside Ill. Dn. *Stryckio* An. 1688, mens. Mart. habita, Cap. 3, §. 87 & seqq. apud Dn. *Frise*, Part. 3 *Juris Domanialis*, pag. 145 &c. Alii.

De Etymologia, inquit S. *Augustinus*, Tom. VIII operum, *in Psalm. 146*, p. m 1703: *Fiscus*, *scitis, quid sit? Fiscus Saccus est*, *unde & Fiscellæ, & Fiscinæ, dicuntur.* Eadem profert *Isidorus*, lib. 20 *Originum*, Cap. 9; nec aliter *Papias*: *Fiscus*, *saccus est publicus*, *unde Fiscina & Fiscella.* In eandem rem scribit *Gailius*, Lib. I, *Observat.* XX, §. 3, pag. 38, ad *Cujacium* in L. 1 C. de *Jure Fisci*, & *Budæum*, ad Tit. C. de *Officio Quæstoris*, provocans: *Fisci verbum à fiscis dictum est, id est, sportulis; nam Fiscum interpretantur esse cophinum, sive sportam, ut docet Ausonius, his verbis: Sportæ, sportulæ, Sporrellæ, munerum sunt receptacula. Fisci, fiscinæ, fiscellæ, sunt utensilia, ad majoris summæ pecunias capiendas. Unde, quia major summa est pecuniæ publicæ, quam privatæ, factum est, ut Fiscus, pro pecunia publica, & inde confiscare, dicatur &c.* Sic & *Spelmannus* l. c. *Fiscus enim sporta, quallus, clitella, quibus, dum non sufficeret marsupiorum angustia, ad capiendos Principis nummos; usi sunt veteres, & itinerantes secum deferebant &c.* Add. *Reyher*, in *Thesauro Latinitatis*, *voc. Fiscus*, p. m. 1013; *Faber*, in *Thesauro* voc. ead. p. m. 908 & 909; alii; minus ad rhombum *Reyger*, in *Thesauro Juris*, voc. *Fiscus*, §. 244, p. m. 665 & 666: *Fiscus dicitur, quasi fixus, firmus & stabilis, quod semper sit solvendo &c.*

Varias vocabuli hujus acceptiones exponunt: *Du Fresne* l. c. *Spelman* l. c. *Faber* l. c. *Hofman* l. c. *Reyher* l. c.

(*b*) PRINCEPS &c. Indistinctè Statibus Imperii, aliisque Superioritate Territoriali gaudentibus, competere hodiè *Fisci* jura, (olim non nisi ex Privilegio speciali, aut præscriptione, accersita,) auctoritate Capitulationis *Leopoldi* Imp. Art. XXVII, verb. *keines Wegs aber dieselbe zum Keyserlichen Fisco einziehen &c.* & mox. *denen, mit den Juribus Fisci belehnten, oder dieselbe sonsten, durch beständiges Herbringen, habenden Churfürsten, Fürsten und Ständen, unter welcher Obrigkeitlicher Bottmäßigkeit sie gelegen, nicht entziehen, sondern die Lands-Obrigkeiten, oder Dominos Territorii, mit deren Confiscirung, gewähren lassen wollen &c.* (quæ in Capitulatione *Josephi*, Art. XXVI & *Caroli VI*, Art. XXI, repetuntur) probari posse, tradunt *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, l. c. §. 1, p. 604; Ill. *Seckendorffius*, *im Fürsten-Staat*, Part. 3, IX Regal, §. 1, in fine, p. m. 463; *Klockius*, Consil. XXII, §. 59 &c. Ill. Dn. *Rhetius* l. c. §. 1, p. 447; Dn. *Hornius*, *Jur. Publ. Prudentia*, Cap. 60, §. 15, p. 658; &c. Imò omnibus merum Imperium habentibus ea vindicant: *Natta*, Consil. 659, §. 1, aliique plures, Dnn. *Kolbio*, in *Aquila certante*, *Confutat. Signi XVII Solmensis*, §. 2, pag. 193; & *Rudingero*, Centur. I *Observat.* 95, §. 1, p. m. 592, laudati; Conf. Ill. *Coccejus*, *Prudent. Jur. Publ.* Cap. 23, §. 50, pag. 379; Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. XV, §. 4, v. 143, p. 505; Dn. *Gribner*, in *Selectis Opusculis Juris Publici*, Tom. 1, Sect. 4, §. 18, pag. 135 & 136; Dn. *Schweder* l. c. Part. spec. Sect. 2, Cap. 15 §. 11, p. 952, &c. &c. nihilominus omni fundamento destitui non videntur, qui thesin hanc non ita dilucidè ex dictis Capitulationibus deduci posse arbitrantur, ut nihil in contrarium proferri queat; etiamsi & *Instrum. Pac.* Art. VIII, §. 4, cautum sit: Statibus Imperii *Privilegia* quoque *confiscandi* rata & intacta manere debere; cum fundamentales hæ Leges omnes non nisi eorum Statuum, qui Fisci Jurium, vel ex speciali privilegio, vel inveterata consuetudine, seu præscriptione, redditi participes, mentionem faciant; id quod vel ipsi Electores, in *Resolutione*, sub dato *Regenspurg*, 12 Aug. 1630, apud *Lundorpium*, Tom. IV *Act. Publ.* Lib. I, Cap. XVII, §. VII, p. 72, & *Limnæum*, ad *Capitul. Ferdinandi III*, Art. XXVIII, verb. *Nicht einziehen*, p. 716, haud obscurè innuant, ibi: *Es wollen auch die Hochlöbliche Churfürsten, und die Churfürstliche*

liche Herren Gesandten, nicht verhoffen, können sich dazu auch nicht verstehen, daß denjenigen Standen des Reichs, so mit dem Kayserlichen Fisco belehnet, in denen Nutzbarkeiten, vielweniger den Chur-Fürsten, in Crimine L. M. an wircklicher Bestraffung Ihrer ungemittelten Unterthanen und Landsassen, einiger Eingriff, den Rechten, und Reichs-Abschieden, auch Ihrer Kayserl. Maj. selbst eigenen Avocatoriis zu wieder, geschehe: Zumal weil eben derjenige Fiscus, davon Lex. Quisquis; (L. 1, C. de Petitionibus Bonorum sublatis, Lib. X, Tit. XII) *Meldung thut, den Standen, gleich andern Hohen Regalien, und Oberkeitlichen Rechten, gäntzlich und privativè, eingeräumt und übergeben worden, dessen Sie auch billich, ungehindert männiglichs &c. geniessen sollen &c.* Vid. Dn. *Nitzschius*, ad *Capitul. Josephi*, Art. XXVI, §. 3, pag. 475. Enimverò, cum non reperiatur Status, Superioritate Territoriali gaudens, cui Fisci jura, sive ex privilegio, sive immemoriali praescriptione, aut *ex* pacto, hodie non competant, priori sententiae meritò inhaerendum, donec probetur, Fisci jus excludi à reliquis, quae Status Imperii, *Superioritatis Territorialis* virtute, usu in Germania recepto, sibi vindicant; Secus dicendum, ubi de *Civitatibus municipalibus* sermo est; hae enim Fisci jura regulariter non habent, *Mevius*, Part. V, Decis. 379, §. 6, p. 842; quia ad Regalia pertinent, quorum capaces non aliter esse censentur, quam quatenus titulum possessionis, privilegium puta, praescriptionem, vel pacta conventa &c. docere valent; Dn. *Rhetius* l. c. §. 2, p. 447 & 448; exempli loco sit *Luneburgum*, ex praescriptione jura Fisci exercens; Dn. *Multzius* l. c.

Quo tempore Fisci jura Principes acquisierint? definiri haud potest, quandoquidem Regalia in genere pedetentim eis accreverunt; ut tamen unum alterumque exemplum producam, ecce,

An. 882, sub dato, *Wormatia*, VIII Id. Novemb. inquit *Carolus Crassus* Imp. in Diplomate, quo *Corbejensis* Ecclesiae Privilegia & Libertates confirmavit, apud Dn. *Schatenum*, *Annal. Paderborn.* lib. 3, ad h. a. pag. 190; *Quidquid exinde Jus Fisci exigere poterit, totum & ad integrum - - - eidem monasterio - - - concedimus.*

An. 887, in Diplomate, quo, sub dato *Justinava*, XI Cal. Oct. Ecclesiae *Paderbornensis* Privilegia & immunitates rata habet, apud *Schatenum* l. c. ad h. a, pag. 199, & Dn. *Lunigium*, Part. 2, *Spicilegii Eccles.* Cap. IV, Tit. XIV, Tit. *Paderborn*, §. 5, pag. 699, ait Idem: *Quidquid vero Fiscus exinde sperare potuerit, praedicta Ecclesia - - - concedimus &c.*

An. 963, In *Ottonis Magni* Donationis charta, *Laurishamensi* Ecclesiae scripta, habetur: *Quicquid Jus Fisci exinde exigere potuerat, ex integro in usus Monasterii cedere precipimus.* Vid. praeced. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 966, largitur est Idem Caesar *Adaldago*, Hamburgensi Praesuli jura Fisci *Bremae*. Vid. praeced. Lib. I, Tit. XV, §. 5, lit. d, pag. 1148, & praeced. hujus Libri III, Tit. 2, §. 37, lit. c, p. 170.

An. 972, in confirmatione Jurium & Possessionum Ecclesiae *Leodiensis*, ab Eodem concessa, iterum legitur: *Confirmamus has Abbatias, Laubiensem & Fossensem, cum omni integritate sua, & Comitatum Brunengerunz, &, in Trajecto, quicquid Regalis Jus Fisci exigere poterat, in Moneta, in Telonio &c.* Vid. Dn. *Lunigius* l. c. Tit. XI *Lüttich*, §. XIII, pag. 488; Conf. praec. Tit. XV, §. 1, lit. a, ad h. a.

An. 989, *Ottonis III* charta, sub dato *Franckfurt*, Kal. Oct. *Abrahae*, Episcopo *Frisingensi* tradita, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. VIII *Freysingen*, §. XII, p. 219, haec continet: *Si quis quarumlibet personarum, in quibuslibet jam dictis silvularum vel forestorum locis, cujuscunque generis feras, canibus, vel qualicunque loco insequitur, bannum hujus culpa, nostro debitum Fisco, ipsi Episcopo, omni dubitatione proposita, si hoc absque ejus fecerit licentia, Dominica aestimatione, persolvat &c.* Conf. supra l. c.

An. 1001, ait Idem, in Diplomate, sub dato Romae, 10 Kal. Febr. *Bernwardo*, *Hildesheimensi* Episcopo, scripto, apud Dn. *Lunigium* l. c. Tit. IX, *Hildesheim*, §. 1, pag. 255: *Fiscum etiam, quem hucusque ad nostras manus, de liberis hominibus, per eundem Pagum* (Hassala) *recepimus, pari sententia Episcopo - - - perpetualiter largimur &c.* Conf. supra l. c.

An. 1199, *Philippum* Imp. confirmasse Archi-Episcopo *Salisburgensi* Fisci jura, dictum supra l. c. ad h. a. Ex recentioribus, nominari meretur Privilegium, quod Imperialis Civitas *Uberlinga*, sub dato *Augspurg*, 20 Aug. Anno 1518, à *Maximiliano I* Imp. adepta legitur, apud Dn. *Lunigium*, Part. spec. *des Reichs-Archivs*, Contin. 4, *im Andern Theil*, 45 *Absatz*, Tit. *Uberlingen*, §. 6, pag. 545, ubi: *Wann, unndt so offt hinfüro in Ewigkeit, Personen, die keinen Erben verlassen, oder, die ausserhalb der H. Ehe gebohren, die, zue Zeithen ihres Abgangs, bey Ihnen in der Statt Uberlingen, oder ihren zuegehörigen Gezürckchen, oder Gebüethen, wohnhafft seyen, Mann- oder Frauen-Geschlecht, keine, noch Niemandt, außgenohmen, ohne Eheliche Leibs-Erben, mit todt abgehen, daß darauff derselben verlassen Haab unndt Güether, liegend und fahrend, nichts ausgenohmmen, die sonst, nach gemeinen geschriebenen Rechten, in Unser, oder Unser Nachkommen am Reich,*

Reich, Kaysern unndt Königen, Cammer verfallen wæren, demeselben Bürgermeister unndt Rath der Statt Uberlingen, unndt ihren Nachkhommen daselbst, zugehörig seyn, unndt bleiben sollen &c. Conf. *Caroli V* Privilegium, sub dato *Worms*, An. 1521, 14 Febr. eisdem Senatui Populoque, in puncto *der Erb-Fälle*, exaratum ibid. §. 7. p. 546.

Huc etiam spectat Privilegium, quo *Maximilianus II*, sub dato Wien, An. 1572, 4 Nov. Civitati *Francofurtensi* ad Mœnum prospexit, apud *Limnæum*, Lib. VII *Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 32, pag. 242, & Dn. *Lunigium* l. c. *im Ersten Theil*, XIV *Absatz*, Tit. *Franckfurth*, §. 155, pag. 675: *Ebenmäßiger gestalt, da nun fürbaß, in gedachter Statt Franckfurth, jemandts, ohne rechtmæßige Erben, oder Successorn, abgehen, und der Ends, liegend oder fahrend, Guth hinterlassen, oder jemand deßjenigen, dessen er unwürdig ist, oder sich unwürdig, oder unfæhig, gemacht, mit Recht entsetzt wird, welche in Latein, Bona vacantia, und ab indignis ablata, genannt werden, wollen, setzen, und meinen wir, daß ermelte von Franckfurth solche, an Unser Statt, zu sich nehmen, und ihrem ærario, zu gemeiner Statt Besten, einheimischen, und darinnen, gleich unserm Kayserl.* Fisco, *zu einem* Inventario *nicht verbunden seyn, sondern sich auch in deme, gleich wie obstehet,* (in puncto prælationis, præ aliis Creditoribus, tam hypothecariis quam chirographariis, respectu debitorum, publicorum pariter ac privatorum, ex contractu, vel quasi-contractu, provenientium) *aller und jeden Beneficien, Privilegien, Prærogativen und Freyheiten, so die Rechte unserm Kayserlichen* Fisco *zulassen, durchaus gebrauchen, derselben sich freuen und geniessen sollen, sonder alle Gefehrde &c.*

Documento simul hæc sunt, quam sero Civitates Imperii Fisci jura sint consecutæ.

(c) BONA VACANTIA &c. Quo res intestatorum referendæ, arg. L. I. C. de *Bonis vacantibus* (Lib. X, Tit. X,) ubi sic *Diocletianus & Maximianus*, in Rescripto ad Eucharium: *Scire debet Gravitas Tua, Intestatorum res, qui sine legitimo hærede decesserint, Fisci nostri rationibus vindicandas &c.* Maxume huc facit Rescriptum *Honorii & Theodos.* Impp. ad *Palladium*, Prætorio Præfectum, ibid. L. 4: *Vacantia mortuorum bona tunc ad Fiscum jubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel Juris titulo, legitimum reliquerit intestatus hæredem &c.* In quam etiam sententiam *Theodoricus*, Italiæ Rex, in Edicto, apud *Cassiodorum*, pag. 657, Art. XXIV scribit: *Fiscus tunc agat, quando nec parentum, nec filiorum, nec nepotum, nec agnatorum, nec cognatorum, nec uxoris & mariti, quæ succedat, extare comperitur persona, secundum Legum veterum constituta: ita ut Fiscus, quoties locum successionis invenerit, vel aliqua sibi competentia repetit, Actionem, remota titulorum vel officii præsumptione, proponat: quia tunc Fiscus unamquamque rem merito potest, & sine oppressionis alienæ injuria, vindicare, dum, intercedente sententia, pro ipso fuerit judicatum &c.* de *Bonis vacantibus, vulgo von Erblosen Gütern*, peculiaris extat Diss. Inaug. *Philippi Reinhardi Frützweiler*, Neostad. Palat. Præside Ill. *Coccejo*, An. 1683, mens. Nov. Francofurti ad Viadrum habita. Jura cum rerum dominia incerta esse vetent, arg. L. I ff. de *Usurpationibus* (Lib. 41 Tit. 3) neminemque sine hærede mori patiantur, palam est, vacantia bona, eo quod ad privatum quendam non pertineant, referenda esse necessario ad Rempublicam; proinde ad Territoriorum Dominos, (nisi alius, Superioritate Territoriali non gaudens, ex privilegio speciali, aliove titulo valido, Fisci jura teneat) spectare; Fiscus enim, tali casu, hæredis loco est; vid. *Mevius*, ad *Jus Lubecense*, Part. 2, Tit. 2, Art. XIV, §. 80, pag. 449; sicut & ad onera hæreditaria tenetur; Idem, l. c. §. 81. Priusquam tamen Fiscus succedat, publica cognitione & sententia opus est, per quam, Bona vacantia esse declaratur. Vid. *Mevius* l. c. §. 74 & 75. pag. 448 & 449. Quamdiu enim legitimus adest contradictor, tamdiu Fiscus à successione excluditur. Vid. *Mevius*, Part. 3, *Decis.* 102, §. 5 & 6, p. 341. Conf. *Peregrinus*, de *Jur. Fisci*, lib. 4, Tit. 3; *Bodinus*, de *Republica*, Lib. I, Cap. ult. §. 171, p. m. 268; *Petrus Brosseus*, in Not. ad Lib. V. *Variarum Cassiodori*, Epist. 24. pag. 181; *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2. Cap. IX, pag. m. 440; *Reyger*, *Thesaur. Jur.* voc. *Fiscus*, §. 244, pag. m. 666; *Arumæus*, Vol. 2. *Jur. Publ.* Discurs. XXXI, §. V, pag. 930 &c. *Chassanæus*, de *Gloria Mundi*, Part. 3, Consid. 24; *Vultejus*, de *Feudis*, Lib. I, Cap. V, §. 9, p. m. 73; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, p. m. 428; *Besoldus*, de *Regalibus*, Cap. IX, §. 4, pag. m. 1133; *Henricus Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 26; *Henricus Bruningus*, de *Variis Universitatum speciebus*, Concl. 25; *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. 27, pag. 134; Idem, *Jurisprudent. Forens.* Part. 3, *Constit.* VI, *Definit.* 4, §. 4, pag. 958; & *Constit.* XVIII, *Definit.* 31, §. 5, pag. 1107; *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. V, v. 119, pag. m. 415; *Schützius* Vol. I. *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. XIX, lit. b, p. 388; *Becker*, in *Synopsi Juris Publ.* Cap. 4, pag. m. 164; *Rumelinus*, in *Auream Bullam*, Part. 3, Dissert. 3, §. 29, pag. 784, ibique *Mylerus*, in Additionib. p. 785; Idem *Mylerus*, de *Principibus & Statibus Imperii*, Part. 2, Cap. 68, §. 2, pag. m. 604; *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Nobilium*, Lib. 3, Cap. 4, §. 269,

§. 269, pag. 161, & *de Jurib. & Privilegiis Civitatum*, lib. 2, Cap. 15, §. 8, pag. 386; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 50, §. 33 & 34, pag. 1007; & *Jurisprud. Forens.* lib. 2, Tit. 30, §. 32, pag. 216; *Rhetius*, *Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XXI, §. 2, pag. 447; Dn. *Schweder*, *Introduct. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. XV, §. 11, pag. m. 952 & 953; Dn. *Bartholdi*, de *Necessitate edendi titulum possessionis*, Cap. 3, §. 92 &c. apud Dn. *Frise*, Part. 3. *Corporis Juris Domanialis*, pag. 145. Dn. *Gribner*, in *Selectis Opusculis Juris Publici* Tom. I, Sect. 4, §. 19, p. 136. Quid, Jure Saxonico, hic obtineat? peti potest ex lib. 3. *Land-Recht*, Cap. 80. Conf. Dn. *Gribner* l. c. pag. 137 &c.

(*d*) CADUCA &c. Laudatus Italiæ Rex, *Theodoricus*, apud *Cassiodorum*, lib. V. *Variarum*, Epist. 24, pag. m. 181, in Rescripto ad *Epiphanium*, Dalmatiæ Consularem, ait: *Quia caduca bona Fisco Nostro competere Legum cauta decreverunt, ideo te præsentibus oraculis admonemus ut, hujus rei veritate discussa, si re vera, ut ad Nos perlatum est, nullus ei aut testamento heres extitit, aut proximitatis jure successit, Fisci Nostri eam facies compendiis aggregari &c.* Proprie licet *Caduca* quondam dicerentur, quæ mortuo testatore deficiebant; vid. *Gothofredus* in L. 2, C. de *Caducis tollendis* (Lib. VI, Tit 51,) lit. k; nihilominus hoc titulo veniunt quoque in præsentiarum & aliæ res, quæ in commissum cadunt, v. g. merces, de quibus debitum vectigal non solvitur; *wan man den Zoll verfähret*. Vid. *Colerus*, Decis. 190; *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Confiscation*, pag. m. 78, §. *Insuper*; *Petrus Friderus*, lib. 2. de *Mandatis*, Cap. 43, §. V, v. 10, pag. 244; *Wurmser*, Exercit. VI. Jur. Publ. §. XVI, pag. 267; *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 39, §. 51, pag. m. 491; Dn. *Schweder* l. c. pag 955 &c. It. Merces, quæ, contra Interdicta, ad hostes evehuntur; vel ab hostibus veniunt; aut ad eos pertinent. Vid. Dn. *Multzius*, *Corp. Jur. Publ.* Part. 2, Cap. IX, §. 7, v. 81, pag. 417; Bona autocheirorum; vid. seq. §. 72, lit. c. aliaque similia.

(*e*) CUM SUO ONERE &c. Consequenter Fiscus Legata quoque & Fideicommissa præstare tenetur. *Einsiedel* l. c. Cap. 3, §. 6, v. 163, pag. 440.

(*f*) QUÆ INDIGNIS AUFERUNTUR &c. Pertinet huc Titulus Codicis (Lib. VI. Tit. XXXV.) *De his, quibus, ut indignis, hereditates auferuntur &c.* nec non Titul IX, Lib. XXXIV. ff. *De his, quæ ut Indignis auferuntur &c.* ut & 2. F. 56. *Quæ sint Regalia?* Per *Indignos*, intelliguntur tales, qui naturaliter, capaces quidem sunt adipiscendæ hereditatis, Lege vero, aut testatoris voluntate, hereditatem retinere prohibentur; quare & bona, hujusmodi hominibus ablata, *ereptitia* audiunt, quasi eis *erepta*; arg. L. *Cum tacitum*, 49, ff. de *Jure Fisci* (Lib. 49. Tit. XIV.) Legi hic merentur: *Peregrinus* l. c. Lib. 2. Tit. 2, *Bocerus* l. c. Cap. 3, §. 39 &c. *Bruning* l. c. *Borcholt*, ad 2. F. 56. *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Conclus. 55; *Arumæus* l. c. pag. 931; *Chassanæus* l. c. *Vultejus* l. c. §. 10, pag. 73; *Matth. Stephani*, de *Jurisdictione*, Lib. 2, P. 1, Cap. VII, §. 447; *Thomas Michaël*, de *Jurisdictione*, Concl. 48; *Carpzovius*, de *Regalib.* Cap. 3, *Regal.* 28, pag. 139; Idem, *Pract. Criminal.* Part. 3, Quæst. 135, §. 34 & seqq. pag. 289 & 290; Idem, *Jurisprud. Forens.* Part. 4. *Constit.* XXI, *Definit.* VI, §. 6 &c. pag. 1379 &c. *Sixtinus* l. c. Lib. 2, Cap. X, pag. 457; *Einsiedel* l. c. Cap. 3. §. VI, v. 140 & seqq. pag. 429 &c. *Struvius*, l. c. Exercit. XXXIV, §. 48 &c. pag. 306; Exercit. XXXV, §. 4, p. 317 &c. Exercit. XXXVII, §. 82, pag. 426; & Exercit. L. §. 33, pag. 1007; *Daniel Otto* l. c. pag. 429; *Limnæus*, lib. VII. *Jur. Publ.* Cap. XVI, §. 32, pag. 242; *Schützius* l. c. lit. E, pag. 391; *Knipschild*, de *Jurib. & Privileg. Nobilit.* l. c. §. 270, pag. 161; & de *Jurib. Civitat.* l. c. §. 13, pag. 387; *Becker* l. c. *Rumelinus* l. c. §. 30, pag. 785, ibique *Mylerus* in Additionib. Idem *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, l. c. §. 4, pag. 605 & 606. *Rhetius* l. c. §. 3, pag. 448. Dn. *Schweder* l. c. pag. 953; Dn. *Bartholdi* l. c. §. 99, p. 146.

Notandæ hic regulæ quædam, v. g. quod:

(1) Incapax cum indigno, perperam confundatur; quandoquidem *incapax & Jure & effectu* talis dicendus, ita, ut, si heres instituatur, plane pro non scripto habeatur; *Indignus* contra saltem *quoad effectum* incapax fit, dum heres quidem institui potest, ast, ob indignitatem qua laborat, hereditatem retinere nequit, sed eam aliis reddere tenetur. Vid. L. *Cum quidam*, 12, ff. de *His, quæ ut indignis*, ibique *Cujacius*; nec non L. 3, ff. de *His, quæ pro non scriptis habentur*, (Lib. 34. Tit. 8.)

(2) Non omnia quæ *indignis* auferuntur, Fisco statim cedant, sed quandoque & aliis vindicentur; arg. 2. F. 56, verb. *& quæ, ut ab indignis, Legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur &c.* Conf. L. *Si inimicitiæ*, 9, §. 2 ff. *de His, quæ ut indignis &c.* *Einsiedel* l. c. v. 145, pag. 432; præsertim v. 164, pag. 440 &c. ubi posterioris generis exempla.

(3) *Indignitas* nitatur vel *Lege*, vel *Testatoris voluntate*.

(4) *Lege* quis indignus declaretur, si v. g. (1) defuncti necem non fuerit ultus, arg. L. 17 & L. 20 ff. *De his, quæ ut indignis &c.* & L. 9, C. de *His, quibus ut indignis &c.* (Hodie licet, ob non institutam Actionem, occisi Testatoris, utut Patris, Matris, Agnati, Cognative, causa, nemo amplius hereditate privetur, cum vindicta Magistratui ex officio sumenda incumbat, *Ordinationis Criminalis Caroli V* aucto-

auctoritate, contra *Petrum Heigium*, Lib. 2, Quæst. 34, etiamnum hodie filios, necem Parentis ulcisci recusantes, hereditate paterna indignos se constituere, existimantem, probant *Carpzovius*, Part. I *Pract. Criminal.* Quæst. 34, §. 75 & seqq. pag. 202 & 203 &c. & *Struvius*, cit. *Exercit.* XXXIV §. 50, pag. 307 & 308, ex *Julio Claro*, Lib. V *Receptarum Sententiarum*, §. fin. *Quæst.* 79, num. 8; quod & *Scabini Lipsienses* An. 1608, mens. Junio, ad Consultationem *Wolfgangi Thedorici Trutzschleri*, apud *Carpzovium* l. c. §. 81, pag. 203, approbarunt, verb. *Ob nun wohl des entleibten Vatter, E. W. des Vermögens ist, daß er, uff seine Unkosten, seines Sohnes Todt, wieder den flüchtigen Thäter, gar wohl rechtlichen eifern, und vindiciren konte &c. so mag er doch hierzu, wieder seinen Willen, nicht gedrungen werden, sondern Ihr, als der Gerichts-Herr, weil euch die Ober-Gerichte deß Orts zuständig, seyd solchen Todtschlag, damit derselbe nicht ungestrafft bleiben möge, gegen den flüchtigen Thäter, durch den gewöhnlichen Achts-Proceß, zu vindiciren schuldig, V. R. W.* Hoc tamen casu, si necem interfecti non ulciscentes opulentam hereditatem lucrentur, ex ea sumptus Fisco restituendos esse, laudati Scabini æquum judicarunt; vid. *Carpzovius* l. c. §. 91 & 92, pag. 204; Conf. hic omnino *Sixtinus* l. c. §. 14 ad 25, pag. 460 & 461.) (2) Qui defunctum testari prohibuit, arg. L. 19 ff. eod. & L. I ff. *Si quis aliquem testari prohibuerit*, (Lib. 29, Tit. 6) aut (3) Ad sui institutionem ipsum coëgit, arg. L. I, C. *Si quis aliquem testari prohibuerit &c.* Lib. VI, Tit. 34; *Sixtinus* l. c. §. 61 &c. pag. 466 &c. Aut (4) defuncti testamentum improbe falsum, & inofficiosum dixit; arg. L. 2. C. *de His, quibus ut indignis*; modo ad sententiam usque, in lite perseveret; vid. *Sixtinus* l. c. §. 27, & seqq. pag. 461; ubi simul limitationes; *Einsiedel* l. c. v. 153, pag. 435; notans, hujusmodi *indignitatis* causas ab aliis viginti tres numerari; quas apud *Sixtinum* l. c. §. 30, ad 92, p. 462, ad 471, videre est.

(5) *Testator* aliquem Indignum faciat, si v. g. (1) justis de causis eum exhæredet; tot. Tit. Instit. de *Exhared. Liberor.* L. 1, 2 & 3, ff. *de Liberis & posthumis hæredib. instituendis* (Lib. 28, Tit. 2) & L. 1. C. de *Liberis præteritis* (Lib. VI, Tit. 28) conf. *Einsiedel* l. c. v. 145 &c. p. 432; (2) quando, post confectum testamentum, testator aliud conficit, ac in posteriori incapacem instituit, tunc priori testamento institutus indignus fit, eo quod supremam defuncti voluntatem non habeat; vid. L. 12 ff. *de his, quæ ut indignis &c. Einsiedel* l. c. §. 147, pag. 433. (3) quando hæres testamento institutus illud à testatore mutari non permittit; arg. L. I ff. *Si quis aliquem testari prohibuerit &c.* L. 19, ff. *De his, quæ ut indignis &c. Einsiedel* l. c. §. 148, pag. 433; (4) Si testator in Codicillis, vel per Epistolam, declaraverit, eum, cui aliquid reliquit, esse indignum; nec opus est, ut indignitatis hujus causæ specifice exprimantur. arg. L. 4, C. *de His, quibus ut indignis &c.* Vid. *Sixtinus* l. c. §. 66 &c. p. 467 &c. *Einsiedel* l. c. §. 149, p. 433. (5) quando testator, in ultimæ voluntatis tabulis, nomen ejus, qui hæres esse debebat, inducit, arg. cit. L. 12 ff. *de his, quæ ut indignis &c.* & L. 16, §. 2, ff. eod. *Einsiedel* l. c. &c.

(6) Bona propter *indignitatem* amissa, fructus etiam percepti sequantur; quippe qui restituendi; arg. L. 17 & 18, ff. h. t. & L. I. C. eod. L. 17, §. 2 ff. de *Usuris* (Lib. XXII, Tit. I) *Einsiedel* l. c. §. 156, pag. 436.

(7) Fiscus non semper totum, quod *indignus* à defuncto nanciscitur, capiat, sed saltem eam partem, cujus respectu indignus declaratus. Vid. *Einsiedel* l. c.

(8) De bonis hujusmodi, *indignis* auferendis, & *Fisco* applicandis, inspicienda sint ante omnia Locorum Statuta & Consuetudines; cum Juris Civilis oracula subinde immutata innotescant.

(g) RETINEBUNT &c. Si Vir Uxorem, aut Uxor maritum, occiderit, redduntur indigni; Vir, adventitia dote, & uxor, omnibus quæ ex bonis mariti capere poterat; ast id, quod indignitatis hujus intuitu aufertur, non Fisco, sed defuncti heredibus, accrescit; vid. *Pomponius* lib XV *ad Sabinum* L. 10, §. 1, *Si Vir*, ff. *Soluto matrimonio* (Lib. XXIV, Tit. 3,) *Einsiedel* l. c. §. 164, pag. 441. Idque obtinere, si filius Parentem, aut vice versa; aut frater fratrem sororemve &c. interficiat, contra *Petrum Heigium*, Part. 2, Quæst. 33 §. 3, usque ad finem, hereditatem filii, hoc casu, Fisco adscribendam esse, docentem, bonis rationibus, auctoritate præsertim, *Auth.* 134, Collat. IX, Tit. XVII, Cap. XIII, §. *Ut autem non solum corporales pœnæ &c.* evincit *Carpzovius*, Part. 3 *Pract. Criminal.* Quæst. 136, §. 39 & 40, pag. 290, ubi simul sententia Scabinorum Lipsiensium, ad Requisitionem *Lucæ Sandlers zu* Luca, mens. Majo, 1631: *Hat M. H. seinen leiblichen Vatter ermordet, und umbgebracht, derowegen ihm auch die Todes-Straf zuerkandt, und an ihme, gebührendermaßen, exequiret worden; Ob nun wohl gedachter M. H. sich, durch solche seine Verbrechung, Inhalts der Sächsischen Rechte, seines Antheils der vätterlichen Erbschafft verlustig gemacht, so hat sich doch dannenhero (weil die* Confiscatio bonorum, *ausser dem Laster der beleydigten Majestät, heutiges Tages ferner nicht statt hat,) der* Fiscus *selbiges Orts, solches Antheils nicht anzumassen, sondern es ist dasselbe euch, als des Thäters Brüdern und Mit-Erben, zugewachsen, V. R. W.*

(h) PROSCRIPTORUM ET DAMNATORUM &c. *De bonis proscriptorum, seu damnatorum,* agit

agit Tit. 49, Lib. IX *Codicis*; pariter ac Tit. XX, Libri 48 ff. de *Bonis damnatorum*. Add. 2 F. 56, *Quæ sint Regalia*, verb. *Bona - - - - condemnatorum & proscriptorum &c.* *Calvinus*, in Lexico Juridico, p. m. 378. Fiscum ita describit: *Fiscus, est Saccus Regius, in quem reducuntur, vel cui applicantur, bona Bannitorum vel proscriptorum &c.* Evolvendi hic *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, Concl. 59; *Vultejus*, de *Feudis*, lib. I, Cap. V, §. 12, p. m. 73; *Chassanæus*, de *Gloria Mundi*, P. 5, §. 24. *Bocerus*, de *Regalibus*, Cap. 3, §. 59, &c. *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. 30, p. m. 147. *Einsiedel*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. VIII, v. 177 &c. pag. 452 &c. præcipue, v. 186, pag. 459. *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2, Cap. XII, pag. 504 &c. *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Confiscation*, p. m. 163 &c. & de *Regalibus*, Cap. IX, §. 2, pag. 1133; *Berlichius* Part. I, *Conclus.* 65, §. 131, pag. 427; *Mevius*, Part. VI, Decis. 42, §. 1 & 2, pag. 875; *Hahnius ad Wesenbecium*, Tit. XX, Lib. 48, p. 1100; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, §. XII, p. m. 430; *Arnisæus*, de *Jur. Majestat. minor.* Cap. VI, §. 15; *Becker*, *Jur. Publ.* Cap. 4, pag. 165; *Rumelinus*, *in Auream Bullam*, Part. 3, Dissert. 3, §. 32, pag. 788, ibique *Mylerus*, in Addit. Idem *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 68, §. 7, p. 607; *Arumæus* Vol. 2 *Jur. Publ.* Discurs. XXXI, §. 5, pag. 924, & pag. 932, lit. o. *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 21, lit. c, pag. 389; *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Nobil.* lib. 3, Cap. 4, §. 276, pag. 161, & de *Jurib. & Privileg. Civitatum*, lib. 2, Cap. XV, §. 30, pag. 388. *Struvius*, *Syntagm. Jur. Civil.* Exercit. 37, §. 81, pag. 425, & Exercit. 49, §. 107, pag. 991 & 992. *Petrus Friderus*, de *Mandatis*, lib. 2, Cap. 43, §. 20 & 21, pag. 246; Dn. *Schweder*, *Introd. Jur. Publ.* Part. spec. Sect. 2, Cap. XV, §. 11, p. m. 954; Dn. *Bartholdi*, de *Necessitate edendi titulum possessionis*, Cap. 3, §. 108, apud Dn. *Frise*, Part. 3 *Corporis Juris domanialis*, pag. 146. Notandum autem:

(1) Sermonem hic propriè esse de *Bonis allodialibus*. Beneficia enim, seu Feuda, ad Dominos directos revertuntur.

(2) Rigorem Constitutionum veterum *Hadriani*, l. 2, ff. de *Bonis damnator.* juncta præcedente L. 1, & *Alexandri*, l. 2, C. de *Bonis Proscriptorum*, de confiscandis damnatorum ad mortem proscriptorumve bonis, sublatum hodiè esse, cautumque, jam à *Justiniano*, hujusmodi hominum facultates non Fisco applicandas, sed ipsorum descendentibus & ascendentibus, usque ad tertium gradum, relinquendas; vid. *Auth.* 134, Collat. IX, Tit. XVII, Cap. 13; cum non res, sed earum possessores, qui delinquunt, puniri mereantur; proinde innocentes iis spoliari nequeant; vid. *Nov.* XVII, Collat. 3, Tit. 4, de *Mandatis Principum*, Cap. XII; hinc & *Sachsen-Spiegel*, Lib. 2, Art. 31: *Wer, durch Urtel und Recht, oder von Gerichts wegen, seinen Leib verleust, und wer ihm selber den Todt anthut, sein nechster Erb nimbt sein Gut &c.* Conf. ibid. Gloss. *Diß ist gar ein nützes Recht; dann möcht ein jeglicher Richter eines verurtelten Gut bekommen, nachdem er sein Recht erlitten hette, ach wie geschwinde und leichtlich würden ihr viel dergleichen Urtel fellen, auf daß sie der Beklagten Güter also an sich bringen möchten - - - dann nicht das Gut, sondern der, so es in Besitz gehabt, mißhandelt hat; Ein Richter aber soll, wegen begangener Uberthat, allein das anfassen, so die Pein, oder Straff, verdienet und gebrochen hat. Diß verkehren die, und thun hart darwieder, welche der straff-felligen Güter zu sich reissen &c.* Quo collimat *Caroli V Peinliche Halßgerichts-Ordnung* de An. 1532, Art. 209: *wie es mit der Flüchtigen Ubelthätern Gütern gehalten werden soll?* add. *Petrus Friderus* l. c. *Daniel Otto* l. c. *Besoldus* de *Regalib.* l. c. *Carpzovius*, *Jurisprud. Forens.* Part. 3, *Constit. VI*, *Defin.* 3 & 4, pag. 957 & 958; (quamvis ea, quæ de iis, qui violentas manus sibimet ipsis inferunt, dicuntur, intelligenda veniant juxta Art. 135, Ordinationis Criminalis Caroli V; de quo præced. lit. d,) Dn. *Schweder* l. c.

(3) Extra casum criminis Læsæ Majestatis, vix capitis damnati bona in Fiscum redigi; vid. *Carpzovius* l. c. & in *Pract. Criminal.* Part. 3, Quæst. 135, pag. 289; & de *Regalibus*, cit. Cap. 3, Regal. 31, pag. 153; *Chassanæus* l. c. *Vultejus* l. c. §. 13, pag. 73; *Rosenthal* Concl. 69; *Borcholt* ad C. Un. *Quæ sint Regalia?* *Becker* l. c. *Arnisæus* l. c. *Schützius* l. c. §. XIX, lit. d, pag. 391; *Knipschild*, de *Jur. Nobil.* l. c. §. 275, pag. 161, & §. 279, p. 162; & de *Jurib. Civitat.* l. c. §. 24. *Mylerus* ad *Rumelinum* l. c. Part. 3, Diss. 3, §. 32, p. 789; *Rhetius Instit. Jur. Publ.* lib. 2, Tit. XXI, §. 4, p. 448 & 449; *Schweder* l. c.

(4) In confiscatione bonorum, quæ crimen L. M. comitatur, nihilominus habendam rationem deducendi prius æris alieni. Ut enim ea demum Bona cujusque esse intelliguntur, quæ, deducto ære alieno, supersunt, arg. L. *Subsignatum*, 39, §. 1, ff. de *Verborum Significat.* ita nec Fiscus ad Successionem admittitur, priusquam creditoribus, & viduæ, ratione crediti, & illatorum, debita fuerint soluta. Vid. *Carpzovius*, *Pract. Criminal.* l. c. Quæst. 136, §. 42, ad 45, pag. 290; *Berlichius*, cit. Part. 1, *Conclus.* 65, §. 131, p. 427.

(72) Si Principis Imperii subditus committit crimen L. Maj. in Imperatorem, Princeps Imperii bona confiscabit, (a) & sibi retinebit, quæ sunt in ipsius territorio. *Choppin. de Doman.*

Doman. l. 1. t. 7. num. 1. & ita censuit Collegium Electorale (*b*) Anno 1630. in duplica ad Imperat. *teste Reink. 1. Cl. 5. cap. 7. num. 27. Ant. Faber. 9. tit. 27. defin. 1.* (4.) fisco obveniunt bona eorum, qui conscientia criminis convicti, sibi ipsis violentas manus (*c*) intulerunt. *t. t. ff. & C. de bon. eor. qui ante sent.* (5) fiscus quoque capit bona spuriorum, aut ex damnato coitu (*d*) natorum, ac qui incestas (*e*) nuptias contrahunt. *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Choppin. de Doman. l. 1. tit. 10.*

NOTÆ.

(*a*) CONFISCABIT &c. Hoc titulo occupasse legitur Elector Brandenburgicus, *Fridericus Wilhelmus*, qua Princeps *Halberstadiensis*, Comitatum *Rheinstein*, ad *Johannem Erasmum*, Comitem *Tattenbachium*, An. 1671. 25 April. una cum *Petro Serinio*, *Francisco Christophoro Frangipanio*, & *Francisco Nadastio*, criminis L. M. perduellionis & concitatæ in Hungaria rebellionis, damnatum, atque 1 Dec. an. eod. *Gratii*, manu carnificis, trucidatum, pertinentem, summoperè licet contradicente Serenissima domo Brunsuicensi & Luneb. Legi hic merentur: *Kurtze Fürstellung Sr. Churfl. Durchl. zu Brandenburg, und Ihrem Fürstenthumb Halberstatt zustehenden Lehens-Gerechtigkeit, über die Graffschafft Rheinstein, und deren pertinentien*, de An. 1670, in *Diario Europæo*, Continuat. XXII, in Appendice; ubi simul: *Conjectio Causæ, seu expositio dilucida controversiarum, quæ Serenissimo Electori Brandenburgico, ab Inclyta Domo ducali Brunsuicensi Guelferbytana hactenus, super Comitatu Reinsteinensi, perperam sunt motæ, An. 1670 &c.* Eodem facit: *Memoriale an die Hochlöbliche Reichs-Versamlung zu Regenspurg, betreffend die zum Fürstenthumb Halberstadt gehörige, und Sr. Königl. Maj. in Preussen, im Instrumento Pacis Westphalicæ, in Satisfactionem mit übergebene Graffschafft Reinstein*, de An. 1713; nec non *Memorial, sampt gründlicher Information vor die Hochlöbliche Reichs-Versamlung, betreffend das Königl. Preussische Anbringen und Gesuch, so, der Reinsteinischen Sache halber, sub dato 12 Julii 1713, zu Regensburg übergeben*, An. 1714 &c. pariter ac *Deductio Juris & Facti, pro colorando Possessorio, in Sachen Seiner Königl. Majest. in Preussen, als Fürsten zu Halberstatt, contra das Chur- und Fürstliche Hauß Braunschweig und Lüneburg, die Graffschafft Reinstein, und darzu gehörige ohnstreitige Stücke betreffend, An. 1715 Berlin;* quod solum Scriptum 231 documenta complectitur. Conf. *Lundorpius*, Tom. IX *Act. Publ.* Cap. 209, pag. 721 ad 728; *Theatr. Europ.* Tom. X, Part. 2, pag. 187 &c. *Brewer. Histor. Decennal.* pag. 145; Dn. Auctor *des Europäischen Heroldts* Tom. I, p. 279; Dn. *ImHoff*, *Notit. Procer. Imper.* Lib. 4, Cap. 4, §. 18, p. m. 155; Ill. *Puffendorff*, de *Rebus Gestis Friderici Wilhelmi*, *El. Brandenb.* Lib. III, §. 12, p. 142, & Lib. XI, §. 46, p. 792; Dn. *Bilderbeck*, *im Reichs-Staat*, Part. I, Cap. VI, §. 4, p. m. 141.

(*b*) COLLEGIUM ELECTORALE &c. Vid. præced. §. 71, lit. b. Ubi simul Capitulationum *Leopoldi, Josephi & Caroli VI* verba huc spectantia.

(*c*) VIOLENTAS MANUS &c. Illustrant thesin hanc: L. 3, §. 3 & 4. ff. de *Bonis eorum, qui, ante sententiam, mortem sibi consciverunt.* (Lib. 48, Tit. XXI) L. 1 & 2, C. de *Bonis eorum, qui mortem sibi consciverunt* (Lib. IX, Tit. 50; præsertim Art. 135 *Caroli V Peinlichen Halsgerichts-Ordnung*, verb. *wan jemand beklagt, und in Recht erfordet, oder bracht würde, von Sachen wegen, so er, der überwunden, sein Leib und Gut verwürckt hätte, und, aus Forcht solcher verschulter Straff, sich selbst ertödtet, dessen Erben sollen, in diesem Fall, seines Guts nicht fähig, oder empfänglich, sonder solch Erb und Güter, der Oberkeit, deren die peinliche Straff, Buß und Fäll, zustehen, heimgefallen seyn. Wo sich aber ein Person, ausserhalb obgemelter offenbahren Ursachen, auch in Fällen, da er sein Leib allein verwürckt, oder sonst, auß Kranckheiten des Leibs, Melancholey, Gebrechlichkeit des Sinns, oder anderer dergleichen Blödigkeiten, sich selbst ertödtet, derselben Erben sollen an Ihren Erbschafften nicht verhindert werden, und darwieder kein alter Gebrauch, Gewohnheit, oder Satzung, statt haben, sondern hiemit revocirt, cassirt, und abgethan seyn &c.* Ergò requiritur, ut (1) quis semet ipsum occidat, & quidem (2) metu pœnæ, ob crimen, cujus convictus non solum vitam, sed & bona, amittat. Conf. *Stephani* in cit. Art. 135 *Constitutionis Carolinæ*; pag. 165; *Peregrinus*, de *Jure Fisci*, Lib. 4, Tit. 4, & Lib. 5, Tit. 1, §. 9; *Becker* l. c. Cap. 4, p. 165; *Einsiedel*, de *Regalib.* Cap. 3, Regal. IX, §. 218 & 219, pag. 486; *Knipschild*, de *Jurib. Civitat.* lib 2, Cap. XV, §. 21, pag. 387; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, l. c. §. 9, p. 608; Dn. *Schweder* l. c. Part. spec. Sect. 2, Cap. XV, §. 11, pag. 954 & 955.

(*d*) DAMNATO COITU &c. Mortuo sine liberis eo, qui ex damnato coitu natus, in bona ejus non fratres ipsius uterinos, sororesve, ututex legitimo thoro natos, sed Fiscum, succedere, camerali sententia, in causa appellationis *Georgii Webers*, contra

contra Fiscalem Pataviensem, qui admissus fuit ad probandum, defunctum ex incestuoso coitu fuisse procreatum, d. 20 April. An. 1540, probat *Mynsinger*, Centur. 3, observat. 91, p. 211; Conf. *Reyger*, *Thesaur. Jur.* voc. *Fiscus*, §. 244, pag. 666. *Becker*, *Jur. Publ.* Cap. 4, p. 165; *Knipschild*, de *Jurib. Civitatum*, lib. 2, Cap. XV, §. 18, p. 387; *Mylerus*, de *Principib.* l. c. §. 10, p. 609. Quomodo liberi, ex hujusmodi damnata cohabitatione suscepti, nec Patri, nec Matri, succedant, docet *Hartmannus*, Tit. 37, de *Aliment.* Observ. 3, §. 1 & 2.

(*e*) INCESTAS NUPTIAS &c. Contrahi has nuptias, quoties ii, qui ob sanguinis proximitatem, vel affinitatis vinculum, matrimonio jungi Jure prohibentur, sibi nubunt, tralatitium est; vid. L. 38, ff. *Ad L. Juliam de adulteriis*, (Lib. 48. Tit. V,) & L. 5, ff. de *Quæstionibus*, (Lib. 48, Tit. XVIII) In pœnam verò, eorum bona Fisco applicari, docet Novel. XII, de *Incestis & Nefariis nuptiis*, Coll. 2, Tit. VII; Cap. 1 & 2; & 2 F. 56, *Quæ sint Regalia?* notandum tamen, id demum obtinere, ubi nec liberi ex legitimo thoro nati, nec nepotes, nec pronepotes; aut, in linea ascendente, nec Pater, aut Mater; nec Avus, aut avia; aut, in Collaterali, nec Frater, nec Soror; nec Patruus, nec amita, adsunt; his enim existentibus, devolvitur ad eos hereditas, & non ad Fiscum; arg. L. *Si quis incesti*, 6, C. de *Incestis & inutilibus nuptiis*. (Lib. V, Tit. V) Conf. *Rosenthal*, de *Feudis*, Cap. V, §. 58; *Vultejus*, de *Feudis*, lib. I, Cap. V, §. XI, pag. 73; *Henricus Bruning*, de *Var. Universitatum specieb.* Concl. 15; *Borcholt*, in 2. F. 56. *Einsiedel* l. c. Cap. 3, Regal. VII, §. 167, p. 445; *Sixtinus*, de *Regalibus*, lib. 2, Cap. XI, p. 482; *Daniel Otto*, *Jur. Publ.* Cap. XI, p. 430; *Arumæus*, Vol. 2 *Jur. Publ.* Discurs. 31, §. V, pag. 931; *Schützius*, Vol. I *Jur. Publ.* Exercit. VI, §. 19, lit. f, pag. 392; *Becker* l. c. *Rumelinus*, ad A. B. Part. 3, Dissert. 3, §. 31, pag. 787, ibique *Mylerus*, in Addit. Idem *Mylerus*, de *Principibus & Statib. Imperii*, cit. Part. 2, Cap. 68, §. 10, pag. 609; *Besoldus*, de *Regalibus* Cap. IX, §. 3, p. m. 1133; *Carpzovius*, de *Regalibus*, Cap. 3, Regal. XXIX, pag. 144 & 145; *Knipschildius*, de *Jurib. Nobil.* lib 3, Cap. 4, §. 274, p. 161; & de *Jurib. Civitat.* lib. 2, Cap. XV, § 17, p. 387; Dn. *Schweder*, l. c. Sect. 2, Cap. XV, §. 11, p. 953.

(73) Quod si contigerit, ut prædia, fraude, vel negligentia, à possessoribus deserantur, vi Dominii eminentis, Dominus Territorii antiquos agri cultores Dominio privare, ac, publica authoritate, tertio, sub annua præstatione, seu pensione, concedere potest. *Klock, de Ærario, lib. 2. Cap. 41.*

(74) Et hinc in prædia deserta, ac inculta, (*a*) si ab aliqua universitate nondum sunt occupata, utilitatis publicæ causa, instar bonorum vacantium, Principi ac Territorii domino, Jure Superioritatis, cedunt; *L. 1. C. de Bonis vacant: Klock, de Contribut c. 1. n. 303. Choppin, de domanio, lib. 3, Cap. 18, per tot.*

NOTA.

(*a*) INCULTA &c. Modo loca ejusmodi deserta sint & inculta, citra culpam Domini ea occupantis, qui Tyrannus esse potest; exceptiones similiter suppeditant bella, pestis &c. quibus ingruentibus, sæpissime agri deserti fiunt & inculti. De thesi Conf. *Mascardus de Probationib.* Vol. 3, Conclus. 1189, §. 14 & 15, pag. m. 491. *Stephani*, de *Jurisdict.* lib. 2, P. I, C. 7, §. 447; aliique plures *Klockio* de *Contributionib.* cit. Cap. I, §. 303, pag. 29, nominati.

(75) Cum bonis desertis magnam habet affinitatem Novelletum (*a*) sive Ager primo ligone eradicatus. Unde Dominus Territorii, in recognitionem Supremæ Jurisdictionis, Novales, seu jus decimandi, *den Reut-Zehenden, aus den Neubrüchen*, (*b*) percipere potest. Quæ decimæ ad Superioritatem Territorialem, (*c*) moribus hodiernis, pertinent, non verò ad Ecclesiasticos, (*d*) aut eos, qui sibi ab antiquo jus decimandi adscripserunt. *Mingius, de Superior. Territ.* Hinc jam olim Principes, & Status seculares, in Comitiis conquesti sunt, quod Clerici, ex novalibus nunquam possessis, sibi decimas, contra jus, adscribant. *Knipschildt, de Civitatib. lib. 2. Cap. 5, n. 171.* Novale, est ager omnino incultus, & nunc primum coli cœptus; vulgo, *ein Neubruch, oder Neugereuth.* Seu, Novale prædium, est ager, de novo ad culturam redactus. *Cujac. ad L. 30, §. 1. de V. S. Moneta de Decim. Cap. 4. §. 50.*

NOTÆ.

NOTÆ.

(*a*) NOVELLETUM &c. Locum parallelum suppeditat *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii* Part. 2, Cap. 70, §. 5, pag. 623; Add. Dn. *Schweder* l. c. Part. spec. Sect. 2, Cap. XV, §. 11, pag. 953. Legendi insuper: *Speidelius*, *Notabil.* voc. *Neubruch*, pag. 684; *Besoldus*, *Thesaur. Pract.* voc. *Außstocken*, pag. 64, ibique *Dietherr* in Addit. & voc. *Neubruch*, pag. 685, ibique *Dietherr &c. Wehner*, *Observat. Pract* voc. *Noval-Zehend*, pag. 378. In larga significatione, *Novalis est terra præcisa, quæ anno cessavit*; ita *Gajus* lib. 7 ad *Edictum*, teste l. 30. §. 2, ff. de V. S. hocque sensu, *novalium* nomine, venit omnis ager, quem *Brackland* vocamus. In strictiori vero significatu, *novale*, dicitur ager, de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quod unquam cultus fuerit; *Ein Grund und Boden, der zum erstenmahl aufgebrochen wird; da man nemblich alte Bäume, Stöcke, Wurtzeln, Gesträuch, Gebüsch und Reißwerck, Steine &c. außreutet, oder außrotet, außgrabet, oder außbrennt, und selbiges Land zum Feldbau bequem machet*; Vid. *Petrus Gregorius*, *Syntagm. Jur. Univers.* lib. I, Cap. 2, §. 2; *Dietherr*, ad *Besoldum*, voc. *Außstocken* l. c. & voc. *Neubruch* l. c. Hinc probantur etiam Novalia, probando, memoriam non extare de cultura; &, si testes deponant, se nunquam vidisse, nec ab aliquo audivisse, quod ager, qui *novalis* dicitur, aliquando fuerit cultus, quin potius communis sit fama, eum hactenus mansisse incultum. Vid. *Mascardus*, de *Probationib.* Vol. 3, Conclus. 1112, p. m. 259; *Speidelius* l. c. Et notandum, hujusmodi agrum ita denominari, quamdiu memoria eradicationis primæque culturæ durat. Vid. *Dietherr* ad *Besoldum* l. c. voc. *Außstocken*, pag. 64.

(*b*) NEU-BRüCHEN &c. *Fürstl. Braunschw. Lüneb. Wolffenbüttelische Landes-Ordnung*, Art. 52, ait: *Was in Rotland (so aufs neu zu Rotland gemacht wird, nicht aber allbereit von Alters zehendbar gewesen, und hernach verwildet, bewachsen, und wieder außgerottet) bestellet wird, davon soll der Zehend dem gnädigen Lands-Fürsten, zu Sr. Fürstl. Gn. unmittelbaren Verordnung, wohin Sie denselben verordnen wollen, zuständig seyn &c.* Proinde, *ist es kein Neubruch, so man Wiesen umbbricht; daraus man schon zuvor den Zehenden geben. Item Egarten, so vor Zeiten gebauet gewesen; auch Seen, die man zu Zeiten besäet, können nicht für Neubruch gehalten werden &c.* Vid. *Besoldus*, cit. voc. *Neubruch* pag. 685; *Mylerus* l. c. §. 8, pag. 625. De Decimis Novalibus, *von Noval- und Zehend-Rechten*, vid. Tract. *Johan Werndle, vom Zehend-Rechten*, nec non *Christophori Heldens, Bedencken*, de Novalibus, d. 12 Nov. An. 1612.

(*c*) AD SUPERIORITATEM TERRITORIALEM &c. De hoc disputatum refert *Besoldus*, cit. voc. *Neubruch*, pag. 685, *in causa Hans Ruden von Bedigheimb, contra die von Rosenburg, Mandati, die Pfändung den Noval-Zehenden in der Mittel-Marck belangend*; It. *In causa Landgraven zu Hessen, und den Stifft-Herrn zu S. Alban für Maintz, den Noval-Zehenden im Dorff Loheimb, so im Gerauer-Land gelegen, betreffend &c.* Conf. Idem, voc. *Außstocken*, pag. 64, ut & de *Majestate*, fol. 176; *Rutgerus Rulandus*, *Decis. Controvers. Jur.* Quæst. XIX; *Thomas Michaël*, de *Jurisdictione*, §. 49, lit. A, fol. 39; *Klockius*, de *Contributionib.* Cap. I, §. 299 &c. pag. 29; *Knipschildius*, de *Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium*, lib. 2, Cap. V, §. 171, pag. 291, ibique citati; *Mylerus*, de *Principib. & Statib. Imperii*, cit. Part. 2, Cap. 70, §. 5, pag. 623 & 624, cum allegatis; Dn. *Schweder* l. c. Non levis certe ratio est, quod, cum ipsa bona inculta & deserta ad Territoriorum Dominos, jure Superioritatis Territorialis, pertineant, arg. tot. Tit. 58. de *omni agro deserto*, Libri XI Codicis, nec non L. 1 & 4, C. de *Bonis vacantibus* (Lib. X, Tit. X) fructus quoque eorum, consequenter & decimæ novales, ad eos spectent, maxime ex quo, per ejusmodi eradicationem, novamque culturam, Territoriorum domini nonnihil damni sentiunt, habito respectu ad jus lignandi, pascendique feras; proinde æquitatis est, eisdem vice versa & commodum accrescere; ob L. 10 ff. de R. I. & §. 3 Inst. de *Emptione & Venditione*. Conf. quæ præced. §. 12, lit. b, dicta; & *Wehner*, *Observat. Pract.* voc. *Noval-Zehend*, pag. 378, §. *Non immerito &c.* quamvis ipse l. c. §. *Hisce tamen*, contrariam sententiam tueatur.

(*d*) AD ECCLESIASTICOS &c. *Nam*, (ut verbis *Besoldi* l. c. voc. *Neu-Bruch*, pag. 685. utar) *ab initio omnes decimæ novales erant, sicque nullæ non ad Dominos locorum pertinerent.* Dudum jam, contra Romani Cleri attentata, querelas fuisse motas, Documento sunt *Centum Gravamina*, à Secularibus Imperii Statibus, An. 1522 & 1523, in Comitiis Norimbergensibus, *Hadriani VI* P. R. Legato, *Francisco Cheregato*, contra Romanam Curiam oblata, apud *Hortlederum*, Tom. I *von Ursachen des Teutschen Kriegs*, Lib. 1, Cap. 1, §. 51, pag. 18, ubi: *Item, so die Leyen, viel Jahr, von etlichen Gütern, kleinen und grossen Zehenden nicht geben, werden sie an geistlichen Gerichten (da sie keinen Gewinn haben) dermassen bedrängt, daß sie den Zehenden, oder anders,*

anders, was von Ihnen gefordert, geben, oder vermeynten Bann leyden müssen, in Betrachtung, ob sie gleich, von einem bösen Urtheil gen Rom appellirten, wie schweren, unvermöglichen und ungleichen Austrag Sie daselbst bekommen möchten &c. Quæ *Schilterus*, Lib. VII, de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ*, Cap. 2, §. X, sub Gravamine LXI. pag. 901, Latinis verbis profert. Conf. *Hartmannus Hartmanni*, Lib. 2, *Observat. Practic.* Tit. 53, Observat. X, §. 12, pag. 449; *Klockius* l. c. §. 300, p. 29; *Wehner* l. c. §. *Non immeritò &c. Knipschildius* l. c. & ad quorum auctoritatem *Mylerus* l. c. provocat.

(76) Huc etiam referri non debet fundus, qui, alio modo, vel diverso fructuum genere, colitur; mutato enim modo colendi fundum, nihilominus decimæ ei debentur, cui antea præstitæ fuerunt. *Dann es kein Neubruch, so man Wiesen (a) außbricht, daraus man den Zehenden zuvor gegeben, und anitzo Korn darein saet. Besoldus*, in voce *Neubruch*.

NOTA.

(*a*) WIESEN &c. Vid. præced. §. 75, lit. b.

(77) Et hinc Pastores nostri (*a*) ex prædiis istis, de quibus olim habuerunt *den Heu-Zehenden*, nunc autem, mutata (*b*) colendi ratione, frumento satis, *den Korn-Zehenden*, seu decimas frumenti, optimo Jure petunt. *Rebuff. de Decimis, Qu. 14, §. 14 & 18; Myler de Statib. Imper. P. 2. cap. 70. §. 9.*

NOTÆ.

(*a*) PASTORES NOSTRI &c. Locum parallelum habes apud *Mylerum* de *Principib. & Statib. Imperii*, Part. 2, Cap. 70, §. 9, pag. 626. Optandum, à Patriæ Patribus rem eo deduci, ut parata pecunia Pastoribus salaria penderentur, ne, sacri codicis loco, sterquilinii & aratri curam habere cogerentur, ceu hinc inde fieri amat. Pertinet huc locus *Ecclesiastici*, Cap. XXXIX, §. 25, 26 & 27.

(*b*) MUTATA &c. Modo culturæ mutatio in fraudem decimatoris non fuerit suscepta. Vid. *Mylerus* l. c.

(78) Jura Eminentis Dominii, tempore necessitatis, varia sunt, e. g. Occupandi (*a*) prædia privatorum, ad valla exstruenda. Mandare Subditis, ut, tempore necessitatis, pecuniam Publico (*b*) mutuo dent; quomodo, hac ultima belli tempestate, Magistratus Reipublicæ Argentoratensis ditioribus Civibus mandavit, ut pecuniam suam Civitati mutuo darent. Item, ut pecuniæ pupillares Publico mutuo dentur &c. De quibus omnibus, & aliis Quæstionibus, vid. Doctores (*c*) qui de Eminente Dominio scripserunt.

NOTÆ.

(*a*) OCCUPANDI &c. Vid. quæ præced. Procem. lit. b. dicta. Conf. ibid. §. 1, lit. a.

(*b*) PUBLICO &c. Luculenti testes Galli, Sueci, Dani, tempore bellorum, exeunte Seculo XVII. & sub initium currentis XVIII. gestorum.

(*c*) DOCTORES &c. Quorum nonnullos præced. Procem. lit. a, nominavi.

FINIS.

In Dedicatione.

Lit. C.	Col.	Lin.	
	4.	14.	pro, *renitentis*, leg. *renitentes*.
	5.	5.	pro, *progenita*, l. *progenitæ*.
	&	15.	pro, *filium*, l. *filum*.
	8.	20.	pro, *Thodosii*, l. *Theodosii*.

In Textu.

Pag.	Col.	Lin.	
6.	2.	18.	pro, *Ephesiam*, leg. *Ephesinam*.
13.	1.	26.	pro, *sic*, l. *hic*.
14.	1.	6.	pro, *Angliæ Regibus*, l. *Ex Angliæ Regibus*.
19.	1.	4.	pro, *Constantinopolitani VII*. l. *Patres Concilii Constantinopolitani VII*.
20.	2.	6.	pro, *Constantius*, l. *Constantinus*.
22.	2.	7.	pro, *Filio*, l. *Tilio*.
26.	2.	3.	pro, *interroga*, l. *interrogata*.
	&	19.	pro, *Domino*, l. *Domini*.
28.	2.	48.	pro, *Varias Synodus*, l. *varias synodos celebrari*.
29.	2.	14.	pro, *Gallio*, l. *Gallia*.
30.	2.	12.	pro, *Chilbericus*, l. *Chilpericus*.
31.	2.	13.	pro, *in Orientalem*, l. *inter Orientalem*.
32	1.	39.	pro, *vocatur*, l. *vocat*.
34.	2.	37.	pro, *Baronius*, l. *Baronius, qui*
40.	1.	40.	pro, *agnosceret*, l. *agnoscere*.
41.	2.	51.	pro, *æqui*, l. *æquè*.
47.	1.	19.	pro, *Hottone*. l. *Haddone*.
- -	2.	29.	pro, *hujus*, l. *hujus Juris*.
- -	&	51.	pro, *pacifico*, l. *pacificè*.
50.	1.	46.	pro, *Ursacius, Valens*, l. *Ursacium, Valentem*.
53.	1.	40.	pro, *Filius*, l. *Tilius*.
55.	1.	47.	pro, *missio*, l. *misso*.
57.	2.	21.	pro, *sanctum*, l. *sanctam*.
59.	2.	10.	pro, *monotheliarum*, l. *monothelitarum*,
- -	&	27.	pro, *sacrarum*, l. *sacrorum*.
63.	1.	15.	pro, *morentur*, l. *merentur*,
- -	&	36.	pro, *Præsules*, l. *Præsulis*.
- - &	2.	49.	pro, *Pulchri seu VIII*, l. *Pulchri seu IV*.
69.	2.	39.	pro, *Viennensis*, l. *Viennensis Ecclesiæ*.
73.	1.	18.	pro, *subjiciens*, l. *subjicientis*.
74.	2.	ult.	pro, *Magistratus*, l. *Magistratibus*.
76.	1.	15.	pro, *Shatore*, l. *stratore*.
78.	1.	9.	pro, *pietas*, l. *pietatis*.
- -	&	10.	pro, *æstimanus*, l. *æstimamus*
- -	&	35.	pro, *præ proposito*, l. *pio proposito*.
- - &	2.	41.	pro, *solectissimis*, l. *solertissimis*.
79.	1.	8.	pro, *a vestram*, l. *ad vestram*.
84.	1.	14.	pro, *Dominus*, l. *Domini*.
- - &	2.	8.	pro, *pro quodam*, l *quo pro quadam*.
88.	1.	43.	pro, *ducalibus*. l. *ducatibus*.
112.	1.	34.	post, *vocem Comitivæ*, l. *tales*.
121.	1.	24.	pro, *Linæum*, l. *Limnæum*.
127.	2.	2.	pro, *favore*, l. *favorem*.
118.	1.	1.	pro, *quid*, l. *quod*.
- - &	2.	35.	pro, *non*, l. *nam*.
134.	2.	23.	pro, *Canerari*, l. *Cameraci*.
139.	2.	26.	pro, *auferatur*, l. *aufertur*.
161.	1.	43.	pro, *gerne*, l. *geene*.
216.	1.	2.	pro, *testetur*, l. *testatur*.
- - &	2.	47.	pro, *sussicientem*, l. *sufficientem*.
218.	1.	16,	pro, §. 52. l. 51.
- -	&	21.	pro, §. 52. l. 51.
219.	2.	13.	pro, §. 52. l. §. 51.
221.	2.	3.	pro, *nec de*, l. *cumque nec de*.
224.	1.	45.	pro, §. 53. l. §. 52.
225.	1.	40.	pro, *Conducto*, l. *conductu*.
- - &	2.	21.	pro, *benaplacito*, l. *beneplacito*.
229.	1.	9.	pro, *juventis*, l. *juventutis*,
- -	&	41.	pro, *Academia*, l. *Academiæ*.
- - &	2.	10.	pro, *admorentum*, l. *admovendam*
- -	&	33.	pro, *studioso*, l. *studiosæ*.
232.	2.	43.	pro, *eum*, l. *cum*.
246.	2.	5.	pro, §. 56. l. §. 55.
253.	2.	31.	pro, *Carolo IV*. l. *Carolo VI*.
273.	2.	ult.	post verba *hic non*, l. *sed soli Cæsari competere jus conferendi*.
278.	2.	50.	pro, (*b*) l. (6.)
279.	1.	17.	post, *&c*. l. *prodiit*.
287.	1.	47.	pro, *respondeant*, l. *respondent*.
296.	1.	40.	pro, *Prevria*, l. *Brevia*.
302.	2.	37.	post verba, *in Terris*, l. *Protestantium*.
312.	1.	15.	pro, *David Brandenus*, l. *D. Brandanus*.
318.	2.	22.	pro, *uti*, l. *ubi*.
323.	1.	16.	pro, *Neoburgicam*, l. *Neoburgicum*.
339.	1.	27.	pro, §. 61. l. §. 60.
343.	1.	31.	pro, §. 61. l. §. 61.
- - &	2.	penult.	pro, §. 62. l. §. 61.
361.	2.	47.	pro. *qui*, l. *que*.
382.	1.	13.	pro, *partæ*, l. *parti*.
414.	1.	37.	pro. *An*. 1247. l. 1227.
432.	1.	1	pro, *provocando*, l. *provocandi*.
500.	1.	9.	pro *veniant*, l. *venire*.
510.	2.	23.	*Quenteboldus*, l. *Zuenteboldus*.
513.	1.	41.	pro *Iteramnem* l. *Interamnem*.
518.	1.	21.	pro §. 70. l. §. 69.
526.	1.	41.	pro §. 61. l. §. 60.
573.	2.	37.	pro *Struvias*, l. *Struvius*.
680.	1.	33.	pro, *VValranus*, l. *VValramus*.

Pag.	Col.	Lin.	
710	1.	4.	pro, *in perpetuam*, l. *in perpetuum.*
795.	1.	7.	pro, *tu*, l. *In.*
859.	2.	15.	pro, *Progenitoribta*, l. *Progenitoribus.*
903.	1.	38.	post vocem, *Rhenani*, l. *Tractus.*
989.	2.	2.	pro, *eum*, l. *cum.*
1000.	1.	43.	ut & p. 1014, col. 1. l. 42. & p. 1017. col. 2. lin. 11. dele &c.
1021.	1.	30.	post *pag.* 148. l. *certum.*
1059.	1.	18.	pro *Lindgeni*, l. *Liudgeri.*
1063.	2.	22.	pro *cujusdem* l. *ejusdrm.*
1070.	1.	10.	pro, *VVischmanni*, l. *VVichmanni.*
1117.	2	7.	pro, *falsſimum*, l. *falsisiſſimum.*

Pag.	Col.	Lin.	
1138.	2.	3.	pro, (3) l. *Ad* (3)
1171.	1.	23.	pro, *Einig*, l. *Emig.*
2196.	1.	45.	pro, *Mariam*, l. *Meriani.*
1199.	1.	18.	pro, *vetuſſima*, l. *vetuſtiſſima.*
1210.	1.	16.	pro, *Pfaltz-Gerichte*, l. *Pfahl-Gerichte.*
-	-	& 24.	pro, *interprehenda*, l. *interpretanda.*
1214.	2.	9.	pro, *ſexuginti*, l. *ſexaginta.*
1224.	1.	36.	pro, (*a*) l. (*b*)
1296.	1.	26.	pro, *Spechen*, l. *Sprechen.*
1341.	2.	33.	pro, *iisdem*, l. *iisdem cum.*
1342.	1.	25.	pro, *remiſ.* l. *remiſſio.*
1394.	1.	45.	pro, *Meier*, l. *Meiſter.*

Reliqua emendabit benevolus Lector pro candore ſuo.

Index hujus Tomi apparebit in calce ſequentis Quarti.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Vitriarius, Philipp Reinhard, 1647-1720 / Mentzel, Johann Georg, /
Justinian I., Byzantinisches Reich, Kaiser, 482-565 [Sonstige]

Vitriarius Illustratus, Seu Institutiones Iuris Publici Romano-Germanici
Antiqvum modernumqve Imperii Romano-Germanici Statum, vera ejus principia,
controversias Illustres & earum rationes affirmantes, negantes, &
decidentes, methodo Institutionum Justinianearum ex ipsis fontibus
Bd.: Tomus III.

Gothae [1729?]

4 J.publ.g. 1163-3
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10518397-4
VD18 9040534